PATRIS INSOMNIVM

GALENI DOCTORES

HEPATICI COGNITIO

GALENI
LIBRORVM
QVINTA CLASSIS

EAM MEDICINAE PARTEM, quę ad Pharmaciam ſpectat, exponens, ſimplicium medicamentorum, ſubſtitutorum, purgantium, antidotorum, componendorum tam per locos quàm per genera medicamentorum, ponderum denique, ac menſurarum doctrinam comprehendit:

SEPTIMA HAC NOSTRA EDITIONE, *non parum ornamenti adepta: locis pluribus quàm in aliis ſuperioribus editionibus, ad græcorum librorum fidem emendatis.*

Locis ijs in margine ſignatis, quos Galenus paſſim ex Hippocrate citat.

Et alijs etiam annotationibus additis.

Librorum numerus proximo folio continetur.

Τὸ Φαρμακευτικὸν.

Venetijs, Apud Iuntas. M D XCVII.

CRISIS PRAECOGNITIO

AMANTIS DIGNOTIO

PALESTRITE CVRATIO

QVINTAE CLASSIS
LIBRI.

GALENI De Simplicium Medicamentorum Facultatibus libri undecim, Theodorico Gerardo Gaudano interprete, ab Augustino Gadaldino ad veterum græcorum exemplarium fidem non paucis in locis repurgati. fol. 2.
De Substitutis medicinis liber Iul. Martiano Rota interprete. 84
De Purgantium Medicamentorum Facultate, eodem interprete. 86
Quos purgare conueniat, quibus Medicamentis, & quo Tempore, eodem interprete. 88
De Theriaca ad Pisonem liber, eodem interprete. 89
Hieronymi Mercurialis, Medici hac tempestate clarissimi, de eo iudicium.
De Vsu Theriacæ ad Pamphilianum liber, eodem interprete. 98
De Antidotis libri duo, eodem interprete. 99

Omnes hos sex libros, idem Iul. Martianus Rota accuratius denuo ante obitum recognouit.

De Compositione Medicamentorum secundum Locos libri decem, quodam excellente auctore interprete, rursus post Nicolai Machelli medici Mutinensis recognitionem, aliquot in locis emendati. 121
De Compositione Medicamentorum per Genera libri septem, Ioanne Andernaco interprete, ab Augustino Gadaldino non nullis in locis ad græcorum ueterum exemplarium fidem emendati. 209
De Ponderibus & Mensuris Galeno ascriptus liber, Augustino Gadaldino interprete. 235

Quos omnes nunc postremum, hac septima editione præter Ioannis Costæi annotationes. Fabius Paulinus Medicus, & græcarum literarum professor publicus Venetijs, Cum græcis codicibus tum impressis tum manuscriptis collatos emendauit.

GALENI
DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM FACVLTATIBVS LIBRI VNDECIM.

Theodorico Gerardo Gaudano interprete

Denuo ab Augustino Gadaldino multis in locis emendati.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI.

Ostendit quibus rationibus explorandæ sint simplicium medicamentorum facultates, propositis exemplis aquæ & aceti.

Quid dicatur medicamentum, & quid facultas: & quomodo hæc quidem, actu: illa vero, potentia existat. CAP. 1.

QVantum conferat simplicium medicamentorum exactè facultates cognoscere, tum ad uariorum compositionem, tum in inuẽtorum opportunum usum, non habeo nunc ostendere. Nam id partim in opere De medicamentorum compositione, partim in curandi methodo monstrabitur. Verùm quod deinceps ad temperamentorum sequitur tractationem, id in præsentia dicetur: ubi videlicet prius vocabulorum, quibus in hoc utemur libro, significata definierimus. Medicamentum, omne id dicimus, quod naturam* nostram alterare potest: sicut, puto, nutrimentum, quicquid sub stantiam augere: refertur enim vtrunq; ad aliquid. Porrò medicamentum simplex, & ipsum per oppositionẽ ad cõpositum nuncupatũ est: Est aũt id, quod secundũ naturã suã syncerum est. At facultas, causa quædã est effectrix. Eaq; partim actu siue energia est, partim in futuro tpe: actu quidẽ, ut calfaciendi in igne, refrigerandi in glacie: in futuro autem, ut calefaciendi in pyrethro, & castoreo, & similibus: refrigerãdi in alterco, mandragora, & id genus alijs. Sanè quandã esse facultatẽ in purgatorijs quidẽ medicinis purgatoriã, vomitorijs uomitoriã, sternutatorijs sternutatoriã, bechicis §hoc est quæ tussim uel sedant uel ciẽt, §bechicam, & in unoquoq; alio opere p agendo, q̃ denominetur ab eo quod ipsa efficit, ferè non est qui ambigat. At quæ sit huius facultatis essentia, quidam certe non posse cognosci existimarunt: quales sunt sceptici philosophi, & qui inter medicos uocati sunt empirici. Sed & qui nosci posse arbitrantur, inter se dissident. Quidam enim ad magnitudines, & figuras & posituras corpusculorum ac meatuũ §quos ὄγκους & πόρους appellitant §referunt: alij ad caliditatem, frigiditatem, humiditatẽ, ac siccitatem: pro sua uidelicet utriq; prima elementorum constitutione. Quare & nos, quia in libro de elementis secundum Hippocratem ex calido, frigido, sicco, & humido, cùm aliorum oĩum corpora, tum animãtium, cõstare ostendimus, has effectricium facultatum essentias, tum in alijs oĩbus, tum in medicamentis, statuemus. Sic autem & in tertio De temperamentis demonstratũ est. Ac q uolet quæ nunc dicẽda sunt assequi, in eo tractatu se prius exerceat oportet: quippe cùm illic q̃ uniuersim de medicamentis nouisse conueniat, exposita sint. Nec hic toto utiq; in genere quicq̃ noui dicemus: uerum quæ illic generatim sunt scripta, ea hic speciatim elaborabimus.

* ἡμῶν, id est, nostram, est in antiquis, licet non habeatur in impressis.

Quo pacto quanq; iudicare facultatem oporteat. CAP. 2.

IN primis quidem ac maxime sumendum est iudicandæ facultatis experimentum ab ea re, ad quã dicitur. Siquidem non protinus, si hominem refrigeret cicuta, & sturnum refrigerabit: aut si sturnum nutriat, nutriet & hominem. Eadem ratione neq; si hominem purget ueratrum, cõti-

nuo purgabit & coturnices:neq; etiam si hos nutrire ualeat,cõsequens statim est,ut & homines. E
Proximum est,ut quod ex accidenti est,distinguatur ab eo,qđ primario ac per se.Nam aqua frigida calorẽ quandoq; reuocat,cutẽ refrigerando,cõtrahendoque,ac cõdensando:ad id enim, caloris consequit reuocatio,uelut in tertio De tẽperamentis ostẽdimus. Rursum calida quoq; A.1.1.f.d.a. c.4.fol.8.g
ipsa sæpenumero refrigerat,excalfacientẽ nimirum humorẽ digerendo.Nam si his ad amussim distinctis ad inquirendæ facultatis explorationẽ accesseris,haud facile,mea quidẽ sentẽtia, falli queas.Cæterum à nullo alio desumi iudicium,q̃ ab eo,ad qđ dicit,id quidẽ perfacile est:non uidelicet an insecta animalia oleum interimat,neq; an pingue,aut lentum,aut leue sit cõsiderãtes,cũ an calfacere,aut frigefacere,aut humectare,aut siccare corpus humanũ ualeat, inquirit: eundẽ in modum,neq; an colore sit rubro rosa, neq; an albo cerussa:siquidem necessarium nõ est,quicquid rubrum sit,esse calidum,neq; quicquid albũ,esse frigidum:sed an admota corpori F
bus nostris primario ac per se excalfaciãt, ac nõ interueniente quopiam, neq; ex accidẽte:ac si A.1.f.a.d.a. c.1.fol.9.g
ita quidẽ,facultate esse calida:ut si refrigerent,frigida.Nam per deos immortales,unde nam discere possumus,an calidum sit facultate album piper, granũ cnidium,cnicus,calx,& ueratrum albũ?aut vnde ꝙ frigidus sit samius aster,terra selinusia,cerussa,nix,& lac?omnia enim ea coloris sunt cãdidi,uiribus uero uel maxime pugnãt.Sunt ergo nix, & calx colore simillima,uiribus autem pugnantissima:sed pugnantiam sensus dijudicat.Siquidem niuẽ applicatã protinus ac primo statim occursu frigidã percipimus:& quoad tangat, magis semper magisq; frigefacere sentimus:uidem porrò ipsam neq; durare,neq; seruari posse,si uel leuis calor occupet. At calx neque primo occursu refrigerare percipitur:& usq; dum applicata manet,perspicuo magis ac magis excalfacit.Ex quo cõstat ex eo ꝙ semper vnum idemq; efficiat,quoad nos contingit medicamen,propriam eius iudicandum esse facultatem.

Quo pacto discernatur quod ex accidente quid faciat,ab eo quod propria facultate. CAP. 3.

ETenim quod ab initio ad finem usq; dum applicatum est, magis semper calfacit,id non ex accidẽte,sed ex sua natura est tale:Sic etiã quod à principio ad finẽ usq; refrigerat,ex sua facultate est frigidum,nõ ex accidẽte.At sanè si nihil moratus,atq; ex posteriore,ac post †ablationem,facultatem eius expendere uoles, sæpenumero falleris.Ac forte non nunq̃ aquã frigidã, non frigidã modo, sed & calidam possidere facultatem dices: ubi uidelicet frigefacere ꝑpetuo dũ nos contigerit apparebit,frigidã:ubi uero sæpenumero calorẽ reuocabit,calidã: Quare hæc A.1.1.f.d.a. fol.9.c
indiscriminata relinquenda nõ sunt. Dandaq; insuper opera,ut quodcunq; medicamentũ in iudicium uocare uelis(id qđ in libris De tẽperaturis monuimus) omnis sit expers alienę,tũ fri- G
giditatis, tum caliditatis: ne uidelicet natiuã eius facultatẽ adscititia qualitas adulteret. Ad hæc (quæ & ipsa præcepimus)nutrimentũ à medicamento distinguito,atq; ea utraq; ad aliquid dicimemento:tum circa eandem sæpe substantiã cõsistere,uelut & id quod monstrauimus: Nec seq̃ cius ꝙ quædã tota substantia in sese mutuo & agat & patiantur:quædam uerò una duntaxat, aut duabus qualitatibus:Super hæc,alia itidem esse tenuia siue tenuium partium § Græci λεπτομερῆ uocãt,§ alia crassa siue crassarum partium § παχυμερῆ Græci nominant: § tenuia quidem,quæ facile in tenues cõminui partes possint:crassa,q̃ cõtra.Atque, ut semel dicam omnium meminisse distinctionum oportet,quas in tertio De temperamentis posuimus, ut secundum illas medicamentorum omnium speciei facultas explorari ualeat.

† ὄρσιν. *quam recte quidẽ trãsferas ablationẽ sed quid hac uoce uelit Gal.obscurum est. Vide an forte legẽdũ sit* πλύσιν, *abutionẽ. agit enim de calce: cuius ablutæ nõ eadẽ est uis cal faciendi quã antea.*

De aquæ facultate. CAP. 4.

ESto sane prima nobis in cõtemplationem proposita Aqua:ꝙ nimirũ ea & cõmunissima hominibus oĩbus sit,tum sanis,tum ægrotis: & aduitã maxime necessaria. Primumq; eucrato siue temperato corpori applicator ipsa neq; frigida insigniter neq; calida:Deinde ijs q̃ natura sunt intemperati:Tertio ijs, q̃ affectu aliquo tenentur. Nã hoc pacto exacte in oĩbus propriã eius facultatẽ ꝑpenderis:Igit tẽperato admota plusculo tempore ipsum oĩno refrigerabit: Intẽperato uero,citius quidẽ refrigerabit,id qđ frigidius natura fuerit,tardius uero:quod calidius:Semp autẽ omnia refrigerabit,etiãsi nõ multis deinceps diebus,sed uel una quis hora,aut pluribus ea vtat:nec.n.talis in ullo ipsorum calorẽ reuocare poterit, Nã quæ summe frigida est,si quadratæ ac iuuenili corporis naturæ pauculo tempore adhibeatur, caloris molieꝫ reuocationẽ:sin aliter utaris,semper refrigerabit.Quin ẽt si ijs quoq; q̃ simplici laborãt morbo,siue calido tẽperatura siue frigido, eiusmodi admoueatur aqua, hos ẽt manifesto refrigerabit:nam simplex sit affectio oportet(quemadmodum utiq; in tertio De tẽperamẽtis definitum est) quo uidelicet quæ adhibeꝫ,ex sua natura refrigeret,non ex accidente quopiã: quippe cum frequenter,ubi compositus fuerit affectus,aliud primario medicamentũ efficiat, aliud ex accidente:uelut in phlegmone,est enim ea affectio calidæ copiosæq; fluxionis soboles. At q̃ modice excalfaciunt pharmaca,cum superfluitatem euacuant, protinus, opinor, & quod affectum est,frigidius efficiunt:Verum cum simplex,unaq; fuerit affectio,qđ ex accidente sit,in ea prouenire nõ potest.Ergo si hac ratione expendas,aqua potabilis vndequaq; uidebitur frigida. Non est tamen eadem aliarũ aquarum sponte natarũ,q̃ sulfur,bitumen,aut nitrum,qualitatibus suis referunt, facultas. Siquidẽ earum omnino nulla,ubi alienæ,tũ caliditatis tum frigiditatis expers adhibita fuerit,frigefacere cõspicitur.

A citur. Quinimmo nec marinã ipſam, priusq; adſcititium frigus ſummum acceperit, admodũ refrigerare apparet. Nam ſiquis in potabili aqua totum diem innatet, ut ẽt nõ admodum ſit frigida, ſed uelut ex Sole tepens, neceſſario tñ refrigerabitur: at mare cõplures iuuenum interdũ innoxie pertulere non per diẽ modo totã, ſed ẽt adiuncta nocte. Ex quo liquet aquam potabilem certe & dulcem, ſcd'm naturã ſuam ſemper eſſe frigidam; mare uero non æque. Quòd ſi nõ ſemper in ſermone adijciam, potabilem, ſed dicam ſimpliciter, quantum ex ſe eſt, aquam eſſe frigidam, haud calumniari oportebit, tanq; inſufficienter & diſtincte locutum. Nam q̃ exactæ ac ſyncere aqua eſt, oĩs alterius ſubſtantiæ miſtione uacans, ea ex neceſſitate ex ſua facultate eſt frigida: Si qua uero p̃ bituminoſa, ſulfuroſa, nitroſa, aut aluminoſa loca diſtillans, ſubſtantiæ eius aliquid abſterſerit, ſecumq; traxerit, miſta iam ea eſt, non aũt exacte aqua: Velut ſi ipſe quoque uolueris aut ſalẽ, aut alumen, aut aliud id genus affatim aquæ miſcere potabili: ſicut ſanè ſæpenumero facimus in marinæ inopia, qñ muriam facere uolumus, tunc.n. ſalem aquæ indimus: Ac tñ ipſa facultate iam diſſidet, ut ſi aqua dulcis uidelicet quæ neq; inſigniter, aut calida, aut frigida ſit, ſed uelut † ex Sole tepida, ꝛ eryſipelati perfundatur, noxam oĩno nullã hominis corpori ſit allatura: at ſi marinam aquam, aut muriam, aut id genus aquã miſtam, bituminoſam uidelicet, B aut ſulfuroſam admoueas, uſqueadeo hoĩem offenderis, ut partẽ ipſam ſis aduſturus. Aqua igĩt ipſa ex ſeſe frigida eſt facultate. Porrò ſi extraneũ calorẽ adeptã corpori humano p̃fundas, putabis forſan ſimplex quoddam & naturale adhibitum medicamen: at ea quodã utiq; modo cõpoſita eſt, aut igneæ eſſentiæ partem aliquam nacta, aut certe oĩno ipſam qualitatẽ. Vt enim, ſi ſalem illi miſcueris, ex confeſſo fuerit cõpoſita: ſic multo magis, ſi igneã, aut eſſentiam, aut qualitatem adieceris, compoſitam quodãmodo, & nunc effeceris. Eſt porrò ẽt aqua limoſa quadantenus cõpoſita, uelut eſt aqua Nili, q̃ in Aegypto eſt: ſed ea per fictilia uaſa percolata planè pura efficitur. Oportet autem non ſemel, ſed bis, & ter percolare, qñ ne ſic quidem forſan adamuſſim puram queas efficere: uerum quando, qui aquæ infertur limus, omnem effugerit ſenſum, ſatis tunc eſt ut queas dicere tales, ut ad uſus ſynceras eſſe aquas.

† τὸ καλούμενον εἰκῆ δερές.

Quo pacto iudicemus aquam puram. CAP. 5.

IVdicantur autẽ hæ tribus ſenſibus, nẽpe guſtu, uiſu, & odoratu. Guſtu pura eſt, ſi nullam offerat qualitatem, ſed ad unguẽ qualitatis expers appareat: Viſu, cum ſyncera fuerit, ac plane p̃lucida: Sic nec odoratu ullam p̃ ſe ferre qualitatẽ debet: ut ſunt quædã extremæ prauitatis, quæ aut aciditatẽ, aut acrimoniã, aut ſalſedinẽ, aut putredinẽ, aut aliud indicibile aliquod uitiũ prę- C ferunt. Igitur aqua quæ abſq; his eſt oĩbus, ut ad naturam certe, ne ipſa quidẽ ad amuſſim ſyncera fuerit, ſicut nec aliud ullũ ex quatuor elementis ſenſibilibus, ſed ut ad ſenſum & uſum ſyncere eſt. Talis ergo ut eſt dictum, ſcd'm ſuam naturã frigida etiã eſt: quippe ſi ualde excalfactã non modo aquã, ſed uel mandragoram, uel altercum, uel cicutã, uel meconium, admoueris, non ſolum excalfeceris ſed etiam uſſeris corpus humanum. Oĩa itaq; quæ examinanda uenient medicamina, omnis extraneæ, ualentisq́ue, tum caliditatis, tum frigiditatis aliena ſunto, nedũ aqua.

Demonſtratio, qua oſtenditur, aquam frige facere ex cerati, quod ex ea conficitur, effectu. CAP. 6.

POrrò p̃ aqua oĩs dulcis perſpicuo frigefaciat, hinc quoq; didiceris. Ceratũ humidũ ſi ex aqua frigida ſubactũ accurateq; madefactum calido alicui affectui imponas, protinus ipſum frigefacies. Oportet autem quã plurimum admiſcere ipſius aquæ, miſtioq́; hoc maxime modo optime perficitur. Ceram quãtum fieri maxime poteſt puriſſimã, oleo liquantes humidũ facere ceratum oportet, deinde refrigeratum, ac raſum, in mortario manibus ſubigere, aquã effundendo frigidam, quantũ nimirum ceratum accipere ualet, ac nondum aqua circunfluat: Id refrigerat & eos qui in febre utũtur, ſi hypochondrijs ſuperponatur: & omnẽ phlegmonem, ſimiliter D herpetes quoque, & carbunculos, tũ eryſipelata, & phygethla, ac breuiter oẽs morbos calidos. Ergo ſi non aquam dulcem, ſed marinã, aut muriã illi admiſcens in uno prędictorum quouis uti uoluĕris, non paruam omnino dr̃iam conſpicies: quippe cum id medicamentũ adeo nullã propoſitarum affectionũ amplius refrigerabit, ut inſup̃ accẽdat potius. Adeo multa eſt diuerſitas inter potabiles aquas & muriã, marinãq́; aquã. Aeq; aũt ac muria marinaq́; aqua ſulfuroſæ aquæ, & bituminoſæ, & nitroſę, & q̃ chalcanthum, & myſi, & chalcitim, uel aliquod ſimpliciter ex natura calidis medicamentis guſtu referunt, inimicæ ſunt oẽs calidis corporũ noſtrorũ affectibus. Ex quo claret has omnes facultatibus eſſe calidas, ſolam uero aquam potabilem frigidam.

Quod aqua potabilis humida ſit. CAP. 7.

CAeterum p̃ hæc quoq; propoſitarum omniũ aquarum ſola ſit humida, plane ex eadem diſces methodo: Nã ulcera q̃ ſupra modum ſquallida ſiccaq́; ſunt, ſi hac irriges, ſtatim admodum humida flaccidaq́; reddes, cùm aliæ aquę uniuerſæ ulcera deſiccent. Tum piſcatorũ ulcera adeo uidentur ſicca, ac ſi forẽt ſalita: contra eorũ, qui in balneis uerſantur, humida apparent ac flaccida. Quin ſi imbutum linamentum ulceribus imponere libeat, humida quidem aqua potabilis, ſicca uero à muria marinaq́ue, reddi cõperies. Aquæ quin etiã aluminoſæ, quales ſunt in Italia uocatæ Albulæ, cùm alijs ulceribus idoneæ ſunt: tum uerò quæcunque fluxionibus tentantur, ea

perfacile deſiccant. Sic nec cæterarum aquarũ ulla humectare poteſt, q̃ uidelicet nõ ſint exactè E aqua, ſed miſta & adulterata, accepto nimirum aut alumine, aut chalcite, aut ſale, aut id genus aliquo. Quocirca earum non nullę ulcera quoq; exaſperant, nempe quæ acres admodũ ſunt, & mordaces. Quin etiam ſitienti dulcis aqua leniens remedium eſt: cæteræ uerò acerbiorem ẽt ſitim relinquunt. Tum, aquã inter cutem laborantibus aduerſiſſimum eſt & poculum, & lauacrũ, aquę dulcis: ſalſæ uerò, ac nitroſæ, & ſulfuroſæ, bituminoſæq; oẽs ſanè perutiles. Imitari autem potes ſicut marinam, ſic aliarum quamlibet, ſubſtantia uidelicet admiſta, quæ in quaq; uincere conſpicitur: nam ſulfure in aquam dulcem indito ſulfuroſam effeceris: alumine aluminoſam: ac eodem modo aliarum unamquanque.

Quòd aqua adxentitium calorem nacta, ſemper quidem humectet, non autem ſemper calfaciat: uerum in ipſo quidem perfuſionis tempore calfacere, poſtea uero frigefacere conſueuit. CAP. 8.

HAec ergo propria aquæ natura humida eſt & frigida. Aduẽtitium autem calorem adepta excalfacit quidẽ, & humectat, q̃bus eſt admota: uerũ haud ſimiliter ambo p̃ſtare ſimul poteſt: Summè nãq; humectat, ſeu tepida ſit, ſeu tẽperata, ſeu ẽt calidior: ſummè aũt nõ calfacit, niſi q̃ extreme feruẽat. Quod dico, in tẽperata primũ exploremus natura. Igit̃ ſi huic aquam afferas F temperate calidã, eaq; uel laues, uel itidem perfundas partem aliquã, in ipſo quidẽ perfuſionis t̃pe calidiorem ſimul & humidiorem ſe ipſa efficies: q̃ ſi deinde quieſces, nec corpus frigidę uſu poſtea cõtrahes, conſtipabis, ac dẽſabis, paulo poſt ſe ipſo frigidius fieri cõſpicies, quippe cùm corpus rarefactum, trãſpirante immoderatius calore natiuo, frigidius efficiatur. Nõ tñ ſicut frigidius poſtea calidæ uſus corpus †deſtituit, ita & ſiccius: quanq̃ profecto uideri id poſſit, tũ ob ſpiramentorum raritatem, tum ob corporis mollitiem, tũ ob ſubſtantiæ fuſionem: pluſculum ſiquidẽ in his affectibus euaporetur neceſſe eſt: atqui uapor humor eſt extenuatus. Verum non ita habet rei ueritas. Nã mollities, quã calidæ aquæ lotionibus acquirunt corpora, ſolius humiditatis propriũ ac inſeparabile ſignum eſt, in animantis uidelicet corpora: uelut in opere De temperamentis eſt demonſtratum. Sanè ulceratarũ partium caro, id ipſum perſpicuo oſtendit, ut quę in iſtis ex aqua calida perfuſionibus flaccida† atq; algę ritu fluida efficitur: quanquam ſanè corpus illiuſmodi affectionibus inaniẽt, ut minus tũc in ſeſe habeat humoris, q̃ antea. Videriq; uenia digni poſſunt, q̃ per calidas lotiones, atq; aquæ moderate calidę perfuſiones ſiccari corpus exiſtimant: nã ſimilis horum eſt error, atq; illorum, q̃ credunt, ſenes adoleſcentibus eſſe humidiores. Pluribus nãq; ſenes excrementis redundant, ſed genuinæ (quæ πτφυκότα μόρια nũcupant) orga G nicæq; partes adoleſcentibus magis ſunt humidæ: ut id quoque in ſcḋo De temperamentis nõ ſtrauimus. Perinde ſe res habet in p̃fuſionibus, ac lauacris, oĩq; adeo ex aqua calida irrigatione. Siquidem humores, qui in uaſis alijsq; inanibus ſpacijs ſunt, exhauriuntur oẽs: at ipſa uaſorum corpora, & uniuerſum genus carnoſum ſe ipſo fit humidius. Atq; hãc ſolã facultatẽ nunq; aqua *dulcis deponit. Neq;.n. cum feruens corpora exurit, quę uſta ſunt redduntur ſicca, uti q̃ ab igne ſunt aſſa: rurſum nec cùm ſummam adepta frigiditatem per diem totum, aut ẽt longiori tempore parti cuipiam p̃funditur, eã ſicciorẽ efficit, tametſi rugoſa, atq; admodum exilis relinquitur. Verũ hæc eueniunt, q̃ qui in uaſis alijsq; ſpacijs eſt humor, exhauſtus ſit; at partes genuinæ ſolidæq; nulla ſua parte ſicciores euadũt. Huiusq; ſp meminiſſe oportet: tũ toto ſermone perpetuo obſeruandum, ex euidenter apparentibus colligendam' cuiusq; medicamenti facultatem. Ac ſemper, ad quod quid dicitur calidum, frigidum humidum, aut ſiccum, ad id eſſe æſtimandum.

Sic à rebus exteris de medicinarum facultate colligi quid oporteat, ex ignis cum illis commertio faciendum eſſe iudicium. CAP. 9.

POrrò ſiq̃s velit ex ſuperabundanti à rebus externis p̃bationes ducere, ne id quidẽ p̃hibeo: uerũ, aĩum diligenter aduertat, conſulo: Nã ξ admodum lubrica res eſt, ac ξ multos obtinet paH ralogiſmos. i. fallendi modos. Sed hos in conſequentibus ediſſerã. Cæterũ q̃d ſolum quis ab externis rebus ſumpſerit, ut id, q̃d̃ iudicium ſubit medicamentum, aut excalfacere, aut refrigerare p̃bet, id in ignis cõmercio cõtactuq; conſpiciẽ. Neq;.n. vſqueadeo abſurdũ eſt, q̃ facile in ignẽ uertiẽ, id calidũ facultate putare. Memoria.n. opinor, tenemus oĩa huius uocis, facultate, ſignificata, q̃ in tertio De temperamẽtis definimus. † Vnum igitur ex ijs erat & id, q̃d̃ ex propria eius, quod diciẽ, materia, tale eſt facultate: ſiq.d.n. facile in ignem uertiẽ, id facultate eſt ignis, non actu ſcilicet: Nã hoc quod eſt facultate, ex aduerſo ei diuiditur, quod eſt actu: alterũ uerò q̃d̃ eſt per ſe, ei quod eſt ex accidente: Hanc ergo iudicij rationem conſiderare, ac diſtinguere conuenit.

Quot & quæ prædefiniri oporteat, vt liceat ex alicuius affectione, quæ ad ignem eſt, quopacto aduerſum nos id ipſum afficiatur, colligere. CAP. 10.

AT quibus conſiliũ eſt tuto à rebus extraneis ad corpora tranſire animalium, uidere primũ debent, an tenuis ſit eſſentiæ, an craſſæ, quod explorandum uenit. Secundo, an ſibi continuum denſumq; ac ſolidum, an interuallis interceptum ac rarum. Quocirca his immorandum prolixius eſt: uidetur enim id quoddam eſſe principium, ac uelut elementum, multam conſiderationem poſtulans.

Quòd

† *Oſtendit.*

Græce eſt βρυώδης muſcoſa. ſed uide an legendum ſit πυοειδὴς purulenta. quid enim ſit, carnẽ ui interpres uertit, algæ ritu fluidam, uel etiam muſcoſam, effici, diuinandum eſt.

* *In impreſſis cod. græc. legitur duntaxat τὸ ὕδωρ, ideſt aqua: in pluribus tamen manuſcriptis additur τὸ γλυκὺ δηλονότι id eſt dulcis ſcilicet.*

† *Clariora uidentur eſſe uerba tertij de tẽperamentis c. 1. cl. 1. pa. 21 f. Præterea quæcunque fientiũ continẽtes materiæ ſunt, nec refert an conuenientes, an proprias dicas &c. quo in loco γινομένων. i. fiẽtium habetur, quod hic. λεγομένου. i. eius quod dicitur. conſidera.*

A *Quòd quæ ſubtiliorum ſunt partium, promptius propriam exerant actionem, quàm quæ craſſiorum, tametſi eandem cum illis facultatem obtineant.* CAP. 11.

IGitur eorum, quę in confeſſo eſt facultate eſſe calida, nullum oīno apparet nos excalfacere, priusq̃ in tenuia ſit comminutum. Nam ſi quis piper ſolidum cuti inſpergat, nullam planè caliditatem percipiat: eadē ratione ſiquis uel linguæ imponat, aut deglutiat, aut alio pacto utat in tegro, haudquaq̃ diligēter trito, & cribrato, ac nō adeo cōminuto, ut pollinē tenuitate referat. Nā qđ pollinis inſtar tenue cuti inſpergitur, excalfacit, ac maxime ſi affricueris: præterea quod linguæ admotū fuerit, aut in uentres deuoratum. at quod ſolidū, integrumq́; imponitur, nec cutē calfacit, & linguæ uentriq; exiguū duntaxat caliditatis ſenſum mouet. Itaq; cùm tenuium eſſe partium dicantur, quæ facile in tenues partes cōminuuntur, craſſarum uero partium, quæ cōtra: tum dura uiſcoſaq́ue ægre, ac difficulter, aut omnino in tenues cōminui non poſſint: fragilia uerò, & quæ citra uiſcoſitatē mollia ſunt, prōpte in tenues ſoluātur: hinc conſtare arbitror, multa eſſe facultate calida, ac facile accendi, uerum nos haud facile excalfacere. Nā ignis, ut q̃ omniū eſt tenuiſſimus, ſimulq́; caliditſimus, & in profundū facile penetrat, & cōminuit, extenuatq́ue, & uincit atq; in ſuā deniq; naturā conuertit, undequaq; ſcilicet ſimile reddens, atq; exuperans id,
B qđ contingit: At noſtra caliditas ſupra q̃ q̃ craſſæ ſit eſſentię, & halituoſa, inſuper infirma eſt, ut non facile mutet qđ contingit. Oſtenſum eſt aūt in tertio De temperaturis (quo ſine, quæ hic dicuntur, aſſequi eſt impoſſibile) nullū eorum, q̃ nos excalfacere apparēt, perinde ut ignem poſſe calfacere, uerum ut materiā accendi facilem: ſiquidē mutationis principium à noſtra caliditate accipientia, ut calami aridi ab igne, nos cōtra recalfaciūt, & uelut partes fiunt quædā caloris natiui, ſicut ignis: nā quod prius erat calamus, id nunc fit ignis, ut mutantis ipſum ignis eſſentiam totā adaugeat. Monſtrauimus aūt quędam, ubi uel leuē fuerunt mutationē extrinſecus adepta, ſecundum naturā deinde ſuā ad plurimā mutationem procedere. Quamobrem mirandum nō eſt, ſi quædā medicamenta primæ quidē mutationis principiū à noſtro calore nacta, inde iā pgant eū quoque, qui mutabat ſuperare. Nam cum corporis cuiuſq; ꝓprietas alia habilis ſit ad ſuſcipiendum calorem, alia inhabilis, fit ut paria principia non ſequatur par incrementum.

§ *Quòd pharmaca, quæ paruam ſortita ſunt molem corpoream, magis agant, quàm quæ magnam.* §

QVin etiam quòd corpus admodum exile facilius alteratur, mutaturq́; ab eo, cui admotum eſt: quod autem grandius eſt, non niſi temporis ſpatio, ac uix tandem etiam ſenſibilem alterationem ſuſtinet: id cum non modo à phyſicis naturam ſcrutantibus ſit demonſtratum, ſed
C cuiuis etiam homini rei ipſius experiētia notum: ſatis magnum adfert teſtimonium, ijs quæ modo dicebamus. Quippe ſi piperis particulæ à nobis accipere debēt mutationē: eoq́ue accipiant facilius, quò fuerint minutiores: mirandū nō eſt, ſi eas tanto citius excalfacere experiamur, quā to accuratius in minimas fuerint comminutæ.

Medicamenta parem etiam ſortita tum facultatem, tum conſiſtentiam, quanto rarioribus applicentur corporibus, tanto ocyus actionem ſuam exercere. CAP. 12.

QVinetiam q̃ extima cuti ſuperficies calloſa ſit, duraq́ue, & frigida, tum quod ſub ea eſt, quā to profundius ſubeas, tanto ſit calidius, nemo ambigit. Huic ſanè rationi, ſi duo etiam principia in alijs à nobis tractationibus demonſtrata adiecero, ita denique uniuerſum poſſis colligere. Alterū quidem ad demonſtrationem principiorum, ſiue lemmatum, ſiue axiomatum, ſiue propoſitionum, ſiue utcunq; nuncupare libebit, in cōmentarijs De temperamentis demonſtratum eſt, cutem uidelicet omnē in primo ſtatim ortu ſibi eſſe continuā: at temporis ſpatio perforari, ac plurima nanciſci ſpiramēta ritu cribrorū. Alterum utiliſſium ad ratiocinationē propoſitionum eſt, Corpus uniuerſum expirabile eſſe, ac inſpirabile, ut inquit Hippocrates. Fuſius autē de hac dictum eſt in libro De vſu pulſuum, ubi demōſtrauimus, arterias ubi ſe dilatantes undequa
D que, & per omnes meatus attrahunt, nō aerē modo, halitumq́; attrahere, ſed, quicq d etiā trahi facile, ac tenue ſit, ad ſpiritualis eſſentię impetū expedite cōſequi. Quibus ſic ſe habentibus, multæ uenæ arteriæq́; aperiuntur in cutis meatus, & in ipſius ſuperficiem internam: ac in meatuum perforationes, haud pauca peruenire uenarum arteriarumq́; oſcula exiſtimandū eſt, nihiloq́; ſecius ad extimā ſuperficiem, ita ut ipſę uſculis ibi finiant: Tum quicquid piperis ad exactiſſimum redactum fuerit pollinē, ſimul cum ambiente aere ab arterijs attrahi, ipſumq́; protinus à calore natiuo tranſmutari, idq́; tum ob paruitatē, tum ob ingenitam, ut à calore alteretur, aptitudinē: ſiquidē haud aliud illi erat facultate eſſe calido, q̃ facile poſſe incaleſcere. Quòd ſi ſemel id illi fit, mirum non eſt per omne corpus tempore perlatū, ipſum recalfacere: ac proinde primū maximeq́; ab id genus medicamentis incaleſcere partes, quas primū cōtingerint: deinde q̃ his ſunt proximæ & continentes: ac ſic deinceps tertio, quartoq́; loco, pro ſitus uidelicet uicinitate, cū ijs q̃ primo incaluerant, incaleſcere. Hæc ſcientifica conſtant demonſtratione, non tamen ijs ſatis credibili, qui in primis non fuerint exercitati. Oportet enim in ijs quæ De elementis ſunt ratiocinationibus eſſe uerſatum, atq; in commentarijs De temperamentis, & vſu pulſuum, & ante hęc omnia in demonſtrādi methodis peritum. Sane paucis datum eſt omnia percurrere. Verū his quidē ſuffecerit (mea ſententia) in euidentibus duntaxat uerſari, paucis attactis cōmunibus

rationibus ſiue epilogiſmis. Itaq; cauſam, quamobrem non excalfaciunt corpora humana ea, q̃ E craſſa adhibentur, ēt ſi natura ſint calida, ijs duntaxat qui rationem aſſequi ualeant, dictam eſſe reputent: ſibiq; ſatis eſſe perſuadeant, quod euidenter ſenſibus apparet. Apparet autē euidenter craſſorum omnium nullū prius, q̃ ad unguem cōminuatur extenueturq́ue, neq; ipſum à corpore noſtro quicquam perpeti, neq; rurſum in nos poſſe agere. Nec.n. ſolum in pipere, napy, cachry, cæterisq́; omnibus, quæ nos excalfaciunt, ita ſe res habet, ſed æquè itē in facultate frigidis. Nam ſi quis radicis mandragoræ corticem in magnas partes confractā cuti imponat, aut illinat, † aut deglutiat, ꝙ planè nihil efficiet: at ſi admodum ſit cōminuta, refrigerare poteſt. Sic ēt papaueris ſemen, & cicutæ, tametſi hoc ſit oīum refrigerantium ualentiſſimum, tñ antequā exacte comminuatur, cuti noſtræ impoſitum planè eſt imbecillū. Ne te ergo magna teneat admiratio, ꝙ calami aridi, piliq́ue, tametſi accendi promptiſſimi ſunt, non tñ nos contactu excalfaciunt: quippe qui planè à noſtro calore mutari nequeant, ut ſic recalfaciant, ꝙ uidelicet pollinis ritu cōminui non ualeant. q̃quidem calamus Indicus, quē & aromaticum, ideſt odoratum appellitant, cùm tundi, cribrari, ac planè magis, quàm qui apud nos naſcitur, cōminui ualeat, clare nos excalfacere conſpicitur, ſicut uno ore omnes qui ætate nobis maiores ſunt medici, confitentur.

† *Eſt quidem in antiquis codi. græcis ἢ κατατίλοι. i. aut deglutiat, in impreſſis tamē & in tralatione ueteri uerba hæc non habentur.*

Quòd corpora rariora citius ab igne accenduntur, quàm quæ ſunt ſpiſſiora. CAP. 13. F

POrrò cōſiderandum eſt (quemadmodum propoſui) non ſolum craſſarum ſit partium, an tenuium, explorandorum medicaminum ſubſtātia, uerum etiam rara ne, an denſa. Voco ſanè rarum, cuius partes ſpatijs inanibus intercepta ſunt, intelligētibus uidelicet nobis, ac ſemper recordantibus, quo pacto dicatur ſpatium inane ab ijs, qui unitam eſſe dicunt ſubſtantiam, † non quemadmodū Epicuro, & Aſclepiadi eſt uiſum; immo aere plenum eſt in raris corporibus, ſpatium inane. Vbi ergo eiuſmodi ſpatijs multis corpus fuerit diſtinctū, facilius q̃ denſum accenditur, etiā ſi ꝙ ad caliditatis frigiditatisq́; attinet temperiem, ſimiliter illi ſit affectum. Nam qui in ijs ſpatijs continetur aer, cùm ſit ad patiendū promptiſſimus, primo ſtatim ignis occurſu accenditur, atq; inflāmatur: una uerò ſecū corpus uniuerſum accendit, unamquāq; eius partem nimirū undequaq; occupans. Ergo, ſi parua corpora, cingente ea circunquaq; flāma, prompte accēduntur (nā id clare conſpicimus) non ſine ratione corpus rarum celeriter accendiī, utpote cùm profundas eius partes oēs flāma cōtingit. Sic itaq; calamos aridos ignis celeriter exurit, tametſi minus ſint alia ſubſtātia calidi, idq; ob meatuum multitudinē, quos aer quidē prius occupabat: ubi uero ignis contigit, flamma depaſcitur: Aer.n. accenſus, flamma eſt, terra uerò carbo. Porrò ꝙ aeris plenos meatus multos aridus calamus obtineat, ſummū argumētum eſt ipſius leuitas: nā G ſiccum natura corpus leue eſſe alioqui nequeat, niſi inanitate ſit præditū. Eūdem in modum pumex, & ſpongia ſicca atq; oīa adeo quæcunq; fiſtuloſa ſunt, multumq́; uacui obtinent, pondere ſunt leuia. Sic ſanè & calamus non eo duntaxat ꝙ ſiccus eſt, ſed ꝙ plurimi aeris eſt particeps, prō ptè accendiī: at à noſtro corpore ægrè proinde calfieri poteſt, quòd eſſentiæ ſit craſſæ. Quando igitur medicamenti cuiuſpiam ex ignis commertio temperiem colligentes, ſcrutari ſtatuimus, an aduerſum nos eodem modo ſe gerat, ſubſtantiæ eius reſpicienda conſtitutio eſt. Nā ſi tenuis quidem ſit, ſed continua, eandem & in nos naturam oſtendet, quam prius in ignem: ſin autem rara ſit & craſſa, fieri poteſt ut ab igne quidem perfacile alteretur, non tamen à calore noſtro, ac proinde nec nos recalfaciat.

Aquam tenuium eſſe partium, nec unquam nos ex ſua natura excalfacere. CAP. 14.

POſteaquam igitur hæc eum in modū definita ſunt, rurſum ad ſermonē de aqua redeamus. Nam ꝙ tenuis ſit eſſentia, argumento eſt, ꝙ promptiſſimè per *pilos, & ueſtimenta perfluat: nam ꝓp humiditatem mollitiemq́ue, quę nihil habeat adiunctum uiſcoſitatis, diuiſibiles partes obtinet, & quæ facile in minimas poſſint diſtrahi. Talis cùm ſit, tñ neq; nos ex ſua natura calfacit, neq; proprium eſt ignis nutrimentum, immo oīno contra aduerſatur, & *diſſidet, atq; extin- H guit, ut quæ illi ſit aduerſiſſima: nec mirum eſt, ſi cum igne natura tum calidiſſimo, tum ſicciſſimo, pugnet aqua, quæ frigida eſt & humida. Coniectura quidem igitur & ex ignis ſumenda cō mercio, quo pacto quodq; medicamentum in calore, frigoreq́; ſe habeat: non tñ protinus exiſtimandum tale & ad nos uideri, niſi tenuium ſit partium, & ſpiſſum. Sic oleum tametſi facile in flāmam uertitur, non tñ admodum celeriter nos excalfacit, nimirum lenta craſſaq́; ſubſtantia ſua tenaciter ijs inhærēs, quæ primum contigit: proindeq́; longiſſime oībus perdurat, quibus fuerit illitum, ſcilicet nec ab ambiente facile aut extenuari, aut digeri potēs, nec intro in corpus promptè tranſumi: Aqua uero è contrario & celerrime in halitum ſoluitur, atque expedite digeritur. proinde etiam ſi in idem uas coniectam aquam oleumq; decoquas, prior tamen aqua digerit, & abſumitur. Sic item ſi lithargyro, aut ceruſſa, aut id genus aliquo cum aqua diligenter commiſto, ſimul ambo decoquere uoles, priorem digeri aquam experiere.

* πλοκάμων.

A. I. 11. fol. 91. g

* σασιάζει.

Non ſimpliciter quod citius ab igne accenditur, id ad nos quoq; apparere calidius. CAP. 15.

NOn ergo ſimpliciter quod citius accenditur, protinus ad nos apparet calidius. Siquidē antè oſtenſum eſt, ut calefacientium † aliud ſimpliciter erat calidum, ut ignis: aliud exuperantia calidum, uelut qui in nobis eſt calor: Sic eorum quæ facultate ſunt calida, aliud eſſe eiuſmodi,

* ἐνεργείᾳ. i. actu, additur in antiquis codi.

A di,ut ad id,quod primo,& abſolutè eſt calidum:aliud uerò ut ad id,qđ per exuperantiam dicit. Quam ob rem non abſolutè ab ea, quæ aduerſus ignem eſt, in iudicium uenientium medicaminum diſpoſitione, ad nos tranſire expedit, ſed adiecta limitatione propoſita.

Non quod citius a frigore congelaſcit, eo quod tardius, abſolutè frigidius exiſtimare licere, ſed inter ea, quæ parem ſortita ſunt conſiſtentiam. CAP. 16.

EAdem hęc limitatio itidem neceſſaria eſt,qñ ex eo,q quid facile conglaciatur,frigidũ eſſe colligimus.Nam in ijs,quæ eandem hñt aut tenuitatem,aut craſſitudinem conſiſtentię,qđ ocyus a frigore congelatur,temperamenti eſt frigidioris.Nã ſi alterum ſit tenuius,puta exẽplicã,uinum : alterum craſſius, ut oleum : non eſt neceſſe aut citius,aut magis, concreſcere qđ eſt frigidius. Verum, ſi quanto alterum eſt frigidius, tanto alterũ quoq; craſſius ſit, ſimiliter ambo concreſcent.Cæterum magis concretum videatur, ipſa uidelicet conſiſtentiæ duritia,qđ fuerit eſſentiæ craſſioris.Nã rationabile eſt,reor,ſimiliter congelatorum qđ craſſioris fuerit eſſentię, itidem fieri durius. †At ſi uel alterũ plus ſit frigidius q̃ reliquum eſſentiæ craſſioris: aut contra minus frigidius quidẽ alterum,ſed alterũ craſſioris eſſentiæ: haud ẽt pari tpe hæc congelaſcere eſt poſſibile:verùm quod plus eſt frigidius,q̃ alterum eſſentiæ craſſioris, minoris temporis ſpatio:quod uero minus eſt frigidius, q̃ reliquum eſſentiæ craſſioris,maiori. †Sic magis minusque vtrumuis ipſorum uideri durum,id pro exceſſus portione euenire eſt neceſſe.

† *Atſi alterum multo frigidũ ſit quã alterum craſſius,uel contra multo minus frigidũ ſit eorum alterũ, alterum uero craſſius, non ẽt in pari tempore cõgelaſcere hæc poſſibile eſt, ſed alterũ quidem multo frigidius uel craſſius in minori tempore,reliquũ uero quod minus frigidũ uel craſsiũ eſt, in maiori.*

Quo differat congelatio à refrigeratione. CAP. 17.

HAec ergo memoriæ mandare oportet : tum q non idẽ ſint congelari,& refrigerari,†& q illud maxime a refrigeratione proueniat.Nã refrigerari eſt frigidam accipere qualitatẽ: at congelari eſt dureſcere præ frigore.Ergo quæcunq; corpora tenuis ſunt eſſentiæ,cum facile ppetiãtur,promptè tum incaleſcunt,tum refrigerantur:at non ęquè promptè cõgelanť, ut aer, & ignis. Nã hic planè non congelatur : ille aũt nempe aer, non perinde ut uitrum, ut pix, ut cera,reſina,bitumen: tametſi.n.bitumen ſit uel calidiſſimum , eſſentiæ tñ eius craſſities ac terrenitas,ad congelationis celeritatem adiuuat:ac ſi tetigeris, calidum etiamnum, planè tñ congelatum reperias:ſicut(puto)& plumbum,& ſtamnum non aliter concreta ſunt etiamnũ feruentia. Sic aquam Hippocrates,quæ celeriter & incaleſceret,& refrigeraretur,ſp eſſe leuiſſimam retulit:nam quanto tenuior fuerit,tanto pati promptior eſt:atqui quæ tenuior eſt, minimum hẽt limi terreſtris.Non ergo abſolute, nec temere ex materiæ paſſionibus ad ignẽ, conijcere eius ad nos facultatem oportet, verùm adiũctis limitationibus ſuprapoſitis. Quare nec æquè ſecurum hoc iudicium,ac id, quo ad nos ipſos quid examinamus:at, qui hoc ẽt ulterius tranſeunt, planè in multis errorum periculis uerſantur. Quanq̃ id faciunt medicorum complures, alij oẽ qđ uiſcoſum eſt,calidũ aſſerẽtes:†alij quicquid adſtringit:nõ nulli,quicquid eſt dulce: quidam uero, ẽt qđ auſterum acerbumue eſt:ſunt aũt,qui ſingulis illorũ contraria defendant. Sed qui in iſtis errores comitantur poſtea narrabo.Nunc aũt præſentem ſermonẽ conſilium eſt abſoluere:nẽ pe ut ſiquis ex ignis cõmercio materiã iudicare uolet,nõ abſolute,neq; citra limitationem id faciendum:neq; perinde ad ignem & hominem hñe, quicquid iudicatur,putandum.Nã aqua igni aduerſiſſima eſt,ut quæ facultatem ſortita eſt frigidã & humidam:muria uero,marina, bituminoſaq;, & ſulfuroſa aqua,non ęque,quippe cũ id genus oẽs ab aqua ad calidius receſſerint.Verum de ſponte natis aquis(Græci αὐτοφυῆ uocant)uel hęc ſufficiant. Siquidem ubi medicaminum uniuſcuiuſque, quorũ qualitates accipere aquam oſtẽſum eſt, ſermonẽ ſingulatim tractabimus,ſi nunc aut obſcurius quippiam, aut imperfectius ſit dictum, id tunc adiicetur.

† *tametſi.*

† *Ex antiquis græcis . Alij quicquid adſtringit, frigidum : non nulli quicquid eſt: dulce, calidum quod uero auſterum uel acerbum eſt, frigidũ Antiqua tamẽ tralatio habet ut noſter interpres.*

§ *De aceto.* §

SEd ad reliqua nunc liquidorum medicaminum tranſibimus,inter quę uel maxima eſt cõtroſuerſia de aceto, aliis frigidum , aliis cõtra calidum adſtruentibus:nõ nullis calorem quidem quendã illi concedentibus , ſed quendam ẽt auferentibus , uelut qui acetum uinũ eſſe mortuũ aſſerũt.Nã hi propriã uini caliditatẽ perdidiſſe quidẽ,uerũ putredinoſam aſſumpſiſſe aliã quãdam contendunt. Atq; ego ſanè non multum abeſt,quin illorum laudem ſententiã, in eãq; prõpte accedã, †proq; hac aſſertione atq; opinione pericula oĩa ſubeã , ſiquam machinã aut artẽ inuenire queam, ſicut in lacte cõtrariarum partiũ ſeparationis , ita hic quoque. Nunc aũt,q lac uniuerſum non ſit homœomeres & ſimilare.neq; undequaq; ſibi idẽ, clare monſtrat eius ſciſſio,excogitata uidelicet multis hominibus rõne, qua partes caſeoſę a ſeroſis ſeparari poſſint. Atqui neq; tale quid repertum in aceto eſt:neq; manifeſto demñare poſsis,q quantũ eius eſt tenue,atq; humidum exacte , refrigeret : qđ uero ſcđm fæcis ſubſtantiã in eo deferť, * uelut in uinis,calefaciat:nam ea ſolum ratione apertè quis probauerit ex contrariis ipm partibus cõſiſtere,ſicut lac.Sanè in oĩbus liquoribus, quos exprimendis fructibus conficiunt,craſſum* defertur quippiam,quod & tpis ſpatio ſubſidit:fęx uocatur in vino,in oleo aũt amurca : ſed, & in oĩbus aliis †ineſt, quod illis proportione reſpondet,tametſi propriũ nomẽ ſortitũ non ſit, quod uelut fæx eſt in illis : & fortaſſe & in aceto eſt eiuſmodi quippiam , & forſan ipm eſt quod caloris eſt particeps:quod uero frigoris, id quod tenue eſt:fortaſsis uerò & in ipſo tenui exiguum quiddã defertur* in multa quantitate diſperſum alrerius naturæ, q̃ ipſum ſit totum : nam quòd maiori

† *Humiditatibus expreſſis, additur in tralatione uetere.*

parte

parte frigidius ſit q̄ calidius, liquido iis apparere arbitror, qui vere facultatē eius expenderint. E

Perperam multos cauterij inſtar acetum pronunciaſſe calidum. CAP. 18.

ACmiror, qua ratione ducti quidam vſq; adeo calidum eſſe acetū pronunciarint, ut cauterio ipm aſſimilarint: nam hac, inquiunt, ratione ſanguinis eruptiones (αἱμοῤῥαγίας Græci vocant) reprimit. Primum. n. tanta caliditas ſenſum noſtrum non fugeret. Deinde ad illorū calidorum imaginem omnino utiq; cruſtam efficeret, calidis medicinis ſimiliter. Nam id plane cō ſpicimus, ubi per ea ſanguinē ſiſtere ſtatutum eſt, cruſtam relinqui haud exiguam: ſiquidē, niſi cruſtam effeceris, ſanguinē haud repreſſeris, nam uelut operculum fit corporibus ſanguinem profundentibus. Proinde ſanè ēt cauteria planè cādentia illis applicare conſueuimus, compertum nimirum habentes, quæ non ſunt eiuſmodi, præterquam q̄ nihil ptoficiant, inſuper lædere, ac ſanguinis profluuium irritare. Nec ſanè ignis ex ſua ratione, aut q̄ calfaciat, ipm ſiſtere p̄t: verùm idcirco, quia cum urat quæ contigerit, quod exuſtione reliquum eſt, operculum ſubiectis partibus relinquat, id quod Græcis appellari conſueuit ἔσχαρα, §Latini aūt cruſtā uocant.§ At acetum haud perinde ut cruſtam facientia medicamenta, ſed potius ut adſtringentia, & refrigerantia, citra cruſtam, ſanguinis fluores cohibet: itaq; hac quidem rōne nō excalfacere §extreme,§ ſed refrigerare putetur. Præſtat tñ, ut & ſupra monuimus, a talibus cōiecturis recedere, F utpote quæ iudicium ad ſenſum haud referant, neq; ex propè poſitis, aut uicinis, ſed è longinquo & longis lemmatis, ſiue ſumptionibus, rationem colligant. Aperiam aūt copioſius illorum abſurditatem in libris ſequentibus.

Quo methodo cognoſcere liceat, an calidum ſit acetum. CAP. 19.

NOs aūt ſecundum methodum ſiue rationem ab initio poſitam, uim eius experiemur, primum in iis quibus inculpata conſtat ſanitas, mox in intemperatis, deinde & in ægrotantibus. Itaq; ſpongiā, aut lanam aceto madēfactam cuiuis ſani corporis parti ſuperponemus: deinde, ut ante eſt poſitum, protinus rogabimus, idiotas. ſ. atq; ex plebe aliquē (nam illorū in iſtiuſmodi incorruptum eſt iudicium, quia nulli uidelicet dogmati ſeruiliter ſunt addicti) nunquid calorē, an frigus, percipiant. Id uero ſatis conſtat, q̄ illud nec ſumme frigidum, nec calidū admouebimus: nam & de hoc ſupra uerba fecimus. Sanè ſi tale fuerit, quod applicatur acetum, potiſſimum ſi non admodū inueteratum, neq; extreme acre, manifeſtum principio frigus percipiēt: itidem & poſt unā, duas, treſue horas: poſtea uerò, poſt ſublationem. ſ. ſenſim naſcentis in parte caloris phantaſiam ac opinionē hēbunt. Porrò ſi uehementer acre acetum extiterit, & hoc ēt refrigerari ſe principio dicent: celeriter tñ recurrentem calorem ſentient, non aūt lōgo poſt G tpe, uelut in recētiore, ac non ualde acri aceto. Ex quibus conſtat, oīno frigidum quidem eſſe acetum, ſed quendam ēt obtinere calorem, qui acrimonię ratione per aliquod accidens ſpatio tēporis mediocriter corpora excalefaciat, tametſi id non ubiq;, ſed in quibuſdā dūtaxat, poſſit efficere, Nam laxis, ac doloris expertibus tumoribus, neq; protinus, neq; poſtea, caloris ſenſum aceti uſus commouet, *mordicatio tñ in illis quædam percipitur, ob quam ſæpenumero iis qui intēperanter *utuntur, tenuis quidam recurrit rubor. Itaq; neq; primario, neq; proprio tēperamento excalfacere uideri poſſit, ſed acrimoniæ morſu irritare. Porrò qñquidē à ſanis corporibus ad affectus ſemel delapſi ſumus, ſuggeramus, quę in calidiſſimis, & frigidiſſimis affectibus efficere queat. Ergo ſiquis ab illita thapſia uratur, ardor aceto reſtinguitur: id quod, cui libitum eſt, experientia diſcere licet, uelut nos profecto fecimus in nobis ipſis, quò accurate medicamēti potentiā experiremur. Illitis. n. multis in locis tibiis, ubi poſt quatuor quinqueue horas accēdi, & inflāmari cępiſſent. huic quidem parti acetum, illi aquam inſperſimus: alii uero oleū, alii roſaceum innunximus: & aliis atq; aliis alia atq; alia, quæ aut acrimoniam habetare, aut calorē refrigerare creduntur: ſed eorum oīum acetum compertum eſt efficacisſimnm. Quocirca manifeſtum eſt, non eo, q̄ acrimoniā, ac mordacitatem obtundat, ſicut oleum & roſaceum, †(nam H id p̄ſtare hæc p̄ñt) ſed quia refrigeret, tale eſſe. Quippe, ſi excitatas a thapſia phlegmonas aliter ſanare non liceat, niſi aut refrigerando, aut morſum ſiue acrimoniam obtundendo: nec alterū præſtare ualeat acetum: conſequitur utiq; neceſſario per reliquam uim ſanaſſe. Alias porrò reliquas calidas paſſiones oēs, phlegmonas puta, herpetes, phygethla, eryſipelata, carbunculos, aliàs plus, aliàs minus, refrigerare conſueuit. Quapropter niſi uehementia illi atq; aſperitas facultatis moleſta ineſſet, haud alio ſanè utendum ad refrigerandum foret.

prurigo.

† *A. ex antiquis cod. græc. nam acetum has (hoc eſt acrimoniam & mordacitatē) efficere ſolet. Vetus item interpres, quoniā de proprietate ipſius aceti eſt, vt faciat accidere, mordicationem, &c. & ſta omnino legendum, videtur.*

Quibus rationibus ſint uſi tum ij, qui ſumme calidum, tum ij qui ſumme frigidum eſſe acetum pronunciarunt. CAP. 20.

TAmetſi quidam reperiantur, qui maximum id caliditatis eius argumentum conſtituunt. Nō enim, inquiunt, neq; acre, neq; mordax, neq; aſperum, neq; erodens foret, niſi affatim illi ineſſet caliditas. Nam ſicut frigidi proprium eſt contrahere ac refrigerare, ita calidi ſecare atq; diuidere: id qđ in primis efficere acetū ualet, quippe quod ſecet atq; erodat non mō aīantium corpora, ſed & grumos, callos, lapides, fictile, æs, ferrum, plumbum, ac tantum: non uelut ignis cūcta peruadat ac penetret, nec ulla poſſit ſubſtātia penetrationis eius uehemētiā aut ſubſtinere, aut illi reluctari, ac reſiſtere: nam ſubtile haud ſecus eſſe atq; ignē, nō leui teſtimonio illi tactū eſſe:

A esse: quin & gustãtibus ita videri, & per subtilissima uestimẽta promptius aqua perfluere, oĩaq; excedere, uti paulo supra diximus. Et quinam, obsecro, aliud ipsum his uerbis, q̃ ignem pronunciant? Non aliter q̃ qui frigore grumos ipsum soluere contendunt, premendo uidelicet, densando, ac undequaq; stringendo, ac siquis digitis amplectens cõpresserit. Nam hi rursum adeo excedunt, ut & niue frigidius ip̃m adstruãt. Sed utrorũq; castiganda immoderatio est. Neq; n. ut frigidum sit, iam niue frigidius: neq; ut calidum, oĩum calidissimum pronunciandum est: siquidem, nisi iuxta medium foret, ac longe ab extremorum utroq; dissitum, non tãta incidisset de facultate eius controuersia. Nam de cicutæ, aut mandragoræ uiribus nemo ambigit, neq; de nasturtij, & cachryos: uerum illa oĩbus medicis in confesso est facultate esse frigida, hæc uero calida: Eundem in modum altercum & meconium frigida, piper & napy calida. Ad hæc innumera sunt alia, quæ facultate aut esse calida, aut frigida, uno ore medici omnes fatentur.

Quod acetum neutrum esse dicimus, ut ad summe calida, & summe frigida, quia utriusq; extremorum est particeps. CAP. 21.

CAeterum acetũ, sicut utiq; & rosaceũ, neq; esse summe calidũ, neq; rursum summe frigidũ, ex ipsa dubitatione satis constat: neutrũ uero quodam mõ, utrũq; horum sit necesse est. Si quidẽ cũ neutra tripliciter dicaẽ, uti diuisit Herophilus, partim amborũ extremorũ participatione, partim neutrius, partim nunc illius nũc huius, oĩno & hæc aut aliquo signãtorũ, aut aliqbus, ex neutrorũ natura fuerint. Mihi sanè magis vñr utriusq; extremorum participatione: & q̃ nunc sensibiliter calfacere uideãtur, nũc rursum refrigerare. Sic ergo neutra dici possint acetũ, & rosaceũ. Quòd siquis ea neutra oñdere conet, quia neutrũ extremorũ participent, ne illi quidẽ ẽt forte probabiles quædã rõnes deerunt, sed non erunt demonstratoriæ ac scientificæ. Id me exacte compertum hr̃e cõfido, & maxime de aceto. Nam q̃ suæ utriusq; sint, rõnes probabiles, tum ijs qui frigidissimũ demonstrant, tum ijs qui calidissimum, nõ paruum indicium est ipsum utriusq; esse particeps: admodũ tñ difficile est rõni, contrariorum participationem concedere, cũ non liceat substantiã eius aut soluere, aut scindere, uelut in lacte facimus, & alijs cõpluribus, q̃ oĩa sermonis progressus aperiet. Proinde euidentius, magisq; periculo uacãs principiũ optamus assequi. Porrò ut mihi quidem vr̃, indagandũ illud principium est ex naturæ tũ tenuitate, tum crassitie, de qua dictum quidem supra est: uerũ nunc quoq; copiosius de illa differere expedit, quandoquidem & Plato de principijs longum haberi sermonem oportere prodidit.

Quo pacto aerem dicamus tenuium esse partium, & nec omnem ignem esse tenuium partium, nec quicquid tenuium est partium, esse ignem. CAP. 22.

CIgitur nemo aerẽ non dicit esse leptomere. i. tenuiũ partiũ, q̃ uidelicet in tenues facile partes cõminuaẽ, qđq; p̃ corpora densissima expedite penetret: aut si ex aliqua quapiã leptomerię, i. tenuitatis partiũ, uocabulũ illi attribuãt, clare nos doceãt. Nec. n. ex corpusculis exilibus tenuibusq;, ut alterius sectæ principes asserũt, & nos quoq; aerẽ cõstitui fatebimur: nã continuus est, totusq; unꝰ, nihil usq̃ in se uacui cõtinens. Porrò ĩ eiusmodi corporis natura tenuitas partiũ intelligiẽ ex sola in tenuia diuisionis celeritate. Verum si ea rõne aer est tenuiũ partiũ haud oĩs ignis tenuiũ erit partium: q̃ppe cũ es, ferrũ, lapis, lignũ, atq; adeo q̃cquid in carbonẽ uerti p̃t, sit ignis, nõ tñ q̃ antea tenuiorũ partiũ: flãmæ tñ, cũ aliud sint ignis genus, re uera tenuiũ partium sunt. Quocirca nõ oĩs ignis est tenuiũ partiũ, neq; q̃cq̃d tenuium partium, p̃tinus & ignis fuerit: siq̃dẽ & pruna ignis q̃dẽ est, sed nõ tenuium partiũ: & aer tenuiũ partium, uerum non ignis. Quid ergo tã in prõptu hñt hasce propositiones utraq; tũ medici, tum philosophi paulo minus oẽs, oẽm ignẽ esse tenuiũ partiũ, & q̃cquid tenuium partiũ sit, esse igneũ? Nã si acrius q̃s attenderit, aĩumq́; diligẽter aduertat, haudquaq̃ dixerit prunã aere tenuiorũ esse partium. Memoria nanq; repetam mꝰ ambiẽtis nos aeris puritatẽ, ac partiũ tenuitatẽ in uehemẽti frigore, & boreali constõne: ipsamq́; cum ferro componamus ignito: manifesto. n. ex illius modi exẽplis cognoscemus frigidum quid esse, quod sit exacte tenuium partium: & calidum, quod sit crassarum.

Non omne quod mordax est, tenuium partium esse, aut calidum CAP. 23.

AVocirca haud cõcedẽdum arbitror q̃busdã, q̃ acetũ ex eo, q̃d mordax sit, tenuiũ partium & calidũ esse colligunt: nec. n. q̃cquid tenuiũ partiũ fuerit, id & calidum est: forte uerò nec quicquid mordax fuerit, & tenuium partium. Verũ in pr̃sens id illis deẽ, tametsi adferre liceret niuẽ, boreã, aquã frigidã, non oculis duntaxat, sed & ulceribus, & raris corporibus oĩbus, mordaces, ut Hippocrates inquit, ‖ Vlceribus frigidum mordax. Verum ẽt siquis & illud, ut dixi, concedat, quicquid mordax fuerit, esse tenuiũ partium, non statim & calidum concesserit. Itaq; nec acetum proinde q̃ mordax sit, calidum fuerit, sed tenuiũ partiũ, uti aer borealis, non tñ calidũ. 5. Apho. 20. Ex. ord. 39. a

Quomodo acetum obscure videatur calfacere. CAP. 24.

VNde nam igitur quibusdã obscurę cuiusdã caliditatis sensus oboritur? Fortasis, ut ante dixi, ex contrarijs facultatibus cõpositum est, perinde ut lac, Forte uero caloris ipsius reuocatione. Possit ẽt, cum asperum molestumq́; habeat transitum, dolorem inde ciere, atq; eum in locum calidam elicere fluxionem, siquidem id palàm est, partibus dolẽtibus quippiã influere. Verum multum influere nequeat, quandoquidem acetum frigidum est, & proinde id quod accurrit,

currit, repellens. At, qđ planè tenue eſt, id medicamẽti anſas effugiens, ꝑterlabitur, atq; in par E
te figitur, haud ẽt retrorſum, ſicut id quod craſſum eſt, repulſum. Sanè ad vnguem tenuis quidã
efflореſcere rubor in partibus ab aceto irritatis conſpicitur. Forte uerò alia cã eſt, quæ compre
hendi nequeat. Nã ob id iꝑm procul ordiendã facultatum explorationem prohibuimus, qã in
naturalia incidere problemata, neceſſe eſt, eaq; nõ leuibus ambiguitatibus ꝓplexa. Nobis igiť,
haud ſtatutũ eſt, ſicut iis, qui naturam rerum ſcrutantur, oẽs oĩum rerum cãs exquirere, uerum
medicaminũ facultates cognoſcere, quo & illis dextrè uti, & boni cõpoſitorũ euadere artifices
poſſimus. Nã ꝙ fit impoſſibile aut probe iꝑm medicamentum cõponere, aut eo qđ ab alio com
poſitum eſt, idoneè uti, anteq; ſimplicium medicaminũ facultates pernoueris, abunde in libris
tum de curandi rõne, tum de medicaminum cõpoſitione conſcriptis oñditur. Cum ergo is no-
bis in hac tractatione propoſitus ſit ſcopus, ubi primum qđ ab illis utile eſt inuenerimus a phy-
ſicis problematis recedendũ eſt, quæ innumeris dubitationibus ſunt intricata: quippe, cum in
qua in uniuerſum tẽperatura, aciditas, dulcedo, §lentities.§ amaritudo, ſalſedo, auſteritas, acri-
monia, & aliarũ qualitatũ ſingulæ prouenire ſunt natæ, phyſici uiri ſcrutari nituntur, hęſitatio
nes tum plurimę, tũ maximæ, in oratione exiſtere aſſolent. Has ego non ſecus uitandas cenſeo,
quã q̃dã præcipitia, cum ꝑſertim ad manum ſit uia regia, qua medicamenta iudicare liceat. Pri F
mumq́ue, qđ paulo ante præcepi, perpendẽdũ, nullã in ambiguo eſſe facultatẽ eorũ medicamẽ
torũ, q̃ uehementer aut excalfaciunt, aut frigefaciunt: uerũ de quibus ambigiť, neutra ſint, ne-
ceſſe eſſe: deĩde pleraque, ut ad ſenſum ſimplicia, ex pugnãtibus cõſtare facultatibus: nõ. n. ſolũ
lac, ſed ẽt ſulfuroſæ, bituminoſæ, nitroſæ, & q̃cunq; eius ſunt gñeris ſpõte prouenientiũ aquarũ,
ex pugnantiũ facultatũ miſtura naſcunť: ſiquidem aqua ex ſua natura frigida eſt & humida: bitu
mẽ ãt, ſulfur, miſy, chalcitis, & eius gñeris alia calida. Meminiſſe uerò ẽt oportet calidorũ haud
pauca, craſſæ eſſe eñtiæ: nec pauciora frigidorũ, tenuis: ac ſecđm hæc principia tuto de medica
minũ uiribus pronunciare. Sat igiť fuerit, tenuiũ partiũ, refrigerationem, exiccatoriũq́ue, acetũ
dixiſſe, omiſſis ſuper illis rationibus nimis phyſicis, §quæ magis ad naturam rerum ſcrutantes,
attinent §nã ex illorum ſcientia, quo pacto alijs medicamentis miſceri iꝑm liceat, cognoueris.

Veteres medicos perperam indefinitam reliquiſſe facultatis eiuſdem generis medicamentorum qualitatem. CAP. 25.

QVocirca nõ poſſum eos non culpare, qui de uiribus eius prolixa q̃dã nugantur & garriũt:
magis ẽt, paulo minus medicos oẽs, q̃bus curæ nõ fuit ſimplicium oĩum medicamẽtorum
in maioris minorisq́; ratione uires diſcernere: ſed ſatis eis fuit, hæc quidẽ, uerbi cauſa, calfacere G
re dixiſſe, illa uero refrigerare: tum hęc humectare, iſta exiccare. Nec. n. abſolute ſic nouiſſe ex-
pedit, ſed quatenus pſyllium refrigeret, quatenus ſolanum, aut *ſcandix, aut ceruſſa, aut portu-
laca, aut lactuca: tum quatenus excalfaciat caſia, quatenus cinnamomum, aut amomum, aut
cardamomum, aut maiorana. Sic & in humectantibus & exiccantibus facultate pharmacis; nõ
enim utile eſt gñale ſolum nouiſſe, uerum quid primum receſſerit à ſymmetro & medio cõtra-
riorum facultatibus: deinde quid illi proximum, tum tertium, quartum, quintum q́ue, ſi fieri põt,
receſſum ſiue ordinem, planis limitibus diſcernentem definire oportet. Qñquidem in tali facul-
tatum notitia tum artificialis ſimplicium uſus conſtitutus eſt, tum a ratione proficiſcens ac me-
thodo compoſitio; Facitq́; ꝓter hæc, ut quæ compoſita iam ſunt, rite uſui accõmodare poſſis.
Sanè id quidem difficultatis atq; laboris pleniſſimum eſt, multamq́; poſcens tum diligentiam,
tum uſum. Ab experientia uero auſpicari in id genus oĩbus neceſſe eſt, uelut iam propoſitum
eſt: tum tuto ac diligenter colligere, ab ambiguis queſtionibus cauendo. Eoq́; mirari quiſpiam
poſſit eos qui talia exquirunt, cum illos implicantes ſeſe queſtionibus ſcriptisq́; animaduertat,
quemadmodum conſueuit Herodotus.

**Cod græci antiqui habent landyx.*

Perperam ſuperioris ſeculi homines à compoſitis medicamentis orſos, eorum quæ in illa ingrederentur ſimplicium pharmacorum indicaſſe facultates. CAP. 26. H

SIquidem ab oĩ uetuſtiſſima cõpoſitorum medicaminum hiſtoria orſi, ad expẽdenda, quę in
illis ſunt ſimplicia tranſeunt. Ac qm̃ his, exempli cã, calfaciẽtibus medicamentis admiſtum
inuenitur acetum, proinde & iꝑm eſſe calidum contendunt. Neq; . n. an recte admiſtum fuerit,
conſtare põt prius, q̃ eius ſeorſum uim totam perſpexeris. Neq; ſi id detur, ẽt nota eſt compo-
nendorum medicaminum ratio, per quam iudicantes inueniemus, qua ratione multis excalfa-
cientibus medicamentis unum admiſtum ſit frigidum: aut certe refrigerãtibus, quod calfaciat.
Porrò, ubi ẽt latentes affectus memorant, ad quos congruere uideantur, ac deinde dogmaticis
opinionibus paralogiſmos connectunt, ex quærendis quærenda, ex obſcuris obſcura, inuicem
colligentes, tum profecto uel maxime alijs ſuas produnt ineptias ac nugas.

Quod & empiricis contradicendi præbeant occaſionem, qui citra iudicium, ac diſcrimen, & ſimpliciter compoſitis omnibus facultatibus fidem habent. CAP. 27.

NAm omitto, ꝙ empiricis ẽt reprehenſionis locum ipſi exhibent, ex quo prompte compoſi
tis facultatibus omnibus fidem habeant: tanquam fieri non poſſet, ut pars magna earum
errore nõ uacaret, perperãq́; eſſet cõpoſita. Dicent enim arbitror, ſicut ſanè dicunt fruſtra nos

primas

A primas, effectrices q; cuiusq, medicaminis facultates exquirere, cum ab experientia inuenta iã antea sit tum cõpositorum, tum simplicium medicamentorum, innumera multitudo, quibus & ipsi fidẽ hñt, qui frustra primas facultates exquirunt. Quippe si particulares eorum usus oẽs cõ perti sint, eosq; unanimiter oẽs prædicent: cęterum de causis ob quas agunt, nondum conue-niant: liquet non ex primarum facultatũ notitia medicamentorum tum cõpositionẽ, tũ usum, esse inuenta: sed ea cõposuisse experientiã, at rõnem ad probabilitatem vsq; duntaxat procede re. Hæc atq; eiusmodi alia multa, qui experientiam profitentur medici, ritè illos dicere uide-buntur, qui oĩbus quocũq; conscriptis pharmacis fidem hñre non uerentur, cãs tñ interim titu-lis uirium ac promissis eorũ aptare nituntur. At ego nec illud quoq; ⸗in illos⸗ addere grauabor, Herodotũ alias sectas oẽs prauas reputare præter eam, quæ spiritibus oĩa tribuit, ⸗ πνευματικὴν Græci uocãt⸗ Metrodorum oẽs præter Asclepiadeam: & Zenonem præterq; quæ ab Herophi-lo inuenta est: & Hermogenem præter eam, quæ Erasistratum autorem hẽt: & alium atq; alium oẽs dãnantem extra suam: De compositis tñ medicamentis citra probationem atq; experimẽ tum scriptis oĩbus fidem tribuere, siue a sectæ suæ hominibus sunt scripta, siue diuersæ, siue ẽt à quopiam ex plebe. Quin uerò ẽt cãs subinde reddere conantur probabiles medicamentorum
B pessima rõne compositorum, & (quod hoc est mirabilius) ẽt si nullum eorum quæ laudant, fece rint periculum, sed alijs duntaxat credant. Quemadmodum cum quidam nuper miri ficas, mul tasq; podagrici medicamenti laudes iactasset: atq; eo etiamnum loquente forte fortuna adue-nisset podagricus quidam, qui tã mediocriter laborabat, ut incedere ẽt posset: nosq; iussissemus in illo primũ præberet experimentum: ille acquiescens pedi pharmacum apposuit. At uir ille noctem totam insomnem egit: ac postero die tñ abest ut commodè sicut antea incederet, ut ne-gestari quidem posset. Adeo citra ullam explorationem ac temere tum alijs quidem fidem hñt, tum alios alij scientes ac sponte fallere gaudent. Porrò ẽt si oẽs medicamentorum quæ memo-rant, compositiones probè essent comparatæ, tñ speculations eorum usum ex ijs, quæ factitant euertunt. Aiunt. n. ad præparanda medicamenta composita, eaq; ritè utenda, simplicium facul tates inspici ac cõsiderari: inq; eorum* testimonium tñ non oẽs ueterum citant, Erasistratum, Herophilum, Philotimum, Dioclem, Praxagoram, & ipsum ẽt Hippocratẽ. Porrò ubi ad explo-randa ea accedũt, ita nobiscũ agũt, ac si oẽs perspectas iam haberemus facultates compositas. Atqui inquiet, opinor, ad eos quispiam: quo pacto non frustra simplicium quęratis facultates, si oẽs compositorum iam noscitis? nam si quorum gratia simplicium facultates inquiritis, eas oẽs
C iam nouistis, superuacaneum est illas exquirere. Cæterum si uel hoc quoq; quis illis concedat, saltem id quod & supra positum est nescio quo pacto quis perferat, cum pugnantia cum rebus euidenter apparentibus, prolixis rationibus astruere conantur.

* Al. τοῦτου, i. huius.

Sensus haud contemnendos esse, tanquam ad explorandas simplicium medica-minum facultates sint insufficientes. CAP. 28.

SIquidem in quendam ẽt iam incidi tantæ stupiditatis hoĩem, ut contemnendos esse sensus existimaret: Quẽ cum rogasset quis, num ipsi piper album uideretur calidum, itaque, ut pa-rerat, annuisset: rursumq; alter percontaretur unde id sciret, ac ille respõderet, tale apparere: me rito ab iis qui præsentes erant derisus est, qui quod diceret non intelligeret. Ipsum. n. hoc appa-rere, fidem haberi ab illo sensui indicabat, quem paulo antè tanquam fallacem contemperat. Nam per deos, unde ignem scimus calidum? aut quo syllogismo docti, aut qua demonstratione persuasi? tum unde glaciem frigidam esse didicimus, nisi ex sensu? Ac postea reperiantur, qui ip so sensu neglecto physicis problematis libros impleant. At nõ illo ex genere est, quam ob cau-sam acetum terram fermentet: licet enim nobis dicere, q nos lateat, sicut talium problematum pleraque. Si uero quis promptè dicat, quia aut calidum sit aut frigidum (utrunq; enim dicunt)
D in ambiguas obscurasq; rationes se ipsum coniicet.

Vtrum in oxycrati potu acetum admistum sit duntaxat vt aquam deducat, an etiam vt ipsum quoque refrigeret. CAP. 29.

MEcum certè probè actũ putem, si quę sensui apparentibus uicina sunt, atq; in propinquo posita, exactè ĩuenire possim, discernẽs in eis ac separãs qđ ex se est, ab eo, qđ ex accidẽ te ꝓuenit: velut exẽpli gratia qm̃ ęstiuo tꝑe oxycrati potu q dã planè refrigerant, atq; expertes sitis ꝓmanẽt: sed nondum cõstat, an id aceti gr̃a eueniat: pauculũ siquidẽ eius copiosæ aquę mi stum, non calidũ, sed q̃ fieri p̃t maximè frigidum ebibunt. Nã dixerit forte quispiã, quia tardiu scule permeet aqua, & plurimum tꝑis moret in hypochondriis, nec deorsum concedens, nec in corpus se diffundens, idcirco illi acetum misceri tanq̃ in oẽm partẽ ferendæ futurum uehicu-lum: sic ẽt si cum uino bibatur aqua, sitim efficacius extingui, q̃ si sola, uino. s. ipsam ad distribu-tionẽ promouente: itaq; refrigerationem, sitisq; sedationem ab aqua prouenire, ut quæ frigi-dæ naturę sit & humidæ: cæterum adminiculo esse, ac uelut alas illi ad oẽs corporis partes per-meandas addere tum uinum, tum acetum, q̃ ipsa nequaq̃ frigida sunt, & humida: siquidem p̃sta-ret, sic sola exhiberi potius, q̃ cum aqua, qñ ea facile præ tenuitate in corpus distribuantur, & ab hypochondriis recedant. Porrò qm̃ semel in hunc sermonem deuenimus, nihil obstat quò mi-

nus oẽm exacte perficiamus. Nam q̃ fieri poſſit, ut & aquam acetum deducat, nec tñ ipſum met E
refrigeret: & non deducat ſolum, ſed ẽt refrigeret: certo certius eſt: verum utrum cum ueritate
coniunctum ſit, id conſiderationem poſtulat. Diſtingui autem id poſſit tantum modo, ſicui ex-
hibeas acetũ & uinum, utrũq; ſeorſum & per ſe. Apparet enim a uino homini ſemper ſitim in-
creſcere, ab aceto uero epoto interim quidem augeri, interim uero ſedari.

Quæ ſit ſitis cauſa. CAP. 30.

QVippe cũ & ſitis duplici rõne prouenire ſoleat, partim humoris inopia, partim caloris co
pia. Quamobrem mirũ uideri nõ dẽt, ſi priorem quidẽ ſanare nequeat, alteram poſſit: ſiq-
dem humectare nequit, at refrigerat non inſtrenuè. Quapropter neq; a ſicca diſpoſitione, pro
uenientem ſitim, neq; a calida & ſicca vnquam ſanare queat epotum acetum: at ſi qñ in unum
coeant humiditas, atq; caliditas, eiuſce quidẽ ſitis optima medela acetũ eſt. Rara ſanè eiuſmodi
affectio eſt, in aquæ inter cutẽ affuſionibus §παρυγχύσεις Græci uocant § non nunquã prouenies,
congeſta nimirum in uentre ſalſi humoris copia: tum ẽt ſi quibus pituita ſalſa uentri illita inhæ-
ſerit. At q̃ aliter ſiti premunt, puta in febribus ardentibus, & alijs oĩbus exurentibus febribus,
quiq̃; æſtate laborant, ac in graui æſtu, cõpoſita ijs eſt affectio, ex caliditate uidelicet, & ſiccita
te: quare nõ iniuria cõpoſita illis medela eſt acetũ, ut qđ ſtrenuè refrigeret, & quouis expeditè F
p̃meet: & aqua, q̃ ſupra q̃ q̃ refrigeret, oĩum ſit uel humidiſſima; nihil eſt enim aqua humidius.

Medicamentum quod in iudicium venit, non miſtum, ſed ſimplex eſſe oportere. CAP. 31.

QVemadmodum ergo haud ſatis ſecura eſt procul à ſenſu ducta de explorando medicamẽ
to ratiocinatio, ita nec ipſius alteri cuipiã permiſti uſus. Siquidem ip̃m p̃ ſe ſolum qđ iudi
candum uenit, expendere oportet tum in ſanis corporibus, ijsque temperatis & intemperatis,
tum in morbo alicui obnoxijs: In temperatis quidem, uelut ſuprà poſitum eſt: in intẽperatis, ſi-
cut dixit Hippocrates, naturis picrocholis, hoc eſt, quæ amaræ bilis ſucco abundant, utiliſſimũ
eſſe acetum: qui uero temperaturam ſortiti fuerint melancholicam, aduerſiſſimum. Porrò in
morbo aliquo affectis, ſi ſimplex fuerit, in ſimplici exploretur affectu: ſin miſtum alicui, neceſſe
eſt qđ cõmiſcetur, temperatura ſit medium, ſicut in aqua, & cerato ſimplici ſuperius declaratũ
eſt. Rõnabile quippe arbitror, q̃ nulli diuerſi temperamenti ſit miſtum, ſed q̃ fieri queat medio
coniunctum, ip̃m eorum, quæ perficiuntur, cãm exiſtere. Nam ſimplici cerato quod neq; calfa-
ciebat, neq; refrigerabat, aqua admiſta frigida refrigerauit, quippe quæ temperiẽ hẽbat frigi-
dam. Quòd ſi excalfacientium quippiam eiuſmodi cerato commiſcuiſſes, profectò calidum id
medicamentum euaſiſſet: quemadmodum in affectibus compluribus ſæpenumero euphorbiũ G
aut caſtorium temperauimus. Sic, ſi acetũ ſimplici ad amuſim cerato cõmiſceas, cerato ipſo lõ
ge frigidius medicamen effeceris: tanq̃ nimirum, qđ admiſtum eſt, ſit frigidum. Eritq̃; tibi id re-
medium uel optimũ ad eryſipelata, phlegmonas, herpetes, carbunculos: Si aũt quod miſtũ eſt,
tanq̃ ſimplex expendas (nam id ẽt moliuntur) longè maxime hallucinaberis. Nam ulcerũ gluti
natorium non acetum, ſed oxycratum, dicendum eſt, aliam multo naturam ab aceto obtinens.
Siquidem quemadmodum carnem producere in ulceribus nequit ærugo, ſed ceratum exiguũ
quiddam hñs æruginis: ad eundem modum neq; acetũ conglutinat, ſed aqua aceti pauxillũ ac-
cipiens. Ipſum uerò per ſe ac ſyncerum acetũ ulcera, quæ glutinationem deſiderãt, mirũ in mo-
dum exaſperat, utpote partium tenuitate erodens, ac dolorẽ excitans. Quamobrem haud me-
rito, nec conuenienter talia dictitant, nec melius item faciunt, cum ignotis ignota connectunt.

Quòd neq; adſtrictoria omnia conglutinent, neq; conglutinatoria item oĩa adſtringant. CAP. 32.

QVippe cum nihil ſeorſum de glutinandis, aut carne implendis, aut cicatrice obducendis
ulceribus, demonſtrarint, ex inductione tñ colligunt, adſtringentia oĩa dicẽtes ulcerũ eſſe
conglutinatoria. Oportet autem non ex inductione, ſed per dm̃onem in genere talia accipere
quemadmodũ nos facturi ſumus in curandi rationis cõmentariis. Immo abſolute quiduis tale H
dictum non mõ indemonſtratum eſt, ſed etiam falſum. Neq; enim chalcitis, neque galla, neque
malorum punicorum putamina, neq; omphaciũ, neq; alumen, multoq̃; minus æs æſtum, neque
æris ſquama, neq; miſy, ulcera glutinare poſſunt: aliaq; innumera ſunt inter adſtringentia, quę
glutinare nequeant. Porrò ſiquis non hoc, ſed glutinatoria oĩa adſtringentia dixerit, proferent
& hic quoq; non pauca, quæ citra adſtrictionẽ conglutinent. Neutra igitur uera oĩo eſt, ſi ſim-
pliciter atq; indiſcrete efferatur, neq; cum dicunt adſtringẽtia oĩa ulceris glutinatoria: neq; cũ
aiunt, quæcũq; glutinantur, adſtringẽtium beneficio glutinari. Porrò multo ſane ẽt magis tum
abſurda, tum falſa ac præter ſenſum aſſerunt, cum mordacia, acria, amara, ſalſa, ad hæc q̃ mol-
liſſimas, iucundiſſimasq̃; ſortita ſunt qualitates, adſtringere dictitãt: tanq̃ ad ſenſoriũ guſtus nõ
pertineat, quod aſtringit, ſed ex illorum impoſitione atq; arbitrio debeat accipi. Malum. n. gra-
natum, & malum, uerbi cauſa, & meſpilum, & pyrorum quędam genera, & myrta, & ſorba, ui-
numq̃; tum amynæum, tum marſum, euidenter nos adſtringunt: at triticum, & zea, & milium,
Herodotum forſan adſtringebant, aliorum autem omnium neminem. Sexcentos enim qñq; ſu
per his ſum percontatus, & in primis ſuper amylo: nam ip̃m adſtringere ait Herodotus, ſicut &
piper: quod nec ipſum ullum omnino aliorum hominum, qui ſyncere & incorrupte qualitates

extendunt,

A expendunt, adstringit. At Herodotus cuncta confundere nõ est veritus, aitque, & quę acerrima sunt facultate, & quæ summe rodunt, & quæ molliſſima sunt ac mitiſſima, omnia adstringere: tanquam in hoc, vt quosdam sensũ defraudet, victoriam statueret. Verum non ita se res habet, cum ea vel maxima futura sit prauitatis dictorum eius probatio.

Quòd non omnia adstringentia refrigerant. CAP. 33.

QVin verò & † Asclepiades Metrodorus, tanquam illum etiam superare contenderet assequendis de sensu mendacijs, cum alia quædã, tum resinam & bitumen calfacere nos denegat, atque adstringentia omnia refrigerare dictitat: cum, si nihil aliud, saltem chalcitis, calchanthos, & misy, quę valenter adstringunt, tantam assecuta sint caliditatem, vt nos etiam exurant. Nihil est ergo mirandum, si prolixa quædam nugentur, seipsosque non nulli fallant, cum de manifesto apparentibus verum fateri non audent.

Perperam Herodotum ac Dioscoridem, quæcunque aut profluuijs, aut dysenterijs mederentur, adstringentia censuisse. CAP. 34.

ITaque ex eis quidam, puta Herodotus & Dioscorides, medicamenta quædam ex eo, quod diarrhœis aut dysenterijs medẽtur, adstringere ea colligunt: quanquam ne minimum quidẽ
B habeant adstrictionis, immo prorsum contra rarefacientia nimirum sint & laxantia: cũ alioqui quæ adstringunt, corpora contrahant, condensent, constipent, atque constringant. Nam semel sensibus pro nihilo habitis atque contemptis, euerterunt, confuderuntq; omnia, quæ planè sensu dignoscere est, hæc praua ratione asserentes. Nã adeps caprinus omnibus, quæ aut gustu aut facultate sunt adstringentia, aduersiſſimus est, velut etiam farina triticea, & amylum, & innumẽra eorum, quę vim habent tum emplasticam, hoc est illinendi, tum mitigatoriam, atque acrimonias hebetandi, eaq; ratione iis, qui acria mordaciaq; per aluũ excernunt, auxiliantur. Sanè esto & oleum ex adstringentium numero, quoniam sæpius ijs, qui grauiter mordicabantur, infusum profuit. Esto verò etiam & cera, & adeps suillus, tum gallinaceus, & anserinus, chondri, tragiq; succus: Nam hæc quoque infundimus, & ceratum quandoque ijs, qui vehementer mordicantur, sicuti & adipem caprinum. Verum efficacius auxilium affert caprinus, quia scilicet facilius & concrescit, & intestinis inungitur, plurimoq; tempore inhæret. Porrò siue ob craſſitiem, siue aliam ob causam celeriter concrescat, non est opus in præsentia inquirere, re ipsa euidẽter apparente. Verum, quemadmodum, q̃ ocyſſime concrescat, atq; intestinorum morsus obtundat, ex rei euidentia credibilius est, sic sanè etiam, q̃ nulla insit aut frigiditas, aut adstrictio. Atque hi
C quidem ex obscuris ratiocinantur de apparẽtibus, immo autem, si verum fatendum est, seipsos potius decipiunt. At nos tanto decet magis ad sensum accedere, tantoque diligentius perpetuo illi attendere, quanto plura in eo peccent sophistæ omnes, falsaq; de eo asserant. Rursum ergo, vbi prius memorauerimus, quæ idiotas non fugiunt, ipsisque haud ignota erant, cum nondum contendendi libidine in sensus peruenissent contemptum, postea autem per superuacaneam sapientiam amiserunt, ad id, quod continuum orationi est, transibimus.

De proprijs sensus cuiusque sensorijs. CAP. 35.

VNaquæq; sensilium natura priuatim subiecta est, tactui quidem caliditas ac frigiditas, duri ties & mollities: albedo, verò, nigredo, flauedo, rubor, atque, ut summatim dicã, uniuersum colorũ genus, visui: amaritas, dulcedo, austeritas, acerbitas, aciditas, salsedo, acrimonia, gustui: planeq; demens videatur, si quis gustu colores iudicare tẽtet, aut sapores visu: eodem modo de tactu cognoscendum est, reliquisq; sensibus, si quidem tactu iudicandæ sunt differentiæ tangibiles, auditu audibiles, odoratu odorabiles. Quæ cum sic sese habeant, audiamus, quæso, Platonẽ gustabiles differentias exponentem. Haud tamen animus ipsius physiologiæ attendendus est. Nec enim nunc tempestiue eius meminero, neque in hoc viri testimonium cito, sed tantum vt
D ostendam, qua de re quoq; nomen efferre Græcis mos est. Ausculta ergo disserentem Platonẽ.

" Tenduntur à lingua venulæ ad cor, saporum nunciæ, in quas si qua ita inciderint, vt humidam
" mollemq; carnis partem penetrantia, terrestri sua natura liquefacta, venulas contrahant atque
" deficcent, siquidẽ asperiora sint, acerba: si minus aspera, austera nuncupantur. Cæterũ; quæ eas
" abstergunt, totamq; linguam abluunt, si quidem id supra modum efficiant, simulq; aliquid absu
" mant, vt de natura aliquid colliquent (qualis est nitrorum facultas,) amara omnia appellantur.
" At, quæ nitri virtute inferiora sunt, ac moderata vtuntur absterſione, salsa citra asperam amari-
" tudinem, & grata nobis magis apparent. Quæ verò, ubi oris caliditati applicata, ab eoq; mollita
" & feruefacta, ipsum vicissim recalfaciunt, atq; accendunt, preq; leuitate ad capitis feruntur sen-
" sus, ac quæque obuia incidunt, talia omnia has ob vires acria nuncupata sunt. Eadem uerò ista
" interdum à putredine attenuata, & angustas ingrediẽtia venas, partes inibi tam terrenas, quam
" quodam modo aerias, mutuo incursu mouent, ac misceri compellunt, commistas verò circum-
" labi alias, & alias ingredi, ingressu suo penetratas concauas circumtensasq; efficere, easq; hu-
" more circũfuso cõcauo, interim terreno, interim puro vascula aeris ex aqua cõcaua rotundaque
" effici: ac, quæ ex puro cõstant, perlucida sunt, & vocãtur ampullæ: quæ verò ex terrestri agitato
" elatoq; ebullitio fermentatioq; nuncupantur. Harum affectionũ causa acidum cognominatur.

Omnibus

Omnibus verò, quæ de iſtis dicuntur, affectio, contraria ab occaſione naſcitur contraria. Porrò, E
vbi ingredientium conſtitutio in humidis familiaris linguæ habitui exiſtit, quæ exaſperata qui-
dem fuerint, lenit: quæ verò præter naturã aut coierint, conſtiterintque, aut fuſa laxaq; fuerint, »
partim contrahit, partim laxat, omniaque quàm maxime ad naturæ ſtatum reducit: quicquid »
eiuſmodi eſt, iucundum, ſuaueque, & cognatum eſt omnibus, violentarumq; paſſionũ remediũ, »
ac medela, nominaturq; dulce. His uerbis Plato, quæ nos vocare ſolemus auſtera, quæ acerba,
quæ ſalſa, & nitroſa, quæ amara, quæ acria, quæ acida, quæ dulcia, expoſuit. Id videlicet, quod
à nobis στύφον ſiue adſtringens dicitur, ipſe auſterum nuncupans: nam ſic à vetuſtioribus Græcis
appellari ſolet. Non tamen omnia in unum confundit, ſicut ij faciunt, qui & piper adſtringere
dictitant, cum ex acrium ſit natura, & acetum, quod ex acidis eſt, nec ſanè etiam veriti dulciſſi-
morum quædam adſtringentium numero aſcribere. Ex quo fit, cum omnia confundant, vt pro
tinus nec facultates inuenire omnino valeant. Omnis enim inuentionis demonſtrationiſque
principia, ſunt, quæ ſenſui, atque intellectui euidentia ſunt. At iſti hæc ambo perturbant: atque
omnes in vnum confundunt cum ſenſuum actus, & paſſiones, tum multo etiam magis intelle-
ctus, ac rationis, nimirum haudquaquam in ſpeculatione logica verſati. Itaque operæ pretium
eſt nugacem illorum loquacitatem omnibus modis effugere, ne quid nobis quoque affricetur F
vitij ex tam prolixa illorum, futilique nugacitate. Porrò haud leue negocium eſt dedocere, ac
tranſmutare eos, qui ab illis vſque adeo peruerſi ſunt, ut & ſenſum contemnat, & nequaquam
in ſpeculatione logica ſe exercuerit, planeque rudes ſint rationum, quas de natura philoſophi
conſiderant. Omnino enim ſaltem vel id didiciſſent, quæ in illis ſunt ambiguitates, fugiendas
eſſe, cauteque obſeruandas: tum ſenſibus magis ſuper ſimplicium medicaminum facultatibus,
quàm rationibus haud ſatis integris, committendum eſſe iudicium.

De proprijs linguæ ſenſorijs. CAP. 36.

VErum tales dedocere, ac uelut transformare eſt impoſſibile. At aliorum tũ gratia, nimirum
quos conatus noſter iuuare poterit, reſumenda eſt, diligenterq; definiẽda tota de proprijs
linguæ ſenſorijs oratio. Nuncupatur igitur tum à Theophraſto, tum ab Ariſtotele, tum à Mneſi-
theo medico guſtandi facultas, græce χυμὸς (nos ſaporem dicimus) ſecunda ſyllaba ab μ litera
incipiente: at ex humido, ſiccoq; conſiſtentia, eorũ uidelicet, quæ à calore concocta ſunt, χυλὸς
(nos ſuccum dicere poſſumus) à litera λ ſecunda incipiente ſyllaba. Tametſi ab ætate illis maio-
ribus non modo Athenienſibus, ſed & Ionibus utrunq; per μ literam ſcribi conſueuerit. Siqui-
dem & apud Platonem, & apud Hippocratem, veteresq; comicos ſic ſcriptũ reperitur. Vocetur G
autem in præſenti quidem ſermone, clarioris doctrinæ gratia, guſtatoria facultas, ſiue qualitas,
ſiue utcunq; cuique appellare libet, per literam, μ, χυμὸς (nos ſaporem nominabimus.) Humor
autem incraſſatus tum in animãtibus, tum in plantis, χυλὸς, ſecunda ſyllaba à litera λ incipiente:
nos, ut diximus, ſuccum vertemus. Sciendum" ergo ſapores, qui tum in unoquoque animali, A. Lesc. fol. 93.
ac planta, tum in terra inueniuntur, plurimos eſſe, nec facile ſpecierum numero comprehenſibi
les: cæterum differentias guſtabiles alijs octo uiſas, alijs numero ſeptem, non nullis autem, & his
quoque pauciores. At Plato in Timæo in ſuprapoſita dictione primum duos ſapores memorat
eiuſdem ſpeciei, ſed in ratione maioris, ac minoris differentes: eorum alterum auſterum, alterũ
acerbum nominat. Fuerit aũt auſterus, quem στύφοντα (adſtringentem uoco) nuncupamus: por-
rò acerbus huius intẽtione prouenit, uelut & ipſe Plato ſignificauit. Atq; hos ſanè pro una ſpe-
cie numerabimus. Altera eſt eorum, quæ illis oppoſita ſunt, nitroſorum uidelicet, ſalſorum, &
amarorum. Et in his quoq; amarus ex nitroſi prouenit intentione: ſalſus verò aut nitroſo imbe-
cillior, aut adſtrictionis quoque aſſumẽs aliquid. Deinde à Platone acris expoſitus eſt, mox aci-
dus, poſtremo dulcis. At à Theophraſto additus eſt vnctuoſus, ſiue pinguis, à Platone quidem in
ſermone de proprijs linguæ ſenſorijs præteritus, verum paulo ante plantarũ ſuccis adſcriptus, H
vbi uinoſum ab oleoſo & melleo diſcernebat. Porrò in illo ſermone tribus nunc memoratis
quartum adiecit ſucci genus, una appellatione comprehenſum, ὀπὸν nominans. Vbi autem ad
guſtus ſenſoria tranſijt, protinus dulcem memorauit (nihil enim retulerit, dulce, an melleum di-
cas, uelut nec pingue, an oleoſum) omiſit autem pinguem, vt qui ad guſtum nihil attineret.

Qua differat adſtringens ab auſtero, & acerbo, reliquiq; inter ſe ſapores. CAP. 37.

QValis autem eorum ſit unuſquiſque, exponere quidẽ exacte eſt impoſſibile, quãdoquidẽ
nec aliam ullam ſenſoriã paſſionem: verum ei, qui eodem ſenſu cõmunicauerit, licet ſug
gerere. Ergo, ſi quis aut cydonia, aut mala, aut meſpila, aut myrta guſtauerit, proculdubio co-
gnoſcet alium nobis ab his in lingua moueri ſenſum, alium ab adſtringẽtibus corporibus. Nã,
quæ adſtringunt, introrſum pellere cõtactam noſtri partẽ ex omni parte apparent, idq; æqua-
biliter, velut æqualiter pellentia, ac ſtipãtia, contrahentiaque. At auſtera in profundum etiã fu
bire uidentur, atque aſperum quendam, inæquabilemq; mouere ſenſum, tanq; reſiccãtia, & hu-
morem omnem corporum ſenſilium depaſcentia. Ex quo fit, vt alia ſit paſſionum proprietas,
quæq; haud facile, lucideq; explicari poſſit, tũ ab adſtringentibus nos corporibus, tum ab auſte
ris ſaporibus. Sed quiuis tamen, qui homo eſt, facile, quod dico, cõprehenderit. Porrò, quãdo,
quod

A quod linguæ noſtræ admotum fuerit corpus, ualde deſiccat, contrahit, & in multam profundi-
tatem uſq; illam exaſperat, ſicut pyra ſylueſtria immatura, & corna, eiuſmodi oē acerbum ap-
pellatur, ab auſteris intentione duntaxat diuerſum. At, quod nos adſtringens uocitamus, haud
temere à Theophraſto dictum reperias. Videtur autem idem ſignificare quod auſterum, aut cer
te cōe eſſe genus tum huius, tum etiam acerbi. Quæcunque vero linguam, dum contingunt, non
contrahunt, neq; conſtipant, uelut adſtringentia, immo cōtra plane agere apparēt, nēpe deter-
gentia, & abluentia, ēt adſtringentium quippiam adiunctum ſit, hæc oīa ſalſa cognominamus.
At, quæ his etiam magis detergunt, adeo ut etiam moleſte exaſperent, amara nominantur. Por
rò quæ mordicāt roduntq; idq; cum ualida quadam caliditate, acria uocantur: ſin hæc abſit, aci
da: cæterum hæc fermetandi quoq; vim obtinent. At, quæ uelut inungunt atque implent, ac in
ſtatum ſuum reſtituunt exaſperatas, ac uelut eroſas linguę particulas, hæc ſi cum uoluptate ma-
nifeſta contingant, dulcia: ſin hac ſine, pinguia uocitantur. Atq; hoc quidem pacto, quantum in
me fuit, res explicatu longe difficillimas verbis exponere ſum anniſus. Miror autem, qui tā prō-
pte oīa adſtringentia nominent, ſiue acria ſint, ſiue amara, ſiue dulcia, ſiue pinguia, ſiue acida:
cum iam olim rebus ipſis impoſita ſint nomina, atq; affectuum ſenſibilium non exigua in nobis
B differentia ſit. Præſtitiſſet fortaſſis, ſi quidem naturales ſcrutari rationes voluerunt, apparentia
non euertere, nec appellationes confundere: uerum inquirere cuius tēperamenti, aut diſpoſitio
nis, aut corporis conſtitutionis, aut qūocunq; nominare uelint, ſoboles ſit adſtrictio, cuius ſal-
ſedo, amaritas, aciditas, acrimonia, dulcedo, pinguitudo: quæ Plato, Ariſtoteles, ac Theophra-
ſtus conati ſunt definire. Clarū quippe eſt, ſi ex calido, frigido, humido, ſiccoq; coeuntibus om-
nia ſunt miſta, etiam dictarum quanque qualitatum ex horum conſtare miſtura. Itaque ſi, quē-
admodum dictorum ſaporum quiſque proueniat, exponere conarētur, lubens equidem auſcul
tarem, gratiamque haberem non exiguam: At, ſi neque hoc efficiant, immo inſuper ſenſorias
omnes differentias in unum confundant, ut parum abſit quin corpora omnia adſtringentia nū
cupent, ſanè nec audire ipſe uelim: illosque obſecrarem, vt inanem contentionem relinquant.

Non ad totam rerum naturam iudicandas medicamentorum facultates, ſicut naturales philoſophi faciunt, ſed ad noſtram naturam. CAP. 38.

AT nos equidem in conſequentibus oſtendere conabimur, cuius nam temperamenti ſapo-
rum quiſque ſit ſoboles. In præſenti autem diſcipulos ad experientiam acceſſuros aſſue-
C ſcere uelim, ut id ſolū, quod ad artem eſt utile, prius ſeligāt, ubi iudicare uelint, quo pacto unum
quodque nos medicamentorum afficiat. Quippe non quale ex ſe ſit, & ad totā naturam conſi-
deramus. Nam hoc pacto, neq; acetum, neque marinam aquam, nos exiccare poſſe, aut ſicca eſ-
ſe facultate, dici manifeſtum eſt: ſiquidem utrunque illorum actu eſt humidum. Verum ſi nos
exiccare appareant, ſicca dicentur, ad nos uidelicet, & noſtram naturam, quod perinde eſt, at-
que ſiccatoria eſſe. Quin etiam, & calida, & frigida, & humida eodem dicentur modo, vbi nos
ſcilicet calfaciant, refrigerent, atque humectent: eaque ad nos, non ad totam ſubſtantiam, nec
ſe. Atqui ſi huius duntaxat meminerimus, certiſſima omnium erit iudicatrix ſola experientia:
quam qui relinquunt, atque aliunde ratiocinantur, non ſolum falſa pro ueris ducunt, ſed etiam
tractationis utilitatem ſubuertūt. Proinde nobis propoſitum non eſt, quale ex ſua natura, quan-
doq; ſit medicamētum exquirere, uerum quid in nobis efficere poſſit. Atque hic primi libri fi-
nis eſto. At in ſecundo deinceps oleo ac roſaceo, exemplorum uice, in ſermone poſitis, paruas
& inibi ratiocinandi vias monſtrabimus: quibus cum medicorum complures utantur, in pri-
mis quidem ſe ipſos decipiunt, ſecumque alios multos in errorem pertrahunt. Porrò ubi id erit
abſolutum, ad tertium commentariorum tranſiens quæſtiones logicas, quæ uniuerſam de ſim-
D plicibus medicamentis enarrationem antecedunt, explicare conabor: Vt videlicet in quarto ip
ſas iam facultates omniū definire liceat: quas protinus à principio fuiſſem aggreſſus, niſi plena
paralogiſmis atq; erroribus omnium prope iuniorum medicorum eſſent volumina: quos prius
extergere, atque ex animis diſcentium delere oportet, ne quid ueritati obſiſtat. Nam, ut Hippo-
crates inquit, ſic etiam ait Plato: Non ſolum impura corpora quanto plus nutrias, tanto magis
lædas: uerum etiam impuris animis ſi nutrientes ſermones offeras, non modo nihil proſis, verū
etiam magnopere obfueris. Itaque his de cauſis, tum etiam quia amicorum pleriſque viſum eſt,
vt iuniorum medicorum argueremus parologiſmos, non tantum in congreſſibus, quos quoti-
die cum illis habemus, ſed etiam hiſce commentariis, neceſſe mihi fuit diutius prioribus iſtis
duobus immorari: quo uidelicet in tertio purum animi auditorem nactus, quique veras aſſequi
rationes poſſit, tum ea exponam, quæ de huius ſpeculationis principijs nouiſſe oportet: tum de
inceps omnes medicamenti cuiuſq; facultates enarrem. Id autem fiet in vniuerſum, ut reor, li-
bris undecim, ea ferme magnitudine conſtantibus, cuius eſt hic, qui eſt omnium primus. Qui
cum conuenientem nunc nactus ſit modum, finem per hanc dictionem accipiat.

GALENI DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM FACVLTATIBVS LIBER SECVNDVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Exponit vnde errandi occaſionem veteres medici ſumpſerint: prauasque ipſorum ratiocinationes confutat; ac olei, & roſacei exemplo veram docet rationem facultatis medicamentorum iudicandæ.

Quòd ſophiſtæ, qui fidem ſenſibus abrogant, demonſtrationis principia incertiora, quàm quæ demonſtrantur, efficiant. CAP. 1.

DRolixa nobis ut ſit de ſimplicium medicaminum facultatibus oratio, limites F ſuos excedentes ſophiſtæ efficiunt. Nam, cum procul principia ducant, ſenſumque pro nihilo hēant, ſeſeque in illa conijciant, quę philoſophis ēt ambigua ſunt, ſimul cum ijs, quæ ipſi ignorant, & ea quæ aperte cognoſcuntur, ſubuertunt. Eaque plerique eorum faciunt non mō naturalis ſpeculationis, ſed etiam logicarum methodorum imperitia: quibus utatur neceſſe eſt, quiſquis demonſtrare quid aggreditur. Itaque cum neſciant, tum ea, quæ bene a phyſicis uiris ſunt inuenta, tum etiam ea, de quibus non iniuria illi dubitarunt, utriſque tamen contraria aſſerere ſæpenumero audent. Sed, Deum immortalem, age obſecro, ſi nunc egoſic orſus dicere, quòd, cum quatuor ſint elemēta, aer, terra, aqua, & ignis, nulli tamen congenita ſit albedo, ac ſplendidus color extra ſplendorē & ignē: ac deinde citato Empedoclis, ac nōnullorum phyſicorum aliorum teſtimonio, ſplendida corpora oīa plurimū in ſe ignis hr̄e dicā, haud curans aut niuē, aut ceruſſam, aut glaciē, aut alia innumera tum ſplendidiſſima, tū frigidiſſima inſpicere: ac moxilla ſuggerente quopiam, procedentē a ſenſu cōſutationem tergiuerſatus, ad rōnem accedi iubeam: ac per eam de rerum natura conſiderandum, haudquaquam ſenſibus ratione carentibus uniuerſum committendum cenſeam: nunquid mentem hn̄tibus inſanire non G uidear, haud intelligens unde rōnis deſumpſiſſem initium? Nam mea quidem ſententia ex ſenſu, & per ſenſum omnia id genus cognoſci didicimus axiomata, nempe Solem eſſe ſplendidū, flammas ſubflauas, carbones plerosque flauos. Ergo ſi a ſenſibus recedendum eſt, nulla ſuppetet demonſtratio, neque nobis eorum, quæ modo diximus, neque Empedocli cum ait,

Vndique ſplendentem Solem, calidumque uidere.

Quæ ſi vera ſunt, perſpicuū eſt, multo ante illa fidem hn̄dam ſenſibus. Immo, inquiunt, mortales cum ſimus, a ſenſibus auſpicemur neceſſe eſt: uerū illis haudquaq̄ perpetuo immorandum, ſed ad partē diuiniorē accedendum, nempe rōnem: Nam ſenſum & aīantibus rōnis expertibus ineſſe, rōnem ſolam hoībus eſſe cum dijs cōem. Atq; hìc in longum orationē extendunt. Quin ēt ex illis quidam & Anaxagoram in teſtimonium euocant, qui niuem pronunciarit nō eſſe albam. Hic, inquiunt, uir phyſicus ſupra ſenſum eſt, atque eius contemnit phantaſmata: ad rōnem ire pergit, eaq; duce, rerum naturam ſcrutatur. At, ſi me qd̄ in mentem uenit fari oportet, qui liber ſim. ſ. & in tota adeo uita ueritatem coluerim, ad inſaniæ extremū, & ultra, peruenisſe illos arbitror, qui talia nugantur. Nam ſi, q̄ per ſenſus euidenter apparent, euertant, unde ſumant demonſtrationum principia, non hēbunt. Sin aūt ab ijs, tanq̄ a fide dignis exordiantur, quo iure H ijſdem poſtea diffidentē? Nam demonſtrationum principia certiora ſunt, q̄ ea, quæ p̄ illa demōſtrantur: quippe cum iſta aliunde fidem mutuentur: demonſtrationum uero principia non ſolum ipſa per ſeſe, uerum etiam ad quærendorum inuentionem, quibus credatur, idonea ſint.

Quòd abunde ſufficiat iudicandis medicamentorum facultatibus, quæ per ſenſum accipiuntur experientia, iunctis duntaxat paucis epilogiſmis, ſiue rationibus communibus. Et quo pacto rationem experientiæ ſubſcribere oporteat. CAP. 2.

EQuidem optarim nullas non res clarè ſub ſenſus nr̄os cadere, nec quicq̄ eſſe, qd̄ illos fugeret: hoc.n. pacto nihil dubium, nihil ambiguum, aut anceps uſquam foret. Verum qm̄ illos quædam effugiunt, rōnem illis ſuperinducere conandum eſt, ſic tamen, ut non procul, ut illi fingitant, nec infinita colligamus. Verum ante oīa nominum ſignificata diligēter definiamus, ne quis poſtea per æquiuocationem falli poſſit: Deinde quod ex ſe quid agit, ab eo, quod per accidens, ſeparetur. De quibus ambobus ſupra accurate diſſeruimus: ſignata q̄; eorum, quæ facultate, aut calida, aut frigida, aut ſicca, aut humida, aut quiduis aliud eſſe dīr, diſcreuimus. Tum quo pacto propriā cuiusq; medicamēti facultatem ab ijs, quæ ex accidenti ſunt, ſegregans inuenire quis poſſit, uniuerſum quidē in tertio De temperamentis expoſitum eſt, atque in hoc tractatu particulatim

A particulatim enarrabimus, ceu in primo iã libro etiam fecimus in aqua, & aceto, & hic rurſus in oleo, & roſaceo facturi ſumus, indicantes prius, quantum delinquant medicorum nõ nulli, qui lõgè demonſtrationũ ducunt principia. Nã quid oportuit olei, aut roſæ reſpexiſſe colorẽ, quando rebus ipſis uariè uti liceat, nec in ſanis ſolũ corporibus, ſed & ægrotantibus? quippe cũ ipſas per ſe roſas, aut ſuccum earũ expreſſum, corpori tũ ſano, tum ſimplici affecto morbo, ut ſupradiximus, liceat imponere: atq; oleo dulci miſcentes, corporibus aut ualẽter refrigeratis, aut exalfactis, applicare, ſiue affricãdo, ſiue perfundendo, ac irrigando: tum in corpus quoq; aſſumere, idq; aut ſuperne per os, aut inferne per ſedem: ac ſic tandem, quid ad vnumquenq; uſum proueniat, inſpicere. Nã hoc ſanè nomine medicamentorum oĩum uires contemplamur, vt ſit quo uti oporteat, hypochõdrijs, aut capite ardore afflictis, aut refrigeratis, aut exulceratis, aut phlegmone occupatis, aut id genus aliud perpeſſis, tũ ipſis, tum alijs omnibus corporis partibus. Ergo cum tam perſpicua ſimul ac compendioſa adſit uia ad ea, quę inquirimus, etiam ne colores ęſtimabimus, aut odores, aut conſiſtẽtias, aut* formas medicamenti cuiuſque? perinde factitantes, atque ij, qui ex imagine, aut ficta, aut picta cognoſcere quempiam uolunt, cum ipſum aſpicere non denegetur, quem agnoſcere cupiunt. * φόρους.

B *Quòd neq; à colore, neq; ab odore, neq; à conſiſtentia, aut conglaciatione, neque à duritate, neque à leuitate ratiocinari de medicinarum facultate oporteat.* CAP. 3.

ATque hac utiq; parte non leuiter peccare mihi uidẽtur: multo ẽt magis cum inconcluſa atque indemonſtrata nugantur, demonſtrandi rationis planè imperiti. Nam dicamus ignẽ aut flauum, aut rubrũ eſſe, utcunq; uoluerint: nec.n. refert: quid ergo id facit ad hoc, ut oẽ rubrũ ſit calidũ? Nam omnẽ ignẽ, uerbi cauſa, rubere dicendũ eſt: at omne rubrũ ignẽ dicere, ridiculum eſt: multoq; ẽt plus, ſi oẽ rubrum calidum quis dixerit. Nã ſi principio aſſumptum eſſet in oſrone, oẽ calidũ eſſe rubrum, licuiſſet fortaſſis mutua axiomatis conuerſione, rubrum omne calidum concludere: licet non obſcurè, & illic peccetur. Nam quæ mutuo conuertuntur (hoc eſt ἀντιστρέφοντες,) non quę ſimpliciter cõuertuntur (id eſt ἀναστρέφοντες) orationes, uerè de ſe mutuo dicuntur. Veruntamen propinquus is fuerit parologiſmus. Atqui qm̃ nec illud orationis initio aſſumptum erat, nẽpe oẽ calidũ eſſe rubrum, haud licet mutua conuerſione oẽ rubrum calidum eſſe colligere. Tribus ergo modis in ſermone peccant, qui aiunt, roſas tẽperatura calidas, q̃ ſint rubræ. Primum, q̃ non demonſtrata hac propoſitione, oĩs ignis rubet, conuertere ex hac aliã, uidelicet omne rubrum eſt ignis, tanq̃ ueram, conantur. Secundo, q̃ neſciunt propoſitiones, quæ

C mutuo cum ueris conuertuntur, non autem quę ſimpliciter cõuertuntur, eſſe ueras. Tertio, quòd etiam ſi mutuo conuerterentur, non tñ omne quod colore ſit rubro, calidum eſſe, ex mutua illa cõuerſione ſequatur, ſed aliud hmõi axioma, rubrum omne eſſe ignem. Porrò q̃ talia in rem p̃ſentem non modo ſint inutilia, ſed etiam palam falſa, cuiuis notum eſt. Debemus enim non an omne rubrum ſit ignis, ſed quòd oẽ rubrum calidum ſit, oſtẽdere. Nam ſi, quicquid rubet, ignis fuerit, erit nimirum, & roſa nobis ignis. Cæterum logicas methodos ignorantes, opinor, medici primum in hoc maxime peccant, quòd proprijs finibus excedant, nimirum cum ſufficiens ſit experientia, iunctis ſaltem paucis quibuſdam epilogiſmis, medicaminum uires exquirere. Deinde tã fœde in rationibus hallucinantur, q̃ pueri, mõ ſpeculationem logicã ingreſſi. Eiſdem er-

Aluia 4. fol. 91 roribus tenentur, qui ex odoribus medicaminum facultates conijciunt. Nec.n. quicquid bene redolet, calidum eſt (quod quidã dictitant, haud intelligentes quo pacto inaudire oporteat quę ab Ariſtotele, & Theophraſto ſuper hac re ſunt prodita, ea quæ nos in quarto harum commentationũ definiemus) neq; quicquid calidum eſt, bene olet. Quin ẽt neque ſi quid graue olẽs eſt, calidũ etiam fuerit: neq; ſi calidum, ẽt graue olens. Sic nec, ſiquis quicquid grauiter oleat, frigidũ dicat, nec, ſi quicquid frigidũ ſit, grauiter olere, uerum dixerit. Siquidem calidorum innume-

D ra ſunt, partim bene olentia partim grauiter olentia, partim neutra: ſimiliter quoq; frigidorum. Quanq̃ quid calida dico, ac frigida? cum debeam dicere calfacientia nos, ac refrigerantia, q̃ uti

Alexica. 4. que ẽt inquirimus. Nec". n. qđ abſolutè calidũ eſt, aut quod ad hoc expenditur, nunc eõſiderare ꝓpoſitũ eſt, ſed qđ corpus humanum excalfaciat: nec ſanè ẽt quod abſolute frigidũ, ſed quod hominem refrigeret. Denuo ergo hic hallucinãtur in homonymia haud diſtinctis nominum ſignificatis: tanq̃ ſiquis de cane terreſtri differens, ad marinũ ſe oratione transferat, exiſtimãs ut aĩantis utriuſq; nomen, ita & naturam quoq; ipſorum unã eſſe. At nobis demõſtratũ aperte eſt in commẽtarijs De temperaturis (quos & hanc antecedere tractationem protinus initio commonefecimus) aliud eſſe facultate calidum, aliud actu: & huius quod actu videlicet calidum eſt, aliud abſolute dici calidum, aliud per exuperantiam, aliud ad ſymmetrũ ſui generis, uel ſuæ ſpeciei, aliud ad quiduis obuiũ collatũ. Quin & hominem non abſolute calidum ut ignem, ſed exuperantia calidũ diximus, ſiquidem maiorem in eo calidi portionẽ ineſſe, quàm frigidi. Ergo & quæcunque ad hunc dicuntur calida poteſtate, illum excalfacere dicunt: facileq; de illis initur iudicium, & ꝑ experientiam expenditur, paucis indigens (ut ſupra cõmonui) epilogiſmis. Quos cum ſophiſtæ excedãt, & tẽpus adoleſcẽtulorũ fruſtra terũt, & ſophiſmatis, cauillisq; homines ſeducentes eorũ ſoluendorũ imperitos, falſis eos dogmatis opinionibusq; implẽt. Debebãt. n.

neq; colores memorare,neq; odores,immo neq; cõsistentiam,neq; leuitatẽ,aut asperitatẽ,aut E
eius generis quodcũque.Nã quid refert,oleũ an lentum sit,aut leue,aut splẽdens,aut liquidum,
aut pallidum, aut pingue, aut lubricum, ægreq; corporibus illitum exiccari possit? quippe cũ ex
nullo oĩum eiusmodi colligere possis,ipsum esse facultate, aut calidum,aut frigidum,aut humi-
dum,aut siccum.Siquidem ex genere splendentium,leuiumq; & lentorum partim sunt,q̃ planè
nos calfaciant, partim quæ refrigerent,tum alia quæ exiccent,alia item quæ humectent: Et eo-
rum omnium, quæ accidunt non oleo solum, sed alijs omnibus, nullum est reperire,quod soli-
dum,perpetuumque sit,vt in eo generalem constituere propositionem liceat.

Quod sophistæ rationibus haud usi sint scientificis ad ea lemmata, siue sumptiones, ex quibus perperam de medicinarum facultatibus colligunt, sed aut inductionibus, aut exemplis. CAP. 4.

NAm omitto, ꝙ nec scientificis in omnibus id genus sint usi rationibus sophistæ ad inuenie
da lemmata,sed ex inductione:&, quod oĩum pessimum est, ꝙ nec quæ sit inductionis na-
tura unquã inspexerint.Quod siquis eos in id prouocet,neq; sequi audent:& si de demõstratio
ne quis quid agat, increpant. Immo, quod ẽt deterius est, non ex inductione solum ratiocinari
assueuerunt,sed non nunq̃ ẽt ab exemplis,tanquã rhetores.Nam qui frigidum esse oleum asse-
rit, proinde ꝙ lentum sit ut pituita, is per exemplum concludit,par robur præbens demonstra- F
tionis, atq; is, qui ipsum calidũ cõtendit, quia lentum sit ut uiscum. Nec secus is qui calidum di-
cit,qm̃ facile in flãmam uertatur uti bitumen,atq; is qui frigidum ꝓbat,ꝙ facile cogatur,ac cõ-
crescat ut aqua. Nã differt,ex exemplo,aut exẽplis quid suadeas,an ex inductione.Siquidem q
ex exemplis fidem facit,unum,aut duo generis eiusdẽ adfert,aut certè planè paucula,pleriq;.s.
præteritis: Qui uero ex inductione, oĩa comprehendere nititur,quæ per experientiam sunt co-
gnita:nec quidq̃ præterire quoad eius fieri potest,quod apertum vulgo,ac perspicuũ sit,studet,
sed quod occultum est,& paucis comprehensum.Quamobrem uiolenta est,& uehementer per
suadet,quæ ab omnibus, quæ experientia sunt cognita,ducit inductio:solisq; ijs arrogãtia per
spici potest,qui in demonstratorijs methodis sunt exercitati. Quare nos de ea copiosius in De-
monstrationis libris differuimus,ac fortè etiam seorsum de ea librum componemus.

De oleo aduersus Archidamum. CAP. 5.

PAlàm aũt fiet nihilo secius & nunc quoq; inductionis natura,multoq; magis,& exempli.Nã
omnia in summa percurrere statutum est,quæ de olei facultate à medicis sunt prodita, eaq;
probabiliter quidem,ꝙ ita uideretur,at non verè.Ac primum illud quod à Diocle in Archida-
mo scriptum est, ꝙ Archidamus durescere,uti q; cutem ijs,qui oleo fricarentur,existimarit:qua G
propter etiam siccam frictionem prętulit.oleum enim accendi,atq; exurere cũ à frictione inca-
lesceret,putabat: ac propterea admodũ humorẽ exhaurire atq; siccare,non secus atq; ea assorũ
quæ ungi solent,nam & ipsa magis durescere,q̃ si citra oleum assaueris.Præstat autem totã ad-
scribere dictionem Dioclis. Habet autem ea hunc in modum. At cum oleo fricare non perinde »
probabat: Primum.n. inæqualem fieri eiusmodi frictionem putabat,ꝙ manus laberentur.s.nec »
æquè carnem apprehendere propter pinguitudinem possent. Præterea durescere,atque aduri »
cutem in illis magis,qui sic fricarentur existimabat,q̃ qui sicca uterentur frictione: Oleum quip »
pe accendi,& urere à frictione incalescens,quemadmodum in assis,quę uncta sunt,magis q̃ nõ »
vncta,ubi oleo accenso incalescunt,& valde exiccãtur,indurescũtque : Similiter quę in oleo co »
quuntur fragilia friabiliaq; effici eandem ob causam.Ad hęc,quemadmodum ligna,& coria,& »
alia complura,quæ ex oleo fricantur, oleũ intro imbibunt, ita putabat & corpora.Quod cũ fie- »
ret, multa q̃ solita essent cum spiritu effluere, ac foras prorumpere, tunc concludi arbitrabatur, »
ceu cum cribris, linteis,lana,oĩbusq; adeo,per q̃ percolari quid asolet,perfunditur,ac inungi- »
tur,non ęquè liquores fluere per ea ualent:Porrò ubi ea excretio intercepta est,quædam intro »
recurrere, quædam aceruata,inuicemque implicita meatus opplere, retenta.s.ab oleo,ꝙ uisco H
quid simile habeat:sicut in alijs omnibus apparet, quod pingue est,pulueres ac festucas,omnia »
que eiusmodi cõsectari : Deniq; ubi obstructi iã meatus fuerint, ꝑpetuo ac sensim oĩa deterius »
perfici esse necesse,q̃ in ijs quæ pro consueto geruntur naturæ modo.Putauit quoque oleo ines »
se aliquã mordacitatẽ, cuius ui oculi illachrymarent, & guttur in tussim cieretur(quod κεφχῶ »
uocant)tum aluus raderetur,excrementaque redderentur,sanguinolentaque,eo bibito: Proin- »
de qui citra frictionem ungerentur,nihil affligi:infirmiorem enim esse mordicatione,q̃ quę sẽ »
sum aliquem mouere posset: At si per frictionem carnem subintret,mordicationem moliri ma »
ligniorem:uelut multa medicamẽtorum:ubi enim illinuntur,minus ualent:at compressa intro- »
que subeuntia, magis agunt: sicut sanè si vrticis,& alijs multis sensim quempiam cõtingas,nihil »
læseris: sin ferias aut premas,utique offenderis.Hæc ergo sunt quæ Diocles in Archidamo pro »
didit,quorum simul tum probabilitatem,tum prauitatem,conspicere est.Siquidem,quòd quic-
quid in oleo coquitur, propriam amittat humiditatem, ac friabile fragileq; celeriter reddatur,
cum alioqui nihil in aqua tale perpetiatur,ipsa nos docuit experiẽtia. Quamobrẽ hac utiq; par
te nihil Archidamus mentitus est. Debebat tñ, sicut Aristoteles,& Theophrastus,alijq; nõ pau-
ci philosophi, eiusmodi problemata in physicis quæstionibus, & proponunt, & soluunt, ipse

quoque

A quoq; (ſi quidem omnium rerum quæ fiunt, cauſas ſcrutari uoluit) ꝓinde vt illi, vti proponere, ſic quoq; ſoluere. At cum id minus facere appareat, in hoc vel maxime mihi delinquere uidet. Nã quod apparet euidenter, id ſemper primum ponẽdũ eſt: ac deinde, ſicui libeat, cauſam eius inſpicere debet, phyſica problemata hunc in modum componens: Cur oleum quæ in ipſo coquuntur, ſicca & friabilia, & frãgilia efficiat: aqua uero humida, & mollia: aut, Quamobrẽ oleo cocta ſicceſcant: at quæ aliter in eo madidata ſunt, magis propriã ſeruent humiditatẽ, q̃ ſi oĩno nõ eſſent madidata. Qua rõne ſcillæ, & vrticæ morſus ſanet: qua de cauſa his medeatur, cùm ipſum oculos mordicet. Quì fiat vt reliquum corpus uniuerſum non mordicet, ſed oculos duntaxat. Quare guttur exaſperet, vlcera vero leniat. Quo pacto uentrem ſubducat. Quo modo laſſitudines ſanet. Quãobrem inunctos tueatur à frigore. Quare aĩalia inſecta interficiat. Cur lora, & coria emolliat: at quæ in ipſo concoquuntur, duriora oĩa efficiat. Atq; hoc vnum eſt problematum genus ad phyſicum duntaxat attinens. Alterum vero, quod commune quoque eorũ eſt, qui artem quãuis exercent, eſt tale: Quã ob cauſam carnes piſcesq́; aſſantes coci oleo prius illinant. Quid ſit, ꝙ athletas oleo fricẽt gymnaſtæ. Quid ẽt, ꝙ pueros pædotribæ. Nã cuiuſq; talium problematũ ab experientia profectã cauſam aſſignare liceat, Cocis nimirũ reſpõſuris, ꝓpterea
B ſe piſces ac carnes oblinere, ꝙ ſiccę aduſtęq; extimę eorũ reddãtur partes, ſi citra pinguedinem aſſenẽ: Athletas uero ſe ex oleo fricare dicturis Gymnaſtis, tum ꝙ q̃ ante inerant laſſitudines ipſum exoluat, & q̃ futuræ ſunt mitiget: tũ ꝙ frictionẽ æqualẽ, & mitem planè efficiat, corpusq́ue ad motus futuros prẽparet. Eas ob res ipſi quoq; Pædotribæ pueros ſe, & ante, & poſt exercitia inungere dicẽt. Cur aũt oleũ laſſitudini medeat, haud ẽt nouit nec gymnaſtes, nec prædotriba, nec medicus experientia curans: nec tñ quia id neſciant, ab euidenter apparentibus recedent. Siquidẽ tametſi ignorant, quamobrem ueratrum album ſurſum purget, nigrum deorſum detrahat: neq; compertum hñt, quare cnicus pituitam ducat, atram uero bilem epithymum: tñ medicamentis ad ea utũntur, ad quæ utenda docuit experientia: & eos quibus opus curant, & euidenter apparentibus fidem habent, eosq́ue qui contraria rationi adſtruunt, derident.

Quod præterquàm quod pugnantia de olei facultate Archidamus afferat, inſuper improprijs utatur exemplis. CAP. 6.

AT Archidamus ſupra q̃ ꝙ in multis, q̃ perſpicuo apparent cõtemnit, inſuper & hac quoq; parte taxandus mihi iure uidetur, ꝙ dicat meliorem eſſe frictionem ſiccã, q̃ quę cum oleo adhibetur, quia corpus durius, & ſiccius ijs, qui vngũtur, efficiatur: mollius autem ijs, qui fricanC tur ſicci. Dicit porrò nihilo ſeciꝰ, & in illa ipſa dictione, paulũ progreſſus, ligna, pelles, aliaq́ue q̃ ex oleo fricantur, ipſum in profundũ tranſmittere: idq́; maximum eſſe teſtimonium, ꝙ in corporibus noſtris intro ſubiens meatus oblinat, ac humidiorũ prohibeat effluxus. Atq; ego quidẽ qũo hæc conſonent, neſcio. Si.n. humorum effluxus prohibet oleum, haudquaq̃ ſiccum dicendũ foret: ac proinde fruſtra id tanq̃ deſiccans in frictionibus repudiat. Falli præterea in hoc mihi videtur, ꝙ ſimiliter affici putet tum ea quæ in illo coquuntur, tum eos q fricãtur. Nec.n. eadẽ agere dixerim oleum calidum, frigidũ, tẽperatũ, tepidum, aut feruens, ſicut nec aquã ipſam. Apparet.n. & ipſam, ſi frigida applicetur, cõdenſare, conſtipare, contrahere, conſtringereq́; & repercutere, ſicut ſi extremè feruida, adurere: at, ſi tẽperata abhibeaẽ, & moderate calida, laxare, rarefacere, fundere, digerere: porrò ſi nec inſigniter calida, nec frigida admoueaẽ, ſed uelut quę fontana dr̃, tunc propoſitorũ nihil efficiet, uerum propriã ſuã facultatem exeret. Sic ſiquis oleũ expendere volet, ab omni prius liberum alieno tum calore, tum frigore ipſum efficiat, atq; ita demum ad explorandum accedat: quippe quod ſummè frigidum fuerit, non ex ſua duntaxat facultate, ſed ex alienæ qualitatis exceſſu non nihil in contactis operabitur: ita quoq; qd̃ magno pere calidũ: at ſi utroq; ipſum liberãs ſic demũ examinare uoles, hoc duntaxat pacto propriam
D olei uim inueneris. Quaꝓꝓ cum quis ex more oleo fricatur, ſicut gymnaſtici oẽs, in ſolo fricatur oleo, quod nimirũ abſq; omni ſit aliena qualitate: at ſi admodum excalfacto, aut ſummè utatur refrigerato, iam compoſitam edi actionem neceſſe eſt, nempe ex propria olei facultate, & aliena qualitate. Sæpe uero propriã cuiuſq; medicamenti facultatem obſcurari neceſſe eſt, ubi valentẽ aliunde qualitatẽ acciuerit. Itaq; quì ſimile fuerit herbas in oleo feruẽte coquere, ac exercitãtiũ corpora fricare? maxime ſiquidẽ, uti ſupra oſtendimus, extrinſecus ductas probationes fugere oportet, cũ liceat nimirum propriam cuiq; adhibere experientiã. Quòd ſi qñ tñ id quiſpiam facere uolet, certe ſimilia comparare conabitur, ſicut in corijs faciebat, & loris: nec enim quiſpiam oleo in igne præcalfacto, neq; in niue refrigerato, ſed obuio quoque accepto corium ac lora confricat. Ita puto, & pædotribæ factitant, obuio oleo pueros fricantes, neutiquã aut in igne excalfacto, aut in niue refrigerato. Alioqui ſanè, & nos non raro caput ardore grauatum olei admodum frigidi perfuſione refrigerauimus. Porrò ſi ſalis nihil oleo ſit inditum, tanto magis refrigerabit. Sin etiam omotribes, hoc eſt crudum fuerit, multo profecto etiam amplius.

Quomodo frigidum paremus oleum. CAP. 7.

POrrò præparare illud ſolemus non aliter atq; aquam, nẽpe prius excalfaciẽtes, ac deinde aqua mergentes ſumme frigida. At ſi etiã fons in ipſum cum ſtrepitu decidat, uaſculo nimi-

rum,cui ineſt oleũ,antè diligenter occluſo magis quoq; ac magis ita reddet frigidũ.Multũ item frigefeceris,ſi præcalfactum in puteũ,ita demittas,ut aquã contingat:quanq̃, quod aquam nõdum tangit,frigidum item euaſerit,ſed minus.Atq; hoc pacto præparando,frigidum reddimus oleum:contrario autẽ mõcalidum.Quo ſane modo ẽt ũtimnr in refrigeratis corporibus,in alueum olei calidi dimittentes, quibus pars quæpiam obſtupuit, aut tremuli ſunt,aut cõuulſione, aut palpitatione tẽtant, aut motu ſenſuve priuant,aut ẽt ægrè ſentire poſſunt,aut eiuſmodi qpiã perpeſſos.Ergo ſiqs ex vniuerſo uſu de medicaminũ facultate pronũciet,putabit,*nunquid excalfacere,& refrigerare,tũ exiccare,& humectare nos oleũ queat,uelut Dioclis Archidamus, ſiquidẽ* pugnãtias nõ aĩaduertat.Nam cum exiccari,& fragilia effici quæ in oleo coquuntur dicit,exiccantem,& digerẽtem eius facultatem oſtendit: At ubi intro in coria ſubire, porosq; noſtros oblinire,ac naturales humorum effluxus prohibere,rurſum ſanè maxime cõtrariã eius facultatem demonſtrat tum digerentibus, tum exiccantibus: atq; in iſtis uel adhuc quæ apparent proferens, de illis nõ rectè ratiocinatur. At ubi de mordicatione agitur,nõ ea oĩa cõmemorat. Nam q̃ oculos mordicet, q̃ guttur exaſperet, ſiue ad tuſſim prouocet, q̃ uentrẽ radat,atq; ſeceſſus ſanguinolentos efficiat,abunde magna teſtimonia ſunt mordacem illi ineſſe facultatem.At q̃ vlcera dolore liberet, & uẽtris mordicationes,aut irrigatum, aut infuſum,omnino ſanet:quique*morſu irritantur,mitiget:cum & ipſa non parua ſint contrariæ ipſius facultatis indicia:planè omiſſa ſunt.Ceterũ ſi utriſq; propoſitis quis ratiocinari uolet,duorũ alterũ eueniet:Aut enim id faciet vt Empiricus,dicetq; ſe in collatione ad aliquid cuiuſq; medicamẽti facultatem per experientiã cognoſcere, ipſius aũt per ſe propriã ignorare naturã: aut ut rationalis,contrarias ineſſe medicamento facultates, & mordicantẽ, & lenientem: ac deinde ingenti tenebitur anxietate cauſam dicturus,cur interim altera earum agat ſenſibiliter,interim altera reliqua,aut perdita ſit, aut nõ clarè appareat. Quarũ oĩum dubitationum ſolutiones,ſiquidẽ ut phyſica proponanẽ problemata, ſane q̃ difficiles ſunt:ſin ut ad uſum referantur artis, multã requirunt experientiã, epilogiſmos aũt non ita multos, ſed exactos ac definitos. Nam primum,an omne oleum oculis mordax ſit, nec ne,experientia incunctanter definire præſtat,haudquaq̃ ex tempore in utranq; partem rhetorum more diſſerere: tum an oẽ æquè guttur exaſperet, aut uentrem ſubducat, aut radat, ut nõ nunquã cruentas moueat excretiones:an oleorum hoc quidem hæc faciat,illud uero nõ:& aliud magis, aliud minus. Olei dĩas nunc dico non eas(ut quiſpiam ſuſpicaretur)quæ ſunt heterogeneas ſiue alterius generis, ſicut cicini,rhaphanini,caryini,balanini,ac ſimilium:nã & horum uires medicus norit oportet,ſed in præſentia eas memorare non expedit. Satis eſt.n. mea quidem ſententia, principio proprijſſimum, & quod maximè ab omnibus hominibus vocatur oleum,conſideraſſe:quando,& ipſe fructus ex quo fit oleum, ſolus ex omnibus oliua nuncupetur, & arbor olea(græce utrunque ἐλαία uocatur, ipſum oleum ἔλαιον)ipſumque ſimpliciter ac primario oleum dicitur,at reliqua omnia per tranſlationem,& abuſum.

Quòd.

Quamuis.

Al. dentium prurigine.

De differentijs proprie uocati olei. CAP. 8.

HVius ſanè quod proprie oleum appellitant,de quo oĩs in præſẽti ſermo habetur,plures dico eſſe dĩas. Secundum ætatem quidem,cùm aut recens eſt,& uelut muſtum,aut ætate vigente,aut uetus.Secundum præparandi modum,cùm aut ſimplex ſolumq̃; & impermiſtum fuerit, aut cum ſale præparatum. Secundum fructus ipſius diuerſitatem, cum is aut immaturus, aut maturus extiterit. Secundum inductã arte alterationẽ, cùm aut qũo ab initio præparatum fuit, ita ſeruatur, aut candidum efficitur. Scriptum uero eſt de albificatione eius,& ab alijs non paucis,& nos quoque in ſequentibus trademus.Horum omnium oleorum facultates ipſe equidem experiri ſtudui: quid autem in quoque fieri deprehenderim,poſtea exponam.At nunc abſolue re ſta tui primum, quod erat in manibus. Perperam enim mihi uidentur medicorum plerique tum experiri medicamenta,tum de uiribus eorum ratiocinari.

Quomodo cuiuſque medicamenti facultatem experiri oporteat. CAP. 9.

QVippe cum experiri ſolum oporteat,que impermiſta ſunt,& ab oĩ extranea qualitate aliena,eaq; primum in optima corporis cõſtitutione,deinde in intemperatis,demum in morbis ſimplicibus: ſicut in libro hunc antecedente, & in tertio de Temperamentis definitum eſt: Ratiocinari uero,id quod ex accidente eſt,ſemper ab eo quod per ſe eſt, diſtinguentem.

Quod non ſolum in explorandis medicamentis medici hallucinentur, ſed etiam in opinionibus, quas habent de affectibus. CAP. 10.

AT non nulli medicorum nõ in iſtis modo hallucinantur, uerum etiã in opinionibus, quas hñt de affectibus.Nam oleum q̃ laſſitudinibus remedio ſit oẽs propemodum fatentur: cæterum quis affectus ſit laſſitudo, non conſentiunt. Hic.n.articulorum eſſe ait ſiccitatem,ex motionibus deſiccatorum. Alter & muſculorum,adijcit. Alius porrò cõtra quàm hi,humiditatem multam, & tenſionem, & caliditatem, fluxione nimirum partibus uehementer agitatis affuſa. Alius non humorum multitudinem,ſed qualitatem ſolam cauſatur,prouenire inquiens in motionibus immoderatis pinguedinis carnisq; teneræ colliquationes quaſdam, quarum pars foras tranſpiret, pars uero retineatur in corpore: & hoc,cum acre mordaxq; ſit, affectionem efficere

A cere uelùti ulcero ſam. Itaq; ẽt ſi in hoc conueniatur, ꝙ laſſitudines ſanet oleum, attamen, ob ancipitẽ atq; ambiguũ corporis affectũ, nihil queat certi de olei facultate colligi. Atq; id ſanè non tm̃ in laſſitudine uſu uenit, uerum etiam ubi doloris cauſa, aut mordicationis, aut phlegmonis gratia, bibendũ oleum exhibemus, aut per ſedẽ infundimus, aut itidem perfundimus. Siquidem ulceribus phlegmone affectis nõ ſolũ, ſed & cum aqua moderate calida perfundimus: ut in laſſitudinibus cum lauacro aquæ dulcis. Sed nec quę ſit in phlegmone affectio, cõſentiũt. Porrò ubi per ſedem ip̃m ingerimus, aut bibendum offerimus, ne tunc quidẽ cognoſcimus euidenter, cui nam corpori ipſum applicemus, an pituitæ, an bilis, an aliorum aliquorũ recremẽtorum pleno. Conſtat enim non perinde hominem affecturum, vbi pituitæ uiſcoſæ inteſtinum omne ſimul cum uentre plenum offendet, atque ubi bilioſis excrementis refertum, aut alijs quibuſdam acribus humoribus, aut ſtercore multo, aut horum quidem nullo, ſed incidat in uentrem, inteſtinaq́ undequaque pura, aut præterquam quòd pura, etiam exaſperata reperiat.

Quòd & qui probè de olei facultate ratiocinetur, debeat etiam affectionem hominis æſtimare, & de ipſo oleo quale ſit præfinire. CAP. 11.

B ITaq; negligenter admodum, & ſegniter de his omnibus medicorũ pleriq; ratiocinant̃, haud indicantes, nec quo pacto affecto homini oleũ exhibeant, ne quale nam ip̃m. Ac mox tamen dicũt, alij mordicare, & radere prorſum partes corporis internas: alij uero etiã ſi præfuerit mordicatio, & hãc lenire. Nec enim parum intereſt, an inijciatur in uentrem pituita ſcatentẽ oleum expers ſalis (Græci ἄναλον uocant) & quod re uera oleum eſt: an quod plurimũ accepit ſalis, in uentrem purum. Vtrunq; enim aluum ſubducit, diuerſis tamen facultatibus. Nempe illud, quod ſale uacabat, in pituitoſo uentre per lubricitatem: ſimili modo cum maluis, blitis, moris: quod uerò ſalem habet, in puro per acrimoniam, perinde ut muria, & marina aqua. Et ſanè hoc quidem radet, alterum non radet. Ergo nec abſolutè oleum quoduis interna omnino radere dixerimus, aut deiectiones moliri cruentas, neque mordicationes lenire: uerum id cui ſal eſt inditus, in puro uentre radere: cui autem non, in pituitoſo non radere.

Quòd ſalſuginoſa, & acria ex accidente quandoq́ morſui medeantur, nempe ſecum quod mordicat educentia. Dulcia uero, & epicraſtica contra, morſum etiam aliquando ex accidente exaſperant, nimirum cum una corrumpantur, & foueant alantque cacochymiam. CAP. 12.

NOn nunq̃ uero mordicationes ex accidẽte quod ſalſuginoſum eſt, ſanauerit, uelut & meli cratum, ſalſugo, * ſerum lactis. Educunt enim ſecum hęc nõ nunq̃ ſuccum mordicationẽ fa-
C cientem, ac mordacitatis redduntur medela, perinde ut cætera oĩa quæ abluunt, & abſtergunt. Sed non ſtatim ubi immiſa ſunt hoc genus medicamenta, morſum ſanant, quin potius tunc etiã exaſperãt: ſiquidem euacuationis, haud epicraſeos. i. tẽperationis ſeu miſtionis rõne, ſanationẽ moliũtur. Quippe ceratum ex roſaceo, & adipe aut pinguedine infuſum ſępenumero morſibus continuo ſuccurrit, idq́; tẽperationis ratione: ſed & oleum ipſum ſolum, ſed dulciſſimum, id frequenter præſtitit: ſicut certè ẽt † adeps hirci, aut ſuccus ‡ condri, aut ceratum ex oleo dulci. Nos aũt ſępenumero quibus ex frigore interna dolore torquebãtur, ingeſto oleo calido, dolore libe rauimus: ac ſi maius eſſe frigus conijciebam⁹, addidimus, & anethũ, oleũ excalfacientes: ſi uero adhuc etiam maius, rutam quoq; & bitumen. Eiuſmodi igitur auxilia oĩa ꝙ frigori medeantur, dolores mitigant, non propterea ꝙ lædentem humorem attemperent, aut educant. At in idem uniuerſa confuſa ſunt a ″ pleriſq; medicorum, qui nec norũt dolorem ab intemperantia natum, ab eo qui ex cacochymia oritur, diſtinguere: nec ꝙ medicamentorum, q̃ doloris gratia inijciuntur, alia excalfaciendo partẽ refrigeratam ſanant, alia humorem mordicantem euacuando, alia temperando. Sed & ſubinde miſtæ exiſtunt affectiones, ex intemperie uidelicet, & mordicatione: in quibus nos conſueuimus anethinum, aut rutæ oleũ, infundere anſerino in eo liquato adi-
D pe: is ſi non adſit, ſaltem gallinaceo: ſi nec is quoq; uel aliorum aliquo: ꝙ ſi horum nullus ad manum fuerit, ceram miſcemus mordacitatis expertem, uoco autem ſic eam, quę lota eſt: aut certe oleum ipſum quod effectum eſt candidum, infundimus: nam id ceræ mordacitatis experti proportionale eſt. Temeraria itaq; pronũciatio eſt atq; indefinita tum eorum, qui oleum oẽ oĩtpe mordicans adſtruunt, tum eorũ, qui leniens: nam quod ſalem accepit, mordax eſt: quod aũt eo caret, & dulce eſt, quod quidem ex ſe eſt, lenire poteſt: nam uideri poſſit & ipſum quandoque pro affectibus quibus applicatur, haud etiam eſſe eiuſmodi. Vnum quodque enim temperantiũ medicamẽtorum (Græci ἐπικράσικα, ſiue ἐπικεράννυντα, nuncupant) ubi ualentius euaſit humoribus mordicantibus, morſum eorum retundit: uerum ſi aut ualẽtioribus facultatibus, aut multis, paucum miſtum fuerit, una & ipſum corrumpitur, alitque cacochymiam. Quamobrem protinus euacuandi ſunt, qui ab ijs, quæ temperandi naturam habent, irritantur, utpote qui multa nec facile mobili corruptione ſint repleti.

De lacte. § rebus fere omnibus multas ac diuerſas ineſſe facultates, exuperantem tamen facultatem cognoſci poſſe ab eo, qui id quod eſt per ſe ab eo, quod eſt per accidens, recte diſtinxerit. § CAP. 13.

SIc ſanè Lac frequẽter ſimulatq́; ſumptum fuerit, alijs aceſcit, alijs in nidorem uertit prius, q̃ probè concoctum corruptionem temperet. In quibus utiq; primum maxima cacochymiæ

* *muria.*

† *Græci cod.* ςέαρ, τράγου, ἢ χόνδρου χυλος. *i. adeps: tragi, uel chondri ſuccus: ita.n. & non hirci, ut hactenus male factum eſt, interpretandum eſſe multa perſuadent: unum eſt interpretis antiqui auctoritas, qui ſic legit. alterũ eſt, quod infra li. 4. c. 6. ſcriptum inuenitur, adipem hircinum acri moniam habere multam & igneam: tertiũ quia & lib. 1. cap. 34. & in hoc lib. ca. 14. non hirci ſed tragi & chondri in iiſdẽ caſibus meminit: eſt uero tragus apud ſcriptores factitia quædã res ex cerealibus ſimilis uiribus alica & a Gal. 12 met. in dyſentericorũ deiectionib⁹ cõmendata.*

pars euacuari debet,atq; inde ſumendus chondrus,& ptiſana,& lac,& alia,q̃ ubi probè fuerint E
cocta,conferunt ad euchymian,hoc eſt ſucci in corpore bonitatem.Nõ tñ,quod ad hoc attinet,
oĩa exiſtimare oportet aut deteriores, aut cõtrarias ĩ ſeſe obtinere facultates: neq; in ſermone
ſcientem, eorum, quæ eueniunt, partem alterã omittere:id quod fecit Archidamus in oleo. Si-
quidẽ memorabat, oculos ab eo mordicari, guttur ad tuſſim excitari, & uentrem radi: cæterũ q̃
ſtomachum ſæpe cũ ualẽter morderetur, oleum protinus dulciſſimum epotũ ſanauit, & iectũ
totius uentris mordicationes lenijt: & à thapſia, urtica, & ſcilla excitatas inũctũ ſedauit:eorum
mentionẽ nõ fecit.Ego uerò nõ ambigo,neq; fidẽ nõ habeo ijs,qui aiunt,rebus propemodũ oĩ
bus multas ac diuerſas ineſſe facultates:quin oſtenſurum me id ipſum polliceor in libro ſequen
ti:Attamen non proinde adſtruo,eam,quæ in quoq; exuperat,nõ poſſe cognoſci:uerũ ſi,quod
ex accidẽte eſt,ab eo quod per ſeſe,diſtinxeris,omnia clare cognoſces.Cõtẽplator enim utrum
que in exẽplis, propoſitis videlicet, exempli cauſa, duobus hominibus,quibus ſimiliter os uen-
tris mordicetur,& qui pariter aut ſuccum ptiſanæ,aut chondrum,aut panem lotum ſumpſerint:
deinde alteri mordicationẽ reſtinctam, alteri uero inauctã ponito:obſecro,nũquid ſuccus pti-
ſanæ,aut chondrus, aut panis ex ſe mordax eſt, per accidens aũt in altero hominũ morſum non
modo nõ inauxit,ſed mittigauit:an qđ ex ſe quidẽ erat mittigauit,per accidens uero in altero ir F
ritauit?Ego ſanè ex ſua natura epiceraſticum eſſe dico ſuccum ptiſanæ,& chondrum,& panem,
& per Iouẽ lac quoque: cæterũ in altero homine morſum auxiſſe,q̃ ꝓperaſſet à corruptione ſu
perari. Atq; ea utiq; eſt(certo ſcio)ueterum omnium ſentẽtia,ſed & recentiorum optimi quiq;
ita ſapiunt. Verum, ſiquis fuerit, quem ego neſciam(nec.n.quicq̃ eſt,quod nõ audeant iuniorũ
medicorum quidam)qui contendat ex ſua natura corruptiones augere chondrum, panem,aut
ptiſanã, cæterum in quibuſdam ex accidente nimirũ mitigare, is, inquã,qui talia iactabit,nullã
aſſertionis ſuę demõſtrationẽ affere poterit. At nos dicimus,q̃ ſi ptiſana foret cacochymos,ma
liue ſucci, haud unq̃ mordicationẽ mitigaret. Atq; conſpicitur frequẽter tum ſupernè ſumpta,
tum ꝑ ſedẽ iniecta, mitigare: ex quo patet per ſuam quidem naturam boni eſſe ſucci, uerum in
terdum unà cum ijs ſuccis, qui mordicationes excitant, corrumpi,& ipſum augere ſymptoma.

Quomodo diſcernendum ſit,à cacochymis ne mordicatio ſanata ſit,an ab epiceracticis,hoc eſt temperantibus. CAP. 24.

FOrtè igitur nos roget quiſpiã, an ullũ vnquam cacochymorum mordicationem curauerit?
Equidẽ id non raro factum cognoui:uerum ea dico non temperando,uerum id quod mor-
dicabat educendo, mordicationes ſanaſſe.Ac proinde & ſtatim,& uſq; dum euacuentur,homi G
nẽ mordicare,& inſuper euacuata aſperũ relinquere ſenſum in partibus aliud medicamẽ req-
rentẽ. Quod nõ faciũt q̃ boni ſunt ſucci,& dulcis(Græci ἔυχυμα,& γλυκύχυμα nominãt) etenim
& protinus mitigant,& prætereq̃ ꝙ euacuationem non faciunt,ẽt ſenſum aſperum nullum indu-
cunt: quin potius ipſa contrà, ſenſuum medẽtur aſperitati.Itaq; chondrum,lac,ptiſanã in eiuſ-
modi affectibus, & edẽda præbemus, & per ſedem inijcimus, ubi uidelicet melle,aut quopiam
eiuſmodi, quod infeſtabat,exterſerimus:quo tꝑ opportunus eſt, & adeps,& ceratum dulce,&
oleum dulce.Porrò & in præſenti,& in ſequenti deinceps ſermone oĩa me dulcia dicere exiſti-
mato, tum ea,quæ ſalẽ non ſunt experta,tum ea,quæ ſunt elota.Quatuor itaq; indicijs cum poſ
ſis quod per ſe lenit diſtinguere ab eo, quod per accidens,facilè cuiuſq; talium medicamẽtorũ
facultatẽ inuenies.Primum indicium eſt,an ſtatim mitiget,an non.Secundum,an ſimul cum læ-
dẽtibus euacuet,an non.Tertium,an aſperitatem quãdam in corporibus relinquat,an non. Et
quartum, an ita affectis utile,& commodum uideatur,nec ne.Nam,cùm nec protinus mordica-
tionẽ ſanat, uerùm maiore cum uehementia excernitur: neq; intus manẽdo medeẽ,& moleſtã
corporibus aſperitatem relinquit, quam, ſi denuo offeraẽ, exaſperat:argumentum eſt rodentis
ac mordicantis eſſe naturæ, cæterũ ex accidente qñq; morſus ſanare. At,quod & continuo mi- H
tigat, & nullã excretionem prouocat:ſed nec exaſperat dum intus manet, immo exaſperatorũ
medela exiſtit, iꝑm quidem natura bonum eſt, uerùm interdum à cacochymia,quæ ipſum alte-
rat corrũpitq̃;,mordax efficitur. Atq; hæc ita à me dicta ſunt, ut ſimul utriuſq; medicamẽtorum
generis, & tꝑs, & utendi modum,ſimulq̃; facultatis inueniendæ,rationem docuerit oratio:de-
monſtraueritque, & ptiſanæ ſuccum, & chondrum,& tragum,& lac,& panem elotum,ex gene-
re eſſe euchymorum: quin & pinguedinem,& adipem,& oleum dulce,& ceram dulcem,ex mi
tigantium eſſe,natura. Fuerit autem cera dulcis,quæ & natura eſt talis(nam quædam guſtanti-
bus amaræ ſunt)& quæ præterquam quòd eſt talis,in aqua bona elota eſt.

De ratione abluendi,& candida faciendi medicamenta. CAP. 25.

LAuanda porrò eſt nõ tantummodo cera,ſed & pix,& reſina,& oleũ,& quicquid aliud aquę
nõ miſcetur. Primumq̃; modice cõcalfactum, mox in uas lati oris ac magnum,cuique inſit
aquæ copia puriſſimæ ſimul,& oĩs qualitatis maxime expertis,infundito:nam in ea,quicquid ſit
id quod abluitur,acrimoniã ſuam exuit. Deinde conterito,tundito,frangito,manibusq̃; impen-
ſe ſubigito,ut unaquæq; uidelicet abluendi medicaminis particula aquam poſſit cõtingere. De
niq; effuſa priore aqua, rurſum quod lauatur excalfaciẽs, in aliã aquam eque ſyncerã inijcito:

Rurſumque

A Rurſumq; diutiſſime cõtundito, donec qualitatẽ ſuam in aquam deponat: id aũt guſtanti datur cognoſcere: mox vero & tertio, & quarto, & ſæpius deinceps idẽ faciendum, donec aqua nullã ẽt exabluto medicamento qualitatem recipiat. Atq; hunc in modum oĩa, q̃ excalfieri, & fundi ſuſtinent, lauabis. At, ſi qua ſint lapidoſa, & dura, velut cadmia, & æris ſquama, & æs vſtum, ea exacte in tenuia comminuentem, plurimum in aqua terere fontali, puriſſimaq; oportet, ſubinde priore effuſa, quoad nihil in aqua innatet, maneatq; aqua ꝑ ſe ſum a cõtriti medicaminis qualitate immunis. Nã quandiu aut qualitatis eius quippiã in guſtu appareat, aut aliquid innatet, tandiu terendum, atque effundendũ eſt: nam, ſi hoc pacto quiduis eorum, q̃ lauari põt, abluas, mordacitatis expers euadet. Et ſanè oleum non tm̃ mordacitatem exuit, ſed etiã candidius interea efficitur. Oportet vero ipm̃ non perinde vehementer verberare, vt picem, aut ceram, aut reſinam, ne videlicet adeo aquæ miſceatur, vt ægre poſtea ſeparari poſſit, ſed ita, ut ibi quieſcere pauliſper ſiueris, facile poſſis innatans detrahere. Sunt & alij modi, quibus oleũ efficere poſſis candidum, quos ſcriptos inuenies apud eos, qui præparationum libros conſcripſere, & qui de materia prodidere, ut & apud Dioſcoridem in primo. Verum plerique eorum conſumẽtes, quod in oleo aqueum ac ruſum eſt, reliquum candidum efficiũt: At hic abluendo, veluti ipſum
B abſtergendo, ac detergendo, candidum efficit.

Quòd non colligitur, oleum ex eo, quòd tuſſim cieat, proinde eſſe mordax: neque enim omne, quod tuſſim ciet, mordax eſt: neque ſolum quod mordax eſt, tuſſim mouet, ſed & quæ pinguia ſunt. CAP. 16.

DE medicaminum, q̃ lauari candidaq; effici ſolent, diſpõne, rurſus ẽt dicetur. Nunc ad propoſitũ reuertor. Oleum, qđ non ſit omphacinũ vocatũ, hoc eſt crudũ (id.n. adſtringit) neque cum ſale ꝑparatum, neq; recens, ac velut etiamnum feruens, ad hæc oĩa accurate lotum, id neq; epotũ, neq; infuſum, mordicationẽ exercebit. Quòd ſi guttur ad tuſſis impetum prouocet, non idcirco mordax dicendum erit. Nam quicquid mordax eſt & acre, ad tuſſim impetum prouocat: non tm̃ quicquid impetum ad tuſſim prouocat, mordax eſt, & acre. Hoc.n. dũtaxat pacto mordax eſſe oleũ conuiceris, ſi quicquid ad tuſſim impetum mouet, mordax eſſe cõfeſſum fuerit. Occurrit itaq; denuo hic error non leuis, ſed pernicioſus in concluſi conuerſione cõmiſſus. Confeſſum.n. eſt, oẽ mordax impetum ad tuſſim mouere, & confeſſum eſt, oleum oẽ ad tuſſim mouere impetum: verum his ſuppoſitis non conficitur oleum eſſe mordax, neq; ſi categoricas, neque ſi hypotheticas efficiamus propoſitiones: ꝙ. ſ. ex duabus vniuerſalibus affirmatiuis nihil
C concludi in ſecunda figura poſſit, neq; concluſio ex neceſſitate ſit vera. Fiant aũt in ſyllogiſmo categorico duæ propõnes iſtæ: Omne mordax ad tuſſim impetum ciet: ſed &, omne oleum ad tuſſim impetum ciet: quibus confeſſis nihil concludi poterit. Hypotheticam vero propõnem, quam Chryſippus ἀξίωμα συνημμένον nuncupat, veram accipere non licet, neq; a ſenſu, neq; ex ſenſu, neq; ex conſequentia rõnali. A ſenſu.n. aut per ſenſum, aut ex ſenſu, aut utcunque noĩare placebit, id genus ἀξιώματα deſumpta ſunt, nempè, Omne mordax ad tuſſim impetum ciet: &, Siquid mordax eſt, itidem & ad tuſſim impetum ciet: & non, Si oẽ mordax ad tuſſim ciet impetum, protinus quicquid ad tuſſim ciet impetum, mordax erit. Neq; oĩno ad hoc, ſi quid mordax eſt, hoc & ad tuſſim impetum ciet, ſequitur in vniuerſum iſtud, Si quid ad tuſſim impetum ciet, ipſum & mordax eſſe: ſed id quidem, Si non ciet ad tuſſim impetum, haudquaq̃ mordax eſſe, id inquam verum eſt, quippe cum mutuo conuertãtur. Non tm̃, ſi quid ad tuſſim impetũ ciet, continuo & mordax eſt: ſimpliciter.n. hoc conuertitur, & non mutuo. Demonſtratum autem in methodis logicis eſt, quæ ex mutuo veris conuertuntur orationes, ipſas quoque veras eſſe: at quæ ſimpliciter conuertuntur, non perpetuo eſſe veras: Illas quidem ἀντιστρέφοντας vocãt, has vero
D ἀνασρέφοντας. Igitur ſi non ex neceſſitate verum eſt, Si quid ad tuſſim impetum mouet, idem ſtatim mordax eſſe, neque ſanè oleum, proinde ꝙ ad tuſſim impetum moueat, mordax eſſe cõcludi poterit. Hoc.n. duntaxat pacto, nempè ſi in confeſſo eſſet, Omne quod ad tuſſim impetũ, moueat, itidem mordax eſſe, verè talem confici concluſionem inueniretur, Si ad tuſſim impetũ mouet oleum, vtique & mordax eſt: quo videlicet ad hanc ſequatur orationem, facta tali aſſumptione, Atqui ad tuſſim mouet impetum oleum: ſequitur ergo, iuxta primam orationem inde monſtratã, concluſio, Mordax igitur oleum eſt. Verum enimuero nõ hoc pacto colligendũ illis fuerit, ꝙ ſi q̃d mordax eſſet, cõtinuo & ad tuſſim moueret: ſed ꝙ ſola mordacia ad tuſſim impetum prouocant: ita.n. concluderetur, quicquid ad tuſſim moueret impetum, eſſe mordax. At hoc ipm̃, Sola videlicet mordacia ad tuſſim impetum ciere videri, & aliene a ſenſu dr̃, quippe cum & pinguia mouere ad tuſſim impetum appareant: & quod queritur, prompte aſſumptum eſt, neque ex ſenſu, neque ex demonſtratione. Præterea hominum id eſt ignorantium, quẽnam ſit ad tuſsim impetum mouendi affectio, quam fortaſsis ipſis exponere prẽſtiterit.

Quomodo & per quæ ad tuſſim impetum cieri contingat. CAP. 17.

CONtingit aũt ad tuſsim impetum cieri inẽqualitate quadam in gutture prẽter naturam ꝑ ueniente, quippe cum ſpiritus per puram leuemq̃ ſp ferri viam conſuetus, ſi qñ in eminentia q̃dam impingat, quaſſationem quandam ac veluti inẽqualem concuſsionem in guttu-

re

re efficit,atq; ita ad tuſſim aĩal prouocat.Nam ut alias quoq; multas natura hoĩbus ſalutis gratia ingenitas indidit paſſiones,ad eundem modum,& ſternutationem,& tuſſim: Sternutationẽ quidem,vti ea,q̃ in naribus infeſta moleſtaq́; ſunt,propelleret:tuſsim vero,vt q̃ in gutture.Porrò duplex ea affectio eſt,aut reſiccata exaſperatave,quæ in arteria eſt membrana:aut inæquali in ea corpore delato,ſiue id liquidũ ſit,ſiue ſolidũ.Hinc ſeu panis micula,aut alterius cuiuſpiam edulij,nobis inuitis in ſpiritus meatum decidat,tuſsire adigimur:ſeu bibentibus affatim, ipſius potus quippiam eo influat,ſimiliter irritamur,atq; ad tuſsim compellimur.Percolatur.n.perpetuo per aſperam arteriam in pulmonem ipſius potus tam exile quippiam,vt protinus ab inſpiratum perfacile quocunque diſtribuatur,nec tñ vſpiam aceruatim in ſpiritus ſemita cõſiſtat, neq; aĩal ad tuſsim irritet: At vbi vel id ipſum pluſculum,vel aliud quodpiam,ſeu liquidũ,ſeu ſolidum corpus,in aſpera defertur arteria,iam inde tuſsire neceſſe eſt,donec a ſpiritus uehemẽtia,quod moleſtat ꝓpulſatum eijciatur.Proportiouale quippiam huic accidit, vbi in membranam ipſam arteriæ exaſperatam ſpiritus impingit,niſi q̃ hæc affectio alia a iã dicta eſt.Nunc.n. ab arteriæ membrana auſertur,abraditurq́; quippiam:intus verò adhæret aliquid,in prioreaffectu. Porrò vtriq; cõis eſt ſpiritalis viæ inæqualitas. de quibus fuſius in cauſis ſymptomatum diſſeruimus.Cæterum in pñtia cognouiſſe ſufficit,q̃ mordacia, gutturis exaſperatione: oleoſa vero & pinguia illitu,inæqualitatem & ad tuſsim impetum efficiant. Quicquid.n.extra naturã in arteriæ incidit tunicam,tenaciterq́; illi inhæret,tum organis ipſis, & qui per ea defertur ſpiritui,inſolens eſt,tum aĩanti quoq; moleſtum.Nec id nunc dico,quin pleraq́; ex oleis qualitate mordicantia ſint.†Nam & quæ admiſtum hñt ſalem,& prorſus recentia ſunt,ea omnino mordacia quoq; ſunt,non propria ſua eſſentia, ſed qm̃ omnibus plãtarum ſuccis geminum inſit excrementum(quod abunde indicauit Theophraſtus,& nos poſtea commonſtrabimus)alterũ craſſius,ac velut terreſtrius,alterum tenuius,& uelut aquoſius . Sanè & oleo ambo hæc inſunt,ad concoctionem & diſcretionem tempus poſtulantia.Porrò tempore quidem,alterum reſidet,alterum vero cõſumitur:Ac primum quidem,quod videlicet & terreſtre eſt,& craſſum,ſubſidit, amurca nuncupatum:alterum vero tenuius,ac velut aquoſius, quodammodo & ipſum compoſitum eſt,ex aerea ſcilicet eſſentia,& tenuia ſeroſa.

†Græcè eſt. τάτε γὰρ ἀλῶν μετέχοντα. ſed legendum μὴ μετέχοντα, quæ ſalis non participant. ratio.n. eſt.quia plantarum ſucci aliquid ſeroſi & propterea mordacis ĩſit, ob id oleo quoque recenti ſine ſalis admiſtione ineſſe mordacitatem.

Quot modis aqueum & tenue excrementum ab oleo ſeparari queat. CAP. 18.

CAeterum ſeroſum iſtud rufi coloris eſt, a craſſo illo terreſtriq́; ſubſidẽte.ſ.qualitate abſterſa. At oleum ipm tum minime mordax,tum candidum ſua natura exiſtit. Quapropter vbi tenue hoc excrementum ſeparatũ fuerit,candidius ẽt dulciusq́; efficitur.Separatur vero multis modis.Aut.n.in Sole feruente lati oris vaſculo olei pleno depoſito,chonchis in altum ſublatis, ſubinde id cum ſtrepitu deſuper conturbant. aut calidos vaſculis oleum continentibus cineres ſubijciunt,ſolarem q̃ fieri poſsit maximè calorem imitati: maiorem.n.idcirco uitant,ꝙ ipſum in qualitate tranſmutet,prõpteq́; nidorẽ excitet,aut nucleos oliuarum,aut frumentum circũcirca apponunt:aut medicamenta q̃dam vaſis ipſis inijciunt.In ſumma,quod aqueum eſt,exigunt atq; conſumunt,reliquũ aũt ſeruant.Itaq; ſi tam dulce cãdidumq́; acceptum oleũ,cuiq́; nec ab initio ſal inditus eſt,iꝑm inſuper,ut ante poſitum eſt,laues, id tibi medicamentorum oĩum minimè mordax erit. Ac nos quidem perſæpe oleum eiuſmodi bibendum non nullis exhibuimus, noſq́; ipſi experimenti gr̃a ſumpſimus,prorſumq́; nullam inteſtinis mordacitatem attulit,gutturiq́; minime ad tuſsim impetũ cõmouit:cumq́; oculis eſſet infuſum, ſenſum mouit exiguum, ipſa potius nouitate,atq; inſolẽtia,q̃ acrimonia moleſtũ.Atq; eiuſmodi ſanè oleũ,ad vnguem oleum exiſtens,cuncta tũ humectat,tũ emollit,vbi nec ſummè(vt monuimus)frigidum,nec calidũ applicẽt.Porrò cui iniectus ſal eſt,nõ nulla quoq; ineſt neceſſario mordacitas.Verũ mirer ſanè,ſi quis tm̃ indat ſalis,vt oleoſam pinguemq́; ſuꝑbam exuperet:vtiq; Archidamum.ſ.referat,q ait,cutẽ aduri ijs,qui in oleo fricant: qñquidẽ & id ſæpenumero factum vidi,cum aliorum nonnullorũ gratia,tum podagræ,& arthritidis: Fricant.n.partes affectas trito in pauculo oleo ſale multo,idq́; ꝑ intermiſsiones,haudquaq̃ in paroxyſmis,tum vt ſuperfluũ oẽ exiccẽt,atq; diſcutiant,tũ vt partibus infirmis bonã comparent habitudinem,ac robur.Atq; in hoc quidẽ ſal exuperat,in oleo vero ſuperatur.Potiùsq́; eorum quæ in oleo rigata ſunt,faciẽda cõparatio eſt,q̃ q̃ in eo decocta,utpotè qui hominẽ feruenti nequaq̃ oleo decocturi ſumus,verũ temperato uncturi.Præſtat.n.(id quod aliquoties ſupra monuimus)ipſum rei euentũ ſenſu perceptilẽ,& exacte manifeſtum inſpicere:neq;.n.ſanè extrinſecus q̃ſitis opus exemplis eſt,in rebus nimirum,q̃ tam clare cognoſci poſſunt.Quin ſi qñ forte obſcurum ſit quod quæritur,adeo vt ex alijs ſibi fidẽ poſcat,neq; illic ſanè remotiſsima diſsimillimaq́ue,ꝑpinquis ꝑteritis, accerſenda ſunt quę rendæ facultatis teſtimonia . Sanè euidens luce clarius oĩbus hominibus eſt, ꝙ frictio ex oleo magis q̃ ſicca laſsitudinẽ aufert,corporaq́; emollit,cohibens occludensq́; quicquid è nobis foras effluere eſt natũ,haudquaq̃ digerens,& exiccans. Id ipſum & Diocles confeſſus eſt, ut qui oblinere poros oleũ dixerit,q̃que effluunt cohibere,tum coria emollire.Quòd ſi rerum euidentia illi non ſufficiebat,ac proinde extrinſecus adducere cõiecturas potius illi viſum eſt, ea,quæ in oleo frigido rigantur,memorare,non quæ in feruenti decoquuntur, afferre debebat.

Quòd

Quòd perperam Archidamus inæqualem ex oleo frictionem asseruit. CAP. 19.

A QVemadmodum in talibus,rerũ trãsgressus est euidentiã,ita illic quoque, dũ ait inæqualẽ esse ex oleo frictionem,manibus videlicet lubricè labentibus. Nam contrariũ oẽs manifesto percipimus,nimirum cum,quæ ex oleo fit frictio,æqualis existat:inæqualis uerò ſicca. Cũ tem.n.in frictionibus ſiccis manus coadducunt, ac velut duplant, uiolenterq; ac p̃ter naturam complicant:dein vbi non amplius prior velut duplatio labentes ſequi manus p̃ot,ipſa quidem recurrit,atq; ad continuum reuellit:manus vero ſemel, ac uno impetu in alteram cutis partem tranſeunt,inferiorẽ tranſgreſſæ duplationis partẽ.Ac proinde inæqualem,duram,laborioſam talẽ ſentimus frictionem: Duram quidem,qm̃ cutis violenter & tenditur,& concutitur:eiſdem de cauſis & laborioſam:porrò inæqualem,qñquidem non in oẽs cutis partes fricantes incidũt manus,verum infernam duplationis partem perpetuo tranſiliunt:id quod fit tum ob naturales cutis aſperitates,idq; potiſſimum in natu grandioribus:tum ꝙ laxa eſt cum aliis propè oĩbus cutis,tum gracilibus maximè & ſenibus. Quippe ſi læuis æquabiliter tota , & tenſa exactè cutis foret,haud facilè plicari poſſet,nec inæquales in ſe manuũ efficere decurſus:verum facile,reor,antorſum p̃currerent,a primis ad reliqua prompte delabentes,nimirũ cũ nullã ſecũ cutis partem
B ducerent.Atqui cùm laxa ſit & aſpera,externo quopiam medicamentò indiget, quod & rugas eius impleat,& fricantibus manibus lubricitatẽ p̃beat: quas ad res oleo nihil aptius inuenias. Mirerisq; profecto Archidamũ,q̃ nec rei ſit reueritus euidentiam,nec quæ eius ſit cauſa inuenerit,ſed in vtriſq; pronũciarit cõtraria:quippe cũ inæqualis ſicca appareat frictio, æqualis verò quæ adminiſtratur cum oleo:nec minimè ea teſtimonio ſuo adſtruit ratio, q̃ cauſam exponit.

Redarguit prauam medicamentorum facultates inueniendi rationem. CAP. 20.

VErum de Archidamo,& Diocle ſatis in p̃ntia.Volo.n.(qñquidẽ ſemel aggreſſus ſum pra uam facultatis inueniendæ uiam oñdere, oleo pro exemplo vſus) oẽm celerrimè oſonẽ abſoluere.Igitur cum veteres philoſophi calidũ eſſe oleũ aſſeuerant,nõ paruo(ut putant) argumento,ꝙ celeriter.ſ.in flammam uertat̃,cõtradicentes quidam id illi accidere aiunt, qm̃ tenue eſt,& aereum:cæterũ frigiditatem eius inde adeo mõſtrari,ꝙ hyeme ocyſſime cõcreſcat:nec.n. uino ſolũ acetoq́ue,ſed ẽt aqua ipſa,prõptius a frigore deuinci.Ad ea rurſus obijciẽtes alij,ꝙ aereum quidẽ ſit non negant, idq; ex leuitate perſpicuo apparere dñt:non tñ frigidum eſſe fatentur:quippe cum aer oĩs ſit natura calidus, vti gñatio quoq; eius indicio eſt, nimirum cum extenuata ſolutaq; calore aqua aer efficiatur.Conſtatq; iam inde maximam eos ingredi qõnẽ cla-
C riſſimis philoſophis dubitatã.Siquidem Ariſtoteles,quiq; eum ſectant̃,calidum eſſe aera exiſtimant,at Stoici frigidũ.Porrò ad celerẽ olei congelationẽ,quod viſum eſt illis, q̃ frigidum ip̃m aſſerunt,hi qui calidum contra contendunt,non tã valide concreſcere,ut aquam,contra opponunt:neque.n.congelationem in eo eſſe aiunt,ſi quis recte expendat, ſed velut conſiſtentiã,& incraſſationẽ:hocq; fieri aiunt,q̃ a craſſum eſt,& viſcoſum,non q̃ a frigidũ.Itaq; rurſum vtrinq; in ambiguũ oratio perducitur:illis quidem ex eo,ꝙ celerius a frigore vincatur oleum , q̃ aqua: his verò ex eo,ꝙ aqua oleo plus congeleſ,contraria adſtruẽtibus.Ad hoc itaque,ꝙ de his addubitent,neq; ꝙ aereum ſit,oĩbus confeſſum eſt.Etenim leuitas quidem,inquiunt,huius indicium foret:at craſſities non paruam adfert coniecturã ip̃m eſſe terreum.Porrò quidem ambo cõponentes,aereum ſimul & terroſum conſtituunt.Sunt qui hos deridentes,id q d̃ cum primis oleo
D ineſt,nẽpe humiditatẽ,adimere p̃fecte ipſos oſone dicant.Ad hæc non nulli ex eo,ꝙ viſcoſum ſit,frigidũ eſſe contendunt,alij vero calidũ,non nulli ſiccũ,poſtremo quidam ẽt humidum. Etenim niſi contractæ compactæq; partes eius forent,& inuicẽ exactè adhærerent,viſcoſum haud fore:atqui illos oẽs frigiditatis eſſe effectus:nã fundere,extenuare,ſoluere,partes a ſe inuicẽ ſeparare,eã vero eſse calidi naturã. At alij contra viſcoſum nihil fieri pronunciant citra calidi uictoriã,ueluti in ſuccorum oĩum patet decoctione,tum eorum,qui ex herbis exprimunt̃, tum qui ex fructibus:quippe qui,cum aquei principio ſint,ac conſiſtentia tenui liquidaque, ubi decocti fuerint,craſſi uiſcoſiq; euadant. Quin & ex particularibus utriq; exẽplis contraria probabiliter adſtruũt,Alij uiſcum,mel,picem liquidã,reſinam,& alia id genus,q̃ in profeſſo, & viſcoſa ſunt & calida,proponentes:Alij cicutæ,pſyllij,atriplicis, blitiq; ſuccum memorantes:ad hæc ueluti colophonem quendã oſoni pituitam proferentes,liquido.n.ipſis ea,& uiſcoſa eſse & frigida vr̃. Quin & ex eo , ꝙ quibus uenę ſectione ſanguis detrahitur , oleum inſtillatum fluidum reddat ſanguinem, utroſq; contraria adſtruere uidere eſt.Alij.n.tanq̃ calore fundẽs,alij uero tanq̃ frigore lubricitatem p̃bens,non ſecus ac glaciẽ fluxibilitatem ip̃m facere aſſerunt. Arq; inde alio verſi, de lubricorum oĩum natura diſceptant, ad extremam uſq; garrulitatem oſonem promouentes. Condemnantes aũt horum* errorem,ut aiunt,alij,pinguedinem proponunt,quæ proxime olei naturam accedit , & euidenter deprehendi p̃t cuius ſit temperamenti : quippe quæ in nobiſmetipſis conſiſtat, nec fallere nos queat. Nam in ſanis, inquiunt,& bene curatis corporibus multa prouenit pinguedo,q̃ ne in ſanus quidem frigida dixerit:talia.n.fieri robuſta natura, quam oẽs naturales philoſophi calidã eſſe rem confitentur . Sed his è diuerſo quidã in frigidis tẽperaturis pinguitudinẽ prouenire aiunt, uelut fœminæ indicant, quique ocioſam uitã transigunt.

* φιλολογίας eſt impreſſis . φυσιολογίας in antiquis . vide etiam hac eadẽ pagina, g ἀλλης.

ſigunt. Iam uero & inter gentes ubi frigus quidē ſuperat, pingues: ubi uero calor, graciles, pro- E
uenire hoīes aſſerunt: proferuntq; exempla, Celtas, Thraces, Bithinos, Ponticos, Galatas, ſicut
frigidæ regionis īcolas, ita quoq; in uniuerſum pingues: Arabes uero, Libyos, Aegyptios, Ae-
thiopes, quiq; terrā inhabitant calidā, graciles & aridos oēs. Nonnulli uero citra particularia
exempla vniuerſali inter ſeſe rōne contendunt, partim pinguem in nobis ſuccū prouenire nō
poſſe, niſi ꝑbe a natura cibi conficiant̄, aſſerentes: partim in cibis quidem contineri confiten-
tes, a nr̄o tñ calore conſumi, velut a flāma oleū: qui vbi infirmior eſt redditus, in corpore acer-
uari. Sunt qui aīantia quoq; in mediū afferant, ut q̄ natura frigidiora ſunt, pinguiora oīa repe-
riantur, ut urſi, oues, ſues: q̄ calidiora, itidem & ſicciora, gracilioraq́ue, & pinguetudine vacātia,
vt leones, pardales, carnes. Præterea inde adeo, ꝙ madefactæ oleo apes, muſcæ, veſpæ, formicę
que intereant, alij quidem calidum, alij frigidum cōprobare ipm tentant: ac rurſum alij humi-
dum, atq; alij ſiccū. Etenim cum iā dictæ aīantes exangues ſint, ac proinde frigidæ, quidam eas
celeriter refrigerari aiunt, atq; ita mori; quidam contra, dum excalfiunt, haud poſſe in contra-
rium mutationem perferre: Quin & ꝙ immoderatè exiccantur, alii, quippe, cum natura iam an
tea exiccata ſint, immoderationis rōne offendi: alij vero ꝙ humectētur, idque naturæ cōtrarie
tate. Atq; ꝙ in inſectis aīantibus contraria inuicē colligant, mirū fortaſſis uideri non dēt: ſed ꝙ F
ex ijs, quæ nobiſmetipſis accidunt, in utranq; partem differunt, id vero admiratione dignū eſt.
Quippe alijs plus, alijs minus, ſudare nos inquiunt, ſiquis in balneo vngaī. Nec tñ hi qui plus
aſſerūt, de facultate eius vniuerſali inter ſeſe cōueniunt, neq; hi qui minus. Verū ex ijs, qui plus
nos ſudare aſſerunt, quidā calori acceptum referunt, quidā vero viſcoſitati: priores quidem ca
lidū ſudores prouocare natū dicentes, viſcoſum uero alteri: quippe venādi, & aceruandi eorū,
q̄ hactenus celeriter defluebant, proindeq́; ſenſum fallebant, facultatem obtinens, manifeſtam
ita ſudorum copiā efficere. Porrò, qui minus ſudare volunt eos, qui aut in balneis, aut exercitijs
vnguntur, alij quidem illinendi facultatem, alij uero refrigerandi vim, illi attribuunt. Quinetiā
ex apparentibus, alij reſiccare, alij humectare ipſum dīnt: humectare quidem, quotquot plus ſu
dare inunctos cenſent: reſiccare vero, alij. Quinimo & ꝙ a frigore tueatur inunctos, alij quidē
craſſitudine viſcoſitateq́ue, inſtar veſtimēti, aut munimēti, frigus arcere: alij uero per calorē na
turalem contracta concalfacere referunt. Porrò ēt ex eo, ꝙ quę in libris atramento conſcripta
ſunt, nihil vitiet, aut deleat, haud aliter q̄ arena, cinisque, cum reliqua liquida oīa deleant, q̄dā
ſiccā, & velut exuccā eius naturā adſtruunt: quidam uerò partium craſſiorum, ac minus elabo-
ratarū. Sic & ꝙ alijs nō cōmiſceaī, hoc alij quidē leuitati, partiumq; tenuitati: alij vero craſſitu- G
dini viſcoſitatiq; adſcribunt, cum ſuccis ſui ſimilibus miſceatur, vt maluæ decocto. Eadem aſſe-
runt, & de hoc, ꝙ terra non ꝑbe oleo irrigēt, tametſi alijs liquoribus madeſcat, vt vino, aqua,
aceto. Ac non nulli quidē hic eſſentiæ cauſanī ſiccitatē: alij tenuitatem: ſunt, qui craſſitudinem.
Etenim qui tenuitatem pro cā afferūt, intactos tranſire meatus aiunt: at, qui craſſitudinē, oīno
ne ingredi quidem illos aſſerunt. Neutros vero arguere queas, cum utraq; de cauſa quædā ne
propinquis cōmiſceantur, prohiberi poſſunt: ſiquidem phyſicorum nō nullis meatuum cōmo-
deratio, miſtionis eſſe cā vr̄. Atq; ego nunc ſanè illa, in ſumma tñ relatis ſolis ratiocinationū
occaſionibus, commemoro. Quòd ſi quis ſigillatim unumquodque extendere uelit, atq; hinc
inde in utranq; partem differere, non unum ille uolumen, ſed ēt complura, meo iudicio exple-
† *Quòd nō lon gus ſolum ſit ta lis orationū er ror, (hoc enim tolerari poſſit) verum etiā ad ſummam quo- que phyſiologiā aſcēdat: iterim vero etiam diu dicatu ſit difficilis.* bit. Licet. n. uel iam nunc proſpicere, †q̄ non longus ſolum oīonis hic cuaſurus ſit error, (nec. n.
tolerari poſſet) uerum ꝙ ſummam ēt interim attinget phyſiologiā, ſic ut dijudicari non nunquā
nequiret. Porrò ſi cui ēt conſtaret oīno inutilem eſſe medicis, longe ēt magis eam rōnum uiam,
arbitror, effugeret. Non. n. abſolutè an calidum, frigidum, humidum, ſiccumue unumquodque
medicamentorum ſit, inquirimus: neque an formicas, apes, ueſpas, aut aliud aīalium humecta-
re ualeat, aut reſiccare, calfacere, aut frigefacere: ſed quomodo ad corpus ſe habeat humanū. H
Cum liceat igitur in hominibus ipſis experimentum capere, non recte ad alia uertuntur.

Quæ ſit recta experiundæ olei facultatis ratio. CAP. 21.

AT recta experiundi rō, in primis quidem ea eſt, quæ in corporibus hī temperatis: deinde
ea, q̄ intemperatis: mox, ut ſæpenumero antea monuimus, quæ in calidis, frigidis, humi-
dis, ac ſiccis morbis. Vbi aīum aduertere iuſſimus, ut quod per ſeſe quid ageret ab eo, quod ex
accidenti, diſtingueretur. Id q̄d futurum eſt primum quidem, ſi q̄ fieri poteſt ſimplicibus affecti
bus admoueas: Deinde ſi, an protinus ab initio, quod ſenſu poſsit percipi, ſuam uim exerat, cō-
ſideres, an poſt tpis aliquantum, aut deniq; ubi ablatum fuerit, uelut aqua frigida, quæ caloris
efficit repercuſſum: Ad hæc alienæ qualitatis miſturæ expers ut ſit, dāda quā maxime opa eſt.
**revocationem.* Qūo ergo oleum quis tale efficiat, ſupra poſitum eſt: uerum qūo ſimplici morbo applicari q̄at,
nunc dicemus, id modo prius commemorantes, ꝙ in morborum drijs oſtenſum eſt, Corpora
quædam ad calidius uerſa uideri, citra, aut cacochymiam, aut plenitudinem, uiſcerisue inflam-
mationem, uelut in ingentibus exuſtionibus euenire aſſolet: Quædam uero ad frigidius, ut in
uocatis iam paſſim conſueto nomine perfrictionibus (ϕυγμοὺς Græci uocant.) In talibus utiq;
affectionibus ſi oleum adhibeas, manifeſto comperies, refrigerare nos an calfacere ſit natum.

Sed

A Sed illud tñ cõstet, vt omni prorsum aliena vacet qualitate vehemẽti: id.n.perpetuo in omni medicamento memoria tenere oportet. Atq; hæc quidem summa est rõnis. At opus ipm, quod perficitur, experientia commonstrat. Nam qui ardore tenentur, tñ abest, vt a calore liberẽt, vt ét[a] † magis exæstuent, ⁊ & procedente tempore calidiores euadant. At algentibus, ex olei inunctione perspicua nulla, aut noxa, aut vtilitas affertur. Ex quo liquet, vt calfacere sit natum, certè non admodum id posse, nec euidenter, sicuti resina, pix, bitumen. Inaudiẽda est nunc pix non sicca: itidem nec resina, nec bitumen siccum: nec.n. ipsis inungi quis possit: neque item quæ Sol liquarit, quippe hæc nec simplicia, nec sponte nata sunt medicamenta: verũ resina, q̃ Græce αὐτόῤῥυτος a spontaneo fluxu dr̃, quam in Laconia, & Cilicia optimam prouenire nouimus: aut terebenthina, aut lentiscina, quæ liquida etiamnum, ac recens sit: aut ex pinea, quæ in fictilibus superne, olei ritu innatat: pix autem liquida, aut potius quod oleosum in ea supernè fluitat, quod vtique πίσσαλθον hoc est picis florem, nuncupant, est.n. re vera tanquam picis flos: sic bitumen adhuc liquidum, quod ex [b]*Media importatur: omnia.n. hæc pinguia sunt, plurimumque oleosæ naturę possident. Veluti myrrha, stacte, & picinum, iuniperinum, cedrinum, laurinumq; oleum, & alia eiusmodi clarissime refrigeratos recalfaciunt, exæstuantes uero summè excruB ciant. Atq; hæc quidem vtrisque excalfacere confessum est: At oleum neutris admodum, neq; refrigeratos. s. excalfacere, nec excalfactos offendere. Non tamen obscure ijs, qui ex ardore febricitant, [c]*fastidij cuiusdam causa est, caloremque augere apparet, quemadmodum in exquisitis erysipelatis, quippe quæ biliosæ sunt fluxiones: manifesto.n. in his calorem adauget, etiãsi applicetur uel frigidissimum. Etenim in ardoribus, si salis sit expers, & alioqui etiã candidum, non nullum sane solatium, si modo frigidum perfundatur, affert: In erysipelatis autem, quantumuis sit frigidum, nihil iuuerit. Cæterum lædere omnes, quæ ex pura bile sunt fluxiones, vel maxime est natum: at quæ ex sanguine illi permisto constant, has quidem minus, non tamen vulgariter. Porrò istis etiam minus, sed tamen perspicuo, affligit inflammationes etiamnũ feruentes. Ex quibus omnibus coniecturam ducenti visum est tandem, calorem parem eis, quibus applicatur, accendere. Apparet enim corporibus mediocriter calidis, admotum moderate illa excalfacere: quæ vero valide, validum accendere calorem.

A † Quamuis in aliquibus græc. codicibus legat καυσωδέστεροι. i. magis ęstuãtes. in multis tamen alijs legitur. αὐσωδέστεροι. i. fastidiosiores inquietioresve: & inferius etiã hic sensus habetur: cui etiã lectioni astipulatur vetus translatio.

B † Al. Nicomedia.

C* ἄσσης.

Quòd oleum ex eorum sit numero, quæ ex æquo nos excalfaciunt. CAP. 22.

DIctum est igitur in tertio De tẽperamentis, venitq; nunc iterum dicendũ, q̃ vnumquodq; medicamentorum, q̃ corpori applicantur, quæ quidẽ calida esse facultatibus diximus, ca C loris sui principiũ a nobis accipiẽs, partim similiter nos recalfacit, partim valẽtius. Atq; ex ijs, quæ nos æqualiter recalfaciunt, oleum mihi esse visum est, particulares eius vires inspiciẽti: cõperi.n. perpetuo calorem efficere tepidũ in ijs, quæ mediocriter essent calida, feruentẽ in feruẽtibus. Proindeq; mihi est visum neq; conuulsiones, neq; tremores, neq; sensum tum difficilem, tum deperditum, magnopere aut iuuare, aut lędere: quippe iuuare nequibat, cum valẽter excalfacere non posset: nec lædere item valebat, cum oĩno non refrigeraret. At vbi adscititium comparasset calorẽ vehementem, multum prodesse: nẽpe vbi in alueolos olei calidi, in quo radices quædã aut herbæ excalfaciendi facultate pollentes incoctæ erant, ita affectos demisissemus. Vnde merito velut materia q̃dam cęterorum fuerit medicaminum: nam si frigida illi commisceas, frigidum efficietur, quod mistum erit: sin calida, calidum. Quod.n. ex media tẽperie est, utrisq; summis inseruit, utpotè quod si calido commisceatur, id quod ex ambobus mistum erit, frigidũ efficere non ualeat, nempè cum ipsum non sit frigidum: neq; si frigido, calidum, quippè cũ ipm non sit calidum. Itaq; non immerito alij calfacere ipm aiunt, alij uero negãt. Calfacere enim uideatur, cum ad parẽ calfacienti corpori calorem peruenit, hac.n. ratione recalfacere rursum potest: quòd uerò quam acceperat augere caliditatem non potest, haud quaquam calfacere uidea D tur, quippè cum non quam acceperit, seruare, sed augere, calefacientis sit opus.

Quænam sint principia tantæ de medicamentorum facultatibus ambiguitatis. CAP. 23.

EIusmodi porrò ambiguitatũ tria sunt principia, Quòd non distinxerint genera eorum, q̃ nos excalfacere dicuntur, & quòd homonymiis siue ęquiuocationibus utantur confuse, & quod nihil relinquant medium. Itaque calfacere nos dicuntur, & quæ energia siue actu sunt calida, ut ignis: & quæ potestate. Tum quæ potestate sunt calida, partim alimenta sunt, partim medicamenta, partim tegumenta. Porrò calidum quoque ipsum, & quod actu tale est, ita nomina reconsueuimus: & quod potestate, uelut subinde ante monuimus. Sed, & calidum actu est, & quod simpliciter est calidum, ut ignis: & quod per exuperantiam, ut animal: & quod ad sui generis symmetrum comparatur: & quod ad quid obuium. At quod potestate dicitur, primum quidem distinguitur contra id, quod est ex accidenti: deinde totidem habet significationum differentias, quot actu calidum. Etenim cùm sit uelut apta quædã materia ei, quod est actu calidum, partim ad ea, quæ absolutè calida nuncupantur, partim ad ea quæ per excellẽtiam quandã, tũ ad quiddam sui generis, aut speciei, denique, & ad obuium quiduis collatũ, propria utique fuerit materia. Quocirca cum ea consideremus calida, quæ referuntur ad hominẽ, ut alia prorsum omittantur, æquũ existimamus. In istis ergo omnibus peccare solent, qui de medicaminum uiribus

bus conſiderant:& præterea, ꝙ mediocritates, tum in naturalibus nris tẽperaturis (vt in opere E De tẽperaturis oñdimus) tum in medicamentis expendendis ptereant. Siquidẽ tanꝙ neceſſario id, cuius perpenditur facultas, medicamentum, aut calidum, aut frigidum, aut humidum, aut ſiccum eſſe dẽat, ita verba ipſi faciunt: ac ſi non fieri poſſet, vt in calfacientiũ nos, ac refrigerantium medio quiddã conſiſtat, atq; aliud rurſus inter exiccantia, & humectantia. Adeo inuenire eſt quoſdam ſtupidos, ut ne vbi audierint quidem veritatem, aſſequi poſſint. Itaque quoſdam etiam noui, qui contra contendere adſtruereque conarentur, nihil temperamento eſſe mediũ.

Quòd compluribus nos modis calfacere oleum appareat, nempe vt alimentum, vt medicamentum, vt tegumentum: Et quòd excalfacientium nos, ac refrigerantium, medium quodammodo obtineat. CAP. 24.

VErum hos in libris De tẽperamentis iuſtis confutauimus rõnibus, nihilo ſecius idem in ſequentibus facturi. Huic aũt libro finem iam imponere ſtudens, ad oleum reuertor. Accidit.n. illi, vt fortaſſis tanquam alimentum nos excalfaciat, vbi.l. intrò in corpus aſſumitur: probatis.n. quibuſdam tum medicis, tum philoſophis, ſicut ex cibis, ita ex oleo corpori fieri appoſitionem viſum eſt. Accidit vero illi, vt tanꝙ medicamen medium ſit nos calfacientium, & refrigerantium: tum ẽt velut tegmen nos excalfaciat: naturæq; eius, vel maxime propria eſſe imago F vĩ eiuſmodi. Nam quemadmodum veſtimenta a nobis ipſis excalfacta, rurſum nos recalfacere conſueuerunt, ita & oleum. Sed quemadmodum illa excalfaciente corpore calidiora non euadunt, ita quoque nec oleum. Recte aũt perpendas rem totam, non ad pñs modo, ſed & ad futura omnia vtilem, ſi aeris nos ambientis memineris: qui interim eo, qui in nobis eſt calore vſqueadeo redditur frigidior, vt munimentis quibuſdã aduerſus eum, tegminibuſq; ſit opus: Interdum vero vſqueadeo rurſum calidior euadit, vt ferre nequeas, fugias q; ſub tectum aliquod vel vmbram: Eſt aũt ẽt qñ tanta eſt moderatione p̃ditus, vt neq; tepefacentia, neq; refrigerantia expoſcas, ſed citra oẽm moleſtiam, ſenſumq; in eo verſeris. Tertiam hanc temperiem, quã mõ dicebam, ſymmetrã moderatamq; voco, atq; aliarum mediam eſſe ſtatuo: ac corpus nr̃um, neq; excalfacere, neq; refrigerare: cũ aliarum duarũ altera nos excalfaciat, altera vero refrigeret. Similemq; eſſe dico mediæ aeris nos ambientis tẽperaturæ, tum qui a veſtimentis, tum qui ab oleo prouenit, calorem. Porrò ſi ne ſic quidem ẽt clarũ euaſit, quod indicare uolo, at illo ſaltem modo apertius opinor intelliges. Duos mihi aĩo intelligito hoĩes corpore ſimiliter temperatos, mutuo ſeſe contingentes, uel pectore, & ventre ſolo, uel manibus & cruribus. Quòd ſi eandem duobus iſtis hoĩbus nactus ſit temperiem aer illos ambiens, vt, in tribus his corporibus G par inſit calor, neuter ab altero tunc excalfieri dici queat: nam quæ ſimilia undequaq; corpora ſunt, a ſeſe mutuo nullam accipiunt mutationẽ. At ſi frigidus ſit ambiens, mutuo ſe calfacere hi hoĩes dicentur, tametſi haudquaquam excalfaciant, ſed frigus modo arceant. Vulgo itaq; aſſueti abuti uocibus, id quod frigus arcet, excalfacere aiunt: haud ſanè recte. Atqui permittendũ ipſis eſt, ut prout velint appellent; cæterum per calfaciendi verbum in utraq; dictione idẽ ſignari id vero neutiquam concedendum: haud.n. idem eſt, an ex ſe quid cuipiam calorem præbeat, an frigus prohibeat. Quibus ſic ſe hñtibus, quæcunque foris nobis iniecta eandem corpori caliditatem obtinent, ſiue a ſeſe ipſis, ſiue ab alijs, ſiue a nobiſmetipſis, eam nacta fuerint, exacta loquendi rõne, neque calfacere, neq; refrigerare dicendum: at, ſicui abuti libeat, non repugnãdũ, modo in dictione ſignationum dr̃iam commemoret: ſiquidem alio quodã modo calfacere nos dr̃ aer calidus, atque alio modo qui ſit moderatus. Rñdet autem proportione aeri calidiori pyrethrum, napy, piper; moderato autem pinguitudo, & oleum: actu.n. aeres ſunt calidi, potentia vero medicinæ. Aera.n. calidum haud ipſi efficimus, ſed qm̃ in eo verſando talem ipſum experimur, ita nuncupamus: At medicamenta, ſicuti in tertio De temperamentis demonſtratũ eſt, principium excalfactionis a nobis accipientia, partim æquè nos recalfacere ſunt nata, partim H plus, partim minus. Ex genere autem eorum, quæ æquè nos recalfaciunt, oleum eſt: Cui eidem quoque a uiſcoſitate, ac ꝙ difficulter item defluat, tum ꝙ meatus infarciat obſtruatque, duplici rõne, ut augere caliditatem uideatur euenit, tum inde adeo, ꝙ inſtar ueſtimenti, aut munimenti illinatur: tum ꝙ meatus infarciat, prohibeatq; foras effluere magnam uaporoſi intus caloris, partem. Eadem ratione, nec ut reſiccentur corpora noſtra permittit, niſi ſane applicetur calidũ idq; pluſculo tpe. Has itaque uires eius cum homines omnes experientia compertas habeant, quos largius ſudare uolunt, ſiue a balneo, ſiue balnei expertes, ijs non protinus ab initio oleum admouent: Verum in ijs, qui morbo laborarunt, ubi ſudare inceperint, tum excalfactum, perfundunt. In ijs vero, qui etiamnum laborant, ubi abunde iam ſatis ſudarint: Porrò in ſanis, ſiquidem ex longo itinere, aut exercitatione, alioue quouis pacto, corpus ipſis exhauſtum eſt, eis inungi & ante ſudorem permittunt. Verum qui non concoxerint, aut corpus habent plenum, quod πληθωρικὸν uocant, his neque in balneo inungi concedunt.

Quòd medium ſit oleum inter humectantia nos & exiccantia. CAP. 25.

ATque hic quoque mihi uidetur oleum eſſe medium inter humectantia nos, & reſiccantia, uelut inter excalfacientia, & refrigerantia medium conſiſtere ſupra demonſtrauimus:

humectat

A humectat enim aqua, exiccat vero tum laurinum, tum cedrinum oleum. At quod ſimpliciter ſic admouetur, citra vllam videlicet ex arte conciliatam à nobis, aut caliditatē, aut frigiditatē (huius enim vſq; meminiſſe oportet) talē ſeruat noſtrā temperiem, qualem ſcilicet accepit, q̄ fieri poſſit maxime vaporoſas oēs corporis expirationes prohibens. Porrò ſi pluſculum membra frices oleo, calorē ex frictione adſcititium comparabis. Atque hac interim ratione laſſos nō parū iuuabis, partim q̄ in minutos corporis meatus pingue ingrediat̄, & quæ indurata ſunt emolliat: partim q̄ humiditatē acrē ac ſubtilem, quæ in laſſitudine ex colliquatione proueniens, ſub cute latebat, per halitum caliditate digerat. Conſpiciūtur enim exercentibus tū foras effluere ſudores, tum intus in ventrem non pauca defluere excrementa, quæ velut liquamina ſunt. Ex hiſce autem colligendū eſt, cōplura toto in corpore eiuſmodi relinqui, quę euacuationem depoſcāt: quippe duplex in laſſitudinibus affectio naſcitur, ſicut alibi oſtendimus. Nam ſimilares quidem animantis partes reſiccātur, humectantur vero vacua ſpatiola nō vtili, & naturali humore (nā ſic foret plethora, ſiue repletio) ſed tenui, & acri, mordaciq̄ue: proindeq; remedijs indigent ducibus, tum ijs, q̄ ſiccitatem corporis irrigent, tum ijs quæ humorem acrē euacuent. Itaq; ad hæc aptiſſima ſunt dulcium aquarum lauacra, nimirum, quæ humiditate ſua inſtrumentorū corrigāt
B ſiccitatem, & caliditate tenuem, atq; acrē humorem digerāt. At, ſi corporibus inhærere poſſet aqua, nec facile defluereret, ipſa quidē per ſe ſufficeret. Atqui cū ea quæ foris circūfunditur, facile defluat: & q̄ in poros ingreſſa corporis, nullam habēs anſam prompte effluat: in hoc ſane ipſum vtiliter miſcetur oleum, maximeq̄ue iuuat, ſi ex vtroque quis diutius fricetur, id quod veteres Græci χυτλοῦσθαι nominabant: cui oppoſitum impoſuerunt vocabulum ξηραλοιφεῖν, q̄d̄ eſt ſicca vti frictione. Eſt ſane, & hoc quoq; quodammodo laſſitudinem ſanare potens, ſed multū relinquitur ab eo, quod χυτλοῦσθαι nuncupant. Nam vt reliqua taceam, ubi cū oleo aqua cōtū dit̄, teriturq̄ue, haud facile ſolubili miſtione coit, vt quibus ita corporibus inūgat̄ oleum, neceſſe ſit, & pluſculum inhærere aquā. Quare hic item velut materia eſt quædam oleū humectantium, exiccātiūq̄ue, ſicut ante oſtenſum eſt excalfaciētium, & refrigerantiū. Quippe quod, ſi exiccanti commiſceas, totū effeceris exiccans: ſin humectanti, & ipſum humectans reddideris: ſæpeq̄ue quod ex ambobus cōſtat, maiorē adipiſcitur humectādi facultatem, q̄ id, q̄d̄ primario eſt humectans: quod in aqua accidit. Nam ea primario madefacit: verum cum haud ita diu inhęreat, nec actionē obtineat diutinam, leuiter utique prodeſt. Cum ergo illic velut vinculum ſiat oleū, cogatq; plurimū, quibus auxilio eius opus eſt, inhærere, longe omniū optimum redditur remediū
C exiccatis, ſquallidisq; corporibus. Sed ſi exiccans oleo medicamen cōmiſceas, puta chalcitim, pyrethrum, gallam, ſtruthion, ſiccans erit quod ex utroq; commiſtū fuerit. Itaq; cum omnibus quæ ſibi commiſcentur, ſubſeruiat oleum, recta rōne velut omniū exiſtit materia: tametſi utique neceſſario propriam eorum actionem retundit quidem ac minuit, non tamen vtilitatē: imo eſt ubi eam quoq; adaugeat. Haud eſt. n. idē (quod forte quis autumet) actionem augere cuiuſpiā, & vtilitatem: quippe cum actio ſecundum propriam cuiuſque facultatem, vtilitas vero nō nunquàm ex accidenti agat. Diſſeremus autem poſtea vberius de vtilitate, quæ per accidēs euenit: & nunc quoque hactenus de ea dicetur, quatenus in præſenti eſt commodum. Quippe contuſa cum oleo aqua, quod hydrelæum vocant, magis auxilio eſt laſſitudinibus, quàm ſi eſſet ſola: nō quidem quòd ſuæ uires intendantur, ſed quòd quibus opus eſt diutius inhæreat.

Quod materiæ rationem obtinet, in miſtis mediam tenere temperiem debere: alioquin enim futurum, vt miſtorum ſibi aduerſetur actioni. CAP. 26.

QVòd autem, niſi mediam habeat temperiē id, quod ea, quæ primario, q. bus opus eſt auxiliantur, uelut deuinciet, ſæpenumero ipſorum repugnabit actionibus, ex ipſa rerum natura generatim addiſcere liceat, ſpeciatim autem ex medicamentorum hiſtoria. Generatim quidē, qm̄ id quod miſcetur, ſi in contrarium retrahat, admiſti ſibi facultatem medicamenti uincere interim poterat, & in aliam plane ſpeciem, quod ex ambobus miſcetur, transferre. Siquidem quod materiæ rationem in miſtura præſtabit, nullam inſignē neq; ſpeciē, neque facultatē exerat oportet. In Particularibus uero experiundis hoc maxime pacto addiſces, non debere id, q̄d̄ materiæ rationem obtinebit, aut excalfacere, aut frigefacere, aut humectare, aut reſiccare, ſi primū quidē in memoriam reuoces, q̄ ſupra de reſina, & pice liquida, myrrha, bitumine, tum cedrino, & laurino, cæterisq; q̄ excalfaciunt, commemorauimus. Hæc enim oīa in aqua trita ad modum olei calfaciunt magis, quā refrigerant: deſiccant plus, quàm humectant: quam ob rem laſſitudinis ſenſus non admodum ſoluere ualent: Haud enim eādem cū aqua uim obtinent, quo. ſ. auxilio magis ſint, q̄ aduerſentur: Neq; mediā inter extrema naturam ſortita ſunt, ut uidelicet tanquā materia q̄dam inſeruiāt primario agenti: deſiccant enim, & excalfaciunt potius, nō humectant ac refrigerant, uelut aqua. Si uero excalfacientium admodum, reſiccātiumq; cuipiam aquā cōmiſceas, non modo nihil eorum, quæ agere nata eſt, fieri uidebis, ſed prorſum obſcurātā, tanquàm oīno admiſta nō eſſet. Siquidem chalcitis, ſandarache, miſy, cæteraque, q̄ nos uehementer tū excalfaciunt, tum reſiccant, ualidas etiamnum ſuas uires ēt aquæ permiſta obtinent. Omnino ergo conſtat mediā obtinere temperaturam debere, quod utriſq; extremis tāq̄ materia

ria inſeruiet: quem in ordinem oleum ſi ſtatuas, nihil vtique peccaueris, quippe cum oĩa ſigilla E tim opera tibi conſentiant. Et accuſabis prolixitatis non nos vtique, ſed qui recta uia prę̃terita, prauã prolixamq; ſectantur: quorum ſane cauſa hunc nos ſermonẽ extendere ſumus coacti. Ip ſa.n. veritas celerrimã inuentionem obtinet, vt q̃ ab euidenter apparentibus exoriatur. Haud quaquam tñ eo vſq; orationem prolongaui, quouſq; licuerat, oĩa, q̃ praue ab ipſis ꝓdita erãt, ſcripturum, cauſasq; errorum edocturum pollicito. Sane cauſas dixiſſe neceſſe fortaſſis fuerit, nempe quò, qui ex ipſis proueniunt, paralogiſmos in tota particularium medicamentorum iu dicandi ratione cauere poſſis, veramque doctrinam cum maiori ſciẽtia ꝓcipere. Creſcit enim nobis de rebus fides, vbi non ſolum ipſam veritatem cognouimus, ſed etiam paralogiſmorum omnium cauſas edidicerimus: quod ſane in ſequentibus efficiemus.

De Roſaceo. CAP. 27.

NVnc aũt vbi pauca de roſaceo ad ea, q̃ ab initio ſunt dicta adiecerimus, orationẽ hoc in lo co ſiſtemus. Igitur dictũ eſt, ꝙ neq; odoribus, neq; coloribus, neq; alijs oĩno accidentibus, animũ adhibere in expendendis facultatibus rõnabile ſit, ſed ijs quæ perſpicuo apparent tũ in ſanis corporibus tum in ægris. Oſtenſum ẽt eſt oleum, vbi ſalis expers, purumq; ad vnguem fue rit, ex media eſſe materia. Conficiendum itaq; roſaceum, quod exactum ſimul ac ſimplex, req; F vera roſaceũ erit ex hoc videlicet oleo: dandaque opa, ne q̃d in ſe medicaminoſius contineat: vti apparare ſolent vnguẽtarij, quo uidelicet tũ magis duret, tũ odorati⁹ euadat, oleũ videlicet prius, q̃ roſas injciant, odoramentis præcondientes. Ac ꝑſtiterit fortaſſis ipſis ẽt nominibus ea diſtinguere, quod ueteres feciſſe conſtat. Oleũ etenim roſaceũ nominare adſolent, quod abſq; odoramentis ꝑparatum eſt: cui aũt & horũ aliquid inditum fuerit, non id ẽt oleũ, ſed μῦρον. i. vnguentũ, cognominant. Itaq; cũ oleum velut materia quædã ſit excalfacientiũ, refrigerantiũque medicaminum, ex media videlicet tẽperatura, conſtetq; ex oleo, & roſarũ ſucco roſaceũ, eſt vti que, & ipſum talis tẽperaturæ, qualis eſt roſarũ ſuccus. Sanè vero facillimum fuerit, non modo roſarũ ſucci per ſe, ſed oleo quoque roſaceo cõfecto, in ſanis pariter atque ęgrotis (vt iã frequẽ ter monuimus) viriũ eius periculũ facere. Experieris ergo eos, qui aduſtione tentant, ab eo re frigerari, protinusq; vtilitatem aliquã percipere: qui vero refrigerati ſunt, oẽs euidenter lædi: facilè ex vtroq; intelligas, vires eius refrigerare magis, q̃ excalfacere. Non tñ ualida a roſaceo apparet tibi refrigeratio, ſed quæ proxima uideatur temperiei mediæ. Voco autẽ id genus me- dicamẽta, lucidioris doctrinæ gratia, ex* prima natura ordineque refrigerantium: ſicut rurſum quæ paululum à media temperie ad calidiorem declinarunt, ex primo receſſu, & ordine excal- G facientium. Atque hæc quidem in præſentiarum de roſaceo nouiſſe oportet. Neceſſe enim erit, & in ſequenti libro ipſius medicamenti meminiſſe, & quæ reliqua ſunt, dictis adijcere.

* *Al.* ἀποστάσεως. *i.* receſſu *ſeu gradu. & ita etiã frequenter inferius.*

GALENI DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM FACVLTATIBVS LIBER TERTIVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Quæſtiones logicas de actione medicamentorum ſimplicium abſoluit, quæ quaſi elementa ſunt totius tractationis de ipſorum facultate.

Quæ cauſa prolixitatis horum librorum, quid prioribus actum ſit, quid hoc agendum. CAP. 1. H

VOd eą dẽ nihil, niſi quod utile curãdis morbis foret, hoc tractatu deſcri bere decreuerim, primo potiſſimumq́; Deos huius rei teſtes habeo: dein de & amicos meos, qui me, tum ut hoc opus aggrederer, tum ut q̃ ab alijs perperã de medicamentorum facultatibus ſunt prodita, quoad liceat cõ memorarẽ, aſſidue hortari nõ deſtiterunt. At ſi quis erit, qui orationis ni mia grauẽ ꝓlixitate, nõ id mihi iure imputauerit, ſed ijs medicis, qui ꝓ babilia quidẽ, at nõ uera ſcripſerunt. Nã & ego nunc quidem ẽt magno pere uereor, ne* †ꝙa nimis paucis illos cõfutauimus, § ſophiſmata q̃dam conuerſantes cũ illis adoleſcẽtulos* † a recta opiniõe deijciãt: § qñquidẽ ſi in dialecticis metho dis exercitati, aut captionũ ſoluendarũ periti, ad libros legendos accederent, *†tum ſane, & ab ijs, qui falſis demonſtrationibus vtunt̃, magis ſibi caueren t: & nos qui ueritatẽ cõpendio tradi mus, rectius intelligerent. § Qm̃ uero vel ipſorum medicorum pleriq; nequaq̃ in iſtis ſunt exer citati: tum inter illos quoq; non nulli reperiuntur ingenio natura tardiuſculo: hi niſi noſtris ſup petijs, qui ſophiſmata arguimus, iuuentur, non ægre perſuaſi, in ſophiſtarum ſententiam perdu centur. Itaq; quod ad iſtos attinet, deeſſe huic ẽt operi quippiam videatur. Verum enimuero quando

A † διὰ τὸ τάχος ἴσως πρὸς αὐτοὺς ἀντιλογίας.

B † παραπρούσης.

C † *Clarius fere ad verbum, non vtique eos latuerent, nec q in demonſtrationibus aliqd paralogizant, nec nos compendioſe veritatẽ ipſã edocentes.*

A quando ad omnes mihi orationē accōmodare nō licet, cum tanta ſit eorum, qui hæc legent, nō modo naturarum, ſed ētatis & habituum diuerſitas, quod utique uiſum eſt fore maximę parti utiliſſimū orationis genus, id ſuperioribus duobus cōmentarijs ſecuti ſumus. In quorum priore quidē de aquæ acetiq; uiribus contemplati ſumus. In ſecundo maximā partem de oleo peregimus, pauculis poſtea de roſaceo adiectis. At in hoc tertio libro eiuſmodi utemur oōne, qualē ab initio protinus habere inſtitueramus, idque definitis primum uocis cuiuſque ſignificatis. Deinde tractatus huius uelut elementa tradituri, mox uelut ad ſyllabas accedemus: ex quibus operis finis, ad quem contendimus, promptè ſequetur.

Quot modis dicatur calidum, humidum, frigidum, ſiccum. CAP. 2.

CAeterum uocum* definitio nihil accuratius edocebit, quā q̄ in tertio De temperamentis, ſi mulq; in primo cōmentariorum iſtorum ſunt prodita: repetam tamē eam nihilo ſecius & in præſentia. Corporum unūquodque, aut calidum, aut frigidum, aut humidum, aut ſiccum, & dicit & apparet, interim quidē ex ſua natura, interim autē aduentitia qualitate adſumpta. Conſueuimus autem, qd̄ ex ſua natura eſt, primario, & ſecundum ſe, & per ſe potentia tale & eſſe, & uideri dicere: qd̄ uerò adſcititiam acquiſierit qualitatem, ex accidēti quopiā eſſe, uideriq; eiuſ-
B modi. Porrò eorum q̄ propria ſua natura aut calida, aut frigida, aut ſicca, aut humida dicuntur, quædā actu ſeu energia talia exiſtunt, alia potentia: differente quidē hoc potentiæ modo, quē nunc diximus, ab eo quē paulo antè dicebamus: illic enim ex aduerſo diuidebatur ei, quod ex accidenti dicitur: hic uerò ei quod actu. Sed & eorum, quæ actu dicuntur, aliud quidem abſolutè eſt calidum, frigidū, ſiccum, aut humidū, uelut elementa: aliud exceſſu, ut homo, equus, bos, canis, & uniuerſa animalia: aliud ad ſymmetrū ſeu generis ſui, ſeu ſpeciei, ut uerbi cauſa, leo cū homine comparatus, homo autem ætate florens cum puero: aliud ad quiduis obuium, ut Dion ad Theonem. Quin & corpora, quæ potentia talia, ut talia dicuntur, unumquodq; ut ad id, quod eſt actu relatum, dici neceſſario monuimus: Id quidem, quod facile accenditur, ad id qd̄ actu eſt abſolutè calidum: hoc uerò, qd̄ aīalia calfacit, ad id quod per exuperātiam: ſic quod hominē calfacit, eſſe ut ad hominem potentia calidum: quod uero bouem, aut equum, ut ad bouem & equū: ſimiliter hoc huic, uerbi cauſa, homini, illud uerò illi calidum, frigidum, ſiccum, aut humidum eſt, illius unius naturæ comparatum.

Ad quid, & quæ nominum diſtinxiſſe ſignificata conduxerit. CAP. 3.

CEX hac nominum[a]** diſcretione & ad aſſequēdam[b]* iudicij cognitionē ſnon parum ſſumus adiuti. Siquidem ſi ad hominē quid dicatur calidum, à cæteris omnibus animalibus recedēdum, & in ipſo duntaxat homine periculum ſumendum, explorandumq; cenſuimus. Si uero q d ad equum, bouem, ceruum, aut aliorum animalium quoduis in ipſo rurſum periculum faciēdū erit. Interim verò & illos quoq; caſtigabimus, q ex conſiſtētia, colore, odore, ſapore, grauitate, leuitateq; cuiuſq; medicamenti, exiſtentem in ſingulis facultatem inuenire tentarunt. Atq; hæc utiq; recte nominum[c]** diſtinctioni conſentanea uidentur. At q̄ uelut elementa huius eſſe ſpecu lationis propoſuimus, in primarum cōſiſtere qualitatum cognitione oſtendimus. Quas quidem in libro De elementis ſecūdum Hippocratē, humiditatem, ſiccitatem, caliditatē, frigiditatemq; eſſe demonſtrauimus: propeque harum quoque inuentionem aſſequebamur ex ſignificatis nominum recte diſtinguendis. Etenim cùm medicamentum ab alimento diſcerneremus, quòd medicamentum in qualitate alteraret, alimentum uerò ſubſtantiæ corporis adſimilaretur, rectè hinc ad alterantium nos qualitatum inuentionem perducti ſumus.

Quòd, cum duplicia ſint genere quæ alterant, alia ſpecifica, alia minime, in ſpecificorum genere conſiſtant medicamentorum facultates. CAP. 4.

DPOrrò, cū duplices ſint in genere alterationes, aliæ ſpecificæ, quę propriè ſane & primario dicuntur alterationes: aliæ uerò q̄ contendunt & contrahunt corporis noſtri particulas, quas utiq; potius per abuſionē, quā proprie nominātes, alterationes uocāt, in primo genere medicamētorū contineri facultates diximus. Nec enim quicquā ex ſpecie in ſpeciē mutari queat citra excalfactionē, refrigerationem, humectationem, & reſiccationem. Dico autem ex ſpecie in ſpeciē, uelut cùm ex pane, ptiſana, lente, ſanguis, pituita, bilis tum flaua, tum atra: atq; ex his iterum adeps, os, neruus, caro, arteria, uena, atq; adeo cæterarum animantis partium unaquæq; gignit. At ſi ſecando nos quippiā, uelut uitrū & enſis: aut contundendo, ut lapis & plumbum: aut ſegregata coarctando, ut uinculum, quadātenus partes alteret: ea haud pharmaca fuerint, quippe cū eiuſmodi alteratione nullæ rerum omniū ex ppria recedāt natura. Etenim ſiue minutim panē frangas cōcidasq; ſiue minutim conciſum colligas in vnū, non tñ propriā ideo formā exuet: neque caro ex pane fiet per cōtuſionē, neq; os, exēpli gratia, per coarctationē: Verùm dum in uentre uenisq; cōcoquitur, in ſanguinem pituitamq; abit: atq; inde ex iſtis in os, carnē, & alias corporis partes, tota ſua ſubſtantia alteratur, ueteremq; naturā exuit, in aliam trāſiens ſpeciē. Nec tamen ab alio quopiā, q̄ calore, frigore, humiditate, ſiccitateq; eas, quę fiunt in aliā eſſentiæ ſpeciem, alterationes, mutationesq; ſinguli affectus corporis accipiunt, ut demonſtratū eſt. Atque hac ratione primas & elemētarias ſpecificas qualitates quatuor eſſe diximus, humiditatē, ſicci-

** διαίρεσις. ἀ. diuiſio.*

A Al. διαιρέσεως. i. diuiſionē.*

B κρίσεως. i. iudicij, eſt in impreſſis, ſed κράσεως. i. temperamenti, eſt in antiquis, & ita etiam uetus interpres.*

C διαιρέσει.*

tatem, caliditatem, & frigiditatẽ: quærimusq; quã harũ medicamentũ unumquodq; in miſtura E
pollentẽ poſſideat. Atq; protinus in hoc primũ pleriq; eas inquirentiũ lapſi videtur, ꝙ uidelicet
pollentẽ abſolutè, tanq̃ naturales quidã philoſophi, cõſiderarent. Præterea complures quoque
eorum decipi videntur, quòd ſine certa methodo Ariſtotelis, Theophraſtiq́ue libros perlegãt.

Quòd ſolis philoſophis conuenit de calido, frigido, humido, & ſicco, vt ad totam naturam diſtinguere, medicis verò vt ad homines. CAP. 5.

Tametſi. SIquidem* permagni refert, an totius naturę reſpectu, an hominũ duntaxat, de calido, frigido,
humido, ſiccoq́; definiamus. Nam totius naturæ reſpectu bifariam horum unumquodq; di-
citur, partim abſolute, partim ꝑ exuperantiam: abſolute quidẽ unumquodq; elemẽtorũ: homo
uerò, equus, & bos per exuperantiam. Iam aũt cùm ad aliquid reſpiciendo exploratio fiat, illud
modò conſiderandũ erit, quodnam ſit illud, ad quod dicitur. Nos uerò ⸗medici⸗ non id q̃rimus,
an in aqua marina humidi ſimpliciter plus ſit, quã ſicci (id.n. clarè conſpicimus) ſed ſi ad homi-
nem conferẽdo: neq; tñ rurſum ad hunc ſimpliciter, ac ſi leonem illi compares: quippe cùm ſic
homine humidior marina fuerit. Quonam igitur pacto ſcrutabimur, an ſicca ſit facultate mari-
na? quonam alio, obſecro, quã an corpus humanum inæqualitate quadã reſiccare ualeat? Itaq;
in hoc unum modo cæteris relictis intẽdendum. Atqui contrà faciunt medicorum plerique: nã F
ad quiduis potius reſpiciunt, quàm ad hoc. Qũo ergo ad hoĩem conuerſi, reliquis prætermiſſis,
quanã in hoc agendi facultate polleat marina, cognoſcemus? an videlicet corpori applicãtes,
ſicq́; eius periculũ ſumentes lauãdo in marina, rigando, fouendoq́ue: tum ſubinde lanã, aut ſpõ-
giam marina madentẽ partibus applicãdo: ad hæc emplaſtris, ceratisq́; miſcẽdo: atq; in his om-
nibus ab eo, quod ex accidenti q̃nq; euenit, id quod à propria medicamenti ui proficiſcitur, di-
ſtinguendo? Nam in hoc omnis inuentionis ſumma conſiſtit, quam uix quiſquam illorum attin
git: ſed eos philoſophorum verba decipiunt haud potentes homonymiam percipere.

Quod per exuperantiam dici, bifariam apud philoſophos accipiatur, nempe ubi aut mole quid exuperat, aut qualitate. CAP. 6.

NAm non ſolum, ut modo diximus, aliud ſimpliciter, aliud per exuperantiam, ab ipſis dicit:
ſimpliciter.n. ignis calidus eſt, per exuperantiã homo, Verum quod per exuperantiã dr̃, bi
fariam quoq; dici autumant, partim ſm ſubſtantiæ molem, uelut & nos quoq; in temperamen-
torum commentarijs diuiſimus: vt ſi cados duos aquæ ſummè feruentis uni cado aquæ maxi-
mè algentis permiſcueris: partim uerò ſm qualitatum effectum. Atque hoc quod ad dogma cõ-
ſequit, ita dicunt, non ex ijs, q̃ euidenter apparent, ⸗ſed per ſyllogiſmum⸗ accipientes. Nã ſuppo G
nentes frigidum oẽ contrahere conſtipareq́; & ſubſtantiã reddere immobilẽ, aut ægrè mobilẽ:
calidum uerò rarefacere, fundere, coquere, mouere: rationabiliter in plantis omnibus uincere
calidum pronũciant, ſiquidem haud aliter, neq; nutrimẽti ex terra digeſtionem prolixiſſimam,
neq; alterationem eiuſdem, neq; cõcoctionem, quin nec incremẽtum prorſum plantarũ, neq;
germinationẽ, neq; fructuum gñationẽ ꝑfici poſſe, niſi calidum ſuperaret: atq; ita rurſum inter
plantas, alias calidiores, alias frigidiores conſtituunt. Ex eadem iſta hypotheſi pendet ea ratio,
qua roſas eſſe calidas contenderunt: ſiquidem in illis, ſi in alijs ullis plantis, plurimũ uincit cali-
ditas. Ex altera rurſum hypotheſi depẽdet quòd de oleo & adipe adſtruunt. Nã, quod ocyſſimè
inflãmentur, idcirco calida eſſe ea facultate iudicant. Et alio rurſum modo q̃cunq; dulcia ſunt,
calida eſſe dicunt, ſiquidẽ ꝙ familiariſſima ſint, ſimillimaq́; naturis noſtris, quæ calida ſunt, ideo
& ipſa quoq; calida eſſe uolunt. Atq; philoſophis quidem, utputa qui de tota natura ſcrutantur,
rectè & talia & quæruntur & dñr: at medicis, quibus alius eſt ſcopus propoſitus, haud perinde re
ctè, quippe cùm in roſarum effectibus calidum non uincat: neq; ſanè quoduis aliud plantæ ge-
nus, eo ꝙ plantæ eſt, calidũ dici debet, q̃n nos haud ita calidum quærimus, ſed ut ad hominem:
ſiquidem ſi, quia in actionibus ſuperat caliditas, propterea calidũ quid dices, plãta unaquæque H
calida erit, multoq́; magis animalia oĩa. Dicant igitur, ſi lubet, papauer, mandragorã, cicutam,
ſalamandrã eſſe calida: uerum nemo id dicit, ſed uelut uno ore omnes eſſe frigida pronunciãt.
Atqui animal eſt ſalamandra, quod & nutritur & creſcit, & mouetur, quæ ſanè calido in *miſtu
ra uincente prouenire aſſerunt. Quid ergo in iſtis quidem ad hoĩem reſpiciunt, in alijs uerò ad
totam naturam, aut primarum qualitatum actiones? At ego non ſalamãdram modo, aut cicutã
ut ad hominem frigida eſſe dici oportere cenſeo, ſed alia omnia ad eundẽ modum iudicãda. Si
quidem cicuta ſturnos non modo non refrigerat & enecat, uti nos, ſed & alit quoq; & nimirum
**Al. aut. etiam calfacit. Quicquid.n ſubſtantiam alit calidã, calorẽ eius quadantenus* & auget* & tuetur.
atqui corporis ſturnorum calida eſt ſubſtantia, non modo qua animalia ſunt, ſed ẽt qua ſangui
ne prędita. Sanè ſubinde in alijs tractatibus demonſtratum à nobis eſt familiaritates quaſdam,
pugnantiasq́; qualitatum oĩbus rebus ineſſe: ac quod familiare eſt, expeditè aſſimilari: qd uerò
cõtrarium ad internitionem ducere, tum animãtia, tum plantas: Præterea familiaritates illas à
totius ſubſtantiæ proprietate oriri: id quod ſæpenumero à me & dictum eſt & oſtenſum. At iſti
cùm ægre id capere poſſint, ſegniter & falsè de compluriũ medicaminum uiribus pronunciãt.
Vna.n. duntaxat illorum examinandorũ regula eſt, nempe ea, quæ ad hominem fit exploratio,

id

A id quod ſm accidens, ab eo, quod eſt per ſe, ſemper diſtinguendo. Cui ſiquis animum intendat, is nec acetū, nec roſaceum, calidum unquā dixerit: quippe cum utrumq; nos primariò & per ſe refrigeret: acetum quidem ualide, leuiter aūt roſaceum. Porrò quid nam hoc ſit leuiter, ego exponā: unà enim cum eo tota medij temperamenti medicamentorum omnium ratio conſpicietur, cuius & in præcedente libro mentionem fecimus, ubi de oleo diſſerebatur.

Quomodo iudicanda ſint quæ ex media ſunt temperie, nempe ſi mediæ temperaturæ ſimilem ipſa temperaturam obtineant. CAP. 7.

SI quippiā eſt ex applicatis nobis, ſeu corporibus, ſeu medicamentis, quod actu ſic calidum ſit ut nos, aut ex cōtactu ſimiliter calidum euadat, id ex media eſt tēperie, cū nobis nimirū collatum: ſiquidem ſm ſe queat per exuperātiam dici calidum, uelut & nos quoque. At, ſiquid nōdū adeo calidū eſt ut nos, neq; admodū tale reddit, id tēperie humana frigidius eſt, quantūcūq; in eo caliditas exuperet: etenim admotū, calorē q in nobis præerat, auferet, detrahetque. Quippe ſi, datis duabus aquis calidis, quarū altera plus, altera minus caleat, miſceas minus calentem magis calenti, huius certè caliditatē exolueris. Sic ſi in caliditatē roſacei, q̄ tepida eſt, ut ad tēperiem humanam, caliditatem indideris humanā, prorſum ab hac quid detrahes, & refrigerabis.

B *Quòd ſæpenumero pro corporis noſtri diſpoſitione, quod per ſe calidum erat, refrigerare eſt uiſum: quodq; per ſe erat frigidum, excalfacere.* CAP. 8.

NOn ergo mirari oportet, ſi quicquam eorum, quę propriè & per ſe ſunt calida, cum calidiore commiſtum, frigidius efficere ipſum queat. Ea eſt. n. communis alterabilium corporum omnium natura, uti in ſe† & agant, & patiantur admota: quodq; minus eſt calidum à magis ca- † minus.
lido calidius euadit: quod uero magis calidum, à minus calido contrà afficitur. Nā id uel ex ipſo tactu clariſſimè diſcas: etenim eadem ſubinde illi tum calida, tum frigida eſſe uidentur: calidiori quidem facto, frigida: frigidiori uerò, calida. Propoſuit autem mihi dudum quiſpiā, quam obrem in balneis frigidum meiamus, foris uerò calidum, haud intelligens in balneis urinam q̄dem perinde ac foris tepidam eſſe, uerùm nos nō æquè extrinſeca corporis ſuperficie, & dū lauamur, & ante, affectos eſſe. Nam in balneo ipſo calidior ea nobis eſt, q̄ urina, extra autem frigidior: quare & urina non ab re illi calida extra balneum apparet, in balneo autem frigida: quod .n. minus q̄ ipſa calidum ſentitur, uelut refrigerans habet: quod autem magis calidum, tanquā excalfaciens. Liceat uerò tibi, periculi faciundi cā, poſtq̄ abunde lauādo incalueris, pelui aquæ modicè tepidæ intro iuſſū tuo allata, in eā manum, aut pedem immittere: apparebit enim aqua
C non tepida, ſed admodum frigida: At ſi protinus balneum ingreſſus, aquam peluis tetigeris, minus uidebitur frigida: perpetuo enim quāto plus fueris præcalfactus, tanto apparebit frigidior.
Alexan. frigid. Nec mirum uideri debet, ſi putealium aquarum pleræq; quæ uidelicet fontes profundos admodum habeant, contactæ hyeme uideantē tepidæ. At ſi à balneo manibus contingas calidis, multoq; magis ſi etiamnum in lauacro cōſiſtens, haud profecto apparebit tepida. Itaq; tactum calidi, frigidiq; dignoſcendi normā ponentes, ac eius diſpoſitioni iudicium omne tribuentes, meritò ſanè crebro fallimur, vt qui, quod haud ex ſe eſt frigidū, id frigidum eſſe dicamus: quod uero calidum ex ſe nō eſt, id eſſe calidum pronunciemus. Hinc fit, ut dum lauamur, frigidam eſſe urinam credamus: contraq; frigore rigentes, aquā è puteis hauſtam calidā exiſtimemus. At ſi affectionum, in quibus eramus, dum utranq; contingeremus, obliuiſcamur: ac ſolius eius, qui in nobis factus eſt ſenſus, meminerimus, periculum eſt, ne forte aquam aliquando abſolute dicamus calidam, urinam uero abſolute frigidā. Atqui neutra abſolutè aut calida aut frigida eſt, ſed ut ad nos: nec ut ad nos rurſum abſolute, uerum hoc uidelicet pacto affectos. Abſolute autem utraq; qualis ad nos eſt, dici poſſit, ad mediam eandemq; optimā noſtri temperiem collata: ut ſi ad hominem abſolutè expendatur, omnino ſanè ad temperatum & eucratum expendi oporteat. Sanè
D & hæc quoq; peccata omnia à nominum * definitione depēdent, quam paulo minus omnes ha- * διωρέσεως.
bent contemptui. Etenim cum calidum & frigidum partim abſolutè dicatur, partim per exuperantiam, partim ut ad ſymmetrum ſui generis comparatum, partim ut ad quiduis obuium collatum, iure optimo in homonymijs identidem fallimur, neſcij quidem quo nam horum modorū quid calidum iudicemus, ad alterum tamen tranſeuntes. Verùm ſexcenties iam dictum eſt, dicturque, quod in quarto & ultimo eorum, quæ modo recenſuimus, ſignificatorum, de medicamentorum uiribus conſiderare oporteat.

Quòd experientia cognoſcere iudicareq; medicaminum facultates oportet. CAP. 9.

NOn enim an abſolutè unumquodque calidum ſit, ut ignis, nam id omnino etiam foret impoſſibile: aut an per exuperantiam, ut ſanguis, conſiderare propoſitum eſt: neque an ut ad ſymmetrum ſui generis, aut ſpeciei dicatur calidum, ut leo in animātibus, & quod florentis ætatis eſt in quauis ſpecie ad ætate prouectum: ſed an ad hominem ſit calidum, frigidum, humidum, aut ſiccum medicamentorum unumquodq; id uerò inquirere ſtatutū eſt. Neq; rurſum ad hunc, tanquā id, quod ad aliquid aliud comparatur, ſed ſi facultate, hoc eſt ſi admotum ipſi, eā partem quam tetigerit reddat, aut calidiorē, aut frigidiorem, aut humidiorē, aut ſicciorem. Itaq; in experientia, & iudicandi, & dignoſcendi conſiſtet ratio. Licet reperiantur medicorum pleriq; qui

experientia poſt habita, an rubra ſit roſa, an bene olens, conſiderant, negligẽtes ubi caput ipſius E
exęſtuat, coronis ex roſa cõtextis, capitiq; impoſitis, aut ſucco eius, aut oleo roſaceo, ſic vel ipſa
experientia id qđ res eſt diſcere. Nam ſi excalfiant, magis etiam calida fuerit: ſin refrigerentur,
frigida, quod perinde eſt, atq; refrigerandæ humanæ naturæ facultate pollere: Nam id ꝑpetuò
memoria tenere oportet, qđ, tametſi ſexcenties dicere non grauatus ſim, tamen multi ne ſic qui
dem id capiunt: atque ignoſcẽdũ ſane illis eſt, ut quos ſophiſtæ prolixis ſuis nugis peruerterũt.
Et profecto experientię quidẽ ratio tam facilis eſt, cum in roſarum, tum in cæterorũ medicamẽ
torũ omniũ facultate. Nam roſis aut coronari liceat, aut eis contritis hominis æſtuantis os uẽtri-
culi illinere, aut ſuccũ earum expreſſum ebibere, aut oleo aquæve miſtis aliquã corporis partẽ
confricare. Sed quid hæc multis cõmemoro, cum nõ nulli miſtum opobalſamo roſarum ſuccum
ſub Canis ardoribus refrigerij cauſa corporibus inungant, uſu uidelicet ipſo docti, cũ hoc fece-
rint, abunde refrigerare? At Herodotus medicus præeximia videlicet ſapientia, ne miſtum qui
dem aceto roſaceum, qđ proprie oxyrhodinon uocant, refrigerare nos conceſſerit. Poſtea me
mor illo ſe uti in principijs morborum phreniticorum: nec ignorans quantam ſibi contradicẽ-
tium turbã inde cieret (quippe omnibus prope medicis cõfeſſum eſt, adeo vt uel Theſſali ſequa
ces, hominis impudentiſſimi, negare nõ audeant repellendũ refrigerãdumq; in principijs eſſe F
potius, q̃ calfaciẽdum aut laxandũ) non refrigerare ipſum inquit, ſed adſtringere. Atqui diffici
le ſane illi neutiquã fuiſſet, ſiquando æſtu nimio affligebatur (nam & homo erat, eiſdem obnoxius paſſionibus, quibus & nos) caput oxyrhodino perfundere, ſicque experientia medicamen
ti effectum cognoſcere. Immo facilius puto fuerat refrigeratum eo uti, caput perfundẽdo, auri-
busque inſtillando, ac naribus infundendo, totamq; adeo frontẽ perfricando, quemadmodum
amaricino, irino, cæterisq; eius generis unguentis calidis uti aſſueuimus, cũ nõ mediocriter qui-
dem ſecundũ eũ calfaciat oxyrhodinon, ex duobus calidiſſimis ſcilicet confectũ medicamẽtis.
Cæterum ſi Herodotus eo uti auſus non eſt, æquum arbitror, ut q̃ nunc uiuunt, eius in ſeſe peri-
culum faciant, ubi aut algent, aut æſtu laborant, uelut nos ſæpe in nobiſmetipſis experti ſumus,
aliorumque complurium æſtuantium caput perfundimus. Præſtat enim ipſos prius in ſeſe, quæ
proferunt expertos, ita denique ea nobis conſulere, ac literis poſteritati prodere.

De roſis, & quod ex eis conficitur, roſaceo: tum chamæmelo, & lini ſemine. CAP. 10.

VErum enimuero tametſi contradicere nemini ſtatuerã, tamẽ neſcio, quo pacto huc illorũ
me impudentia adegerit. Rurſum itaq; redeo ad id, quod ab initio propoſuerã, nempe ex
perientia iudicandas medicamentorum potẽtias: idq; tum in ijs, qui inculpata ſanitate fruunt, G
illis utendo: tum in ijs, qui quoad fieri licet, quã maxime ſimplicibus tenentẽ ęgritudinibus, aut
calidis, aut frigidis, aut humidis, aut ſiccis. Ita enim ſi iudicaueris, oleũ neq; calidum, neq; frigi-
dum, ut ad hominẽ temperatum, inuenies, roſaceum uero aliquatenus iam eo frigidius, non au-
τὸ πρὸς ἄρρος τε καὶ τάξεως. tem vehementer frigidum: uerũ ut ego nominare conſueui, in primo ordine ſeu limite refrige
rantium. Nã ut aqua, uerbi cauſa, alia ad unguem temperata eſt: alia aut calidior, aut frigidior,
non adeo tamen ut poſſis extremè frigidã, aut frigidum dicere: ita in medicamentis quoq; oleũ
quidẽ ex media exiſtit temperie: at roſarum ſuccus ex frigidiore quidem, ſed non ita multo, ve-
rum caloris eſt, ut diximus, tepidi. Eiuſdem cum illo ordinis eſt, qđ ad calorem tepidum attinet,
Linoſpermon qđ uocant: uerum eſſentiæ ſuę craſſitudine non paruo diſcrimine ab illius natu-
ra recedit, cum roſarũ ſuccus exquiſite tenuis ſit eſſentiæ: cui rei indicio eſt, q̃ celerrime areſcat,
nec quicquã obtineat uiſcoſitatis, tum cæterorum unguentorũ odores exoluat. Neq; enim alia
re efficere id uidetur, quã q̃ odoratus meatus opplere prȩoccupet: nã cum tranſire ac penetrare
illa cunctantur, ante ipſe præoccupat, atque implet. Eſt″ & Chamæmelum tenuitate quidem A.Lxxxiii fol.91b
roſę perſimile, calore uero ad olei uires magis accedens, homini tum familiares, tũ temperatas.
Quapropter laſſitudini, ut ſi quid aliud, cũ primis cõfert, doloresq; mitigat: præterea tẽſa remit H
tit & laxat: quæq; mediocriter dura ſunt emollit, quæq; conſtipata rarefacit. At hæc febres quę
citra uiſceris alicuius inflãmationem infeſtant, ſoluit: ac prȩſertim quæ ex humoribus bilioſis,
aut cutis denſitate proueniunt. Qua de re & ab Aegyptiorum ſapientiſſimis Soli conſecratum
eſt, febrium que omnium putatur remedium. Verum hac quidem in re è ueritate aberrant. So-
las enim quas dixi febres ſanare poteſt, easque percoctas: licet ſanè pulchre etiam reliquas oẽs
adiuuet, quæ melancholicæ ſunt, aut pituitoſæ, aut ex uiſceris inflammatione prognatæ. Nam
& harum remedium chamæmelum eſt uel ſtrenuiſſimum, ubi concoctis adhibetur ſcilicet: qua-
propter & hypochondrijs, vt ſiquid aliud, gratum exiſtit. Quin & tale quoque eſſe lini ſemen
uetus ſermo prædicat. Nam & ipſum quoque re uera q̃ circa hypochondria ſunt uiſceribus gra
tum eſt, minus tamen chamæmelo: quippe cum & minus calidum ſit, ut eſt dictum. & præterea
eſſentiæ craſſæ. Verum roſa illis nequaquam his in rebus propinqua eſt: tametſi qđ ad caloris
tepiditatem, & eſſentię tenuitatem attinet, perquam ſane & ipſa inflammationibus in hypochõ
drijs cõſiſtentibus utilis eſſe poſſit, niſi adſtrictio (quę unà quoque illi ineſt) multifariã lęderet:
quę maxime ijs obeſt, in quibus chamęmelũ prȩcellit, nempe cõdenſata corpora rarefaciens,
indurata molliens, tenſa relaxans: nam ijs omnibus inimica adſtrictio eſt. Attamen ad aſcẽſus

augmentaque

A augmenta q̃; inflammationem,ac potiſſimũ earum,q̃ in exterioribus mẽbris extãt,chamemelo roſaceum præfertur:quippe cũ hæ tepida caliditate cũ leui adſtrictione indigeant. In principio .n.quæ refrigerant,atq; adſtringunt:per incrementa uerò tepida,& mediocriter cõſtringentia: at in uigoribus inflãmationum quęcunq; tũ moderatè calfacere laxareq̃; per declinationes autem, quæ tum calfacere, tum ualenter diſcutere valent, magis competunt. Ac de iſtis omnibus fuſius in libris De medendi methodo tractabimus.Nunc ad propoſitum conuertor.

Quod pro diuerſis corporum affectibus alias aliter agere ſunt nata tum quæ mediæ temperaturæ medicamenta ſunt, tum quæ paulum in alterutram partem declinant. CAP. 11.

Libro 4. huius

ETenim" quæ mediæ ſunt temperaturæ,& quæ utramuis in partem leuiter declinant medicamẽta, interim calfacere uidebũtur,rurſumq̃; refrigerare:interim uerò neq; excalfacere,neque refrigerare, ſed ſicuti corpora acceperunt,ita ea ſeruare.Nec id illis ab re accidit:ſiquidem aqua tepida,& urina in balneis q.dẽ frigidæ,algentibus verò calidæ nobis apparent.Cùm ergo ex ea q̃ affecta corpora uarijs ſubinde modis diſponãtur,ipſum,q.d̃ afficit,uariè quoq; agere cõtingat, liquet ex hoc non roſam,non oleũ,non chamæmelũ,non lini ſemen,ſed neq; anethum, neq; farinam aut fœnigręci,aut triticeam,neq; alia ſexcenta,q̃ partim ad amuſſim mediam tẽ-
B periem ſortiuntur, partim paulum ab ea recedunt,eandem ubiq; editura eſſe actionem: qñ nec ſani eandem omnes temperaturam obtinemus,nec eiſdem morbis affligimur ægroti.Iam roſaceum mediam inter oleum, & roſarum ſuccum temperiem poſſidens(illo enim minus eſt calidum, hoc autem magis)refrigerat quidem exuſtos, idque caliditatis ſuæ tepore:algentes verò paulum etiam calfacit,quòd videlicet,is quoque effectus caloris ſit tepidi:quemadmodum balneæ rigentes quidem excalfaciunt,æſtuantes vero frigefaciunt.

Quod ex æquo & quod curatur, & quod curat, a medio diſſidere debeat, idq; vtroque in contraria recedente. CAP. 12.

QVocirca ſi aut refrigerãtibus medicamẽtis,aut excalfacientibus,roſaceum indideris,ſicut nec magnopere obfueris,ita nec admodum profueris:nã caliditas tepida,nec eſt ſufficiẽs quæ refrigerata ſunt, lædere, nec eadem curare potens.Etenim quicquid curari debet,tanquã quod ab immoderatione ,ſeu ametria ad commoderationem,ſeu ſymmetriam reducitur, non id quod bene temperatum ſit requirit,verùm id,quod contrariam habeat intemperaturam. Si quidem,ſi aquam frigidam temperatam efficere ſtudes,temperatam ei miſceri non oportet,ſic enim tepidum euadet, quod ex utriſq; commiſtum erit: ſed feruens petenda eſt, eaque frigidæ
C miſcenda:hactenusq; moderata calidior eſſe debet ea,qua frigidam temperare voles,quatenus videlicet & frigida ipſa ſymmetram frigiditate exuperat. Nam ſicut quæ leuiter tñ ſymmetra frigidior eſt,ab ea q̃ multo eſt calidior,mediam non recipiet temperiem:ſic nec quæ longè frigidior,ab ea quæ paulo calidior. Verùm ſi quod curationem poſtulat,multo eſt frigidius,neceſſe eſt, quod ipſum curabit,multo quoq; calidius exiſtat:ſin paulo frigidius,paulo etiam, quod curabit, calidius erit. Vt autem uno verbo exprimam,tanto abeſſe à medio quod medebit̃,quãto ipſum,cui medela adhibebitur,oportet,nimirum cum in contrariũ utriuſq; uergat exceſſus. Nã quod eandem in partem cum corpore curando,idq; æquo tẽperamento receſſit,id quidem idoneum non eſt,q.d̃ alterationem vllam inuehat:quare affectum neq; lędet,neq; iuuabit:quod autem minus, aut plus receſſit, alterabit quidem omnino affectum: ſed quod plus diſtat, protinus etiam nocebit:at quod minus eſt, iuuabit quidẽ, non tñ p̃ſanabit. Ergo ſi affectio quidẽ frigida ſit,at calor medicamẽti tepidus, oĩno neceſſe eſt affectum iuuet quidem, verũ haudquaquã ad naturalem ſymmetriam reducere poterit:quare nec p̃ſanabit.Rurſum ſi affectio quidem ſit parua,nempe ut à ſymmetra naturæ caliditate ad tepiditatem declinet,ſitque medicamen frigidũ,
D oĩno refrigerari affectum,lædiq; à* frigore neceſſe erit.Eodẽ quoq; modo ſi calidior ſit moderata tẽperatura affectus, à ſimilibus ipſius medicamentis in eodem ſtatu ſeruabit̃ : lædetur autẽ à calidioribus: porrò iuuabitur quidem ab ijs, q̃ ſe ſunt minus calida,non tñ penitus perſanabitur.Sanè & hic quoq; rurſum homonymia in totã extenſa uitam,crebroq; nos fallens occurrit. Etenim quod ſymmetro temperamento eſt prędituũ,id ſubinde calidũ appellamus,ſicut balneũ quod eſt eiuſmodi, ac poculũ:tum id quod ab hac non multum ẽt deficit: ad hæc quoq; & quicquid calidius eſt. Atſi exquiſita nominũ uterentur appellatione, q.d̃ ſymmetrũ eſt,nõ calidum ſed eucratum, hoc eſt temperatũ,nũcuparemus. Quod aũt ab huius excederet mõ,ſi ad calidius quidem immoderatione ſua accederet, tum plus, tũ minus calidũ:ſin ad frigidius, plus minusq; frigidũ. Sic opinor in medicamentis,ſi exquiſite loqueremur,quidda uocaremus eucratũ exquiſite,& mediũ,uelut oleũ:ſi quid aũt eo eſſet calidius,calidũ,ut fœnumgræcum:ſin frigidius frigidũ,ut roſam. Cæterum huiuſmodi nominũ abuſus cauſa extitit,q̃ non oĩa corpora ob id genus medicamentis refrigerentur,quale eſt videlicet roſaceũ.Nã cũ alia perq̃ illi frigida ſint,alia ẽt frigidiora,illa q.dẽ prorſum ne alterat quidẽ,hæc uerò ẽt calfacit:ſaneq̃; abſurdũ videri poſſit, ſi cum quid excalfacere fateamur, tñ frigidũ uocitemus, ac ſi quis aquã putealẽ, quæ hyeme manibus refrigeratis tepida uidetur,frigidam appellitet.His ergo occaſionibus perturbatus nominum uſus, rerum quoq; unà perturbat notitiam. Similiter uero & de ſicco & humido,cõfuſis

* φαρμάκου. i. medicamento, eſt in antiquis.

ipſorum nominibus rerũ quoq; notitia confuſa eſt. Ac,tametſi exile uideatur nominũ ſignifica E
ta probe diſtinguere,attamen maximum habere momentum & facultatẽ ad rerum cognitionẽ
deprehenditur. Sed de humido & ſicco,paulo poſt dicetur,vbi videlicet oẽm de calido & frigi
do ſermonẽ perfecerimus.Nam non multũ etiam de eius diſtinctionibus reliquum eſſe videtur,
vbi videliceriam ſemel apparuit nihil miri eſſe,ab eodẽ medicamẽto corpora diuerſa,alia q̃dẽ
excalfieri, alia uero refrigerari, alia autẽ neutrũ omnino perpeti. Enim in eo,qđ ad aliq̃d,facil
limum eſt ad particularia accedentẽ dicere, q̃ eiuſmodi corpori admotũ roſaceũ, in qua ipſum
temperie nactũ eſt,in ea ſeruare poteſt:alteri uero illiuſmodi applicatũ,excalfacere:alij autẽ, re
frigerare: At in vniuerſum de facultate eius pronunciare,id uero difficile eſt,niſi nomina diſtin
guas,atq; de ijs conuenias. Fuerit autẽ tum diſtinctio,tum conuentio talis. Quandoquidem cor
pora humana,tum ijs,quas ab ortu nacta ſunt tẽperaturis,tũ ijs,quas ex ætate poſtea acquirunt,
† *Operarium.* tum ijs, q̃ ex vitæ conſuetudine aduenium,plurimũ inter ſe differunt,ab eiſdẽ ea medicamentis
uarie alterentur neceſſe eſt. Quippe ſi iuuenẽ natura calidum,ex uitæ inſtituto † artificiũ exercen
tem,uetulæ mulierculæ eidemq̃; natura frigidæ compares,nõ minus illũ excellere comperies,
quàm ſi valide calfacientium medicamentorum quippiam cum refrigerantibus componas.

Quòd generales medicamentorum facultates, ad mediam referentes
temperiem, expendere oporteat. CAP. 13. F

MEdium ergo horum mihi quempiã intelligas,qui & natura ſit eucratus,hoc eſt tempera-
tus,& moribus, ac conſuetudine conueniẽti hanc tueatur eucraſiã. Dein tres hoſce tanq̃
temperaturæ ſcopos animo cõmendes, ac circunſpicias, qđ in genere calidum eſt,& frigidum,
& ſiccum, & humidum, cuius ex ipſis, temperiei reſpectu,tale appellare ſit melius:nõ ne ad tem-
peratiſſimã, quæ vnica eſt, parſterq; reliquarũ media, an ad immoderatas,& intẽperatas,atq;
indefinitas,ac propemodum numero infinitas? Sanè mihi ne conferenda quidẽ diſtinctio vide
tur, neq; vlla prope conſideratione indigere, ſed homini vel paulũ etiam ingenij habenti ſpi
cuum eſſe,corpus omnibus numeris abſolutum,& decorum,ſimplexq̃; & vnum,uelut regulam
quandam & ſcopum proponendũ,ac ad ipſum alia omnia dirigenda eſſe. Eſto ergo nobis cor-
pus hoc, medicamentorũ facultatis regula:qđq̃; ſimilem illius temperiei caliditatem accendit,
vocetur temperatum, etiãſi vel maxime excalfacere ſenem refrigeratum videatur: quod verò
calfacit,aut refrigerat corpus eiuſmodi,illud quidẽ calidũ,hoc uero vocetur frigidum. Ego au-
† Al. & ipſam roſam: ſecũdus, roſæ ſuccus. tem, quo hæc dilucidius tradantur, ipſorum exceſſuum ordo,ad frigidum quidem primus,cuius
eſſe dicas roſaceũ: † ſecundus, cuius ſit ipſa roſa: poſt hũc tertius,& quartus,quoad ſermone ad G
frigidiſſima peruenerimus, nempe cicutam, ſuccum papaueris, mandragoram, hyoſcyamum.
Rurſum ad calidum,anethum quidem,& fœnumgræcum,primus:ſecundus vero deinceps,qui-
cunque uideatur ſecundus,tertiusq̃ue,& quartus,donec ad exurentia peruentum ſit. Ad eundẽ
modũ in medicamẽtis humectãtibus ac ſiccãtibus rurſus à ſymmetro exorſi, ordines deinceps
ad ſumma vſq; cõſtituamus, nã huius notitiæ ad medẽdi methodũ non paruus eſt vſus:immo ni-
ſi quis hoc pacto definiat, officiet magis legẽtibus,q̃ proderit. Siquidẽ medici,qui nũc quidem
ſimplicium medicamentorũ uires exponunt, prẽter alia multa,quæ delinquũt,hoc maxime no-
xium eſt cernere, nempe q̃ in calidis, verbi gratia, anethum,& fœnumgræcũ,& miſy,& calcẽ,
indifferenter numerent: in frigidis roſaceum,mandragorã,& cicutã:tanquã ſcilicet propinquũ
ſit aut calci fœnumgræcum, aut cicutæ roſaceum,ac non multis mediantiũ medicamentorũ or-
dinibus diſiũcta. Verum nos pro uiribus rem tam immenſam,tamq̃ue operoſam in ordinem re-
digere tentemus,exponamusq̃ue quæ viribus propinqua ſunt,quæq̃; longè diſſita. Atq; id qui-
dem efficiamus,non probabiles ſermones,ſed certam ac definitã experientiã pro iudice ſumẽ-
tes, uelut & id quoq; ſuperius ſæpenumero admonuim⁹. Enimuero eiuſmodi iudicium vt tutiſ-
ſimum quidem erit,ita prolixum quoq; ac plenum laboris,dum propoſiti finem conſequamur: H
eos tamen,qui hæc relegere volẽt,hoc vnicũ ac ſolum efformare,atq; artificioſos reddere pote
rit, ac uelut oculũ, quo veritatẽ agnoſcant,præbere. Ergo quæ adhuc reliqua ſunt,ad totã velut
elementarem conſtitutionem, poſtquam ea hoc libro confecerimus,in quarto de ſaporum vi-
ribus diſſeremus: quandoquidem & hoc quoque ita viſum amicis eſt: In quinto autem de omni
bus in genere ſimplicium medicaminum ſecundis quidem, ac compoſitis facultatibus: Atque
ita ad particularia in ijs,qui dehinc ſequentur,libris tranſibimus.

Quòd quæ ſenſu ſimplicia uidentur medicamina, perſæpe compoſitas obtineant uires,
immo uero etiam non nunquam contrarias. CAP. 14.

RElíquum autem eſt id, cuius ſubinde iam ante neceſſario mentionẽ quidem fecimus, verũ
abſolute nondum expoſuimus. Eſt autem iſtud,nempe omnia propemodum medicamen
ta,licet ſenſu ſimplicia appareant,natura tamen eſſe cõpoſita: quin & ſubinde quoq; aduerſiſſi-
mas in ſeſe continere facultates,nempe excernendi & ſiſtendi,incraſſandi & extenuãdi,rarefa
ciendi & cõdenſandi, illinendi atq; abſtergendi, contrahẽdi & laxãdi,cæterasq̃; oppoſitiones
uniuerſas: ut in ſequenti hunc libro patebit. At mirum hoc uideri minime debet in id genus fa-
cultatibus,cum uni & eidem medicamento uim calfaciendi & refrigerandi ineſſe appareat,aut

exiccandi

A exiccandi & humectandi, aut tenuium partium & craſſarum: q ppe niſi primæ, efficaciſſimæque uirtutes hoc pacto cõplicarentur, haud ſanè quæ ex illis ſequuntur, ſimiliter complicatæ forẽt. Quin ſi nos ipſi rhu ſuccum, uerbi gratia, melli cõmiſceamus, qđ ex ambobus miſtis confectum eſt, non modo adſtringendi, ſed ẽt abſtergendi, poſſidere facultatem concedemus: nec cohibẽ di ſolũ uentris, ſed & euacuandi. At in lacte duas contineri facultates, nempe excernendi, ac uentrem ſiſtendi, haud itidem concedimus, tametſi id perfacile in ſerum, ac caſeum ſegregetur, confeſſumque ſit omnibus, illud quidem uentrem ſubducere, hunc uerò eundem cohibere.

Quòd & braſſica duas, easq; contrarias, in ſeſe facultates obtineat. CAP. 15.

Alexan. c. 1. lib. 3 B

§ QVòd verò & braſſica duas, easq; cõtrarias, in ſeſe facultates obtineat, §neq; id quidẽ ẽt facile concedimus. Nam ſi ſuccum eius expreſſum, aut ſolũ, aut cũ melle, hauſerimus, purgare ipſum cernimus: attamen quoniam quod reliquum eſt, edere nequeamus, adſtrictoriũ eſſe diffidimus. Sed ſi totam ipſam concoquas, primamq; eius aquam, in quam ſuccũ depoſuit, effundas, iterũq; eã alteri aquę purę injcias, rurſumq; concocta effundas, ſuccum quidem purgare offendes, braſſicam verò ipſam ventrẽ adſtringere: multoq; magis ſi nõ bis duntaxat, ſed ter aut quater aquã effuderis, nã quanto exquiſitius in aquam ſuccum ſuum depoſuerit, tanto & illi quidem maiorem purgandi vim adijciet, & reliquam ſuam ſubſtantiam, q̃ velut oleris ipſius caro eſt, reſtringentem efficiet. Eadem eſt ratio in beta, atq; adeo in oĩbus fermè, quibus ſapor aut acris, aut nitroſus, aut ſalſus ineſt. Quippe & lenticula ipſa, tametſi ſatis magnã adſtringẽdi potentiam guſtu referat, tñ eiuſmodi quid ſortita eſt: nã & huius decoctum, ventris ſoluendi vim obtinet. Verum hic ſuccus ẽt, ſi deguſtes, perſpicuam miſturã repræſentat, tãquam ſi nitroſo au ſterum quid cõmiſceas. Sed & cõchularũ maris, cæterorumq; ferè oſtreorum ſuccus planè, tum ſalſus eſt, tũ uentrem ſoluendi uim obtinet, quamuis eorũ caro uentrẽ reprimat. Verùm qđ dico deprehendes, ſi ea quoq; quo modo braſſicam cenſuimus, p̃parare nõ graueris. Nã & gallorum ueterum ius ventrẽ ducit, tametſi caro eundem ſiſtere põt. In æris aũt ſquama ſicut duplex qualitas, ita gemina quoq; facultas ineſt, nam & adſtringit & mordicat: quare adſtrictione quidem ſiccatas ulceratarũ carniũ cicatrices obducit, mordicatione verò præhumidas colliquat. Quòd ſi intrò in corpus ſumat, purgat quidem uentrẽ, uerùm nõ cohibet: uincitur. n. ea adſtringendi facultas ab acri purgatoria q; potentia, tanq̃ ſi rhu ſuccum ſcãmoneæ commiſceas, nam quod ex ambobus miſtum erit, ſoluet uẽtrem, haud ſiſtet, licet guſtu auſteritas exuperet. Sic autem nõ pauca purgantium medicamentorum cum carne mali cydonij exhibita, guſtu quidem C fallunt, at effectu ſolo quid valent cõmonſtrant. Dantur uerò quædã cũ palmulæ carne, alia aũt cũ myrtis, alia cũ maſtice chia, aut alio quopiam eorũ, q̃ tũ grata ſunt ſtomacho, tum adſtringũt, quò ſcilicet guſtũ fallant, ſimulque ſtomachũ minus euertant. Verùm tametſi ea, q̃ guſtu percipitur qualitate, purgantia ab adſtringentibus vincantur, alia tñ facultate ipſa vincunt: perſæpe enim lingua à materiæ uicta eſt copia, cæterum actio pro facultatis uiribus ac robore perficitur. Itaq; cùm ſubſtantia exigua quidem, ſed ualidis p̃dita viribus, miſta alteri ſubſtantiæ plurimæ, eidemque imbecillæ, in corpus intro peruenit, guſtum quidem fallit, attamen effectum, q̃ illa efficaciorẽ exhibet. Sanè permultos huius rei admiratio detinet, remque rationis expertẽ, abſurdamq; exiſtimant, ſi corpus quopiã adſtringens purgare queat, velut aloe, & æris ſquama, atq; æs uſtum: nam contrariũ potius oportebat, nempe uentrem reprimere haud quaquã ciere. Cęterũ q malũ, uerbi cauſa, cui indita eſt ſcammonea, adſtringens purget, nemo mirat: tametſi hinc orſus facilius erat, & in aloe miſtam ineſſe facultatẽ colligere. Ac ſi, quod ex ea purgat, ab eo qđ non purgat, ſegregari poſſet, ſicuti in lacte facimus, & braſſica, alijsq; permultis, non etiã admiratione afficeret: quanquã id ſanè quodammodo præſtari queat. Nam ſi aloe accuratè lauet, aut debiliter, aut planè nihil uentrẽ ſubducit. Idem uſu uenit æris ſquamæ, æriq; uſto: quippe q̃ nos D diligenter elota obſcurã modo purgandi uim retinuiſſe ſumus experti. Quinimmo ipſius quoq; qualitatis medicaminoſus ſapor primo ſtatim guſtu facultatis miſtionẽ demonſtrat. Nã ſi unica ſemper qualitas unicuiq; guſtu adſtringẽtium medicaminũ ineſſet, haud ſanè inter ipſa alia eſui apta, alia medicaminoſa forent, ſed tm̃ in plus, ac minus adſtringendo differrẽt. At nõ ita ſe res habet. Nam hæc quidem adſtrictio mitis, ac ſuauis apparet, alia ingrata, & medicamẽtoſa: uelut pyri quidem, mali, & mali punici, ſuauis: ſquamæ verò ęris, & aloes, ĩgrata, atq; medicamẽtoſa, tametſi malo cydoneo ęris ſquama minus adſtringat. Quam ob rẽ, nec adſtrictionis vehemẽtia eã qualitatis abſurditatem inuehit: qñ innumera propè alia eorum, quæ edendo ſunt, aloe, æris ſquama, & ipſo ẽt ære uſto, plus adſtringant. Atq; in hiſce, utiq; ſubſtantiæ miſtura clarè perſpicitur. At in alijs ẽt ſi non appareat, tñ eam ratione colligere oportet, ac nõ putare aliud in aloe adſtrictionem moliri, aliud in malo: vnum enim omnibus efficere pro ſua natura non adſtrictionem modo, ſed & aliarum qualitatum unamquamq; rationi conſentaneum eſt. Cæterum quia nullum omnino ab alijs qualitatibus ſyncerũ reperit, idcirco diuerſi effectus ab alijs, atq; alijs adſtringentium edi conſpiciuntur. Nam alius eſt effectus meſpili, alius ęris, alius aloes, alius mororum, exempli gratia, aut gallæ, aut corticis mali granati, aut aluminis, aut rhu: præſtitiſſetque forſitan, qui de adſtringentium medicaminum uiribus pronunciare ſunt auſi, in genere de ipſa

potius adſtrictione, haudquaquam de adſtringentibus dixiſſe. Nam quod adſtringit, nō adſtrin E
gi modo, ſed & prēter adſtrictionem, acre eſt, aut pingue, aut dulce, aut amarum, aut ſalſum, aut
acidum: at adſtrictio unum id ſolum perpetuo eſt quod eſt, vti & ſalſitas & dulcor, & aliarū qua
litatum una quælibet. Quòd ſi ut adſtrictio una, ita adſtringens unum eſſet, ſanè unum quoq; pe
renniter eius eſſet opus. Verum cum prēter adſtrictionem, inſuper alias qualitates recipiat non A.1.2.t.1.4.
paucas, ſemꝑ quidem omnibus illis aget, ſed euidentibus alias ꝑ aliam, nempe vincētem: idq; fol.91.a
vt ad corporis ſcilicet, cui admotum eſt, affectionē: quippe cum & lac, & lens, & braſſica, horum
interim citare aluum, illorum uerò ſiſtere cernantur. Et cauſam qdem quamobrem non perpe
tuò euidēter agat in corpore unoquoq; unica duntaxat qualitas, visq; medicamenti, eam quidē
iam mox in ſequenti ſermone ediſſeram: In præſentia uerò id quod res habet, cōmemorare ſo-
lummodo propoſui, ne q̄s pleriſq; medicamētis contrarias, tum qualitates, tū facultates ineſſe
diffidat. Sed & id quoq; multam conſiderationem, & diſtinctiones non paucas requirit, tametſi
omnibus perfacile videatur, cōtrarias inuicē & qualitates & facultates inuenire. Ergo citra cō-
trouerſiam omnes propemodum adſtringens contrarium ei, quod purgat, eſſe ſtatuūt. Verū ne
que illud huic contrarium eſt, qđ nos procedente ſermone declarabimus. At in præſentia ex ſu
perabundanti illud quoq; monſtrabimus, ēt ſi ea quis eſſe contraria ponat, nihil inde ſequi ab- F
ſurdum: cum fieri poſſit, vt in vnam ſubſtantiam conueniāt, vel maxime contrariæ, tum qualita-
tes, tum facultates: quippe cùm ſupra oñderimus, in ſuccis aliud eſſe quod grauiſſimū eſt, aliud
quod leuiſſimum, aliud tertium toti ſucco permiſtum. Nec miri quicquam eſt, ſi & in roſæ ſucco
aliud q̄dem eſt grauiſſimum, amurcæ & fęci proportionale: aliud leuiſſimum, & ipſum propor
tione rñdens floribus in quoq; ſucco ſupernatātibus: aliud tertium, quale eſt quod in muſto fer-
uet: ad hæc quartum, ipſum videlicet puriſſimū, ac ſynceriſſimū, cuius hæc tria excrementa exi-
ſtunt. Euenit aūt alios q̄dem ſuccos & aceſcere, & corruptos putreſcere: ſola uerò, oleū, mel, &
† hanc excre- vinum, in longum temporis ſpatium perdurant. Itaq; neq; per ebullitionem, neq; per ſecretio
mentorū ideā. nem, in alijs ſuccis † has excrementorum dīas inuenire perſpicuo licet: verum protinus ab ini-
tio coctione quadam illis eſt opus, aut ſaltem alicuius perdurantis ſucci miſtura: nā ſic roſæ ſuc-
cū melli miſcentes, aut oleo incoquentes, aut toras ei immergentes, reponimus. Cæterū q̄ & in
his quoq; probabile ſit, quatuor illa ineſſe gña, proprium ipſius ſucci uidelicet, & tria excremē-
ta, intellectu clarū eſt, ac potiſſimum, quia qualitas earum non ſimplex eſt, immo adſtrictionem
quoq; quandam obtinere, ſi roſam dentibus mandere uoles, vī. Habet autem & dulcedinem, &
amaritudinem, quaſiq; mordicationem quandam leuem. Verum ſatis erat, etiamſi horum nihil G
guſtantibus deprehendi poſſet, tū ex eo q̄ non extremè adſtringat, aliorum quoq; ſaporum mi-
ſturam intelligere. Etenim ſi ſolus ſit auſterus, ſummus itidē fuerit: at ſi nō ſummus, ſequitur quòd
neq; etiam ſolus. Quam.n. propoſui adſtrictionis generationem, eā ſi ſolam citra alias ineſſe co
gites, ſumma hęc ſit neceſſe eſt: quo modo ſi ſola corpori cuipiā caliditas ſummè ineſſet, id ignis
utique foret: nam contrariorum miſturæ, ſummitates ipſas frangunt.

Quam ob rem lingua, tangētibus ipſam diſſimilaribus corporibus, ac per diuerſas eius partes ſimul agentibus, non quam in omnes illa partes inferunt, percipit affectionem, ſed ea, ex parte primo affecta in totam ipſius diffunditur ſubſtantiam. CAP. 16.

ATq; in ſimilaribus q̄dem corporibus calor frigiditas, ſiccitas, humiditas, particulares dif
ferētias efficiūt: in diſſimilaribus uerò, acrimonię, aciditates, auſteritates, acerbitates, dul
cedines, amaritates, ſalſitates, aquoſitates, & unctuoſitates. Itaq; una quæq; ſimilariū in ipſis par
tium nō multas, ſed unam qualitatem obtinet: q̄ uero totum eſt diſſimilare, complures. Nam ſi
mille, exempli gratia, hoc in cyatho huius ſucci corpora contineant ſimilaria, fieri poteſt, vt cē
tū adſtringant, ſexaginta mordicent, ſexcenta ſint dulcia, ducēta amara, quadraginta ſalſa, ſicq;
mutua miſtione oīa temperata, vt partem nullam accipere ſit quantumuis paruam, quę non ſit H
omniū particeps, vt in linguæ contactu oēs quidē agant, diuerſa tū una quęq; eius parte, nempe
cui ipſam appropinquare cōtigerit: ipſa uerò affectio, ex eo quod primo affectum eſt, in totam
eam diffundantur: ueluti ſi in frigore ingenti digitum in aquam gelidā repēte immittas, tota in
terim manu horrebis, ſępenumero uerò & corpore toto. Nam velox, eſt ex eo, quod primo affe
ctū eſt in corporibus ſenſilibus, in totū animal diffuſio, vt videlicet cū calfacto unà cōcaleſcat:
refrigerato, ſimul refrigeſcat: ſiccato, pariter ſicceſcat: humectato, cohumeſcat: atque adeo fre-
quenter ēt contraria uno tēpore perpetiatur. Quo autem id facilius, quod dī intelligas, alteri ēt
exemplo adhibere animum preſtiterit. Vidiſti opinor qñq; coniecto in aquam quietam lapide,
ex hoc quidem moueri aquam incipientem, in orbem autē motum extēdentem, tanq̄ centrum
ſit id, quod percuſſit. Cùm ergo uno tempore in diuerſas placidæ tranquillæq; aquæ partes duo
lapides coniecti duos effecerint circulos, qui per ſeſe inuicem ferantur, cōtrarios conſpicies in
quauis aquæ particula motus. Quæ res uiris etiam naturæ ſtudioſis dubitationem non paruam
attulit, num aliæ partes ab utroq; motuum, an eædem ab utroque, mouerentur: nam q̄ circulus
circulum non ſiſtat, nec ultra prorſumque ferri prohibeat, id manifeſtiſſime cernitur. Id ipſum
item fieri mihi intellige, cum eodem tempore pedes quidem in calidam, manus uerò in frigidā
indideris:

A indideris: in totum.n.corpus vtriuſq; affectionis motus peruadit, ſubcontrarij inuicem occurrunt:referatq; forſan nihil,etſi contraria non incedant ſemita, ſed vnus ab vno, alter ab altero pede,proficiſcatur. Tunc,n.nec nihil pati corpus,nec ab altero duntaxat dicere queas: nam & manifeſto patitur,& ab ambobus patitur,incaleſcens,ac frigeſcens.Qđ vtiq; & in febribus lypørijs & hepialis euenire autumno,extra q̃ ꝓ in illis non extrinſecus,ſed ex ipſo corpore,caliditatis frigiditatisq; affectus exoritur. Quòd ſiquis dicta aſſequi nequeat,certè ex eo quod iam dicetur facillimè periculũ facere poſſit:etenim non longè ab ijs, quæ inquirimus abeſt, ſed ex linguæ affectuum numero exiſtit. Nam ſi parem abſinthij portionem melli exquiſitè cõmiſtã, linguæ imponas,γλυκύπικρον(quémadmodũ poetæ amorem cognominant)hoc eſt ex amaro dulce,qđ ex ambobus miſtum fuerit, videbitur: nimirum cum haud alio tpe mellis ſaporẽ lingua ſentiat,alio vero abſynthij,neq; alterum ſolum,verùm perpetuo ex vtriſq; inſolentẽ quãdam miſtionem permiſtam.Tale quid euenit cum in vnum ſuccum coierint auſtera, & nitroſa facultas,ſiue id,natura miſcuerit,ſiue a medico fuerit cõpoſitum.Nam eodem tpe lingua vtriuſque ſucci qualitatem percipit:ac ſi percipit,nimirum & afficitur, idq; pro familiaribus illorum viribus:Neceſſeq; eſt quanq; aliarum corporis partium ſimiliter affici,ẽt ſi qualitates ipſas nõ
B ſentiat:neq;,n.in patiendo,aut non patiendo,ab alijs linguam differre putandum,verũ eo ꝓ ipſam nihil familiarium affectuum ob exquiſitam ſentiendi facultatẽ latere poſſit. Quòd ſi ad id non nihil faciat ipſius raritas:quippe ſucci facilius in profundum penetrãtes,atq; in molliculas partes actionem exerentes, tum validam quidẽ affectionem, tum vero ſenſum eius imprimunt euidentiorem:verumtñ maior uis in ſenſu accurato potius, q̃ in affectionis robore conſiſtit: cũ affectionis robur nihilo ſecius,& in exulceratis partibus fiat, ſed quia exacta ſentiẽdi vi carent, idcirco ſuccorum qualitates non percipiunt.Liceat vero cum in illis,tum ẽt ante illas, nondum videlicet cute exulcerata,miſtam ex contrarijs facultatibus actionẽ ſimul in corpore fieri,colligere.Etenim ſi parti inflãmatæ ſolani ſuccũ imponas,denſari eã,cõſtipariq́ue,& cohiberi tranſpiratus conſpicies.Itaq; ſi pluſculo id ipm tps facies,non rubram ſeruabis particulam, ſed aut liuidam,aut atram efficies:id qđ aſſidue in eryſipelatis a medicis pleriſq; fieri videre eſt: nã,& ea tpe dura atraque,immodice refrigerando efficiunt.Quòd ſi ergo non ſolanum,ſed anthemida hoc eſt chamæmelum,parti inflãmatæ impoſueris,eam prorſum contra effici videbis:quippe quæ rara,fuſa,mollis,laxaq; euadet,ſcum nõdum cutis exulcerata fuerit:ſmultumq; illius ſu- *Hæc addit interpres.*
perfluitatis,quæ ſub ipſa continetur,tranſpirabit,nec liuida amplius atrave erit, etiã ſi uel pluri
C mis deinceps diebus chamæmelo utaris.Fundere.n.hoc ad digerere per halitũ põt,haud quaq; contrahere,condenſare ve,aut tranſpiratus prohibere.Quòd ergo ſolano,chamæmelum contrarium ſit,illinc liquet:ꝓ vero etiam ſi vtranq; commiſceas, euidenter tñ vtriuſq; vires perſpicias,ego ſanè expertus ediſſerã:quanq; te quoq; malim ipſa re experiunda euentũ cognoſcere, q̃ narranti mihi fidem hre:id quod,ſcio,efficiet quiſquis veritatis amore tenetur.Oportet uero ut in re iã patenti orationẽ abſoluere.Si.n.ſimul impoſitis ſolano & anthemide,neq; ita denſa, dura,tẽſa,liuidaq; reddatur,atq; ſi ſolo vſus ſolano eſſes:neq; adeo rara,mollis,laxa, rubẽsq;, ac ſi chamæmelo ſolo uſus fores,ſed dictorum mediam accipere affectionẽ particula conſpicia tur, conſentaneum eſt utrunq; medicamentum ſm ſuã operatum eſſe facultatem. Nã ſi neutrũ quicquam egiſſet,ſed quieuiſſet utrunque,quã ab initio affectionem particula hẽbat, eam haud dubie ſeruaſſet,non ſecus ac ſi oĩno nihil impoſitum foret:ſin aũt alterum quidem eorũ operatum fuiſſet,alterum uero penitus deuictum,non mediam affectionem, ſed extremarum alteram perpeſſa particula eſſet.At ſi utrunq; agit,eaq; contraria facultatibus fuere, contraria utiq; eodem tpe corpus perpeſſum eſt: nec.n.partitis inter ſe agendi uiribus operabantur, tanquam ſi utriſq; exempli cauſa totum diem impoſitis,ſex horis prioribus medicamentorum alterũ, reli-
D quis uero ſex alterũ.ſuo uiciſſim munere fungeretur:nugax,n.hæc eſt hypotheſis,nec ſolum demonſtratione,ſed probabilitate quoq; oĩ deſtituta.Quanq; profecto nec ita quidẽ fundi cõtrahiq; ſubiectam contingit ſubſtantiam, uelut in ijs qui in balneis lauantur, poſteaq; ingrediũtur frigidam:ſed potius ita,ut ſi lauanti frigidam aquam adſpergas:ſic.n.non diuerſis temporibus, ſed eodem contraria perpetietur. Igitur quemadmodum in medicamentis compoſitis mirũ nõ eſt,ſi cõtrarij ſimul affectus corporibus infligantur, ita neq; in ſimplicibus cũ & ipſa ſenſu quidẽ oĩ,atque cognitione ſimplicia appareant,uerum natura ſint cõpoſita. Quin ẽt quemadmodũ in ijs,quæ nos cõponimus ac cõmiſcemus,interim,ſi ita viſum eſt, plus adſtringentis ſucci in dimus:interim plus dulcis,aut amari,aut ſalſi,aut acris,aut alterius cuiuſpiam contrariorũ: non nunq; uero utroſque partibus paribꝰ:ita quoque naturã in arboribus,fruticibus, animalibus,& in ipſa quoq; terra,contrarios temperare ſuccos partibus aut portionibus,aut uiribus alienum nõ eſt:poteſt ẽt qñque alterum uincentem efficere. Itaq; actiones eorum in miſturis paribus ſimiles euadent,in imparibus autẽ diuerſæ. Ne quis ergo putet (quod & ſupra monuimus)nihil referre,adſtringentẽ ſuccum dicas,an adſtrictionem:nam adſtrictio una res ſimplex intelligit, adſtrigens uero duplex:ſicut & calfaciens partim ſimplex & ſummũ,ut ignis:partim per exuperantiam caloris,ut ſanguis.Si adſtringens quoq; aliud ſummum eſt,ut exempli cauſa, alumen,

&

& melanteria, ſiue attramentum ſutorium, & galla, & rhus: aliud, quia adſtrictionis cuiuſdã eſt E
particeps, velut pyrum, vinum, malum, roſa: nam minimũ oĩno eſt in roſa quod adſtringit, mul
tis numeris eo, quod nõ eſt eiuſmodi, ſuperante. Quapropter non ab re exigui quoq; adſtrictio-
nis effectus ſunt, tanti. ſ. dum à relaxandi facultate, quæ roſæ ineſt, corporum illi admotorum ro
bur non exoluatur. Itaq; mirandum non eſt, medelam eſſe eam inflammationum, ac potiſſimũ
dum increſcunt adhuc atq; augentur, plusq; etiam dum incipiunt.

*Quod roſaceum, vtpote olei, roſæq; mediam ad vnguem naturam obtinens, inflammatio-
num optimum in augmento remedium ſit.* CAP. 17.

ROſaceũ vero (vtpote cuius natura olei, roſæq; in medio eſt) in inflãmationum augmentis
optimũ eſt remediũ. At oleum cõmodũ eſt, vbi inflãmationes maximè vigẽt: id qđ expe-
rimenta docent: cãm aũt nos in tractationibus de medendi rõne exponemus. Porrò roſaceũ,
ut qđ in medio eorum, ex quibus cõfectum eſt, conſiſtit, vtiq; & in medio tpe vtilitatem oñdit.
Nam per initia repellere cõprimereq; influxus oportet: in vigore aũt ita per halitum digerere,
vt morſus abſit: at in incrementis repellere ſimul, ac digerere. Id qđ ſiquis nudũ, citraq; iam di-
ctas ratiocinationes audiat, fortaſſis fidẽ non hẽbit: nunc aũt mirer, ſiquis adeo ſit ſtupidus, vt
rõni nondũ acquieſcat. Etenim indicationes in inflãmationũ incremẽtis cõtrarias eſſe neceſſe F
eſt: nã ſemel, unoq; impetu ab adſtringẽtibus contrahentibusq; ſubſtantiam, ad laxantia fundẽ
tiaq; tranſire planè abſurdum eſt: ſicuti ſanè ęquũ eſt in intermedio principij, ſtatusq; ſpatio, dũ
videlicet morbi adhuc increſcũt, nec planè repellere ſicut in principijs, nec itidẽ digerere ſicut
in uigoribus: ſed perinde ut morbi condõ media eſt inter contraria, ita medicinã quoq; mediã
eſſe oportet, q̃ uidelicet non ut in principijs adſtringat, nec ut in uigoribus, digerat. Atqui me-
diũ oẽ ex contrarijs miſtũ eſt, ijsq; totis per tota temperatis, aut per exiguas particulas ſenſum
effugientes eorũ, quibus apponunt. Porrò, hoc, an illo mõ roſaceũ miſtũ eſſe uelis, mea q̃dẽ cer
tè nihil refert: nã utroq; mõ propoſitũ demonſtrari põt. Satis aũt certò ſcio, ſi rõcinationes oẽs,
tum quas Theophraſtus memoriæ prodidit, tum quas nos toto hoc tractatu complectimur, mul
tũ, aĩo uerſaueris, te ſm miſtionis modum reperturum. Quin & in profundum penetrare, & cor
pora arentia magis q̃ oleum humectare, roſaceum põt: arbitrorq; ſubinde roſaceo te præden-
ſas coriaceas tunicas teri uidiſſe: qm̃ neq; oleum, neque hydrelæum, quod ex aqua & oleo mi
ſtis conſtat, eam probè mollire ac madefacere poſſit, quia uidelicet craſſiorũ ſunt partium, q̃ ut
penitus imbibi ac penetrare queãt: roſaceo uero p̃ter cætera, quæ põt, paucula quædã ineſt ad
ſtrictio, haud parum huic rei conferens. Nã quæ magnopere auſtera acerbaq; ſunt, primo ſtati G
contactu ſuperficiem condenſantia, humorẽ ingredi, imbibiq; prohibent: at quæ paulum qui-
dem adſtringunt, cæterum plurimum in ſe continent eſſentiæ tum tenuis, tum tepidæ, tm̃ abeſt
ut præ adſtrictione ingredi altius corpora admota prohibeantur, ut ẽt ab ea, magis. ſ. impellẽte,
iuuentur. Quæ aũt penitus tenuia, calidaq́ue ſunt, magis digerunt, diſcutiunt q́; humores ex cor-
poribus, quibus admouẽtur, q̃ alios ipſa apponant. Porrò quę frigida ſunt & craſſioris eſſentię,
oĩno nullum introducere humorẽ queunt. In q̃bus uerò humiditas ineſt tenuis pariter, & tepi-
da, hæc per eſſentiæ quidem tenuitatem & tepiditatem promptè mobilia, corporum q̃ contin
gunt, meatus ſubire nihil prohibet. Quòd uero non admodum calfaciunt, ex eo liquet, q̃ exiſtẽ-
tem in illis humiditatem non digerant. Si uerò præter q̃ q̃ ſunt eiuſmodi, inſuper exiguã adſtri-
ctionem poſſideãt, quæ tenues particulas meatum iã ingreſſas in profundũ propellere ualeat,
ĩpſamq; extrinſecus ſuperficiem quadantenus conſtringere ac condenſare, ea inter oĩa hume
ctantia efficaciſſime humectant. Adſtrictionis enim ξ maioris ξ natura eſt, ut meatus occludere
præoccupans, uicinãq́ue ſubſtantiam ad ſe contrahens, conſtipansq́ue, ijs, quæ humectare ua-
lent, impedimento exiſtat. At, quæ adeo infirma eſt, ut in roſaceo, quæ uincat̃ ipſa potius, q̃ uin-
cat, tenues calidasq; roſacei particulas præuertere quidẽ nequit, ſed ubi illæ altius penetraue- H
rint, in ipſam iãtũ ſuperficiẽ agere incipit, pro uiribus conſtipãdo, contrahendo, ac condenſan
do. Ex quo neceſſario ſequitur, ut quæ ingredi meatus anteuerterint exigua corpuſcula, intrò
propellantur, ac meatibus præcluſis foras regredi inhibeantur.

*Quòd quæ frigiditate interimunt, deleterijs, ex mutationis celeritate vti corrumpant, euenit: ac
proinde alienam requirant caliditatem, quæ velut manu in totum deducat corpus.* CAP. 18.

SAnè ad opera eiuſmodi non mediocriter confert innata corporibus noſtris caliditas, q̃ppè
quæ intro ad ſeſe attrahat, & cõminuendo extenuet. Hinc eſt, q̃ & quæ natura frigida ſunt,
medicamenta, nẽpe q̃ deleteria nuncupantur, utputa cicuta, papauer, hyoſcyami ſemẽ, mandra
gora, & quæ eius ſunt gñeris, citius magisq; in calidis naturis uim ſuam exerant: cuius & tu, ta-
metſi unum ex ambiguorum difficiliumq; problematũ numero habitũ id fuerit, haud difficul-
ter, mõ non ſegniter ijs quæ dicimus aduerteris animum, ſolutionem inueneris. Etenim cum ſit
impoſſibile ut talia interficiãt, niſi prius cor refrigerẽt, ſanè intrò cõminuta extenuataq́; ingre-
diant̃ neceſſe eſt: id quod ex ſua natura præſtare nequeunt, quippe quæ craſſarũ ſunt partium,
nec facile moueri p̃nt: nec ut minutim cõcidantur, prorſumq; ferantur ex ſua natura obtinent:
uerũ adſcititiã caliditatẽ, requirunt, quæ in minuta ſecet, extenuet, atq; cõminuat, quæq; uelut
manu

A manu ducat,atq; in ſubtiles partium oĩum meatus deducat.Itaq; ſi qñ ea abſit, cunctantur,tardantq; in maioribus meatibus hærentia,& uenis atq; arterijs uelut innatãtia: ac tpis ſpatio interim per longos errores ac multas iactationes ab humoribus,quæ in eis ſunt,uiciſſim nõ nihil perpetiuntur.Oñſum eſt.n.iam ſæpenumero,in ſeſe mutuo qualitates oẽs quadantenus agere: nam & lapis ab aſſiduo aquæ ſtillicidio excauatur:gladiusq; ceram ſecando hebetatur.Mõſtratum ẽt eſt actiones a ſolidis animantium partibus perfici:quare cum hæ nondum a refrigerantibus medicamentis refrixerint,animans ſuperſit neceſſe eſt.Porrò refrigerari nequeunt prius, q̃ illa in proprios iſtarum meatus ſubierint:atqui ex ſua id natura craſſioribus frigidisq; medicamentis datum nõ eſt,niſi ſuccurrat quod uelut deducat.Deducit porrò,ut cã primaria,arteriarum attractio:oñdimus.n.ipſas inter dilatandum uicinum oẽ attrahere: ut ſecundaria uero, & materialis,eſſentiæ tenuitas: quam cum ex natura ſua non obtineant frigidiora, craſſiorumq; partium medicamenta,ijs utique opus hñt,quæ præbeant.Corpora itaque,q̃cunq; temperaturæ ſunt frigidioris, ea arteriarum tractum imbecilliorem poſſident (id quod ẽt demonſtratum eſt)atque in minutas particulas medicamentorum ſubſtantiã redigere nequeunt.Proinde medicamentum & ipm cunctãdo tardandoq; tpis ſpatio aliquid perpetiatur par eſt. Itaq; interim
B accidit ut concoquatur,uelut lactucæ ſuccus:nam & is tpe concoquitur:at ſi integer ad cor pergere properaret,non ſecus atque cicuta hoĩem interficere. Euenit autem id ipſum alijs quoq; omnibus admodum refrigerãtibus ſuccis:nam niſi celeriter interimere poſſint, ſanè ex hoc oĩno nullius effectus redduntur.At quæ,aut eroſione,aut putredine enecant,ijs ut tpe inualeſcant accidit:ſiquidem tpis ſpatio putreſcunt oĩa,idque magis humido,calidoque loco.Merito ergo fit,vt quæ frigore ſuo noxam inferunt,ijs actionis celeritas ad pernicicm proficiat:quippè quę alioqui ſpatio excalfacta,uim,per quam agebant,deperdant:at quibus actio conſiſtit in putredine,ijs tps actionem adauget,qñ.l.& putredinem. Nec enim animal vllum interire põt,quin cor ab agendi munere ceſſet:fieri porrò ut ceſſet nequit,citra maximam intemperiem,ſiquidẽ non ſimpliciter q̃ par eſt aut calidius,aut frigidius,moueri deſinet:eodem modo,ſi modice ſiccum aut humidum euadat.Minus.n.ſuo fungetur ob haſce quidem intemperies munere: cæterum motu non vacabit prius, quam immenſam aut caliditatem,aut frigiditatem,aut reliquarũ qualitatum aliquam acceperit.Porrò medicamentis,quæ frigore occidunt,ubi ad cor pergere cunctantur,ſimile quid accidit, quod lignis humidis viridibus frequenter euenit.Hæc liquidẽ ſi multa aceruatim in ignem conijciantur,eum celerrimè extinguunt:ſin undiquaq; in orbe com
C poſita prius ſiccentur,ac incaleſcant,& deinde ſenſim inijciantur, tantum abeſt ut extinguant, vt ẽt alimentũ illi efficiantur. Sic hominem quidem cicuta necat tum ob meatuum amplitudinem,caloriſq; multitudinem,tum ob attractionis arteriarum robur validam etiamnum ad cor pertingens:ſturnos vero ob cauſas contrarias haud enecat,utpote cũ & retineatur & cunctetur, ac ſeſe temporis tractu concoqui præparariq; a corde tanq̃ a foco incaleſcens ſinat,nõ ſecꝰ ac ligna extrinſecus.Quare nec id quidem mirum dubiumq; relinquitur, ſed eſt quale lactucis accidit,quippe quæ moderato eſu hoĩem nutriant:at ſi quiſpiam expreſſum earum ſuccũ largiter hauſerit,nõ ſecus profectò morietur,q̃ qui aut cicutam,aut papauer ſumpſerit.Sicuti ergo lactuca ſi cor refrigerauit,interimit:ſin concoquatur,alimentum aĩali efficitur ad eundem,arbitror, modum cicuta hoĩem quidẽ celeritate diſtributionis interficit, ſturnos vero tarditate ipſa nutrit.Si vero exiguum quiddã ſumatur,mortẽ homini nequaq̃ inferet.Id quod anus Athenienſis experimento docuit,cuius apud oẽs percelebris memoria eſt. Etenim ea a minima cicutæ portione auſpicata,nullo detrimento ad permagnã progreſſa eſt copiam:principio enim paucum exiguitate ipſa deuictũ eſt,at conſuetudo naturale reddidit. Nec enim nũc locus eſt,ut cur plu-
D rimum poſſit conſuetudo,curq; velut altera ac adſcititia natura ſit,ut a veteribus proditum eſt, cãm reddam:nam ita maius euaderet operis acceſſorium,quam ipm opus:ut omittam quòd ſeparatim de hoc tractauimus: Verùm connectendus eſt perficiendusq; præſens ſermo.

Quòd medicamentorum, quæ frigiditate ſua interimunt, nullum prorſus genere lethale ſit,ac deleterium,ſed ſola quantitate. CAP. 19.

EOrum ergo medicaminum,quæ frigore interimunt,nullũ gñe lethale eſt,ſed ſola quãtate:at in erodentibus,putrefacientibus,atq; excalfacientibus haud ita ſe res hẽt: ſed de his paulo poſt dicetur.Quęcunq; aũt frigiditate occidunt,ea exigua quantitate ſumpta mortem nõ adferent,non magis q̃ ſi copioſæ flãmæ pauxillum aquę inſtilles,aut lignum inijcias humidum ac viride.Quemadmodum itaq; niſi colorem habeant abundantem,qui tũ cõminuat,tũ ad cor vſq; perducat,interficere non poterunt:ſic ſi qd̃ comminuit,ac deducit,multo valentius fuerit, prorſum deuincet,mutabitque,ac alimento ut ſibi ſit medicamentum,efficiet.

Quòd medicamẽta quæ natura ſunt frigida,iure à veteribus poteſtate frigida appellentur. CAP. 20.

QVamobrem eius quoq; nunc protinus meminiſſe oportet, veteres medicamenta natura frigida, poteſtate dixiſſe frigida : nam ea quoq; quadantenus refrigerandi potentiam a nobis accipiunt,ſicut excalfaciendi calida.Quòd ſi alio modo illa, alio vero iſta, nihil utique refert:generale enim idem,cõmuneque vtriuſque eſt, nempè alterationis principium ex paſſuro

corpore

corpore in actum medicamentũ procedens. Nam quę poteſtate quidem ſunt calida, alterant E eo duntaxat, q̃ incaleſcant a nobis: at, quæ natura frigida, tum q̃ cõminuantur, tũ q̃ adſcititium accipiant motum. Cum itaq; ipſis tanquã frigidis agere abſq; corporis patientis auxilio nõ liceat, iure ptãte frigida dĩr: nã ut actu nos refrigerent, nõ prorſum ex ſeſe obtinent, verũ a nobis prius perpetiantur ut refrigerent, oportet: etenim in minuta conteri, & aduentitium motũ accipere, affectus ſunt medicaminum. Attamẽ ſicui libeat ea actu frigida nominare, haud equidem repugnem, mõ omnis in verbo diſſenſio ſit, res aũt utriſq; cõfeſſa: ſiquidem (quod paulo ſupra monuimus) id genus oĩa calidum corpus, quo agere poſſint, poſtulãt. Ea propter meconiũ hoc eſt ſuccus papaueris, & cicuta, ſi vino miſta bibantur, ocyus necant, licet non quouis temperata modo. Si. n. ipſa pauciſſima plurimo vino miſceantur, prorſum deuinci poſſint: ſi vero pauculo multa, deducuntur quidem ad cor, vinci aũt nequeunt. Siquis vero papaueris ſuccum, quantus interficere põt hauſerit, ac etiam num tũ ſuperſit, recta ratione & hunc quoq; ſanabit largè epotum vinum vetus, magisq; etiam ſi generoſum fuerit, nam id quoque magis calefacit. Quòd verò cor nondum admodum refrixerit, liquet, quando quidẽ adhuc homo viuit. tum autem digeſtionis in corpus tarditate quadantenus mutatum iam a corpore eſſe medicamentum, ſicut lignum uiride, ubi proximè ignem aliquãdiu iacuerit, nec id quidem obſcurum eſt. Calidũ itaque F id tpis uinum ebibitum præſentiſſimum eſt remedium: nosq; ẽt quendam extremè iam refrigeratum uini lesbij potione ſeruauimus. Poteſtq; idem falernum, ſurrentinum, aruiſium, molites auſterum: ac quotquot calida ſimul exquiſite uinoſa fuerint urina, eundẽ cum lesbio p̃ſtare ualent effectum. In ſumma qd̃ tenui perlucidaq; ſubſtãtia eſt, colore* uermiculo aut flauo, odore gratum, quodq; dum temperatur, plurimam aquam expoſcit, id tum admodum excalfacere eſt natum, tum facile undiq; per corpus vniuerſum deferri. Tale ergo natura vinũ, ætate vetus, meracius temperatum, eos ẽt qui refrigerati iam ſunt perſanat, nec ſolũ à papaueris ſucco, aut alio quopiam refrigerantium medicaminum, verum ẽt qui in morbis aut ex ſtomachi, aut ex cordis affectu, ſyncopam patiuntur. At, quod cum refrigerantibus medicamentis, quo celeriorem mortem afferant, bibitur, id nec multũ eſt, nec generoſum, ſed quod comminuere ea, ac diſtributionis ſui impetu in cor perducere mo[illegible]io valeat. Atq; de his quidem hæc ſufficiant.

De actione medicamentorum, quæ putrefactione & eroſione nobis noceant. CAP. 21.

QVoniam autem de ijs ẽt medicamentis, quæ eroſione, ac putredine interimere ſunt nata, dicturum me, quòd tpe pernicioſiora reddantur, & ipſo genere naturam noſtram corrũpere poſſint, non vt refrigerantia duntaxat multitudine, ſum pollicitus, tempus nunc eſt, pmiſ- G ſis ſatisfacere. Coniuncta eſt. n. quadantenus quæ de his hr̃ oratio, ijs, quæ de medicamentis ptãte calidis dĩr: veriſimile ſiquidem eſt pleraq; eorum ẽt actu eſſe calida, ſed iccirco nos fugere, qm̃ aut ipſi plurimum habeamus caloris, aut craſſa eorum eſſentia ſit. Redigamus. n. eadem rurſum in memoriam, nẽpè q̃ in balneo frigida videatur vrina: itidemq; memoria repetamus, q̃, cum in ſolium calidum deſcendere non valeremus, aliud prius minus calidum ingreſſi, nullo negocio, qd̃ antea intolerandum videbatur, poſtea pertulerimus. Quin & aqua fontium tpe hyberno quibus manus algent, tepida apparet, cum alijs minimè videatur eiuſmodi. In ſumma. n. (id qd̃ antea quoq; diximus) pro ſuo unumquodq; affectu corpora admota ſentire conſueuit. Sic ergo ſi manum hñs frigidam, eam in tritici aceruũ immiſeris, luculenter calorem percipies: ſin calidam, nequaquam. At ſi ſtercori columbino accumulato, potiſſimum ſylueſtrium columbarum, manum inſeras, ẽt ſi calidam, manifeſtã tm̃ ſenties caliditatem. Sic miſy, ſory, chalcitis, ærugo, calx, aliaq; id genus innumera, ſi illis aceruatis manũ altius injicias, protinus videbũtur eſſe calida. Cæterum ſi bolum ex eis unam acceperis, cuius extrinſeca ſuperficies ab ambiente extrinſecus aere ſit refrigerata, merito nullum percipies calorem, quippe qui refrigeratas tm̃ eius partes contingas, idq; antequam in minutas redactæ ſint. Ad eundẽ modum hyeme ſæpe- H numero tũ putealis, tũ magis fontalis, calida tãgẽtibus eſt uiſa, verũ ſigs calfactis prius manibus contigerit, frigida videbĩ. Memorariq; ſanè poſſint alia id genus infinita, quibus facile adduci quis poſſit, ut credat, medicamẽta poteſtate vt ad nos calida, alteri aĩantiũ gñi actu eſſe calida.

Quod recte quæ erodendo putrefaciendoq; interimunt medicamenta, genere, non qualitate deleteria ſunt dicta: & q̃ quanto in corpore morantur diutius, tanto & magis agere ſunt nata. CAP. 22.

ATque hæc quidem obiter dicta ſunt. Cæterum quæ nos contactu, aut per putredinem, aut per eroſionem, interficiunt (nam de his habebatur oratio) ea recta quidem ratione humanæ naturæ deleteria toto gñe exiſtimata ſunt, non ut frigefacientia, duntaxat quantitate: hæc interdum uincuntur, & nutrimentum animali redduntur: putrefacientia autem, etiam ſi quantitate minima ſumantur, omnino tamen corrumpunt, quia videlicet, quæ putredini obnoxia ſunt, calore humiditateq; putreſcere ſolent: atqui calidus humidusque ſanguis eſt. Itaque putreſcere nũquam ceſſare poſſunt, ſimulq; viciſſim putrefacere, quæ σηπεδονώδη a putrefactione uocantur medicamina. Proinde longo etiam poſt tempore, a quo ſumpta ſunt, non nulla interi munt, potiſſimum quæ craſſa terrenaq; eſſentia ſunt. Hæc enim corporibus noſtris inhærentia

inſi-

A insidentia áque,dein temporis ſpatio putreſcentia,erodũt,corrũpuntq; vicinas corporis partes.

Qua cauſa putrefacientia medicamina, licet genere lethalia ſint, non tamen perpetuo occidant. CAP. 23.

AT,quæ tenuiora ſunt,ẽt excerni interim cũ excrementis poſſint.Fereq; accidit,ut duas ob cás iſtas qñq; medicamenta putredine,eroſioneve necantia non interficiant:unã uideli cet,quã mõ admodũ dicere deſij, nempè cũ vna cum excremẽtis excernunt prius,q̃ iniuria cor pus afficiant:alterã,ſi cui accipienti bona faueat fortuna,videlicet aut cibis, aut q̃ alioqui con ferunt,vtenti:aut medicũ qui curando p̃ſit,nacto:nã,vbi grauis ab ijs noxa illata eſt,malũ neq; victus rõne,neq; generoſorum medicaminum,medicíq; auxiliantis ope,ſiſti põt.Quòd ſi pror ſum exile ſit deleteriũ,nihil repugnat,quò minus quoq; nihil perficiat,ꝑea ꝙ cum excremen tis excerni poſſit, aut idonea victus rõne ſuperari : vtputa ſi cantharidis ſit centeſima drachmæ particula:nã id prius q̃ noxã aãli inferat, una cum vrinis excernatur. Sanè cantharides vrinã ciẽtibus medicinis miſcentur,ſicut pleraq; alia lethalia alexipharmacis,hoc eſt amuletis. Atq; id genus medicamenta compoſita ſi aptè mixta fuerint, oĩno efficaciſſima ſunt,qñ admodum qđ ex cantharide conficitur,vrinæ mouendæ accommodum eſt. Feruntur.n.alioqui ſponte ſua
B cantharides per urinam aduecticam,atq; ſic rodendo eam exulcerant: verum ubi paucum ex il lis,multis miſcetur bonis atq; vtilibus,illa quidẽ velut manu ducunt,rodere tñ nequeunt.Opus eſt.n.ut quicquid agat,ẽt ſi ſit valentiſſimum aliquã tñ & magnitudinem habeat:quando nimi rum & ignis ipſe ſi prorſum minimus ſit,præter q̃ ꝙ non vret, nec calfaciet quidem : quippe cũ & centeſima ſcintillæ portiuncula ſenſu nobis ſit imperceptibilis. Ex quibus patet,quæcunque frigiditate interimunt,ſi paucula ſumantur, nutrire corpus poſſe, uelut lactucæ ſuccum : at quæ putrefaciendo erodendoque ea,nunquam nutrire,ne ſi præ paruitate quidem innoxie corpus permeen:genère namque talia humanæ aduerſantur naturæ.

Quòd in medicamentis,diſſimilaris ſubſtantiæ ſit miſtura, ac proinde vbi fine ſuo purgantia fruſtrantur,interim quidem extremè lædimur,interim vero nequaquam. CAP. 24.

Aliud.q. 6. 9. 6. 9. 6. 9

medicamentis ſimilia ſunt, haud vero oīum ſimul ſuccorum alterationem) ſimilitudinē ineſſe E quandā vtriſq; ſubſtantijs, & eius videlicet quod purgat, & eius quod purgatur, neceſſe eſt. Porrò cum, qđ purgatur, pituita eſt, quod trahit, pituitoſum ſit oportet. Pituitoſum aūt eſſe oportere quod trahit diximus, non autē planè pituitam: etenim ſimilitudinem ineſſe ſubſtantijs diximus, non identitatem: contrarium.n. cernimus. Nam neq; ferrum attrahit ferrum, neque caro carnem, ſed lapis ſideritis ferrum, caro ſanguinem. Differunt enim, mea quidē ſententia, idē & ſimile; quippè pituitæ pituita eadem eſt, & cnicū cnico, ſimilis aūt pituitæ cnicus, non tñ idem. Neq; n. quæcunq; edulia aut bilioſa, aut pituitoſa dicimus, perinde tanq̃ bilem, aut pituitam cōtinerent ſic nuncupamus. Huius enim opinionis abſurditatem deteximus, cum in naturalium facultatum commentarijs, tum multis alibi locis.

Quod in purgantibus medicinis duplex inſit ſimilitudo, nempè quædam actu, & quædam potentia. CAP. 26.

QVapropter prętereunda ſunt oīa hmōi. Illud vero rurſus repetendum eſt, ꝙ purgantiū medicaminum quædā iam ēt poſſident idoneam ad attractionē ſimilitudinem: quædam nō perfecte quidem eam obtinent, verum in aīantis corpore accipiunt, non ſecus atq; vrentia medicamenta, quæ cauſtica Græci uocant. Itaq; duplex quoq; in his ſimilitudo eſt, una actu, altera F potentia, uelut & in alijs oībus. Quin & permiſtæ ſunt ſimilibus in unoquoq; ſuccis alij diſſimiles, qui partim quidē medicaminoſi ſunt, partim non. Quare vbi purgationē haud aſſequūtur, quædam purgantium malum corporibus noſtris inferunt, quædam vero alimentum exhibent.

De ſuperpurgationibus, quas ὑπερκαθάρσεις Græci vocant. CAP. 27.

POrrò qm̃ ſemel ſermonem de purgantibus medicamentis attigimus, præſtiterit fortaſſis nō nihil quoq; dicere de nimijs purgationibus, quas ὑπερκαθάρσεις Græci vocant, quaſi ſuperpurgationes dicas. Euenire igitur eæ ſolent, cū purgans medicamē vſqueadeo inualuit, ut in uaſorū ad ventrem pertinentium oſculis mordicationē apertionemq́; multā relinquat: aſſidueq́; irritans, conuellensq́; corpora, quæ in vaſis ſunt, uires diſſoluat. Nā, quod in uentre euenire cōſpicimus, vbi uires eius in extremā inciderunt infirmitatem, idem in uenis accidere putandum. Quid porrò eſt quod in uentre euenit? uomitus totius eius, qđ deglutijt, ubi uidelicet ſuperiores eius partes debilitas occupauit, inteſtinorum uero leuitas, ubi inferiores. Oñſum eſt autē & de hiſce latius in tractatu de uacuandorum cauſis. Huiuſmodi affectum exiſtere in uenis exiſtimandum eſt in ſuperpurgationibus. Cum autem per initia modica etiānum ſit & apertio & imbecillitas, tum quod & tenuiſſimum eſt, minimeq́; naturæ familiare, excernitur: ſed ubi utraq; G Alt. 44. fol. 114 adaucta eſt, iam tum ēt craſſa, & quæ naturæ familiariſſima ſunt, euacuantur: quā ob rē flaua bilis primo, pituita ſecūdo loco, tertio loco atra bilis, poſt hæc poſtremus oīum in ſuperpurgationibus effunditur ſanguis, utpote qui naturæ ſuccus ſit familiariſſimus. Ante hunc uero primus quidem qui tenuiſſimus, poſtremus qui craſſiſſimus. Differuit autem & Hippocrates in ‖ libro qui de natura humana inſcribitur, de ordine, qui in iſtis euacuandis ſeruari ſolet. Ac nūc quoq; ne quid huic ſermoni deſit, dicendum eſt. Etenim, ſi quod pituitam ducat, medicamentum exhibeas, prima quidem in ſuperpurgationibus flaua, mox atra, tertio loco ſanguis eijcitur. At ſi, qđ flauam bilem detrahat, pituita cōſequetur, tertia atra, quartus demum reddetur ſanguis. Quin, & ſi atram bilem purgare ſit natum, eam quidē primam euacuabit, poſt quam flauam, deinde pituitam, omniumq́; poſtremus ſequetur ſanguis, tanq̃ ex inanimis iam uaſculis effluens, ut q̃ ſumma iam debilitas occupet, quæq́; ad extremā oſculorum apertionem peruenerint. Ex quibus manifeſtum eſt, poſtremum in ſuperpurgationibus uacuari humorem, qui idem & familiariſſimus eſt: aliorum autem unumquemque, prout aut craſſus, aut tenuis.

de Natu. hum. com. 2. t. 3. l. 1. 3. l. g

Qua cauſa in ſuperpurgationibus humores, minime purganti medicamento familiares, itidem euacuentur. CAP. 28. H Alt. 44. fol. 114

CAeterum* cauſæ, quamobrē omnino & qui alieni ſunt a purgante medicamēto ſucci, una excernantur, in hiſce tribus conſiſtunt, uaſculorum ſcilicet imbecillitate, oſculorum laxitate, & purgantis mordicatione. Cùm enim uaſcula non amplius in ſeſe continere ſuccos poſſunt, & oſcula eorum recluſa fuerint, nec irritare medicamentum deſinat, poſſitq́; non amplius familiarem trahere ſuccum, neceſſe omnino eſt reliquos quoque, quo dicim⁹ ordine, excerni. Satis enim erat unica mordicatio, quæ organa ad excretionem excitare poſſet: multo ergo magis id fiet, ubi & apertio, & imbecillitas uaſorum coierit. Fit autem, ut ſupra diximus, apertio ob medicamenti potentiam: ob quam uidelicet mordicatio item prouenit: uaſorum autem imbecillitas tum ob ingentem defatigationem, quam ſcilicet, dum a purgante medicamento mordi carentur,* ac ueluti emulgerentur, acquiſierant: tum ob intemperantiam, quæ ſuperpurgationibus occupat. Quemcunque enim humorum penitus euacuaueris, intemperantiam conſequatur neceſſe eſt. Itaque quòd a purgante & alieni quoque uacuentur ſucci, eas habeto cauſas: quòd uero ſupradicto ordine, uacuandorum humorum tum tenuitas, tum craſſitudo in cauſa eſt: & ad hæc prout magis & minus animantium conſtitutioni ſuccus quilibet familiaris eſt.

* In antiquis cod. legitur μύξασθαι. i. ſugerentur.

GALENI DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM FACVLTATIBVS LIBER QVARTVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

De tenuibus & craſſis partibus, ſaporumque, & odorum eſſentia, & facultate, quæ in medicamentis ſimplicibus cernuntur,

Quid tractatum fuerit, quid reliquum ſit tractandum. Item de differentia ſenſus linguæ, & cæterarum partium. CAP. I.

B QVo pacto igitur dicatur frigidum, calidum, humidũ, ſiccumq; facultate medicamẽtum: tum qua ratione id explorare oporteat, ſupra definitum eſt. Porrò, qm̃ non nulla emollientia dicuntur, relaxantia, rarefacientia, cõdenſantia, emplaſtica, ac digerẽtia, multaq; his ſimilia alia, præſtiterit, & de his differere: una vero cũ iſtis, aut ẽt ante ea, de ſaporũ oĩum & eſſentia, & facultate, de qua & in fine primi horũ cõmentariorum verba fecimus, qñ. ſ. Platonis ex Timæo dictionem adſcripſimus. Verum ibi quidẽ gratia paſſionum ſenſibilium, quas lingua in quoq; eorũ † perpeti eſt nata: at hic de eſſentia & facultate ſermo habebitur: qñquidem & aliæ animantis partes ſimiliter vt lingua † perpetiuntur, ſed paſſionũ ſenſum non exacte percipiunt. At lingua præterq; ꝙ perpetiatur, ſenſus ẽt perfectionem poſſidens, earum oĩum naturas dignoſcere poteſt. Nec. n. hoc dicẽdum eſt, calidum, frigidum, humidum, ſiccumq; linguam calfacere, frigefacere, ſiccare, aut humectare poſſe, aliarum vero quamuis non poſſe: immo uti hanc, ſita & alias oẽs ſingula afficiunt & alterant, tm̃ diuerſitate in ipſis exiſtente pro minoris, maioriſq; ratione, haud quaq; in ipſo, ut ſic dicã, affici, aut non affici. Quippe, ꝙ lingua non ſecus atq; alia quęuis aĩantis partium calidum, frigidũ, ſiccum, humidumq; dignoſcere corpus valeat, cuiuis clarum eſt: amaritatẽ vero, dulcedinem, ſalſitatem, aciditatem, auſteritatem, acerbitatem, acrimoniam, hæc ſola diſcerC nere creditur: tametſi paſſionum ſimilitudinem inuenire eſt cum in partibus oĩbus, tum maxime in ulceratis. Nam cutis duritas denſitasq; excludit, reſiſtit, prohibetque, quo minus foris incidentium facultates intrò in carnem ipſam penetrent.

† πάσχειν. pati.

Quonam modo frigidum corporibus noſtris mordax appareat: & qua differat ab ijs, quæ caliditate mordicant, nempe quòd continuum diuellat, cuius rei cauſas adducit: ac calidum, quòd ſubſtantiæ continuitatem erodat. CAP. I.

SIc enim & illud ab Hippocrate dictum eſt, ‖ Vlceribus frigidum mordax, tametſi cuti priuſquàm vlceraretur, mordax nequaquam eſſet. Eſt vero & oculis, & naribus, & ori, externis partibus animalis, frigidum mordax: nec minus internis, uentri, & inteſtinis: ut difficile ſit non nunquam diſcernere, an a frigore quis, an ab humorum mordicetur acrimonia. Eueniunt autẽ hæc non ab re. Siquidem, cum frigidum quæcunque contingit, eorum & contrahat ſubſtantiã, & condenſet conſtringatque, primum tenues tum excernantur humiditates neceſſe eſt, ſicut ex oculis lachryma, ex naribus muccus: poſtea uero etiam mordax appareat, licet alia ratione quàm in calido. Nec erodendo, quod continuum eſt, ſed diuellendo, moleſtum ac mordax eſt frigidum. Quare nec duris corporibus tale apparet. Nam dum mollia contrahuntur compriD muntur que, humidum exprimi contingit, ſimulque partes diuelli: humidum quidem, ſicut in ſpongia a manibus noſtris contracta compreſſaque: diuelli autem, ſicut in ijs, quæ diſtrahuntur, diuelluntur que ſiue a noſtris manibus, ſiue aliũde. Tale quid rara molliaq; corpora a frigido † perpetiantur neceſſe eſt, raritate frigus promptè intrò recipiente, multoque etiam prõptius partibus in ea mollibus, quæ in profundo ſunt, a frigore concreſcentibus. Frigidum itaq; ſpiramenta cuncta in raris corporibus ſubiens, qualia ſunt ulcerata omnia, oculique, & nares, ac os venterque, omnes refrigerandorum corporum partes circunquaque amplectitur, & quodammodo multis circunquaque anſis eas contrahens, atque condenſans, a continuis auellit. Quæ dum patiuntur, multa fieri ſpatia inania neceſſe eſt, non tantum quia tenues exprimantur humiditates, verum etiam quia ſubſtantia mollis in arctum contrahatur. Atqui ſpatium inane in ſibi continuis corporibus, ſeruata etiamnum continuitate, fieri non poteſt. Ergo ſi fieri id conſtet, clarum eſt illam deperdi, ac corpus continuum diſtrahi, ex quo moleſta, mordaxque ſenſus exoritur affectio. Tametſi non eadem vtriſq; qualitas eſt tum ijs, quæ frigore mordicant, tum ijs quæ calore: ſed in illis protinus & contractionis condenſationisque ſenſus percipitur, in his diſſolutionis & fuſionis. Quin nec par eſt vtriuſq; affectus celeritas, uerum in refrigerantibus quodammõ tardior & cunctantior eſt mordacitas, at in excalfacientibus celerrime pene

‖ 5. Apho. 20. Ext. ord 39. a

trat.

trat. Qñ igitur abunde definitum eſt, tum ipſa rerum natura, tum ēt qui in nobis fit, ſenſu: clare E
que expoſitum eſt, quo pacto calidum, quoq; frigidū, mordax appareat: colligere quēq; apud
ſeſe nunc oportet, vel anteq̄ à nobis id audiat, mordicantium medicaminum, alia calida facul
tate, alia frigida neceſſario eſſe. A nobis autē diſtinctiones eorum exactè addiſcere licebit, vbi
prius cōmonefecerimus poculum, & balneū, cum temperata ſunt, calida à nobis dici nōnunq̄
appellationis abuſu, qñquidem eucrata ſiue temperata dici debebāt, ac ſymmetra potius, q̄ ca
lida. Ergo q̄ ſic calida ſunt, grata amicaq́; ſunt: fundit. n. quod in corporibus noſtris conſtiterat
* Al. rationa bi liter. atq; concretū fuerat: quo maxime affectu uoluptas aīanubus cōſtat: at ſi morā ēt trahant,* ſen
ſim quoq; & ipſa moleſta euadunt: ad tantam. n. fuſionis immoderationem ſic recidunt, ut ſub
ſtantiam noſtrā ēt digerant, diſſoluāt, atq; diſpergant. Verum nec ſic quidē mordicatione infe
ſtant, ſed animi afferunt deliquium, viresq́; deijciunt, ut mors quoq; tandē ſequatur. At quę his
magis ſunt calida, ſecant, diſtrahunt, diuiduntq́; ſubſtantiā, quare neceſſario mordacia uidēt,
velut aqua feruens, ac ipſe ignis. Eundē in modum frigida, quæ contrahunt, nondum iñ cōtacti
corporis continuitatē diuellunt, frigida duntaxat ſunt, haud ēt mordacia. At quæ ſuprà q̄ q cō
trahunt, ēt conuellunt, ea vtiq; omnia violenta condenſatione utuntur, quo circa & mordacia
apparent. Igitur ſubiectā materiam contrahere, & condenſare frigidi ſemper propriū eſt: fun- F
dere aūt, atq; liquare calidi: vtriuſq; vero immoderatius aucti, cōis eſt mordicatio: Etenim quæ
ſummè frigida, calidaq́; fuerint, præter oēs alias, quas modo memorabā, raras mollesq́; partes,
cutem ēt noſtram inuadunt. Memini me qñq; per niuem iter feciſſe, tam altam & copioſam, ut
nulla terræ pars nuda conſpiceretur: aer exactiſſime purus erat, ſpirabatq́; à niue quidā uentus
adeo frigidus, ut non oculos modo, & nares, & totā adeo faciē mordicaret, verum ēt ſiquis for
te manum protuliſſet, ſimiliter illā afficeret. At quæ à ſumma frigiditate, aut caliditate abſunt,
cutem non mordicāt: frigida quidem, qm̄ continuitatē eius ob duritiem diſtrahere nequeant,
nec in profundum ſubire præ ſuperficiei denſitate ualeant: calida autē, tum q non erodant, ſed
duntaxat fundant, tum q interdum meatus promptè penetrent. Plurimum autem ad id genus
paſſiones facit eſſentiæ medicamētorum uel tenuitas, uel craſſitudo. Siquidem frigida quæ te
nuium partium ſunt, cum magis in profundum tranſeant, vehementius ēt proinde mordicant:
calida uero, quæ craſſarum ſunt partiū, qm̄ plus ulcerant, uiolentius idciro ēt affligunt. Tenuio
rum itaq; partium aer eſt, craſſiorum terra, medium eorum tenet aqua. Sed aer accenſus, fit flā
ma: terra autem, pruna: at aqua vehementem ſanè caliditatem accipit, ſed nec flamma, nec pru
na propter innatam humiditatem efficitur. Siquidē flāma, & pruna ignis ſunt genera: ignis au- G
tem omnis calidus eſt & ſiccus: at aqua ſicca ut ſit, fieri nequit, ,pindeq́; ipſius ignis exactè qua
litatē ſicut aer & terra non accipit. Nullū eſt itaq; æquè calidum pharmacum, ut aut flamma, aut
pruna, aut feruens aqua: immo ut ſit uel calidiſſimum, omnino tamen plurimum ab illis vinci
tur. Procedit autem ad uſtionem, uſq; medicamentorū caliditas, vbi uidelicet in craſſa conſiſtit
eſſentia: Quæ vero ſubtilium partium ſunt calida, non nunquam omnino non mordicant, ſed
calfaciunt duntaxat. Eſt autem vbi & mordicent non tamen urant.

Quæ vocemus tenuium partium, & quæ craſſarum. CAP. 3.

SEd quid tenuium partium, quidve craſſarū eſſe intelligamus, cōmemorare oportet. Nempè
quæ celeriter in tenuia ſoluuntur, tenuium appellantur partium: at quę id perpeti nequeūt,
craſſarum. Quod ergo ea ſoluantur, calor qui eſt in animātis corpore, cui unūquodq; applicarī
contingit in cauſa eſt, q autem in tenues craſſasve partes cōminuantur, id à ſua ipſorum natura
obtinent. Quocirca refrigerantiū medicaminum, ea quæ craſſarum ſunt partiū, mordicare ne
queunt, vtpote quæ extimā cutis ſuperficiem penetrare nō ualeant: At quæ tenuiū ſunt partiū,
& perfacile penetrare poſſunt, & in profundum ſubeuntia, molles animantis partes mordicāt. H
Mordicant ēt magis quæ cum tenuium ſint partium, inſuper inæquabilem obtinent temperiē.
Sed ſupra demonſtratum eſt inæqualia eſſe propemodum oīa: quippe aut impoſſibile eſt, aut
perdifficile vllam inuenire ſubſtantiam, quæ ad amuſſim ſimilarium ſit partium. Vinum nanq;
diximus vnum quidem habere in ſe recrementum craſſarum partium, unde, dum temporis ſpa
tio ſecernitur, ferturque deorſum, fæx conſiſtit: aliud uero ſm, quod florem nuncupant, quod
dū vinum feruet ſupernatat, ſed poſtea ad fæces ſubſidit: tertium, aqueū, quod toti uino permi
ſtū eſt, hoc primario potiſſimūque feruet: quantū p̄ter hæc eſt ipſum re uera uinū. Oſtenſum ue
ro etiā eſt, q tum in oleo, tum in lacte, tum in alijs omnibus ſuccis, eadē ſit recrementorum natu
ra, multoq́; magis in totis plātis, metallicisq́; omnibus. Quæ memoria tenentes, nunc tēpeſtiuū
eſt de medicamentis omnibus cōſiderare. Ac primū oīum cauendum eſt, ne nobis quoque, qđ
pleriſq; omnibus, qui talia ſcrutantur, accidat. Nam quaſi omnia ſimilarium forent partium, ita
diſſerunt, nec concedunt neq; vinum, neq; oleum, neq; reliquorum ullum, ex diuerſis facultate
partibus conſiſtere: immo multo magis mirantur, ſi de aceto audeamus dicere, ipſum ingenitā
vini caliditatem perdidiſſe, cæterū ex putredine aliā adeptum: cuius ſane ſnīæ eſt, tum Ariſtote
les, tū Theophraſtus. Nā uinoſæ uini partes, dū ipſum in acetum tranſit, refrigerantur: at aqueū
recremētū putreſcēs adſcititiā caliditatem obtinet, uelut cætera oīa, q̄ putreſcunt: fitq́; acetum
quiddam

A quiddam ex cõtrariæ facultatis partibus compositũ, partim refrigerantibus, partim calidis, sicuti ustorum lignorum omnes cineres. Etenim in illis aliquid uelut fomes quidam igneus (ἐμπύρευμα græci uocant) per exiguas partes dispersum est, quod & ualde calidum est: reliquum omne tum terreũ est, tũ frigidũ. Iccirco cum cinis aqua maceratur, ac per quædã corpora modice rara colatur, fit vt calidæ acresq; partes una ferantur, reliquum quod est, non amplius calidũ est, nẽpe quod igneas suas particulas in aquam deposuerit. Vocãt eam aquam hoïes Græce κονίαν, latine lixiuiũ: idq; proportione quadam aquę marinæ, & murię, dispositionis, generationis, & facultatis ergo respondet: illa enim ex aqua saleq; constãt: at aqua quæ cinerem abluit, tum ex ipsa, tũ ex partibus quas secũ rapuit, composita, hoc pacto effecit noïatam κονίαν ideſt lixiuium: quod nisi antea scias ex aqua, ac fuliginosis cineris partibus effectũ, forsitã simplex, & incõposi tũ esse corpus existimes. Eiusmodi quiddã in aceto nobis euenit. Nã cũ nequeamus sensu cerne re ipsius generationẽ, rationi diffidimus. Cæterũ si nihil aliud, saltẽ considerantes omphacis cũ eo dri am, æquũ esse credere sciemus, ꝙ non acidus modo, sed & acris quidam alius ei ꝑmistus sit sapor. Quãobrẽ perfecte omphacis succus refrigerat: hinc est, ꝙ summe ardoribus prosit, siue ori uentris impositũ, siue totis hypochõdrijs, siue cuilibet alij, quod refrigerare libeat. Secus ve-

B ro habet acetũ: nec.n. ad unguem unũ est, neq; tm̃ acidum, sed & acris alius quidam ei sapor ꝑmistus est. Itaq; quod tm̃ est acidum, quicquid id fuerit, plane frigidum est, siue pyrũ, siue malũ, siue acinus vuæ, siue rubi, siue ipsius mori, siue rhœas fructus, ꝟ hoc est mala punica, ꝟ siue quiuis alius tum fructus, tum succus, tũ planta, vt oxylapathum, & oxalis, quam eandẽ oxyda quoque nominant. Quippe si gustanti uehemẽs atq; manifesta illi inesse aciditas appareat, nec quicq̃ ꝑ se ferat acrimonię, omnino hunc succum refrigerantem reperies: quin cõfidenter utitor, siue ad ardores uti consilium est hypochondrijs impositio, siue ad eryſipelas, siue ad alium affectũ calidũ. Similiter quoq; frigidos morbos ab eo oẽs palam lędi comperies. Porro ubi mista tibi qualitas appareat cũ acrimonia, conijciendum est, caliditatem quoq; inesse: sin iuncta sit astrictio, aliud est frigiditatis genus: nam acida frigiditas tenuium est partium, at adstringens crassarum.

Quomodo exerceri oporteat in agnoscenda cuiusq; saporis facultate. CAP. 4.

SEd horum paulo post probationes afferemus in mediũ. At quod prius consilium dari oportet ijs, qui talia absq; sophistica arrogantia, immo unius ueritatis gratia scrutantur, id nũc tẽpestiuũ est expromere, Nempe ꝙ non sola rõne exerceri per eas methodos logicas, ad quas nũ quã hortari desino, quasq; in cõmẽtarijs De demonstratione tradidi, sed ẽt gustandi exercere

C sensum in saporibus oporteat: principioq; in ijs exquirendis solicitos esse, quæ vnam quãpiam habeant qualitatem manifestissimam: Vt si acrimoniã cogitatione complecti clare uelis, id in allio, cæpis, & quæ ipsis similia sunt, efficies, assiduè gustando, plurimumq; dentibus mandendo, tum ita longo usu passionis existentis sensum memoriæ diligenter mandando atque infigẽdo: Sin adstrictionẽ, in galla, rhu, & similibus: Si uero amaritatem, nitri fellisq; gustu: Si autẽ dulcedinẽ, gustu syræi, & mellis: Ad hæc siue ἄποιον, hoc est quod qualitatis sit expers: siue qualitate, quod ad gustũ attineat, medium uoles comprehendere: aquam gustare iubeo, & hanc ubi gustaueris diligenter memoriæ cõmẽdare, eamque potissimum, quæ nullam dictarum præferat qualitatum, neq; dulcedinem, neq; amaritatẽ, neq; acrimoniam, neq; aciditatem: præter hæc, quæ neque supra modũ sit aut calida, aut frigida. Nam hinc exorsus promptius, & ad aliorum obscurorum omnium saporum agnitionem peruenies, & ad eorum, quos ego quidẽ dulces, alij uero quidam aqueos appellitant: qualis utique est calamorum uiridium, & graminis ꝟ agrostẽ Græci vocant: ꝟ ad hæc tritici, hordei, zeæ, aliorumque multorum, quæ Theophrastus recenset: inquirens an plures sint ponendæ dulcium saporum species, an uero in maioris tantum ac minoris inter se differre ratione existimandi sint. Sed de his alibi definiam.

D

Quòd pharmacorum emplastica uocata, cum media sint in caliditate, ac frigiditate, terrestria quoque esse, ac sine mordicatione siccare oporteat. CAP. 5.

POrrò si qualẽ præbet sensum aqua plane omnis qualitatis uacua, talem in re ſicca inuenias, ea nimirum extra omnem est insignem tum caliditatem, tum frigiditatẽ, mediam, quoad fieri queat, constitutionem obtinens, aut certe paulum ad frigidius declinans. At si talis cũ sit in caloris frigorisque differentia, insuper consistentiam nacta sit siccã, terrestris sit, ac citra morsum desiccet, necesse est. Appellitant eius generis medicamenta omnia medici Emplastica: uelut plera que, quæ exacte lota sunt, amylum, pompholyx, cerussa, calx, cadmea, terra Cretensis, Cimolia, chondrus, Samius aster, & fullonum terra, ex emplasticis sunt pharmacis. Sunt uero ex eis non nulla non terrena solum, sed aquea natura. Quin etiam quædam non parum in se aeris continent, omnia quidem glutinosa, ac proinde emplastica.

Quòd duplex est emplasticorum natura. Nam partim terrena sunt exacte, & ſicca, partim plane uiscosa, & lenta, sed mista aqua, terraq; atque ut plurimum etiam aere. Communiter uero omnia mordicatione uacant. CAP. 6.

DVplex siquidẽ est emplasticorum medicaminum natura, altera exacte terrea, & ſicca, altera uiscosa quidem omnino, sed ex aqua, & terra, & plerũque etiam aere mista, sicut oleum

dulce. Dictũ autem retro eſt, quid dulce vocitẽ. Ergo hoc ex aeroſa, terrea, aqueaq; eſſentia tẽ- E
peratum eſt. At oui albumen ex ijſdem quodammodo, ſed magis tamen terrenũ oleo eſt. Quin,
† Videant qui in dyſenterijs paſſim hircino adipe utuntur. Hirci ſeuũ cuius ad dyſenterias probatur, eſt ueruecis, nõ abſolute hirci, teſtiũ aũt exectio quãtum demat caloris, apertũ eſt. Sed et Capræ ſeuũ, cuius tẽperiei ueruecinũ reſpõdet, nõ adſtituitur acrimonia: & idcirca mẽ Galen⁹ magis quã ſuillã probat in dyſentericis. Vide cauſam. lib. huius operis. 11.
& quod lactis eſt caſeoſum, emplaſticũ quoq; eſt, & ſuillus adeps. Nam tauri ſanè, & † hirci pinguedo acrimoniã, & multam, & igneam poſſidet: Bouis aũt, capręq; minus quidẽ, iam uero quodã modo, & horũ adeps acris eſt: nã talium aĩantium pinguedo ob craſſitiẽ adeps appellatur: eſt.n. non calidior tm̃, ſed & magis terrena ſuũ pinguedine. Anſeris autẽ, & gallinacei calidior eſt pinguedo, & ſiccior, q̃ ſuũ, quin & ſubtiliorum partiũ, & minimũ terreſtris, ſicut, & auiũ omnium: qm̃quidem, & corporis ipſarum ſubſtantia non parum habet aeris. Sed de his alibi tractabitur. Quæcunq; ergo pinguedines nondũ ullam nactæ ſunt acrimoniam, emplaſticam, & illinendi poros facultatem obtinent, eamq; tanto efficaciorem, quanto ſicciores, magisq; terrenę fuerint. Hmõi eſt cera elota, deponit ſiquidẽ, & ipſa quam habebat à melle acrimoniam. Satis vero conſtat, hæc à me nõ dicta eſſe de cera, q̃ natura ſua amara eſt, qualis eſt pontica: ex abſynthio nanq; ea amaritudinem obtinet: ac ſi, uel ſexcenties eã laueris, prorſum tamen oẽm amaritatem haud eleueris. Fugienda verò etiã illa cera eſt, quæ ex acri, & thymoſo melle conficitur, cum planè ab omni mordacitate alienum præparare uoles medicamentum. Quocirca ad lauandum idonea eſt, quæ ex melle facta eſt tum a quoſiore, tum minime mordaci. F

Quòd adſtringentia medicamenta acidaq́ licet utraque qualitate ſint frigida, inde tamen diuerſa ſunt, quòd aſtringentia terrena ſint, craſſæq; eſſentiæ, acida uero tenuis. CAP. 7.

ATq; emplaſtica quidẽ medicamenta eiuſmodi ſunt: ſed ad acida adſtringẽtiaq; reuertor. Adſtringẽtia certè terrena ſunt, & craſſa corporis cõſiſtẽtia, qualitate vero frigida: Acida autem tenuitate pollent corporis, ſed perinde ut adſtringẽtia refrigerant. Vtriq; gemina probatio eſt, nempe ex ſenſu, quæ ab inductione eſt: & ex ratione, quæ ex ſubſtantia eorum colligitur. Prior aũt probatio ea dicetur, quæ vulgo quidẽ eſt apertior, cæterũ ad ſcientificam demonſtrationem minus habet uiriũ. Arborũ fructus quotquot nobis, vbi maturuerint, dulces apparent, Ad.1.11.c.j. fol.9.1.
† pro generantis arboris.
nuper enati, acerbi ſicciq́; ſunt conſiſtentia, † pro ſui nimirum parentis ſ quiſq; natura (ceu quodam ait loco Theophraſtus) oliuæ, vuæ, mala punica, mora, palmulæ, pyra: at progreſſu temporis humidiores redduntur, acquiruntque ad acerbitatem aciditatem: quam ſenſim exuentes, poſtea dum matureſcunt ac perficiuntur, dulces euadunt. Sunt qui non arboribus, ſed poſtea cum decerpti conditiq́; aliquandiu fuerint, dulcedinem accipiunt. Alij ſunt, qui non interueniente aciditate, ſed palam ab acerbitate in dulcedinem tranſeunt, ſicut oliuæ. Quin ꝙ calido matureſcunt, coquunturq́; oẽs, clarũ eſt. Tũ ꝙ id ipſum duplex ſit, alterum proprium, & cuiq; ingenitũ: G
alterum externum, à Sole uidelicet, ſed tm̃ naturæ ipſorum conueniens ac familiare: ſi quidem meminimus q̃ nobis perpetuo propoſita ſunt elemẽta: & ipſum utiq; clare cognorimus. Porro, ſi, cum initio acerbi eſſent, tempore matureſcentes dulceſcunt, ſequitur ex calore ipſis proueni re dulcedinẽ, acerbitatem uero aciditatemq́; cõſtitiſſe ex frigore. Cum autẽ principio lignoſi cum ſint (vt & Theophraſtus dixit) ſicci quoque ſint, ſimulque acerbi, uerum affluentis poſtea humoris copia acidos efficiat, palàm eſt ſaporem acerbum magis eſſe terrenum, acidum autem magis humidũ. Itaque, & Plato rectè definijt dicẽs, Quæcunque partes eiuſmodi in ſuccis deferuntur terreſtres, eæ liquefactæ contrahunt atq; exiccant humidas linguæ ſenſibiles partes: ac ſi exaſperant, acerbæ, ſin minus id faciant, auſteræ apparent. Rectè autẽ, & nos p̃ter hæc dicemus frigidum eſſe temperie ſaporẽ eiuſmodi. Nam ſi terrenus fuiſſet dũtaxat, emplaſticus, non acerbus foret. Iamq́; oratio quodammodo ad eſſentiam ipſam tranſgreſſa ſaporũ, demõſtrationem attingit ſcientificam. Quippe ſi ab acerbo ſapore manifeſte linguã contrahi, ſiccari, aſperariq́; contingit: oſtenſumq́; ſuperioribus libris eſt, ab unico frigido cõtrahi, cõſtringi, denſariq́; corpora: liquet planè frigidum eſſe ſaporẽ acerbum. Qm̃ porrò inequabiliter deſiccat (id eſt enim, quod exaſperat) fuerit ſanè omnino ẽt terrenus. Siquidem aqueum corpus omnia æquabiliter H
penetrat, atque peruadit, eiq́ue inſeparabile eſt, etiamſi diuulſum ſit, ut rurſum vniatur: at terreno corpori quod in ſaporibus defertur, iam antea ineſt diuulſio, ſimul vt nunquam deinceps facile coeat. Quin ſi eius recorderis, quod utriuſq; ſingulatim paſſionis eſt propriũ, ijſdem ipm ſubſcribet ac teſtificabitur. Velox ſiquidem acidorum ſaporũ tranſitus in ſentientibus partibus fieri conſpicitur, acerborum autem tardus: tũ acida quidẽ in alto magis agere apparent, in ſuperficie aũt acerba. Hæc ita oĩa craſſarũ eſſe partiũ acerba iudicant, acida vero tenuiũ. Multum ergo inter ſe hæc conueniunt, tum ea, q̃ à rerũ dicta ſunt eſſentia, tum ea q̃ per inductionẽ eorũ q̃ ſenſu ſunt inuenta. Porrò nihilo deterius fuerit, mentionem rurſum de nominũ uſu facientes, hæc quoq; adijcere, nẽpe ꝙ utraq; abſtringere dicantur, tum quę acerba ſunt, tum quæ auſtera: ſed in maioris minorisq; ratione inter ſe differãt: Tũ ꝙ multæ inſint medicamentis qualitates, nõ diuerſæ tm̃, ſed & pugnantes, atque interim ẽt oĩno ſubcontrariæ: Id quod retro ſatis oſtenſum eſt, cæterum ab eo nunc rurſus ordiri neceſſe eſt. Nã ſi guſtanti tibi idẽ adſtringens, & mordax appareat, id miſſum facias medicamentũ, iubeo, atq; illud quæras, quod abſq; mordacitate adſtringat. Ac ſi neq; acidũ appareat, neq; dulce, neq; amarũ, ſed q̃ fieri maxime poſſit unã poſſideat qualitatem à miſtione alienã, nempe adſtrictionem, ita deniq; experiẽtia examinabis, quo

A ſæpenumero faciẽdum ante propoſui. Sin adſtringit ſimul, ac mordicat, aut aliã quãuis qualitatẽ, ſeu facultatẽ adſtrictioni iũctã habeat, fruſtra eſt, ac ſuperuacaneũ, vbi adſtrictionis actionẽ explorare conſiliũ eſt, ad experimentum tale ducere pharmacũ: incertum eſt enim, num ob adſtrictionẽ, an ob aliã quãpiã admiſtarũ illi qualitatum, an ob utraſq; ſic in corpore ſibi applicato egerit. Etenim chalcitis, miſy, chalcãthos, ſori, æris ſquama, cũ ſimul adſtringãt, & mordicẽt, ſecundum utraſq; qualitates in quouis admotorum corporum actionem exerunt: nec tñ docere nos aperte queunt, an ab adſtrictione vrendi vim habeãt, an ab acrimonia. Mittere itaq; illi præſtiterit, & multa deinceps alia guſtare, ſynceram ſeorſum adſtrictionem intuentẽ, ac quo adfieri poſſit per ſeſe exiſtentẽ: ac vbi tandẽ talem quãpiã repereris, ita denique medicamentum iudicare ijs methodis, quas ſupra à me frequenter audiuiſti. Vtpote, ſi guſtanti tibi balauſtiũ, aut galla, aut cytinus, aut hypocyſtis, aut ſolanum, aut glaucium, aut acacia, aut ſuccus rhu, aut id genus aliud, exacte quidẽ eſſe appareat adſtringẽs, nec vllã manifeſtã habẽs aliã qualitatẽ, in hoc iã expendere, ac diligenter explorare adſtrictionis actionẽ oportet. Porro exploratio ipſa fieri (ut ſæpe diximus) debet tũ in optima corporum conſtitutione ad unguem ſanorum, tum in ſimplicibus affectibus, ſeu calidis, ſeu frigidis, ſeu humidis, ſeu ſiccis. Nã ſi corpus ſanum manifeſto
B refrigerare cernat, & calidis proſit affectibus, & euidentẽ quoq; laborãti ipſi frigidã afferat qualitatẽ, audendum erit de adſtrictione, q refrigeret, pronunciare: Sin contra appareat, ſanaq; ab eo corpora incaleſcant, & calidi affectus exaſperẽtur, frigidiq; iuuentur, nõ refrigerare, ſed ex calfacere medicamentũ eiuſmodi putãdũ eſt. Eodem modo de acribus, ſumendum experimentum in cæpis, allio, pipere, pyrethro, zinzibere, ſtruthio, helenio, calce. Etenim quemadmodum qui ſolani ſuccum piperi miſcuit, neutrum ſatis explorare poteſt: ſic nec quæ à natura ſunt miſta. Eundem in modũ contemplãdum de acida qualitate, de amara, de dulci cenſeo, uehemẽtes nimirũ, & quæ quantũ licet ſolæ ſint, in explorationem ducendo, & experientia vires eorũ ſcrutãdo. Quippe quiduis te, quo modo ſit aut acerbum, aut auſterũ, aut amarum, in experimentum ducere, tãquã in eo acerbitatis, auſteritatis, uel amaritatis facturum periculum, plane abſurdum arbitror. Nam ſi vnam duntaxat qualitatem poſſideat, idem erit medicamenti ipſius, & qualitatis experimentum: ſin multas, ex omnibus nimirum miſtam medicaminum actionem edet: quare unius adhuc eius, quæ in iudicium veniebat, actio obſcura, & incerta permanet. Itaque ſi, vt prius dictũ eſt, iudicare oporteat, nõ recte ſenſerunt, qui nihil prorſum pronunciari poſſe de ſaporum facultatibus, exiſtimarunt, quiq; aliter iudicium ineundũ cenſent: ſiquidẽ, & de ipſis aliC quid aſſeri poteſt, nec iudicium aliter, q̃ nunc eſt dictum, iniri conueniat. Sanè ſi id modo dixiſſent, planè opus non eſſe ſaporum conſideratione, cum uires medicamentorum expẽdimus (nã abſq; his medicaminũ uires experientia inuenire licet) laude illos potius, q̃ uituperatione, dignos putarem: Verũ ubi tanq̃ de re, neceſſaria quidem illa, ſed incomprehenſibili, diſſerunt, bis reprehendendos iudico, tũ q rem nõ neceſſariam habeant pro neceſſaria, tum q conſequi eã ſe poſſe deſperant. Nã facultatis medicamenti cuiuſuis iudiciũ abunde citra ſaporum dignotionẽ ſola reperitur experientia, eum in modum habita, quẽ ſexcenties iã antea poſui. Atq; ego ſanenunc, non quaſi aliter inueniri, quod inueſtigatur, nõ poſſet, ad ſermonem de ſaporibus deſcẽdi, ſed partim propter eam, quæ ad principia eſt, ſequelam, ut videlicet oſtenderẽ omnia ad elementorũ rationes conſequi, nec quicq̃ vſquã inueniri pugnans: partim vero etiam vt illos coarguerem, qui adſtringentia oĩa excalfacere contendunt. Quinimmo fuerit etiam nõ nullus eius ad præſens negocium vſus. Sed hæc poſtea monſtrare conabor. At nunc ad rem propoſitã reuertor: & hortor qui veritatis ſunt amatores, ut ipſimet adſtringentia oĩa deguſtent, uti nos fecimus: ac ubi inuenerint aliocqui in corpore perfectam adſtrictionẽ, quoad liceat, ab aliarũ qualiD tatum miſtione alienã, tum deniq; experientia expendere tentent, frigidum ſit, an calidum, humidum, an ſiccũ, corpus eiuſmodi. Sed hoc quiſquis ſapiet, ſeorſum ipſe faciet. Ego uero, ut aliquid de mea afferã, pronunciemq̃; experientia, fortaſſis neceſſarium fuerit, atq; in hoc quidem libro in genere, membratim autẽ in cõmentarijs ſequentibus. Fuerit aũt generalis de omnibus ſermo eiuſmodi. Corpus omne adſtringẽs, ab alijs, quod sẽſu aĩaduerti poſſet, qualitatibus ſyncerum, perpetuo comperi experiendo, refrigerare. Quin ẽt non nulla ex ijs, q̃ qualitatibus miſta erant, nẽpe q̃ modice dulcia, aut amara, aut acria, aperte quoq; refrigerantia reperi, ſcilicet cũ in eis adſtringendi refrigerandiq; facultas ita uincerent, ut alias obſcurarent. Eadẽ rõne acida uniuerſa, tũ ea q̃ ſimpliciter acida eſſent, ſicut oxalida, & oxylapathum: tũ miſtis quoq; alijs qualitatibus quædã ſiue dulcibus, ſiue acribus, ſiue amaris: nihilo ſecius refrigerantia expertus ſum, qualia ſunt mala punica, mala, pruna, uuæ, mora, ficus, ceraſia, ipſumque adeo acetum: Sed huic, ut ſupra dictũ eſt, p miſta eſt q̃dã acrimonia: fructibꝰ aũt ijs, quos ὀπώρας Græci uocãt, dulcedines quędã, & acerbitates: quibuſdã uerò ẽt amaritates q̃dam obſcuræ ac leues. Tum item q̃ adſtringũt pariter, atq; acida ſunt, ea omnia quoq; manifeſto refrigerare experientia cognoui. Sola uero dulcia omnia pro dulcedinis modo protinus ẽt calorem continent: quocirca eorum q̃admodũ dulcia ſunt, nullũ omnino eſt frigidũ. Fuerint tñ quædam modice dulcia, itidem frigida, ſcilicet qñ plurima corporis ipſius ſubſtantia aquea extiterit, ſed nõ adeo tñ frigida, ut id qd

valde acerbũ eſt, aut acidum, ſed ſicut alicubi retro diximus de illis, quæ tepidũ calorem poſſi- E
dent. Porrò amara oĩa calida ſunt, ut bilis, nitrũ, vina ualde vetuſta, ac numeroſa ſeminum co- Aliter ca. 3.
pia. Nam, & ſemen rutæ, potiſſimum ſylueſtris, & tordyli, & ſpondyli, melanthijq́; & lupini, ma
gisq́; agreſtes: orobi, & inter hos potius agreſtes, quiq́; à ſecure pelecinus nuncupatus eſt, repe
ritur autem in tritico: amygdalæ quædam, quæ ob id ipſum amarę uocitantur: cucumerum quæ
dam ſemina, & ſemen malimedici, & ad hæc infinita alia, amara apparent guſtantibus.

Quòd per acerbi ſaporis exolutionem naſcatur auſterus ſapor, acidus, dulcis, ac pinguis. ſoluitur autem acerbus ſapor, cum frigidus ſit, & terrenus, aut excalfactione, aut humectatione, aut ſimul utraque. CAP. 8.

SEd infrà copioſius de amaris agemus. Nũc rurſum reſumpto de aſtringentibus atque acidis
ſermone, conuenientem ei finem imponamus: Ergo auſterum q̃ ſit acerbum exolutum, ſen-
ſum ad memoriam reuocare oportet. At quę ſit eius generatio, nunc dicam. Qñquidem corpus
acerbũ terreum eſt, ac frigidum, tripliciter neceſſario exoluitur, aut incaleſcens, aut humeſcẽs,
aut utrunq; ſimul perpetiens. Itaq; ſi caleſcat duntaxat, id nec humidius eſt, nec mollius: ſed du-
rum manens ſolã acquiret dulcedinẽ, uelut roburneæ glandes, ac potiſſimũ quæ vocanť caſta-
neæ. Sin tm̃ humeſcat, ſiq; dẽ ea craſſarũ ſit partiũ, & aquea humiditas, auſterũ euadet: cuiuſque F
n. ſaporis uires aquea retũdit ac hebetat humiditas. Si tenuiũ partiũ, & aerea ſit, aceſcet: oñſum
nanq; eſt frigidum ſubtile acidã efficere qualitatem. At ſi pariter, & humeſcat, & calefiat, humi-
ditate quidẽ aquea in dulcedinẽ, aerea uero tranſibit in pinguedinem. Perſpicuũ ergo hinc iã Aliter.
euaſit, quo pacto fructus principio acerbi cùm ſint, proceſſu tẽporis quidam plane dulceſcant,
quidã aceſcant, non nulli fiant auſteri, aliqui etiã acerbi permaneãt, tum quidam etiã pingues
reddantur. Et ſane ſecundum propoſitarum qualitatum miſturas uariã ſortiũtur mutationem.
Acerbus ad extremũ perſeuerat fructus ilicis, arbuti, fagi, corni: ſiquidem frigidus ſiccusq́; qua-
lis erat ab initio, permanet, tm̃modo mole increſcẽs, nulla præterea magna accedente altera-
tione: nam & arbores ipſæ tum dẽſiſſimæ ſunt, tum ſicciſſimę, ac frigidiſſimæ. Acerbus ſimul, &
dulcis myrti fructus eſt, & pyri agreſtis, ac roboris. Magis tm̃ dulcis q̃ acerbus, fructus caſtaneę:
quem nominant. Tm̃ auſterus, uitis amineæ tum fructus, tũ uinum, ac quotquot his ſimilia ſunt.
Auſterus, unaq; dulcis fructus palmæ: Et inter uina ſurrentinũ, ſabinum, albates, ut uocant, & q̃
eius ſunt generis: Solũmodo dulce, theræum, & ſcybeliticũ, & ſyræũ, & alia quæcunq; cum iſtis
cõueniunt. Pinguis exacte, tum fructus, tum ſuccus oleæ, tum etiam alij omnes, ex quibus oleum
conficitur, ſicut ricini, raphanidis, & ipſa ſeſama, nucesq́; & amygdala. Nam id genus omnia ue G
tuſtate prorſum efficiuntur pinguia, quippe in quibus aquea quidem, excrementitiaque humi-
ditas digeritur, propria uero à calore natiuo elaboratur, atque exacte concoquitur.

Quòd amara ab immodico naſcantur calore, & immodice ſint calida: dulcia uero omnia calida ſint miti caliditate, quæ q̃ non ſupra modum noſtram exuperet caliditatem. CAP. 9.

*ἐν τῇ μεταβολῇ. i mutatione.

QVicunq; ergo fructus oleoſi ſunt ſolummõ, edendo ij ſunt, & dulces: q̃bus uero* altera ſcẽ-
tibus amaror quidam aduenit, ij edi nõ poſſunt. Quippe amarũ omne eſui ineptum eſt: ta-
leq́; efficitur à caloris exceſſu, ſicuti poſtea docebimus. Verum dulce omne calidum eſt, nec im- Aliter
modicè calorem noſtrum exuperat: immo ſicut aqua calida, cuius contactus voluptati eſt, maxi-
mè vbi frixerimus, hactenus videlicet nos excalfaciens, dum cõcretas frigore in nobis particu-
las fundat, nõ tm̃ ſoluat, aut ſecet, diſtrahatve continuum: ea, inquam, vt ſumma afficit volupta-
te, ac vtiliſſima eſt: ſic omne edulium dulce, calidum ſane omnino eſt, ſed nõ tm̃ calore excedit,
ut is lædat, ac moleſtus ſit: ſed inter limites ſe cõtinet fundẽtis, leuigantis, ac mollientis. Rurſum
mihi hic memoria repete quæ ſæpe ante dixi, quędam eſſe q̃ uel una, uel duabus in ſeſe qualita-
tibus, & agunt, & patiunť: quædã uero q̃ totius ſubſtantijs ſuis, quorũ in numero, & medicamen-
ta nõ pauca dixi, & nutrimenta uniuerſa. Horũ duplex eſſe genus apparet, prout ſignificauit, & H
Theophraſtus. Nã quædã ſunt pinguia, uelut pinguedo: q̃dã dulcia magis minusve, velut fru-
ctus oẽs, quibus veſcimur, & aĩalium carnes, tũ herbæ itẽ multæ, radices, floresque & germina.
Nam tametſi ſunt inter ea quædã acerba, ſicut pyra ſylueſtria, & corna, oĩno tamen dulcedine
participant, niſi ſummè ſint acerba, uelut galla, rhus: uerũ ob hæc iam pro medicamẽtis ijs ma-
gis q̃ pro cibis utimur. Apparent. n. quæ citta laborant mulieres, quiq; impleti ſunt, & q̃bus exo
lutus eſt ſtomachus, ea appetere deguſtare: Alioqui ſi eſuriant, contra reſpuunt potius tum acer
ba, tum acida: expetunt autem ac ſumunt, quæ dulcia ſunt, & pinguia, hisq; expleri deſiderant.

Quòd pinguia, atque adeo quæcunque nutriunt, ex dulcium ſunt genere. CAP. 10.

SAnè uero fortaſſis, & pingue ipſum dulce eſt, & quicquid nutrit, ex genere eſt dulcium. Eue
nit autem id illis non ab re, ſed ſecundũ ipſam quantum fieri poteſt nutrimẽti ſubſtantiam:
quippe nutritio eſt euacuati repletio. Atqui quod euacuatum eſt familiare erat: quamobrem, &
quod nutrit, familiare ſit neceſſe eſt. Porro ſi familiare, neceſſario iucũdũ amicũq́; fuerit, proti-
nus ẽt ut ad id qđ nutritur, moderate calidũ. Sed in hoc non parua eſt maioris minorisq; rõ, qñ
nimirũ nec ad cibos accedimus plane ſecundum naturam affecti: ſolum enim corpus eorũ, qui
cibum deſiderãt, inanitũ ſit oportet, ſi exacti futuri ſint familiaris ipſorũ qualitatis cognitores.

Nam

A Nam, ſi p̃ter id calidiores, q̃ conuenit, aut frigidiores euaſerint, ſeu toto corpore, ſeu pertinentibus ad linguam, ac uentrẽ locis, non ſolum quæ nutriant, uerũ etiã quæ refrigerent, aut excalfaciãt, poſtulabunt. Proinde ſane cibi quoq; illis aliàs alij uidentur iucundiores. Nam cum duplex ſit genere iucũdum, alterum quod impleat id quod euacuatũ eſt, cuiuſmodi eſt nutrimentum: alterum qđ medeatur ei, quod alteratũ eſt, id quod iã medicamentum eſt: euenit vtique cibis, vbi non modo vacuatis exhibẽtur corporibus, ſed etiã qualitate aliqua mutatis, vt duobus nominibus delectent, vt cibi ſcilicet, & vt medicinæ. Sed vt medicamenta quidem refrigerãdo quędam, & excalfaciendo, & exiccando, & humectando, ex ratione iuuabunt, & proderunt: Vt nutrimenta uero ſola ea, quæ cognata ſunt, & familiaria totis nutriendorum ſubſtantijs. Protinus uero iſtis adeſt, ut moderate ſcilicet ſint ad ea, quæ nutriuntur, calida. Quamobrem nec eduliorum, nec medicamentorum, una eſt animãtibus omnibus ſpecies: ſi quidem pro ſua unaquæque familiari ſubſtantia ſimul, & affectione tum delectantur, tum iuuãtur ab utriſque. Sed ſi hæc ſic habent, id quod in cibis minus erit dulce, minus quoque erit calidum: quod dulcius, tanto nimirum erit calidius, quanto uidelicet dulcius. Sin ad immodicum recidat calorem, nec eiuſmodi dulce erit, ſed iam amarum apparebit, uelut mel uetuſtum atque decoctum, itidemq́ue
B aliorum dulcium vnumquodque.

Quòd amara, dulciaq́; partim adſcititio calore fiant, partim proprio, & ingenito. CAP. 11.

ETenim ut à moderato calore bifariã cuiq; corpori dulcedo prouenit: partim enim ſunt proprio, & inſito calore dulcia, partim uero aſcititio: ad eũdẽ modum amara. Alia enim ſunt, q̃ ſuapte natura immoderate excalfaciunt per eas, q̃ temporis ſpatio eueniunt, mutationes: alijs aũt id accidit ab acq̃ſititio calore accẽſis. At de amaris poſt dicẽt. Cæterũ dulcia calore ꝓximè accedunt ad ea, quibus apparent dulcia. Fiunt autem talia (ut dictum eſt) bifariam: quędam proprio calore, ut mel: quædã adſcititio, vt ſunt omnia, quæ ab igne præparantur, ac proinde dum calida ſunt, ſuauiora ijs, quibus renutritione eſt opus, apparent. Porro muſtũ nõ ſuo modo, ſed & acquiſititio calore dulce eſſe videtur. Multum enim ceu ardoris § Græci ἐμπύρωμα uocãt, § vt Ariſtoteles, & Theophraſtus cenſuere, ex ſolari calore tũ acinis, tũ alijs ineſt fructibus: à quo id quod illis aqueum, ac uelut etiamnum ſemicoctum reliquum eſt, ad concoctionem ducitur, conficiturq; ac tranſmutanti ſimile redditur. Nã ex quibuſcunq; pomis ſi ſuccũ exprimas, eũ protinus non ſecus atque muſtum feruere deprehendes: tanto tamen feruoris diſcrimine, quãta erit
C unius fructus ab alio in calore diuerſitas. Sed ubi iam quod aquoſum ac ſemicoctum erat, tranſmutatum fuerit, atq; confectũ, & is qui feruorem concitabat calor euanuerit, iam tum deniq; q̃ propriæ ſunt ſuccorum proprietates, ſynceræ conſpiciuntur. Itaq; tunc, quæ propria uinorum natura ſit agnoſcimus. Qua in re animum diligenter aduerte, vt auſtera ſenſim auſteritatem deponant: ſemper enim, quæ inueterantur uina dulcedinem quandam, & acredinem adſciſcunt: q̃uero prius inerat illis adſtrictio, eã tempore abijciunt. Eſt autem in quibuſdã uinis, poſtquam efferbuerint, dulcedo quædam ſyncera, ſuauis, & propria ipſius ſucci naturæ, non qualis ante erat, miſta ſcilicet ex proprio, atq; eo, q̃ circa ſemicoctum aquoſum q̃; excremẽtum erat, feruore. Igitur ſi cõfeſſum eſt, uina omnia uetuſtate fieri calidiora: auſtera uero primum quidem tempore dulcedinem quandam atq; acrimoniam, depoſita adſtrictione, acquirere: ac deinde increſcẽte acrimonia ſenſim dulcedinem deponere: ac ſubinde rurſum maiori tempore acria admodum euadere, aſſidueq́ue amareſcere: ac denique ubi craſſeſcunt, penitus fieri amara: ſane conſtat dulce acerbo eſſe calidius, ac dulci amarum. Atqui ſi uerum eſt dulcedinem à moderatione prouenire caloris, patet acerbitatem à frigido uincente perfici.

Quod, & acidi ſucci ex frigore proueniant. CAP. 12.

D POrrò q̃ & aciditas à frigore procreetur, & antea oſtendimus. Veruntamen, q̃quidem in p̃ſenti diſputatione de naturali uinorum, quę tẽporis ſpatio fiat, * alteratione docuimus, non nihil quoque, & de non naturali dicamus. Itaq; ut uinum acerbum, tempore dulcius primum, mox acrius, amariusq́; efficitur, denique plane etiã amarum redditur. ad eundem modũ quod uelut rigorem perpeſſum eſt, acidius protinus redditur, ac ſi prorſum refrigeretur, penitus aceſcit. Itemq́; quod in fructuũ collectione uindemiaq; p̃ aſſiduam pluuiã aliena humiditate imple
tũ fuerit, quodq́; alio quouis modo * humiditatẽ acceperit, leui occaſione ea omnia prõptè aceſcunt. Contra euenit ijs, quæ igni admouentur. Nã, & protinus ſtatim, & temporis progreſſu poſtea ſemper dulciora euadunt. Quòd ſi multo etiam tempore durauerint, & ipſa nihilo minus q̃ cætera amareſcunt: uideturq́ue id ſibi quodammõ ſecundum naturalem conſentaneum eſſe rationem. Nã ſi omphax acida eſt, uua uero dulcis: ac fructibus omnibus mutuatio à ſolari prouenit calore, planũ eſt imperfectius, & frigidius eſſe, quod acidũ: perfectius uero, & calidius, quod dulce fuerit. Cum ergo uinum perfrictione rurſum aceſcat, manifeſtũ eſt, in eum illud humorem conuerti, ex quo prouenerat. Diuerſis tamen hactenus uiribus omphacis ſuccus, acetumq́; conſtãt, Quod aceto accedat ex putrido calore acrimonia quædã: proinde Ariſtoteles rectè dixit, acetũ proprio quidẽ uini calore eſſe frigidũ, adſcititio calidũ: At omphacis ſuccus calorẽ adſcititium non habet, ac proinde nec acrimoniã. Accedit uero & in ſubſtantiæ tenuitate diuerſitas.

* μεταβολή. mutatio.

* ὑδατος.

Siquidem omphacis ſucco acetũ tenuius eſt: cui rei & ſenſus adſtipulatur: exc ellit.n.q̃ ab aceto E
infligitur frigiditas,eam,quæ ab omphacis ſucco,uehemẽtia,& miſtione. Imbecillior.n.eſt quę
ab omphace fit refrigeratio,cum etiam alienæ in ſe caliditatis ne minimum quidẽ cõtineat. At
quæ ab aceto proficiſcitur, tanto eſt ualidior, quanto, & tenuior: ineſt vero illi & acrimonia q̃-
dam excalfaciens, quæ tamen ſatis non ſit ad ſuperandam ab aciditate proueniẽtem frigidita-
tẽ, uerum quæ ad tranſitus celeritatem ſubſeruiat. Nã quãto calidum frigido facilius penetrat,
tanto acris ſuccus aptior eſt,qui ſenſibilium corporum meatus tranſeat,q̃ acidus. Itaque ille ue
lut præcedens uiam ſternit: hic uero haud longe inſequitur: quo tpe ſenſus perficitur miſtus, &
qui ægre exponi queat. vtpote qui nec planè frigidum eſſe acetum denunciet, quippe cũ in eo
ignea quædam percipiatur acrimonia: nec plane calidum: nam perpetuo, quæ ex præcedẽte fit
acrimonia calfactionem frigus ab inſequente aciditate occupans, obſcurat, protinusque extin-
guit: quo fit ut maior multo ex frigore percipiat̃ ſenſus, q̃ ex calore. Porrò ſi plurimo melli ace-
ti paulum admiſceas, ſtatim & caloré, & frigus manifeſte percipies. Nam ſi paulum mellis aceto
permiſceas, magis frigidũ quod fuerit miſtũ, q̃ calidum videbitur. ſin multo melli pauxillum mi
ſceas aceti, plus calfacere q̃ refrigerare conſpicietur: & ſi pari mole utraque miſcueris, acetum
tñ ẽt viribus ſuperare comperies. Quòd ſi, ut eſt dictum, plus ſit multo mellis, quàm aceti, æqua- F
lia rurſum frigus ac calorem in ea miſtura conſpicies: multis enim numeris acetum plus ab ijs, q̃
moderate sũt calida, ad frigiditatẽ receſſit, quàm mel ad caliditatẽ. Proinde & ſupra demõſtra
uimus fieri non poſſe, vt vehemens coeat cum dulcedine caliditas, uetusq̃; illud uerbũ pulchre
dictum eſt, Vera inter ſeſe omnia cõſentanea eſſe, ac cõuenire. Etenim ad hypochondria ardẽ
tia præſtantior eſt ſuccus omphacis, quàm ipsũ acetũ, q̃ nec violentam, ac ferientem habeat, fri
giditatem, nec eam mordaci admiſtã caliditati. Debent.n. qui ſic laborant, ſine uiolentia mitiga
ri, vt eſt dictum, nec foris ullam adſciſcere mordacem caliditatem aut acrimoniam. Atque hęc
quidẽ iam curandi attingunt methodum, quæ multis in locis huic tractationi cõis eſt: quare ijs
denuo relictis, ad propoſitum reuertamur. Itaq; omphacis ſuccus non acidus mõ eſt, ſed & acer
bus. Nam ut ſupra propoſitum eſt, oẽs propè arborum fructus ortus ſui principio, teſtimònio
etiam Theophraſti, guſtantibus acerbi ſunt: dein, ubi humore implentur, accedit quidem acidi-
tas, decedit uero acerbitas. Haud tamen, & quod accedit, & quod amittitur, par eſt in fructibus
omnibus, neq; ſi ſpeciem, neq; ſi genus reſpicias. Etenim inter omphacas aliæ plus acerbitatis,
aliæ aciditatis obtinẽt: ſunt, & quæ pari portione ambas ſortitę ſint: omnes tamen ad refrigerã-
dos ardores non ab re conueniunt, quippe cum non ſolum quod acidum eſt, frigidum ſit, ſed & G
quod acerbum, uelut & ante à nobis dictum eſt. Recedit ſanè, & hic rurſum oratio ad curandi
methodum: quare & rurſum ad propoſitum illam reuocemus. Porrò poſitum, ut reor, ab initio
in hoc libro fuerat, de ſaporibus omnibus diſſerere: ac nunc quidem ferè de omnibus uerba feci
mus, interim tamen orationis affinitate: & alia attingere coacti. Nec enim de acerbo modo, &
auſtero, & acido iam diximus, ſed, & perſæpe de dulci, & amaro, & acri: reliqua tamen, quo to-
ta oratio perfecta euadat, adijcienda etiam ſunt. Atque in adſtringentibus haud ita multum
etiam reliquum eſt, quod non ex iam dictis clarum euadat.

Vnde arbitrati ſint, quidam à calore acidum prouenire ſaporem: nempe ex eo quod uina nequaquam fortia, uere æſtateq̃ mutentur. CAP. 13.

AT in acidis deeſſe fortaſſis etiamnum uideatur, quod eximios quoſdã medicos fefellit. Nã
eo q̃ uina inualida uere, atq; æſtate* alterentur atq; aceſcant, hyeme uero ſuas ſeruẽt qua
litates, hinc adeo quibuſdam à calore aciditatem naſci viſum eſt. Quorũ augetopinionẽ, & qđ
uehementius motum eſt uinum, & quod longius in nauigijs aduectum: talia enim oĩa cum infir-
ma fuerint, celerrime aceſcunt. Quin etiam quidam, q̃ de re ruſtica ſcripſere, dolia in ædibus ad
Aquilonem expoſitis defodienda cenſent: tanquam frigus ſcilicet qualitatem eorum ſeruet, mu H
tet aũt caliditas. Sane uerũ, & id ſæpenumero ipſa experientia comprobatum conſtat: aceſcunt
enim uina quædam prompte, ubi in meridianis, & Soli expoſitis locis repoſita fuerint. Videor-
q̃ue dictorum hinc iam orſus ſolutionem. Etenim, q̃ non omnia caliditate aceſcant, ſed quæ ini
tio tantum frigidiora ſunt, nec id ueteri alicui accidat, id nobis ad ueritatem uiam, inueniet.

Qua de cauſa ab externo calore uinum natura frigidum infirmumq̃ arguatur. Quia. ſ. res quælibet in propria natura proprio ſeruatur calore, ab extrinſeca uero immoderatione corrumpitur. CAP. 14.

QVippe cauſam ſermo ſcrutabitur, propter quã uinum natura frigidum atque inualidũ ab
extrinſeco arguatur calore: Quãquam per uerbum, arguatur, iam dictum, omnes prius di-
ctæ ambiguitates diſſoluantur. Perſimile enim q̃d uinis accidit, quæ natura frigidiora aquoſio-
raq̃; ſunt, quale flammis exiguis, & imbecillis: quippe ſi eas ad Solẽ feruidum exponas, aut pror
ſus obſcurari, aut deniq̃ue etiam extingui, conſpicies. Sic quoque ardentem lucernam aut iuxta
flammam uehementẽ magnamq̃ue deponas, aut ad Solem feruidum exponas, marceſcere uti
que, ac diſſipari protinus uidebis: quin etiam ſi ualidum uentum facias infirmæ paruæq̃ue flam
mæ, citius eã extinxeris, quàm inauxeris: Natura enim infirma ualidũ neq; motum, neq; caloré
ſuſtinet,

A ſuſtinet, uerum ab ijs diſſipatur potius, q̃ augetur. Quanquam ex induſtria multis in locis vina & commouent, & tranſportant, ſicuti ſanè, & in Solem efferunt, atq; excalfaciunt, vt ẽt quædã inſuauia fiant, fumi contrahentia qualitatem. Apud nos ſanè in Aſia in tecta ædium æſtate omne propè in lagenas transfuſum imponunt, poſtea in edita cubicula, ſub quibus infernè multa flãma luceat, tranſportant. In ſumma autem ad meridiem, Solemq; cellas obuertunt, in quibus & citius ea matureſcant, & potui idonea euadant: nã quod multo tempore alijs, hoc ijs, q̃ ſic ex calfacta ſunt, breuiſſimo aduenit. Porrò nihil mirũ eſt, qui de colendis agris memoriæ prodiderunt, ob eam quã de ſua regione habebant, experientiam, audacius, atq; inconſiderantius de uinis oĩbus definiuiſſe. At Theophraſtus atq; Ariſtoteles experiẽtiã ẽt vlteriorem nacti, & in perſcrutandis naturæ rationibus exercitatiores, ac diligentius omnia diſtinguentes, cum multa huiuſmodi, tum vero de vinis nos docuerunt, q̣ ſimile illis, atq; corporibus noſtris accidat. An nõ .n. & ipſa quoq; prout aut robuſta ſunt, aut infirma, ab ijſdẽ tũ iuuari, tũ lędi conſpicimus? Etenim, vt exercitia valida, & Sol, calida atque robuſta corpora ẽt validiora efficiunt proſternunt aũt, & digerunt, refrigerantq; q̃ non ſunt eiuſcemodi: ſic uina natura calida motus velut ventilans, Sol excalfaciens, flammæq; iuxta ardentes, celerius cõcoquunt. Quæ vero frigidiora ſunt,
B & dilutiora, eorum arguunt oĩa id genus imbecillitatẽ, celerius perpeti cogunt, q̃ alioqui poſt paſſura eſſent: Quippe cũ ita cõparatum ſit, vt res quælibet in propria ſeruetur natura calore ꝓprio: corrũpatur aũt ab immoderatione extrinſeca, nẽpe caloris alieni, aut frigoris abundantia. Atq; quod ab utroq; efficitur, vnũ eſt, non tñ vnus generationis modus: quare nõ æque idiotis oĩbus facilis cognitu eſt hæc corruptionis ratio. Etenim, vbi quid rerum calidarum à frigore deuictum eſt, ne vulgo quidem ignotum eſt: At ubi à circunſiſtente foris calore validiore digeſtum, ac diſſipatum eſt, eos ſanè, qui circa naturam exercitati non ſunt, latet, ignorantes, caliditatem mediocrem omnibus eſſe utilem, immoderatam uero non minus frigiditate noxiam.

Quod in ſaporibus aciditas proueniat, calore ipſos quidem incipiente concoquere, non autem perfectam mutationem, atque alterationem afferre potente. CAP. 15.

C Aeterum in genere hoc noſſe pulchrũ eſt, ꝓ aciditas in ſaporibus naſci potiſſimũ uidetur, dum à calido quidẽ mutaẽ, vt tñ nõ ſuperet: id quod ex acidis ructibus uel maxime conijcias. Nam haudquaquam, ubi nulla prorſum facta in uentre eſt ciborum * alteratio, prouenire ſolent: quemadmodũ nec ubi optimè concocti: ſed tñ ubi ſemicocti, ut ita dixerim, fuerint. Voco autem ſemicoctos, qui à ventriculi calore alterationem perpeſſi, non etiam perfecte ab eo ſuC perati fuerint. Sic lac, ptiſanæ ſuccus, & quæcunque eius ſunt generis, tpe æſtiuo citius aceſcunt q̃ hyeme: poſtulantq; ædes frigidas, ut in ijs repoſita, pluſculo tpe perdurent. Ex quibus oĩbus patet, ꝓ à calore mutante quidem, non tamen prorſum uincente, aciditatis generetur qualitas: atq; ob id pleriſque ineſt fructibus priuſquàm maturuerint: idq; etiã ijs, quæ ab initio de ſaporibus acidis diximus, conſentaneum uidetur. Etenim ſi ſimile q̣d illis uſuuenit, quod borealibus conſtitutionibus accidit, ut tenuis ſcilicet eſſentiæ ſint: ſimulq; frigidi, naſci eos haud ſine calore ſatis conſtat, ſicut nec illum ipſum aerem. Proinde quoq; quę ſummè nos refrigerant, ac interimunt, veluti cicuta, papaueris ſuccus, hyoſcyamus, mandragora, minimè oĩum acida ſunt: q̣p pe licet frigidi ſint ſapores acidi omnes, haud tamen eouſque refrigerant, ut interficiant: non.n. ſubtilis forent eſſentiæ, ſi extremè eſſent frigidi. Itaq; nõ modo iam, ꝓ frigidus ſit ſapor acidus, ſed & quatenus, iam apparuit. Exploranda porro eius natura eſt in oxylapatho, & oxalide, quã etiam oxyda nuncupant: eſt autẽ hæc olus ſylueſtre: in iſtis enim maxime mihi ſyncerus eſt viſus ac ſimplex, nullius particeps acerbitatis, ut ſolent arborũ fructus: perſpicuo.n. hi cũ acerbitate quadam admiſtã hñt aciditatem, ſicut cum acrimonia acetum. Itaq; quod proprie in ſaporibus appellatur acidum, à ſola lingua percipi poteſt, ſicut & acre: cæterum quod utique cõmuD ne eſt, nempe mordacitas, etiã à tactu ſentitur. Vtraque uero lingua agnoſcere nata eſt: nã quæ communia ſunt, ſicut & reliqua corpora ſenſilia: quę uerò propria, tanq̃ guſtus organum, percipit: Idq; mihi uidetur illi eximiũ, ac peculiare eſſe, iuxta totarum ſubſtantiarum tum proprietatem, tum (ut ita dicam) alienitatem. Dictum aũt, demonſtratumque ſępenumero eſt, nec ſecius, aliàs quoque repetam, quid ſit ſecundum totas ſubſtantias agere, aut pati: immo uero, & hactenus eius nunc meminero, quod in rem præſentem ſatis ſit, hinc ſumpto initio. Ex quatuor elementis, particulatim corporibus omnibus conſtant generationes impares miſtura ac diuerſæ. Siquidem quædam ignis, q̃ aliorum elementorũ in ſe plus continent, quædam aquæ: ſicut alia, ſi ſors ita tulit, terræ, non nulla aeris. Ex eiuſmodi itaq; imparitate proprietates corporum particularium ſunt perfectæ: ex elementis quidem, plantarum, ex his autem, animalium, ſicut in libris De elementis demonſtratum eſt. Porrò tranſeunt quędam quidem protinus in ſeſe mutuo, non nulla uero mediantibus alijs: uelut terra in triticum, hordeum, & alia id genus: rurſum horũ unũquodq; in carnem humanam: cũ tamẽ ipſa terra caro ut fiat, ſit impoſſibile, eã videlicet, quæ in medio eſt, mutationem tranſiliendo. Attamen eorum, quæ in ſeſe mutuo tranſeunt, quæ dã promptam celeremque, quædam diuturnam alterationem obtinent: At, quę ſimilitudinibus propinqua ſunt, celerẽ: quæ uero remotiora, tardiorem: Oportebat itaq; meo quidem iudicio,

inna ſci aĩantibus organum, quod naturę ſimilitudines, ac diſſimilitudines diſcernẽdi poteſtate E
polleret: quod agnoſcẽs rerum naturas, familiaria quidem eligeret, aliena uero refugeret. Eiuſ
modi ergo lingua eſt, q̃ exuberanti ſenſu non calida modo, frigidaq; humida, atq; ſicca, ſed etiã
* Aliter ſex, quæ familiaria, quæq̃; non familiaria ſunt, agnoſcit: In hãc enim duntaxat particulam* complu
res inferuntur nerui, cum aliæ omnes, aut vnius tm̃, aut duorum ſint participes, nec ita magno-
rum tñ. Porro cum quædam naturæ noſtræ magis ſint familiaria, quædam minus: ac partim in
hac temperamenti cõiugatione, partim in illa: neceſſario plures guſtus qualitates extiterũt. Cæ
terũ oĩum, q̃ nutriunt, cõmunis dulcedo eſt: nã quicquid nutrit, aut plus, aut minus eſt dulce. His
vero quæ non nutriunt, cõe eſt, id quod per negationem dulcis, aut priuationem ſic dicitur, ve-
lut nõ dulce, & indulce. Particulares aũt dr̃ię complures merito euaſerunt, quia id quod cuique
rerum familiare eſt, vnum eſt, nẽpe quia, & natura eius familiaris vna: aliena vero plurima, par
tim plus, partim minus, à ſuba eius diſſidentia. Quæ itaque ſumme acida ſunt, acerba, aut ama-
ra, aut ſimpliciter aliã quãuis qualitatem præter dulcem ſortita ſunt, ea oĩa nutrire nequeunt:
ſicut, quæ ſolum dulcia ſunt, oĩa nutriunt. Inter ea autem quę miſta ſunt, quotquot dulcia ſimul
& acerba ſunt, & craſſioris ſunt eſſentiæ, & temperaturæ frigidæ, uelut paulò antè oſtendimus.
Quotquot uero acida ſimul, ac dulcia, tenuiora quidẽ ſunt, q̃ acerba, ſed & ipſa tñ refrigerant. F
Quin ẽt amara quidẽ calida ſunt, ſed acria his ẽt calidiora. Nutriunt ergo hæc oĩa, ſi iunctã ha-
beant dulcedinem: cæterum per ſe dictorum nullum, ut nutriat, ſatis eſt. Porro duplici ratione
miſta eſſe aſſolent, nempe ut diſſimilaria ſint, & diuerſas habeant qualitates in diuerſis partib⁹
aut ſimplicia, & ſimilaria, ſed quæ in mutua eorum quæ multum diſſident, * alteratione cõſiſtãt.
Neq; n. mel extemplo fit amarũ, ſed aut multa coctione, aut uetuſtate amaritudinem induit: nec
id tũ illi niſi pedetentim accidit. Neq; quotquot ex fructibus dulces ex amaris euadũt, ſicut qui-
dam cucumeres, & melopepones, & ipſi repẽte, ſemelq̃; ab initio qualitatem abijciunt: nam ijs
omnibus quæ à natura mutantur, ſenſim fiunt mutationes, potiſſimum ubi in multum diſſiden-
tes, aut planè cõtrarias qualitates alteratio, tranſitusq̃; ꝑficitur. Sicut ergo quod eſt ſumme dul-
ce, aptum eſui eſt: quod uero ſincere amarum, eſui ineptum: ſic quę in medio ſunt eorũ, nutriũt A Aristot. fol. 93. b
quidem etiam, verum minus q̃ dulce. Eadem ratio eſt in alijs qualitatibus: nam nutrire, præter
dulcem, nullæ oĩno poſſunt: At elemẽta multo ſane etiam minus nutriunt, nullamq̃; guſtui qua-
litatem offerunt: proinde, & terra, & aqua (ſunt enim ambo guſtui inſipida) minimè nutrire ido
nea ſunt, ſicut nec aer, nec ignis. Itaq; pro horum interim admiſtione, dulciũ ſæpe qualitas exol
uitur, aquea ferè eſſentia in humilium ξηρῶν Græci vocãt ξ fructibus ſuperante (nam triticum, G
hordeum, fabæ, cicer, & quæ eius ſunt generis: cum propter humiditatem principio qualitatũ
propè expertia ſint, tẽporis ſucceſſu maturata ac ſiccata dulciora euadunt) terreſtri vero, & ſic-
ca in paleis, fœno, gramine, & arundinibus ſiccis, & lignis. Quorum tamen quædam priuſquam
aruerint, dulcia nobis ſunt, nutrimentumq́ue interdum corpori exhibent, uelut palmæ cere-
brum, ſic enim nominãt ſummam eius particulam: & gramen: & molles maluarum radices, ma-
xime quæ in Aegypto proueniunt: ad hæc plerarũq; arborũ germina. Siquidem, quod nutrit, à
ſimilitudine, quæ illi eſt ad id, quod nutritur, dulce apparet, diſſimilitudine uerò non dulce. Por
ro multæ cum ſint diſſimilitudines, multas proinde neceſſe eſt qualitates eſſe non dulces, quas
uerbis quidem efferri eſt impoſſibile: attamen memoriam earum mouere, ſuggereréque quo-
dam modo licet, cum omnes homines certiſſime norint, alium fieri in lingua ſenſum atque af-
fectum ab acerbis, alium ab acidis, & alium à ſalſis, aliumque ab amaris.

Qua de cauſa quæ igni admouentur, alia ſuauiora, alia inſuauiora efficiantur. Et qua de cauſa edulia quædam cum per ſeſe edi non poſſint, ſuauitatem tamen ijs præbeant, quæ per ipſa præparantur. CAP. 16.

ITaq; quemadmodũ edulia, quæcunq; nutriendorum naturæ ſimillima ſunt, ea & dulcedinẽ H Aristot. fol. 93. a
ſummã præ ſe ferunt, nec vllam præparationem poſtulant: ſic, quę temperaturam nacta ſunt
remotiorem, alia condimentis, alia cocti one, alia utroq; indigent. Nec uero mirũ eſt, cũ condi-
mentorũ nullũ edendo ſit, ad ſuauitatem tamen ijs conferre, quæ per ipſa præparantur: quippe
cum fieri poſſit, ut immoderatis duobus coeũtibus, id quod ex ambobus miſtũ ſit, cõmoderatũ
euadat, ac proinde quoq; dulce appareat, cum immoderata minime ſint talia. Poſtea vero q̃, &
per elixationẽ, & per aſſationẽ, & oĩno ꝑ calidũ quiddã, præparatio fit ciborũ, nihil etiam ab-
ſurdum eſt, aut ambiguum, quæ prius nõ erant ſuauia, tunc fieri ſuauiſſima: apparet enim calidi
natura, quibus admota fuerit, ea celeriter alterare, atq; in aliam ſpeciẽ mutare. Quocirca nec id
quoq; dubium eſt, quædam ſuauiora, quædam uero inſuauiora effici igni applicata: tum quędã
tpe minimo, quædam plurimo coqui debere. Etenim quæ nutriendorum corporum tempera-
turis ſimillima ſunt, ea uel citra coctionem, aut præparationem iã dulcia apparent, quę uero diſ
ſimilia ſunt, oĩa inſuauia ſunt antequã præparentur. Porrò quæ nimis quàm calida ſunt frigido
corrigi debent: quæ vero multum frigida, calidorum miſtura ciborum, & igni: ad eundem mo-
dum humiditate, q̃ terrea ſunt, & ſicca: ſiccitate, quæ plus quã conueniat aquea ſunt, & humida.
Siccitates, ergo, humidorum admiſtio: humiditates uero, ſiccorum miſtura, ignisque emendant.

Maximam

A Maximã rei dictæ fidẽ affert,q̃ in ore fit mutatio. Nã qui plusculũ sustinuerunt ieiuniũ,ijs saliua salsa redditur:qui vero plurimũ,non salsa mõ,sed & amara: sic ẽt corpus vniuersum, bilioſum habitũ contrahit:Ac,si perinde,vt lingua sensu polleret,salsedinẽ quoq; q̃ in ipso est, atq; amaritudinem perfacile,reor,perciperet:ad hæc ẽt ipsam dulcedinem,q̃ naturali ineſt sanguini. At nunc,vbi vase quopiã,aut rupto,aut aperto affatim calidus sanguis in linguã effundit, dulcissimus apparet,vtiq; si ſm naturam,ut dictum est,habuerit:nam morbidus, amarus, aut salsus est, aliamve eius generis qualitatẽ præsefert: At,qui in toto est corpore, nos fugit, non aliter q̃ aut bilis,aut pituita.Quanq̃ & bilis quidẽ flaua vel minima quapiã parte linguam contingens, ꝑpetuò amara appareat:atra uerò,acida. Porrò ubi pituita linguã attingit, partim quidẽ dulcis, partim acida,partim salsa, sæpe est manifesto visa: cum & ipsa in toto animali incognita sit.

Qua de causa mela caliditate validiorem amaritudinem contrahat, lac vero frequenter etiam dulcis efficiatur, cum tamen vtraque gustui sint dulcia. CAP. 17.

NIhil mirum igitur,neq; cur rerum oĩum dulcissimum mel succum gñet amarissimũ: neque cur id maximè ætate florentibus,& calidis natura,& febrientibus accidat. Nam,ut foris, cum plusculũ igni admouetur,amarũ efficitur,ad eundem modum, & in aĩantium corporibus,
B vbi syncerum validumq̃; nactum calorẽ fuerit,bilioſum succum procreat.At in tẽperaturis frigidioribus,siue ꝑ ætatem,siue ꝑ naturam corporis,siue etiam ob morbum,facile in bonum, & moderatum sanguinem conuertitur. Quippe cum neque nimirum in ijs corporibus,aut excalfiat,aut alteretur:verum ei qđ modicè coctũ fuerit,simile quoddam perpetiatur: planè illis adsimilatur,prorsumq̃; seruat dulcedinem.Et quid obsecro miri,si a ualentiore aĩantis calore, aut longiore coctione veterem mel dulcedinẽ exuat,cum ẽt citra hæc,per suum ipsius calorem spatio tꝑis amarum euadat?Nam in mutationis duntaxat celeritate,haudquaq̃ ꝙ aliam perpetiatur passionem ab alia cã,dria consistit:quippe & passio est eadem,& cã quæ mutat:passio quidem amaritudo,cã uero caliditas immodica.Porrò immodicum, quod ad alterationem ducit, duplex est:aut.n.in admoti consistit robore,aut in tꝑis diuturnitate: alterum ex nobis, & igni, alterum ex se ipso mel accipit. Et merito sanè tꝑe maiore id fit ex ipso, siquidem quod mutat, imbecillius est.Ergo quod a minore cã longiori fit tꝑe,qud mirũ est a maiore in breuiori perfici? Cæterum lac,etsi gustu sit dulce, tñ ex sese nunq̃ amarum efficitur:uincitur.n.in eo a frigore magis caliditas,q̃ ipsa uincat:proinde etiam repositum acescit.Ex tribus.n.substantijs qualitate dissidentibus(velut supra quoque dictum est)constat:prima quidem crassa,ex qua caseus con-
C ficitur:altera pinguis,ex qua butyrum:& tertia aquea,quod serum nuncupamus. Verum ex hisce pinguis quidem,vel maxime temperata est:crassa uero paulum ab ea declinat:at excrementum illud serosum,& frigidum,& humidum est. Quare lac uniuersum a modicæ caliditatis corpore longo interuallo relinquitur:quapropter ex se acescit potius,q̃ amarescit.Ac si gustari posset,ubi in uentre,& per uenas concoctum est,ipso etiã melle dulcius inueniretur:nam,quod foris,& ex sese mel obtinet,id dum coquitur, lac accipit:& cum admodum ingens in aĩante calor extiterit,tantam acquirit lac dulcedinem, quantam mel deperdit. rectaque id ratione euenit. Etenim quod summè dulce est,ac proinde etiam nihil apponi ad eius dulcedinem potest, id ut in consequentem uerti pergat qualitatem necesse est:at cui quid deest,id per concoctionem acquirit.Proinde sane lac ubi cruditatem in uentre perpetitur,duplicem suscipit alterationem: in frigidiore nanq; ventre acescit:in calidiore nidorosum amarumq̃; efficitur.Nõ tñ mel coquendo vnquam aciditatem admittit,quippe cum calidius sit, quàm ut, ubi non superetur, acescat. Itaque vtraque linguam mordicant,tum quod acidum est, tum quod amarum: non tñ id tanq̃ proprium linguæ sensus possidet:quippe si in aliam quamuis carnem cute spoliatam ipsa inieceris,& illam sane etiam mordebit. Ex quo constat,mordacitatem a tactu proprie, non a gustu
D sentiri.Quin & quæ acria appellantur, velut pyrethrum,allium,cæpa, non linguam modo mordicant,sed & omnem reliquam nostram carnem. Communisq̃; est mordicatio tribus istis saporibus,acido,amaro,acri: Verum acido quidem,vt frigido simul & subtili,nam & id sæpe monstratum est:amaro vero & acri,ut calidis.

Quòd sapores acres omnium sint calidissimi. CAP. 18.

QVòd itaq; sapor amarus calidus sit,modo oñdimus.At de acri vocato,principio ne demõstratione quidem est opus:præuenit.n.sensus euidẽtia,rationis fidem.Quare nec quisquã de ipso addubitauit:immo & Plato de eo tanq̃ omnium calidissimo pronunciat, tum Aristoteles quoque,& Theophrastus. Atque adeo nec veterum,nec recentiorũ medicorum quisquam est,qui secus sentiat,quippe cum excalfactio ex essentiæ eius fit rõne.Itaq; si uel ex plebe quempiam roges,quid vocet edulium acre,dixerit sane,puto,quod fortiter,dum gustatur, excalfacit, velut piper,pyrethrũ,nasturciũ,alliũ,cæpa,& id genus oĩa:uideturque id adeo saporum genus, cum appellatione careret propria,cõi per excellentiã vsum.Nã cum & sapor amarus, & sapor acidus,ambo ẽt acres sint,in quocunq; tamen corpore uehementem cõperimus acrimoniã, tametsi,neq; amarũ sit,neq; acidũ,acre appellare consueuimus: Quanq̃ multa in specie sint corpora eiusmodi:alia,n.edi possunt,alia esui sunt inepta. Ea igitur quæ id onea sunt esui, dulcem

quandam,

quandam,ſaltem obſcuram admiſtam hẽant qualitatem neceſſe eſt: proinde multis ipſorũ ꝓ E opſonio utimur,multis vero,vt condimentis tm̃:at ut cibo,ipſorum omnino nullo,idque ob virium vehementiã.Porrò eorum,q̃ non eduntur,alia mortifera ſunt,alia ſimpliciter medicamenta:oĩa ſaltem cuti noſtræ impoſita vlcus celeriter moliuntur.Quin & horum quoque non nulla qualitatem quandã amaram præſeferunt,quemadmodum eſculẽtorum quędã dulcem:non tñ vocantur amara,qñquidem hæc in eis leuis eſt,& infirma, ualida aũtuis acrimoniæ, Sunt &,q̃ ne guſtare quidẽ audeas,cuiuſmodi eſt,vel thapſia,vel cantharides,uel aliquod aliud eorum,q̃ eroſione,aut putrefactione interimunt: ſed & horũ guſtũ eſſe acrem ex ijs conijcere licet, quæ in toto agũt corpore.Multa vero ẽt ipſo ſtatim odore aliena ſunt,planeq̃; pugnantiam cũ homine indicant,velut & hæc ipſa,q̃ nunc dicta ſunt,& cicutæ,papaueris, mandragoræ, & hyoſcyami ſuccus.Quin & nuper quoq; herbã quandã conſpeximus, quã Centurio quidã ex barbarica circa Aegyptũ regione cõportauerat,odore adeo graui,adeoq̃; inamœno,vt ne guſtare quidẽ auderẽ,ſed lethalẽ eſſe conijcerem:Vtebatur aũt ad urgentes articulorũ dolores:atq; ipſis ẽt laborãtibus refrigerãdi pollere facultate eſt uiſa.Eſt aũt colore ſubflauo,odore tã graui q̃ cicuta,niſi ꝓ leuẽ quandã,inſtar aromatũ,odoris adferat gratiã.Nomen herbæ ex qua ſuccus hic exprimitur,Lycoperſium eſſe dicebat.Verum de facultatibus deleterijs rurſus tractabitur. F Scire aũt oportet,acres ſapores oẽs(nã de iſtis agebatur)ſumme eſſe calidos, ac deinceps poſt illos eſſe amaros,deinde vero dulces.Cũ uero in oĩbus ampla ſit latitudo,is,q̃ magis,aut acris, aut amarus,aut dulcis eſt,magis quoq; eſt calidus:qui vero minus,tm̃ amittit caloris, quantum abeſt ab exacta guſtus qualitate. Terminus autem,ſeu finis ſaporis amari eſt abſtergere: acris vero vrere: at dulcis nutrire: vbi uidelicet in ſua quiſque natura abſolutus fuerit, hoc eſt, vbi quoad fieri poſſit,minime alienis permiſti ſint qualitatibus: Velut amarus ꝓrſum quidẽ eſt calidus,verum,qui modo admodum ex dulci mutatione natus eſt,& minus amarus eſt, & minus calidus:at,qui iam diu mutatus eſt,ſumme amarus eſt,& proxime ad acrem pertingit, ut nõ abſtergat ſolum,ſed etiam exedat,& mordicet:velut ariſtolochia quidem,iris,& panax,id modo pñt,nempe vlcera abſtergere,atq; expurgare.At vitis agreſtis,quæ Græce ſtaphiſagria dr̃,nihilo ab iſtis amaritudine uincitur,niſi uel ipſa quoque uincat.eſt.n.iam ẽt acris,idque ualde: tum multum quoque calida,ut non ſordem ulceribus auferat modo,ſed & ipſam quoq; carnẽ colliquare poſſit.Porrò quod in ulceribus nati ſunt præſtare amari ſapores,id ipſum in corpus aſſumpti efficere ualent.Abſtergunt.n.expurgantque,& quæ in venis eſt,craſſitiẽ incidunt. Quã ob rem menſes mouent,educendoq̃; ex pectore pulmoneq̃; puri auxiliantur:& in ſumma,ſiue G craſſa in eis pituita,ſiue pus,ſiue aliud quippiam contineatur eiuſmodi,expurgant: eaque ratione,& comitiali morbo competunt,quicunque certe naturam non habent deleteriam:illi enim toto genere præter naturam ſunt. Sed & ijs,qui ſanguinem ſpuunt,noxij ſunt: quippe cum iſti adſtringentia & viſcoſa,non incidentia diuidentiaque,expoſcant. Atque hæc quidem iam quadantenus curandi attingunt methodum.

Qua differant amarus acrisq; ſapor. quòd ſcilicet amarus præterquam quod calidus ſit, etiam eſt ſiccus: at acris, vtique qui non exactus eſt, vberem quandam humiditatem obtinet. CAP. 19.

POſtea uero q̃ de ſaporibus amaris definiuimus diximusque,ꝓ incidendi uim hẽant,& extenuandi,tũ abſtergendi,ac nimirũ ẽt calfaciendi,hactenus tñ, ut non urant; rurſum ad acres oñonem vertamus. Ac primum exacte ipſos calidos dicimus,deinde exedentes,vrentes,cruſtã molientes,ac deniq; ẽt colliquãtes,eosq̃; oẽs,uel cuti impoſitos eſſe hmõi: Sin intro in corpus ſumantur,ſiquidem tota ſuba animanti cuipiam ſumme aduerſentur,putrefacientes oẽs, deleteriosque,eius generis aĩantium:ſin caloris duntaxat immoderatione,ſi craſſæ ſint eſſentiæ ter H ræque,interiora exulcerandi pollere facultate:ſin tenuis,urinã mouendi,ſudoresque ciẽdi uim hr̃e:in ſumma aũt,incidendi, & digerendi per halitum:ex quo genere quidam tum expuitionibus ex thorace,tum menſium motibus auxiliantur. Cæterum qñ ſit,quo modo,& qua methodo utendum, non eſt præſentis tractationis exponere: de omnibus ſi quidem eiuſmodi in curandi methodo diſſeretur.Quare de acrium ſaporũ natura plura ſcribere ſuperſedebo: fat.n.fuerit diſtinctiones adijcere exactiores,quibus ab amaris differũt. Nec.n.ſola caliditate vehementi ab illis diuerſi eſſe conſueuerunt,ſed ꝓ amari oẽs non modo calidam hẽant facultatẽ,ſed & ſiccã, cineri(uti eos quis optime cõparet)adſimiles. Acres aũt,quicunq; utiq; amari non ſunt,multã interim humiditatẽ admiſtã hñt, proindeq̃; corporum eiuſmodi non pauca a nobis eſitantur. Porrò,ꝓ non calidus modo,ſed & ſiccus eſt oĩs ſapor amarus,in primis nos,maximeque diſcreta docet experientia,de qua ſæpenumero uerba ſupra fecimus;Ijs uero,qui præter experientiã per rõnem ẽt ſcrutant̃,ſimiliter accidit. Admodũ itaq; excalfactis dulcibus,ſiue id abigne, ſiue a calore ingenito,amarorũ corporũ conſtare generationem indicauimus:q̃ protinus conſiſtentia quoq; ſicciore apparent:Tum uero qm̃ abſumatur ſp,ac defluat ab eis humor in uaporem a calore ſolutus,neceſſe eſt reliquum terrenius ſicciusq̃; effici: quippe cum dulce præterquam ꝓ

calidum

A calidum ſit,ſiue plus,ſiue minus,neceſſario ſanè,& humidum plus,minusve exiſtat. Si autẽ corporis nr̃i naturæ maxime eſt ſimile,ipſa vero ſit temperate tum calida,tum humida, id quod ex dulci ſuperaſſato prouenit, perinde ut calx cinisq́e,calidũ ſiccũq́; neceſſario efficitur:proinde abſtergere quoque,cõminuere,ſecare craſſos,viſcoſosq́; humores,ſicut cinis,& nitrũ eſt natum. Nec.n.aerea eſt,neque tenuis, neque aquea eorum conſiſtentia, ſed, ut paulo ante dictum eſt, terrena,exacte a calore elaborata,ac velut ſuperaſſata ipſorũ eſſentia. In cõparatione ergo ad ſtringentium quidem,nõ parum ijs tenuiora ſunt medicamẽta amara,ut ad acria uero,craſſiora:quam ob rem neq; facile craſſos viſcoſosq́; humores pertranſeunt,velut ea,quę ſunt tenuiore eſſentia:nec incidere,perinde ut craſſiora,nequeũt.In medio aũt vtriuſq; exceſſus ſint oportet,q̃ inciſura ſunt,nẽpe ut neq; prompte penetrent perinde,ut flãma:neq; dum cunctantur tardantq́e,diſſecare non poſſint.Verũ de iſtis in ſequẽti libro,qui ex ordine eſt quintus,tractabitur.Nunc aũt tm̃ nouiſſe ſuffecerit,ꝙ qualitas oĩs amara calidis ſimul, ſiccisq́; ſubſtantijs accidit,& præter hæc tenuibus,& terrenis. Inaudiendum eſt aũt totum,quod dr̃,coniunctim,haud quaq̃ vtrunq; ſeparatim legendum:nam ſic pugnare cum terreno videatur tenue. Verum non ſimpliciter tenue, ſed ut in terrena conſiſtentia tale eſſe amarum aſſero, uelut calx, & cinis, & B quicquid exacte peraſſatum fuerit,cinisq́; redditum:fore aũt verius adſimiles fuligini, ac ipſius flammæ fauillæ,quippe q̃ guſtantibus apparet amara. Ergo craſſum,& terrenum eſt corpus,ferrum,ac lapis:fauilla aũt,& cinis tenue:Ignita itaq; ferrum,lapisq́e,calce,cinereq́; ſunt craſſiora,multoq́; magis,q̃ fauilla:ad hæc quoq; & calidiora.Sed ferro lapidiq; ignito,ea quæ ꝓ eroſionẽ interimunt medicamẽta,ſimilia ſunt: q̃ a corporis nimirũ calore huc perducuntur : velut chalcitis,myſi,ſori:ad hæc arſenicum,hydrargyros,lithargyros,& alia innumera.Craſſarum.n. ſunt partium id genus oĩa,ac ptãte calida:ac proinde temporis ſpatio accenſa,per eam,quæ eſt in aĩante mutationem,non aliter quã lapis,ferrumq́; ignitum uentrẽ,tum exulcerant, tum exurunt,cum.ſin corpus diſtribui præ grauitate haud poſſint. Iſtis autem ſubtiliora ſunt, tametſi & ipſa terrenæ ſunt conſiſtentiæ,calx,cãtharis,lepus marinus: quorum quædam vſque ad iecoris pertingunt regionem:quædam uero vſque ad veſicam,& pectus,in tanto interim itineris ſpatio igneam acquirentia naturam.Porro ariſtolochia,& iris his etiam ſubtiliores ſunt:quippe q̃ tum humidæ eſſentiæ,tum aeriæ,plus quã illa obtinent:quod hinc cõſtat,ꝙ neq; adeo ſint ſicca duraq́e,neque adeo grauia,quapropter,& deleterium effugere genus.Sane vero,& cãtharis, parce interim ſumpta,quibusq́e oporteat admiſta,prẽterquàm quòd veſicam nihil offendat, C etiam renes expurgat:immo,& quæ efficaciora conficiuntur ad urinas mouendas medicamenta,non nihil habent cantharidis.Sed de hiſce aliàs habebitur ſermo.

Quòd ſapor amarus inſit corporibus temperie ſiccis: & ſi plane amarus ſit eſculentus non ſit. CAP. 20.

Alexandri ſalsug.

AT amarus ſapor ꝙ ſiccis tẽperie corporibus inſit,hinc colligere licet, ꝙ & minime oĩum amara putreſcant:minimeq́; uermes,aliaque non nulla aĩalcula,qualia in radicibus herbisque,ac fructibus putreſcentibus prouenire ſolent, procreent:maxime namq; uidemus in humidis naſci corporibus uermes,ac putrilaginem. At,quæ exacte amara ſunt(uoco aũt ita,q̃ nulla ſenſu notabili alia participãt qualitate)oĩbus propè animantibus,nedũ hominibus, eſui inepta ſunt:quippe cum animal oẽ plus minusque ſit humidũ:amara autem, ſicca, haud aliter quã cinis & puluis.Itaq; neq; cinerem,neq; puluerem,neq; fauillã,neque calcẽ aĩa l ullum eſitat, neque eorũ,q̃ plane amara ſunt quicquã. Abſynthium enim nõ ſolũ amarũ eſt, ſed & adſtringit: marina uero aqua ſalſa potius eſt,quã amara , plurimum in ſe habens aquæ potabilis : id quod & ab Ariſtotele olim ſatis eſt demonſtratum.At aqua,q̃ eſt in lacu Paleſtinæ in caua Syria,quẽ alii quidem mare uocãt mortuum,alij ſtagnum bituminoſum,guſtantibus non ſalſa modo, ſed D & amara eſt.Salem uero etiam habet ex ſeſe natum?perinde amarum.Primoq; ſtatim aſpectu una cum uniuerſo mari tum candidior,tũ craſſior apparet,meræ ſalſugini ſeu muriæ, ſimilis:in quã ſi ſalem iniicias,ne liquari quidẽ etiã poſſit: plurimum.n.eius in ſe habet: ac ſiquis in eã ſe mergat, continuo ſale tenuiſſimo uelut cõſperſus undique emergere cõſpicit.Quapropter etiã aqua illa,q̃ cætera marina grauior eſt,idq́; tanto pondere,quãto fluuiali marina,Itaque ne ſi te ipſum quidem demittere uelis in profundum,deferri deorſum poſſis:ita attollit eleuatq́; aqua: non ſanè quia natura leuis ſit,quod quidã ueterum ſophiſtarũ prodidit,ſed, ut cenſuit Ariſtoteles, ꝓpter grauitatẽ,inſtar luti,quæ leuiora ſunt geſtãs.Proinde ſi hominem ligatis manibus pedibusq́; in ſtagni illius aquã conieceris,deorſum haud feret.Quin verò,ſicut naues in mari onera,plura,quã in fluuijs citra ſubmerſionẽ portare ualẽt,eundẽ in modũ in ſtagno mortuo multo plura,quã in mari,tãto.n.eſt q̃ in illo eſt aqua,marina grauior,quãto marina lacuſtri,aut fluuiali,ineſt.n.ei ſalis ſubſtantia,quæ terrea grauisq́e eſt.Ipſiq́e tibi marinã,ſi lubet, efficere licet, ſale in aqua fluuiali colliquato,cognoſcereq́e quãto grauior reddatur aqua eiuſmodi,quã ſit dulcis.Quin & modum iã inuenerunt,moderatã ad ſaliendum conficiendi*ſalſuginem,ſi ouum in ea uideatur natare:nam ubi etiamnum ſidit,ac nondum ſuper*ſalſuginis ſuperficiẽ innatat, aquoſa magis eſt & dulcis,grauiter uerò ſalſa eſt,ubi tãta eſt ſalis copia indita, ut amplius liqua-

ri qui poſtea adijcitur nequeat. Quã aquam ſi pendere non grauaberis, oĩum aquarum compe E
ries grauiſſimam. Itaq; ego qñq; inanẽ eſſe diutius cuiuſdã ambitionẽ oñdi, qui tantã in Italiam
maris mortui aquam deuexit, q̃ ciſternã implere poſſet: nã id ip̃m ego expedite p̃ſtiti, ſale pluri
mo in aquã potabilẽ conjecto. Longo ẽt grauiorem eiuſmodi effeceris aquam, ſi q̃ plurimũ ſa-
lis liquatũ ſub Canis exortum, vbi potiſſimũ æſtus iam fuerit ualentiſſimus, torreri ſiueris, haud
aliter q̃ in ſtagno bituminoſo: ſic. n. hæc aqua perinde, ut illa grauis efficiet: ac ſi ligatũ hoĩem,
aut aliud aĩal, in ipſam conieceris, inſtar nauis ſuper aquã feret. Quin vero & amarior protinus
quoq; eiuſmodi erit aqua, ſi decoquere ipſam in ignẽ lubeat: nã q̃quid ſalſum pluſculũ excal-
feceris, amarum tibi euadet. Sic & ipſius bituminoſi lacus aqua in caua, calida q̃; regione contẽ-
ta, dũ Sole torretur, amara efficitur: proindeq; æſtate, q̃ hyeme amarior eſt. Ac ſiquid eius hau-
ſtum in uaſe cauo, regioneq; aprica (quẽadmodũ nos effecimus) æſtiuo tpe deponas, continuo
amarior ſeſe reddita videbitur. Verum hæc oĩa ijs, quæ paulo ſuperius de amari gñatione dixi
mus, abunde ſubſcribunt. Cæterũ cuius gĩa oratio ad bituminoſum digreſſa eſt ſtagnũ, id non-
dum oẽ expoſitum eſt. Nullum. n. in eo neq; aĩal, neq; plãta ineſſe conſpicitur: immo cum duo
in eum fluuij confluant longe maximi, piſciumq; copia ſcatentes, maxime qui prope Ierichon
tem fluit, quem Iordanem noĩant, nullus oĩno piſcium fluuiorum oſtia excedit: ac ſi captos q̃s F
in lacum inijciat, celeriter mori cõſpicit: adeo eſt oĩbus tum hoĩbus, tum plantis, inimicum, qđ
exacte amarum eſt, & quod ſquallidum pariter, & ſiccum eſt, atq; natura velut ſuliginẽ ab exaſ
ſatione referens. Quanquam ne illius quidem ſtagni aqua exacte amara ſit: quippe cum nec ip
ſe ſal: uocant aũt eum Sodomenum, a circumiacentibus ſtagnum montibus, quos Sodoma ap-
pellitant: multiq; ipſum accolæ ad oĩa, ad quæ nos alio utimur ſale, accommodant. Vis eius nõ
modo plus q̃ cuiusvis alterius ſalis exiccatoria eſt, ſed & extenuare nata, quia, ſ. pluſquam alius
exaſſatus eſt. † Omni. n. ſali obſcura quædam adſtringendi uis ineſt, qua eas, quæ condiunt car-
nes conſtringit, denſatque, potiſſimum vbi durus, & minime fragilis extiterit. Talis eſt exactiſſi-
mus quidem foſſilis fere omnis: minus aũt illo marinus: tum, qui multis in locis aquis leuiter
ſalſis areſcentibus prouenit, tertium locum obtinet, abſtergere magis quã adſtringere cõtrahe
req; potens: Proximas his vires habet Sodomiticus, æque atque marinus durus: cęterum ob ad
miſtam amaritudinem, facultatem ualentius abſtergentem, ac digerentem, quàm marinus poſ
ſidet. Sic & nitrum ipſum, & ipſius ſpuma, & quod compoſita appella ione uocatur aphroni-
trum, cæteris magis extergere poſſunt, nempe quia minime adſtringunt, & exacte ſunt amara.

¶ Co græci mul-
tum ab hac trala
tione variãt, hic
autem interpres
veteré tralatio-
né imitatus eſt.

Quòd ſapor ſalſus calidus ſit, & terreſtris, eaq; ratione quadantenus ſapori G
amaro ſimilis. CAP. 21.

ETenim" propinquus eſt ſapor ſalſus amaro: quippe terreni ambo ſunt, & calidi nõ obſcura Alias pag. fol. 92
tñ diuerſitate diſſidẽt, q̃ uidelicet amarus a calore arido plus ſit extenuatus, & elaboratus.
Sic in gñe ſalis, qui durior eſt, & denſior, terreſtriorq; qualis fere eſt uniuerſus foſſilis, minus ca
lidus eſt, ſubtiliumq; minus partiũ: q̃ vero rumpi facilis, laxusque, tenuior ſimul & calidior eſt:
in quo gñe eſt, & qui ſubamarus eſt, mediam quodammõ naturam inter ſalem durum & aphro
nitrum obtinens. Sanè & inter aphronitra quædam ſunt duræ craſſæq; eſſentiæ, quæq; nec faci
le liquari in aqua queant. Verum de prauis non eſt in hoc loco nobis ſermo, ſed de ijs, quæ iux
ta nois rõnem eſſentiam hñt ſpumoſam, qualis vtique eſt, & ipſa nitri ſpuma. Eſt. n. ea omnium
mõ dictorum tenuiſſima, velut & aſiæ petræ flos: multum. n. & hic quoq; tenuis eſt, ſed aphroni-
tro minus calidus. Quare uriq; carnium excreſcentiã minore cruciatu colliquat: mordicat autẽ
eas nitri* ſpuma: mordicat vero & aphronitrum: nec ſecius quoq; & ip̃m nitrum, tametſi illis
ſit minus calidum. Verum ſupra monuimus, eſſentiam craſſam plus erodere, ubi nimirum calo-
rem quendam nacta fuerit. Nulla. n. eius pars ſine cruciatu celeriterq; tranſit, ſicut eius, quæ ſub
tilis eſt: verum retenta, & immorans, ac tardans, pluſculoque tempore uni corporis noſtri parti H
culæ inhærens, haud immerito moleſta redditur, inſtar pali carni infixi.

A* Al. flos.
B † εἴρηται τὰ
ἐπὶ ἴσης.
C † In cod. græ-
cis impreſſis le-
gitur καὶ τοῦτό
τέ ποτ' οὐδέ
ποτ' ἦν εὐῶδες,
οὐδ' ὡς φάρ μακον
ἡμῖν ἡδύ. i.
tametſi amarum
nunquam odora
tum eſt, neq; vt
medicamen no-
bis ſuaue.
Cod. autem anti
quiſſimus hét,
καὶ τοι τόγε πι-
κρὸν οὐδέ ποτ'
ἦν οὐδ' ὡς φάρ-
μακον ἡμῖν ἡδὺ
i. tametſi amarũ
nunquam ſanè,
nec ut medica-
mentum eſt no-
bis ſuaue. Vetus
autem tralatio,
ita habet verum
tamen res amari
ſaporis non ca-
dit ex caſu dele-
ctabili in al quã
horã, nec ſecun-
dum uiam medi-
cinæ, nec ſecũ
dum uiam cibi.

Quòd odorata omnia calida. CAP. 22.

CAeterum, ubi de ſaporibus oĩbus, b † q̃ conuenire uiſa ſunt, expoſuimus, ‡ reliquum fuerit
de vaporibus differere: quippe cũ huius ſenſibiliũ gñis gratia, odoris ſenſum natura crea-
rit. Sanè pleriq; ſimiliter ſaporibus nos afficiunt. Siquidẽ acida oĩa, & ante iſta ipſum adeo ace
tum ſimiliter odoratum, guſtumq; mouet: tum acria quoque, uelut allia, cæpe, & ipſa non minus
quã guſtũ, odoratũ quoq; offendunt, mordicãtque. Sic in alijs ſingulatim ſimilis propemodum
eſt odoris ſenſus ſenſui guſtus. Itaq; quorundam corporum, ẽt non guſtãtes, qualitatem cogno
ſcimus, veluti fimi: proinde oĩno ne guſtare quidem aggredimur, quia. ſ. admodũ fides habea-
tur odoratui. Quin ẽt ſi qua boni odoris edulia, putrilagine corrupta, odore nos ſuo offendunt,
protinus ea abijcimus, haud guſtare dignati. Fereq; in oĩbus mutuo conſentiũt odoratus, & gu-
ſtus: attamen in odore ſuauiſſimis, velut roſa, plurimum differunt diſſidentque, tm̃. n. abeſt, ut gu
ſtantibus ſuauia ſint, ut amaritudinem non paucam præ ſe ferant, c † tametſi amarum nunquam
odoratum eſt, neq; vt medicamen nobis ſuaue, neq; ut cibus. ‡ Quænam igitur huius ſit diſſonan
tiæ cã, licet Theophraſtus quæſierit, tamẽ præſtiterit, & quę nos de ea cognoſcimus exponere.

Amari

A Amari ſaporis gñationem ex dulcibus a calore extenuatis prouenire iam clare docuimus, apparuitq; calidiora ſimul, & tenuiora tẽperie eſſe amara, quã dulcia. Sed, & odoris sẽſus in ipſis cerebri eſt uẽtriculis, uelut & id quoq; alibi a nobis demõſtratũ eſt, & odorabiliũ uaporoſa eſt ſubſtãtia. Ea.n.quę a corporibus defluunt, ambiẽti permiſta, ac deinde per nariũ inſpirationem in cerebrum delata, ſenſum mouent. Recta ergo rõne, quæcunq; † odorata, eadẽq; & calida ſunt, quippe cum uaporum copia a calore proueniat: non tñ protinus, quicquid odoratum eſt, ſuaue eſſe colligitur: ſi quidem non oẽ id ſpiritui in cerebri uentriculis contento familiare eſt. Etenim quemadmodum qui linguæ obueniunt ſapores, ij qui familiariſſimi, ijdem & dulces erãt: qui verò non familiares, cõplures hẽbant dſias: ita odores, qui familiares ſunt cerebri ſpiritui, ijdem & grati ſunt, & ſuaues: qui uero non familiares, multis dſijs a ſeſe mutuo diſſident: cæterum non oĩbus impoſita ſunt noĩa, perinde ut ſaporibus. Dicimus.n. quippiam acidum acrẽq; habere odorem, ſed auſterum, acerbum, ſalſum, aut amarum haud ẽt dicimus. Verum in haſce duas appellationes odorabilium pleraq; reducimus, beneolentia, & graueolentia appellãtes: beneolentia quidem proportione quadam ad ea, quæ linguæ ſunt dulcia: graueolentia uero ad ea q̃ non dulcia: uno.n.noĩe totũ hoc in ſaporibus genus appellari nequit. Videtur autem a B corporibus non odoratis, aut oĩno paucum defluere, aut quod pro mole ſua ſit immoderatum, ſicut in ijs, quæ exacte tum ſalſa, tum acerba ſunt. Exacte autem cum tale, aut tale quid dicimus, ſyncerũ, & quãtum fieri poſſit, alterius qualitatis expers dicimus. Siquidem craſſa vtriſq; eſſentia eſt, & ad hoc acerborum etiam frigida: quare veriſimile eſt, quod ab ijs defluit, paucum eſſe, & craſſum, & mole ſua terreum, ac proinde per inſpirationem in cerebrum non inciderc.

† Al. uaporoſa, omnino.

Quòd neque ex odore, neque ex colore certum quid definiri de medicaminum temperie poſſit. CAP. 23.

ITaq; haud tutum eſt ex odore de ſenſibilium tẽperatura conijcere perinde, ut ex guſtu. Nam quæ odore carent, craſſam quidem eſſentiam obtinent: cæterum q̃ ſit eorum in calore frigoreq́; natura, id vero nondum conſtat. At q̃ odorata ſunt, tenuia utique ſunt quadantenus, & calida: uerum eius tenuitatis caliditatisq́; quantitas haud ẽt indicatur. Porrò maxima potiſſimaque cã, quamobrem in odoratis nihil euidens de temperatura indicari queat, inæqualitas eſt ſubẽ: de qua ſæpenumero verba mihi iam habita ſunt, vbi demonſtrabã corpora pleraq; diſſimilari eſſe ſubſiſtẽtia. Ac nunc quoq; ẽt claritatis gratia unũ exemplum proponam, nempe Roſam, quæ non ea modo rõne diſſimilaris eſt, qua pars quidem eius continet, pars vero contineẽ (cõ C tinens quidem durum & terreũ, quod continetur ſuccus eſt humidus) immo, & ſucci ipſius tria ſunt excrementa quemadmodũ ſupra neceſſarium eſſe demonſtratum eſt, unum terreum, quale eſt in vinis fæx: alterum aereum, quod ipſum quoque uini flori proportione rñdet: tertium aqueum, quod in omnibus bullitionem efficere corruptionemque diximus, ubi nimirum, neq; deuictum, neque plane alteratum ebullitionis tpe fuerit. Sane huius excrementi gratia quidam ſuccos non niſi coctos reponunt, alij in Sole feruenti præſiccatos: nam terrei aerijq́; gratia non admodum corrumpendos metuunt, cum ea, & ſeparari uideant, ægreq́; corruptibilem ſortita ſubam, quandoquidem temperamentum nacta ſunt ſiccum. Sed de iſtis ſupra abunde diſſeruimus. Cæterum in roſæ natura aliud guſtantibus acerbum eſt, quod terreum, ut ſit, & craſſum frigidumque, neceſſe eſt: aliud uero amarum, quod tenue eſt, & calidum: & tertium in ijs aqueum, neceſſario quidem frigidum, ſed in tenuitatis craſſitudiniſque oppoſitione quadantenus ſummorum medium: cuius miſtura, neque ipſum illud acerbum, neque ipſum amarum, ſummè eſt tale, quale dicitur: qualitates.n.oẽs exoluit aquei admiſtio. Ipſum itaque hoc aqueum elaboratum, extenuatumque, atque excalfactum quodammodo videtur, ac proinde facile in uaporem ſolui, & hac ratione roſa tum odorata eſſe, tum celerrime reſiccari. Atq; hæc oĩa de eo ex guſtu Al. 1. tit. 3. fol. 93. D conijcias: at per odorem haud æquè: quippe cum non æquè oẽs eius partes euaporent, nec per inde ſenſum moueant. In guſtu autem omnes ſimiliter guſtabilium corporum particulę in linguam incidunt, ſenſumque mouent pro ſua natura ſingulæ. Quare certum tutumque, ut diximus, non eſt, de tota medicamentorum facultate ex odore coniicere: nam ea ſola agnoſci pñt, quę modo poſuimus. Multo minus ex coloribus de medicinarum virtutibus colligere quid valeas: quippe cum in ſinguli s coloribus calida, frigida, humida, ſiccaque reperias, quemadmodũ in primis huius operis commentariis oſtendimus. In quoque tamen ſingulatim genere, aut ſeminis, aut radicis, aut ſucci ex colore indicationem quandam liceat ſumere: utpote cępa, ſcilla, vinum, quanto fuerint albidiora, tanto & minus ſunt calida: quæ uero ſubflaua, fuluaque, calidiora. Idem uſuenit tritico, milio, ochris, phaſelis, ciceri, ireos radici, aſphodelique, aliisq; cõ pluribus: in quoque enim genere in uniuerſum fulua, flaua, rubraque omnia albis ſunt calidiora. Itaque etſi hinc quoque de medicamentorum viribus coniectura fieri queat, tamen ſermoni adiiciatur, optimum ſane eſſe (ut dictum, & oſtenſum ſæpenumero eſt) per experientiam diſcretam facultates inuenire, in hac enim falli non poſſit quanquam prius, quàm experiẽtia virtutem agnoſcas, guſtus pleraque indicet, pauculum etiam (ut dictum eſt) approbante ipſo odore.

GALENI DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM FACVLTATIBVS LIBER QVINTVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

De reliquis agit principijs earum facultatum, quæ poſt primas calfaciendi, refrigerandi, humectandi, & ſiccandi, medicamentis inſunt, & ex operibus, quæ edunt in corpus, denominantur.

Recapitulatio prædictorum, quæ veluti ſuppoſitiones addicenda erunt. CAP. 1.

Vintum librũ De ſimpliciũ medicamẽtorũ facultatibus orſurus, ea primũ repetam, quæ ſupra demonſtrata in rẽ pñtem cenſentur accõmoda, sũpto ab elemẽtis principio, a qua videlicet, igne, aere, ac terra: quæ nõ nul F
li a qualitatibus denoïantes, humidum, calidum, ſiccum, & frigidum eſſe aiũt. Sũt ergo qualitates hæ, humiditas, ſiccitas, caliditas, frigiditas. Quæ A l.1.t.144 fol.94.f
verò ab illis denoïantur corpora, ea ſunt tum cõia oĩum elemẽta, tũ ea q̃ per harũ excellẽtiã, aut humida, aut ſicca, aut calida, aut frigida nũcupãt: tum ea, q̃ ad conueniẽs, ſiue ſymmetrum gñis eiuſdem, aut ſpeciei conferuntur: quæq̃; ad quiduis obuium. Sanè de horum dr̃ia frequenter tractauimus. Nec minus diximus, quatenus differat nutrimentum a medicamento: & ꝙ nutrimentũ uincitur, ac ſuperatur ab eo, quod nutritur: medicamentum autem contra: ipſum.n. uincit, atq; ſuperat corpus, cuius fuerit medicamentũ, quippe cũ vtriuſq; referatur ad aliquid notio. Oſtenſum p̃terea eſt medicamentũ alterare natũ eſſe, aut una quapiam qualitate, nempe aut calfaciẽdo, aut refrigerãdo, aut humectando, aut ſiccando, aut dictorum coniugatione quapiã: aut tota ſua ſubſtãtia, ſicuti complura deleteriorũ, ſeu lethalium medicamentorũ, nec pauca alexiteriorũ, ſeu amuletorum, tum purgantia oĩa, ac pleraq; eorum, q̃ epiſpaſtica, hoc eſt attrahentia nũcupant. Sed de iſtis, q̃ reliqua ſunt, infra adijciam. Quæ uero una duabusve qualitatibus in vniuerſum corpus noſtrum agunt, ea hoc in libro exponã, rurſum hic ſumpta hypotheſi ſuperius demonſtrata, ꝙ simpliciũ G A.l.1.t.11.c.1. fol.91.e
medicaminum pleraq; diſſimilarium ſint partium, req̃; uera compoſita, cæterum appellãt ſimplicia, ꝙ cuiuſmodi ſunt, talia natura ſint, nec quicq̃ ex noſtra induſtria aſſumpſerint: quin etiã ꝙ quædam craſſarum ſit partium, & terrena ſuis ſubſtantijs, quædam tenuia, & aerea, alia uero aquea, & dictorum media. Hæc cum ſint ſuperioribus libris demonſtrata, hypotheſes mihi
* ὑποκειμένων. ſunto ad ea, quæ nunc dicenda ueniunt. His ergo* propoſitis ordienda iam oratio eſt.

De uſu medicamentorum. CAP. 2.

VSus eſt frequenter hominibus medicamentorum ob id ipſum tantummodo, ut aut refrigerent, aut humectent, aut calfaciant, aut ſiccent, aut per coniugationem horũ quid agant. In A.l.1.t.144 fol.94.f
terim vero, ut quod ſupra modũ laxatũ eſt contendãt, atque contrahant, aut quod intẽſum eſt laxent: aut quod condenſatum eſt rarefaciant, aut rarum condenſent: aut durum emolliant, aut immodicã mollitiẽ ad duritatẽ reuocẽt; aut plenum euacuent, aut uacuum impleant: aut generis eius aliud quid agant. Nam quiſquis perfrixerit, nõ medicus tm̃, ſed quiuis ẽt ex plebe ab ipſa rei natura ductus calfaciens medicamen inuenire deſiderat: aut ardenti febre æſtuans, qđ refrigeret. Sic priuatus quiſpiã ſi vlcus habeat nimis molle ac humidũ, id medicũ deſiccare iubet: aut ſi ſiccum, & exuccum, humectare. Quin etiam cum ſiccitatem pariter atq; caliditatem toto H
corpore percipiunt, ceu & q æſtuãt, ſiue uſti ſunt, & qui defatigati ſunt, lauari expetunt, frigidam q̃ bibunt, tum quicquid refrigerare ſimul, & humectare põt, ſtudioſe exquirunt: votiq; ſæpe cõpotes fiunt. Atq; ipſa natura duce eorũ remedia pleriq; idiotarũ inueniunt: at phlegmones, ſcirrhi, œdematis, eryſipelatis, putredinis, herpetis, gangrenæ, nullus ex illis ſibi remediũ pueſtigandũ ſumit, tanquã vnũquodq; eorum maius iã ſit quã pro captu hominis plebei, ac ſciẽtiã requirat uenerabiliorem. Eam ſcientiam nuncupãt Medicinam, & qui eam exercet, Medicum: atque hucuſque, & ipſi procedunt, ut ſciant ulcus cauum carne impleri, ſordidum purgari debere, æquabile cicatrice induci: non tamen norunt quid carne impleat, quid purget, quid cicatrice inducat. Sic ſane ẽt ſi muſculũ habeãt durum, ac tenſum laxumve, ꝙ duro quidem mollientibus ſit opus, tenſo autem laxantibus, laxo vero contendentibus, id ſatis perſpiciunt: nõ tm̃ compertũ habent medicamentum, quod aut emolliat, aut laxet, aut contendat, ſed ea inuenire opus eſt medici. Siquidẽ inuenias ex plebe quoſdã, qui nõ ſecus atq; medici medicamentorũ pollẽt inuentione, ſed hactenus, dum calida modo, ac frigida, humida, ac ſicca perquiruntur: verũ in iis, quæ modo dicebamus, prorſum rudes reperias. Tametſi, ceu ante monuimus, haud omnium tum calfaciẽtium, tum refrigerantium, tum humectantium, atque exiccantium, æque facilis eſt

atque

A atq; expedita inuentio. Quippe q̃ napy, pyrethrumq́; excalfaciunt,& portulaca, ſolanũq́; refri
gerant,tum aqua & oleum humectant,& acetum,& marina aqua deſiccant,penè oĩbus nõ me
dicis duntaxat,ſed & idiotis confeſſum eſt: At roſaceũ an ne calfacere,an refrigerare dicendũ,
ſimiliter acetũ,oleum,& eius generis non pauca,ingenti controuerſia iactata ſunt. Verum de ta
lium facultate in quatuor ante hunc libris diſputauimus,In primo ac ſecundo ſophiſtarũ redar-
guentes epicheremata,§ſeu in utranq; partem rõcinationes:§monſtrãtesq́ue,uerã methodum,
cuius quis ductu medicamentorũ facultates inueniat. In tertio miſſis ſophiſtis, oẽs ab initio lo-
gicas expoſuimus qõnes, quibus maxime inſiſtas, quibusq́ue, vt ſic dicã, artificioſe efformatus
idoneus ſis ac ſufficiens, qui medicamentorum omnium facultates inueſtiges. In quarto de pro
prijs linguæ ſenſorijs diſſerui, quos ſapores appellitant, id indicans, quo pacto hinc orſus pri-
mas inuenias tũ qualitates, tũ facultates. Attigi porrò ẽt in extremo libro qualitates odoratus,
docens quantum itidem & hinc iuuari queas ad primarum inuentionem facultatum. At in hoc
quinto libro aliud mihi propoſitum eſt facultatum genus expromere, quas uocare potes ſcũdas,
ac tertias poſt primas, & oĩum cões. Siquidem cum particulatim vnumquodq; non pari mõ
ex illis temperatum ſit, aliud, puto, ex ijs laxatorium euaſit, aliud intenſorium: aliud emolliens,
B aut indurans, aut rarefaciens, aut condenſans. Tum ex operibus, q̃ edere nata ſunt, facultates
in ſe hĩe dicta ſunt rarefaciendi, condenſandi: emolliendi, indurandi: illinendi, extergendi: at-
trahendi, repellendi: ad hæc laxandi, contendendi: ora reſerandi, ac contrahendi: incraſſandi,
extenuandi: dolores ſedandi, ac ciendi, illas ἀνωδύνους, has ὀδυνηρὰς noĩant: concoquẽdi, puris
mouendi: digerendi per halitum, ſudoris prouocandi: ſoporis conciliandi, ſtuporis accerſẽdi:
aĩum alienandi, §ecſtaticas nuncupant: §putrefaciendi, vrendi, erodendi, cruſtã faciẽdi: funden
di, denſandi: ſuccũ prauũ procreandi, attẽperandi: purgandi, ſiſtendi: exaſperandi, leniendi: in-
farciendi, farctu liberandi. Ac cũ vlterius ẽt procedunt, ac propè particulatim opera appellant,
vrinas ciendi, uomitus proritandi, ſubducẽdi vẽtris, ac lubricandi, p̃ nares, & os purgãdi §quas
ῥέβεινους, & apophlegmaticas uocant, §menſes mouendi, aut cõprimendi: ſimiliter lactis, ac ſemi
nis tum generandi, & extinguendi, tum prouocandi, & reprimendi: Magisq́; ẽt cum a iecore he
paticas, a liene ſplenicas, ab auribus oticas, ab oculis ophthalmicas, a dentibus odonticas, a co
xa iſchyadicas, a renibus nephriticas, a pedib⁹ podagricas, ab articulis arthriticas, a coſtis pleu-
riticas, a tuſſi bechicas, & à calculis cõminuendis λίθων θρυπτικὰς facultates uocitant, ad particu
lares perueniunt. Pari mõ quẽdã dicta eſt a procreãda in vlceribus carne facultas ſarcotica, ab
C inducẽda cicatrice epulotica, a glutinãdo colletica, a purgatione cathartica, ab excreſcẽtia car-
nis detrahẽda cathæretica: fereq́; numerari nequeãt oẽs particulatim facultates, ſi ab unoquo
que ſingulatim eorum, q̃ perficiunt, deflexa illis imponere noĩa aggrediant. Sed p̃clarius ſane,
ac methodo dignius eſt, ſi miſſam facientes oĩonem tum prolixam, tum confuſam, commodis
ſpeciebus cõpoſitas*medicamentorum facultates cõpendio definiamus, non puris mouendi, * Al. conſuetas.
aut mitigandi, aut doloris ſedandi, aut per halitum digerendi, aut laxandi, in triticeæ farinę cata-
plaſmate facultatẽ ineſſe dictitantes, ſed modicè tũ humidã, tum calidã: ſuperius nanq; dictũ
eſt, in quo ſigñato eiuſmodi dictionem efferamus. Similiter non urinas, aut mẽnſes prouocans,
aut bechicũ eſſe medicamen: aut pleuriticis, aut peripneumonicis, aut purulentis §quos ἐμπύους
uocant §congruere: aut morbis comitialibus, & ſpaſmis, & palpitationibus, & tremoribus, & ru
ptionibus, & ſpaſmatibus prodeſſe: neq; carne implere, aut purgare ſinuoſa ulcera: aut lateris,
iecoris, lienisve dolores ſeda re: neq; chœradas diſcutere, aut ex oſſibus carnes educere: ad eun
dem modũ, neq; genituræ profluuio congruere, aut in uteri fométa vtiliter miſceri emollientẽ,
& reſerantẽ: quin nec q̃ nęruos, & ephelides detergeat, & inueteratũ capitis dolorẽ ſanet, aut
D fœtum corrũpat detrahatq́ue: Sed ſufficit hactenus dixiſſe calidã, hactenus ſiccam, & eaten⁹ te-
nuium partium illis obueniſſe temperiẽ: ſicq́ue tum oĩa, quæ nunc memorata ſunt, tum longe
item plura indicaſſe: quin alio quoq; mõ de ea dixiſſe ſat eſt amarã eſſe, ſed non extreme, immo
ita ut dulcedo quædã admiſta appareat. At primus doctrinæ modus empiricorum proprius eſt:
ſecundus virum potiſſimum rationalem decet: atque hunc mihi nunc exponere ſtatutum eſt.

De pus mouentibus, atque emollientibus medicamentis. CAP. 3.

CAeterũ uniuerſa ea, q̃ quatuor ſuperioribus libris ſunt dicta, propria ſunt ipſius de medica
mẽtis ſpeculationis, niſi ſi qñ per affinitatem curandi methodum ſermo attigit: At, in quo
nunc verſamur, ad illã magis pertinet: qua p̃ p̃ ſæpe conſilium mihi fuit, oĩno intactum præteri-
re. Verum, qñquidem uiſum eſt præexercendos eſſe eos, qui aſſequi deberent curandi rõnis in-
tentiones: & pleriq; ex amicis, potiſſimumq; ij, quorum in gratiam hunc tractatum conſcribe-
re ſum aggreſſus, ita me facere cenſuerunt: idcirco ſermonem hunc hoc in libro abſoluam, ſum
pto exordio ab emollientibus, & pus mouentibus, Cũ utraque ſint calida, humidaq́ue, diuerſo
tamen utraque modo: hæc. n. ceu ſimillimũ corpori in pus mouendo calorem producentia, abſ-
que ulla exiſtentis in eo humiditatis, aut conſumptione, aut adiectione: illa uero ceu maiorem,
quam pro natura accendentia, ac non nihil quoque humiditatis contrahentia: Porrò perſpi-
cua eſt notaque omnibus pus mouentium notio: ſiquidem ſuppuratio in pus eſt mutatio.

Tribus

Tribus modis dicitur molle, & durum, partim vt extreme tale, partim vt per excellentiam, partim ut E
ad ſymmetrum generis eiuſdem, aut ſpeciei, aut quidvis obuium. CAP. 4.

SEd de emollientibus medicamentis, ipſaq; adeo emollitione, nō perinde ſimpliciter loq li cet, quia videlicet, nec de duro molliq; corpore. Siquidem partim abſolutè durum dr̄, ut ter ra: partim per exceſſum, vt vnguis, calcar, cornu: partim ad ſymmetrum ſui gñis, aut ſpeciei, ut hoc aīal, puta elephas, aut hic hō, puta Hercules: partim ad quidvis obuium collatū, ut Dioge nes ad Ariſtotelem. Pari modo dr̄ molle, aut ut ſumme eiuſmodi, aut per exceſſum, aut ad ſym metron ſui gñis, aut ſpeciei, aut ad quidvis obuium. Quòd vero tripliciter quoque id genus oīa dicere liceat, partim ut a miſtura aliena, ſummasq; hñtia qualitates, à quibus nuncupata ſunt, partim ut ad ſymmetron ſui gñis, aut ſpeciei, partim ad quidvis obuium collata: & ꝙ nihil retu lerit, illo, an hoc mō dixerit: frequenter mihi oñſum eſt. Omiſſis itaq; cæteris ſigñatis, de molli bus duriſque, ut ad optime comparatum hoīem, contemplemur: quem ſanè regulam, ac menſu ram ſtatuimus oīum quæ eum in modum dñr: nec tñ ad illius partem quamcunque, puta os, adi pemve, ſed q̄ temperie media eſt, nempe cutem, maximeq; eam, q̄ in manibus eſt, vbi perfecta eſt tangendi potentia. In unū autem redit, ſi qd̄ per exceſſum ad totam ſubam dr̄, ſic molle du rumq; appellites, qñquidem medium quoddam eſt tactus noſter: uti & Ariſtoteli uiſum eſt, & F Plato quoq; ſenſiſſe vr̄, cum ait, Dura quidem, quibus caro noſtra cedit: mollia uero, quę cedūt carni. Nam cutem hoīs eo ipſo in libro, Timęo. ſ. genere eſſe carnem oſtendit. Quin & Ariſtote les cum ait molle eſſe, quod in ſe cedit, durum quod non cedit, idem quod Plato ſenſiſſe uideī, & maxime ꝙ ad tactum ea iudicanda cenſet, tanquam ad medium. Quod vero in comparatio ne ad quidvis obuium durum eſt, ac molle, id in eo ꝙ magis minusq; cedat, aut non cedat, iudi cari videtur. Quin & ipſam cutem noſtram, aut muſculum, aut partem aliquam quamlibet cū in duratam dicimus, cum naturali eius ſtatu aduentitium affectum conferentes, ita nominamus. Sanè corporum hoc pacto affectorum ad ſtatum natutalem reditus emollitio eſt.

Quot modis fiunt dura: Nempe aut reſiccatione, aut concretione aut nimia
impletione, aut harum coniugatione quapiam. CAP. 5.

POrrò cum variè quidq; durius efficiaī, nempe aut ſicceſcens, aut concreſcens, aut nimia re pletione adeo, vt uehementer diſtendatur, aut coniugatione quapiā, ſequitur ut & propria, ſuaq; cuique emolliendi ſit rō. Itaque de oībus deinceps diſtinguamus, interim illud prius com monefacientes, noīum uerborumq; copiam plerunq; non eſſe indecoram, ſed potius eius cōn trarium eſſe illiberale, qñ. ſ. non eſt neceſſe de illis diſtinguere. Nam ita & Plato prodidit. Et no G bis in pñs neceſſitas incumbit de duri ſignificatis definire, principio rurſum ab ijs deſumpto, quæ modo dicere deſijmus. Nam quod in ſe cedit, molle eſt, ſiquidem corpus ſimplex fuerit: ſi quidem, qd̄ ex pluribus conſtat, aut ſeſe contingentibus, ſicut tritici aceruus: aut inuicem impli catis, ut lana & pili: ſimul & cedere pōt, nec tū eſſe molle. Contra in ijs, quæ ſummè plena ſunt, velut utres, veſicæque, neutrū latus in ſe cedit, nec tñ quod cōtinetur durum eſt: ſicut nec qd̄ cō tinet ubi impletū eſt, durius ſe ipſo euaſit, aut aduentitiū alium affectū eſt adeptū, niſi quòd nūc tenſum eſt, qd̄ hactenus fuerit laxum. Quam ob rem ego id renitens, ſ Græce ἀντίτυπον ſ non du rum appello, qñ nimirum accuratius loqui ꝓpono: permitto tñ qui velit durū appellare: quin & ipſe perſæpe ſic nuncupo. Sed illud tñ moneo, non unam eſſe induratorum naturam, neque vnam medelam: nam quod a ſiccitate induratum eſt, humectari poſtulat: quod vero a congela tione, excalfieri: quod aūt a repletione, inaniri: qd̄ deniq; a ſiccitate ſimul, cōcretione que, hume ctari ſimul, ac concaleſcere: quod uero a cōgelatione pariter, & impletione, pariter quoque, & calfieri, & euacuari. Siccantur itaq; corpora citra congelationem, tum in validis exercitijs, tum in Sole feruenti, tum in inedia ingenti, tū in febre ardenti, & medicamentis, q̄ ita ſiccant, ut non refrigerent quoque. Congelantur a vehementi duntaxat frigore: ſicut ſanè & implentur a largi H tñ humoris affluxu: At ſiccantur ſimul, & congelantur, coeuntibus, q̄ ſimul conuenire pñt cau ſis, ut ſi quis ſupra modum laboret in frigore: Sic quoq; replentur ſimul, & congelātur ab influ xu frigido, aut partis refrigeratione. Frigoris rurſus ipſius cā triplex eſt: Vna foris incidentibus, puta aere, aqua, medicamento, quod ſæpe factitant in eryſipelatis: altera eſt propria patientis particulæ temperies: tertia ab influente in ipſam humore prouenit: nam is ſæpenumero ſe ipſo calidior effectus eſt, aut putreſcens, aut contactu calidarum natura partium altera ſcens: cum in terim, quod partibus natura frigidioribus affricuit frigus, plurimo perduret tpe. Atq; tot quidē modis corpora, tum indurantur, tum molliuntur: At medicamen emolliens ſ Græci uocāt μαλα κτικὸν ſ non de omnibus his modis efferre uidentur, ſed peculiariter de ijs, quæ cōgelatione in duruerunt, magisq; etiam ſi in eis contentus ſit humor præter naturam, uelut in ſcirrhoſis. Quip pe ſi a ſiccitate indurueri, humectare potius, non mollire id præcipiunt, ſicut impleta euacua re, non emollire. Sed de nominibus, neque contendere honeſtum eſt, neq; curioſum eſſe eſt ne ceſſe: verum rerum inſiſtere diuerſitatibus præſtat: in quibus ſiquid peccatur, ingens ægrotis damnum malumq; prouenit. Itaq; quod reſiccatum eſt, humectātia poſcit remedia, de quibus ſupra abundè diſſerui. At qd̄ a frigore congelatum eſt, excalfacientia poſtulat: quæ nec ipſa ob

Alexan. folgh

ſcura

A scura sunt. At quod impletum est, aut refrigerantia requirit, aut excalfacientia, aut quæ propriè uocantur siccantia: vniuersa siquidem hæc humorem superfluum euacuant, sed sua, ac peculiari quodq; ratione: frigida quidē duobus modis, nēpe repellentia, simulq; cū calore multa educentia humiditatē, sicut Aristoteles docuit: quæ uerò excalfaciunt, dum contentum in calescentibus corporibus humorē in uapores dissoluunt: quæ aūt desiccant, velut quæ uocātur diaphoretica, hoc est per halitum digerentia, & ipsa duplici ratione, aut humores ebibentia, cū poris quibusdam insunt, aut totam alterantia partem. Verum qñ tēpestiuus, cuiusq; sit usus, non est prīs negocij definire, sed ad curādi attinet methodum. Quæ uerò à frigore pariter, & siccitate indurare, ea excalfacere pariter, & madefacere expedit, non sicut pus mouentia, calore, & humiditate secundum naturā attēperatis, sed tanto esse medicamen expedit calidius, quanto exuperauit frigiditas: tantoq; humidius, quāto & uicit siccitas: in quibus mensurā finire ad curandi itidē methodum pertinet. Sufficiat aūt hic medicamentorum speciei formulam quādam exponere, idq; pauculis exemplis. Igitur oleum, & aqua calida humectant simul, & excalfaciunt. Quod si ambo in unum misceantur, multo magis, tum excalfaciet, tum humectabit, qnod ex ambobus erit mistum, sicut aquæ potabilis *balnea cum oleo copioso* exhibita. Idem efficit eduliorū qualitas, si

B similiter habeat. Itaq; ingentis famis, quam βούλιμον nomināt, illiusmodi sunt remedia: est.n. ea affectio frigiditas iuncta siccitati, & sanatio eius per contraria perficitur. Enimuero catapla sma quod ex farina triticea conficitur, in temperatis naturis pus mouens, nec quicquam naturalis partium humiditatis aufert, qđ quidem relatu sit dignū, multoq; magis, nec apponit: sicut nec calorem intendere pōt, nec hebetare, sed tm̄ in substantia ipsa augere. Cæterum non idem est, qualitatem intendere, & augere substantiā. Sed hæc paulo post accuratius ostēdam. Attamē id genus medicamenta humida calidaq; dicimus, non ceu calidiora humidioraq; quàm nostra sit substantia, sed ceu similem habentia nobis temperiem, quæ calida & humida est iuxta ueterum sermonem, uelut in libris De temperamentis ostendimus. Nec tñ, sic aquam humidam, aut* galbanum calidum dicimus: sed illam, tāquam quæ carnem nostram riget, hoc tāquam quod calfaciat. Nam, rametsi aqua calida euacuare partes, quę per humorum influxum contumuerunt, ualeat, similares tamen saltem omnino humectat, sicut in primo libro à me monstratum est.

*Lauacra.

* *Non est in græco & intelligēdum est de potu. ut appareret etiā ex interpr. antiquo.*

* Vetus interpres legit ignis.

De medicamentis pus mouentibus. CAP. 6.

MEdicamenta itaq; quæ pus mouent, eo q̄ perinde, ut aqua calida excalfaciant, superfluū in spatijs uacuis cōtentum humorē per halitum digerunt: sicut in libello De Inęquali intemperie monstrauimus. Ipsis tñ similaribus corporibus secundum naturam affectis, humiditatis nihil, neq; adijciunt, neque adimunt, quod quidem manifestum sit, & sentiri queat: quippe, cùm temperaturam possideant æqualem, earum substātiam tueri potius, quàm alterare possunt. Nam in suppurationibus humiditas quidem alteratur, itemq; siqua sit caro contusa: cætera uerò, quæ secundum naturam habent, substantiam suam seruant. Etenim cum tres in aīalium corpore fiant alterationes: vna planè secundum naturam est, cum uidelicet in uentre cibus coquitur, aut in uisceribus & uasis, qui inibi generatur succus, unde rursum pars unaquęq; nutriatur: altera contra planè prēter naturam, nempe in putrescentibus omnibus: atq; hæ quodammodo inuicem sibi contrariæ sunt: tertia ex utraq; mista, & media est, partim quidquam obtinens primæ, ac secundum naturam, partim huius contrariæ, quæ est præter naturā. Siquidem alterationi secundum naturam duo hæc insunt, ut & ex familiari animantis materia fiat alteratio, & ab ingenito calore planè superetur: ei uero quæ præter naturam est, & ab aliena caliditate mutatio prouenit, & ad nihil utile: at media earum, quæ scilicet suppurationes comitatur, ab ingenito quidem fit calore, sed non planè uincente: neq; n. ex materia peragitur, quæ prorsum benigna

D sit, neq; tamen ex omnino aliena. Itaq; quemadmodum alterationes secundum naturam, quæ ab innato prouenium calore, à simili extrinsecus iuuantur, pari modo & quæ in mouendo pure conspicitur. Nam nihil æquè concoctioni uentris conferre nouimus, atq; corpus humanum illum contingens. Proinde quidam puellos noctu admouentes per quietem, longè euidētissimū adiumentum sentiunt: confert siquidē amplius, magisq; multo familiaris est eo calore, qui à fomentis paratur. Eiusdem gratia utilitatis quidā paruos catellos per quietē uentri imponūt, copiam coquentis cibos caliditatis adaugentes, non qualitatem. Tale esse debet quod ad mouendum pus adhibebitur medicamētū, qualis est in naturis temperatis calor natiuus. At si iusto calidior natura fuerit, in eo corpore, qđ pus mouebit medicamen, calidius sit oportet: tanto nimirum temperato calidius, quanto & natura eius temperatam in caliditate exuperat. Itaq; clarū iā illud est ex curandi methodo, cuiusq; singulatim hominis suum ac propriū esse puris mouendi medicamentum. Nec minus illud constat, quod sępenumero iā demonstratum horum comprobatur testimonio, oēs medicamentorum facultates ut ad optime temperatum hominem explorandas. Siquidē nulla constitui ars possit, nisi prius uelut regula ac scopo generi materiæ, in qua id uersatur, cōstituto, ad illum iam particularia omnia dirigantur. Rursum ergo proposito tanq̄ scopo quodā in hoc sermone, optime tēperato homine, eius respectu aliud esse dicimus medicamētum pus mouens, quàm quod indurata emollit: esseq; eorum temperaturas, quas superius

esse posuimus, eius quidem, quod naturæ in mouendo pure auxilio est, commoderatam & simi E lem ei corpori, cui admouetur: ac proinde quod natura nostra humida sit & calida, humida cali daque medicamenta eiusmodi frequenter appellari: Eius uerò quod indurata emollit, tempe rata natura multo calidiorem, non tamen iam calidam.

De ortu scirrhi. CAP. 7.

ORitur" autem induratorum affectio ex fluxione uiscosa & crassa, paruis particulæ poris, si- Alatrici. ue meatibus impacta: digesta uerò per halitum, quæ in ea parte est, tenui humiditate, ac de inde qđ reliquum est refrigerato, ac uelut congelato, uocata sequitur schirrosis. Ac proinde fri gidum pathos aiunt, & per calfacientia curari: Porrò, quoniam cum frigiditate humiditas redũ dat superflua, idcirco ēt compositam eius esse medelam, ob refrigerationem scilicet excalfaciẽ tia poscente affectu, ob alienam uerò & superuacaneam humiditatẽ, euacuantia. Vnde fit ut eo rum, quæ scirrhi in morem indurata sunt, nullum curari ualeat neq; à ualidè exiccãtibus, neq; à fortiter excalfacientibus, neq; ab ijs quæ vtraq; hæc præstare possunt. Nã q̃ ualide excalfaciũt, hærens ac contentum in particula humidum uiolenter digerentia, atq; elicientia, reliquũ omne desiccant, & incurabile constituunt: Quæ uerò fortiter desiccant, ētsi non excalfaciunt, tamen ipsa non per medium, euacuando scilicet quod subtile est, sed ex professo ac ex natura sua, ad F summam duritiem infixam particulę fluxionem adigunt. Sola igitur ea, quæ calfaciunt, sed non admodum, unaque exiccant non magnopere, eiusmodi sanare affectus possunt: uocanturque ea medicamenta græcè Μαλακτικὰ ξ latine emollientia omnino, ξ eodem tempore utrunque agen tia, nempe quod congelatum est fundentia, & sensim per halitum digerentia.

Emollientia medicamenta in hoc à pus mouentibus differunt, quòd emollientia calidiora sunt, & moderatè desiccant humiditatem in partibus: Pus autem mouentia humano similem calorem obtinent, & quæ in eis est humiditatem seruant. CAP. 8.

QVapropter calida sunt id genus medicamẽta, nec admodum sicca: atque à pus mouẽtibus eo dissidentia, q̃ calidiora sint & sicciora. Illa enim cognatam ac simillimã corporibus no stris caliditatem possident: emollientia uerò licet ualidiorem habeant, non tantam tamen, vt attractionis uiolentia reliquum desiccent. Præterea ea, quæ pus mouent, humorem qui præsuit in partibus induratis, seruant: emollientia uerò paulum quidam eius absumunt. Proinde quã uis innumera sint calfacientia simul atque exiccantia medicamenta, sola tamen ea, q̃ cõuenien tem ac symmetrum calorẽ possident, unaq; illi respondentem sortita sunt siccitatem, mollire, q̃ scirrhi instar īdurata sunt, possunt: quale est bdelliũ, styrax, galbanũ, ammoniacum thymiama, G medulla tum ceruina tum uitulina, adeps caprinus & taurinus, & quę eius sunt generis. Nã nunc consilium non est omnem expromere materiã, sed solum de id genus facultatibus omnibus gene ralẽ constituere doctrinam. Præstat nanq; in genere de pus mouentibus, atq; emollientibus cognoscere, q̃ illa æqualẽ accendunt calorem ei, qui est in homine secundum naturam: quæ ue rò emolliunt, multo maiorem. Quocirca illa quidẽ quãtitate potius, quã qualitate caloris agere sunt nata: at q̃ indurata emolliunt, qualitate potius. Itaque si in parte, q̃ suppuratione indiget, assiduè impositas seruare manus, aut aliam quamuis partẽ possibile foret, celerrimè sic suppura tio procederet. Pari quoque modo si medicamentum hominis temperaturæ sit quam simillimum, ocyssimè concoquet quod in pus uerti debet: ut est non nunquam caro, nimirum ubi con tusa fuerit, interdum uero humor, qui phlegmonem produxit.

Quòd pus mouentia etiam emplastica esse conueniat. CAP. 9.

QVin etiam q̃ emplasticum esse debeat eius generis medicamentum, ut exacte suppurato rium sit, & ipsum liquido mihi apparere uidetur. Nam si substantiam innati caloris auge re, non intendere qualitatem ipsam, conueniat, poros corporis obstructos esse necessum est, quò uidelicet halituosos transpiratus includant. Siquidem ea cataplasmata, quæ, aut detergen- H tia, aut ualidius excalfacientia, halitus diffiari permittunt, exiccant quidẽ, sed pus non mouent. Talis est hordeacea, cicerum, fœnigræci, fabaceaq; farina, amplius etiã † ęrina, erui, panici, lupi † *Loliy.* norum, milij, oĩumque adeo exiccantium: quippe cum tum per ea quæ detergunt, etiamsi non admodũ excalfaciant, sed quia obstructione liberãt, reserantq; meatus, una quoq; calor particu læ euolet, ut naturalis haudquaquã seruetur* cõmoderatio: tũ ab admodum excalfaciẽtibus hu- * Al. calor. ius ēt non parum uacuẽ, & qui reliquus est incalescat: ex quo fit ut natiui caloris substantia di minuatur, sed qualitas intendatur: quorum neutrum fieri expedit: uerum halituosum & calidum spiritum contineri quamplurimum, & ad unguem caliditate symmetrũ: quippe cum hic in pue- * ἔργα. *i. opera.* 1. Apho. 14. Ex. ord. 7. a. Et de Nat hum com. 2. t. 13. 7. 180. a ris copiosissimus, omnes * actiones naturales adaugeat. Sed sunt quod id fugit: & cũ hoc q̃ igno rent, Hippocratem insuper accusare non uerenẽ, q̃ dixerit, ‖ Crescentia plurimum habere calo ris innati. Sed nos dicta eius haud perperã capere oportet: ac cognoscere innatũ dixisse calorẽ, quem in quoq; animantium & natiuũ spiritum nominamus, de quo & Aristoteles scriptum re- * Al. seminalẽ. liquit. Verum nihil prohibet, sanguineã substantiã simulq; * aeream una cũ spiritu calidũ inaudi re innatum. Ac Stoici quidẽ hũc ipsum spiritum animæ esse substantiam autumãt. Nos sanè de animæ substantia nõ admodum pronunciare quippiam audemus, & ad præsens superuacaneũ arbitramur:

A arbitramur: quanq̃ nos iam antè ſpiritum innatum, etiã ſi non ſit animæ eſſentia, ſaltem primi eius eſſe inſtrumentum in cõmentarijs de Hippocratis Platonisq̃; placitis demonſtrauimus. Et certè dicimus eum ſpiritum in oĩbus animantis cõtineri partibus, ſed non undequaque eſſe ſui ſimilem, ueluti nec ſanguinem, eſſe neceſſe: Tum in ſpatijs inanibus nõ paruã eius ineſſe ſubſtãtiam, immo potius uelut materiam quandam, leuiculã etiamnum mutationẽ expoſcentẽ ad innati ſpiritus qualitatibus ſuis abſoluti generationem, nihil ſecius tñ iã, tum etiam admodum ad naturalia opera conducentẽ. Porrò autem unum ex naturalibus operibus eſt ea, quæ in pus fit conuerſio: nam & illic quædam perficitur coctio: cum autem quidquam coquere conſilium eſt, quam plurimũ, meo iudicio, ſpiritũ ſeruari intus oportet. Atqui digeritur tum ab [a]* euaporãtibus ac detergentibus, qualis eſt hordeacea, fabaceaq̃; farina: tũ à reſiccãtibus, qualis eſt panici, lupinorum, milij: tum ab excalfacientibus, qualis eſt fœnigræci: quin multo ẽt magis ab ijs, quæ ſimul & excalfacere & reſiccare poſſunt, puta lolio, eruo, cicere, ochris. Igitur oĩum ad puris generationem aptiſſimum eſt, ex ijs utiq; quæ perfunduntur, aqua tẽperata: aut cui additũ oleum eſt, qđ hydrelæum Græci uocant. Ex ijs uerò, quæ irrigãtur, oleum tẽperatum: [b]† At ex ijs quæ ex hydrelæo illinũtur, farina triticea, & panis ipſe: ſed is modicè coctus ſit oportet. Nam q̃ plu-
B rimum coctus eſt, quodammodo ſiccior eſt, aptusq̃; phlegmonis, quę ægrius cõcoctionẽ admittunt: qui uero minus, ijs quæ admodũ calidæ ſunt atq; ut ſic dixerim, feruent, congruit. Tum cui plus additũ olei fuerit, pertinacius coctioni aduerſantibus conuenit: cui minus, feruentibus magis cõpetit. Et ſanè qđ ex pane conficitur cataplaſma, difficulter coctioni cedentibus phlegmonis idoneum eſt, ſiquidẽ pani tum ſal, tum fermentum admiſtum eſt: qđ uerò ex triticea farina præparatum eſt, calidioribus utilius eſt. Et ipſius etiam triticeæ farinæ q̃ pura eſt, tũ panis quoq; qui purus eſt, puri mouendo cõpetentius eſt, nimirum cũ furfur minus ſit calidũ, & magis deficcet: farina aũt pura, quæ q̃; alere eſt nata, humida eſt & calida: quæ certe ad pus producendum cõferre oſtẽdimus. Itaq; medicamẽta, q̃ phlegmone tentatis imponũtur [c]* partibus, ſi calida ſint & humida, ad pus mouendum conducunt, ut adeps ſuillus, & uitulinus. Nã tauri & capræ acriores eſſe oſtẽdimus: quãobrẽ phlegmonis, tũ frigidioribus, tũ durioribus magis cõgruunt. At ſuillus & uitulinus, ijs q̃ ꝓprie phlegmonæ appellantur familiariſſimus eſt. Eſt & adeps gallinaceorũ familiariſſimus, magisq; ẽt anſerũ, quodammodo tũ ad digerendum potentior: eſt. n. ſubſtantia ſua tenuior, ſicut & bubulus, & caprarum craſſior, & terrenus magis. Quin & agreſtium animalium oĩum acrior eſt adeps, ſimulq̃; ſiccior multo quam domeſticorum, maximeq̃; pardalis
C & leonis: quare horũ nullus omnino puri mouendo idoneus eſt, ſed, ut dixi, ſuillus & uitulinus. Porrò pus mouent & pix, & reſina, nẽpe oleo quopiã, aut roſaceo ſubactę. Sed & hìc ad feruentes phlegmonas ex roſaceo eas liquare oportet: ad frigidiores uero excalfaciẽtium quopiã, puta cicino, raphanino, ueteri, & ſicyonio. Quòd ſiquãdo ſola utaris cera, alijs ad manũ nullis ad pus mouendum, & ipſam in excalfacientium quopiam diſſoluere oportebit: q̃ppe cum ipſa per ſe minus ſit calida, q̃ ut pus mouere poſſit: ſiquidẽ illinendi certe uim obtinet. Solis itaq; feruentibus phlegmonis apta eſt, ex calidorum oleorum quopiã liquata. Verum quemadmodum hæc ſymmetria ac mediocritate inferior eſt, ut ad medias tẽperie phlegmonas, hominumq̃; & partium naturas, ſic paulum quiddã excedunt reſina & pix. Quapropter hæc oĩa ſimul miſta moderate pus mouent. Sed hæc iam ad tractatum de medicamẽtorum cõpoſitione attinent: quem ut aliquatenus attingeremus, ſpeculationis ipſius nos ſequela adegit. Rurſum ergo ad propoſitum reuertor: eſt autem propoſitum definire, quę ſit in genere pus mouentium natura. Dictum uerò eſt, q̃ modicè humectantem & excalfacientem eſſe eam oporteat: qđ alijs uerbis eſt, ut neq; excellat, neq; inferior ſit temperatura corporis ipſam immutãtis, ſed quoad fieri poſſit ſimillima.
Cæterum, q̃ medicamentum puri mouendo idoneum tale ſit facultate, & actu, ſiue energia fiat
D eiuſmodi, dum corpori noſtro admotum eſt: ſæpenumero iam antè dictum eſt: ſed nunc nihil ſecius id repetimus, qñquidem utrobiq; eius meminiſſe oportet. Atq; eiuſmodi eſt pus mouentis medicamenti temperies. Porrò corporis ipſius conſtitutio emplaſtica eſt: qua maxime pollẽt, quæ lenta & uiſcoſa ſunt, uelut adeps porcinus, butyrum, thus, & quod ex farina triticea cõficitur cataplaſma: quippe quę moderate, tum calida, tum humida lentaq̃; ſunt, ac proinde puri mouendo idonea. Chondrus tñ farina triticea ſiccior eſt, quanquã nihilo minus lentus ſit, niſi forte ẽtamplius: unde fit ut in medijs tẽperatura phlegmonis puri mouendo ineptior, in humidioribus ẽt triticea farina præſtantior ſit. Verum & hæc iam præſentis cõmentationis limites excedunt. Itaq; denuo ad medicamẽta duritates emollientia reuertor, hactenus & hic curãdi methodum attingens, quantũ dicendorũ claritati cõducat. Scirrhum uocant tumorem ꝑter naturam, doloris uacuũ, ſed durum. Sunt aũt inter eos quidã, qui ubi plurimũ increuerint, ſimulatq̃; indurati fuerint, non modo dolore carent, uerum ẽt ſenſum exiguum, aut etiam nullum habent reliquum. Porrò naſcũtur ex humore craſſo & frigido, quales ſunt in animalium corporibus duntaxat duo, bilis uidelicet atra, & ſuperexiccata pituita. Proinde tumores ſcirrhoſi omnino, aut pituitoſæ ſunt ſubſtantię, aut atrabiliariæ, aut ex utraq; miſti. Sed de agnitione eorum nõ eſt nunc tempeſtiuum diſſerere, uerũ de medicamẽtis emolliẽtibus illud, ut nunc dicam, opportunũ eſt,

A * In græ. cod. habetur tãtum ὑπ̃ρχοντων. i. de tergentibus, & ita in antiqua tralatione.

B † *At ex cataplaſmatibus tum farina triticea ex hydrelæo, tum panis ipſe. ſed id modice coctũ ſit, oportet. Nam quod &c. intelligendo ſemper de cataplaſmate. ut etiam in ueteri interꝑte.*

C * Al. uicerib⁹.

Nempe q̃ propriè uocantur emollientia, q̃ medentur ſcirrhoſis tumoribus ex pituita reſiccata, E craſſaq́ue prognatis: conſueuerunt autem ij potiſſimum in muſculorum capitibus, & qui ex eis prodeunt tendonibus conſiſtere. At quæ ab atrabiliario ſucco indurantur, cancroſa ſunt oĩa, & ab emollientibus medicinis aſperantur: ſed his quo pacto proſpicere oporteat, in cõmentarijs methodi curãdi docebimus. Quæ uero à lento craſſoq́; humore cõgelato indurata ſunt, calida poſcunt ſiccaq́; medicamenta, ſed nõ tamen quæ ualida ſunt ac uiolenta: ſed ſufficit interim vt ſcẽdi, aut tertij ſint ordinis excalfacientium, primi exiccantium. Porrò cum nõ exigua ſit in corporibus ſic induratis maioris minoriſq́; latitudo, neceſſe utiq; eſt & medicamẽtorũ illis medentium non paruam eſſe latitudinem. Siquidem adeps caprinus, & gallinarum, q̃ ſic indurata fuere, iuuarunt. Verũ illi quidem imbecilliores ſunt, & moderatas duritates emolliũt. Valẽtior gallinarum gallorumq́; adipe anſerinus eſt, caprarũ uero hircinus, ualidior quoq; & taurinus, ſed minus tñ quàm hircinus. Quin etiã medullã ceruina modice emollit, & poſt eam uitulina: quippe cum id genus omnia medicamenta calida ſint, & mediocriter ſicca, multoq́; magis excalfacere, quàm exiccare nata. Vnde ſiquis forte ea quãdoq; calida dicat & humida, non repugnãdum: nam paulum abſunt ab ijs, quę neq; humectant neq; deſiccant. Eodẽ ex genere ſunt, quanq̃ uali diora, ammoniacum, thymiama, & ſtyrax, & galbanũ, & bdelliũ ſcythicũ. Sed ad emolliendum F præſtãtiora ex ijs ſunt, q̃ recentia ſunt, ſiquidem inueterata ualidius quã oportet deſiccãt. Id ipſum uſuuenit in medulla & adipe, quippe quę & ipſa uetuſtate ſe ipſis tum acriora, tum ſicciora euadunt. Quin & oleũ quoq; ſicyonium ex hoc eſt genere: nec in poſtremis id, quod inueteratũ eſt: & ea quæ præparantur, ut ſuſinum. Sed de cõpoſitis hic dicere ſtatutum non eſt. Porro radix althææ, & cucumeris agreſtis, non nullæq́; aliæ plantæ, partim in oleo, partim in aqua decoctę emollientiũ medicamentorum facultatẽ induunt: ſicut maluæ agreſtis folia, tum cruda, tũ cocta: atq; hoc ſimplex medicamentum eſt, ſicut porcinus adeps uetuſtatẽ paſſus: ſed ſalis nihil oportet adijcere, ſicut nec alijs, q̃ emolliunt: ualde.n. deſiccat ſal. Porrò quecunq; alia emollire poſſunt, ſeu ſimplicia, ſeu compoſita ſint medicamenta (alibi.n. ea recenſebimus) calida ſunt ex ſecundo, & interdum ex tertio ordine, leuiter uero ſicca: ſed & his ſane illinendi uis ἐμπλαστικὴ uocant ἐνσὶς neceſſe eſt, non aliter quàm ijs, quæ pus mouent. Sed quanto maiore euacuandi facultate pollere debent, tanto utique minus etiam meatus illitu obſtruere.

Quòd medicamenta indurantia humido frigidoq́; ſint temperamento. CAP. 10.

SAnè emollientium facultas medicamẽtorum abunde iam expoſita eſt: proinde deinceps de indurantibus uerba faciam. Frigida itaq; hæc ſint oportet & humida, uelut ſemperuiuũ, por- G tulaca, pſyllium, lenticula paluſtris, ſolanũ: aut hoc quidem certe non eſt temperamento humido, ſed medium abſolute humectãtis & exiccãtis, ex pugnãtibus facultatibus compoſitum, exiccante uidelicet & humectante, nimirum cum & duplicem in ſe habeat ſubſtantiam, terrenã & aqueam. Sed iam non eſt mihi conſilium ad particularem materiam ſermonẽ deducere, uerum generales duntaxat breuiter facultates definire. Sanè ſiquid ſimul & refrigeret, & deſiccet, & ipſum profecto oĩno indurabit: ſed non eſt ex ijs, quæ proprie indurant, ſiquidem congelatione potius, quàm euacuatione durum efficitur corpus, prout ſupra poſuimus. At, ſiquid ſit quod proinde, quia natiuum humorem non retinet, induratum eſt, id ſiccum potius, quàm durum appellabimus: conſtatq́ue eius ſanatio rigatione, & humectatione, non emollitione: ſicut certè & tenſio curatur laxatione, & laxatio tenſione.

De tendentibus laxantibusque medicamentis. CAP. 11.

SEd hæc ut ſe habeãt liquido conſpiciunt, cum in cute, quemadmodum & ab Hippocrate dictum eſt, ‖ Cutis duræ mollificatio, tenſæ laxatio: tum ẽt frequenter in articulis. Igitur laxatio prouenit humectatis immodicè, quæ circa eos ſunt ligamentis pariter & tendonibus: tenſio uero non ẽt ſimpliciter, ſed aut pluſculum exiccatis, aut refrigeratis, aut phlegmone affectis, aut H ſcirrho. Atq; ita quidem in articulis: in cute uero nõ tñ ita, ſed muſculis quoque, qui ei ſubiecti ſunt, quoquo modo in tumorem ſublatis, nam & præ carnis ſæpe copia quibuſdam tenditur: qđ uero & in phlegmonis id ipſum illi accidat, ſupra poſitum eſt. Quamobrem non ſimpliciter una eſt ſpecies laxantium remediorum, utpote cũ alia humectando, alia calfaciendo, alia vero emol liendo, quædam euacuando, non nulla tumores præter naturam* purgando, alia etiam per con iugationem horum quampiam agentia, laxare aſſolent. At Theſſalus, fereq́ue ſequaces eius uniuerſi, ſicut in alijs multis, ita & in his appellationes ſimul cum rebus confundunt, quicquid obuium eſt, citra ullam examinationem cõferibentes. Quamobrem, vbi quæ in manibus ſunt abſoluerimus, neceſſe nobis forſan fuerit aliquando in eos ſtylum conuertere: In præſenti autem quod dicta cõtinuo ſequitur, perſequamur, rurſum ſumpto principio ab ijs medicamentis, quæ uocantur emplaſtica, quia ſæpe iam ante & de ijs diximus. Breuiter ergo emplaſticum medicamentum, eſt quod tenaciter corporis poris, ſiue meatibus illitum inhæret. Porrò abunde dictum eſt nobis de pororum, quos nos ſtatuimus, natura, in libris De temperamentis. Demonſtratum autem eſt, & in libro hunc præcedente, mordacitate uacare omnino debere medicamentum emplaſticum: nam ſi qua illi inerit mordacitas, hærere in poris nõ poterit, ſed omnino facile ex

cernetur

Lib. de liquidorum uſu à principio.

* Interpres forte legit καθαίροντα, cũ tamen omnes græci codic. quos uiderim, habeant κα θαροῦντα. i. detrahendo, ut ipſe alibi uertit: uel deſtruendo, ut antiquus.

A cernetur, aut partium aliquam liquando, aut certè humorem aliquem ex alto attrahendo. Sed & illud satis constat, terrenæ consistentiæ * & uiscosum esse oportere emplasticum.

* Græci cod. & uetus tralatio habent, aut.

Quòd poros purgantium medicaminum vnumquodque calidum sit, & tenuium partium: nam amara omnia & nitrosa sunt. CAP. 12.

SEd de istis suprà abūde dictum est. Quod uerò illi cōtrariū est, dici queat poros repurgās, & infarctu liberans: sicut & ipsum emplasticū non modo emplasticū dicitur, sed & ἐμφρακτικόν, quasi dicas infarciēs. Fuerit aūt id sicut effectu contrariū, ita & corporis natura neq; uiscosum, neq; mordacitatis expers, sed nitrosum & subtile. Nā in ratione maioris ac minoris inter se differunt, substantiæ genere minime diuersa, tū emplastica ab ijs q̄ sordem nutriunt, tum poros repurgantia ab extergentibus. Nam q̄ in superficie sordem auferūt, siue in cute, siue in ulceribus, ea extergentia siue rhyptica nominantur. Quæ uero poros ēt expurgant, ea subtiliorum his partium sunt, & emplasticis contraria: proinde pororū ecphractica, & eccathartica, quasi expurgantia & farctu liberantia dicas, appellantur: sunt aūt hæc tum nitrosa, tum amara. Atq; cuti extimę impositā solam nitrosam qualitatē possideant exactā est opus ad ea peragenda, quæ dicta sunt: at intro in corpus assumpta, etiamsi adiuncta sit quædam adstrictio, possint tñ sic quoq; magnos
B purgare, abstergereq; meatus, cuiusmodi sunt in uasis. Nā foris meatuum exiguitas prius ab adstrictione occlusa, quā probe queat expurgari, non ēt inde in altum abstergentem substantiam recipit, nec expurgatur: at, quæ circa uentrē sunt partes omnes, quæq; in iecinore, liene, alijsq; oībus uisceribus, cùm maximos in se meatus habeant, maius accipiunt commodum ex uasorum corroboratione, quàm p̄p̄ osculorum exiguitatem lædantur. Proin intus ab synthiū repurgare potest, foris nō potest: quippe qđ compositū est, ut suprà dixi, ex amara, acerbaq; facultate. Quā obrem eius generis medicamenta particulatim ut persequar, non est necesse. Quæcunq; enim repereris nitrosa & amara, ea ad purgandos meatus oēs ualere noueris. At cutis uniuersæ, ac ulcerum sordes non hæc tñ, sed uiribus minora auferre possunt, qualia sunt dulcia, quæ tenuiū sunt partium, puta mel: & ex cerealibus seminibus quædam, ut eruum, fabæ, hordeum, lupini: quanquam in ipsis fabacea hordeaceaq; farina tñ extergit, non ēt meatus farctu liberat: erui autem & lupinorum potissimum si amara fuerint, supra quā p̄ extergunt, non nihil quoq; meatus purgare ualent. Simile quiddam amygdalis accidit: nam & harum ipsarum eę, quæ amarę sunt, & detergunt, & meatus expurgant: quæ verò edendo sunt, detergunt quidem, non tñ infarctu liberant. Quin & urticæ semen, nō secus, atq; eruum, amygdala q; amara, meatus purgat. Ex eodē
C genere scilicet sunt scilla, & iris, & quæcunq; alia uincentem in se qualitatem amaram possidēt. Siquidē nitrum ipsum per se, & aphronitrum, & spuma nitri, & seriphō, & abrotonum, & id genus reliqua, cum cibo potuq; assumpta eandem uim obtinent. Protinus enim his inest vt crassos lentosq; humores extenuandi uim obtineant, sicut emplasticis oībus crassos lentosq; corporis succos reddendi. Quamobrem lentis ac pituitosis thoracis, pulmonisq; humoribus, aut puri, & incidendis & extenuādis, & educendis, aptiora inuenire alia præ istis medicamēta nequeas. Ijsdem istis & iecinoris obstructiones expurges, & modicas ēt lienis: nam quæ maiores sunt, uehementiora desiderant, nēpe capparis corticē, radices tamaricis, scolopendrion, & scillā, & eā quæ id ipsum nomine repræsentat, asplenos appellata. Sed tñ istis utendum in quoq; uiscerum est, ad iecur, ipsis p̄ se duntaxat: ad lienē uero, mistis aceto, aut ei incoctis, ad thoracē pulmonemque, melicrato, ptisanæ, oxymeliti, aut dulcium uinorum cuipiam. Sed hæc ad curandi pertinent methodum: proinde in præsens rationibus ea confirmare omitto. Nam & in illo opere, & in alio, quod de componendis medicamentis inscribetur, ea explicabo.

Quòd vrinam cientia ex acrium genere sint, ac proinde calida & sicca: tum quod sanguinem serosum segregent, crassum vero cogant. CAP. 13.

D POrrò quæ necesse est ut dictis adijciam, ea duntaxat expromam, nempe cum plurimam mouere urinam adnitimur, non admodum dictis utendum pharmacis, sed quæ acriora sunt, & magis excalfaciunt: dictum siquidem suprà est, acre omne esse calidum. Eius generis sunt semen apij, petroselini, fœniculi, dauci, agrioselini, smyrnij, et sane ipsū quoq; seseli, et ammi, & phu, & meon, & asaron, & acoron: à quibus sanguis non extenuatur duntaxat, sed & fundit, ac secernitur, non secus atq; lac quod coagulat, seroso uidelicet & tenui seorsum segregato, crasso uero in sese coeūte. Siquidē ad id quòd facillimè ad se attrahūt renes, qđ in sanguine aqueū tenueq; ac serosum est, utraq; hęc conferunt, nempe totius sanguinis primum fusio: deinde segregatio: quo tum neutrū absq; ualido calore peragi queat. Quamobrem prius ex thorace expuitioni ea oīa aduersa sunt: quippe cum natura eorū sit tum excalfactoria exiccatoria q̄ue, tum ēt coactoria, & secretoria. Cogitur quidē in sese quod crassum est: excernitur uero, ac secernitur in ipso coactu, quod in sanguine serosum ac tenue * defertur: atq; hoc ad sese trahere renes anteuertunt: quod uero coactum est atq; exiccatum, haud ēt facile expuitur. Proinde ut modo dixi, incidendi uim habeat eiusmodi medicamentum oportet, sed non tamen insigniter calidā, ne uidelicet ualide desiccet: ac eiusdē p̄fecto cōmoditatis gratia cum sorbitionibus potionibusq; humectantibus exhiberi postulat: at, quę renes expurgant, & ipsa quidem incidentia sunt, uerum larga humidi-

* ἐμφέρεται.

tate non indigent. Porrò quę callosas siue tophaceas consistentias incidere sunt idonea, & ipsa E utiq; admodum incidunt, sed minimum caloris possident: quandoquidem caliditas porũ exiccando contrahit, non incidit, neque diuidit: At quę minus sunt calida, cum hoc qđ incidere ualeant, meliora quoq; sunt, uelut radices regiorum asparagorum, & rubi, & betonica, & pliũ, tũ ochra, & uitrum ustum, & ex scilla confectum acetum, & quæ sunt eius generis. At Thessalus insulsissimus atque imperitissimus, sicut pleraque alia artis contumelijs, ac probis immerito afficit: ita & hæc quoque discerpere contendit, nullum esse medicamentum censens, quod propriè sit, aut hepaticum, aut nephriticum, aut pleuriticum.

Quòd rarefacientium temperies moderatæ sit caliditatis & siccitatis, consistentiæ uerò tenuium partium: anastomoticorum autem calidior, mordax, atq; acris, ac crassarum partium: porrò condensantium adstringens & aquea potius: stipantium uero, crassarum partium, & frigida. CAP. 14.

SEd illius peccata alijs libris detexi. In præsenti autem libro reliquas simplicium medicamẽtorum facultates edisserã, exordio rursus ab aperientibus, ac rarefacientibus, illa anastomotica, hæc araeotica nominant, desumpto. Videntur enim & hæc quodam sanè modo iam dictis esse uicina, nempe quæ extergere, incidere, obstructiones tollere, diuidere q; diximus: quanquã F non undiquaque esse similia. Sanè & horum ante omnia distinguẽda notio est, ac sic inquirẽda substantia. Quæ cutis meatus referãt, rarefacientia dicimus: quæ uerò uasorum oscula, aperiẽtia. Quin & illis contrariorum, siquod poros, contrahit, condensans appellitant: siqđ autẽ osculum occludit, haud etiam proprio designãt nomine, sed generalioribus quibusdã, & contrahẽs, occludens, constringens, atq; obstruens nominant: Porrò utriusq; natura sic habet: rarefaciẽtiũ quidem tum modice calida est, tum minimè desiccans, tum tenuium partium: aperientiũ uerò, tum crassarum partium: tum acris ac mordax. His porrò contrariorum, condensantium quidẽ frigida sanè, sed non terrena, neq; aerea, sed potius aquea: eorum autẽ, quæ apertiones, siue anastomoses occludũt, crassarum partium, & frigida. Exempla horum sunt, rarefacientis quidẽ naturæ chamæmelum, & althæa, & qđ ex ipsis præparatur oleum, nec minus quod ex agrestibus cõficitur cucumeribus: quin & uetus, & cicinum, & raphaninum oleũ ex eadem sunt nota: Aperiẽtis uerò facultatis, quæcunque oĩa acria sunt simulq; terrena, cyclaminus, allia, cæpe, fel taurinum, unguẽtorumq; omnium subsidentiæ, quæ simul crassarum sunt partium & calida, cuiusmodi est irinum, & amaracinum, quæ utique & occæcatas aperiunt hæmorrhoidas. Porrò, quæ uteri os à phlegmone, aut scirrho, aut ariditate occlusum, aperire dicunt, ex accidenti, nõ autem G primario & per se eiusmodi habere facultatem cẽsentur, uelut nec ea quæ labiorum à phlegmone occlusorũ, aut genarum, aut nariũ, aut gutturis, aut præputij, aut sedis, aut alterius eiusmodi oculi instrumenti, phlegmonem sanant, atq; occlusionẽ corrigunt: ea nãque phlegmonem solere dici possint, haud quaquã aperientia siue anastomotica. Peccat sane in istis Dioscorides, nõ nũquã aperientis inquiẽs facultatis medicamẽtũ qđ laxat, aut emollit, aut humectat, aut phlegmonẽ soluit. Atque rarefacientium & aperientium eiusmodi sunt essentiæ: At eorum, quæ ipsis contraria sunt, condensantiũ quidẽ, aquæ est frigidæ, semperuiui, portulacæ, tribuli uiridis, pſyllij, herbæ quã muris aurem uocitant, lenticulæ palustris, & ut semel dicam, quæcunque refrigerant, sed non adstringunt. Proinde & mandragora, cicuta, altercũ, papauer (ipsas nũc dico herbas) siquis modice utatur, condensandi uim obtinent, sin liberalius, nõ modo cõdẽsandi, sed & obstupefaciendi: si uero etiam plurimum, non tantũ obstupefaciendi, sed & enecandi. At eorũ, quæ aperientibus aduersantur, substantia cum sit crassarum partiũ & frigida, adstringentiũ est omnium, q; quidẽ admistã non habent acrimoniam. Quorũ sane materiæ abunde multa posuimus in quarto huius exẽpla, in quo & essentiã eiusmodi medicaminum, terrenam frigidamq; exposuimus. Mirum ergo uideri non debet, si sola contrahere occludereq; possit aperta præter natu H ram uasorũ oscula: soli enim huic, quæcunq; requirunt ea, quæ cõtrahi debẽt, oĩa adsunt: Nimirum quæ consistentiæ crassitudine foris incumbat, nec paruos meatus penetrare possit: tum frigiditate sua intro premat, atque undiquaq; in se se cõtacta uicina q; corpora cogat ac cõtrahat: ac proinde qđ desiccet (eiusmodi enim esse ostensum est, quicquid adstringit,) humorem depascatur, & partem roboret. Itaque si hæc omnia conueniant, osculum claudet, ceu à manibus foris, ipsis nimirum adstringentis substantiæ partibus contractum. Ea uero medicamẽta, q frigida quidem sunt aut æque, aut amplius, sed substantiã sortita sunt aqueã. ea inquã, debiliter & contrahunt, & constringunt, nimirum propter mollitiem: quippe quicquid ualenter tum cõstipare, tum constringere debet, robur quoddã retinens & durũ habeat oportet: quo cũ careãt medicamenta naturæ magis aqueæ, tenues quidẽ poros in unoquoq; corpore contrahunt, atque cõdẽsant, cæterum instrumentum undiquaq; totum constringere nequeũt. Quamobrẽ merito talia condensantia quidem sunt, græce πυκνωτικὰ, non tñ obstruentia, græce συγωτικὰ dicta. Intelligas nunc uelim obstruẽtia siue stegnotica me dicere corpora, q sensibiles excretiones cohibẽt: corpus enim stegnoticũ, quod στὺγα siue claudit ac cõtinet in se, nec quicquã qđ sensu queat percipi, ex sese emittit, græce στυγὸν nuncupatur. Atq; hęc eiusmodi sunt, tũ tẽperaturę, tũ facultatis.

A Atrarefacientia prorſum quidem calfaciunt: nec.n.aliter diffundere & laxare poſſent ſubſtantiam:ad quod conſequitur,ut & pori dilatentur. Debent autem non admodum eſſe calida temperie,ſiquidem ea iam acria ſunt,& inhorrere faciunt:neque item exiccatoria,nam & hæc ſenſilia corpora colliquant,doloremq́ue in ipſis excitant.

Quòd eſcharotica craſſæ ſint conſiſtentiæ,ac uehementer cauſtica adeo,ut corpus ſenſibiliter colliquent. Ac ſeptica, quæ non dicuntur propriè cauſtica, & ipſa colliquant, non tamen ita ualenter. Adhæc conſiſtentia ſunt tenui, ac proinde latentem moliuntur colliquationem. CAP. 15.

ITaq; quæ citra moleſtiam excalfaciunt,ea ſola omnium ſunt rarefacientia. Si uerò nõ modo calida fuerint, ſed etiã conſiſtentia craſſa: ſiquidem vehementia ſint,& cauſtica hoc eſt vrentia:& ignis inſtar corpus colliquãt,& ſæpe eſcharas,hoc eſt cruſtas,ritu cauterij efficiunt.Porrò ſi debilius,quã uti urere poſſint,calfaciãt,anaſtomoticã,ſiue aperiendi uim obtinẽt.Itaq; medicamen omne anaſtomoticum eſſentiæ quidẽ terreæ,ſimulq́; igneę eſt,hactenus tñ excalfaciẽs, ut nondum urat. Si porrò cauſticum ſit, non tamen uehementer præterea eſſentiæ tenuioris,id planè ab omni aberit mordacitate: aut cum exiguo, tum dolore,tum morſu carnoſas partes eli
B quabit,Nam quòd non cõfertim alterat,uti quæ uehementer ſunt calida:quòdq́; nõ ægrè penetrat:ſicut quæ craſſæ ſunt eſſentiæ,latentem eo actionem obtinet.Siquidem alterationũ q̃ ſubitæ confertæq́; ſunt,mutationes maximè ſenſibiles ſunt:tũ penetrationes,q̃ uiolentæ ſunt.Quippe quod in craſſa eſſentia cauſticum eſt, id cuicũq; inhæſerit parti, ſtipitis ritu infixũ excruciat: uerum hoc quidem eſcharoticum eſt, perinde ut cauſtica. Cæterũ de quibus nunc agitur,cruſtã non faciunt,& uocãtur ſeptica, hoc eſt putrefacienda,haud quidem appellatione propria,nam quæ uerè ſunt ſeptica, humectãt ſimul & calfaciunt: ueruntamen ſymptomatis ſimilitudo,vt ſic appellemus,efficit,utpotè cum ab utriſq; nullo doloris ſenſu fiat corruptio. Multis enim modis corrumpi quid poteſt.Siquidem q̃ nimio plus refrigerata ſunt,aut excalfacta,tum exiccata,aut humectata, ea oĩa corrumpuntur:cæterum nõ quicquid corrumpitur,σήπεσθαι hoc eſt putreſcere dicimus, ſed quibus id cum fœtore accidit. Sed de nominibus non admodum eſſe ſolicitum oportet: uerum nouiſſe expedit ea medicamina, quæ ſepta, & ſeptica nuncupatur, ut ſunt auri pigmentum ξανθικὸν Græci uocant ξ ſandaraca,chryſocolla,dryopteris,pityocampe,aconitũ, oĩa tum eliquare,tum colliquare,ac potiſſimum carnẽ tenellam,idq́; abſq; dolore. Sed ſunt inter ea quędam,quæ propriè uocant cathæretica hoc eſt detractoria,eisq; utuntur ad inducendã
C ulceribus excreſcentibus cicatricem. Sunt tñ & ipſa eiuſdem genere facultatis,ſeptices ſcilicet: uerum tantulo imbecillioris, q̃ extimã modo ſuperficiem,quam contigerint,detrahant,non tñ in altum ſubire ualeant: velut Aſiæ petræ flos. Quanquã, nec talia ipſius re uera facultatis cicatricem inducentes, quam uocant ἐπουλωτικὴν,ſunt.Siquidem quæ huius ſunt facultatis,non detrahere,neq; liquare carnem ſunt nata,uerum indurare,& deſiccare:cuiuſmodi ſunt alumẽ,gallaomphacitis uocata,æs combuſtum,præſertim lotum:nã quod lotum non eſt,quiddã obtinet cathęreticum, uelut & æris ſquama: quod autem lotum eſt, omnium medicaminum cicatricem inducentium longe præſtantiſſimum eſt, quippe, quod probe cicatricem inducit, modicè adſtringat oportet,atque deſiccet.Quapropter ſpinæ Aegyptiæ fructus,& mali granati putamina ſicca,& eius generis uniuerſa cicatrici inducendæ ſunt medicamina.

Quòd cicatricem inducentia medicamenta adſtrictoria eſſe & deſiccatoria conueniat: quæ uero ulcerum caua implent,mediocriter extergentia,& morſu uacantia. CAP. 16.

CAeterum confuſa eſt apud pleroſq; medicorũ non ſolum appellatio, uerum etiam omniũ id genus medicaminum facultatis cognitio.Siquidẽ quæ carnem detrahere,ac colliquare
D ſunt nata,ea non nunquam nominant epulotica,hoc eſt cicatricem inducẽtia,ſcilicet q̃ horum ſæpe uſu ulcera ad cicatricẽ perueniant:ſed id neq; primario,neque peculiari ipſorum facultate,neq; in omni uſu ſequitur.Siquidem ad exactum pulueris læuorem redacta id genus medicamenta per ſpecilli cuſpidem carnem leuiter contingentia ad cicatricem ulcera perducunt:at ſi paulo largius utare,mordicãt colliquantq́; caruem,& ulcus canum efficiunt,cõtrà q̃ in ijs,quę re uera ſunt epulotica:ſiquidem niſi ſatis magnam eorum quantitatem imponas,nihil ꝓficies. Id enim eſt in planis ulceribus ad cicatricem ducendis conſilium, ut caro alteretur, fiatq́ue cutis: id quod perficitur per ea,quæ illã cõtrahere,conſtringere,cõſtipare,denſare,præterea ficcare,& calli inſtar indurare ualeant:q̃ppe cùm cutis uelut in callum durata caro ſit. Quæ igit medicamenta ſic agere poſſunt, primario proprieq; dicuntur epulotica,ſiue ad cicatricem perducentia:cætera uero nẽpe cathæretica hoc eſt detractoria,ſecundario,& per accidens:ſicut & ea quæ abſq; adſtrictione deſiccandi uim habent mordacitatis expertem.Nam & hæc quoq; ex accidẽte cicatricem inducũt: cuiuſmodi utiq; medicamentum eſt myrrha, & lithargyrus, & combuſta oſtreum,& diphriges:quãdoquidem & ipſa ſępenumero cicatricem inducunt ſicca illita. Cæterũ ſcire oportet, ubi tum in his libris tum alijs omnibus hanc uocẽ, ſæpenumero, adijcio, id me uelle ſignificare,q̃ aliquando promiſſa fruſtrentur,propterea q̃ nec primariò,nec ſua facultate efficiant. Porrò epulotica medicamẽta ulcus omne planum claudere cicatrice ualent:ſicut

mediocriter citraq; morſum abſtergentia cauitates implere. Cæterũ de hoc genus medicamẽto E
rum facultate fuſius dicẽt in cõmentarijs De ratione curãdi, cũ quo multis locis magna eſt hu-
ius libri affinitas, ceu ẽt ab initio præfatus ſum. Proinde ſuſpenſo de iſtis ſermone, ad alterum
genus facultatum, nempe attrahentium & repercutientiũ, ſiue repellentiũ, tranſeundũ cenſeo.

Quòd attrahentium eſſentia & calida ſit, & tenuium partium: repercutientium uerò & frigida, & craſſarum. CAP. 17.

IGitur" attrahentes ſunt, quæ ex alto uehementius extrahunt: repercutientes verò, quæ in al- Al. 144
tum occurrẽtes ſibi ſuccos repellunt. At eſſentia illis quidem calida eſt, & tenuium partium: fol. 95.a
his uerò frigida, & craſſarum. Attrahit.n. perpetuo calidum, repellit uerò frigidum: verũ quod
cum caliditate coniunctam habet partium tenuitatem, trahit uehemẽtius: qđ uerò cum frigidi-
tate partium craſſitudinem, ueluti adſtringens, id uiolentius propellit. Itaq; ex actionis uehemẽ
tia nomen utriq; impoſitum eſt. Atq; adſtringentium quidem nota eſt eſſentia. Attrahentiũ au-
tem alia ſponte nata eſt: alia uerò ex putrefactione aceſcente generationẽ ſortita: ſponte nata,
ut dictamni eſſentia, & ppoleos, & thapſiæ, & ſagapeni, & ſuccorũ cyrenaici & medici, & ſi qua
his ſimilis extiterit. ex putrefactione, qualis eſt fermenti, & pſorici quod vocant. Quòd ſi fimis
quoq; ex putrefactione generatio conſtat, utiq; omnes attrahendi facultate pollebunt. Sed nõ F
parua illis ineſt diuerſitas. Nam columbinus admodum attrahit: ex æquo autem utrinq; ab hoc
receſſerunt, ad calidius quidem anſerinus, ad frigidius verò gallinaceus: hoc etiã magis uincun
tur humanus & ſuillus. At canum ſtercus ſimile eſt medicamentis extergentibus, maxime, ſi ve-
ſcantur oſſibus. Crocodilorum autem terreſtrium ſtercus magis etiam id perficit, atq; abſoluit.
Sed & aliud eſt attrahentium genus medicamentorum, quod qualitatis familiaritate attrahit: id
quod aliud eſt nihil, quàm totius eſſentiæ ſimilitudine: ceu, quę nutriuntur, familiaria nutrimen-
ta attrahunt. Talium medicamentorum ſunt purgantia omnia, & non nulla alexiteriorum ſiue
amuletorum. Cæterum calida, ut ſint id genus omnia neceſſe eſt. Nam inter ea, quæ eſſentijs ſi-
milia ſunt, quod calidius eſt, id potentius attrahit, utpote quod ſimilitudini auxiliarium adiunxe
rit calorem: ſiquidem cùm ipſum duabus cauſis attrahat, ſuperabit id quod una duntaxat trahit.
Porrò nihil refert ἑπισπαστικὴν, aut ἑλκτικὴν, aut ἑλκυσικὴν δύναμιν dicas, ſlatinè attrahentem, ſi-
ue attractoriam facultatem. ſ

Alexiteriarum & alexipharmacarum facultatum, quædam alterando quod mortiferum eſt iuuant. quædam euacuando. Et alterantium, aliæ una, aut duabus qualitatibus agunt, aliæ tota eſſentia. Similiter euacuantium, quædam ſubſtantiæ ſimilitudine euacuant, quædam caliditate ſubtenuium partium. CAP. 18. G

VErum quãdoquidem de iſtis abundè dictum eſt, tranſeamus ad facultates, quas uocãt ale-
xiterias, & alexipharmacas. Eſt aũt harum natura duplex. Siq; dem quædam alterant: quæ
dam uerò euacuant ex corpore patiente, ſeu uenenum corrumpens, ſeu deleterium medicamẽ.
Alterant igitur, aut una qualitate, aut duarũ coniugatione, aut deniq; tota ſubſtantia: euacuant
uero totius ſubſtãtiæ ſimilitudine, & caliditate ſubtiliũ partiũ. Quatuor itaq; ſunt uniuerſæ dſiæ
proficiſcentis ab illis utilitatis, duæ alterantes, & duæ uacuãtes. Atq; ea ſanè, quę qualitatis con
trarietate auxilio eſt, manifeſta eſt. Nam ſi frigidum ſit medicamen deleterium, aut uenenum
animantis, ab excalfacientibus petendum remedium: ſin calidum, à refrigerantibus: ſi uerò hu-
midum, ab exiccantibus: ſin ſiccum, ab humectantibus: ſic etiam ſi humidum ſit & frigidum, ab
exiccantibus & excalfacientibus: ſin calidum & ſiccum, ab humectantibus & refrigerantibus: &
in reliquis duabus coniugationibus ex proportione. Sed nec obſcura eſt alteratio, quę fit per to
tius ſubſtantiæ facultatem, utiq; ijs qui memoria tenent, quæ demonſtrata ſunt in cõmentarijs
De naturalibus facultatibus, & in illis quæ inſcribuntur De temperamẽtis. Siquidem facultates
quæ deleteria medicamina alterant, naturam habẽt mediã inter corpora perpetiẽtia & medi- H
camenta ipſa lædentia: ut uidelicet eadem ſit proportio corporis ad facultatem alexiteriã, quæ
illius ad deleteriam: & rurſum deleterij ad alexiterium, quæ alexiterij ad corpus. Ea pp prope-
modum oĩa, quæ deleterijs aduerſantur, ſi largius ſumpta fuerint, grauiter animãtis corpus ob-
lædunt. Quamobrem ea moderatione quãtitatis omnes id genus facultates exhibere oportet,
ut neque copia nimia corpus offendant, neque exiguitate ſua à deleterijs uincãtur. Sed hoc iam
attinet ad curandi methodum. Nunc autem quæ reliqua ſunt perſequamur. Omne deleterium
uenenũ aforis impoſitis medicamentis euacuat, nempe aut caliditate attractionẽ molientibus,
aut totius ſubſtantiæ ſimilitudine. Sed & hic quoad fieri poterit, maxime mediũ natura alexite
rium ſit oportet, corporis uidelicet qđ curatur, & ueneni lædentis: nam ſi aduerſiſſimum foret
corpori, in ipſũ ageret potius, ceu deleterium, haud euacuaret uenenũ. Etenim, ut claritatis gra-
tia ſummã repetamus, ſcire oportet, deleterias facultates uniuerſas temperatura eſſe aduerſiſſi-
mas corporibus, q̃ ab ipſis lædũtur. Itaq; ſi à ſimilibus tẽperie medicamentis euacuentur, erũt
& hęc corporũ naturis cõtraria. Sanè & ſunt quadantenus cõtraria, non tñ adeo ut interimant,
ſed ambigant potius, in medio ſita eorum, quæ apertè corpus animantis lædunt, & quæ iuuant.
Porrò nihil intererit deleterias facultates, an phtharticas, an phthoropœas, an alio quouis mõ
appellare

A appellare uoles: similiter nec an alexiterias, an alexipharmacas. Attamẽ si qui ea, q̃ venenatarũ bestiarũ ictus aut venena sanant, alexiteria noĩare velint: quæ uero medentur deleterijs, alexipharmaca, ceu quidam censuere: disceptandum cum istis ac pugnandum de nominibus non est: nec enim ex istis comparatur curandi morbos peritia, sed ex rerum ipsarum cognitione.

Quòd anodynorum, hoc est dolorem sedantium, & paregoricorum, hoc est lenientium, quædam re vera sunt eiusmodi, velut calida cum partium tenuitate: alia vero nomine duntaxat, veluti narcotica, hoc est stupefacientia, qualia sunt refrigerantia omnia. CAP. 19.

PORrò quandoquidẽ & de his, quod ad præsens conueniat, satis iam expositum est, transeundum deinceps est ad sermonem de facultatibus anodynis, hoc est dolorem sedãtibus, & paregoricis aut praynticis, i. lenientibus aut mitigantibus, aut utcunque nuncupare libebit. Facultas igitur anodyna, alia reuera est: alia tantum dr̃, tanquam si quisquam hominem mortuũ dicat anodynon, quia dolore uacet. Cæterum facultas reuera Anodyna, est eorum quę primo ordine excalfaciunt, si vtiq; in essentia tenui contineatur: At facultas eorum, quæ dr̃, frigidorũ est, quæ absoluto utentia frigore partem obstupefaciunt: est aũt stupor paulo minus q̃ insensibilitas, sensusve priuatio. Porrò quæ affectum sanãdo, dolorẽ sedant, nec ea meritò anodyna
Aliter cap. prohib. h
B dici possunt: nam id cõe est oĩum, quæ curant. Itaque, quę reuera sunt anodyna, partium sint tenuium, & calidiora q̃ quæ symmetra sunt, necesse est, ut scilicet euacuent, ac digerant, tum rarefaciãt, extenuent, concoquant, & æquabile reddant, quicquid in partibus dolore uexatis, aut humorum acrium, aut lentorum, aut crassorum, aut multorum, tenuibus spiramentis infarctorum: aut ẽt uaporosi, aut crassi, aut admodum frigidi spiritus, exitum commodum non inuenientis: inhæsit, atq; inclusum est. Itaq; nihil prorsum adstrictionis habeant oportet, ne si pars quidẽ aut ẽt affectus exposcant. Ex quibus liquet, q̃ interdum affectionem non iuuabunt, sed dolorem tantummodo mitigabunt, qñ uidelicet re vera dicentur anodyna: Interdum uero ẽt affectum ipsum adiuuabunt, & facultatem habebunt duplicem, nempe anodynam, & sanantem. Sed de talibus copiosius agetur in curandi uoluminibus. At in præsenti hoc dixisse sufficiat, nempe q̃ horum anodynorum propriè nuncupatorum medicamentorum quædam, ut est ante dictũ, primi sunt ordinis excalfacientiũ, quæ sanè propriè sunt anodyna, ceu oleũ anethinum: quædam uero similiter ut corpus nostrum, velut pus mouentia nuncupata, de quorum materia supra dis-
Aliter cap. eiusdem. g
sertum est. Sed de ipsorum usu in libris de curandi ratione definietur. At ea, quę καταφορὰν, i. soporem, epota moliuntur, ac proinde anodyna, & ὑπνώτικα hoc est somnum conciliantia, a pleC risque appellantur, temperiẽ sortiuntur uel summè aduersam ijs, quæ reuera sunt anodyna. Refrigerant siquidem oĩa corpus, & sensum eousq; obstupefaciunt, ut si paulo liberalius ebibantr̃, mortem afferãt. Cæterum ad vsum propositum optima sunt quæ desiccãt: nam quæ frigida cũ sint, humiditatis item copiam obtinent, ceu cicuta, ea potui non sunt vtilia. Talis est mandragora excepto cortice eius sicco: & altercum, præter semen: sed tñ & in his candidũ semen atro præstat. At sunt quæ tota essentia nobis contraria sunt: proinde si uel minimum eorum assumptum fuerit, oĩno lædat necesse est, ceu dryopteris, & pityocampe, & thapsia, & solanum manicum, & hydrargyros, & fungorum non nulli, præterea saliua & fel uenenatorum animalium: nam talia oĩa genere sunt deleteria, non quãtitate: ac proinde nihil eorum in alexiterias antidotos inditur, veluti papaueris succus, & myrrha, & styrax, & crocus. Siquidem hæc si largius bibantur, quædam dementant, quædam mortem inferunt: uerum cõuenienti quadã mensura alijs admista, adiuuant. Porrò quæcunq; inter ea mentem lædunt, continuò ẽt pleraq; caput degrauãt, ua porum prauorum congerie ipsum implentia. Sed & quædã os ventriculi tentant, atq; affligunt, vt & inde caput per consensum lædatur. Communiter vero uniuersã duobus modis cerebrum affligunt lædunt q̃ue, aut cum tota substantia sunt contraria, aut cum vna duabusve qualitatibus
D temperaturam immutant.

Duobus modis dicitur cathartica hoc est purgans, facultas, aut enim quocunq; modo expurgans corporis recrementa: aut quia vim attractoriam familiarium succorum obtinet. CAP. 20.

CAeterum qm̃ de his sufficienter dictum iam est, quod quidem ad præsentia faciat, tempestiuum nunc est, resumptis dictorũ capitibus, ea adijcere, quæ sermoni reliqua esse uideantur. Nam in ueritate quidem nihil est reliquum, nimirum cum secundæ iam facultates oẽs sint expositæ, quales sint genere scilicet; nec paucæ speciatim superius explanatæ, ceu exempla, vñ quis orsus, quorum q̃; auxilio reliquas ipse queas assequi. Verum nihilo sese res deterius habebit, si claritatis gratia breuibus iterum capitib⁹ ea fuero cõplexus. Primum n. facultatẽ omnes purgatoriam in ore habent: non tamen omnes perinde intelligunt, q̃ uocabulum duo significat, alterum commune omnium, quæ quovis modo animalis excrementa expurgant: alterum vero quod per excellentiam de ijs tantummodo dicitur, quæ aut per uomitum, aut per uentris deiectionem, purgent: neque q̃ eiusdem est generis tum ea quæ fit per nares, tum ea quæ per os fit purgatio. Vocant autem ea medicamenta, quæ naribus §quas Græci ἐρίνας nominant§ capitis purgandi gratia infunduntur, Errhina: at, quæ in ore colluuntur, aut dentibus manduntur, omnia una nomenclatura comprehendentes, apophlegmatizonta nuncupant: ac eorũ facultates,

apo-

apophlegmaticas appellant. Eiuſdem cum iſtis ſunt generis, quæ vuluæ admota expurgãt. Quæ cunq; ſiquidem purgare memoraui, ea trahendi uim poſſident, alia vnum quempiã ſuccũ, alia duos, aut ẽt plures: & id illis inter ſeſe cõe. Nam quæ craſſis lentisque humoribus extenuandis, aut vrinam ciere poſſunt, aut ex pectore pulmoneq; eijciẽdis excreationibus auxiliari, purgant ſanè & ea quidem quodãmodo, verum antedictis non ſimiliter nuncupantur: ſed alia uocantur vretica, alia bechica, alia menſes mouentia, hac re a ſuperioribus diuerſa, ꝙ nõ hẽant uim familiarium ſuccorum attractricem, ut illa. Quamobrem & in hiſce ſermo aliam diſtinctionem poſtulat, nempe hmõi. Quæ in peſſis, aut fomentis, aut quouis mõ ſimili, vuluæ admouentur, ea duplici ratione agere conſueuerunt. Nam alia calfaciendo duntaxat prouocant: alia facultatibus attractorijs & purgatorijs, quas uocant, quas demonſtrauimus trahendorũ familiaritate uacuationes peragere. At, quæ hoc nomine bibuntur, vt ſanguinem extenuent, & meatus obſtructione liberent aperiantque, ea trahendi facultate uacuationẽ non perficiunt. Atq; priora quidem cum purgantibus eiuſdẽ ſunt generis: ſecunda uero cum ijs, quæ lac & ſanguinem* generant: de quibus paulo infra uerba faciemus, ubi prius de bechicis diſſertum a nobis fuerit: qñquidem & hæc bifariã nominata ſunt, partim quia tuſſim prouocent, partim quia ſedent. Atqui contrariæ horum facultates ſunt: alia. n. extenuandi naturam hñt, alia incraſſandi. Atq; extenuandi quidẽ facultas, in calidis & tenuium partium ſubſtantijs ſita eſt: incraſſandi vero, in frigidis & craſſarum partium eſſentijs ineſt. Atq; hic ſermo hoc in loco finem habeat. Conuenit aũt tranſire ad id, quod paulo ante diſtulimus. Eſt. n. ſocietas & ſimilitudo quædam tum operum, tum facultatũ in ijs, quæ prouocant ſedantq; menſes, lac, & ſemen. Sed & affinia illis quodammodo, uicinaq; ſunt, quæ urinas mouent, & bechica. Proinde de quolibet ſeorſum differendum eſt.

* Al. ſemen.

Quod lac generantium, aut ſemen prouocantium facultas moderate ſit calida, & humida: alimentorum vero in totius eſſentiæ conſiſtat ſimilitudine. CAP. 21.

LActis & ſeminis effectrices facultates ſunt partim in medicamentis tm̃, partim in alimentis: in medicamentis, cũ ſuccos pituitoſos excalfacientes in ſanguinẽ uertimus: in alimentis aũt ſecundum ſubſtantiæ totius ſimilitudinem: vbi uidelicet boni ſunt ſucci, & moderatè humida, ac tepide calida, ceu ipſum lac. Siquidẽ ſanguis caloris eſt particeps aãli mediocris: plus quàm vero mediocris, flaua bilis: ſicut pituita, frigiditatis. In medio adtem pituitæ & ſanguinis eſt lac, utiq; quod ad calorem attinet: non tamen æquè ab utroq; abeſt, ſed longius abeſt, a pituita, propius accedit ad ſanguinem. Cum ergo minus q̃ expediat ad ubera lac uenit, uelis autẽ copioſe prouenire, ipm contemplator ſanguinem. Aut. n. paucior eſt quàm conueniat, aut deterior. Itaq; qui paucior eſt, uniuerſam uictus rationem expoſcit humectantem & excalfacientem: qui aũt deterior eſt, ſiquidem bilioſus fuerit, primum purgationem deſiderat, mox uictum quẽ modo dicebamus: ſin pituitoſus, medicamenta requirit excalfacientia aut primo, aut ſcdo ordine, non tñ deſiccantia. Verum inter ea potiora ſunt, quæ non tantum ſunt medicamenta, ſed & nutrimenta, velut eruca, fœniculum, anethum. Dico autem ipſas herbas etiamnum uirentes, & humidas: nam ſiccæ, plus q̃ oporteat & excalfaciunt, & deſiccant. Huius generis eſt ſmyrnium, apium, ſion, polium, eaque uirentia, prius q̃ ſiccentur: quippe cum ea quæ deſiccant, humorem ſanguinis depaſcentia, ipm craſſiorem ſimul, pauciorem q; efficiant. tum, ſi natura quoque ſint calida, iuſto ẽt calidiorem; ſin frigida, frigidiorem: dẽt enim eſſe modice calidus, ac neutiquam craſſus, ut lac generet. Quocirca quæ ſunt illiuſmodi, extinguunt magis lac, quam procreant: at quæ ſic ut dictum eſt calfaciunt, nullamq; inſignem adiunctam hñt ſiccitatem, lactis procreatricem habere facultatem merito dicta ſunt. Verum ea numero ſunt perquam exigua. Nec enim profecto facile inuentu eſt, quod propoſitam in temperie ſortitum ſit mediocritatem: cæterum infinita ſunt, ut ita quiſpiam dicat, & multitudine incomprehenſa, quæ lac lędant. Etenim quę cunq; plus q̃ expediat calefaciunt, quęq; deſiccant aut refrigerãt, partim qualitatem ipſius ſanguinis uitiantia, partim ipſum minorem reddentia, lac prouenire prohibent.

Quòd menſes mouentium medicaminum facultas calidior eſt, & modice deſiccat: alimentorum vero eſt ſecundum totius ſubſtantiæ ſimilitudinem. CAP. 22.

POrrò dictis adſimilem uim obtinent, quæcunq; prouocare, aut ſedare menſes pñt: utrorunque enim communis materia eſt, nempe ſanguis in uenis contentus. Itaq; vbi hic fluxilis fuerit, & quantitate contemperatus, utiq; abundantem ſuppeditat copiam. Communes quin etiã uberibus, uteroq; venæ ſunt non exiles, at, quęnam eæ ſint, alibi dictum eſt. Itaque ubi ad alterutram partium ſanguis defertur, altera ſicceſcit. † Proinde quibus menſes mediocriter ferunt, ijs lac in mãmillis non colligitur: ꝙquibus uero hoc large ſuppetit, ijs planè menſes ſupprimuntur. Itaque mirandum non eſt, ſi tum uictus, tum medicamenta ſimilia ſint, nempe & ea, quæ generant, ſedantq; in menſes ſingulos ex utero purgationem: & ea, quæ lactis in uberibus gñatio nem procurant, ac ſupprimunt. Quanquàm hactenus differant, ꝙ & calidioribus & magis incidentibus purgatio menſtrua non nunquam indigeat: quippe cum ea parte ſitę uenæ magis aperiri debeant, quàm quæ tendunt in mammas: & ſanguinem fluxilem magis requirant, nimirum cum uterus ad delationem eius nihil conferat. Mittuntur enim in uenas quæ illi committuntur,

† Al. Proinde q bus menſes ferũ tur, ijs lac in mã millis mediocri ter colligitur.

hand

A haud attrahuntur menſes: At ſanguis in ubera non tantum mittitur, ſed & trahitur: ac proinde leuiore ſubſidio medicaminum opus hẽt, cum non abunde in mammas confluit. Et medicinæ quæ iuuant vt ſanguis in mamillas eat, deficientes atque imperfectas purgationes etiam adiuuant. Sin autem multum obleſæ ſint, aut plane retentę, nulla ex eiuſmodi eas ſanare poteſt; ueruum ſabina, & myrrha, & iris, & calamintha, & pulegium, tum dictamnum, aſaron, coſtus, caſſia, cinnamomum, amomum, ariſtolochia, bunium, & eius generis reliqua, abſolutas uteri purgationum retentiones ſanant: nam talia quoque urinam promouent. Sed ab ipſis vreticis uocatis medicamentis hoc ſolum differunt, quòd non vehementer deſiccent. Siquidem excalfactio tribus generibus medicaminum communis eſt, puta quæ lacti procreando ſuccurrunt, quæque menſibus ciendis, & vrinæ conueniunt. Differunt tamen caloris mẽſura: tum etiam quòd quædam deſiccant, quædam non. Siquidem quæ non deſiccant, & modice excalfaciunt, lacti generando utilia ſunt: quæ vero plus excalfaciunt, non tamen ualenter deſiccant, menſibus eliciendis ſunt congrua. Verum & utraque hæc urinas prouocant, & ad hæc cum primis ea, quæ calefaciunt & deſiccant. Et propter hoc ea peculiariter dicuntur uretica, ſiue urinam mouentia, nõ quia ſola moueant urinas: ſed quia ſolas, & non etiam menſes, aut lac. *Nam præter alia & red-
B dendis ex pectore pulmoneq; excreationibus incommoda ſunt deſiccantia: poſcunt enim, & ipſa incidi quidem, at non ſiccari, ceu & renum, ueſicæq; calculi. Verum de talibus medicamentis ſupra diſſerui.

Quòd quæ ſemen prouocant, quorundam vt medicamentorum quidem, facultas eſt flatuoſa & calida: aliorum vero vt ciborum, flatuoſa quidem etiam, ſed tota ſubſtantia familiaris. CAP. 23.

VT lac, ita & ſemen quædam generare dicuntur, & quæ his ſunt contraria, extinguere: tum quædam prouocare, & ipſis contraria ſupprimere: ac generare quidem, quæ procreant, quod antea non erant: extinguerre vero, quæ corrumpunt: prouocare autem, quæ, quod in alto deliteſcebat, in apertum proferunt, & his contraria, quæ ſupprimunt. Igitur ſemen generant cibi quidem qui bene nutriunt, & flatuoſi ſunt, totisq; ſubſtantijs familiares: medicamenta uero flatuoſa & calida: extinguunt autem deſiccantia & refrigerantia omnia, & quæ totis ſubſtantijs, ſunt contraria. Porrò prouocant quæcunque calida ſunt, & flatuoſa abſq; deſiccatione: ſupprimunt vero contraria. Etenim cum ſeminis ſubſtantia ex bona ſuperfluitate generationem ſortiatur: ſitq; ẽt flatuoſa, bene nutriant & flatuoſa ſint neceſſe eſt, †quæcunq; ſemen aut procrea-
C re, aut prouocare poſſunt. Itaq; bulbi, cicer, fabæ, polypodes, conus, edulia dicuntur multi ſeminis, & ſunt: at ſcinchus, & ſatyriõ medicamẽta ſunt: porrò ſimul cibi ac medicamina multi ſeminis ſunt lini ſemen & eruca. Cæterum quæ refrigerare ſunt nata tum edulia, tum medicamina, ſemen cogentia, incraſſantia, & ſtabile reddentia, uim hñt ipſum ſupprimentem, non autẽ corrumpentem, nempe lactuca, blitum, attriplex, cucurbita, mora, melopepones, cucumeres ſeu pepones, ſeu non pepones (hoc eſt maturi, ſeu nõ). Porrò quæ reſiccant, prorſum ne eſſe quidem ſemen permittunt, ẽtſi calida ſint natura, velut ruta. Si aũt non calfaciũt, multo minus, ut nymphæa, atq; hęc ſane rationabile eſt, ſubſtãtię proprietate contrariè affecta eſſe ſemini. Eandem proportionem tum eſculentorum, tum medicamentorum eſt inuenire in lacte, & mẽſibus. Porrò alio modo ſub idem genus cadunt, quæ reſpirantium inſtrumentorum reijciendis excretionibus auxiliantur, quæq; urinam ciere poſſunt: hęc enim oĩa extenuandi facultatem obtinent, uti contraria incraſſandi. Sed de uictu extenuante priuatim conſcriptum eſt, nihilo ſecius in eodem uolumine indicatis quę incraſſant. Verum extenuantia & incraſſantia medicamenta ex libris, qui deinceps ſequentur, ſeligito: in extenuantibus quidem ſcopum habens caliditatẽ iunctam partium tenuitati, in incraſſantibus uero contraria. Oſtenſum enim eſt in ſuperioribus li-
D bris, & propria quædam ſit medicamentorum eſſentiæ tenuis natura, non ſolis excalfaciẽtibus coniuncta. Eadem ratione & incraſſantium natura non ſolis ineſt refrigerantibus. Cæterum ut in talibus facultatibus proportio quædam ineſt, eundem in modum quærendum in omnibus, ẽtſi nomen nõ ſit impoſitum. Vocantur enim quædam oxydorcicæ facultates, quæ oculos, ubi nullum illis inſit ſenſibile pathema, male tamen munere ſuo fungentes, corrigunt, & in integrũ reſtituunt. Ac nimirum & in auribus, & in naribus, & per quemq; aliorum ſenſuum ſingulatim proportione talis quædam ſit facultas, neceſſe eſt: nec tamen facultas nominata eſt ab acumine auditus oxycoos, ſicut nec in olfactu, nec in guſtu, nec tactu, cum tamen in rebus ipſis ſenſilibus ex proportione inſit. Porrò ſi quis ſimilitudinem plus etiam extendat, per quanque noſtri particulam, talem exiſtere medicamentorum facultatem neceſſe eſt, a qua uidelicet melior reddatur partis ipſius actio: ut uerbi cauſa, uentris actio. Siquidem talem eius imbecillitatem inuenire eſt ſæpenumero, qualis eſt in oculis Amblyopia, hoc eſt hebetudo uiſus, cum ij nec phlegmone teneantur, nec influxu torqueantur, nec ulcerati ſint, nec aliud quidvis mali perpeſſi. Et ſanè in medicamentis, quæ affectum uentris eiuſmodi emendant, peptica, ſiue concoquentia nuncupantur, appellationis quidem figura nihil proportionale habentia oxydercicis, cęterum opere ipſo & facultate ſimilia.

Græce ẽ. πρὸς γὰρ αὐτοῖς ἄλλοις, οὐδὲ ταῖς ἐκ θώρακος καὶ πνεύμονος ἀναπτύσεσιν ἐπιτηδεια τὰ ξηραίνοντα. legendum fortaſſe πρὸς γὰρ αὐτοῖς, ἄλλοις τε καὶ ταῖς ἐκ θώρακος καὶ πνεύμονος ἀναπτύσεσιν μὴ ἐπιτυδεια τὰ ξηραίνοντα. His enim, vt & alijs, & reddẽdis ex pectore pulmoneq; excreationibus incõmoda ſunt deſiccãtia.

† *Nux pinea hoc eſt interpretis.*

De

De facultatibus à partibus corporis cognominatis. CAP. 24.

PORRÒ,qm̃ & quaſdam appellatas a corporis partibus facultates eſſe diximus, nihilo fuerit deterius,& de his diſſerere. Nec.n.(quod quiſpiã forſan exiſtimet) omnibus partis affectibus congruunt:nec ita vni,vt alij nihil profint: ſed qm̃ frequentiſſime, aut maxime agant ea in parte,a qua nomen ſunt mutuatæ. Ophthalmicæ quidem,qm̃quidem maxime ac plurimum ad oculos ipſas uſurpamus, uelut collirium διὰ ῥόδων,& aliud διὰ πομφόλυγος,& cygnum appellatum,& lybianum,& alia omnia:quibus uti quidẽ licet,& ad aures affectas,aut os,aut nares,preterea pudendum,& anum:uerũ non ita frequenter, nec tanto cum fructu. Rurſum autem alias nuncupamus hepaticas,alias ſplenicas,pleuriticasque,& ſtomachicas:nimirum cum & ipſa ea parte,quam noíe deſignant,ſæpiſſime ſimul ac potiſſimè prodeſſe conſpiciamus.Porrò quæ ſit profectus & adiumenti cauſa,in opere de curandi ratione explicabimus,in quo cętera quoque oĩa de medicamentorum uſu exponentur. Itaq; nihil etiam hic hærendum atq; immorandum eſt,niſi quocabulorum non nihil declarandus eſt uſus: quẽ cum alij non nulli recentiorum medicorum,tum præſertim qui uocantur methodici,inaniter innouauerunt,atq; induxerunt.

De inani nominum uſurpatione, quam medici recentiores & inter eos maxime methodici induxerunt. CAP. 25.

NAm quę ſtalticas quaſdam facultates,hoc eſt ſiſtentes ſeu ſupprimentes, & conſtringentes, contrahentes,& repellentes,aut alias id genus proferant,id nequaquam abſurdũ eſt, nec obſcurũ. At cum metaſyncriticas tum materias,tũ facultates nominant,nec apertũ eſt quod dicunt,nec verum:nec etiã ſectæ congruens eorũ,qui ſe ſugitare profitentur eã, quæ a dogmaticis opinionibus ὑπολεψεως uocant ἐπιδοσιν proficiſcitur,indicationem. Sufficere nanq; aiunt ſibi apparentes cõitates. Atqui excedentibus corporis meatibus ex ſtatu naturali in ſtatum præter naturam,in proprietate excedendi exiſtere quædam pathe,ea dogmatica hypolepſis eſt. Sequit, uero ad hanc,quaſdã eſt facultates,eiuſmodi παθῶν,metaſyncriticas, uidelicet† quæ commutẽt meatuum alienam a natura confuſionem:ἐπεὶ nam ſic uſurpant nomina Theſſali ſequaces:atq; ad ea quæ diutina fluxione uexãtur, facultates eiuſcemodi adhibent, cum nec mõſtrarint meatuũ alterationes in talibus prouenire affectibus:neq; quę hæc medicamenta tranſmutare ἐπεὶ ita uerto τὸ μετασυγκρίνειν ἐπειτιατιαm meatuum ſtatum poſſunt,demõſtrare ualeant.Nam,per Deos immortales,cur obſecro napy,thapſia,pyrethrum,capparis radix, & abſolute quęcũq; urere pſſnt, ſi diutius corpori inhæreant,meatuum ſtatum commutant ? Nam quę partes,quę tentantur aſſidua fluxione,ab hoc genus medicamentis iuuentur,perſpicuò vĩ:at quamobrem iuuentur, naturalis ſpeculationis problema eſt. Ac nos quidem dicimus earum frigidam ſimul atque humidam eſſe temperiem,ac proinde poſcere medicamenta,quę ſimul & excalfaciant,& deſiccent. Atq; alij aliam cãm proferent,pro opinione nimirum,quã conceperunt de corporis elemẽtis. Nec tñ uſurpari conuenit metaſyncriſeos uocabulum a quoquam alterius ſectę, prętereq; eorũ qui animantium corpora,& exiſtimant,& appellitant ſyncrimata,ſeu cõfuſiones ex corpuſculis inſecabilibus,minimisque,& partitionis expertibus,ac ſimilaribus:quanquam nec iſtis omnibus,ſed ijs dũtaxat,qui,vti Theſſalus in canone,meatuum alterationi id genus morbos aſcribunt. Non.n.qua methodicus eſt Theſſalus id dicit(ſiquidem ubi tãquam methodicus diſſerit, illic ab obſcurorũ recedit indicatione) ſed qua dogmaticus.ſ.ab ijſdem, quæ Aſclepiades ponit,elementis exorſus,cæterum haud ubiq; ſequens.Sed nunc tempus non eſt ſuper talibus prolixius diſſerere:nam quędam curandi Methodo magis ſunt propria, quędam uero in opere de Themiſonis,& Theſſali ſecta exactius expromentur.Tempeſtiuum itaq; nunc eſt, cõtractis huius libri uelis quieſcere,ſi modo duo illi prętereа capita adiecero,alterum ſuperius dilatum,nępe de facultatibus contrarijs: Alterum ad inſequentem ſermonem neceſſarium,definiturus.ſ. cuiuſque tum excalfacientium,tum refrigerantium, tum exiccantium, atq; humectantium medicamentorum ordinem.

† ἀλλοιούσας δηλονότι τὴν παρὰ φύσιν τῆς συγκρίσεως ἡμῶν ποροποιάν.

Quo pacto contrarias iudicare facultates oporteat. CAP. 26.

IGitur contrarias iudicare facultates ex operibus oportet, ſicut toto hoc libro ſępenumero oñdimus,dicentes quaſdã facultatec emplaſticas & his contrarias extergentes, tum farctu liberantes,& infarcientes,prętereа emollientes,& indurantes,ac laxantes, & contendentes: nã adſtringentes,aut acres,aut amaras,aut acidas,aut dulces,non facultates medicamentorũ,ſed guſtus eſſe qualitates monſtrauimus. Itaq; in his,aut prorſum quęrenda non eſt contrarietas, aut non vt in facultatibus quærenda.Scopus aũt in iſtis duplex eſt,nępe earũ actiones,& temperaturæ.Actiones quidem,in denſando,& rarefaciendo:aut quippiam ex alto extrahendo, aut repellendo:incraſſando materias,aut extenuando:aut infarciendo meatus, aut fractu liberando.Tęperaturæ uero in calido,frigido,humido,& ſicco. De quib⁹ oĩbus abũde in quarto libro determinatũ eſt,monſtrantibus nobis,quę adſtringens,terreſtre ſit, & frigidũ:acidũ vero, ſubtile frigidum:amarum aũt,terreſtre ſubtile: qđ vero eſt abſq; ulla inſigni qualitale,frigidũ aqueũ. Sic acre,igneum oſtendimus:ſalſum uero,terreſtre calidum,nondum tamen igneum: ſimiliter dulce,calidum,ſed nondum urens:quæ vero oleoſa ſunt,omnia aquea ſunt & aeria.Secuta ſanè

A nè ſunt temperaturas eorum,& opera.Nam adſtringens cõtrahere,conſtringere,dẽſare,repellere,& incraſſare,& ante hæc omnia refrigerare, exiccareq; natum eſt: acidum uero incidere, extenuare,diuidere, farctuq; liberare,perpurgare ξ διακαθαίρειν Græci uocãt ξ citra excalfactionem:acre uero ſimiliter ut acidum agere, φ ad extenuationem, perpurgationemq; attinet: cæterum hoc differt, φ acidum refrigeret,acre vero excalfaciat:ad hęc, φ illud repercutiat,hoc attrahat,& digerat. Sic amarum quoq; meatus perpurgat,abſtergit,extenuat, incidit humorum craſſitiem abſq; manifeſta excalfactione:frigidum uero aqueum incraſſat,cogit,contrahit,conſtringit:obſtupefacit,atque extinguit.Porrò acre extenuat,perpurgat,digerit,perrumpit, attrahit,& eſcharam ſiue cruſtam efficit. At ſalſum contrahit,conſtringit,condiendo ſeruat,deſiccat citra apertam aut caliditatem,aut frigiditatem. Dulce uero concoquit,laxat,rarefacit, Oleoſum deniq; humectat,emollit,laxat. Facilius itaq; iam erit ex modo dictis ponderantem ſapores,inuenire qui temperamento,quiq; operibus ſint contrarij.

De limitatione ac finitione ordinis cuiuſq; excalfacientium, frigefacientium, humectantium, & deſiccantium. CAP. 27.

B POrrò congruens iam tempus eſt,definitis temperamentorum & facultatum,quæ in medicamentis ſunt,ordinibus,hunc librum abſoluere. Igitur ſymmetrum medicamentum,& quod ſit ſimilis temperamenti cum eo,cui admouetur,cum neq; calefaciat,neq; frigefaciat,neq; deſiccet,neq; humectet,id nec calidum,nec frigidum,nec ſiccum, nec humidum appellare conuenit: Quod uero aut calidius, aut humidius,aut frigidius,aut ſiccius eſt, a uincente ſeu excedente cognominatur facultate. Porrò per vnumquemq; exceſſum quatuor poſuiſſe ordines quod ad vſum ſpectat ſufficit,calidum quidem nominantes primi ordinis, quod nos excalfacit, non tamen euidenter,verum ut opus ſit: inſuper aliqua demonſtratione rationali:ſic frigidum, humidum,& ſiccum,quod demonſtrationem † requirat etiam,nondum actionem ualentem neq; euidentem adeptum.Quæ vero manifeſtè aut calfacere,aut frigefacere,aut humectare,aut deſiccare poſſunt,ea ſecundi eſſe ordinis dicentur. At,quæ iam uehementes quidem,non tamen ſumme,tertij.Quæ autem adeo excalfacere poſſunt,ut eſcharam moliantur,& urant, quarti:ſic quoq; quæ uehementius refrigerant,adeo ut extinguunt,& ipſa quarti ſunt ordinis. Cæterum nullum inuenire eſt,quod quarto ordine deſiccet,quod non etiam urat: nam quod ſumme deſiccat,omnino id etiam deurit. Attamen tertij ordinis exiccantium eſſe quippiam queat, quod C non urat,ceu omnia quæ uehementer adſtringunt,ex quibus eſt omphacion, rhus, alumen,balauſtium,galla omphacitis. In his autem ipſis quædam uicina iam ſunt adurentibus, vt ſquama æris, & æs uſtum, quaſi inter tertium quartumque ordinem dubiè hæreant. In medio tertij eſt æs uſtum,ſi latum ſit.In principio tertij hypocyſtis. Sic autem & in ſecundo & quarto differentias conſtituere licet triplices:nec enim perinde* vrit cauterium,& napy,licet ambo quarti ſint ordinis. De his ſane omnibus in ſequentibus libris per ſingula ſeorſum medicamenta determinabitur.

† *Additur in antiquis, logicam.*

* *In cod. græcis tam manuſcriptis quàm impreſſis eſt ξηραίνει. i. ſiccat, & ita in tranſlatione veteri.*

GALENI DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM FACVLTATIBVS LIBER SEXTVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

D Agit de effectricibus qualitatibus ſingulorum medicamentorum,quæ plantę,aut ipſarum partes exiſtunt: quorum hiſtoria ad nonum uſq; librum continetur.

Quid agendum reliquis libris ſimplicium medicamentorum: & qui authores rectè,qui perperam,de ipſis tractarint.

DE ſimplicium medicaminum forma pariter & facultate ſcribere nobis aggreſſis, primis duobus libris ante omnia prauos modos ratiocinationum, quibus recentiorum medicorum plerique uſi grauiſſime hallucinantur,indicare eſt uiſum. In tertio uelut elementa quædam totius doctrinæ tradidimus. Deinde uero in quarto de ſaporum natura diſquiſiuimus, ſtudio inueniendorum omnium, quæ ex illis ad facultatum conducere cognitionem poſſent: diſſeruimus autem in extremo ipſius libri de qualitatibus medicamentorum, quæ ad odoratum attinet. Porrò in quinto ad reliquum facultatum genus trãſgreſſi, quod quidem ab ipſis operibus, quæ peragere natæ ſunt,dominatur, & illic quoque cuiuſque ſubſtantiam oſtendimus. Et ſanè uniuerſalis ſermo de ſimplicium medicamento-

rum

rum facultate vniuersus iam finem fortitus uidetur. Tempus uero est ad fermones particula- E
res, seu speciales, seu utcũq; nominare cuiq; visum erit, transire. Et sane hi priuatim in unoquo
que medicamine peragentur, ceu protinus in initio fecimus, in primo quidem horum commẽ-
tariorum de aqua & aceto contemplati: in secundo vero de oleo & rosaceo: nisi q illic uelut in
exemplis sermonem transegimus aduersus eos, qui non recte de illorum facultate quid protu-
lissent: hic aũt breuibus de vnoquoq; differam, non amplius curans, siquis male de quovis eo-
rum quippiam pronũciarit, id tm scripturus, quod mihi videbitur verissimum, omissa aduersus
illos, q quid peccarunt, concertatione. Porrò q non mõ obscura futura est oratio ijs, q superio-
ra ignorant, verùm demonstrationis destituta quoq; fide, vel me tacente clarũ arbitror. Sed tñ
& in memoriam reduxisse forsan præstiterit, primùm quidem q in natura temperatissima faciẽ
dum est medicaminum facultatis periculum, deinde in intẽperata, postea deinceps in morbis
simplicibus. At si quis ex gustu qualitatibus indicatorie coniectari uelit de eorum facultate, in
quarto monstrauimus quænam sit in his methodus. Si quis ergo aut negligẽter lectis superiori
bus, aut plane nõ lectis, statim ad hunc librũ pergat, festinans quã primum medicaminũ facul-
tatis peritus effici, haud certã eorum hẽbit notitiam. Cęterũ qm̃ medicamenta oĩa partim sunt
partes aĩaliũ: aut plantarum, a ut fructuũ, aut horũ liquores ξquos ὀπους Græci uocantξ aut suc- F
ci: partim vero ex metallis sum untur: melius mihi uisum est de plantis ante oĩa differere, tũ q
numerosissimum illarũ est genus, tum q virium robore præcellentissimũ: inde de metallicis tra
ctare, atq; hinc ad aĩalium partes trãsire. Quin ẽt eo illas ordine perscribere decreui, qui in ele-
mentis visitur, eas plantarum primo loco collocans, quarum appellationes initium sui sortita
sunt elementum α, sm uero loco quæ a β incipiunt, & sic tertio, quarto, quintoq; loco, atque ita
deinceps, pro literarum uidelicet ordine. Nam & Pamphilus eum in modum tractatum de her-
bis composuit. Verum is ad fabulas uersus aniles est, simulque præstigiaturas quasdam deliras
Aegyptias, iunctis non nullis incãtationibus, quas, cum herbas colligunt, admurmurant. Et sa-
nè utitur ad periapta, i. quæ suspendũtur, & mangan@as non solum curiosas & a medicina alie-
nas, sed ẽt falsas uniuersas. At nos neque horum quippiam, neq; nugaces istorum narrabimus
transformationes: nec.n. uel paruis admodum pueris utiles tales esse fabulas existimamus, ne-
dum ijs, qui medicinæ operam obire properant. Et profecto protinus in aphorismorũ initio ab
1. Apho. 1. Ext. ord. 2 b Hippocrate dictum mihi vĩ, ‖ Vita breuis, ars uero longa. ut tps non in inutilia impenderemus,
uerùm q̃ maximo studio festinaremus uiam incedere compendiosissimam, nempe per ea, quę
sunt in arte utilissima. Pleraq; uero ista herbarum noĩa aut Aegyptiaca, aut Babylonia, quæq; G
non nulli ξautξ priuatim, ξautξ notæ gratia illis imposuerunt, hic adscribere mihi uisum est super
uacuum. Nã prestat, si quis hęc uolet curiosius persequi, seorsum, & per se apud illos legere, qui
transtulere: nam ita & libros illos inscribunt, ut qui eos non composuerint, uelut Xenocrates
Aphrodisiensis fecit, uir cum in alijs supra modum curiosus, tum a præstigiatura non alienus.
At Pamphilus, is. s. qui libros de herbis composuit, planè ex iis, quæ uel ipse scribit, præ se fert
grammaticum, indicatq; se nec cõspexisse herbas de quibus conscribit, nec uires earum expert-
tum, sed iis, qui ante ipm scripsere, fidem habuisse citra ullam explorationẽ. Sic sane libros ex-
pleuit, annexo ad quãq; herbam nominum aceruo: deinde ẽt exponens, si qua ex homine fere-
batur transformatio: tũ epodas, seu incantationes, & libationes, atque thymiamata, quæ in col
ligendis illis adhibebantur, adscribẽs, nec non & alias eiusmodi pstigiaturas nugaces. At Ana-
zarbensis Dioscorides quinq; libris materiam ocm utilem absoluit, non herbarum tm, sed & ar
borum, & fructuum, & succorum, & liquorum: memorãs insuper & metallica omnia, & partes
animalium. Et mihi utiq; uidetur oĩum perfectissime tractatum de materia medicamentorum
confecisse. Nam licet a maioribus eo, plurima de illis bene scripta extent, tñ à nemine omnium
† Legitur in antiquis græcis co. πάλιν εἰ ἰὰ νίγρου τίς ἐπαινοίη τοῦ ἀσκλη-πιάδείου. i. nisi q s nigri Asclepiadei opera prædicet. æque de oĩbus, †nisi siquis Tanitrum prædicet Asclepiadis: ξnam & huic cætera bene dicta esse H
probantur extra ratiocinationes, quas super causis affert. Atque hęc nimirum perlegere debet
quisquis peritus medicamentorum materię euadere studet: ad hæc quoq; quæ scripta reliquit
Heraclides Tarentinus, & Crateuas, & Mant@as. Verum illi nõ similiter scripserunt, nec in unũ
collegerunt omnia, ceu Dioscorides, qui de hac materia quinque libris fecit titulũ: uerũ seor-
sum, uerbi causa, de præparatione, aut probatione medicamentum scripserunt, ut Heraclides
Tarentinus: seorsum uero de purgantibus aut propotismis, aut clysmis, ut fecit Mant@as: se-
paratim de facile parabilibus remedijs, uti Apollonius: aut de ijs, quæ secundum locos, ut Mã
t@as. Porrò plerunque medicamentorum usum ueteres in curandi tractatibus prodiderunt, ut
& iuniorum medicorum, prope omnes. Nam & ab Hippocrate dicta sunt multa, & ab Euriphõ
te, & Dieuchẽ, & Diocle, & Plistonico, & Praxagora, & Herophilo. Nec est ueterum medicorũ
quisquam, qui non aliquid plus minusue arti contulerit ad medicamentorum scientiam, idq;
citra præstigiaturam, aut mendacium, quæ postea inuexit Andreas. Itaque cui ocium suppetit
legendis utiliter de medicamentis scriptis libris, multos quidem habet, ut est dictum, antiquo-
rum, sed nec paucos iuniorum, aduſque Pamphilum, & Archigenem. Quin & Rufus Ephesius,
cum multa medicamenta in curandi libris conscripserit, tũ de herbis uersibus hexametris qua
tuor

A tuor libros compoſuit. Nec metus eſt defecturos libros utiles, etiamſi, in tota uita quis aliud nihil, q̃ de medicamentis legere volet. Verum abſtinẽdum ab Andrea eſt, alijsq; ſimiliter mendacibus: multoq; ẽt magis fugiendus Pamphilus, qui ne per ſomnium quidem herbas uidit, quarum aggreditur figuras perſcribere. Nã id genus hominum (quo mõ aſſimilauit eos Heraclides Tarẽtinus) ſimillimum eſt præconibus, qui formam, ac notas fugitiui mancipij, licet ipſi non uiderint unquam, præconio tñ publicant: notas. n. ab alijs qui norunt accipiunt, & ceu cantilenam eas proferunt: ut ſi forte is, quem præconio indicant, prope adſiſteret, agnoſcere tñ nõ poſſent. Equidem nõ poſſem non accuſare & illos, & eoque, qui primi herbarum formas ſcriptis docere ſunt conati, cũ melius exiſtimẽ ab ipſo præceptore oculis diſcere, ac non adſimilari ijs, qui ex libris prodeunt gubernatores: nã ſic & uerior & manifeſtior eſſet doctrina, non herbarum modò & fruticum arborumq; ſed & aliorũ oĩum medicaminum. Verum enimvero ſi oĩno libris eſt opus, quis adeo miſer eſt, ut p̃teritis ſcriptis Dioſcoridis, Nigri, Heraclidis, Crateuę, & aliorũ innumerorũ, qui in arte ipſa conſenuerunt, libros grãmaticos, ſcribentis incantationes, trãſformationes, & decanorũ, dæmoniorumq; herbas ſacras perferat? Nam ꝙ hominibus iſtis præſtigiatoribus unicũ fuerit ſtudiũ, vt vulgus imperitũ talia ſcribẽtes in ſui admirationẽ verterẽt,
B vel ex ipſis Pãphili libris diſcere liceat, qui primã inter herbas cõſcripſit Abrotonon oĩbus nobis cognitã: ac deinde Agnon ſiue viticem, & ipſam admodum notã: inde Agroſtin herbã, nec vulgo ignotã: mox anchuſam, quã nec ipſam quiſpiã ignorat: ſicut nec adianton, quæ illi deinceps ſcripta legitur: atq; in his utiq; nihil, q̃d quidẽ ſciã, ſuperuacuum ſcribit. Verum poſtea herbæ meminit noĩe, ut ait, Aeti, hoc eſt, aquilæ, de qua fatẽt, Græcorũ nulli quicq̃ eſſe proditum, verũ ſcriptã ſe reperiſſe in libello quopiã ex ijs, qui inſcribuntur Mercurio Aegyptio, continẽte triginta ſex ſacras horoſcoporum herbas. Quas clarũ eſt eſſe oẽs nugas meras, atq; autoris ipſius figmẽta, ſimilia Ophionicis Conchlacis: nec. n. prorſum quiſpiã extitit Cõclax: ad riſum. n. fictum nomen eſt, ſicut pleraq; alia in libro eius cõſcripta: nec triginta ſex herbæ illæ ultra nomen ipm quicq̃ ſunt, nec ulla ipſis res ſubiacet. Verum Pãphilo, ſicut & pleriſq; alijs, ocium fortaſſis ſupererat inutiles fabulas libris intexere: at nos nunc quoq; tempus nos perdidiſſe arbitramur, qui prolixius eorum meminimus. Itaq; quæ utilia ſunt iam nunc ordiamur.

ABROTONON.

Aluiſ. fol. xiii

A Brotoni herbæ nec ſpeciẽ, formãve ſcribere, poſt tot tantosq; uiros, oportet, nec particulares actiones, ceu illi factitarunt: quas ſi nõ definitè diſtincteq́ue, ſaltẽ clare ſignificarũt:
C verùm & nos quoq; eas copioſius exponemus in opere de cõponendis pharmacis, ſimulq; de paratu facilibus: interim uero ẽt in curandi methodi libris, nimirum ubi expoſcet vſus. Verum quod ab initio propoſitum fuit, nempe uniuerſales duntaxat medicamentorũ oĩum facultates inſpicere, id quidem & in aliis conſentaneũ eſt, & nunc ſanè ẽt faciendũ: dicendũq́ue, Abroton non eſſe calidum, & ſiccum facultate, in tertio ordine ſiue receſſu poſt ſymmetra ſitum. Porrò ꝙ eiuſmodi ordo ut ad tẽperatã naturã expenditur, ſæpe antè diximus. Sed & inueniemus tẽperiem eius nõ minimè quidẽ & ex guſtu ducta coniectura, utpote cum ſit admodum amarũ. Porrò ſaporẽ eiuſmodi, cum terrenæ ſit eſſentiæ, a largo calore extenuatum oñdimus: ita ut non inſtrenue excalfaciat pariter, & deſiccet. Quinimmo & cũ diſtincta illa experientia, de qua ſupra frequenter dictum eſt, diligenter exploraſſemus, ex eadem temperie medicamen hoc comperimus. Nam ſiue comam cum floribus (nã reliqua eius palea inutilis eſt) contuſam ulceri puro illinas, mordax & irritans uidebiſ: ſiue eo in oleo macerato caput uoles, aut uẽtrem perfundere, admodũ calfacere reperies. Quin &, ſi qui per circuitum rigoribus corripiuntur, eos ante inuationẽ hoc uoles cõfricare, minus utiq; rigore concutiẽtur: immo & ſenſus quidem protinus, ubi
D admotum fuerit, ipm calfacere percipit. Porrò ꝙ lumbricos interimat, par eſt, nimirum cum ſit amarum, ac proinde, uel antequã experiaris, manifeſtũ, ſi quidem memoria teneas q̃ in horum cõmentariorum quarto de amari ſaporis natura prodidimus. Sciesq; protinus, ꝙ & digerendi, & incidendi quãdam vim hẽat. Sed & ꝙ magis, quã Abſynthio id ipſi neceſſario inſit, in promptu erit colligere, primum quidẽ ex guſtu (pauciſſimæ ſiquidẽ acerbitatis particeps abrotonon eſt, non paucæ uero abſynthium) deinde ex eo ꝙ inimicum quidem ſit ſtomacho abrotonõ, velut ẽt ſeriphon: gratum uero & amicum abſynthiũ. Siquidem de iſtis ſupra oñſum eſt, ꝙ amarum ipm per ſe omnifariã in ſenſum ſit ſtomacho: auſterum uero, aut acerbum, aut in ſumma adſtringens, ſtomacho amicum. Porrò ubi qualitates hæ inuicem permiſtæ fuerint, quæ vehementior fuerit, ea utiq; uicerit. Atq; hæc ſatis eſt in hoc tractatu nouiſſe. Monſtrabitur aũt in libris de ratione curandi, quo pacto quis optime medicamento eiuſmodi uti poſſit. Ac proinde quærendũ haud ẽt eſt, quamobrẽ cum malo cydonio cocto illitũ, aut pane, oculorum ſanet phlegmonas: neq; quid cum farina hordeacea tritum ac coctum digerat phymata: neutrum ſiquidem horũ, nec aliorum quidvis, huic propoſito nobis tractatui proprium eſt: ſed qui empiricam profitentur doctrinam, ij in paratu facilibus medicamentis ea conſcribunt: at qui ex ratione artem tractare uolunt, ijs opus eſt methodo curandi: nam alioqui damnum magis, quam utilitatem ex talí conſequãtur* narratione. Sane Hippocrati, qui in aphoriſmis ſcripſit, ‖ Dolores oculorũ ſoluit

*hiſtoria. 6. Apho. 31 Extord. 49.c

uit meri potio,aut lauacrum, aut fomentatio, aut ſanguinis miſſio, aut purgatio: nec adiecit, E quosnam dolores uini potio,quos lauacrum,quos fomentũ,quos ſanguinis miſſio,quos purga tio: ignoſcendum forſan quis arbitretur,tribus,ut arbitror,de cauſis. Siquidem aphoriſticã fa- ciebat doctrinam,in qua,p.p breuitatem & compendium,pleraq; ita dici conceſſum eſt. Et oĩa quę dolores ſoluunt enumerauit,tametſi non definijt,ad quem dolorẽ quodnã ex illis cõgrue- ret. Tum multis in locis aliorum librorum occaſiones nobis p̃ſtitit, diſtinctiones in ijs,quæ hoc pacto dñr,inueniendi. At,qui neq; in alijs libris de talibus ſcripſere diſtinctionibus, aut in enar ratorio, * & prolixo tractatu aphoriſtice tñ ac breuiter ſcribunt, aut inſuper ẽt ex multis unum tm̃ indicant,ij plus nos lædunt,q̃ iuuant. Nam cũ ſint multæ in ophthalmijs dr̃iæ,atq; una dun- taxat ex eis prædictum poſcat cataplaſma, aliæ vero oẽs ab oleo lædantur: ſi quis id ad oẽs ſine diſcrimine adhibeat,multo plus lædet,q̃ iuuabit. Ad hunc itaq; modum non tantum de abro- tono,ſed de alijs quoq; oĩbus ſcribendum nobis eſt, eas quidẽ facultates quæ ſunt in calefaciẽ do,frigefaciendo,humectando,ſiccandoq́ue,ijs,quas ſæpenumero memorauimus methodis,re perientibus:quæ uero ꝑm totius ſubſtantiæ,proprietatem perficiuntur,ſola experientia. Et de his oſtenſum eſt,q̃ deleteriæ ſint,& deleteriarum alexiteriæ,& purgatorię. Nam has ex ratione inuenire eſt impoſſibile, præterq̃ q̃ in quibuſdam ſuſpicionem dũtaxat probabilẽ inuenire li- F ceat,neq;.n.in oĩbus,ſicut hoc in ſuperioribus monſtratum fuit. At de facultatibus,quæ hoc pa- cto inueniũtur,ſeparatim poſtea diſſeremus, ubi uidelicet prius ſingulatim per quodq; medica mentum de ijs,quæ calfaciendo,frigefaciendo,humectando,ſiccandoq́; agunt: tum de ijs,quæ ad has conſequuntur:narrationẽ abſoluero. Porro ubi unum mõ adiecero,finem faciã de abro tono dicendi,nempe q̃ ſumme ſuſpiciendus ille Pamphilus, etiamſi hanc primã herbarũ recen ſuit,ac forſan ut nullam deinceps aliam,tñ hanc ſaltem oculis ſuis conſpicari uoluerit: attamen uel maxime hallucinatur,exiſtimans hanc herbam à Romanis appellari Santonicum. differt.n. ab abrotono ſantonicũ, uelut ẽt Dioſcorides exactiſſime ſcripſit in tertio de materia, & oẽs id norunt tum medici tum rhodopolæ. Nam abrotoni duæ ſunt ſpecies,altera quam marem, alte ra quam fæminam nuncupant:quod ipm̃ definitum eſt tum apud Dioſcoridem,tum apud ipm̃ Pamphilum,aliosq́; innumeros. At aliud eſt ab eo abſynthiũ:cuius rurſum tres ſtatuendæ ſunt ſpecies:quarum unam eodem cum gñe ipſo noĩe appellitant,cuiuſmodi potiſſimum eſt ponti- cum:alterum,ſantonicum:tertium,ſeriphum. Si vero aliud placet appellare abſynthium, aliud uero ſeriphum,aliud aũt ſantonicum,nihil intereſt,quod ad præſens certe attinet:nec.n.nomẽ diuiſuri venimus, ſed ſtudium nobis eſt ipſis de rebus. Porrò qm̃ hæc tum ſpecie ſeu forma, tũ G geſtu,tum facultatibus inter ſeſe diuerſa ſunt,non obſcure uno,ſi ita lubet, omnia nomine nun- cupes, verùm exactè uires eorum edoceas. Ac nos ſanè ſufficienter ipſas a Dioſcoride expli- catas eſſe,aliisq́; non paucis, iam diximus: itaq; denuo eadem ſcribenda non ſunt, quæ maiori bus recte ſunt prodita. At,ſiquid illi in facultatibus omiſere indiſtinctum, cuius profecto gratia

* διέξοδον eſt in antiquis.

ad hanc* narrationem uenimus, ea nos adiicere tentabimus:abſynthium quidem dictis minus eſt calidum,nempe plurimam obtinens adſtrictionem. Quod cum ſit,& minus quoq; tenuiũ,q̃ illa partium,& utiq; minori ẽt,quã illa ad eundem modum extenuandi facultate,attamen non minus deſiccatorium eſt. At cæterorum ſantonicum quidem,a Santonia regione in qua naſcit, nomen ſortitum,proximam hẽt facultatem,ſeripho paulo imbecillius in excalfaciendo, & exte nuando, deſiccãdoque. Porrò ipm̃ ſeriphon abrotono minus eſt calidum,verũ calidius abſyn thio:ſtomacho impendio inimicum,nempè cum amaritate ſalſedinem quandam præ ſe ferẽs: ſed & quandã,licet minimam,adſtrictionem obtinet. Sic & abrotonon, & ſantonicum admo- dum infeſta ſunt ſtomacho. Solum aũt inter ea abſynthium,& maximè ponticum, gratũ eſt ſto- macho,quia plurimam adſtrictionem cõtinet. Abrotonum uero vſtum,calidum,ſiccũq́; facul- tate eſt,magis ẽt quam cucurbita ſicca uſta, & anethi radix. Illa enim ulceribus humidis ſimul, H & citra phlegmonem callo induratis conueniunt:ac proinde maximè ulceribus, quæ in puden dorum præputiis fiunt competere vñr. At cinis abrotoni ulceribus oĩbus mordax eſt:ac idcir- co cum oleo tenui,cicino.ſ.aut raphanino,aut ſicyonio,aut ueteri,& maxime ſabino,ad alope- cias accommodatur. Tum barbam ſegnius,tardiusq́; enaſcentem cum aliquo dictorum oleorũ elicit,ſed nec minus illis lentiſcino maceratum. Quippe pro eo q̃ tenuium eſt partium,rarefa- ciendi uim obtinet, & mordax eſt, & calidum: quas utiq; maximè eius facultates nouiſſe opor- tet,nec quicquàm etiam particulare in hoc tractatu inquirere.

Agnos, vitex.

† In cod. quodã græco antiquiſ- ſimo, & in tranſ latione veteri, verba hæc non habentur, iudi- co aũt eſſe gloſ- ſema, epitomen verborum Gale ni continens.

Agnos aut Lygos,hoc eſt uitex,planta illa fruticoſa,† calidus quidẽ eſt,& ſiccus tertio ordi- ne,uerũ multum tenuis ſubſtantiæ,tum guſtu acris ſimul & adſtringens,ipſas quidem vitices ad medicinã hẽt inutiles:cæterum folia ſemẽq; calida,ſiccaq́; facultate ſunt,ſubſtãtia uero tenui: Nã & urentibus ita apparet, & guſtantibus acre ſimul & ſubadſtringens percipiẽt tum folium,tũ flos,tũ fructus. Edendo tñ ẽt fructus eſt:ueruntamen perſpicuo calfacit, & ſimul capiti dolorem parit. At ſi frigatur (nam & ſic editur cum tragematis) minus caput tentat. Porrò flatus ventris diſcutit & cũ non frictus,& multo magis cũ frictus fuerit. Cohibet porrò impetus in venerem,

tum

A tum frictionis expers, tum etiã ipſam expertus. Folia item, flore ſq; ipſius fruticis id ipſum præſtare poſſunt: itaq; non tm̃ eſa potaq́; ad caſtitatem conferre creduntur, uerum etiam ſubſtrata. Hinc eſt q᷑ Athenis in Theſmophoriis, hoc eſt ſacris cereris, mulieres totum ſibi fruticẽ ſubſternunt. Hinc illi quoq; nomẽ inditum agni, hoc eſt caſti. Ex quibus omnibus manifeſtũ eſt, ſiquidem memoria teneamus, quę ſuperioribus commẽtarijs ſunt dicta, agnum calfacere, ſimulque exiccare, tum oĩum maxime flatus diſcutere. Porrò q᷑ tenuium ſit partium, facultas eius * indicio eſt. Nã q᷑ caput tentat, nõ magis à multitudine uaporum ab eo prognatorum, q̃ à caliditate eius, ac ſubtilitate partium fieri rationabile eſt. Nã ſi flatuoſum ſpiritũ procreare poſſet, ſane & uẽtrem inflaret, & uenerem ſtimularet, perinde ut eruca: uerum cum nõ tm̃ non excitare, immo etiam reprimere queat, fuerit profecto ſecundum rutæ maxime facultatem tum in excalfaciendo, tum in reſiccando. Nõ tm̃ illi par eſt, nam utroq; paulo eſt inferior: ſiquidem ruta tum magis eſt excalfactoria, tum magis deſiccatoria. Differt ẽt qualitatis ſimul, ac facultatis miſtione. Nã agni ſemen, ac germina modicã ferũt adſtrictionẽ: at ruta ubi aruerit, exacte amara eſt, & acris: ubi uero humida, ſubamara. Non tm̃ auſteritas, aut acerbitas illi ineſt: aut ſicui uideatur ineſſe, ea utique omnino obſcura, ſcio, uidebitur, nec par ei, quæ eſt in agno. Quocirca, & ad iecur, & lienem indurata, & obſtructa, agni ſemẽ potius q̃ ruta competit. Sed hæc ad curãdi iã methodum pertinent: quã q᷑dẽ ut omnino nõ attingam de medicamentorum pronuncians facultatibus, fieri non poteſt: uerum celeriter his omiſſis, ad rẽ propoſitam reflectere, uiri eſt utiq; tẽperati. Magisq́; ẽt id in ſequentibus medicamentis efficere conabor: hoc eſt, ubi ex quibuſdam paucis euidentibus uniuerſalem facultatem collegero, particulares poſtea actiones omittã. Nã in p̃ſenti id nouiſſe ſufficit, q᷑ Agnus calidus eſt, & ſiccus facultate, idq; non mediocriter, ſed tertio exceſſu: tum admodum tenuium partium. Hæc qui norit, ac poſtea methodum curãdi didicerit, ipſemet inueniet, quo pacto menſes hinc cieat: quo pacto partes induratas digerat: quo pacto laſſitudinem ſoluens, ſeu acopum, & excalfactorium ex eo unguentum præparetur.

* τεκμήριον.

Agroſtis gramen.

B §Graminis" radix modice frigida eſt, & ſicca, mordacitatem quandam exiguã, & partium tenuitatem obtinens. At herba ipſa primo quidẽ exceſſu refrigerat, in humiditate uero, & ſiccitate moderata. Porro ſemẽ alibi quidem imbecillum eſt, in parnaſo uero deſiccatoriũ, & tenuium partium, & ſubacerbum. § Gramen eſculentam hẽt radicem, ubi mollis fuerit, dulcem quidem † inſtar aquę, ſed acre quiddã exiguũ, & ſubacerbũ obtinentem. Hęc herba plane aquea guſtan C tibus eſt. Ex quibus apertum eſt radicẽ modice eſſe tum frigidam, tum ſiccam, ac proinde cruenta ulcera glutinare. At ipſa herba illita non uehementer refrigerat, in medio conſtituta humiditatis, & ſiccitatis. Porro mordacitas, & tenuitas, quæ radici ineſt, exigua eſt quidem, ſed interdũ tamẽ lapidem frangere aſſolet, ſiquis eam decoctam ebibat. At ſemen alterius quidem imbecillum eſt: eius uero, quæ in parnaſo naſcitur, urinam ciet, & fluxus uentris, & ſtomachi reſiccat: uis enim eius eſt exiccatoria, tenuium partium, & ſubacerba.

Nõ ſunt in antiquiſſimo codice græ. nec in tralatione ueteri, ſed uidẽtur eſſe ſumma quędam uerborum Galeni ſequentium, † *Agnoſum.*

Anchuſa.

A §Anchuſæ" quadruplex ſpecies eſt. Quarũ Onoclea quidẽ radicẽ habet admodũ refrigerãtẽ & deſiccantẽ, tum adſtringentem, & ſubamaram, tum quæ ſufficiat extenuandis, & extergendis humoribus bilioſis, corporibusq́; condenſandis. Cæterũ folia habet imbecilliora quidem radice, adſtringunt tm̃ & ipſa, & deſiccant. Porro Lycopſos cognominata refrigerat, & deſiccat, magisq́; ei⁹ radix, q̃ onoclea adſtringit. At Onochelos calidior eſt, & magis medicata, nã pluſculũ hẽt & guſtu ipſo protinus acrimoniæ. Hac uero ẽt calidior eſt reliqua, & parua, q̃ & amarior, & magis etiã medicata eſt. § Anchuſæ non omnes eaſdem uires obtinent. Nam onoclea quam uocant, radicem habet ſimul adſtringentem, & ſubamaram, corporibus condenſandis, & modice D extenuandis idoneam, tum abſtergẽdis quoq; & abluendis bilioſis, & ſalſis ſuccis. Dictum enim ſupra eſt, q᷑ qualitas acerba miſta amaritudini ea prę̃ſtare queat. Sic ſane aurigini, & lienoſis, & renum affectibus eſt utilis. Sed & refrigerare idonea eſt: & ſane cum polenta illita iuuat eryſipelata. Et abſtergit non modo epota, ſed & foris impoſita: proinde uitiligines, & lepras ſanat cũ aceto. Ac radicis quidẽ hæc opera ſunt, & operũ facultates quas diximus. At folia ipſius herbæ radice q᷑dẽ ſunt imbecilliora, non tm̃ aliena ſunt à reſiccatione, & adſtrictione. Itaq; ẽt † profluuiũ ſanãt pota cũ uino. Et q̃ lycopſos nominatur, eodem modo eryſipelatis cõgruit: & radicem hẽt, q̃ onoclea, magis adſtringentẽ. At Onochæli, & Alcibiadię cognominatę uis magis eſt medicata. Nã & guſtu protinus maiorem hẽt acrimoniã: & eos, qui à uiperis morſi ſunt, admodũ iuuat tum illita, tũ ſuſpenſa, tũ eſa. Reliqua uero, nempe quarta, quæ parua eſt, & fere nomine caret ex illis ſola, alcibiadiæ quidem perſimilis eſt, uerum, & amarior, & magis medicamino ſa: ac proinde ad latos lumbricos idonea, oxybaphi menſura cum hyſſopo, & naſturtio epota.

Nõ ſunt in antiquiſſimo codic. græco, nec i tralatione ueteri.

† *Diarrhœam.*

† Et hoc in loco in Aldino codice græco habentur hæc uerba. Agaricum compoſitũ eſt ex ſubſtantia aerea & terrea, a caliditate tenuata: facultatem ẽt habet digerẽdi, calefaciendi, craſſitudinem incidẽdi, & obſtructiones iecoris liberandi.

Agarici radix.

† Agarici radix, hoc eſt q̃ trunco innaſcitur, primo q᷑dẽ guſtu dulcis quodã modo, ſed paulo poſt ſubamara apparet, & acrimonię quãdã ſpeciẽ tpis ſpatio inducit, leuiculæq; adſtrictionis. Eſt & cõſiſtẽtia laxa. Ex quibus oĩbus manifeſtũ eſt, ſiquidẽ q̃ in ſuperioribus commentarijs di-

Quanquam nec in cod. antiquis, nec in tralatione ueteri leguntur.

cta ſunt, meminerimus, q̃ medicamentum hoc cõpoſitum eſt ex ſubſtantia aerea, & terrea à ca- E liditate extenuata: porro minimũ hẽt eſſentiæ aqueæ. Hac rõne, & digerendi uim hẽt, & craſſitudinem incidẽdi, tum infarctus uiſcerum expurgandi. Proinde regio morbo laborantes ſanat, eos utiq; qui ſic ab infarctu iecoris laborãt. Iuuat & morbo comitiali obnoxios eadem facultate: tũ rigores per circuitum recurrentes ex craſſis, aut viſcoſis humoribus natos ſanat. Iuuat & morſos à beſtijs frigore lædentibus, aut compunctos, tum foris in affecta parte impoſitum, tum intro in corpus ſumptum pondere drachmæ unius cum uino diluto. Eſt & purgatorium.

Ageratum.

Ageratum facultatem digerendi habet, & leuiter quadantenus phlegmone liberandi.

Adiantum.

Adiantum″ in caliditate quidẽ, & frigiditate ſymmetrũ eſt, uerũ deſiccat, & extenuat, & digerit. Etenim caput ex alopecia glabrũ capillis cõueſtit, & ſtrumas, & abſceſſus digerit, lapidesque frangit epotum, & uiſcoſorũ craſſorumq́; è pectore pulmoneq́; excreationibus non mediocriter confert, & uẽtris profluuiũ ſiſtit: nõ tñ ullã manifeſtã caliditatẽ affert, ſicut nec frigiditatem: Verum poſuerit ipſum quiſpiam ſecundum hãc oppoſitionem, & temperiem, in ordine medio. A. libr. 2. cap. fol. 114. a.

Aeizoon ſemperuiuum. F

Aeizoon″ utrunq; tũ maius, tum minus, deſiccat quidem leuiter, qñquidẽ, & mediocriter adſtringit, omnis alterius uehementis qualitatis expers. Quare in eo plus cęteris abundat eſſentia aquea: cæterum non mediocriter refrigerat. Eſt enim ex tertio ordine, & receſſu refrigerantiũ. Hinc etiam ad eryſipelata, & herpetes, & phlegmonas à fluxione natas accommodatur. A. libr. 2. cap.

Aegilops auena.

Aegilops digerendi uim poſſidet, id quod ex guſtu patet: leuiter enim eſt acris. Verum, & ex eo liquet, quòd phlegmonas induratas, & ægilopas ſanat.

Aera Lolium.

Lolium deſiccat, & calfacit efficaciter, ut propinqua ſit acribus, magis quàm iris: ſed non eſt perinde, ut illa tenuium partium, uerum multum in hoc deficit. Secundum hoc ponat ipſum quiſpiam in principio tertij ordinis excalfacientium, extremo uero ſecundi exiccantium.

Aegyrus populus nigra.

* *In impreſſis legitur* τρίτης, *i. tertio. in manuſcriptis quos uiderim,* πρώτης *i. primo.*

Aegyri flores calidi quidẽ ſunt primo * receſſu à tẽperatis: at in dria, quæ habẽt in ſiccando, & humectãdo, paulũ q̃ddã ad ſicci⁹ deflexerũt, ſed & ſubtiliorũ potius, q̃ craſſiorũ ſunt partium. Et folia quoq; ipſius quodãmodo floribus ſimilia sũt, niſi q̃ ad oĩa imbecilliora, minusq́; efficacia. Sed & reſina eius, floribus ſimilem facultatem obtinet, atq; etiam calidiorem. Porro ſemen tum reſina, tum floribus, & ſubtiliorum eſt partium, & exiccantius, non tñ admodum calidius. G

Acacia.

† Al. folia ipſa acerba ſunt.

Acacia″ & † plãta ipſa acerba eſt, & fructus, & ſuccus: Qui lotus q̃dẽ, & imbecillior, & minus mordax reddĩt, utpote acrimoniã quãdã in lauatione deponẽs. Porro ſi parti alicui ſanę illinaĩ, ꝓtinus eã & ſicciorẽ, & cõtractã efficiet, nullũ q̃dẽ caloris ſenſum inuehẽs, ſed nec frigoris admodũ ualẽtẽ. Vnde cõſtat medicamẽ id eſſe frigidũ, & terreum, ĩmiſta quadã ẽt eſſentia aquea. Et ſanè coniectura eſt nõ eſſe ſimilare, uerũ quaſdã in ſeſe diſperſas habere partes tenues, & calidas, q̃ in ipſa ablutione ſegregenẽ. Eſtoq́; & hoc tertij ordinis exiccãtiũ, & ſecũdi refrigerantiũ, ubi quidem elotum fuerit, illotum uero primi. A. Lacca fol. 99. b.

Acalephe urtica.

Vrtica. Et″ huius herbæ, tũ fructus, tũ folia (nã hęc potiſſimũ ſunt uſui) admodũ digerẽtis ſunt facultatis, adeo ut & phymata, & parotidas ſanent. Sed & quiddam flatuoſum obtinent, quo & uentrẽ ſtimulãt, & maxime, ubi cũ muſto ſemen bibitur. Porro q̃ non uehementer calfaciat, ſed multũ tenuiũ ſit partiũ, teſtimonio eſt craſſorũ uiſcoſorumq́; humorum ex pectore pulmoneque eductio, tum q̃ partes quas cõtigerit pruriãt. Porro flatuoſum eius, cuius eſſe particeps dicta eſt, H dum cõcoquitur, naſcitur: non enim actu flatuoſa eſt, ſed facultate. Ventrem aũt modice ſubducit ipſa duntaxat abſterſione, ac ueluti titillatione, non purgatione. Et gangrenoſa, & cancroſa, & in totũ, q̃ exiccari citra mordicationem poſtulant, ea conuenienter ſanat, nimirum cum ſubtilium partiũ ſit, & temperaturæ ſiccæ: non tamen tantum habens caliditatis, ut iam mordicet. A. libr. 2. cap.

Acanthos ſpina uulgaris.

Acãthos. Alij quidẽ Melamphyllum nominant, alij uero pẽderota. Folia quidẽ mediocriter digerentem facultatẽ obtinent: Ac radix exiccatoria eſt, & leuiter inciſoria, & tenuium partiũ.

Acanthion.

Achantiũ. Radix huius, & folia facultatis ſunt tenuiũ partiũ, & excalfactoriæ, ut & ijs qui conuelluntur auxilientur. A. Lacca fol. 99. b.

Acantha leuce ſpina alba.

* ſtomachicos,

Acantha″ leuce. Hãc quidã leucacãthon noĩant. Radix eius deſiccatoria eſt, & modice adſtringens. Quãobrẽ, & cœliacos, & dyſentericos* iuuat, & ſanguinis reiectiones cohibet, œdemataque illitu cõtrahit: ac dentes dolẽtes iuuat, ſi decocto eius colluanẽ. Semen tenuiũ partiũ, & calidæ facultatis eſt. Itaq; potui dari ijs, qui cõuellunẽ conuenit. A. ſic e libr.

Acantha Aegyptia.

Spina Aegyptia. Quidã Arabicã uocant. Similis autem eſt ſpinæ albæ noſtrati, uerum facultate

A tate validius adstringente pariter, & desiccante. Itaq; profluuium muliebre radix eius iuuat, & alia, quibus auxilio est, quę apud nos nascitur spina: sed efficacius tamen omnia adiuuat tum rad dix, tum fructus. Hic uero, & columellæ prodest, & ijs, quæ in sede inflata sunt; tum ulcera ad cicatricem ducit, mediocrem habens, non molestam adstrictionem.

Acorum.

Acorum. Huius utimur radice, quæ gustu acri est, & modice amaro, odoreq; nõ iniucundo. Itaq; constat facultatis calidę esse, & consistentiæ tenuium partium. Huic consentaneum est, ut urinam moueat, & lienes induratos iuuet: tum ceratoidis crassitiem detergeat simul atq; extenuet, sed ad hoc melior est ipsius succus. Omnino uero siccificum esse clarum est. Et sane ordinis esto tertij in utroque, in calfaciendo scilicet, & desiccando.

Aconitum, siue pardalianches.

Aconitum, siue Pardaliãches. Hoc septicæ, & deleteriæ facultatis est. Itaq; in cibo potuq; fugiendum. Attamen ad putrefaciendum† quædam extra os, & sedem aptum est. Herbę autem radix ad hæc est utilis.

† *Cod. impressi habẽt,* τινὰ τῶν ἐκ τοῦ σώματος ἥκιθ' ἕδραν. *Manuscripti, et Aetius* τινὰ τῶν ἐκτὸς τοῦ σώματος ἥκιθ' ἕδραν. *i. quasdam externis corporis partibus, & circa sedem. Paulus. Extrinsec⁹ quidem in carnibus, quæ putrefieri debent ipso utendũ est.*

Aconitum, seu lycoctonum.

B Aconitum seu Licoctonum. Est & hoc similis alteri facultatis, sed peculiariter lupos interficit, sicut illud pardos.

Acte, sambucus. Et ebulus.

Acte, tum magna illa, & arborea, tum herbacea, quã & Chamaeactẽ Græci uocãt, Latini hãc Ebulum, illã Sambucũ, utraq; potẽtiã hẽt tũ desiccandi, tum cõglutinãdi, modiceq; digerendi.

Alimum.

Alimum. Hæc planta frutex est, plurimo in Cilicia præcipue prouentu: ubi, & germina eius recentia esitant, & reponunt quoq; in posterum futura usui. Semen pariter, & lac plãta ipsa generat, estq; gustus salsi, & subadstringentis. Ex quibus omnibus palã est ipsam esse dissimilarem. Maior aũt pars substantiæ eius calida est tẽperate, cũ humiditate inconfecta, & leuiter flatuosa.

Aloe.

Aloe. Hęc herba nõ admodũ apud nos prouenit. Et q̃ nascitur in magna Syria, a quo sior est, & facultatis imbecillioris: attamen usq; adeo desiccare potest, ut uulnera glutinet. At in regionibus calidioribus, qualis est Cœlosyria, & Arabia, multo est melior. Optima aũt indica, cuius liquor est id, qđ ad nos importat̃ cognominatũ Aloe, medicamẽtũ ad plurimas res, p̃p exiccaC tionẽ mordicationis expertẽ, utile. Est autẽ non simplicis naturæ, sed, ut testatur gustus, adstringit simul, & amara est: adstringit quidẽ modice, sed fortiter amara est. Subducit & uentrẽ, utputa ex numero medicamentorum, quę Græci ab excernendo stercore uocãt Ἐκκοπρωτικὰ. Itaque ex dictis patet (si quidẽ memoria tenemus quæ in quarto libro sunt demonstrata) q̃ tertij sit ordinis exiccantium: calfacientium aũt, aut primi intensi, aut secundi remissi. Sed & ipsius facultatis misturã atteștanẽ particularia eius opera. Nã & gratum stomacho medicamen est, ut si quid aliud: & sinus glutinat. Sanat & ulcera, q̃ ægrè ad cicatricẽ duci possunt, & maxime q̃ in ano sũt et pudẽdo. Iuuat & eorũ phlegmonas aqua subacta, & uulnera eũdẽ ad modũ glutinat. Cõgruit similiter utẽti, & ad phlegmonas in ore, ac naribus, & oculis. In summa, repellere, & digerere simul potest, cum hoc, ut paulum extergeat, quantum uidelicet ulceribus puris non sit molestum.

Alysson.

Alysson. Nũcupata est hæc herba Alysson, qđ mirifice iuuet morsos à cane rabido. Sed & rabiẽti quoq; data sola sæpe in totũ sanauit: atq; hoc ex totius suẽbæ similitudine efficit. Dictumq; prius est, talẽ facultatẽ ex sola percipi experientia, & plane nulla cõstare methodo. Quòd si quis ad multa experiatur, cognoscet facultatẽ habere mediocriter siccificam, & digerentem, cũ D hoc, ut absterſorium non nihil etiam obtineat. Hac ratione & uitiliginem, & ephelin expurgat.

Alsine auricula muris.

Alsine, aut Myosota. Similem hęc facultatem Helxinę obtinet, nempe refrigerantem, & humectantem: Est enim essentiæ aqueæ, frigidæ: quare & citra adstrictionem refrigerat. Quocirca ad feruentes phlegmonas, & mediocria erysipelata competit.

Amaracon maiorana.

Amaracon excalfacit non instrenue, non ualde autem desiccat, sed in caliditate quidem tertij est ordinis, in siccitate uero secundi.

Ambrosia.

Ambrosia illita uim habet adstringentem, ac repellentem.

Ami.

Ami. Herbæ quã uocant Ami, semen maxime est utile. Facultatis est excalfactoriæ, & desiccatoriæ, tenuiumq; partium. Sed & gustu subamarum est, & acre. Et clarum est, quòd & digerat, & urinam moueat. Fuerit autem in calfaciendo resiccandoque ex ordine tertio intenso.

Amarantum.

Amarãtum facultatis est incidentis, & extenuantis. Coma igitur eius menses cum uino pota

educit. Sed & grumos ſanguinis liquare creditur, non ſolu m in uentre, ſed & in ueſica: ſed tunc E
potius cum mulſo bibenda. Et omnes ſimpliciter fluxiones pota deſiccat, ſtomacho infeſta.

Amorge amurca.

Amurca" terreſtris eſt ſubſtantiæ, calidæ, non tamen tñ poſſidet caliditatis, ut palã mordicet, A. ibi. c. 171.
Quòd ſi coquatur quoq; multo etiam magis craſſarum partium, & ſicca redditur. Et fuerit ſanè
ex ſecundo ordine excalfacientium, & ſiccantium intenſo quodã mõ magis. Sic & ulcera cor-
porũ temperatura ſiccorum curat quæ uero in alijs omnibus ſunt, exaſperat. Siquidem conten-
dit perinde, ut reſina, & pix ſicca, & bitumen: Quæ, & ipſa in corporibus admodum duris, quæ
uulnus habent, aut ſinum, glutinatoria ſunt: alia uero omnia contendunt atque irritant.

Ampelopraſon.

"Ampelopraſon. Si inter alliũ, & praſon hoc eſt porrũ, mediũ quiddã cõcipias, facultatẽ am- A. ibi. c. 140.
pelopraſi inueneris. Eſt enim agreſte, ut ſic dicã, porrũ: quamobrẽ, & acrius eo, & ſiccius eſt, ſi-
cut agreſtia oĩa reliqua hortẽſibus, ac proinde ſtomacho q̃ illud nocentius. Sed, & craſſos, & lẽ
tos humores potẽtius incidit: ualẽtiusq; infarcta organa obſtructione liberat. Hac quoq; rõne
urinas, & menſtrua ſæpe ,puocauit, ubi à craſſis, & lentis retinebanẽ humoribus. Adeo uero eſt
calidũ, ut illitũ cataplaſmatis mõ, exulceret. Dictum eſt aũt retro, ꝙ quæ eum in modum ſunt ca- F
lida, extremi ſint ordinis. *Ampelos agria uitis agreſtis.*

Vitis agreſtis racemi extergendi uim habent, ut ephelꝛs, & neruos, & id genus omnia in extí-
ma cute exiſtentia curare poſſint. Sed & adſtrictionem quandam extrema germina ξ ἀκρέμονας
Græci uocant ξ obtinent, quæ & ſale condiri aſſolent.

Ampelos hemeros uitis ſatiua & culta.

Vitis" Cultæ adſimilis facultas eſt agreſti, ſed ad omnia imbecillior. A. ibi. c. 139.

Ampelos leuce uitis Alba.

Ampeli" Leuces, quam & Bryoniam, & Pſilothrum uocant, prima quidem germina ab oĩbus A. ibid. c. 162.
pro more ediuere ſolent, utpote edulium ſtomacho propter adſtrictionẽ acceptum, ſed & ſub-
amaram, & modice acrem adſtrictionem poſſident: quare, & urinam modice cient. At radix, &
abſtergentem, & deſiccantem, & tenuium partium uim habet, & moderate calidam. Quãobrẽ,
& lienes induratos liquat tum epota, tum foris cum ficubus impoſita: & pſoram, & lepram ſa-
nat. Porro fructus eius, racemi ſpeciem præferens, ijs, qui coria denſant, eſt utilis.

Ampelos melæna uitis nigra.

Vitis" nigra. Vocatur autem hæc proprie bryonia: ſupradictæ tamen ad omnia ſimilis, niſi G A. ibid. c. 163.
quòd imbecillior.

Amygdala.

Amygdala," quæ quidẽ palã amara, ſunt, omnino extenuandi uim poſſidẽt, quod, & qualitas A. l. 2. 2. c.
ipſa indicat, & experientia cõprobat. Ac de amara quidem qualitate in quarto horũ cõmenta- 57. f. 104.
riorũ proditũ eſt. Cæterũ duo experientiæ exẽpla proponi ſatis eſt, unde uim eorũ poſſis digno
ſcere. Siquidẽ ephelin expurgant, & excreationibus ex pectore pulmoneq́; craſſorum lentorũ-
que humorũ impendio conferunt. Porro hęc oſtenſa ſunt genere quidẽ attenuãtis, ſpecie uero
extergẽtis eſſe facultatis. Quin, & ꝙ per accidens facultatẽ itẽ habeãt ab obſtructione liberãdi,
ipſum ſupra demonſtratum eſt. Sed & experientia mõſtrat. Nã in iecore craſſorũ uiſcoſorũq́; hu
morũ in extremis uaſis impactorũ obſtructiones, abunde expurgãt, expediuntque. Quin, & late
rũ dolores ab hmõi cauſa natos, & lienis, & coli, & renum ſanant. Porro & ipſa arbor tota ſimi-
lẽ ſortita uim eſt. Nã huius radices coctæ atq; illitæ ephelꝛs purgant. Quotquot uero ſunt amy-
gdala dulcia, & ipſa leuiculã amaritudinẽ poſſidẽt, q̃ tñ dulcedine ſuperãte occultãt: cæterum id
temporis ſpatio clarum fit. Demonſtratũ autem retro eſt qualitatẽ dulcẽ moderate eſſe calidã.

Ammoniacum.

Ammoniacũ, opos ſiue liquor eſt ferulæ cuiuſdã. Hoc habet emolliendi facultatẽ intenſam, A. l. 2. 2. c. fol. 99.
adeo, ut & articulorũ tophos diſſoluat, & lienes induratos ſanet, & cheradas per halitũ digerat.

Amomum.

Amomum" acoro ſimilem facultatem obtinet, niſi quod acorum ſiccius ſit, maiore autem A. ibi. c. 52. f. 103. c.
quadantenus concoquendi facultate amomum.

Anagallis.

Anagallis" utraq; tũ ea q̃ cœruleum habet florem, tum ea quæ purpureum, admodum exter- A. ibid. c. 52.
gentis ſunt facultatis. Habent uero non nihil etiam caloris, & quãdam trahendi facultatẽ, adeo
ut, & infixa corpori extrahãt. Succus earũ ex naribus purgat eadẽ de cauſa. In ſumma aũt deſic-
candi uim habent citra mordicationẽ. Quamobrem, & uulnera glutinant, & putrida adiuuant.

Anagyrus.

Anagyrus frutex eſt grauiter olens, acris, & digerẽtis, excalfacientisq́; facultatis. Sed folia ẽt
num uirentia, cum ꝑ humiditatis admiſtionẽ minus ſint acria, idcirco tumentia reprimunt: at
reſiccata incidentis ſunt, exiccantisq́; ualenter facultatis. Similem fere facultatem habet radi-
cis eius cortex. Semen autem magis ſubtilium eſt partium. Sed & uomitum prouocat.

Androſæmum

Androſæmum.

A Androſæmum planta fruticoſa, natura duplex: Vnum enim Aſciron, & Aſcyroides nũcupatum eſt, ſpecies hyperici: Alterum uero à quibuſdam Dionyſias appellat̃: Eſt aũt fructus eorum purgatorius: foliorum uero facultas modice extergens, & deſiccans, ut & ambuſta curare credãtur. Cæterum in uino auſtero decocta uinũ ipſum uulnerum grandium glutinatorium efficiunt.

Androſace.

Androſace, amara † & acris herba. Poteſt autem reſiccata ebibitaq́ue tum ipſa, tum fructus eius, magnopere urinam prouocare: & nimirum etiam digerere, & deſiccare.

† *Græc. cod. ὑγρὰ i. humida. ſed melius legitur πικρὰ, ut etiam legiſſe uidetur antiquus interpres.*

Andrachne protulaca.

Lib. c. 534. Andrachne″ frigida, & aquea tẽperie eſt, paucæ particeps auſteritatis. Proinde fluxiones repellit, & maxime bilioſas, & calidas: cũ eo, ꝙ eas mutet, & in qualitate alteret, magnopere refrigerans. Et fuerit ſanè in refrigerandi quidem facultate tertij exceſſus à temperatis, ac medijs, in humectando uero ſecundi. Hac ratione, & æſtuantes, ut ſi quid aliud, adiuuat tum uentris oſculo impoſita, tum totis hypochondrijs, maxime in febribus hecticis. Præterea dentium ſtuporem ſanat, nempe quę ab acidorum ſuccorum contractu aſpere exiccata fuerant, leniens atq; replẽs,
B utpote cum uiſcoſam habeat humiditatem. Similiter uero, & ſuccus eius. Itaq; non foris modo impoſitus, ſed epotus quoque refrigerant. Hoc ſanè, & toti herbæ comeſæ accidit. Quoniam autem ſubaſtringit, utiliter dyſentericis editur, & muliebri profluuio, & ſanguinis reiectionibus. Sed ad hæc quidem multo eſt, quàm herba, ſuccus ipſius efficacior.

Anemone.

Lib. c. 655. Anemonę″ oẽs, acres, & * extrahẽdi, & attrahẽdi, & ora uaſorũ reſerãdi facultatẽ obtinẽt. Itaque radix cõmãſa pituitã euocat. Et ſucc⁹ ex narib⁹ purgat, & oculorũ cicatrices extenuat. Inſuꝑ ſordida ulcerũ anemonæ expurgãt, & lepras, detrahũt, mẽſesq́; appoſitæ eliciunt, & lac trahũt.

* *Al. extergendi.*

Anethum.

Lib. c. 69. Anethum″ adeo excalfacit, ut habendũ ſit aut ſecũdi ordinis intenſi, aut tertij remiſſi: exiccãtiũ uero ordinis eſt ſecũdi incipientis, aut primi finientis. Itaq; merito in oleo decoctum digerit, dolorem ſedat, ſomnũ conciliat, & crudos, & incoctos tumores cõcoquit. fit enim ex eo oleum, cuius propinqua ſit tẽperies pus mouentibus, & cõcoquentibus uocatis medicamentis, niſi quatenus paulo illis tum calidius, tũ ſubtilius eſt, ac proinde digerens. Vſtũ autẽ tertij ordinis tũ ex calfacientiũ, tũ deſiccãtiũ fit. Et proinde ulceribus nimis humidis mollibusq́; inſperſum ꝓdeſt,
C potiſſimum ijs, q̃ in pudẽdis cõſiſtunt: at q̃ in præputio ſunt inueterata, ea probe cicatrice includit. Cæterũ uiride adhuc, & ſucculentũ humidius eſt ſcilicet, & minus calidũ. Itaq; magis concoquit, & ſomnũ cõciliat magis, q̃ ſiccũ, ſed minus digerit. Idcirco mihi uidentur ueteres coronis ex eo plexis uti ſolere in ſympoſijs.

Anthillis.

Lib. c. 744. Anthillis″ duplex eſt, ſed utraq; modice deſiccat, ut & ulcera glutinet. Cæterum altera, ea ſcilicet quæ chamæpity adſimilis eſt, quadantenus ſubtiliorum eſt partium quàm altera, adeo, ut & comitialibus competat. Quin & ipſa magis, quàm altera extergere poteſt.

Anthemis, aut chamæmelum.

Lib. c. 118. fol. 111. b Anthemis, aut Chamæmelum. dictum″ quidẽ in tertio libro copioſius eſt de hac herba: diceturq́ue nunc ſummatim, quòd calfacit, & deſiccat in primo ordine. Eſt & tenuium partium, ac proinde digerendi, laxandi, & rarefaciendi uim obtinet.

Aniſum.

Lib. c. 121. fol. 96. Aniſi″ Semen maxime utile eſt, acre, & ſubamarum, ut prope ad urentium accedat caliditatẽ. Eſt aũt in ſiccãdo tertij ordinis, ſicut, & in calfaciẽdo. Proinde, & urinã ciet, & digerit, & ĩflationes uentris reprimit.

Antirhinum.

D Antirhinum, aut Anarhinũ fructum habet uituli naribus ſimile, ad ſanationes inutile. Ipſum autem adſimilis eſt cum bubonio facultatis, ſed multo minoris. Itaque ex illo de hoc conijcito.

† *Græc. καὶ καθ' ἑκάτερον τομέν τοι ψυχρὸν, τοῦ δ' εὐκράτου, i. & ſecundum utranque, altera quidem frigida, altera uero temperata. Antiqua trala. Sed ſi tu uis di ere ꝙ alium modum, dices ꝙ quædã illarum ſunt frigidæ, & quædã ſunt æqualis cõplexionis. Videtur enim legiſſe καὶ κατ' ἕτερον τρόπον.*

Aparine.

Aparine, quidam Philanthropon, alij Omphacocarpum cognominant, modice extergit, & deſiccat, habetq́ue non nihil ſubtilium partium.

Apios pyrus.

Lib. c. 542. Pyri″ folia pariter, ac turiones auſtera ſunt: fructus dulcedinis ẽt q̃ddã obtinet aqueæ. Ex q̃bus clara quoq; tẽperies eſt, inæqualis ſm partes: nam pars una terrea eſt, alia aquea, † cæterum utraq; frigida: tũ alia tẽperata. Proinde eſu pyra ſtomacho grata ſũt, & ſitim ꝓhibẽt. illita ãt deſiccant, & modice refrigerant. Nam ego ijs illitis uulnus glutinaſſe me memini, cum aliud ad manum eſſet nihil.

Achrades pyra ſylueſtria.

Achrades uocatæ, magis quàm pyra reliqua, adſtringunt, & deſiccant. Et proinde ſane maiora uulnera glutinant, fluxusq́ue repellunt.

Apocynum, aut cynocrambe.

Apocynum, aut Cynocrambe. Vocant autem quidam eam Cynomorum, quandoquidem canes celerrimè interimit, ſicut Lycoctonon lupos. Eſt autem hominibus uenenum, herba mul-

tum grauiter olens: Proinde omnino calida eſt non inſtrenue, non tamen proportione defic- E
cat. Itaque illita admodum digerentis eſt facultatis.

Argemone.

Argemone. Et huius herbæ facultas abſterſoria eſt, & digerens.

Ariſarum.

Ariſarum multo minus eſt Aro. Radicem habet oliuæ, magnitudine, ſed multo eſt ipſa acrius.

Ariſtolochia.

Ariſtolochię radix multo eſt ad medicationes utiliſſima, amara, & ſubacris. Sed ex illis oīum A. Lib. 2. cap. 49. fol. 161. b. c.
ſubtiliſſima eſt rotunda, & ad oīa efficacior. Aliarum uero duarū, q̄ Clematitis appellaī, fragran
tior eſt: itaq; ea ad unguēta utunī unguētarij: ſed ad ſanationes infirmior. At longa minus q dē
tenuitatis partiū obtinet q̄ rotunda, ſed nec ipſa inefficax eſt, uerum abſtergendi atq; excalfa-
ciendi potētiā poſſidet, minus quidē q̄ rotūda abſtergēs, ac digerēs, ſed nō minus calfaciens, im
mo forſan plus quoque. Itaq; in q̄bus uſus eſt modicæ abſterſionis, cōmodior eſt longa, puta in
ulceribus carne explendis, & fomentationibus uteri: At in quibus craſſum humorē ualidius ex
tenuare oportet, illicuſus eſt rotūdæ. Proinde dolores ab infarctu aut craſſitie crudorū ſpirituū
natos magis curat rotunda, & ſpicula extrahit, & putredines ſanat, & ſordida vlcera repurgat, F
dētes, & gingiuas cādidas efficit. Auxilio eſt, & aſthmaticis, ſingultientibus, comitialibus, poda-
gricis, ſi cū aqua bibatur. Tum ruptis, & cōuulſis, ut ſi quod aliud medicamentum, idoneum eſt.

Arceuthus iuniperus.

Iuniperus calida, & ſicca utrinque tertij ordinis. At fructus ſimiliter quidem calidus eſt, ſed A. ibi. c. 71.
non ſimiliter ſiccat, uerum in hoc primi fuerit ordinis.

Arctium lappa minor.

Arctium illud, quod thapſo uerbaſco eſt ſimile, radice tenera, candida, dulci, caule oblōgo, &
molli, ſemine cymino ſimilis, facultatis eſt admodū tenuiū partiū, & ob id exiccātis extergētisq;
tū modice. Quamobrē radix, ac ſemen eius cocta cū uino quadātenus dolores dentiū mitigant.
Porro ambuſta, & chymethla. i. perniones, non horū modo decoctum perfuſum, ſed et caules te
neriores ſanare poſſunt. *Arctium aliud, lappa maior, bardana.*

Alterum vero Arctium, quod Proſopitida, & Proſopion ideſt perſonatium, uocant, cuiuſq;
folia cucurbitæ ſimillima ſunt, niſi quatenus, tum maiora, tum duriora, digerit ſimul & deſiccat,
ſed & adſtringit non nihil. Quamobrem folia eius ueteribus ulceribus mederi poſſunt.

Arnogloſſum plantago. G

Arnogloſſum. Myſtæ, & hoc eſt tēperaturę: habet enim quiddam aqueū frigidum, habet ue A. ibi. c. 418.
ro & auſterum quiddam, id quod terreum eſt, ſiccum frigidū. Itaq; refrigerat ſimul, & deſiccat,
& in utroque ſecundi exceſſus à medijs eſt. Porro medicamenta, quæ cū hoc q̄ refrigerant, unà
etiā adſtringūt, ea & ad ulcera rebellia omnia, & ad fluxiones, & putredines cōueniunt, ac pro-
inde, & ad dyſenterias. Nā, & ſanguinis profluuia ſiſtunt, & ſiquid aduratur refrigerant. Tum ſi-
nus quoq; glutināt, & alia ulcera recentia ſimul, & uetera. In oībus ferè id genus medicamentis
primas tenet, aut certe nulli ſecundū eſt, Arnogloſſum, idq̄; tēperaturæ ſymmetria, & conueniē-
tia. Nā ſiccitatē obtinet morſus expertem, & frigiditatem, quæ nōdū obſtupefaciat. Et fructus,
& radix ſimilis ſunt facultatis, niſi q̄ tum ſiccioris, tum minus frigidæ. Sed fructus quidem ſubti-
liorum eſt partium, radices autem craſſiorum partium. Et ipſa herbæ folia exiccata ſubtiliorum
ſunt partium, & minus frigidæ facultatis, nempe difflato ex eis, ac digeſto excremento aqueo.
Hac ratione, & radicibus utuntur ad dentium dolores tum mandentes, tum collutionibus inco-
quentes. Prēterea ad iocinoris, & renum obſtructiones non has tantum adhibent, ſed folia quo
que, & multo magis fructus. Hæc enim omnia quandam in ſe abſtergendi facultatem obtinent:
quam & in herba uiridi ineſſe ſatis conijci poteſt, uerum ab humiditatis copia deuinci. H

Arum.

Aron. Terrena, & ipſum eſſentia conſtat, calida. Proinde extergendi uim poſſidet, uerum nō A. ibi. c. 431.
ualentem, ſicut Dracontium. Eſt itaque in exiccando, & excalfaciendo primi ordinis. Radices
eius maxime ſunt utiles: ſiquidem comeſę craſſitiem humorum mediocriter incidunt, adeo vt,
& excreationibus ex pectore idoneæ ſint: ſed magis tamen aptum eſt Dracontium.

Artemiſia.

Artemiſia. Duplex quidem eſt herba Artemiſia, ſed utraque excalfacit, & modice deſiccat: A. ibid. c. 83.
& ſint quod ad calfactionem attinet, exceſſus ſecundi: quod uero ad reſiccationem, aut primi in
tenſi, aut ſecundi incipientis. Sunt autem, & modice tenuium partium. Itaque ad renum calcu-
los mediocriter commodæ ſunt, & ad fomentationes uteri.

Aſarum.

Aſaron. Huius herbæ radices utiles ſunt, facultate ſimiles radicibus acori, iutenſiores tamen. A. Lib. 2. cap. fol. 99.
Itaque ex ijs, quæ de illis prodita ſunt, hic facienda coniectura.

Aſclepias.

Aſclepias. In tertio Dioſcorides de hac herba cōſcripſit: At nos eius nōdū periculū fecimus.

Aſpalathos

Aſpalathos.

A Aſpalathus″ guſtu quidem acris ſimul, & adſtringens eſt: facultate uero ex diſſimilaribus cõ-
Lib. c. 106. ſtat, nempe partibus ſuis acribus excalfaciens, partibus uero alijs, auſteris ſcilicet, refrigerans. Itaque utriuſq; ratione deſiccat, & refrigerat: Et proinde ad putredines, & fluxiones eſt utilis.

Aſparagus.

Aſparagus″ Petręus, aut Myacanthinus abſtergendi uim habet, idq; citra manifeſtam aut cali
Lib. c. 103. ditatem, aut frigiditatem. Hinc renes ac iecur infarctu liberat, & maxime herbæ ipſius radices, & ſemen. Quin & dentium dolores ſanat ſiccitatis nomine citrà calefactionem, quam, uel maxi me dentes requirunt. Porro Athenienſes per, ph, dicunt Aſpharagus.

Aſplenum.

Lib. c. 130. Aſplenum″ tenuium quidem partium, non tamen calida eſt herba. Hac utique ratione, & lapides frangit, & lienes liquat.

Aſtragalos.

Aſtragalos fruticellus eſt exiguus, radices hñs adſtrictorias. Quãobrem ẽt ex numero eſt non inſtrenue exiccantium. Nam ulcera uetera ad cicatricem ducit, & aluum fluxu tentatam ſiſtit, ſi-
B quis in uino decoctam radicẽ bibat. Plurimus huius fruticis prouentus eſt in Pheneo Arcadiæ.

Aſter atticus.

Lib. c. 337. Aſter″ Atticus. Alij Bubonium uocant, non ob id tantum, quòd illitum, ſed etiam, quòd ſuſpẽ ſum, bubones ſanare creditur: habet quiddam etiam digerens: habet uero non minime & refrigerans quiddam: ac reprimens, ut miſtæ ſit potentiæ, uti roſa: uerum id non adſtringit.

Aſtaphis uua.

Lib. c. 116. Aſtaphis,″ culta quidẽ, concoquendi, adſtringendi, & leuiter digerendi facultatem poſſidet. At Agreſtis uehementer acrem obtinet, adeo, ut ex capite purger ξ quod ἀποφλεγματίζειν Græci dicunt ξ abſtergatque ualenter. Itaque ad pſoram accommoda eſt. Sed, & urendi uim habet.

Aſphodelus.

Lib. c. 93. d Aſphodelus′. Et huius radix utilis eſt, ſicut Ari, Aſari & Dracontij, nempe extergentis, & digerentis facultatis. Vſtæ autem cinis calidior, & exiccantior, ſubtilioráque, ac digerere potentior efficitur: Ac proinde & alopecias ſanat.

Atractylis.

Lib. c. 13. Atractylis,″ aut Cnicus agreſtis. Hæc planta ex ſpinarum eſt genere. Facultatem habet deſic-
C candi, & modice * digerendi. * calidam.

Atraphaxys Atriplex.

Lib. c. 14. Atriplex″ humida, & frigida tẽperie eſt, humida quidẽ ſecundi ordinis à medijs, frigida uero primi quam utiq; tepidam eſſe caliditatem poſuimus, cuiuſmodi roſis ineſt: nõ tñ adſtrictionis eſt particeps, ſed aquea eſt, & minimũ terrena, quẽadmodũ malua. Quin, & uentrẽ celeriter ꝑmeat, ut illa, ob lubricitatem. Porro paululum oĩno eius eſt, quod digerendi obtinet potentiam. Hortẽſes aũt atriplex, & malua, q̃ agreſtes, tũ humidiores ſunt, tum frigidiores. Proinde phlegmonis, & phygethlis incipientibus, gliſcentibusq; & emollibus etiãnũ, ac uelut feruẽtibus hortenſes: uigentibus autem, & declinantibus, ac indureſcentibus commodiores ſunt agreſtes. Semen eius abſtergendi uim habet. Itaq; ad auriginem ex * pituitæ infarctu prognatam utilis eſt. * Al. iecoris.

Aphace.

Aphace uim habet adſtringendi, ſicut & ipſa lenticula ξ φάκον Græci uocant. ξ Sed & ſimiliter ut lẽticulę edi ſolet, cęterũ ęgrius q̃ ille cõcoquiẽ. Valẽtius aũt deſiccat, & moderati caloris eſt.

Abſynthium.

Lib. c. 21. Abſynthium″ adſtrictoriã, & amaram, & acrẽ ſimul qualitates poſſidet: excalfaciens pariter,
D & extergẽs, & roborans, & deſiccans. Proinde bilioſos uentris humores per egeſtionẽ infernã propellit, ac per urinas euacuat. Magis autẽ quod in uenis eſt bilioſum, per urinas expurgat. Ob hæc contentam in uentre pituitã nihil adiuuat ſumptum: ſic ſanè ſi in thorace aut pulmone contineatur: nã adſtringens in eo facultas, q̃ amara ualentior eſt. Porro ꝙ inſit quoq; acrimonia, id circo maiori portione calidũ eſt, q̃ frigidũ. At ſi opus eſt uniuerſaliter cõprehenſam eius tempe riem ſecundũ primas circunſcribere facultates (etſi anomœomeres, & diſſimilare ſit) calidũ ipſum dixerim primi exceſſus, ſiccum tertij. Succus autem eius longe quàm herba ipſa calidior eſt.

BALANOS MYREPSICA GLANS VNGVENTARIA

Lib. c. 136. & ſeq. BAlanus″ myrepſica, hoc eſt Glans unguentaria adferẽ ex Barbarica regione. Vtunt unguentarij carnis eius ſucco, qui facultate calidus eſt. Reliquiæ ãt, unde expreſſus eſt ſuccus, terreſtres ſcilicet, & durę uincẽtem hñt qualitatẽm amaram. Sed, & admiſta eſt quædam adſtrictio. Proinde extergentem ſimul, & incidentem, contrahentemque, & ſtipantẽ effectum poſſident. Itaq; ad ionthos, lentes, ephelin, & pruritũ, deinde, & ad pſorã, & leprã cõueniunt. Verum enim uero, & lienes liquãt, iecurq; indureſcentia. Quòd ſiquis carnẽ eius drachmæ põdere cũ melicrato bibat, medicamen experietur uomitorium. Sæpe etiam per infernam aluũ largiter ſubducit. Itaq; cum hoc medicamento utimur ad uiſcerum expurgationẽ, & maxime iocinoris, lienisque,

ex oxycrato ipſum exhibere conſueuimus. Gaudet uero,uel maxime alioqui acetò ad actiones E
extrinſecas. Adeo.n.efficax efficitur,ut & pſoras,& lepras extergeat:& multo ēt magis quæ his
ſunt minora: lentes, uitiliginem,ionthos,ephelin,exāthemata,achoras:tum ulceroſa,& q craſſi
ſunt ſucci omnia.Sed & cicatricibus decorem affert. Porrò,ꝙ cum illinenda eſt lieni,præſtet ad
miſtam eſſe farinarum quāpiā exiccantium, cuiuſmodi eſt erui, ac lolij farina, id iam potius ad
cōponendorum medicaminum tractationē,haudquaq̄ ad preſens inſtitutum pertinet:ſed,& in
paratu facilibus ipſum dicetur. Verum in p̄ſens ſufficit abſtergentē,& incidentē cū adſtrictione
quapiam propoſiti medicaminis dixiſſe facultatem,ac ſic ad aliud tranſgredi.Cortex tñ eius ad
modum adſtringit.Itaque & hunc quoq; poſſis,ubi ualidæ uſus eſt adſtrictionis,accommodare.

Balſamum.

Balſamum″ deſiccat, & excalfacit ſecundo exceſſu. Eſt autem, & tenuium partium, adeo, vt A.l.2.c.1.m.
odoratum ſit. Sed liquor eius ſubtiliorum etiam partium eſt, quàm ipſa planta,nō tamen adeo 8.1.fol.19.b.c
calidus, ut quidam exiſtimant, tenuitate partium falſi. Porro fructus eius perſimilis genere fa-
cultatis eſt,cæterum longe in ſubtilitate partium inferior.

Balauſtium.

Balauſtium″ flos eſt agreſtis punicæ, ſicut domeſticarum Cytinus. Valenter guſtum adſtrin- F A.iii.c.119.
git. Et ſane deſiccantis, & refrigerantis facultatis eſt,& nimirum etiam craſſæ eſſentiæ,ſi quidē fol.110.b
memores ſumus eorum, quæ in quarto horum commentariorum ſunt prodita: ubi oſtendimus
omne adſtringēs,terreſtre eſſe frigidū.Aliarum autem qualitatum nullius præ ſe fert indicium.
Proinde ipſum quis cenſeat ſtrenue, & exiccare & refrigerare.Siquidem nō perperam in quar
to horum uoluminum terreis frigidis corporibus adſtringētem ineſſe qualitatem demonſtratū
eſt.Sane uero,& euentus ipſe comprobat.Nam ſi intertriginibus,& alijs ulceribus ipſum illinas,
celerrime illa uidebis cicatricem contrahere. Hoc ſane nomine & ad ſanguinem reijcientes,&
ad dyſenteriam, tum ad uentris uterique profluuia, non eſt quiſpiam medicorum, qui curandi
tractatus conſcripſere,qui hoc non utatur medicamento.

Batus Rubus.

Rubi″ folia,germina,flos,fructus,& radix qualitate adſtringente participāt,eaq; nō obſcura. A.iii.c.97.
Sed hoc inter ſe differunt,ꝙ folia,ac præcipue mollia,& recens nata plurimum in ſe habeāt ſub
ſtantiæ aqueæ, paucum uerò adſtrictionis: eadē ratione,& germina. Itaq; ſi mādantur,aphthas
& alia oris ulcera ſanant. Quin, & alia ulcera glutinare ualent:eſt enim eorū tēperies,& exter-
rea frigida eſſentia, & aquea tepida. At fructus,ſi quidem maturus fuerit,nō parum habet ſucci G
calidi temperati, qui dulcis eſt,uti mōſtrauimus: Itaq; ob hoc,& modicam adſtrictionem,eſui
non inſuauis eſt. At immaturus à frigida ſuba terrea vincitur, ac proinde acerbus eſt, & valde
exiccatorius. Et ſane uterq; ſiccatus reconditur,ualidius q̄ recens deſiccans. Sed,& flos eādem
uim fructui immaturo poſſidet. Vtraque ad dyſenterias, & uentris profluuium, & atonias ideſt
imbecillitates, & ſanguinis expuitionem idonea remedia. Porro Radix præter adſtrictionem,
paucam habet ſubſtantiam in ſeſe tenuem,per quam,& lapides renum comminuit.

Batrachium.

Batrachium quatuor habet ſpeciatim differentias. Oīa uero uehementer acrem qualitatem
poſſident,adeo ut cum dolore exulcerent.Hac ratione,ſi moderate utare, pſoras,& lepras exco
riant,& ungues diuellunt:tum leproſis ſtigmata digerunt,& acrochordonas,& myrmecias de-
trahunt.Quin,& alopecias iuuant pauco tempore admota:nam ſi diutius inhæreant,non exco-
riatur ſolum ipſa cutis, ſed & in cruſtam uritur.Atq; hæc omnia caulis,& foliorum ſunt opera,ſi
imponas uirentia.Porro radix arefacta ſternutationē prouocat,ſimiliter alijs omnibus,quæ ua
lenter deſiccant.Sed,& dentes dolentes iuuat,ut,& frangat eos,ualenti ſcilicet exiccatione. Et, H
ut ſemel dicam,calida,& ſicca ualde eſt tum radix,tum uniuerſa adeo herba.

Bdellium.

Bdelliū,″quod Scythicum nominant,quod ſanè,& atrius eſt,& reſinoſum,magis emollientis A.iii.c.111.
admodum, & efficacis uirtutis eſt.At alterum, nempe Arabicum,quod dilucidius eſt,magis de-
ſiccat, q̄ emollientia. Igitur recens, & humidum eſt,& contuſum facile molleſcit,ad omnia,ad
quæ ſcythicum, idoneum: At quod antiquius eſt, & admodum guſtu amarum,& acre,& ſiccū,
ab eorum, quæ indurata molliunt, mediocritate excidit: Vtuntur autem quidam illis,& potiſſi-
mum arabico, & ad bronchocelas,& hydrocelas,ſaliua matutina ieiunaque ſubigentes,ut em-
plaſtri conſiſtentiam accipiat. Porro arabicum, & calculos renum in potu ſumptum frangere
apparet: tum urinas ciere, & crudorum flatuum diſcurſus: præterea laterum dolores,& ruptu-
ras perſanare.

Bechium tuſſilago.

Bechiū inde adeo ſic nuncupatum eſt,ꝙ bechas hoc eſt tuſſes,& orthopnœas,iuuare ſit credi-
tū,ſiquis folia arida aut radicē in prunis urens aſcendentē inde fuliginē inſpiratu attrahat. Eſt
autem modice acris, ut ſine moleſtia noxave omnes thoracis abſceſſus credita ſit rūpere. Sane
folia uirentia partes cruda phlegmone obſeſſas illitu extrinſecus adiuuant, nempe ob aqueæ
humiditatis

A humiditatis admiſtionem, qua omnia uiridia teneraque participant, alia plus, alia minus: nam ſicca bechij folia acriora ſunt, quàm ut phlegmonis conueniant.

Blitum.

Blitū olus eſt eſculentū, humidæ frigidæq; tēperaturæ, in ſcḋo maxime exceſſu a temperatis.

Bulbus ſatiuus.

Bulbus eſculentus quidē frigidiorē, & craſſiorē, lentūq; ſuccū procreat. Nam & coctu difficilis eſt, & flatuoſus, & uenerē prouocans. Attū illitus ob amaritatem ſimul, & adſtrictionē abſtergit ſimul, & glutinat, & nimirum etiam exiccat. Eſt enim oſtenſum amaritudinem in extergentibus eſſe ſubſtantia, adſtrictionem uero in glutinantibus. At ſiccitas utranque conſequitur.

Bulbus Vomitorius.

Bulbus Vomitorius multo eſt calidioris temperaturæ, quàm ſuperior.

Buboniū.

Buboniū, aut Aſter atticus, nuncupatū eſt ita, quia creditū eſt bubonas ſanare tū illitum, tum inguini adalligatū. Eſt aūt mediocriter digerentis facultatis, quia uidelicet & modicè calidum eſt: nec uehementer, nec ita deſiccat, ut contendat, maximè cū etiam nū molle, ac recens fuerit.

B *Bugloſſum.*

Bugloſſum humidæ calidæq; temperiei eſt. Itaq; uinis iniectum lætitiæ, ac hilaritatis cā eſſe creditum eſt. Sed & ijs, qui ob ſupremi gutturis {pharynga Græci uocant} aſperitatem tuſſiunt. coctū in melicrato conuenit. *Bunium.*

Bunium, alij Arcticum, * Adeo excalfacit, ut & urinam moueat, & menſes prouocet. Sed & Pſeudobunium adſimilis illi caliditatis eſt. *Al. Arction.

Buphthalmum.

Buphthalmum ſic appellatum eſt a floribus, qui figura quidem boum oculis uideantur adſimiles, colore autem anthemidis floribus ſimillimi ſunt, ſed multo tum maiores, tum acriores. Proinde & uehementius digerunt, adeo ut & duritias ſanent, cerato miſti.

Brathy Sabina.

Sabina ex numero eſt fortiter exiccantium, idq; ſm tres qualitates, quas in guſtu præ ſe fert, ſimiliter ut cupreſſus, niſi q̄ ea & acrior eſt, & ut ſic dixerim, magis aromatica, {ſeu odorātior.} Igitur huius, quā mō dixi qualitatis eſt particeps, nēpe acrimoniæ cōſiſtentis in tēperamento calido, p̄terea amaritudinis, & adſtrictionis obſcurioris q̄ in cupreſſo: quantum. n. ipſa cupreſſum C ſuperat in acrimonia, tm̄ ab ipſo ſuperatur in adſtrictione. Quo manifeſtū eſt, q̄ oīno calidior eſt cupreſſo, & ob id ēt potentius digerit. Itaque glutinare nequit uulnera ob ſiccitatis, & calidi tatis robur: nam illi tm̄ utriuſq; ineſt, ut ēt contendat & inflāmationē afferat: At putredinibus ſimiliter, ut cupreſſus accommodari poteſt, maximè ubi rebelliores fuerint, & diuturniores: nā hæ citra noxam uim medicamenti perferunt. Quin, & quæ atra ſunt reddita, & admodum ſordida, ea cū melle expurgat. Carbunculos item ſoluit. Porrò partiū tenuitate menſes quoq; prouocat, ut ſiquid aliud: & ſanguinē per urinas mouet. Fœtum ēt uiuentem interficit, & mortuū educit. Eſto autē hoc medicamen tertii ordinis tum excalfaciētium, tum deſiccantium, ex numero eorum quæ uel maxime tenuium ſunt partium. Et hoc utique nomine unguentis inditur, & maxime gleucino, & in multas antidotos inijcitur. Quidam uero etiam cinnamomi uice duplum eius ſubiiciunt. Eſt enim extenuandi, & digerendi facultatis, ſi epotum fuerit.

Bretanica.

Bretanicæ herbæ folia adſtringentia ſunt, & uulnerum glutinatoria, ſimilia agreſtium lapathorum folijs, niſi quatenus acriora ſunt, magisq; hirta. Sed & expreſſus ex illis ſuccus perinde natus eſt adſtringere: itaque coctum quidam reponunt tanquam inter ſtomatica medicamēta D efficaciſſimum. Videtur enim ſanare iam etiam putreſcentia.

Bromus.

Bromus unum eſt ex leguminibus: uerum ut medicamentum, ſimilem hordeo uim obtinet. Nam illitum deſiccat, & digerit mediocriter, & ſine morſu. Temperiem autem habet paulo frigidiorem. Non† nihil etiam adſtrictionis obtinet, ut ventris profluuia iuuet.

† *Lib. 1. de alimen. facul. cap. 14. ait panem ex bromo, neq; ſiſtere, neque prouocare alui: ſed ibi ut alimentum, hic ut medicamentum conſiderātur.*

Bryon thalattion Alga.

Bryon thalatthion compoſitum eſt ex terrena, & aquea eſſentia, utraque frigida. Siquidem, & guſtum adſtringit: & calidis quibuſuis illitum, ea euidenter refrigerat, & adiuuat.

Bryon aut ſplanchnon muſcus.

Bryon, quidā uero Splanchnō. Inuenitur autē in quercubus, & piceis, & populis albis. Vim habet adſtringentem inualidā. Nec. n. multū eſt frigidū, ſed proxime ferme medijs, quia uidelicet & digerendi, & molliendi facultatis eſt particeps, maxime quod in cedrinis lignis reperitur.

GALLIVM

Gallium inde adeo nomen ſortitum eſt ſuum, q̄ lac coagulet. Adſimile autem eſt Aparinē, facultatem obtinens exiccatoriam, & ſubacrem. Flos eius ſanguinis profluuiis competere uidetur, & combuſtis mederi. Eſt autem boni odoris, & coloris lutei.

Gentiana

Gentiana.

Gentiana. Huius herbæ radix multum eſt efficax, cum opus eſt extenuatione, purgatione, E
abſterſione, obſtructionis liberatione. Nec mirum ſi hæc poſſit, cum impenſe ſit amara. A. ibi. cap.

Gigarta acinorum vuæ nuclei.

Acinorũ vuæ nuclei ex ſcḋo ordine ſunt exiccantiũ, refrigerantiũ uero primo. Subſtãtia eorum craſſarum partiũ eſt, & terrena: cui guſtus indicio eſt, nimirũ cũ acerbi appareant. Quin & experientia cõprobat. Nam oĩbus uentris cũ profluuio iunctis affectibus impendio conferunt.

Gingidium.

Gingidium, ſicut guſtu amaritatem, & adſtrictionem præfert, ſic temperie quoq; ipſa calidi tatem, & frigiditatem. Secundum utranque uero qualitatem deſiccatorium eſt. Sed enim ſtomacho amicum eſt, utpote non paruam obtinens adſtrictionem. Quamobrem non admodum conſpicuam caliditatem poſſidet: ſecundo autem receſſu deſiccat.

Glaucium.

Glaucium adſtringit cum quadam inſuauitate. Tum adeo manifeſte refrigerat, ut ſolum ſæ- A. ibid. cap.
pe eryſipelata, utique ſi ualentia non fuerint, curare poſſit. Miſtura eius compoſita eſt ex aquea terreaq; ſubſtantia, utraque ſanè frigida, uerum non ſummè, ſed ceu aqua fontana. F

Glaux.

Glaux herba. Et ipſa lactis generandi uim obtinere uidetur. Quòd ſi ſit, calida quodammodo, humidaque temperamento fuerit.

Gliconpulegium.

Pulegium. Et hæc herba, quandoquidem acris, & ſubamara eſt, valde tum excalfacit, tum A. ibid. cap.
πεπμήτικον. extenuat. Porrò quòd excalfaciat, abunde magnum eſt* teſtimonium, quòd illa lubrificat: & ſiquis diutius toleret, exulcerat quoque. Quòd vero extenuet, ſatis indicat, cum humida, craſſa, & lenta, ex thorace, & pulmone excreatu facilia faciat, menſesque moueat.

Glæos ſtrigmenta balneorum.

Glœos modice emolliendi vim obtinet.

Glycyrhiza dulcis radix.

Glycyrhiza. Huius fruticis radicum ſuccus in primis utilis eſt, ſimiliter ut eius radices, dulcis A. ibid. cap.
ſimulq; leuiter adſtringens. Proinde aſperitates lenire poteſt, nec mõ in arteria, verum ẽt ueſica ſcabra, idq; tẽperaturæ mediocritate. Quocirca fuerit ſane natura eius familiaris noſtræ tẽperaturæ: nã tale monſtratum eſt eſſe dulce: ſed cum adſtrictio quædam adiuncta ſit, uniuerſum G
eius tẽperamentum quãtum ex caliditate, & adſtrictione eſt, tepidæ potiſſimum caliditatis fuerit, q̃ proxime accedens ad ſymmetrum, ſiue temperatum. Porrò qm̃ temperie quoq; eſt humidum id, quod modice eſt dulce, iure ſane etiam ſiti cõgruens medicamentum eſt, nimirum modice humidum, ſimul & humana natura frigidius. Refert Dioſcorides radicem ſiccam ad læuorem rẽdactam, pterygiorum, ſeu unguium oculorum idoneum eſſe illitu remedium.

Glycyſida Pæonia.

Glycyſida, quã pentorobon & pæonium nuncupant, radicem habet leuiter adſtringentem A. ibid. cap.
cum quadã dulcedine: ac ſi pluſculum dentibus mandas, acrimoniam item quampiam ſubamarã ſubeſſe percipies. Proinde menſes ciet ex melicrato, amygdali pota quantitate: ſane tundere eã neceſſe eſt, ac ita cribratã inſpergere. Expurgat porrò ẽt iecur obſtructum, & renes: ſed hæc efficere nata eſt, qua acris & ſubamara eſt: Qua uero quiddam ẽt adſtrictorium obtinet, in uentre prouenientes fluxiones ſiſtere põt: cæterum eam tunc in auſterorum uinorum quopiam decoctam potare cõuenit. Eſt porrò oĩno reſiccatoria. Eapropter haud deſperauerim, eam (quod merito creditum eſt) ex collo pueris ſuſpenſam comitialem morbum ſanare. Equidẽ uidi puel H
lum qñq; octo totis menſibus morbo comitiali liberum, ex quo hanc radicẽ geſtauit: ac poſtea forte fortuna cum, qḋ a collo ſuſpenſum erat, decidiſſet, protinus denuo conuulſione correptũ: rurſusq; ſuſpenſo in locũ illius alio, inculpate poſtea egiſſe. Porrò uiſum eſt mihi fatius eſſe rurſum id collo detrahere, certioris experientiæ gr̃a. Id cũ feciſſem, ac puer iterũ eſſet cõuulſus, magnã recẽtis radicis partẽ ex collo eius ſuſpẽdimus: ac deinceps prorſum ſanus effectus eſt puer, nec poſtea cõuulſus eſt. Rõnabile itaq; erat, aut partes quaſpiã a radice defluentes, ac deinde p
inſpiratione attractas, affectos ita locos curare: aut aerẽ a radice aſſiduè mutari, & alterari. Nã hoc pacto ſuccus Cyrenaicus columella phlegmone affectã iuuat: & Melanthiũ frictum palam catarrhos, & coryzas deſiccat, ſiquis id in calidũ linteũ rarum liget, aſſidueq; caloré ex eo per inſpiratione in nares attrahat. Quin ẽt ſi cõpluribus linis, & maxime marinæ purpuræ, collo uiperæ iniectis, illis uiperã præfoces, eaq; poſtea cuiuſpiam collo obuincias, mirifice profuerit tũ pariſthmijs, tum oĩbus iis, quæ in collo expullulant. Sane de talibus priuatim aliqñ forte cõſcribam. Ac nunc pæoniæ cognoſcendum temperamentum eſt, tum exiccatorium, tum ſubtilium eſſe partium, haud tamen inſigniter calidum, ſed aut ſymmetrum, aut pauxillo calidius.

Gnaphalium.

Gnaphalium inde adeo nominatum eſt, quòd folijs eius mollibus pro fomento utanẽ. Sunt autem

A autem candida, & modice adſtringunt. Ac proinde quidam id exhibent ex auſterorum uinorum quopiam dyſentericis.

Gongilis rapum.

Gongilidis ſemen uenerem excitat, utpotè ſpiritum flatuoſum procreans. Sic & radix coctu difficilis eſt, inflatque, & ſemen generat.

DAMASONIVM SEV ALISMA

D Amaſoniũ, aut aliſma. De hac herba in tertio libro tradit Dioſcorides, ꝙ radix eius epota dyſenterias ſanet, & aluum ſiſtat, atq; œdemata mitiget. Sed nos ea quidem experti nõ ſumus: Quod autem conſtitutos in renibus calculos aqua, in qua decocta fuerit, pota comminuat, id certe experti ſumus. Ex quo liquet, quòd abſterſoriam quandam facultatem obtinet.

Daucus ſtaphylinus.

§Daucus, quem quidam ẽt Staphylinum nuncupant, agreſtis quidem domeſtico minus eſt eſui idoneus, cæterum in omnibus vehementior: at domeſticus eſui aptior, ſed imbecillior. Acrem, & calefaciendi facultatem obtinet, ac proinde etiam extenuandi. Certe radix, præter iam B comprehenſa, flatuoſum quiddam obtinet, ac uenereum. Semen autem domeſtici quidem & ipſum quandam ad uenerem ciendi potentiam poſſidet. Agreſtis vero plane flatu caret, quod ἄφυσον vocant: ac proinde urinam, menſesque ciet.§

Dauci ſemen.

Dauci herbæ ſemen excalfaciendi uehemẽter facultatem habet, adeo ut inter prima efficax ſit tum urinæ mouendæ medicamen, tum menſibus prouocandis. Multum ẽt digerere per halitum foris impoſitum ualet. Ipſa uero herba ſimilẽ quidem uim obtinet, tamen ſemine infirmiorem, nimirum ob aqueæ humiditatis miſturam, quanquam utique & ipſa calida ſit temperie.

Daphne arbor laurus.

Lauri arboris & folia, & fructus deſiccant, & calfaciunt vehementer, plusque etiam fructus quam folia. At radicis cortex minus quidem acris eſt, & calidus, plus tamen amarus, habetque etiam adſtrictionis non nihil. Quamobrem & calculos confringit, & iecori prodeſt. Bibitur ex uino fragrante trium obolorum pondere.

Daphne herba, & chamædaphne.

Daphnes herbæ, quam & Daphnen Alexandrinam appellitant, tẽperatura euidẽter eſt caC lida: & guſtantibus, acris ſimul eſt, & ſubamara: potaque, tum urinas, tum menſes prolicit. Porrò Chamædaphnes germina tenera edi quoq; aſſolent. Eſt autem perſimilis uiribus Daphne Alexandrinæ, ſicut ſane & quod Daphnoides nuncupant.

Dictamnum.

Dictamnum tenuiore eſſentia conſtat, quàm Pulegium, cætera illi ſimile. At, quod uocant Pſeudodictamnum, ad omnia imbecillius dictamno eſt.

Dipſacos.

Dipſaci ſpinæ radix eſt ſecundo ordine exiccatoria, habetq; non nihil & abſterſorium.

Dorycnium.

Dorycnium temperamento papaueri ſimile eſt, & mandragoræ, ac cæteris, quæ parem habent refrigerandi potentiam: excellit frigiditate aquea admodum efficaci. Quamobrem pauculum quidem ſoporem conciliat, pluſculum vero ſumptum interimit.

Dracontium dracunculus.

Dracontium quiddam Aro perſimile obtinet tũ folijs, tũ radice, cæterũ illo tum acrius eſt, tũ amarius: ac proinde calfactorium magis, & tenuioribus partibus. Habet ẽt leuiculã quandam D adſtrictionem, quæ qñquidem cum cõprehenſis duabus qualitatibus acri. ſ. & amara coniũcta eſt, medicamẽtum factum eſt, ut quæ maxime, efficax. Nam radix uiſcera oĩa expurgat, craſſos potiſſimum, & lentos ſuccos extenuans: optimumq; remedium eſt cõtumacium ulcerum, §quæ κακοηθῆ nuncupant.§ Expurgat quoq; extergitq; profecto ſtrenue tum alia, q̃ exterſionem deſiderant, tum uitiliginem cum aceto. tum folia item, utpote ſimilem facultatem hñtia, ulceribus, uulneribusq; recens inflictis accommoda ſunt: & quanto minus fuerint ſicca, tanto magis conglutinant. Nam quæ ſicciora ſunt, uiribus ſunt acrioribus, q̃ vt vulneribus conueniant. Creditũ quoq; eſt caſeum humidum, ſi illis foris tectus reponatur, ob temperaturæ illorum ſiccitatem a putredine conſeruari. Fructus ualentior eſt non folijs tantum, ſed & radice. Itaq; & cancros, & polypodas eliquare creditus eſt. Succus quoque eius* †uitia oculorum§ expurgat.

Dryopteris filicula.

Dryopteris guſtu miſtam qualitatem præfert, dulcem, acrem, ſubamaram: in radice vero item acerbam. Facultatem habet ſepticam: Proinde etiam pilis glabram cutem efficit.

Drys quercus, ſiue robur.

Quercus partes oĩs adſtringentis qualitatis participes ſunt: Sed plus tamen habet, quæ in trunci cortice membrana ſubeſt: tum q̃ ſub glandis ipſius caliculo, ea uidelicet quæ fructus carnem

* *Dioſcorides dicit ſuccum radicis.*

† τα ἐν ὀφθαλμοῖς. i. quæ ſunt in oculis. *Dioſ. nubeculas albugines, & caligines.*

nem conueſtit. Quamobrē ad profluuium muliebre, & ſanguinis expuitiones, tum dyſenterias, & diuturnos uentris fluxus cōmodam eſſe credūt. Maxime uero ea utunt decocta. Valentius tñ adſtringunt Fagus, & Ilex, ſeu quis eas ſpēs eſſe roboris uelit, ſeu toto gñe diuerſas. Quin & folia harum plantarum tenella illita non inſtrenuè deſiccare ualent: minus aūt, quæ ſunt alterius roboris, nimirum quanto minus ſortita ſunt adſtrictionis. Siquidem ego qñq; glutinaſſe me vulnus memini ſecuri inflictum, cum nullum adeſſet ad manū medicamē præter ipſius quercus folia. Triui ea in læui petra, & vulnus, oēmq; uicinum locum contexi. Eandem folijs uim habet & fructus roboris: eoque medici non nulli ad incipientes, & creſcentes utuntur phlegmonas, nam quæ iam uchementes ſunt, adſtringentia reſpuunt. Sed talia ad curandi potius rōnem, q̄ preſentem tractatum attinent. Cæterum in præſentia nouiſſe, ꝙ eatenus adſtringentem, quatenus dictum eſt, facultatem quercus obtineat, ſufficit: ac proinde deſiccādi, atque adſtringendi: excalfaciendi autem paulo infra media, in genere ſcilicet eorum, quæ (ut ſic dicam) tepida ſunt.

EBISCVS ALTHEA.

EBiſcus, ſiue Althea. Eſt aūt malua agreſtis, facultate digerēdi, laxandi, ἀφλεγμαντος hoc eſt phlegmone leuandi, mitigandi, concoquēdi difficiles coctu phlegmonas. *Radix porrò eius & ſemē cætera quidē pari folijs uiridibus mō agunt, uerū tenuiorū partiū, magisq; exicca- F toriā, ad hæc magis exterſoriā, facultatem oñdunt, ut & uitiligines detergant, & ſemen renum calculos confringat. At radicis decoctum ad dyſenteriam, diarrhœam hoc eſt alui profluuium, & ſanguinis reiectionem, aptum eſt, nempe cum adſtringentem quandam facultatē poſſideat.

* *Al. phymata.*

A. I. 22. 27. fol. 19. Ec. 19. fol. 121. f

Ebenus.

Ebenus ex ijs lignis ē, q̄ trita cū aqua in ſuccū ſoluunt, ſicuti nō nulli lapides. Vis ei ineſt excalfaciēdi, extergēdi, & tenuiū partiū. Quā ob rē q̄ pupillas offuſcāt, extergere credit. Miſcetur alijs remedijs ocularib⁹, q̄ ad ulcera antiqua, fluxiones, & bullas, ſiue puſtulas, accōmoda ſunt.

A. Illic. fol. 119. q

Elæa olea.

Oliuæ * rami quantū hñt adſtrictionis, tātę & frigiditatis participes ſunt. Fructus uerò, ſi q̄dē ad unguē maturuit, moderatè calidus eſt: ſin immaturus eſt, magis tū adſtringit, tū refrigerat.

* θάλλοι.

A. Illic. 120

Elæon oleum.

Oleum q̄d ex oliuis conficitur, q̄d ſanè proprijſſimo noīe oleum appellamus, cuiuſmodi ſit temperaturæ, ſuperioribus libris definitum eſt. Quippe humectatoriū eſſe, & moderatè calidū oñdimus. Eiuſmodi eſt, q̄d eſt dulciſſimum: fitq; potiſſimum ex oliuis quas Græci ὀρυπτὰς uocant, §nos drupas. § Cęterum quod omotribes, & omphacinū nuncupant, id quantum in ſe habet adſtrictionis, tñ ēt illi ineſt frigiditatis. Porrò oleum vetus, quod quidem ex dulci inueteratum efficitur, & calidius eſt, & ad diſcutiendum potentius: Quod uero ex crudo, id dum reliquum quippiam ſeruauerit adſtrictionis, miſtæ permanet facultatis: ubi uero illam prorſum abiecerit, reliquo fit ſimile. Quin ēt quicunq; in præparando * ramos inijciunt, ij & ipſi omphacino ſimile oleum efficiunt. Cęterum rogandum non eſt, quo pacto ſit præparatum, ſed guſtandū eſt potius: ac, ſi p̄ſeferat adſtrictionis quoppiā, eatenus ēt frigidum eſſe exiſtimādum, ceu illud quod ab Iberia portatur, quod Spanum. i. Hiſpanicum noīant. Quòd ſi nequaq̄ guſtantibus adſtringere appareat, ſed ad amuſſim uideatur dulce, id modice eſſe calidum putandum. Porrò ſi tenue quoq; cernatur (tale eſt, quod purum eſt, quodq; intuenti translucidum vī) ac modicum eius latiſſime per cutem extenſum ſibi maneat continuum, celeriterq; a cute combibatur, id vtique pro optimo ducendum, ac olei uirtute, q̄ maxime pollere, quale eſt Sabinū. Porrò ꝙ oleū lotum minime oīum mordacitatem continet, ſupra ēt dictum eſt. Cęterum quo potiſſimū modo id probiſſime leues, in ſequenti tradam opere, quod inſcribetur de medicaminum compoſitione: ubi & de ſicyonio, & ſi quod eius gñis præterea oleum eſt, agetur: Nunc ſermo mihi eſt de ſimplicibus, adijciamq; & de alijs olei ſpeciebus. Vocatur. n. quoddam cicinū oleum, in Aegypto maxime proueniens ex fructu ricini: Tum raphaninum, ſeſaminum, amygdalinum, caryinum: ad hæc ſinapinum, lentiſcinum, laurinum, melāthinum, terebinthinum, maſtichinū, myrtinum, balaninum, hyoſcyaminum: nec pauca præter hæc ex fructibus expreſſa oīa, cæterum tm̄ inter ſeſe diſcrepantia, quantum & fructus ipſi a ſe inuicem diſſident. Eſt enim cicinum tum tenuiorum partium, tum ad diſcutiendum potentius, ꝙ ſimillimum oleo ex oliua uetuſto. Quam ob rem ſiqñ in medicamenti compoſitione cicinum oleum adſcriptum fuerit, ſi ipſum nō adſit, cōi utendum oleo, maxime ſi fuerit ſabinum. Raphaninum autem cætera huic ſimile eſt, ſed calidius tñ, at hoc ēt calidius ſinapinum. Huic ſimile eſt, quod ex melanthio, hoc eſt gith, conficitur. Pugnāt cum iſtis myrtinum, & ſeſaminum, tum quòd adſtringant, tum ꝙ craſſarum ſint partium. Miſtæ facultatis eſt lentiſcinum, & terebinthinum, & maſtichinum: non. n. tm̄ emolliunt, ſed & adſtringunt. Amygdalinum porrò amaritatem exuperātem poſſidet, cæterum cuiuſdam ēt adſtrictionis eſt particeps: non tñ caryinum, ſed id uel maxime ſimplicis eſt digerendi facultatis. Calidius eo eſt, ac magis digerens Laurinum, & hoc ēt magis cedrinum. Proximum ei eſt, quod ex nigra pice conficit Dadinum, minus quidem laurino calidum, uerum ualentius deſiccans. Hyoſcyaminū uero miſtæ facultatis eſt, emolliendi uidelicet, & refrigerandi. Oleū porrò cicinum

* Forte loco amygdalini olei caryinum, rurſusq; pro caryino amygdalinū legendū eſt. Nullam. n. aſtrictionem amygdalis attribuit Gale. cap. de amygdalis. Nucibus aūt quandam ineſſe ait adſtrictionē cap. de caryis, ſeu nucibus.

Acicinum * uentrem ſubducit. Hoc uero magis, qđ fit ex Gnidio grano, tanto nimirum, quanto granū potentiorem purgandi uim obtinet, q̄ * cicis, i. ricinus. Iam qđ ex agreſti oliua oleum exprimitur, nō ſimplicē tēperaturam obtinet, ſed extergit, ſimulq; aſtringit. Squalidiſſimū id eſt ex omni olei gñe: & poſt, Iſtricū quoque: deinceps poſt illa eſt Hiſpanum. Pinguiſſimum eſt Lybicum, & Cilicium: ſimul aūt pingue tenue Sabinum. In medio comprehenſorum oīum ſunt, tum id quod per cyclades inſulas naſcitur: tum quod per Greciam, Aſiamque. Porrò oleum pingue æſtimatur iudicaturq; uiſcoſitate: tenue uero, ſi perluceat, ſi purum ſit, ſi plurimum a minima eius portione inungatur, ſi facile a cute combibatur. Ex dictis cognoſcere iam liceat, & de alijs olei gñibus, quæ æquiuoce ipſis dñr unguentis, puta roſaceo, melino, liliaceo: & quæcunque id genus floribus, fructibus, germinibus, folijs in oleo maceratis, cōficiunt. Horū quodq; ubi vna cum aromatibus p̄parantur, unguentū efficitur. De his copioſius dicetur in opere De componendis medicamētis. Porrò, ubi quod in p̄tia utile eſt expoſuero, deſinam. Procuiuſq; iniecto rum natura oleum uariari contingit. Ex ijs ergo, quæ in toto hoc opere de quoque iniiciendorum uniuerſaliter diſces, ſigillatim quoque confectum ex ijſdem oleum cognoſcere dabitur.

* Al. Cnicinum
* Al. Cnicus.

Elatine.

B Elatine modice tum refrigerat, tum adſtringit.

Elaphoboſcus.

Elaphoboſcus facultatis eſt excalfactoriæ, & tenuium partium, ac proinde exiccatoriæ ſecundo maximè exceſſuum ordine.

Helenium enula campana.

Helenij herbæ radix maximè eſt utilis, nō primo ſtatim occurſu excalfaciēs: ac proinde dicēda eſt non calida, & ſicca exacte, ceu piper tum atrū, tum candidū, ſed cū recrementitio humore. Quapropter eligmatis, quę faciunt ad educendos ex pectore pulmoneque craſſos lentosq; humores, idoneè commiſcetur. Rubrificant illa quoque partes frigidis, ac diuturnis vexatas affectibus, cuiuſmodi ſunt non nullæ coxarum paſſiones, iſchiadas uocant, & exiguæ * aſſiduæque articulorum quorundam præ humiditate procidentiæ, ac luxationes.

* al. hemicranię.

Eleliſphacos ſaluia.

Eleliſphacos euidenter excalfacit, ac leuiter ſubadſtringit.

Elleborus veratrum.

Elleborus uterq; tū albus, tū niger, extergentis eſt, & excalfaciētis facultatis. Quāobrē ad alCphos, lichenas, pſoras, leprasq; accōmodi ſunt. Quin ēt niger ſi in fiſtulā callo indurata immiſſus fuerit duobus tribusve diebus, callū detrahit. Dētibus p̄deſt cū aceto colluētibus. Sūto autē in tertio ordine excalfacientiū, & deſiccātiū. Porro niger guſtu calidior eſt, cādidus ſubamarus.

Helxine.

Helxine. Alij Perdiciū nomināt, alij parthenium, alij Sideritin, ſunt qui Heracleā appellitēt. Cæterum uis ei ineſt abſtergendi, & leuiter conſtringendi cū humiditate ſubfrigida. Quam ob rēphlegmonas oēs in initio, & augmento ſanat uſq; ad ſtatū ἀκμὴν Græci uocant, & maxime ſi calidæ fuerint. Quin ēt incipientibus phygethlis catapla ſmatis ritu illinitur. Tum ēt ad auriū dolores phlegmonoſos ſuccus eius cum roſaceo mediocriter profuerit. Gargarizādum itē non nulli exhibēt ad pariſthmia. Sunt uero etiā ex medicis quidā, qui ijs, qui diutina tuſſi uexantur, illam exhibuerint. Certe euidens extergendi experimentum præbet, & in uaſis uitreis.

Helxine.

Helxine, quæ & Ciſſampelos nuncupatur, digerendi facultatem obtinet.

Elymus, meline, panicum.

Elymus: Vocatur autem, & Meline. Panicum ex leguminum genere eſt, milio ſpecie ſimile, Dfacultate certe pauci nutrimenti, & exiccatoria. Siſtit quoque non nihil uentris fluxus, ceu ipſum etiam milium. Si uero foris illinatur, exiccat * atque refrigerat.

* σύφει. i. adſtringit.

Empetron.

Empetron ad ſolas purgationes eſſe uidetur commodum, bilem, ac pituitam educens. Guſtu falſum eſt: proinde ad alia quoque utaris licet, ad quæ pollere oſtendimus ſubſtantiam ſalſam. Nominatur item Praſoides.

Epithymum.

Epithymū thymi facultatē habet: ad omnia efficacius. Exiccat, & excalfacit in tertio gradu.

Epidemium.

Epidemij uis eſt moderate refrigeratoria cū aquea humiditāte: quare nullā hēt inſignē qualitatē. Vberibus illitum ea recta ſeruare poteſt. Aiunt uero, ſi potu hauriatur, ſterilitatē parere.

Epimelis.

Epimelis. Acerba hæc planta eſt, utque dixerit quiſpiam, pomus ſylueſtris. Vocatur autem ab Italiæ ruſticis Vnedon. Ingens eius in Calabria prouentus. Fructus eius acerbus quidem eſt, nihil minus tamen ſtomacho ingratus, & capitis mouens dolores. Admiſta ſiquidem ei eſt alie na quæpiam qualitas.

Vnedon Plinio li. 16. cap. 24. eſt Arbuti fructꝰ. cuius meminit Gal. in ſequentib. car. 52. a

Erebinthus

Erebinthus cicer.

Cicer legumẽ eſt flatuoſum, copioſi nutrimenti, aluo mouẽdæ habile, ciendæ urinæ idoneũ, lacti, & ſemini gñando aptũ: proijcit uero & mẽſes. Porrò qđ uocaẽ Crium, hoc eſt arietinũ, cæteris efficacius urinã prouocat. Decoctũ eius calculos renũ cõfringit. Reliquũ aũt cicerũ genus (uocaẽ aũt Orobiçũ) eadẽ ui pollet, puta attrahẽdi, digerẽdi, incidẽdi, extergẽdi. Sunt.n. calidi, & modicè * ſicci: participes itẽ ſunt amaritatis: Cuius ui lienẽ, & iecur, & renes expurgant, pſorasq; ſ& lepras, ſ& lichenes extergunt, tũ abſceſſus poſt aures prouenientes ſ παρωτίδας Græci uocant, ſ& teſtes induratos diſcutiunt. Tum ẽt ulcera, quæ cacoethe uocant, cum melle ſanant.

* Quãquam Aldinus co. græcꝰ, ac manuſcripti etiam, quotquot uidimus, & tralatio uetus, & Oribaſius legunt, humidi.

Erebinthus agreſtis.

Erebinthus agreſtis ad omnia efficacior domeſtico eſt, hoc eſt tum calidior, tum ſiccior quã to & acrior, & amarior.

Erice.

Erice digerendi per halitum facultatem obtinet. Flore eius potiſſimum, ac folijs utendum.

Erpyllus ſerpyllum.

Serpyllum vſque adeo excalfacit, ut & menſes, & urinas moueat. Guſtu multum eſt acre. A. ibi. c. 90.

Eryſimum.

Eryſimi ſemẽ ſicut guſtu naſturtio apparet ſimile, ita facultate igneũ eſt, & excalfactoriũ. Porrò ubi in eligmate uti ex uſu eſt, pſtat aqua maceratũ * refrigerare, aut linteolo inuolutũ, & cruſta piſtoria circũlitũ * torrere. Vtile eſt cũ eligmatis ad pmouẽdas craſſorũ lẽtorũq; pectoris, pulmonisque humorum expuitiones. Quin & Parotides induratas, & duritias antiquas uberũ, & teſticulorum iuuat. Refert Dioſcorides, quòd cum aqua, & melle cataplaſti in morem illitum occultis profit cancris.

* φῦξαι. * ὀπτῆσαι.

Erythrodanum rubia paſtiua.

Erythrodanũ. Eſt aũt tinctorum rubia radix acerba guſtu, & ſubamara. Itaq; q̃cunque agere dicta ſunt ſuperiore libro, ubi in unũ eiuſmodi coiuerint facultates, ea omnia in hac radice luculenter conſpicies. Quippe cum & lienem, & iecur expurget: & urinas craſſas multasq; ac non nunquam ẽt ſanguinolentas uacuet. Quin & menſes ciet: & mediocriter, quæ exterſionem poſtulant extergit, proinde uitiligines albas cum aceto illita iuuat. Sunt qui eam iſchiadicis, hoc eſt coxendicum doloribus afflictis, & reſolutis, in potu cum melicrato exhibeant. A. ibi. c. 77.

Eupatorium.

Eupatorium herba ipſa tenuium partium, incidendi extergendiq; facultatem citra manifeſtam caliditatem obtinet. Quocirca obſtructiones iecoris expurgat. Ineſt itidem ei & adſtrictio quædam, per quam robur uiſceri addit. A. ibi. c. 93. fol. 116. b.

Euphorbium.

Euphorbium cauſticæ, ſiue urentis facultatis eſt, & tenuium partium alijs ſuccis ſimiliter. A. ibi. c. 91.

Ephemerum.

Ephemerũ, nõ illud lethale, ac deleteriũ, qđ & colchicũ noĩant, ſed alterũ, qđ & irin agreſtẽ cognominãt, folia & caulẽ lilio ſimilẽ obtinet: radicẽ oblongã, non rotundã ceu colchicũ, digiti potiſſimũ craſſitudine, adſtringẽtẽ, & boni ſuauisq; odoris. Ex q̃bus palàm fit facultatis tẽperaturæq; eſſe miſtæ, nẽpe repellentis, & halitu euaporantis. Teſtificantur opera, q̃ particulatim edit. Siquidẽ non ineficaciter radix eius in dentiũ doloribus colluitur. Tũ phymatum augmento, & ſtatui folia congruunt: oportet autem ea in uino decocta prius, quàm pus moueas, illinere.

Echinus herba.

Echini herbę fructus acerbus eſt, ac proinde repellentis, & exiccatoriæ facultatis. Vtuntur eo ad oculorum fluxiones, & ad aures.

ZEIA

Zeia uniuerſa ſua facultate quodammodo in medio eſt tritici, & hordei. Itaque ex illis cognoſcatur. A. ibi. c. 90. A. ibi. c. 93.

Zingiber.

Zingiberis radix utilis eſt, utiq; quã ex Barbaria ad nos cõuehunt. Excalfacit ualẽter, ſed non primo ſtatim occurſu uelut piper: vñ ſanè & minus eſſe ſubtiliũ partiũ, q̃ piper exiſtimandũ, ſiquidẽ in tenues ſolueretur partes, & celerrime actu, ut illud, fieret calidũ. Apparet.n. illa elaborata, & craſſior adhuc q̃dã ei ineſſe ſuba, nec ea ſicca, & terreſtris, ſed humida potiꝰ, atq; aquea. Quò fit vt facile perforetur, cum ſ. recrementitia inſit humiditas: neq;.n. quicq̃ eorũ, q̃ aut plane ſicca ſunt, aut humida, ſed elaboratam, & familiarem continent humiditatem, tale aliquid patitur. Idem uſu uenit piperi longo. Atq; hinc eſt, qꝺ diutius perſeuerat, quæ proficiſcitur a zingibere, aut pipere longo caliditas, quã q̃ ab albo, aut nigro. Nã ſicut ab aridis calamis flamma ſimul celerrime accenditur, & undequaq; diſpergitur, eundem in modum, q̃ a ſiccis ptãte medicamentis editur caliditas: at quæ prodit ab humidioribus, ceu ligna ſunt uiridia, & tardius accenditur, & durat diutius. Ex quo fit, ut utriuſq; medicamenti diuerſus ſit uſus. Siquidẽ ubi totum corpus celeriter excalfacere conſilium eſt, ea tunc exhibenda ſunt, q̃ & celerrime a caloris noſtri conatu incaleſcant, & promptiſſime undequaque ferantur. Verum ubi partem quamuis refrigeratã recalfacere ſtudemus, contra agendum, nimirum, quæ tarde caleſcentia plurimo tpe perdurẽt, ea præbendo. Cæterum licet zingiber, & piper longum hac ratione a nigro pipere differant, non

A non magna tñ eſt dria: at naſturtiũ, napy, thapſia, & agreſtiũ columbarũ ſtercus maiori tpe pſe ctè accenduntur, & plurimo tpe perdurant. *Zythus.*

Zythus acrior eſt non paulo hordeo, & ſucci praui, utpote qui ex putredine proueniat: eſt & flatuoſus: tum partim acris eſt, & calidus: partim uero plurimum frigidus, aqueus, acidus.

Zyme fermentum.

Fermẽtum tenuium eſt partium, & mediocriter calidum. Proinde ſanè ſine moleſtia, ac mordacitate, quæ in profundo ſunt, tum extrahit, tum digerit. Cæterum ex contrarijs & ipſum facultatibus temperatum eſt, ſicut alia multa. Particeps nanq; eſt aciditatis cuiuſdam frigidæ, & caliditatis putredinoſæ, † cui accedit & ea, quæ ex ſalis eſt, & farinæ natura.

† Al. Ex græcis cod. & Oribaſio clarius, cui accedit, & ea, quę ex ſale & farina prouenit, quæ ſecũdum naturã eſt.

HEDIOSMOS MENTA

HEdioſmos Alij vero Minthen odoratam nuncupant. Eſt, n. & alia quædam Minthe non odorata, quã Calaminthen uocant. Vtraq; guſtu acri, & facultate calida eſt, ex tertio ordine excalfacientiũ. Infirmior tñ eſt mẽta odorata, q̃ calamintha: & minus excalfacit. Vt. n. in vniuerſum dicam, hæc ceu ſylueſtris q̃dam eſt, illa ceu domeſtica. Quam ob rem ſanè ob eam, quæ ex cultu accedit humiditatem, mediocriter item ad venerem excitat: Id quod oĩbus cõe eſt, q̃ β humiditatem ſemicoctam, & flatuoſam continent. Ob talem ipſius herbæ temperaturam in abſceſſibus eã quidem cum polenta miſta utuntur: Id quod in calamintha facere nequeas, propterea q̃ valentius, tum excalfaciat, tum deſiccet, q̃ id genus poſcant. Habet vero ẽt quoddam amarum in ſe, & acerbũ: illo quidem lumbricos interficit: acerbitate vero, ſi cum oxycrato bibatur, recentes ſanguinis reiectiones reprimit. Subſtantiæ eſt, ut ſi qua alia herba, tenuium partium.

Hedyſarum.

Hedyſarum, aut Pelecinus. Huius fruticis ſemen colore rufum eſt, utrinque anceps, uti ſecures. Amarum & ſubacerbum apparet. Quam ob rem potum gratum eſt ſtomacho & viſcerum obſtructiones expurgat. Idem præſtant totius fruticis germina.

Hemerocalles.

Hemerocalles radicẽ hẽt lilij radici ſimilẽ, nõ figura tñ, ſed & uiribus. Prodeſt nõ ſec⁹, atq; illa, igni ambuſtis: Quippe q̃ leuiter digerentẽ facultatẽ habẽat, & cũ hoc non nihil repellentis.

Hæmionitis.

Hæmionitis ſimul & adſtrictionem, & amaritudinem poſſidet. Quam ob rem cum aceto potа lienoſis auxilio eſt. *Herigeron.*

C Herigeron facultatem miſtam obtinet, ſimul refrigeratoriam, & modice digerentem.

Heryngium.

Heryngium caliditate, aut parum, aut nihil, quod temperatum eſt, ſuperat. Cæterum nõ paruam habet ſiccitatem leptomere, id eſt in tenui eſſentia conſiſtentem.

THALIETRVM

THalietrum folia habet coriandro ſimilia, caulem craſſitudine rutæ. Vis ei ineſt exiccatoria citra morſum. Itaque ulcera inueterata ad cicatricem perducit.

Thapſia.

Thapſia acrem hẽt, ac ualenter excalfacientẽ facultatẽ cũ humiditate coniunctã. Quã obrẽ exalto uiolẽter extrahit, & qđ extraxit digerit. Verum pluſculũ ad ea efficienda tps poſtulat, ut quæ larga humiditate excrementitia impleta eſt: cuius uitio etiam fit, ut celeriter corrumpatur.

Thermus lupinus.

Lupinus edi põt coctus, multis ante diebus per macerationẽ amaritudine in aqua depoſita. Fitq; tunc nutrimentũ ſucci craſſi. Cæterum hic, ut medicamentum quidẽ, ex gñe eſt emplaſticorum. At ubi natiua etiamnũ manet amaritas, extergendi digerendiq; uim obtinet. Interficit D lumbricos, tum illitus, tum addito melle linctus, tum ex poſca epotus. Quin & decoctum eius lũbricos eijcere poteſt: tum ẽt foris itidem perfuſum uitiligines, achoras, puſtulas ſ exanthemata Græci vocant, ſ pſoras, gangrænas, ulcera maligna, q̃ cacoethe uocant, iuuat, partim extergendo, partim citrã mordacitatem digerendo, ſiccãdoque. Expurgat iecur, & lienẽ cũ ruta, & pipere ſuauitatis gratia aſſumptum. Elicit menſes, ac fœtũ cum myrrha, & melle impoſitũ. Porro lupinorũ farina ſine mordicatione digerit. Nec. n. liuida tm̃, ſed & chœradas, & phymata dura curat: ſed tunc in aceto, aut oxymelite, aut poſca coquatur oportet, idq; pro laborantiũ temperamento, & affectus diuerſitate, quod ex vſu eſt, eligendo. Sed non eſt põtis inſtituti talia diſtinguere. Digerit item quæ liuida ſunt. Et quæcunque modo diximus præſtare poſſe decoctum, eadem omnia efficit & farina. Sunt uero etiam qui eam iſchiadicis cataplaſmatis modo illinunt.

Thermos agrios lupinus agreſtis.

Lupinus agreſtis amarior eſt, & ad oĩa ualẽtior domeſtico, eiuſdem gñe cum ipſo facultatis.

Thlaſpi.

Thlaſpi ſemẽ. Habet & ipm facultatẽ acrẽ, adeo ut internos abſceſſus potũ dirumpat. Mẽſes ciet, & fœtũ necat. Per ſedẽ infuſum ſanguinolenta euacuãs, iſchiadibus prodeſt. Eſt. n. alioquitum ſupernè, tum infernè bilioſorum humorum euacuatorium, oxybaphi menſura epotum.

Thridax

Thridax lactuca.

Lactuca humidum eſt frigidumq; olus, non tñ extreme (ſiquidem edendo non foret) uerum maxime ſm aquæ, ut ſic dicam, fontanæ frigiditatem. Proinde ad calidas phlegmonas accommodum eſt, & ad parua, & leuia eryſipelata: non tñ maioribus ſatisfacere idonea eſt. Eſt ẽt edulium ſiti aduerſum. At ſemen potũ, genituræ profluuium cohibet: quam ob rem ẽt ijs, qui libidinoſis ſomnijs uexantur, datur: Sic & agreſtis lactucæ ſemen, cuius colligitur ſuccus, argemas & caligines expurgans, tum ad aduſtiones cum lacte mulierum inungi ſolitus. E A. ibi. cap.

Thymum.

Thymũ incidit, & calfacit uehemẽter. Ob id & urinã, & menſes ꝓuocat, fœtũ euellit, uiſcera potũ expurgat, educẽdis ex thorace, & pulmone cõfert. Itaq; in excalfaciẽdo exiccãdoq; intertio ordine ſtatuendum eſt. A. ibi. cap. 704.

IDAEA RADIX

IDæa radix guſtu admodũ acerba eſt: at ſi ope periculũ facias, eandẽ uim pfert. Nimirum ſanguinis ꝓfluuia, alui fluxus, dyſenterias, ꝓfluuiũ mulierũ, & q̃cũq; eius ſunt gñis, tum pota, tum foris impoſita curans.

Ixos viſcum.

Viſcũ ex plurima aerea, & aquea calida, pauciſſima terrena ſuba conſtat. Nam acrimonia in eo amaritudinẽ excellit. Itaq; ẽt effectus ſuba rñdent. Siquidẽ ualenter ex alto humores extrahit, nec eos tñ tenues, ſed & craſſiores, eosq; diffundit, ac digerit. Eſt aũt ex eorũ gñe, quæ non protinus admota excalfaciunt, ſed quæ tps requirunt, uelut thapſia: ſed & ſupra hoc cõmonuimus ineſſe calidis facultate medicamentis, ubi largum continent humorem recrementitium. A. ibi. c. 1. F

Ios viola.

Violæ folia aqueam & ſubfrigidã ſubam ſuperantẽ poſſident. Proinde tum per ſe, tum cum polenta illita calidas phlegmonas mitigant. Imponuntur & ori ventriculi æſtuanti, & oculis. A. ibi. cap.

Hippuris cauda equina.

Hippuris adſtringẽtẽ cũ amaritudine qualitatẽ poſſidet: ac ꝓĩde valẽter, ſimulq; citra mordacitatẽ, exiccantẽ. Itaq; uulnera, uel maxima illita cõglutinat, ẽtſi pfectos eſſe neruos contigerit: ꝓterea uocatas enterocelas glutinat. Ad hæc ad ſanguinis reiectionẽ, ad profluuiũ muliebre potiſſimũ rubrũ, ad dyſenterias, & reliquos uentris fluxus, ſtrenuũ, ac generoſum eſt remedium herba ipſa aut ex aqua, aut ex uino epota. Sũt q̃ de ea ſcriptũ reliquerũt, qꝑ non nunq̃ ẽt ueſicæ, ac tenuiũ inteſtinorũ uulnera ſanauit. Eius uero ſuccus ꝓdeſt ẽt ꝓfluuio ſanguinis prorũpenti ex naribus, tũ fluxibilibus in uentre paſſionibus ex auſterorũ uinorũ quopiam potus, ac ſi febre teneantur, ex aqua. A. l. 2. c. 201. ſin. mar.

Hippomarathrum. G

Hippomarathrum. Vna cum fœniculo, & de ipſo diſſeremus.

Iſatis.

Iſatis domeſtica q̃dẽ, qua utunt̃ tinctores, facultatis eſt valẽter exiccantis nondũ tñ mordentis: eſt.n. ſimul amara, atq; adſtringens. Proinde magna uulnera corporũ duorũ glutinat, ẽtſi in capitibus muſculorũ fuerint: & ſanguinis profluuio laborantibus partibus utiliter illinitur. Tumores œdematodes mirifice digerit ſimul ac reprimit: & aduerſus oĩa uicera maligna, & cacoethe mirabiliter reſiſtit, ẽt ſi putreſcant, ẽt ſi exedantur, ac erodant̃. Quòd ſi qñ, q̃ pro laborantis natura ualentior appareat, folijs eius tritis miſcere oportebit, aut panẽ, aut hordaceã farinam, aut triticeã, aut polentã, pro uincẽte nimirũ in unoquoq; affectu. At Iſatis Syluestris manifeſte iã acre quiddã tũ guſtu, tũ actione pfert. Proinde q̃ domeſtica ualentius deſiccans, ualentius humidis ẽt putredinibus obſiſtit: Ad cætera uero iã comprehenſa deterior immoderatius. n. iam, mordaciterq; deſiccat: talia autem irritantur hoc pacto, & phlegmone grauari incipiunt. Cæterum ob facultatis robur lienoſis quoque utilis fuerit, cum altera nondum prodeſſe poſſit. A. ibi. c. 99.

Iſopyron, aut phaſiolon.

Iſopyrum aut phaſiolum ſemen habet amarum & ſubacerbum. Extergit itaque & incidit humores craſſos, cum hoc ut corpora contrahat & conſtringat. Quam ob rem excreationibus pectoris conducit, & iecur expurgat: & ſanguinem ſpuentibus non eſt aduerſum, immo etiam iuuare creditur: Nam propter temperaturæ miſtionem contrarijs etiam congruere uidetur. H

Itea, ſalix.

Salicis folijs ad cruẽti uulneris glutinationẽ uti poſſis. Verũ floribꝰ eius maxime propẽ oẽs vtunt̃ medici ad exiccãtis emplaſtri ꝓparationẽ: eſt.n. uis eorũ, ita deſiccatoria, ut morſu abſtineat: hẽt uero ẽt quandã adſtrictionẽ. Sunt uero ẽt, qui ſuccũ ex ea * expreſſum, medicamen ſeruent mordacitatis expers, & exiccatorium, ad multas res utile. Haud.n. inuenias quid ad plures res vtilius medicamẽto citra mordacitatẽ exiccãte, qd̃ paulum ẽt adſtringat: ſicut in ope deme dicamẽtorũ cõpoſitione exactius docebimꝰ. Porro arboris cortex ſimilẽ facultatẽ obtinet, tum floribus, tũ folijs, niſi q̃ tẽperaturæ ſit ſiccioris, uelut oẽs cortices. Sed hũc q̃dã cõburũt, eiusque cinere utuntur ad ea oĩa, q̃ ualenter deſiccare oportet. Nam clauos quos uocant, callos Græci τύλους uocãt, myrmecias tollũt, aceto acri ipm macerãtes. Nõ nulli aũt dũ fleret ſalix, corticem eius incidũt, & ſuccũ quẽdã colligunt, utunturq; ad ea, q̃ pupillas offuſcant, extergente uidelicet ſimulq; tenuium partium medicamine. Vti uero illo ad multa quis poſſit, ſiquidem talis fuerit. A. ibi. c. 98.

* Aliter eis.

GALENI DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM FACVLTATIBVS

LIBER SEPTIMVS.

Quòd libri haud negligenter legendi: ac de quatuor gradibus simplicium medicamentorum.

SEptimum de ſimplicium medicaminum facultatibus commentarium ſcripturus, neceſſarium duxi præfari, ſolis ijs apertum, ac clarũ fore, qui in ſuperioribus libris non uelut aliud agentes, aut obiter, fuerint uerſati: alios uero potius perperã inaudituros, quã eorum, quæ in eo dicenda ſunt aliquid percepturos exiſtimo: tum ſeſe falſuros: & nos forſan, tanq̃ non recte quędam ſcripſerimus, calumniaturos, atque cõuicijs laceraturos. Itaq; qui ſanioris mentis ſunt, monitis, ſcio, auſcultabunt: ac ſi qua illis cura eſt præſentis huius ſpeB culationis, ab initio totum opus perlegent: at, qui præ curioſitate potius, quam diſcendi ſtudio huc acceſſerint, monita noſtra contemnent. Enimuero mirum fortaſſe videri non debet, ſi inuenti ſunt, qui myſteriorum libros à myſterijs alieni legere non ſunt reueriti: uerum illos ſui authores non ſcripſerant prophanis: nec ego mehercules ijs, qui in principijs non ſunt exercitati. Exponentur hoc in libro, & eo qui hunc ſubſequitur, reliquarum plantarum primæ facultates eo doctrinæ ordine, qui in literis, à quibus incipiunt, uiſitur. Antecedẽte itaque libro uſque ad ℞ progreſſi ſumus. Hic autem principium ſumemus à ϰ, id modo pręmonentes etiã, ℘ ad ante demonſtrata principia totum referemus. Siquidem hinc oĩs membratim medicamẽtorum in agẽdo prouenit diuerſitas, ℘ hactenus eorum unumquodq; aut calidum eſt, aut frigidum, aut ſiccũ, aut humidum, aut tenuium partium, aut craſſarum. Cæterum quatenus in cõprehenſorum unoquoq; proceſſum ſit, iuxta exactiſſimam ueritatem, explicatu certè eſt impoſſibile. Sed nos id tñ claris limitibus circunſcribere ſumus conati, qui quidem ad artis uſum ſufficerent, vnũ eſſe medicamentorum genus mõſtrãtes, quod ad ſimilem corporibus noſtris temperaturam pertingeret, cùm à calore, qui in ipſis eſt, mutationis alterationisq; acciperet principium: alterum, quod calidius quã nos efficeretur: cuius quatuor conſtituendos eſſe ordines uiſum eſt, primũ, qui ſenC ſu obſcurus ſit, adeo ut ratione ſit opus, quæ uerum deprehendat: alterum ab eo ſm, quodammodo iam ſenſu clarum: tertium deinde alium, qui ualenter quidẽ excalfaciat, ſed nõdum urat: quem ſequitur quartus, & poſtremus iam adurens. Sic quoq; refrigerantium, primum quidem eorum, quæ rationis ſubſidio indigent, ut refrigerare demonſtretur: ſecundum eorum quæ, ſenſibiliter refrigerant: tertium eorum, quæ ualenter: quartum eorum, quæ extinguunt, ac mortem inducunt. Proportione iſtorum & de humectantibus, ac ſiccantibus.

CALAMINTHA NEPITA

Alexa. interpres. CAlamintha" eſſentia eſt tenuiũ partiũ, & calida ſiccaq; tẽperie, ex tertio quodãmõ ordine utraq; qualitate. Horum manifeſta ſunt indicia, partim guſtu apparentia, partim experientia cognita. Guſtu ſiquidem acris, & calida palàm eſt, ac paulum oĩno ſubamari obtinet. Pericli tantibus aũt, & corpori admouentibus extrinſecus impoſita, primum quidem ualde excalfacit & mordicat, cutemq́; exugit, poſtremo ẽt ulcus efficit: in corpus aũt intrò aſſumpta tum ipſa per ſeſe ſicca, tum ẽt ex melicrato, perſpicuo calfacit, & ſudores ciet, omneque corpus tum digerit, tum exiccat. Ea ratione ducti quidã, ipſam contra corporis concuſſiones rigoresq; per circuitũ repetentes adhibuerunt, foris quidem oleo incoctã toti corpori inungentes cũ frictione non ſeD gni: intro uero aſſumentes ſicuti eſt dictum. Quin ẽt & coxendicibus eam quidam in ægritudinibus iſchiadicis tanq̃ ſtrenuum remedium illinunt: Trahit.n. quę in ꝓfundo hærent, ad extimã ſuperficiem, totumq́; adeo articulũ excalfacit, cutemq́; nõ obſcure adurit. Menſesq́; tum epota, tum appoſita, admodum efficaciter prouocat. Bonum ẽt elephanticorum remedium, nõ eo tñ, ℘ ſtrenue tenues humores digerat, uerum etiam quia extenuet, & incidat ualenter craſſos, qui talem morbum procreant. Sic & cicatricibus atris candorem reddit, & ſugillata digerit: ſed ad tãlia in uino cõcoquẽtes, emplaſtri modo ipſam imponere, & uirentem magis, q̃ arentem, prẽſtat, quippe arefacta uehementior redditur, & ad urendũ prõptior. Porrò talis cum ſit, ad uenenatarum beſtiarum morſus aſſumitur, uelut ẽt cauteria, & quæcunque medicamenta calida ſunt & acria, tenuiumq́; partium, quæq́; facile ex alto ad ſeſe circumiacẽtem omnẽ humiditatẽ poſſunt attrahere. Cæterum, quæ illi ineſt amaritas, planè exigua eſt, uerum ad quędã ita efficaciter agit, ut quæ ualentiſſima eſt, nimirũ cùm coniuncta ſit uehementi calori cũ eſſentia tenuiũ partiũ. Quare & aſcaridas & lumbricos ſuccus eius aut infuſus, aut epotus enecat: Eadẽ ratione auriũ uermes: † aut ſi alicubi in corporis parte ſinuoſa, aut implicata, q̃ putredine tenteĩ, talis ꝓuenerit affectus. Sic & cõcepus ſeu pota, ſeu admota, interimit, & eijcit. Igitur incidendi quidem ei uis adeſt ℘ calorem eius, tenuitatem partium, & amaritudinem: abſtergendi uero ℘ unicam

† Al. ex antiquis cod. græ. & tralat. ueteri. aut ſicubi in ulcere putredinoſo in alia corporis parte talis prouenerit affectus nam ἕλκους non ἕλκος habent.

amaritudinem. Itaq; asthmaticis ad oĩa antedicta prodest: ictericis uerò, siue regio morbo labo E
rantibus, potissimum ob amaritudinem, sicut alia ferè oĩa amara, ut pote abstergentia, & expur
gantia in iecinore prouenientes obstructiones. Ad omnia iam dicta efficacior est montana.

Calamus aromaticus, seu odoratus.

Calamus odoratus leuiculam quandam adstrictionẽ, ac minimam acrimoniã possidet. Ma- A. ibi. c. 157.
xima ex parte essentia eius terrena est, & aerea, in caliditatis frigiditatisq; coniugatione tẽpera-
ta. Quamobrẽ moderatè urinã mouet: & facultatibus, q̃ iecori stomachoq; imponuntur, misce-
ri potest: tum in fomẽta quoq; uteri, q̃ phlegmones gratia, aut irritandis mensibus, assumuntur,
utiliter admiscetur. Ponatur itaq; habeaturq; secundi ordinis eorum, quæ excalfaciunt & desic-
cant, ualentius tamen desiccant, quàm excalfaciunt. Ineſt quoque ei quædam partium tenuitas,
uelut alijs omnibus odoratis, siue aromatibus; cæterum illorum compluribus tenuium partium
plurimum, calamo uerò non multum adest.

Calamus phragmites, canna.

Calami phragmitis radicem cum bulbis aculeos & stipites ex alto extrahere quidam scripse
re, ceu trahendi quędam uis ei ineſſet. Nos tñ eius rei periculum non fecimus. Verum quantum
gustu liceat conijcere, abstergentem facultatẽ possidet non paucam, minimeq; acrem. Quin ẽt F
folia ipsa abstergentis sunt facultatis. Cortex uerò eius combustus admodum tenuium partium,
& digerentis facultatis efficitur, adiunctum habẽs absterſorium quiddam, ut exiccet & excalfa-
ciat tertio quodammodo ordine, plus tamen desiccet, quàm excalfaciat. Vitandus est eius flos,
quem anthelen uocant. Nam si in aures incidat, adeo tenaciter adhærens affigitur, ut auelli non
possit, auditumque uitiat: quamobrem sæpissimè exurdat.

Cancanus, cacalia.

Cãcani radix facultatẽ hẽt mordacitatis expertẽ, & modice exiccãtẽ essentiã crassarũ partiũ A. ibi. c. 160.
& emplasticã. Quapp macerata uino, sicut tragacantha, & lincta arteriæ asperitates sanat. Nec
minus siquis eam cõmandat, succus eius defluens ꝑdest arteriæ similiter, ut glycyrhizæ succus.

Canabis.

Canabis semen flatus extinguit: adeoq; desiccat, ut si pulsculũ edatur genitura exiccet. Sunt A. ibi. c. 159. fol. 120.
qui uiridem succum exprimentes ad aurium dolores ab obstructione, opinor, natos, eo utãtur.

Capnios fumus.

Capnios, alij capnos, acris simul & amarę qualitatis est particeps: nec tñ planè expers est a- A. ibi. c. 157.
cerbæ. Quãobrem urinã biliosam multãq; prouocat: sanatq; iecinoris obstructiones & debilita G
tes. Succus eius oculorum aciem acuit, non paulum trahens lachrymarũ, uelut ipse fumus: nam
hinc ei appellatio indita. Plebeius quidã ea uti solebat ad stomachũ roborandũ, unaq; uentrẽ lu
bricãdum. Siquidẽ herbam primum desiccatam condebat: porrò cùm uti uolebat, subductionis
quidem gratia, melicrato inspergebat: roborandi uerò stomachi causa, uino nimirum diluto.

Capparis.

Capparis radicis cortex uincẽtem habet qualitatem amarã, proximã acrem, deinde acerbã. A. lib. 2. cap. 133. simpl.
Ex quo liquet, ꝙ diuersis pugnãtibusq; cõstet facultatibus: quippe abstergere, perpurgare, inci-
dere potest amaritudine: excalfacere, incidere, digerere acrimonia: porrò cõtrahere, dẽsare, cõ
stringere acerbitate. Itaq; lienes induratos, si quid aliud, hoc medicamentũ iuuare ualet, tum fo-
ris idoneis illinendis remedijs admistum, tum intro in corpus assumptum, siue decoctũ in aceto
aut oxymelite, & id genus, siue aridum contusum, illisq; permistum: ꝙppe cũ aperte crassos len
tosque humores hoc pacto sumptum euacuet, nec eos tñ per urinas, sed & per ventrem: sæpe ẽt
sanguinolentos defert, unde & lienes adiuti sunt, & coxarum dolores. Quin ẽt menses promo-
uet: & ex capite purgat detrahitq; {quod ἀποφλεγματίζειν uocãt: } auxiliaturq; ruptis atq; conuul
sis. Cæterum cui nam ipsum potioni in quoq; affectuum misceri cõueniat, non est præsentis in- H
stituti persequi, sed aut eius, ubi de componendis agitur medicamentis, aut ubi curandi traditur
methodus. Porro radicis eius cortex ulceribus malignis cataplasmatis modo impositus non ma
lum est remedium, ut qui illa extergere ualeat, nec segniter desiccare. Prẽterea dentium labores
prædictarum qualitatum ratione adiuuat, interim cum aceto coctus, interim cum uino, sæpe ẽt
solus dentibus mansus ac morsus. Sed non pertinet ad præsens negociũ, q̃n quodq; horum tẽpe
stiuum sit, definire: nec.n. id nunc propositum est, sed ex quoq; particularium eius operum, vi-
rium eius quandam sumere indicationem, sermonem ad principia ab initio proposita reducen
do. Ex dictis ergo clarum est, incidendi quandã ei facultatem ineſſe, itemq; extergendi, digerẽ-
di, contrahendi. Vitiligines siquidem cum aceto detrahit, & cheradas, & duros tumores digerit
idoneis ad ea medicamentis mistus. Radicis cortici, fructus proportione uirium rñdet, nisi ꝙ ad
omnia sit imbecillior. Immo & folia & caules eius similem uim obtinent. Meminique me folijs
q̃nq; paucis diebus duritiem, cheradis naturã referentem discussisse. Sed admiscemus scilicet il
lis quippiam, quod eorum uirium obtũdat uehementiam. Nec mirum est, ꝙ succus aurium uer-
mes amaritate occidat sua. Porrò capparis, q̃ in admodum feruentibus regionibus prouenit, ut
quam fert Arabia, multo est nostrate acrior, adeo ut plurimum ẽt habeat facultatis adurentis.

Cardamum naſturtium.

A Naſturtij" ſemen adurentis ſeu cauſticæ facultatis particeps eſt,uelut napy.Proinde coxendicis,& capitis dolores,atq; adeo quodcunq; aliud rubrificationē poſtulat,eo excalfaciūt,ſicut napy.Miſcetur quoq; remedijs, quę exhibētur aſthmaticis,tanq̄ ualenter craſſos ſuccos incidere ualeat,uelut & napy:nam omnia ei ſimile eſt.Porrò & herba arefacta ſimilem ſemini uim poſſidet: humida uero adhuc ac uiridis, ꝓpter aqueę humiditatis admiſtionem,multo,ſemine inferior eſt, adeoque tunc mordacitas eius moderata eſt,ut cum pane ea uti liceat,ceu obſonio.

Cardamomum.

Cardamomum" eſt & ipſum ſanè facultatis admodum calidæ,nō tamen uſqueadeo ut naſturtium: ſed quanto ſuauius, magisq; fragrās eſt naſturtio, tāto & imbecillior ei calida facultas ineſt: † nec enim ulcerare idoneum eſt uel ipſum per ſe illitum.Porrò adiunctum habet quiddam etiam amaritudinis,qua lumbricos interficit,& cum aceto ualenter pſoras detergit.

† Oribaſius, & Aetius legunt affirmatiue, uerū tamen ulcerare idoneum eſt.

Caron.

Cari" ſemē calfacit,& exiccat tertio quodammodo ordine,moderatè acrem qualitatem poſſidens.Itaque & flatus extinguit,& urinas ciet non ſemen tantum,ſed & planta.

Caſia.

B Caſia exiccat" & excalfacit tertio quodammodo ordine: ſed & tenuium admodum partium eſt:guſtu uero plurimum habet acrimoniæ,leuiter quoque non nihil adſtringens.Quamobrem ob hæc omnia incidit,ſimulque digerit quæ in corpore ſunt recrementa,& ad hæc robur etiam inſtrumentis addit.Idoneum uero etiam ſuppreſſis menſibus,cum uidelicet ob copiam ſimul & craſſitudinem excrementorum,quod ſufficiat,euacuari nequit.

Carya,nuces.

Carya." Arbor tum in folijs,tū in germinibus,adſtrictionem quandā poſſidet,cæterum euidē tē,plurimamq́; in nucis putamine recenti pariter, & ſicco:proinde eo tinctores quoq; uti ſolēt. At nos eius expreſſi ſucco,ſimiliter ut mororum & ruborū,in melle decocto,uice ſtomatici medicaminis utimur: & ad omnia reliqua adhibemus, ad quæ modo dicti ſucci conuenire cēſenī. Porrò ipſius nucis,id quod edēdo eſt,oleoſum eſt,& tenue:itaq; etiā facile exprimīt:& quo diutius reconditū fuerit, magis tale efficīt. Quamobrē oleū ex eo inueterato exprimere liceat:tunc aūt admodū etiā fit per halitum euaporatorium.Itaq; quidā eo gāgrænas,& carbūculos,& ægilopas ſanant. Ac nō nulli ad neurotrota, hoc eſt neruorum vulnera,utuntur.Cæterū ſi recēs ſit, C adſtringentis non nihil qualitatis etiā obtinet. At, quod imperfectum eſt etiam dum,ac nōdum ſiccum ueluti reliqui fructus omnes, qui uirides ſunt plenū eſt ſemicoctæ humiditatis.*Nucleus tamē eius ubi inaruit, ac uſtus ſit, tenuiū partium,& exiccatorium eſt medicamentum,morſus expers. Eſt & aliud genus nucum minorum,quæ nimirum ponticæ nuncupātur,plus habens eſſentiæ terreſtris ac frigidæ: itaq; etiam guſtanti auſterior tum cortex,tum planta,tum fructus apparet:cætera magnę nuci ſimiles ſunt,quæ à quibuſdam uocatur græcè,καρύον βασιλικὸν, Latinè iuglans.Appellatur autem parua hæc nux à multis λεπτοκάρυον Græcè,Latinè auellana.

* λέπος.i.putamen.

Caucalis.

Caucalis. Quidam daucum ſylueſtrem nuncupant: eſt enim ei adſimilis guſtu ſimul ac uiribus.Excalfacit enim vt ille,& deſiccat.Tum urinam ciet,& ſalę ad repoſitionem conditur.

Carpeſium.

Carpeſiū" ſimile eſt uocato phu,hoc eſt ualerianæ,non guſtu tm̄,ſed & facultate,ſed plus habet tenuitatis:Proinde magis eo ēt uiſcerū obſtructiones extergit,& urinam mouet,renesq; calculis degrauatos expurgat. Non tū eatenus tenuiū eſt partiū,ut liceat loco cinnamomi,ſi nō ad manum ſit, uſurpare,ſicuti faciebat Quintus. Præſtantius eſt Ponticum carpeſium Laertio,non D tū uel ipſum cinnamomi uiribus uicinū eſt, immo nō paruo deterius optima caſia. Nuncupatur utrūq; à montibus quibuſdā Pāphyliæ,in quibus naſcitur.Ingensq; eius prouētus eſt † in Syria.

† Al. Sidæ, quæ eſt urbs Pamphiliæ.

Cenchrum milium.

Miliū" primo ordine refrigerat, exiccat uero tertio exoluto,aut certe ſecundo intenſo:paulū etiā habet tenuitatis partiū. Ex hac tū cōſiſtentia,tū tēperatura,eſu quidē planè inter oīa frumentaria edulia minimum confert nutrimenti. Sed & uentrē deſiccat. Porrò foris impoſitū in ſacculis idoneū eſt fomentū ijs, quæ citra morſum exiccari poſtulāt. Et catapla ſmatis modo illitū exiccare poteſt: attamē admodū friabile eſt,proinde difficilis eſt eius in catapla ſmatis uſus.

Cedrus.

Cedrus" ſpecie duplex eſt, altera fruticoſa iuniperis adſimilis,altera arbor nō exigua. Vtraq; eſt calidæ ſiccęq; temperaturæ,tertij quodāmodo ordinis ſecūdū utrāque.Cęterū cedrea(uocatur ita cedri oleū) quartum etiā ordinē uidetur attingere,admodū calida,ſimul & tenuium partium. Mollem itaq; carnem prompte, citraq; dolorē putrefacit,ſicut alia omnia,quæ cū eiuſdē ſint in calfaciendo ordinis, adiunctam etiā habent ſubſtantiæ tenuitatē: at in duris,pluſculo tēpore, & uix, effectū poteſt cōſequi. Porrò talia omnia medicamēta ſeptica uocant̄,& ſepta:ſed inter ſeſe maioris minorisq; ratione diffidēt.Eſt autē in hoc genere medicamētorū ex primo &

infirmiſſimo ordine cedrea: pleraq; enim eorum admodũ ſunt efficacia. Talia itaq; & mortuo E
rum corporum carnes corrũpunt: at cedrea exiccat, ſimulq; à corruptione tuet̃ corpora demor-
tua, ut pote humiditates eorũ ſuperfluas depaſcẽs, cæterũ ſolida corpora haud attingẽs. At in ui
uentibus calor ipſe, q̃ in corporibus eſt, cedreę uires adaugens, cauſa efficit, ut teneræ ab ea car-
nes deurantur. Nec mirũ uideri debet, ſi cum tãta polleat potentia, lendes, pediculos, & * tineas,
* Aſcaridas. & in * corporibus natos uermes, interficere ualeat: tũ fœtum uiuentẽ quidẽ appoſita interimat,
* Lauribus. mortuum autem eijciat: ſicut ſanè ẽt in coitu ſemen, pudendo circũlita. Proinde † partui aduer-
† κατέχειν. ſum ſ eſt medicamentum, ſi ſic utaris, nulli ſm. Aliaq; multa eiuſmodi particulatim efficit. Itaq;
argumentum eſt ipſum ualenter excalfacere, ſicut ubi dẽtium foraminibus inſtillatur: ſiquidem
dolores eorũ mitigat, ſed & ipſos confringit. Extenuat quoq; oculorũ cicatrices, & uiſus hebe-
tudini ab humorũ craſſitudine ortæ medetur. Porrò quod eius eſt pinguiſſimum, & ad unguem
oleoſum, quod ſuſpẽſis ſupra eam, dũ coquitur, lanis excipitur ac colligitur, tota cedrea tenuius
quidem eſt, ſed minus acre, quanq̃ nõ minus excalfaciens. Eãdem quippe rationẽ habet ad id,
quod reliquum eſt cedreæ, craſſius illud uidelicet, q̃ oleum ad amurcam: proinde illud, utpote
Non eſt in anti- craſſius, mordax eſt, & ſ maiore ſ aperiẽdi facultate prędituũ. Itaq; ulcera irritat, phlegmonenq; il
quis. lis excitat. Porrò oleoſa illa cedrea adeo clementibus eſt uiribus, ut ẽt plebei experientia docti, F
vulnera ouibus occaſione tondendi à forfice facta, illa illita ſanent, ſicut ẽt pice humida. Vtun-
tur autem ea & ad ouium ſcabiem, & ricinos ſ Græci κρότωνας uocant. ſ Porrò cedrides (nam ita
fructum cedri nuncupant) moderatiores uires obtinent, adeo ut comedi quoque poſſint. Atta-
men ſi liberalius ijs utare, capiti dolorem inferent, ardoremq́ ac morſum in uẽtre percipies.

Centaurium maius.

Centaurij" magni radix ſicut guſtu cõtrarias qualitates, ita in uſu contrarios effectus præſtat. A. ibi. cap. fol. 118
Guſtu itaq; acris ſimul, adſtringensq́; apparet cum leuicula dulcedine. At in actionibus acrimo
nia quidem caliditatis opera oſtentat, mẽſes prouocans, & fœtum mortuum euellens, uiuumq́;
corrumpens, atq; eijciens: adſtrictio uerò opera craſſæ terrenæq́; frigiditatis, cũ ulcera glutinet,
& ſanguinem reijcientibus profit: exhibentur autem eius drachmæ duæ, febrientibus quidem
cum aqua, febri uerò liberis cum uino. Porrò ſecundum omnium ſimul qualitatum actionem, ru
ptis, conuulſis, diſpnœæ, ſiue ſpirandi difficultati, tum inueteratæ tuſſi, conuenit. Nec. n. talibus
euacuare ſolum, quod pręter naturam eſt, oportet, ſed partem quoq; euacuatã roborare, ac cõ-
firmare. Vacuationi itaq; accõmoda eſt acrimonia, utiq; cũ non ſola ſit ac pura, ſed aut dulcedi-
ni iuncta, aut certe non prorſum amaritudini: ſiquidem uehemẽtiam tunc atq; uiolentiã, miſta G
illi temperata quadam ſubſtantia, cuiuſmodi eſt dulcis, non obtinet. Porrò ad ea, quæ euacuata
ſunt, roboranda contrahendaq́ue adſtrictione eſt opus. Eadem, quæ radix, & ſuccus ipſius effi-
cit. Vtunturq́ue eo quidam uice Licij.

Centaurium minus.

Centaurij" minoris radix planè inefficax eſt, ſed caules eius extremi, & potius folia, q̃ illis in- A. ibi. eod.
hærent, & flores, utiliſſima ſunt. Vincit in eis qualitas amara, paululũ habẽs & adſtrictionis, atq;
ob eiuſmodi temperamentum admodum exiccatoriũ eſt medicamen, expers mordacitatis. Por
rò q̃ omnia talia utiliſſima ſint, ſupra commonui, & nunc nihilo ſecius tñ nos repetere tempeſti
* Vulnera. uum eſt, oẽs eius particulatim actiones memorãtes. * Vlcera itaq; magna herbæ ipſius recentis
illitu glutinantur: & uetuſta, quæq́; ægre ad cicatricem perduci queunt, cicatrice eodem modo
utentibus includuntur: arefacta uerò glutinatorijs & deſiccatorijs miſcetur facultatibus, ijs vi-
delicet, quę ſinus & fiſtulas ſanare ſunt natæ, ueteresq́; duritias emollire, tum ulcerum maligna,
& cacoethe ſanare. Miſcetur ẽt ijs, quæ rheumaticis affectibus medentur: in quibus ea medica-
mina præſtantiſſima ſunt, quæ uehementer deſiccantia cum quadã adſtrictione nullã hñt mor-
dacitatem. Decoctum herbę quidam iſchiadicis infundunt, ceu bilioſa & craſſa ducẽs: nã & ta- H
lia purgat: quanq̃ cũ adeo uehementer operabitur, ut cruenta euacuet, tunc plus proderit. Suc-
cus porrò eius, cũ adſimilis ſit facultatis, hoc eſt exiccatoriæ & abſterſoriæ, & cætera iã compre
henſa pulchre præſtare poteſt: & cum melle oculis illinitur: menſesq́; & fœtum, appoſitus euo-
cat. Sunt qui ipſum bibendum præbeãt & ijs, quibus nerui affecti ſunt, ut qui euacuet, & deſiccet
innoxie, quæ impleta ſunt: quippe cum iecinoris quoque obſtructiones optime expediat: bo-
numq́ue ſit lieni indurato remedium foris impoſitum, nec ſecius ſiquis bibere uelit.

Ceraſus.

Ceraſus arbor fructum fert nõ paris adſtrictionis in omnibus particulatim plantis participẽ.
Nam & in harum, ſicut ẽt in malorum granatorũ, & malorum, quibuſdam auſtera qualitas, qui-
buſdam uero dulcis, non nullis autem acida exuperat. Quin ẽt ipſorũ dulcium ea, quæ nondum
cocta ſunt ac matura, quædã admodũ ſunt acerba, quædam ſimiliter moris acida. Sed in moris
immaturis acida qualitas acerbã exuperat, in ceraſijs nõ ſemper. Ergo q̃ dulciora ſunt, magis q̃
in ĩteſtinis ſunt, ſubducũt, ſed minus grata ſtomacho ſunt: cõtra auſtera. Acida pituitoſis excre-
mẽtoſisq́; ſtomachis sũt apta; ſiquidẽ auſteris magis deſiccãt, & nõ nihil ẽt incidũt. Porrò ipſius
arboris gummi cõem q̃dẽ oĩbus uiſcoſis, & mordacitatis expertibus medicaminibus facultatẽ

obtinet,

A obtinet, quæ & ad arterias exasperatas accommoda est: propria autem, siquidem quod quidã scribunt uerum est, quòd cum uino bibitum calculis uexatos adiuuat. Nam sic illi tenuium partium inesset facultas quædam.

Ceratonia.

Ceratonia exiccantis est & adstringentis facultatis, sicut & fructus eius, quæ ceratia uocant, non nihil etiam dulcedinis continens. Accidit autem istis quiddam simile cerasijs. Nam si humida sumas, magis uentrem subducunt: sicca uerò magis sistunt: utpote cum humiditatem expirent, & quod essentiæ est crassioris, tantùm reliquum habeant.

Ceſtrum betonica Pſychrotrophum.*

* Al. Pſychotrophon.

Cestrum, aut* psychrotrophum, Romanè uero Betonica, uim habet incidendi, ut gustus indicat. Amariuscula enim est & subacris ipsa herba: id quod ostendit & particulatim edita actio. Nam consistentes in renibus calculos rumpit: & pulmonem, pectus, & iecur expurgat abstergitque: menses quoque ciet, & comitialibus prodest: tum rupta conuulsaque curat: & omnibus bestiarum morsibus, ulceri illita, auxiliatur. Postremo acidum ructantibus § ὀξυρεγμιῶντας Græci uocant § & ischiadicis bibita auxilio est.

Cecis galla.

Aliter ſecundo. B Galla" quæ omphacitis nuncupatur, admodum acerbum est medicamen, pleraq; sui parte essentiæ terrenæ & frigidæ, per quam desiccat & repercutit fluxiones: ad hæc constringit, contrahitq; partes laxas ac languidas: omnibusque fluxionum affectibus strenue resistit. Esto uero tertij in desiccando, secundi autẽ in refrigerando, ordinis. Altera autẽ galla, flaua illa & magna laxaque, & ipsa desiccat quidem, sed tanto minus, quanto minus acerbæ qualitatis est particeps. Cocta itaque per se, ac deinde trita, cataplasma est non instrenuum sedis phlegmonarum, ac ,p cidentiarum. Porrò coquenda est, si modica opus sit adstrictione, in aqua: sin uehementiore, in uino: ac si augere insuper adstrictionem sit opus, uino utare etiã austeriore. Hac rustici nostrates οἰνοκηκίδα, quasi uinigallam dicas, nominant. Denique gallæ combustę sanguinis reprimẽdi facultatem acquirunt, ac nimirum etiam calorem & acrimoniam ex ustione assumunt: sunt-que ijs, quæ ignem expertę non fuerint, tum subtiliorum partium, tum maiore desiccandi potestate. Cæterum, cum ad sanguinis suppressionem præparare eas uoles, carbonibus impositas, dum undequaque candeant, aceto, aut uino extinguere oportebit.

Cera.

Aliter ipſa. Cera" quodammodo medium tenet calfacientium, refrigerantium, humectãtium, & desiccantium. Habet uero quiddam etiã crassarum partium, atq; emplasticũ: quamobrẽ non modo exiccare, sed & per accidens humectare uideri fortassis poterit, perspirationes uidelicet prohibens. Quamobrem aliorũ medicamẽtorum, tũ excalfacientiũ, tum refrigerantiũ, materia est: ipsa aũt per se ex genere fuerit debiliter cõcoquentiũ: nec tñ intro in corpus assumptorũ, sed foris impositorum. Habet enim paulum quiddam digerentis calidæq; potentię, quę plurima melli inerat.

Cici ricinus.

Ricini fructus quemadmodum purgat detergit ac digerit, sic quoq; folium, sed undequaque debilius. Oleum quod ex semine conficitur, tum calidius est, tum tenuiorum partium, quam est oleum commune, ac proinde § potentius § quoque digerit.

Cinnamomum.

Aliter ipſa. Cinnamomũ" summe tenuiũ est partiũ, nõ summe tñ calidũ, sed ex tertio † quodãmodo ordine. Nihil aũt ęquè desiccat eorũ, q̃ pari sunt excalfaciẽdi facultate, ,pter tenuitatẽ scilicet essentiæ. At cinnamomis est uelut imbecillũ cinnamomũ: nõ nulli ipsã pseudocinnamomũ nũcupãt.

† *Deeſt in impreſſis codici. Gra. & in antiq. interpret.*

Circea.

Circeæ herbę radicem scribit Dioscorides ex uino dulci potã secundas purgare: est enim bo D ni odoris, & calfactoria. Semẽ autẽ eius in sorbitione exhibitum ad lactis generationẽ cõducit.

Ciſthus.

Aliter ipſa. Cisthus," aut cistarus, frutex est gustu adstringens, omnibusque particulatim operibus. Porrò folia, & parua gemina trita adeo desiccant, adstringuntque, ut uulnera glutinare ualeant. At flores magis sunt efficaces, adeo ut cũ uino poti dysenterias, uentris imbecillitates, fluxusq; ac humiditates sanent. Cataplasmatis ritu illita ulcerum putredinosa iuuant: est.n. facultas eorum nõ instrenue desiccans, fereque secundi excessus à temperatis absoluti. Adeo uerò frutex hic frigidus est, ut tepidi caloris sit particeps. Porrò hypocisthis, quam uocant, multo est magis adstricto ria quàm folia, admodum efficax remedium ad omnes fluxionum affectus, puta sanguinis reiectiones, profluuia muliebria, cœliacos, dysentericosque affectus. Quin si quam partem roborare consilium sit, quæ uidelicet plusculo humore exoluta fuerit, robur ac firmitatem illi non segniter addit. Sic sanè stomachicis epithematis, hepaticisque, commiscetur: & ex uiperis confectis antidotis inditur, nimirum quo corpora confirmet ac roboret.

Ciſthus.

Aliter ipſa. Cisthus" aut ladanũ. ¶ In calidioribus regionibus hic cisthus ,pueniẽs, tametsi haud alius sit genere, q̃ apud nos nascitur, p̃cipuã tñ à regione ac peculiarẽ digerentẽq; caliditatẽ nactus est

atq; utroq; à noſtrate differt, tum quia frigiditatem depoſuit, tũ quia calorẽ aſſumpſit. Itaq; cæ- E
† *Grace eſt διὰ ταῦτα propter hæc. Sed quomõ, qa ladanũ calidũ ſit ſecũdo fere ordine, & habeat aliqd aſtrictionis, & eius ſubſtantia ſit tenuium partiũ, ob hæc emollit? certe nõ oĩa quæ eiuſcemodi ſunt, emollĩt. Vide an p. διὰ ταῦτα legẽdum πρὸς τοῦτο, pter hæc.*

tera quidẽ huius ciſthi, illis, quæ in noſtrate uiſuntur, ſimilia ſunt. Verum ladanũ, quod uocant, ex eo prouenit, medicamẽtum primo exceſſu iam quodãmodo completè calidũ, ut uidelicet & ſecundum attingat, habens etiã adſtrictionis paululum: ad hæc ſubſtantia tenuium partium, ac † proinde emolliẽs ſiue malacticũ, pariterq; moderate digerẽs, ac uidelicet ẽt συμπεπτικὸν hoc eſt, concoquens. Itaq; mirandũ non eſt, ſi peculiariter ad uteri uitia conueniat, qñquidẽ ad dicta paulum quiddam adſtrictionis obtinet. Quocirca diffluẽtes capillos retinet: nã quicquid ad radices eorum praui humoris ſederit, id oẽ abſumit: tum meatus, quibus infixi ſunt, cõſtringit, cõtrahitq; adſtrictione. Cæterum alopecias, &* ophthalmias ſiue lippitudines, ſanare non põt, utpote grauiores uires, q̃ q̃ ladano inſunt, poſcentes: quippe proueniunt iſta ex prauis ſuccis lentis craſſisq; quos ſecantia ac digerentia medicamenta potiſſimũ euocant, atq; euacuãt. Cæterũ tenuium partium ſint facultatis oportet, & minime adſtringentis, non tamen uſqueadeo tenuiũ partiũ, & deſiccatoriæ, ut nimio plus deſiccent, unaq; cum collectis inibi ſuccis præter naturam, naturalem quoque humiditatem, incremẽta pilis ſuppeditantem, abſumant. Nam ſic non tantum alopecia nõ liberabunt, ſed & caluitiem afferent. Sed hæc ad curandi rationem pertinent.

† *Arbitror legẽdum eſſe ophiaſes, quandoquidem de pilorum affectibus ſermo ipſi eſt. Quin & Auicẽ. ca. dẽ Ladano uidẽt habuiſſe hãc lectionẽ. Adde quod ophthalmia eã non expoſcit curationem.*

* *Al. uulnera.*

Ciſſos hedera.

Hedera" ex contrarijs cõpoſita eſt facultatibus. Habet enim quiddã adſtringentis ſubſtantiæ, quam terrenã & frigidam eſſe oſtendimus: habetq; etiam nõ nihil acris, quam calidam eſſe uel guſtus comprobat: nec deeſt tertia, aqueam nanq; ſubſtãtiam quandam tepidã obtinet certe, ſi uiridis ſit. Siquidẽ dũ areſcit, hæc prima exhalet neceſſe eſt: manetq; q̃ terrea & frigida adſtringensq; & ea quę calida & acris. Viridis aũt folijs eius in uino decoctis,* ulcera grandia conglutinat: quæque maligna ſunt, ad ſanitatẽ reducit: tũ igne factas exulcerationes cicatrice includit. Porrò cum aceto decocta folia lienoſis proſunt. Flores aũt quodammodo ualidiores ſunt, ut ad læuorem redacti cum cerato ambuſtis conueniant. Præterea ſuccus medicamentũ eſt errhinũ, § hoc eſt, in nares fuſum, capiti purgando idoneum; § tum uetuſtas auriũ fluxiones ſanat: ad hæc ulcera uetera, tũ in auribus, tum in naribus. Porrò ſi acrior appareat, aut roſaceo, aut dulci oleo miſcetur. Lachryma eius pediculos interimit, pilis nudat, uſqueadeo calidæ poteſtatis, ut obſcure adurat: eſt enim uelut aqueus quidam liquor, ſicut aliæ omnes lachrymæ. F

A. l. 2. c. 10. 169. fin. 9.

Clinopodium.

Clinopodium excalfaciendi uim obtinet, ſed nondum adurendi: eſt uero etiam eſſentia ſubtilium partium. ponatq; ipſum quiſpiam in tertio ordine, tũ excalfacientium tum reſiccantiũ. G

Clematis.

Clematidis folia acrem, & adurentem ſiue cauſticam facultatẽ obtinent, adeo ut & lepras excorient. Fuerit itaq; in quarti ordinis excalfacientiũ initio. Vocatur autem clematis & daphnoide, quod quidam myrſinoides, alij polygonoides appellitant. Ceterum id nequaquã exulceratorium eſt aut acre, ſicut qd̃ ante dictum eſt: immo profluuijs ac dyſenterijs cum uino potũ prodeſt, dentiumq; dolores manſum mitigat, tum uteri quoq; doloribus in peſſo admotũ uſui eſt: tã tum abeſt, ut perinde urat, aut ulceret, ceu illud ſuperius. Sed ſumme nobis ſuſpiciendus Pãphilus ille ſicuti in reliquis, nugatur de ijs, quæ nunquam uidit, literis ea mandans, ſic hæc ambo in unum confudit. At Dioſcorides utriuſque in quarto meminit, & eius quæ ſimpliciter uocatur clematoides, idque in fine libri: & alterius, ſed in principio. Quamobrem non eſt neceſſe, ut ego rurſum notis ſuis utrumque depingam, ſicut nec in alijs feci.

Cnicus.

Cnici" ſemine duntaxat ad purgationes utimur. Tertij eſt ordinis excalfacientium, ſiquis foris eo uti uolet. A. ibi. c. 119.

Coccus cnidius granum gnidium.

Granum gnidium & ipſum quoque purgat: ſed acris eſt, adurentiſque facultatis. H

Coccos baphicos Granum tinctorium.

Granum" tinctorium adſtringentem ſimulque amaram qualitatem poſſidet. Vtraque ſine morſu deſiccat. Proinde ad ingentia uulnera congruit, & ad neruorum uulnerationes. Sed tunc ipſum quidam cum aceto terunt, alij cum oxymelite. A. ibi. c. 118.

* *Al. Coccomelea.*

**Coccymelea, prunus*

Pruni" fructus uentrem ſubducit, recens quidem plus, aridus minus. Cæterum haud ſcio, cur Dioſcorides pruna Damaſcena ſiccata uentrem ſiſtere dicat, cum & ipſa palam ẽt ſubducãt, minus tamen quam q̃ importantur ex Iberia: ſiquidem damaſcena magis adſtringunt: at quæ Iberia fert, dulciora ſunt, quin & ipſæ arbores fructibus proportione reſpondent. Minus enim adſtringunt, quæ in Iberia naſcuntur, magis uero quæ Damaſci. Cæterum ut in ſumma dicã, quorum in folijs aut germinibus adſtrictio quędã ineſſe apparet manifeſta, ijs decoctis phlegmonę in columella, aut tonſillis exiſtentes idonee colluuntur. Porrò agreſtium fructus euidẽter adſtrictorius eſt, uentremque ſiſtit, nominatur autem hæc planta in Aſia Prumnum. Gummi autem arboris, ſunt, qui dicant cum uino potum lapides confringere: cum aceto, puerorum ſanare lichenas. Ac ſi id præſtat, clarum eſt incidentem, tenuiumque partium illi facultatem ineſſe. A. ibi. c. 132.

Colla

Colla gluten.

A Gluten, quod ad libros præparant ex ſimilagine & *garo, emplaſticæ concoctoriæque facultatis eſt, quibuſcunque ipſum partibus illinas. *Ant. codices legunt γύρεως. i, pollinem, & ita uetus interpres, Oribaſius, Aetius, & Paulus.

Colocynthe cucurbita.

Cucurbita humidæ frigidæq; temperaturæ eſt, utraq; qualitate ſecundi ordinis. Quocirca rumentorum eius ſuccus ad aurium dolores cum phlegmone iunctos cũ roſaceo utilis eſt. Sic tota quoq; illita calidas phlegmonas mediocriter refrigerat. In eſu aũt humida eſt, & ſitim appellens.

Colocynthis.

Colocynthis guſtu amara eſt. Sed quæ illi amaritudinis dum potaĩ adſunt opera, ea euidenter efficere nequit, ob purgatoriã facultatẽ, quã ualidã in ſeſe cõtinet: nimirum cũ ijs, q̃ purgat, ante & ipſa per aluum excerni præuertens. Viridis ipſius ſuccus intritus iſchiadibus prodeſt.

Comarus arbutus.

Arbutus arbor ipſa qualitate acerba unà cum fructu eſt. Eum Memecylum nuncupant. Eſt autem hic & infenſus ſtomacho, & capiti dolorem commouens.

Commi gummi.

B Gummi lachryma eſt congelata, cõcretaq́ue in truncis arborum ipſam producentium: uelut reſina quoque in multis uiſitur, quæ reſinam proferre poſſunt. Eſt autem exiccatoriæ emplaſticæque potentiæ. Propterea q́ue aſperitatibus medetur.

Conia lixiuium.

Lixiuium, quod uelut ablutio eſt cineris, ſic nominatur. Porrò omnium maximè, tum abſterſorium, tum exiccatorium illud eſt, quod ex cinere ficus, & tithymallorum efficitur: fereq́ue ſepticæ, ſeu putrefacientis eſt facultatis: quæ cuiuſmodi ſit, in quinto uolumine expoſui.

Conyza.

Coniza & maior, & minor, adſimilis ſunt, tũ tẽperaturæ, tum facultatis, guſtu amaræ & acres apparẽtes. Excalfaciuntq́; admodũ luculẽter, ſiue q̃s folia cũ teneris ramulis (eſt. n. fruticoſa plãta) parti cuipiã illinat: ſiue ubi in oleo coxerit, eo utaĩ, ſiquidẽ concuſſiones, ſiue rigores per circuitum redeuntes tale ſanare oleum uidetur. Flores quoq; eorum adſimilis ſunt facultatis. Itaq; quidã & ipſos cũ folijs tritos in uino bibẽdos exhibẽt ad mẽſes fortiter ducendos, eijciendũq́; ſœtum. Eſt & tertium conyzæ genus in locis humidioribus proueniens, utriſq; illis tum graueo lentius, tum imbecillius. Sed primæ memoratæ tertij ſunt ordinis in excalfaciẽdo exiccãdoque.

C *Coriannon ſeu corion, coriandrum.*

Coriannon, ſiue Corion, aut utcunq; uocare lubet. Vetuſtiores Græci Coriannon noĩabãt: at recentiores medici omnes corion adpellitãt, ſicut & Dioſcorides, refrigeratoriam eſſe herbã ipſam dictitans, ſed perperam. Siquidem ex contrarijs facultatibus conſtat & cõpoſita eſt, plurimum habens eſſentiæ amaræ, quam oſtendimus eſſe tenuium partium, & terrenã calidã: nec parum ẽt aqueæ humiditatis obtinet, q̃ tepentis eſt facultatis: his adiũctum eſt quoq; adſtrictionis pauxillum. Ex quibus omnibus uarie quidem agit ea, quæ ſcribit Dioſcorides, ſed non tm̃ ex refrigeratione. Cæterum ego cuiuſq; particulatim actionis cauſam enarrabo, tametſi propoſitum fuerat mihi meam unius dũtaxat hoc in libro ſententiã expromere. Sed forte nihil obſtabit, immo, ſi uerũ fatendum eſt, † proderit non nihil, ſuperiores methodos, quæ in paucis medicamentis ſunt dictæ, hic repetere. Primùm ergo nõ Dioſcorides tantum, ſed & alij complures medicorum, indeterminate de morbis pronunciant: ſicut ſane hac quoq; tẽpeſtate nõ paucos inuenias medicos uel inſignes, præter alia, hac in re turpiſſime hallucinantes. Interdum. n. atra, liuida, frigidaq́; reddita parte, q̃ eryſipelas habuit, nec amplius refrigerãtia poſcente pharmaca, ceu antea, ſed ea, q̃ infixum parti præter naturam humorem eliciant, hi refrigerare perſeuerant; interdum autem ad digerentia tranſeunt, eaq́; eryſipelas ſanare dicũt. Et ſane ẽt ſcribunt incipientibus quidem etiamnum, atq; gliſcentibus, creſcentibusve eryſipelatis alia medicamenta, declinantibus uero ac flacceſcentibus alia. Sed ita res non habet. Neq; enim eryſipelas etiam uocari debet, poſtea quàm inflammatio eius, & feruor, ac bilioſum illud abierint: neque, quæ facultate ſunt frigida, neque quæ illa ſanant, remedio eſſe putandum. Sed uelut ſi, uel in initio protinus aut percuſſis, aut alia de cauſa quauis, tumor in parte quapiã aut liuidus, aut niger extiterit, eum eſſe frigidum affectum exiſtimabis, & quæ digerant excalfaciantque, poſcere: ad eundem, opinor, modum, ſi calida affectio in frigidam reciderit, negligẽda quidem prior eſt, ſed ſecũda alio appellanda nomine: aut ſi diſplicet nominis mutatio, ſaltem, ſicut quidã alia ſcribunt principij, alia declinationis remedia, haud ſane cenſendũ frigida eſſe declinationis remedia. Cõcedẽdũ ſane eſt, ſi cui ita placet, ut talis affectio etiam eryſipelas uocetur: ſed eam ẽt calidam dicere ubi iam refrigerata eſt, id uero neutiquam concedendum. Itaq; ne, quod tunc ei auxilio eſt, refrigeratorium eſſe credamus, ſicut Dioſcorides coriandrum, quòd cum pane aut polenta, ut ipſe inquit, eryſipelas curet illitum. Nam quod ad unguem eſt eryſipelas, quod utiq; inflammatum eſt & flauum, haud unquam ſanare queat cum pane coriandrum, ſed illud quod iam refrigeratum eſt. Proinde nos ſuperioribus uoluminibus, cum determinata, ac definita experientia, cuiuſque

† Al. ex antiquis Græc. ea quæ in hunc modum in paucis medicamentis dicũtur, iuuabunt aliq̃d, ac rememorabunt ſuperiores methodos.

† Al. neque quæ has affectiões ſanant, facultate frigida eſſe putandum.

medicaminis facultatem explorãdum cenſuimus,q̃ maxime fieri poſſet ſimpliciſſimũ eligi affectum conſuluimus. At pleriq; medici, neq; ꝙ uel plurimi morborum protinus ab initio cõpoſiti inuadant, norunt: neque ꝙ alius affectus ſit eryſipelas exactum alius uero is, qui uocat ab oĩbus nobis uſitate, ut à ueteribus quoq; phlegmone: alij aũt inter hos medij plurimi, partim ut ſic dicã, eryſipelata phlegmonode, partim phlegmonæ eryſipelatodes: ac inuenias non nunquã ubi neutrum uincat, ſed ad unguẽ paria ſint: quin etiã non nunquã œdematodes eſſe eryſipelas cõſpicitur, ſicut aliud ſcirrhodes: ut compoſitorum morborum nõ paruus aceruetur numerus. De quibus copioſius cum alibi diſſeruimus, tum in curandi rationis uoluminibus. Dicetur autem & nunc, quoad ſaltem eorum meminiſſe neceſſe eſt, ꝙ exactum eryſipelas haud unquã ab antedicto cataplaſmate curari poſſit. Voco autem exactum, cum à bilioſa fluxione pars impleta fuerit. Porrò ꝙ lõge à refrigeratione abſit coriãdrum, uel ex ijs quę ipſe ſcripſit Dioſcorides, diſcere liceat. Nam chœradas, ſiue ſtrumas cum eregmo ſiue lomẽto, inquit, diſcutit. Porro quòd nullum refrigerantium medicamentorum idoneum ſit diſcutiendis chęradibus, uel ipſum Dioſcoridem non dubitaturum arbitror, quippe qui ſexcenta ſcripſerit medicamenta chœradas ſanare potentia, quæ omnia tum temperie calida, tum actionibus digerentia eſſe confeſſus eſt.

Coronopus.

F

Coronopodis″ radix cœliacis prodeſſe creditur manducata. A. ibi. c. 162.

Coſtus.

Coſtus′ leuiculam plane amaram, plurimã autem acrem & calidam in ſe qualitatem ſimul & facultatem continet, adeo ut etiã exulceret. Vnde ex oleo corpus eorum, quibus per circuitũ rigor inuadit, ante acceſſionem illo confricant: ſic uero etiã in reſolutis, & iſchiadicis: atq; in ſumma in quibus excalfacere partem quãuis, aut ex alto in ſuperficiẽ extrahere quippiam eſt opus, ad coſtum confugiũt. Eadem de cauſa urinas menſesq́; prouocat: & ad rupta, conuulſa, ac laterũ dolores congruit Porro ob amaritatem quæ illi ineſt, lũbricos latos necat. Ob eandẽ & ad contractas uelut ex ſole maculas ξεφύλεας Græci uocant ξcum aqua aut melle uſurpant. Ineſt item fluatuoſa quædam illi temperiei humiditas, per quam & uenerem excitat cum uino mulſo. A. ibi. c. 161. fol. 119. b.c

Cotyledon umbilicus ueneris.

Cotyledõ facultatis miſtæ eſt, nẽpe humidæ ſubfrigidę, & cuiuſdam obſcure ſubadſtringẽtis, & cũ ea leuiter amaræ. Vnde refrigerat, repercutit, abſtergit, & diſcutit. Itaq; phlegmonas eryſipelatodes, & eryſipelata phlegmonode, curat: & maxime ſtomachi ardore æſtuãtis admodum utile eſt epiplaſma. Putant folia cum radice manducata calculos confringere, & urinã mouere. G

Crania cornus.

Corni″ arboris fructus admodũ acerbus eſt, eſui aptus. Itaq; mirũ uideri nõ debet, ipſum ualẽter uẽtrẽ reſtringere, ſicut & meſpila. Folia quoq; & germina guſtu acerba ſũt, ualẽterq́; deſiccãt. Itaq; maxima uulnera glutinare poſſunt, potiſſimũ durorũ corporum: At paruis uulneribus & mollioribus corporibus potius cõtraria ſunt: nã nimiũ ea cõtendunt, ac plus ſatis deſiccant. A. ibi. c. 31.

Crambe braſſica.

Braſſica″ eſculenta deſiccãdi uim habet tum eſa, tũ foris impoſita, non tñ etiã admodũ acrem. Alioq; & ulcera glutinat, & maligna ulcera ſanat, prẽterea phlegmonas iã induratas, ac ęgrè ſolubiles, & id genus quoq; eryſipelata. Eadẽ facultate epinyctidas & herpetes ſanat. Habet q̃dam ẽt in ſe abſterſorium, quo lepras curat. Porrò ſemẽ eius potũ lumbricos interficit, maximè braſſicæ Aegyptiæ, quãto ſcilicet temperatura ſiccior eſt. Sanè amaræ qualitatis particeps ſemẽ eſt, ſicut uidelicet omnia alia medicamenta, quæ ad lumbricos idonea ſunt. Secundum eandem facultatem ephelidas, & lentes, & quęcunq; modicã abſterſionem poſtulant, adiuuat. Porrò caules braſſicæ cõbuſti cineres efficiunt admodum deſiccantes, ut uidelicet iã & cauſticã, ſiue aduſtẽtem uim participent. Hac ratione ei ueterem adipem commiſcentes, ad inueteratos laterum dolores, & ſi quid eius fuerit generis, adhibent: nam ualenter digerens pharmacum efficitur. A. l. 2. t. 1. cap. 139. fol. 115. H

† σφοδρῶς χρωμένοις, eſt in impreſſis cod. i. utenti uehementer. ut uertit interpres. Scio equidem apud Paulum in aliquibus codi. legi ψυχρὸς. i. frigidus. ut noſter interpres tranſtulit: antiquiſſimi tamen libri habẽt σφοδρῶς: intelligendũque eſt, quòd uehementer ſit acris, quemadmodum & Dioſcorides dixit. In Oribaſio legitur καρπὸς δριμὺς ἐϛι καὶ σφοδρὸς. i. fructus acris eſt & uehemens.

Crambe agria braſſica agreſtis.

Braſſica′ agreſtis quodãmõ calidior ſicciorq́; domeſtica eſt, ceu alia ꝓpemodũ oĩa agreſtia ſui generis domeſticis ſm utranq; hanc facultatem ualentiora ſunt. Quamobrem neq; intra corpus citra noxã ſumitur, ut quæ longius ab humana receſſerit tẽperatura. Eadem de cauſa & guſtãtibus amarior eſt, q̃ domeſtica: quanq̃ domeſtica quoq; acrimonię nõ nihil & ſubamaritudinis cõtineat: ſed utranq; hẽt agreſtis ualidã: quare ẽt extergit & digerit, q̃ domeſtica ualentius. A. ibidem.

Crambe thalattia braſſica marina.

Braſſica″ marina ſupra q̃ ꝙ uentrem deijciat, utpotè ſubſalſa & ſubamara guſtu, fuerit ſanè ẽt ad externos corporis uſus, & ad omnia ea, ad quæ tales qualitates accommodantur, idonea. A. ibidem.

Cratæogonos.

Cratæogoni herbæ fructus & acris guſtanti eſt, & † utenti frigidus, ſimilis milio.

Crethmon.

Crethmon guſtantibus ſalſum, quodammodo eſt cum paucula amaritate: quamobrem uis eius eſt exiccatoria & abſterſoria. Vtraque tamen imbecillior ei eſt quàm in amaris.

Crithe

Crithe Hordeum.

A Hordeum primi est ordinis in exiccando,& refrigerãdo:hẽt ẽt pauxillum absterſionis.Paulo ẽt plus deſiccat,q̃ farina fabacea,cui non inſint cortices: cætera uero ſimilia ſunt foris utentibus:in cibo aũt hoc fabis præſtat, ꝙ flatuoſam naturam exuat: fabis, quantumcunq; coxeris flatuoſa natura remanet,ſunt.n.craſſioris eſſentiæ, q̃ hordeum: quamobrem eo plus ẽt alunt. Porrò,quoniam utrunq; paulum modò à medio receſſit,multo ſunt uſui:nam talia medicamenta multis alijs miſcentur ceu materiæ quædam. Itaq; ẽt cera,& oleum non paucis medicamentis coniunguntur. Alphiton vero,hoc eſt polenta,multo plus hordeo deſiccat.

Crimnon.

Crimnon.Quod craſſarum partium eſt tum in tritici,tum in zeæ farina,ita appellari conſueuit.Plus nutrit,q̃ polenta,ſed ægrius concoquitur. Porrò ſorbitio,quam ex eo conficiunt,pultos nuncupatur,eaq; ſi zea conficiatur,leniter uentrem ſiſtit, ac magis ſi frigatur.

Crinos Lilium.

Lilij flos tẽperaturã miſtã obtinet, partim ex eſſentia tenuiũ partiũ ac terrena, ex qua utiq; hẽt,ut guſtu ſit amara:partim ex aquea,eaq; tẽperata. Itaq; ẽt quod ex eo conficitur oleum, ac B unguẽtũ,citra morſum digerẽdi,ſimulq; emolliẽdi facultatem obtinet:unde fit, ut uteri duritie bus ſit aptiſſimũ.Porrò radix,foliaq; per ſe trita deſiccãt,& abſtergunt,& digerũt moderatè: ꝓinde quoq; ambuſtis cõpetũt: ſiquidẽ hęc quoq; moderatè deſiccantẽ,extergentẽq; facultatẽ poſtulãt.Radicẽ ergo toſtã,ac deinde cũ roſaceo contritã ambuſtis, quoad obducatur cicatrix. imponunt:quippe cũ alioqui, & aliorũ ulcerũ oĩum bonum ſit inducendæ cicatrici remedium. Quin ẽt uteros emollit,menſesq; prouocat.Folia uero præcoquẽtes,& ipſa ad obductã uſq; cicatricem imponunt,non in ambuſtionibus duntaxat,ſed alijs quoq; ulceribus. Sed & ſunt, qui aceto ea cõdientes ad vulnera ſuo tpe utantur.Plus tñ ineſt abſtergentis facultatis in radice, q̃ in foliis,quanq̃ tñ nec in ea ipſa multum inſit, ſicut prædiximus: nã primi ordinis abſtergentiũ eſt medicaminũ.Itaq; cũ aut uitiligines,aut pſorã,aut lepram,aut achoras,aut aliquid id genus, extergere uolumus,cõmiſcemus illi aliquid aliorũ medicaminũ ualidius extergentiũ.cuiuſmodi eſt & mel. Cæterũ ſi id moderatè illi ac conuenienter admiſceatur, & ad neruorũ diuiſiones cõpetit,& ad alia uniuerſa,quæ valenter exiccari poſtulant abſq; morſu.Repoſuimus uerò etiã qñque, & foliorũ ſuccũ cũ aceto, & melle coctũ:ſuccus quinq; partibus plus utroq; erat. Eratq; inſigne medicamen ad oĩa ea,quæ ualenter exiccari poſtulant abſq; morſu,ceu vulnera oĩa in C gentia, & maximè quæ in capite muſculorum eueniunt: tũ ad ea ulcera, quæ nimis mollia ſunt, & diuturna,atq; ægre ad cicatricẽ perducũtur. Sed hæc iam ad medicamentorũ cõponendorũ inſtitutũ attinẽt,a quo,q̃tum licet,abſtinere in præſentia adnitor: cæterũ rerũ ipſarũ natura ſæpenumero ut attingam adigit: celeriter uero relinquenda ſunt, atq; ad ꝓpoſitum reuertendũ.

Crocodilium.

Crocodilii ſemen acre eſt,atq; odoratum,urinam,menſesq; ciens.Itaq; facultatem habuerit calidam,digerentem,& exiccantem.Succus tum caulis,tum ſeminis,ut quæ ſimilis ſint facultatis,nephriticos adiuuat.Radix pectoris excreationibus ualẽter conducit,minus quidem, quam ſemen,acris,non tamen minus amara.Trahit uero etiam per nares ſanguinem.

Crocus.

Crocus paulum ẽt adſtringẽs quid obtinet,quod terreum frigidum oñdimus: ſed ſuperat in eo calfaciens,& qualitas,& facultas:ut tota eius eſſentia ſecundi ſit ordinis excalfacientium,& primi exiccantium.Proinde concoquendi quoq;uim quandã obtinet:adiuuante ſcilicet in hoc & paucula illa adſtrictione.Quippe quibus medicamentis,cũ non admodũ excalfaciant,paucula adeſt adſtrictio, ea parem facultatẽ hñt eſſentiis emplaſticis uocatis: quas cum iunctas eſſe D caliditati non uehementi contigerit,pepticas,hoc eſt concoquentes,eſſe oſtendimus.

Crommyon Cæpa.

Cæpa ex quarto eſt ordine excalfacientiũ:eſſentia eius potius craſſarũ eſt partium: vnde ẽt hæmorrhoidas aperit tũ appoſita,tum cũ aceto inuncta.In ſole alphos abſtergit: tum alopeciis attrita pilos alcyonio citius reſtituit.Porrò ſi ſuccũ eius exprimas,qđ reliquũ eſt admodum terreæ ſubſtantiæ eſt,eiusq; calidæ:at ſuccus aqueæ aereæque caliditatis. Hic igitur iis,qui ſuffuſi ſunt,aciẽ oculorũ obtuſam præ craſſitudine humorũ obtinẽt,inunctus prodeſt.Ex huius tẽperatura tota cæpa flatuoſa eſt mãducata. Itaque quæ temperatura ſunt ſicciore,minus flatuũ gñant.

Cyamos faba.

Faba in utroq; medii tẽperamenti proximè eſt †inexiccando & refrigerãdo.Caro eius pauluũ quoq; abſtergẽtis facultatis continet,ſicut putamen nõ nihil adſtringẽtis. Idcirco medicorũ non nulli totã fabam cũ oxycrato decoctam dyſentericis,cæliacis,vomentibus ſquos ἐμετικοὺς nominant, ſexhibuerunt.Porrò ut eduliũ,flatulenta eſt,ac coctu difficilis,ſiquid aliud: excretionibus ex thorace,& pulmone idonea:ut medicamentum uero foris impoſita,deſiccat innoxiè. In podagricis ea ſæpenumero uſi ſumus ex aqua decocta,& ita adipi ſuillo admiſta. Ad neruorũ tũ cõtuſiones,tũ ulcerationes,farinã eius ex oxymelite impoſuimus. Ad eos, quos ex ictu iã

† *Dioſc. in calefaciendo. & meliº, quia medium inter contraria,iam vero ſiccare & refrigerare non cõtrariantur,niſi etiam,& hic & apud alios Galeni ſectatores ꝓ ξηραίνειν legere maluimus θερμαίνειν.*

phlegmone

phlegmone occupauerat,cum polenta.Sed,& teſtium,& ulcerũ aptum eſt cataplaſma:nam hæ E
partes cum phlegmone tenentur, moderatè refrigerari amant, maximè cũ ubera ex lacte in ipſis concreto phlegmonem patiantur.Quin lac quoq; ab eo cataplaſmate extinguitur:ſicut puerorum pubes farina fabacea illita plurimo tempore glabra,ſeu impubis permanet.

Cyclaminos Rapum ſiue tuber terræ.

Cyclaminus" uarias uires poſſidet. Nã & abſtergit,& ĩcidit,& ora uenarũ aperit, & attrahit, A.l.2.t.2.c. 271.f.1194
& digerit.Clarũ id eſt ex particularibus operibus:nam ſuccus eius hæmorrhoidas reſerat, uiolenterq; ad ſeceſſum prouocat in crocyde ſiue floccis appoſitus. Sic ẽt facultatibus, phymata, ſtrumas,aliasq; oẽs durities digerentibus,cõmiſcetur:ac ſuffuſis cum melle illitus competit, ad hæc quoq; per nares expurgat.Adeo vehemẽs eius facultas eſt,ut abdomine illito,uentrẽ ſubducat,& fœtus interimat:nam,& alioqui ualidũ interimẽdo conceptui medicamen eſt, in peſſo appoſitus.Tota aũt radix ſucco imbecillior eſt,quanq; & ipſa vehemẽs ſit. Nam & menſes ſiue epota,ſiue appoſita euocat:& aurigini prodeſt,non modò ipm uiſcus expurgans, ſed ẽt quæ in toto corpore bilis fuerit,eam per ſudorẽ eijciẽs.Proinde ſanè poſt potionem,ſudoris adiuuanda oĩno prouocatio eſt.Modus eius bibendi eſt drachmarum trium,ſiue cum melicrato, ſiue cũ paſſo.Cutem detergit cum in alijs,tum p alopecias,ephelidas,omniaq; exanthemata ſiue efflo F
reſcentias,curet.Lienem quoq; induratum iuuat emplaſtri modo illita tum recens, tum arida. Sunt,qui radicem ſiccam aſthmaticis ſeu anhelã tibus exhibeãt. Porrò altera cyclaminus,quã quidam cyſſanthemon nominant,ppea q cyſſo,hoc eſt hederæ,flore ſit aſſimilis,radicem quidem inutilem hẽt,ſed fructum admodum efficacem. Nã hic uino albo pluribus diebus duobus cyathis potus lienes ſanat, urinas mouens,ac uentrem ſubducens: ſecundas quoque eijcit, & aſthmaticis prodeſt.Qualitas eius guſtanti acris eſt, & ſublenta.

Cyminum Cuminum.

Cymini" Semine maximè utimur,quemadmodum aniſi,liguſtici,cari,petroſelini.Eſt uero & A.l.2.c.p. 136b
facultatis excalfacientis,ſicut illorũ unumquodque,tum urinam mouentis, & flatum extinguentis,ex tertio ordine excalfacientium.

Cynosbatus Sentis canis.

Cynosbatus.Huius fruticis fructus nõ ſegniter adſtrictorius eſt,folia uero mediocriter. Itaq; particularis eius uſus haud ignotus eſt. Cauendum ab eo, quod in fructu eius, planè ſpeciem habet,ceu arteriam uitians.

Cypariſſus Cupreſſus. G

Cupreſſi" Folia,germina,pilulæ recentes,& molles magna uulnera conglutinant in duris corA.lib.f.117a
poribus.Ex quo clarum eſt,p reſiccãdi uim habeat abſq; inſigni acrimonia,aut caliditate,ſicut certè & guſtus teſtificatur:apparet.n.in ea leuis quidẽ acrimonia,ſed plurima amaritudo, multoq; ẽt plus acerbitatis in tota plãta.Tãta ei ineſt acrimonia,caliditasque,quanta ſatis ſit deducẽdæ In altum acerbitatis,ac nullam tĩ mordicationem, aut caliditatem in corporibus efficiat. Proinde in alto latentes in flaccidis putreſcentibusq; affectibus humiditates, innoxie,tutoque depaſcitur,atq; abſumit,cũ,quæ excalfaciunt ſimul deſiccantque,eas quidem, q contentæ ſunt, abſumant,cæterũ acrimonia,& caliditate alias attrahant. Sic,& enterocelicos iuuat:ſiquidem exiccat,roburque addit corporis partibus præ humiditate laxis: utpote cum adſtrictio in altum ſubeat deducente ipſa caliditate,quæ admiſta eſt,eum ſeruante modum,ut deducere quidẽ ualeat,non tĩ mordicare queat.Quidam ea utuntur ad carbunculos,& herpetes,polentæ miſcentes,tanquam abſumat citra excalfactionem,eos morbos facientem humiditatem. Sunt, qui & ad eryſipelata utantur,admiſta nimirum polenta cum aqua,aut oxycrato aquoſo.

Cyperus Iuncus quadratus.

Cyperi" radices maximè uſui ſunt,excalfacientes pariter,& exiccantes abſque mordacitate. H A. lib.c.95.
Itaq; ulceribus,q præ nimia humiditate cicatricẽ difficulter admittunt,mirifice proſunt: hñt.n. quiddã ẽt adſtringens.Quapropter ulceri item oris cõueniunt. Quin, & incidendi uim quãpiã illis ineſſe teſtificandum,qua & calculo uexatis congruunt,& urinam, menſesque prouocant.

Cypros.

Cyprus.Huiꝰ arboris folia,sũmaq; germina in uſum ueniũt,& facultatis & qualitatis miſtæ. Hñt.n. qddã digerẽs cũ aquea ſubſtantia modice calida:hñtq; ẽt adſtrictoriũ quiddã ex terrena ſubſtãtia frigida.Itaq; eorũ decocto qdã ambuſta fouent. Vtunt vero ẽt aduerſus igneas phlegmonas,& carbunculos:nã abſq; moleſtia,& morſu deſiccãt. Quin ẽt ſponte prouenientibus in ore ulceribus, ac maxime q aphthode ſunt, & ipſis ẽt puerorũ aphthis,cõmãſa accõmoda ſunt.

Cytiſus. A.lib.c.114.

Cytiſi" folia digerendi facultatem obtinent aquæ temperatæ miſtam, ſicut & maluæ.

Conion Cicuta. A.lib.c.96.

Cicuta" quòd extremè refrigerantis ſit facultatis,omnes norunt.

Conos. A.lib.c.180 fol.191.

Coni" Fructus,quem quidam Cocalon nuncupant,& Strobilon, uiridis totus,habet cum humiditate

A miditate amaritudinem quampiam,& acrimoniam. Proinde purulẽtis,& quibuſcunq; adeo, q̃ in thorace,& pulmone ſunt,facile extuſſire,& expuere expedit,accommodus eſt.Porrò fructus ex eo eſculentus,nutrimentũ eſt coctu difficile,& ualidum.At,ut medicamen aſperitati lenien dæ congruit, cum uidelicet in aqua maceratus oẽm in ea acrimoniam reliquerit: nam reliquũ omne minime mordax,maximeque emplaſticum redditur,in medio calidæ, & frigidæ qualita tis conſiſtens,ex aquea, & terrea miſtum ſubſtantia, minimum participans æreæ.

LAGOPVS

LAgopus facultatis eſt deſiccantis, adeo ut fluxus alui probè exiccet.

Lathyris.

Lib. 4. cap. 173. Lathyris." Sunt qui dicant, & hanc eſſe Tithymalli ſpeciem, tum q̃ ſimiliter illis ſuccum habeat,tum quòd eodem modo purget,totaq; illis facultate aſſimilis ſit, niſi quòd ſemen guſtantibus uideatur dulce: quod ſanè etiam purgatoriam uim maximè poſſidet.

Lampſane.

Lampſane eſa quidem ſuccos prauos procreat:cæterum illita abſtergendi non nullam dige rendiq; facultatem poſſidet.

B

Lapathum.

Lib. 2. cap. 153. Lapathum" moderate digerentẽ ſortitum facultatem eſt, at oxylapathum miſtã: nã cũ eo qđ digerit,nõ nihil quoq; repercutit.Semẽ eorum manifeſtã quoq; quandã adſtrictionẽ obtinet, ut & dyſenteria s,& diarrhœas ſiue profluuia,ſanet,& maxime oxylapathi. Porrò Hippolapathum,quod in totum paludibus prouenit,eaſdem dictis facultates obtinet,ſed imbecilliores.

Lemonium.

Lemonij fructum,utpote auſterũ, exhibent cum uino cæliacis, & dyſentericis, hæmoptoicis q̃ue ſiue ſanguinem ſpuentibus.Iuuat,& profluuium muliebre. Satis eſt oxybaphi menſura.

Lichen.

Lichen,qui in petris naſcitur, eſt velut muſcus quidã, ſed recte ex plantarũ cenſeri gñe põt. Porrò ita nominatus vĩ, q̃ lichenas curet. Extergentem hẽt ac modice refrigerantem facultatem,utranq; uero reſiccantem. Atq; abſtergentem quidem atq; exiccantem a petra obtinet:re frigerantem uero ab humore aqueo,naſcitur.n.in humidis,& roridis ſaxis. Porrò quod ex talibus componitur,aduerſum eſſe phlegmonæ ſquod aphlegmanton uocant ſnihil mirum eſt.Cæterum an hæmorrhagias ſiſtat,ut refert Dioſcòrides, id uero neutiquam dicere queam.

C

Leontopetalon.

Leontopetali radice maxime utimur:quæ digerendi facultatem,& exiccandi,excalfaciendiq̃ue in tertio ordine poſſidet. *Lepidium.*

Lib. 2. cap. 159. Lepidium" ex quarto eſt ordine excalfacientium,ſimile naſturtio tum odore, tum guſtu, tum viribus,ſed minus eo deſiccat.

Leucas.

Leucas acrem poſſidet qualitatem exuperantem, temperaturam uero calidam,ſiccamq; in tertio quodammodo ordine. *Leucacanthon.*

Leucacanthon,quidam autem polygonaton, alij, Iſchiada nuncupant. Huius amara radix eſt:ac proinde incidit,& exiccat in tertio ordine: in calfaciendo autem ex primo eſt ordine.

Leucoion.

Leucoij Frutex uniuerſus extergentem facultatẽ poſſidet,ac tenuium partium:plus tñ flores, & inter hos,q̃ ſunt ſicciores, magis ẽt q̃ uirides:adeo ut & oculorũ cicatrices craſſas extenuent. Tũ menſes quoq; decoctũ eorũ mouet:& ſcđas,fœtusq; emortuos elicit:ac ſi bibatur, abortũ facit.Eſt ergo id medicamentũ,ut ſi qđ aliud,amarũ. Ac ſi quis uiriũ eius uehementiã multa aqua

D admiſta retundat ac mitiget, aut certe id genus aliquo,hẽbit,& ad phlegmonẽ non malũ medicamen.Sic,& decoctũ eius,ſi non merum fuerit,uteri phlegmonas itidẽ perfuſum ſanat,potiſſimũ q̃ diutino tpe ad ſcirrhi modũ induruere. Sic & cũ cerato ulcera ægrè ad cicatricem perue niẽtia curat.Sunt vero ẽt, qui cum melle,& ad aphthas adhibeant. Semen,cum eiuſdẽ facultatis ſit, aptiſſimum eſt duarum drachmarum menſura potum: tum menſibus ciendis appoſitum cum melle conuenire creditur, fœtusq̃ue uiuentes interficere,ac mortuos eijcere. Radices ſimilis quoq; facultatis,niſi quatenus craſſiorum ſunt partium, & magis terrenæ, cum aceto lienes induratos ſanant.Non nulli uero & phlegmonas ſin articulis ſ induratas ijs curant.

Leuce Populus alba.

Leuce arbor miſtæ quodãmodo tẽperaturæ eſt ex aquea tepida, & terrena extenuata eſſentia:quamobrem & abſtergentis facultatis eſt particeps.

Libanotus Thus,

Lib. 1. cap. 125. Thus" excalfacit ordine ſecundo,deſiccat primo,hẽt quoq; ſubadſtringens puſillum:ſed minimum manifeſta adſtrictio eſt cãdido.Cortex eius euidenter adſtringit:proinde ſanè ſtrenuè quoq; deſiccat,adeo ut ex ſecundo ſit ordine completo deſiccantium.Eſt autem craſſiorum partium,q̃ ipm thus,& minime particeps acrimoniæ. Ob has ergo tum facultates, tum qualitates,

multus

multus eſt eius vſus apud medicos in hæmoptoicis,ſtomachicis, cæliacis, ac dyſentericis, non E tñ ijs, quæ extrinſecus applicantur,iſpm admiſcentes, ſed & ijs, quæ intrò in corpus ſumuntur. Ramus* eius tum ſiccioris,tum calidioris eſt facultatis,q̃ iſpm thus,adeo ut ad tertium uſque exceſſum perueniat.Habet uero etiam abſterſorium quiddam. Itaq; eo nomine,& expurgare,& implere,quæ in oculis conſiſtunt ulcera uidetur,uelut & qui ex myrrha,& qui è ſtyrace.

*θαλλὸς depraua te legitur in codicibus impreſſis.legẽdum eſt.n.αἰθαλὸς,vt antiqui cod. & Oribaſius hẽt. i. fuligo uel fauilla. Antiquus interpres habet,ſumus.

Libanotides.

Lybanotides tres ſunt,una ſterilis,duæ fructum ferentes:oẽs uero eiuſdem facultatis, emollientis,& digerentis. Succus tum radicis, tum herbæ,miſtus melli obtuſam oculorum aciem ab humorum craſſitudine emendat.Porrò eius libanotidis,quæ ad coronas eſt utilis,quam Romani Roſmarinum nuncupant, decoctum regio morbo laborantes potum adiuuat. Omnes enim libanotides abſtergentis,& incidentis facultatis participes ſunt.

Lignys Fuligo.

Fuligo" omnis exiccatoria eſt,ac proinde terreſtris eſt eſſentiæ,hñs quaſdã ẽ tignis, qui materiam combuſſit,reliquias:ſed id puſillum eſt.Porrò tota natura terrena eſt,tenuiũ partium. Sed quæ ſpeciatim in ea dr̃iæ ſunt,eæ pro uſta materia eueniunt,ex acriore,& calidiore,tali etiã proueniente fuligine,ex dulciore ſimili quoque,& hinc fuligine proueniente.Primum.n.thuris fuligine utuntur in ocularias medicinas miſta,eas uidelicet,quæ ad oculos etiamnum phlegmone tentatos accõmodantur,atq; etiamnũ fluxione uexatos,& ulcera hñtes· nam & illa expurgat,& carne implet. Ad hæc vſurpant quoq; eã ad facultates,quas vocãt calliblepharas.Præterea terebinthinæ,myrrhæq́; fuligo moleſtia caret, non aliter q̃ thuris:ſed ſtyracis quodammõ ualẽtior eſt:magis ẽt picis liquidæ:qua ẽt magis cedri. Porrò acrioribus utuntur ad uitia palpebrarum uocata ptila,& eroſos oculorum angulos humidosq́; citra phlegmonẽ:at mollioribus mitioribusq; tum ad hæc,tum ad ea,ad quæ competere paulò ſuperius diximus thuris fuliginem. A.l.2.2.1.a 242.f.116.

Libyſticum.

Libyſtici Radix,& ſemen ex genere excalfacientium ſunt, adeo ut & mẽſes cieant, & urinas prouocent,flatusq́; extinguant.

Linoſpermon Lini ſemen.

Lini" Semẽ eſum flatuoſum eſt,ẽt ſi frigat:adeo ſanè recremẽtia humiditate plenũ eſt.Eſt uero etiam in primo ordine quodammodo calidum,ac humiditatis,& ſiccitatis quodammodo in medio eſt ſitum. A.ibid.c.138.

Linozoſtis Mercurialis.

Linozoſtide utuntur oẽs ad ventris purgationes duntaxat.Verum enimuero,ſi quis eius face Gre periculum volet in cataplaſmate,ſanè admodum eam eſſe digerentis experietur facultatis.

Lonchitis.

Lonchitidis" eius uidelicet,quæ ſemen hẽt triangulare,cuſpidis figura,radix potiſſimum quodammodo ſimilis eſt radici dauci:proinde urinam ciet. Porrò eius, quæ ſcolopendriæ ſimilia habet folia,ea ad glutinãda vulnera idonea ſunt uiridia,ſed ſicca cum aceto bibita lienes indu ratos ſanant. A. ibi. c.138.

Lycion.

Lycion," ſiue pyxacãthon,arbor ſpinoſa,ex qua lycium,qđ uocãt,cõficitur, id uidelicet medicamentum liquidũ,quo ad ſugillata utuntur,& ſedis oriſq́; phlegmonas,ulcerationesq́ue,tũ herpetas,putredines,& ulcera cõtumacia,& aures pure fluẽtes,& ĩtertrigines, ac paronychias. Eſt aũt facultatis exiccatoriæ,compoſitũ ex diuerſi generis ſubſtantijs,ſquas ἑτερογενεῖς, Græci uocant,ſaltera quidem tenuium partium,digerente atq; calida: altera terreſtri frigida, ex qua adſtrictionem obtinet.Porrò hæc qualitas puſilla medicamento ineſt:digerit uero,& deſiccat, non parum,nempe in ſcđo ordine:in calore aũt mediis,& ſymmetris proximum eſt.Proinde ad uaria hoc utuntur medicamine,aut abſtergente quidem†ad putredines, & cacoethe ulcera: ſut contrahente uero,cæliacis,dyſentericis,ac muliebri profluuio adhibentes. Lycium hoc, in Lycia,& Cappadocia plurimum prouenit.Sed indicum ad omnia ualentius eſt. A. ibi. c.139.

† Al. quando id aſſumunt tanq̃ expurgans, quæ pupillam obtenebrant.

Lyſimachios.

Lyſimachios ſuperantem habet qualitatem adſtrictoriam,per quam & uulnera glutinat,erũpentemq́ue ex naribus ſanguinem emplaſtri modo illita reprimit. Quin,& reliquas ſanguinis eruptiones ſiſtere p̃t tũ ipſa,tũ ſuccus eius multo magis.Pota dyſenterias,ſanguinis reiectiones, ac muliebre profluuium ſanat. *Lychnis.*

Lychnidos Coronariæ ſemen calidum eſt ſecundo quodammodo ordine,aut iam etiam tertio: ſiccum ſanè eodem modo.

Lotos Herba.

Lotus domeſtica, quã quidã Triphyllon,hoc eſt trifoliũ, noĩant, ut mediocriter abſtergendi uim poſſidet,ſic ẽt exiccãdi.In caliditatis frigiditatisq́; coniugatione media quodammõ eſt,& tẽperata.Lotus ãt agreſtis plurima in Libya prouenit. Semen eius ſecundi eſt ordinis excalfacientium,hẽtque non nihil abſterſorium. Porrò Aegyptiæ loti ſemen etiam in panes fingitur. A.ibi.c.139.

Lotus Arbor.

Lotus" arbor non ita multæ adſtrictoriæ qualitatis eſt particeps, ſed & tenuium partium eſt, &

A & exiccatoria. Itaq; lignorum eius assulæ derasæ muliebri accommodantur profluuio, & dysenterijs, & cæliacis affectibus. Decoquuntur vero interim in aqua, interim in uino, nimirū prout vsus popoſcerit: nec infunduntur tm̄, ſed & bibuntur. Quin ēt q̄ pilos defluentes cohibeat, non mediocre ſignū eſt ip̄m adſtringentis eſſe cuiuſdā, ſimiliter mediocriter deſiccantis, facultatis. Dictū quippe eſt & in ſermone de ladano eiuſmodi eſſe facultatis oportere, q̄d̄ fluentes capillos eſſet cohibiturum.

MACER

Lib. c. 448. MAcer Cortex eſt, qui ex India conuehitur, guſtu multum acerbo, cū leuicula quadā acrimonia odorata, iucundum ſanè redolens, ut pleraq; aromata, ſiue odorata, quæ ex India conuehuntur. Videtur itaq; & ipſe ex miſta cōſtare eſſentia, pleraq; terrenā frigida, paucula uero calida, & tenuium partium. Quamobrem ualenter deſiccat, adſtringitque. Proinde celiacis, & dyſentericis miſcetur facultatibus, in tertio exiccantium cōſiſtens ordine: in caloris frigorisq; differentia neutrum inſigniter efficiens.

Malabathrum.

Lib. c. 353. Malabathri Folium ſpicæ nardi ſimilem facultatem obtinet.

Malache Malua.

Lib. c. 194. B Malua, Agreſtis quidem, digerentis paululū & emollientis leuiter eſt facultatis: hortenſis uero quanto plus hēt aqueæ humiditatis, tanto facultate imbecillior eſt. Fructus eius tanto ualidior eſt, quanto & ſiccior. Porro huius generis eſt & ea, quæ Dendromalache nuncupatur, ſed efficaciſſima comprehenſarum in digerendo. Appellatur etiam Althæa.

Mandragora.

Lib. c. 357. Mandragora uincentem hēt facultatem refrigeratoriam, adeo vt tertij ſit ordinis refrigerātium. Veruntamen non nihil etiam caloris ineſt, & in pomis humiditatis. Proinde ſoporem ea conciliandi uim habent. Radicis cortex cum ſit ualentiſſimus, non tantùm refrigerat, ſed & deſiccat: reliquum quod intus eſt, imbecillum eſt.

Marathrum Fœniculum.

Lib. c. 374. Fœniculū tā ualenter excalfacit, ut ex tertio ordine excalfacientiū cenſeri promereatur: deſiccat uerò nō æquè, ſed ip̄m quiſpiā in hoc primi eſſe ordinis poſuerit. Proinde lac ꝓcreat: q̄d̄, ſi admodū deſiccaret, nō ſanè efficeret: ſuffuſis eadē rōne auxiliat: urinas menſesq; ciet. Porrò eſt & alterū fæniculū agreſte, q̄d̄ præ magnitudine hippomarathrū nuncupant: cuius radix ac ſemen amplius q̄ domeſtici, deſiccandi uim obtinet: quocirca ventrē quoq; eo noīe ſiſtere vī: C nec ſanè manifeſta illis ineſſe vī adſtrictio. Huius non radix mō, ſed, & multo magis ſemen cachryi aſſimile eſt: poteſtque, & calculos frangere, & auriginoſos ſanare, menſesq; & urinas mouere: non tm̄ lac congerere, ſicut illud ſuperius. Aliud eſt Hippomarathrū, cuius ſemen rotundū eſt, & acre, ſimile ſemini coriandri, facultate quidem hippomarathro ſimile, ſed debilius.

Maſtiche.

Lib. c. 453. Maſtiche Candida quidem, & Chia conſueto more cognominata, quodammō ex contrarijs cōpoſita facultatibus eſt, adſtringente uidelicet, & emolliente. Proinde ſtomachi, ventris, inteſtinorum, iecoriſq; inflāmationibus cōpetit, utputa ſecundo ordine excalfaciens, & deſiccans. Nigra vero, quæ Aegyptia cognominatur, tum magis deſiccat, tū minus adſtringit: quamobrē aptior quodā modo eſt ad ea, quæ ualidiorē digeſtionē per halitum expoſcunt. Hac ratione, & furunculis bonum eſt remedium. Porrò oleum unguentumq; maſtichinum ex Chia conficitur, non admodum ſanè ex Aegyptia. Cæterum ſimilis eſt & ipſum maſtiches facultatis.

Melanthium Nigella.

Lib. c. 516. Melanthium excalfacit atq; deſiccat tertio ordine. Vī ēt tenuium eſſe partium: hoc.n. nomine catarrhos ſanat calido in linteo admotū, atque aſſiduò olfactum. Quin ēt ſi intro in corpus D ſumatur, vel maxime flatus extinguit. Vnde conſtat eſſentiæ ipſum eſſe ſubtilium partium, & ad vnguē a caliditate elaboratæ: ꝑꝑea ſanè amarum eſt. Oſtenſum uero in quarto horum uoluminum eſt, q̄ cum ad extremam tenuitatem atq; elaborationem terrena pertingit ſubſtantia, amara proueniat qualitas. Itaq; mirum non eſt, ſi lumbricos interimat non eſum modo, ſed ēt foris uentri impoſitum: ſiquidem & id præſtare poſſe ſaporem amarum mōſtratum eſt. Nec ſanè ēt mirandum, ſi lepras, clauos, myrmecias eijciat, ei præſertim qui in ſuperioribus libris comprehenſorum haud eſt immemor. Sic vero ēt orthopnæam iuuat: & menſes prouocat, qui utiq; ob craſſitiem, aut uiſcoſitatem humorum retenti fuerint. In ſumma uero, ubi ſectione, exterſione, deſiccatione, excalfactione eſt opus, præſtantiſſimum id remedium eſt.

Melilotum.

Lib. c. 445. Melilotum miſtæ facultatis eſt: habet.n. quiddam adſtringens: ſed & digerit, & concoquit: copioſior enim in eo eſt ſubſtantia calida, quàm frigida.

Mel.

Lib. c. 489. Mel deſiccat & excalfacit ordine ſecundo. Eſt autē ſimplicis, quoad fieri pōt, tum facultatis tum temperamenti, extergentis, ut nobis appellare mos eſt, medicamentorum ſpeciei exiſtens. Porrò coctum minus acre abſterſoriumque redditur. Itaque ad ſinuoſorum ulcerum glunationes

nes eo utuntur. Cæterum ſi quod mel amarum eſt, ceu Sardoum, clarum eſt, & ipſum miſtæ eſſe E facultatis: tanquam ſi noſtrum quiſpiam ei abſynthium admiſcuiſſet. Sed & ſacchar, ut uocant, qđ ex India, atq; fælici Arabia cõuehitur, †in calamis, ut aiunt, concreſcit, ξ & ipm mellis eſt ſpecies minus certè noſtrate dulcis, ſed adſimiles ei uires obtinens, quod ad abſtergendum, deſiccandum, & digerendum attinet. porrò quatenus nec inimicum ſtomacho eſt, ceu noſtras, nec ſitim afferens, eatenus ab illo ſubſtantia differt.

περὶ πήγνυται μὲν, ὡσ φασι, καλάμοις, ideſt cõcreſcit quidem vt aiunt, circa calamos.

Meliſſophyllon Citrago.

Meliſſophyllum Marrubio ſimile eſt facultate, ſed plurimum ab eo uincitur. Quamobrẽ nec vtitur eo quiſpiam: ſuperuacaneum ſiquidem foret, præſente marrubio, cuius tantus eſt ubique terrarum prouẽtus, uelle uti meliſſophyllo. Cæterum, ſi cui fortè ad manum quandoque marrubium non fuerit, illo uti liceat, modò non exciderit, quando ab hoc exuperetur.

Meſpilum.

Meſpilum, "alij Tricoccum nominant, ꝙ tria intus in uniuerſum gerat grana, quorum unumquodq; arboris eſt ſemẽ, ceu ea, quæ in malis inueniuntur, ipſius mali; & uinacei, ipſius uitis: & ficus, minuta illa grana, quas Cenchramidas Græci uocant. Arboris huius fructus admodũ acerbus eſt, uixq́ue edi poteſt, uentrem ſtrenuè coercens. Quin & in germinibus, & folijs acerba hęc F qualitas non pauca reperitur.

A. l. 1. c. 741.

Medion Trifolium odoratum.

Medij radicem contra atq; fructum ipm temperatam eſſe contigit: Nã illa quidẽ auſtera eſt, & fluxiones cohibet cum alias, tum uerò ét profluuium muliebre qđ uocant. At ſemen tñ abeſt ut tale quid efficiat, ut etiam menſes cieat, nimirum tenuium partium, & incidendi facultatis.

Mecon Papauer.

Papauer "alterum rhœas nuncupatũ eſt, ꝙ. ſ. celeriter flos eius defluat: alterum domeſticum, A. ibi. cap. qñquidem colitur. Quin, & aliæ duæ præter has ſunt ſpecies ſylueſtris papaueris, alterum uelut inſidentẽ calicẽ ſuſtinens, alterum longiorẽ, q̃ illud calicẽ obtinens, totũ aũt procerius ac ſqualidius. Ab hoc ſuccus defluit: atq; hinc eſt, quòd hanc ſpeciem quidã rhœada nominent. Porrò oĩum facultas refrigeratoria eſt. Cæterum ſatiui ſemẽ, qđ & thylacite cognominant, mediocriter ſomnum conciliat, uiſu candidum: proinde pani ipm inſpergunt, ac melle maceratũ edunt. At eius, qđ primo loco recenſuimus, cuius florẽ celeriter decidere poſuimus, ualidius ſemen refrigerat: itaq; nequaq̃ eo qs innoxiè ſolo uti poſſit, ſicuti ſatiuo ſiue domeſtico, melli admiſcẽs. Admodum uero, ſi ita ſumptũ ſit, ſomnũ conciliat. Cæterum puſillum eius inſpergunt ijs, q̃ ex G melle conficiũtur, bellarijs, atq; itriis, panibuſque: Porrò tertio loco dicti ſemen atrũ, ét medicamentoſum eſt, admodum refrigerans. At, quod quarto loco poſitum eſt, oĩum eſt medicatiſſimum tum in ſemine, tum in caliculis, tum in folijs, tum in ſucco. Validè. n. refrigerat, ad ſtuporem uſque, & mortẽ perducens. Sed medici, quo probè eo utantur, medicamentis miſcẽtes, frigiditatis vehementiã retundunt. Eſt. n. ex quarto & ultimo refrigerantiũ ordine. Porrò quo pacto maximè ex methodo miſtionem facere oporteat, non eſt præſentis tractationis proprium, ſed eius, quæ de componendis medicamentis agit, quæ poſt hoc opus nobis exponetur.

Mecon Ceratitis, papauer cornutum.

Papauer cornutũ, noĩatum q̃dẽ ſic eſt a fructu leuẽ inuerſionem hñte, uelut & fænũgræcũ, ut bouis cornu eſſe uideatur ſimile. Vocaĩ porrò à q̃buſdã Paraliũ, qñquidẽ ut plurimũ iuxta mare naſcitur. Vim hẽt incidendi, & abſtergendi. Itaq; radix herbæ in aqua decocta ad dimidiũ, hepaticos affectus adiuuat. Porrò folia, & flores ſordida admodum, & contumacia ulcera iuuant: ſed ea reiicere oportet, ulceribus iã expurgatis: adeo. n. abſtergere ualent, ut & puræ quoq; carnis non nihil eliquent. Hoc virium robore non ſordẽ dũtaxat, ſed & cruſtã ulceribus detrahit. H

Mecon Heraclæa, papauer Herculeum.

Papauer Herculeum. Vocatur vero, & aphrodes, hoc eſt ſpumoſum, eo quòd totum candidum eſt, & ſpumoſum, exile. Semen habet pituitam expurgans.

Melea Malus.

Malus "non oĩs eiuſdem naturæ eſt, uelut nec eiuſdẽ fructus. Quippe quædã mala dulcia ſunt, A. ibi. cap. q̃dam auſtera, non nulla acerba, non nulla acida, alia extremè exoluta, & aquea. Et ſanè in iſtis aqueũ exuperat, ut tẽperies eorũ ſit tũ humidior, tũ frigidior: in acerbis tũ terrenum frigidum: in auſteris uero tũ iſtud, tũ †aqueũ frigidũ: ſicut in dulcibus aqueũ temperatum. Sic quoque ſucci, cortices, foliaq́; arborum inter ſeſe diſſident. Itaq; ſi auſteriora ſint atq; acidiora, uulnera illis glutinare poſſis, tũ in phlegmonarum principio influxionẽ repercutere, ac ſtomachũ uentrẽq; exolutũ ac languidum roborare: at aquoſioribus mediocres phlegmonas incipiẽtes, & gliſcentes remittere. Sed hæc iã ad curandi rationem attinent: proinde ea citius ét relinquenda. Porrò ꝙ plurima pomis oĩbus recrementitia, frigidaq́; inſit humiditas, uel hinc liqueat, ꝙ eorum omnium nullus oĩno ſuccus durare ac vetuſtatem ferre poſſit, uerum aceſcant, corrũpanturq́; uniuerſi. Solus. n. cydoniorũ, & ſtruthiorum (utpote quæ ꝑꝑ uincentẽ adſtrictionem minus cæteris ſunt humida) ſuccus coctus cum melle durare poteſt: tametſi ipſe per ſe non ita durare queat.

† *Orib. cod. addit dulce: in acidis. vide ſupra lib. 4. cap. 8.*

Melea.

Melea Perſice, malus perſica.

A Melea″Perſice.Hæc uulgo nunc ab oībus uocātur Perſice tm̄,illo uidelicet omiſſo,melea.Ipſa igitur arbor in germinibus,& folijs uincētem habet amaram qualitatem. Proinde folia eius trita,& ſuper umbilicum impoſita lumbricos necant.Alioqui ſanè etiam digerens medicamen eſt.Fructus eius,nempe eſculentum hoc perſicum,humidior eſt,& frigidior temperie.

Melea Armenice, malus armenica.

Melea″Armenice.Huius uetus nomen deficit; uocant.n.oēs tum fructum tum arborem præcocion. Fructus humidior frigidiorq́; eſt,utrunque ſecundo quodammodo exceſſu perpeſſus.

Melea Medice, malus medica.

Melea″Medice. Huius fructus non amplius malum medicum, ſed ab oībus citrium nuncupari adſolet. In ſemine quidem uincentem habens qualitatem acidam & ſiccam, ut ipm tertij ſit ordinis reſiccantium refrigerantiūq́ue:in cortice uerò itidem deſiccantē tēperiem eſt ſortitus, non parum tñ habentem acrimoniæ: proinde deſiccat hic ſecundo exceſſu, non tamen frigidꝰ eſt,ſed aut temperatus,aut paulo infrà.Porrò caro eius pariter craſſi ſucci eſt,& pituitoſa, frigidaq́ue:nā & ipſa editur ſicut & cortex.Semen oē edi ineptum eſt,tum humidum illud, & acidū, B de quo primum diſſerui.Et nucleus,qui in illo inuenitur,id quod re uera ſemen eſt, hic amarus eſt,& digerēdi uidelicet,ſiccandiq́; facultatem obtinens, ſecundo quodammodo ordine à temperatis recedens.Folia verò deniq; exiccandi,ac digerendi uim obtinent.

Meum.

Meum.″Huius radices perutiles ſunt,calidæ tertio ordine,ſiccæ ſecundo. Proinde urinā mē ſesq́; ciere uolentes hoc utuntur pharmaco. Sed ſi pluſculum ſumatur,capiti dolorem mouet, utpote cum pluſculum ſit calidum,quàm ſiccum.quippe cum humiditatem crudiuſculam etiam num & flatuoſam caliditas,quæ in ipſo eſt,ad caput deferat, atq; ita ipſum afficiat lædatq́ue.

Milax Trachæa, hoc eſt aſpera.

Milax Trachæa clauiculis plena eſt:uariè nanq; arboribus circumuoluitur ſurſum deorſum. Folia leuiter acria guſtantibus ſunt,& alioqui vtentibus calida.

Milax Læa, hoc eſt leuis.

Milax Læa quodammodo iam dictæ ſimiles uires obtinet.

Morea Morus.

Mori″Fructus maturus quidem uentrem ſubducit:immaturus uero ubi aruerit,admodum reC ſtringit.Itaq; ad dyſenterias accōmodus eſt,& affectiones cœliacas, & quaſcunq; alias fluētes. Contunditur aūt,ac obſonijs commiſcetur,uelut Rhoi fructus·aut ſi cui ita uideatur,ex aqua aut uino bibat.Porrò q̄ maturorum ſuccus ad ſtomatica medicamenta ſit utilis, p̄p eam uidelicet, quæ ineſt illi adſtrictionem,neminem latet. Præterea ad alia complura particularia,q̄ medio crē poſcunt adſtrictionem,competit.At immatura mora præter acerbitatem, & aciditatem ſortita ſunt. Et tota adeo arbor in oībus ſuis partibus miſtam aliquam uim obtinere uidetur ex reſtringente & purgante compoſitam:attamen in radicis cortice purgatoria cum quadam amaritudine exuperat,adeo,ut & latum lumbricum interficiat: † In alijs autem partibus reſtringens uincit:In foliis tamen & germinibus quodammodo media utriſq; temperies eſt.

† ἐν δὲ τοῖς ἀώροις μόροις ideſt *in immaturis, autem moris. habet cod. Oribaſii.*

Myagros.

Myagri ſemē pingue eſt:nā ſi tundatur, oleoſum quid effundit, qđ emplaſticā uim obtinet.

Mycetes Fungus.

Fungus′ frigida humidaq́; admodū plāta eſt:quamobrem ēt proximè ad deleteriā & enecantem facultatē accedit. Et ſanè inter eos ſunt,qui interficiant, potiſſimū qui ex natura miſtā hñt qualitatem putredinoſam.

Myle.

D Myles radix paruo bulbo ſimilis eſt,facultatis contrahentis. Nam cum farina ærina,hoc eſt lolij,appoſita,apertam uuluam ſanare ſcribit Dioſcorides.

Myos Otis, auricula muris.

Myos Otis,quidam uero myoſōta,deſiccat ſecundo ordine:cæterum nullam euidentem caliditatem poſſidet.

Myrice Tamarix.

Myrice″abſtergentis eſt,ac incidentis facultatis abſq; perſpicua deſiccatione: hēt uero ēt adſtrictionem nō nullam.Has ob qualitates, facultatesq́; admodū prodeſt lieni indurato decocta cū aceto,aut uino:ſiue radice,ſiue foliis,ſiue extremis ramulis decoctis. Sanat porrò dentiū dolores.Cæterum fructus & cortex non paucā ſortita ſunt adſtrictionē, adeo ut gallæ omphacitidi proxima ſint:niſi q̄ acerbitas euidens eſt in galla:ſed myricæ fructui tēperatura ineſt inequalis:immiſta eſt.n.naturæ eius multa uis abſtergēdi,atq; partium tenuitas, qđ ſanè gallæ nō accidit.Attamen ubi galla forte ad manum non erit,eo uti liceat ad oīa,ad quæ illa utimur : ad eadem & cortice.Porrò myricæ combuſtæ cinis admodum deſiccatoriæ facultatis eſt, plurimam habens abſtergendi,& incidendi facultatem,pauxillam adſtringendi.

Myriophyllon.

Myriophyllon uſq; eo deſiccatoriæ facultatis eſt,ut uulnera glutinet.

Myrrhis.

Myrrhis.

Myrrhis, quidam Myrrhan nominant, radicem habet odoris iucundi, & dulcem, quæq; menses moueat, tum ea quæ thoracem ac pulmonem degrauant, expurgantem. Itaque ex secundo ordine fuerit excalfa cientium, adiuncta quadam partium tenuitate. E

Myrrhine Myrtus.

Myrtus. "Ex contrarijs substantijs hæc planta constat: uincit tñ in ea frigidum terrenum. Hēt uero ēt quiddam tenuium partium calidum. Itaque ualenter desiccat. Porrò tum folia, tum germina, tum fructus, tum succus, non parum inter se in adstrictione dissident. Porrò quod ramis, & trunco adnascitur tuberosum, quam quidam Myrtada nuncupant, quanto dictis siccius est, tanto, & desiccat, & adstringit uehementius. Quidam id reponunt tundentes, postea uino subigentes, ac in pastillos formantes. Folia item arida uiridibus plus desiccant: miscetur enim uirētibus humiditas quædam. Porrò succus non tm̄ ex uirentibus folijs exprimitur, sed & ex fructu. Constipandi uim hæc omnia habent tum foris imposita, tum intrò sumpta in corpus, quòd scilicet nondum ullam deletoriam, aut purgatoriam substantiam habeant admistam. A. l. 2. t. 2. c. 446. f. 145. c

Moly.

Moly. "Hoc quidam uocant peganon agrion, hoc est rutam syluestrem. Non nulli Harmolā, Syri Besasan sicut Cappadoces moly, quia radicem habeat nigram, & florem lacteum. Vis eius tenuium partium est, & calida tertio ordine. Vnde & crassos & uiscosos humores dissecat, ac digerit, & urinam mouet. F A. ibi. c. 330.

GALENI DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM FACVLTATIBVS LIBER OCTAVVS.

Qualitates tantùm effectrices simplicium medicamentorum hisce libris tractari: ac quid ex ijs, quæ ante tractata sunt, in memoriam reducendum.

† κατά φύσιν sed forte κατὰ φυτὰ. i. in plantis.

QVantum itaq; reliquum est facultatis † ſm naturam ꝫ id hoc libro dicetur: nec id quidem oē, sed tm̄ effectriciū qualitatū actiones. Nā totius substantiæ plātarū opera postea ꝑ se exponā. Cōmonefactis itaq; lectoribus de ijs q̄ supra tractauimus, nēpe ꝙ cuiusq; simplicis facultatis in maioris minorisq́; rōne discriminationē quatuor ordinibus notauimus: quodq́; ꝑspicuis limitibus cuiusq; ordinis latitudinē circūscripsimus: tū ꝙ inueniē darū facultatū rōnē quādā ac uiā docuimus, horūq́; oīum demōstrationes cōfecimus, ac scopos posuimus, & cuiusq; facultatis īdicādi normas tū peculiares, tū cōes: sic iā reliqua adijciemus, hortantes, siquis sit, qui in superioribus uersatus nō sit, ut aut hæc oīno relinquat, aut si amās laboris est, ab initio prius totū opus perlegat. Siq dē prius q̄ in illis exercitatus fuerit, obscura omnia & demōstrationis expertia uidebūtur dicēda. G

NARDV STACHIS SPICA NARDI

NArdi "Spica excalfacit excessu primo, desiccat secundo iam completo. Cōposita est ex adstringente sufficienter substantia, & acri calida non multa, & quadā leuiter subamara. Ex his constans facultatibus radix & ad iecur, & ad stomachum, rationabiliter conuenit, tum pota, tum extrinsecus imposita. Vrinam ciet, morsus stomachi sanat, in uentre ac intestinis consistentes fluxiones desiccat, ad hæc & eas, quæ in capite & thorace. Valentior est uocata indica, quæ nigrior est, quàm Syriaca uocata. A. ibid. c. 6[illegible] H

Nardus Celtica, hoc est gallica.

Nardus "Gallica iam dictis similis quadātenus in genere facultatis est, cæterum ad omnia imbecillior, præterquā ad prouocandam urinam. Siquidem calidior illis est, sed minus adstringit. A. ibidem.

Nardus Orea, hoc est montana.

Nardus Montana, quæ & Thylacitis, & Piritis nuncupat̄, plurima in Cilicia nascitur, sed prędictis debilior.

Narthex Ferula.

Ferulæ semen excalfacit & attenuat. Cæterùm id quod intus inest, dum adhuc viridis est, qđ medullā uocant, adstringentem qualitatem participat: cuius nomine sanguinem spuentibus, & cæliacis conuenit.

Napy.

Napy calfacit, & desiccat ordine quarto.

Narcissus.

Narcissi "Radix usq; adeo exiccādi facultate pollet, ut & maxima uulnera conglutinet uel ad incisiones usque, quæ circa tendones accidunt. Habet uerò quiddā abstersorium, & attractoriū. A. ibi. c. 503.

Neuras Poterium.

Neuras, quidā poterium uocant. Desiccandi absq; morsu facultatē possidet, adeo ut & neruos

A uos incisos glutinare credatur. Radices eius potissimum eiusmodi uim obtinent. Quin & decoctum earum quidam exhibent ijs, quibus affecti sunt nerui.

Nerium, aut Rhododaphne.

Nerium," aut Rhododaphne, notus oībus frutex, foris q dē illitus digerēdi uim obtinet: Porro si intro corpus assumatur, pernicios⁹, ac uenenos⁹ non tm̄ hominibus, sed plerisque etiam pecudibus est.

Nymphea.

Nympheæ" tum radix, tum semen, desiccandi uim habet citra morsum. Itaq; uētris profluuia cohibet: semenque siue per insomnia, siue alio pacto immodice profluens, retinet. Iuuat porro ēt dysentericos. Cæterum Nymphea, quæ candidam habet radicem, potentioris est facultatis, vt & muliebri medeatur profluuio. Verum & hæc, & ea quoque, quæ atram habet radicem, ex uino nigro austero bibitur. Porro non nullam habent quoque, & abstergendi potentiam. Itaque & alphos sanant, & alopecias: cæterum ad alphos macerantur aqua, ad alopecias, pice liquida. Sed ad hæc aptior est ea, cuius radix nigra est: sicut ad alia, cuius alba.

XANTHIVM

B XAnthium, uocatur etiam Phasganium. Fructus digerendi uim obtinet.

Xyris.

Xyris, quidā Xyrida, tenuiū partiū, attractoriæ, digerēdi, ac nimirū ēt desiccādi est facultatis cū radix, tū multo ēt amplius fructus: Quin quidē, & urinam ciet, & lienes induratos sanare pōt.

Xiphion gladiolus.

Xiphij radix, & maxime altera illa, quę superior est, attrahētē, digerentem, & desiccantem. s. ēt facultatem possidet.

OE SORBVS.

SOrbus" arbor, cuius fructus græce οα uocantur, & à plerisque οῦα cum υ, hoc est sorba, nominantur, adstringentem obtinet qualitatem, sed multo imbecilliorem, quàm mespilus. Proinde sane etiam esui iucunda est, minusque quàm mespilus uentrem constringens.

Oenos uinum.

Vinum ex secundo est ordine excalfacientium: sed quod admodum uetus est, ex tertio: sicut mustum quod uocant, ex primo. Caliditati eius proportione respondet siccitas.

Olynthi grossi.

Grossi acrem, & digerētem uim possident, propter succum totius arboris communem, qui illis inest. Cocti itaque duros tumores discutiunt, crudi uero myrmecias, & thymos eijciunt.

C *Olostium.*

Olostium desiccandi uim habet cum adstrictione: Quamobrē ipsum ad rupta potui exhibēt.

Olyra.

Olyra mediam tritici, & hordei naturam possidet tam ut nutrimentum, quàm ut medicamentum. Ex illis igitur de istis colligito.

Onagron.

Onagron aut onothera, aut onothyris. Huius radix arefacta uinosum quiddam redolet. Sed & facultatis uini est maxime.

Onosma.

Onosma, uel osmas, uel phlonitis, uel ononis, ex acri, & amara constat substantia. Proinde quoque creditur fœtus necare, & eijcere, folijs eius in uino potis.

Onobrychis.

Onobrychis rarefaciendi digerendiq; uim obtinet. Proinde folia eius uirentis etiamnum, illita ad morem cataplasmatis, phymata digerunt: arefactæ uero, si cum uino bibantur, stranguarias sanant. Quin etiam sudores elicit cum oleo inuncta.

Ononis.

D Ononis radicem habet tertio quadantenus ordine excalfacientem. Cortex eius maxime est utilis, habens quippiam & abstersorium, & incisorium. Itaque nō tantum urinas prouocat, sed & lapides confringit. Eadem facultate, & crustas cito detrahit. Vtuntur porro ea quoque & ad dentium dolores, collui uidelicet eam in oxycrato coctam præcipientes.

Oxos acetum.

Acetum" in primo horū cōmētariorū mistæ esse sub̄æ, nempe frigidæ pariter, & calidæ eiusq; utriusq; tenuiū partiū, demōstratū est: Cæterū calidā frigida exuperat. Porro magnā desiccandi facultatē obtinet, adeo ut sit tertij ordinis desiccātiū iā cōpleti, utique cū ualidū extiterit.

Oxyacanthos.

Oxyacanthus." Hæc arbor, ut pyro sylueſtri similē habet speciem, ita & uires non dissimiles. Quin & ipsi fructus, pyri quidē sylueſtris, absolute acerbus est: cæterum qui oxyacanthes, & tenuiū est partiū, & paulum quiddam incisiuum obtinet. Porro arboris huius fructus, pyri sylueſtris fructui similis non est, uerum myrtis, scilicet rubens, & rarus. Habet uero, & nucleos. Porro non esus tantum, sed & bibitus, affectus omnes fluxionum, quos ῥοώδεις Græci uocant, cohibet.

Opus, siue succus.

Opus, siue succus, Cyrenaicus quidē oēs, & caliditate, & tenuitate exuperat, ac proinde etiam

omnium maxime p halitum digerit: quanq; ſane & reliqui admodū calidi ſunt & ſpirituoſi: ſi. E quidem plurima eorum pars eſſentiæ aeriæ eſt, & igneæ. Porro complures habentur ſucci. Quauis nanq; radice inciſa, aut caule, quod ex uulnere craſſum, ac lentum effluit, ſuccus eſt: cæterum ſpecialius, & uelut per excellētiā quandā, Cyrenaicum ita nuncupant, & Medicū, & Syriacum.

Origanus.

Origanus, heracleotica quidē efficacior eſt Onitide: ſed agreſtis, quam quidam panaces heraclium, alij conylen cognominant, ualentior utraque eſt. Omnes uero incidendi, extenuandi, exiccandi, calfaciendique facultatem poſſident: hæcque tertio exceſſu obtinent. Porro ea, quam Tragoriganum appellitant, aſſumpſit etiam adſtrictionis quippiam. A. l. 2. c. 3. 126.

Orobos eruum.

Orobos deſiccat quidem exceſſu ſecundo intenſo, calfacit uero primo. Porro quatenus amaritatis eſt particeps, eatenus incidit, extergit, atque obſtructiones expedit. Cęterum ſi ſumantur copioſe, ſanguinem per urinas euocat. A. ibi. c. 94.

Orobanche eruangina.

Orobanche ſiccæ frigidæque temperaturæ eſt in primo ordine.

Oryza.

Oryza habet adſtrictorium quippiam, quare mediocriter uentrem ſiſtit. F A. ibi. c. 95.

Orchis teſticulus canis.

Orchis Nūcupaī & herba hæc cynos orchis. Radici eius bulboſæ, ac geminę uis ī eſt humida & calida: ac guſtātibus dulciuſcula eſt. Cæterū maior radix multā vī habere humiditatē excrementitiā, & flatuoſam: quapropter epota venerē excitat. Altera uero, minor uidelicet, è contra, nimirū admodū elaborata: ut ſit eius tēperamētū ad calidi⁹, & ſicci⁹ uergēs. Itaq; hæc radix tū abeſt ut ad coitū ſtimulet, ut ēt plane cōtra cohibeat, ac reprimat. Edūtur, bulborū more, toſtæ. A. ibi. c. 96. A. ibi.

Orchis, ſeu ſerapias.

† Quam prior, ſcilicet orchis. Orchis, quē & ſerapida nūcupant, ſiccioré facultatē obtinet, † q̄ ut primi ordinis haberi mereaī: ꝯ quocirca nec pinde ad uenerē accōmod⁹ eſt. Oedemata illitus diſcutit, ulcera ſordida expurgat, herpetes ſanat. Siccat⁹ multo amplius deſiccat. Nam & putreſcētia cōtumaciaq; ulcera ſanitati reſtituit: quippe cum, & ſubaſtringens ſit: ac proinde etiam uentrem exuino potus ſiſtit.

Oſiris.

*Al. coremata. Oſiridi herbæ, ex qua fiunt, & * cacoremata, amara ineſt qualitas, & obſtructiones expedien di facultas. Quare & in iecinore conſiſtentes adiuuat obſtructiones. G

PANCRATION

PAncratium. Radix huius, ſcillæ ſimilē guſtū, & facultatē refert. Quare ea q̄dā pro ſcilla, ſi ea non adſit, utuntur: efficit enim omnia in genere quidem ſimiliter, ſed longe imbecillius.

Paliurus.

Paliuri folia, & radix adeo nō obſcurā habēt adſtringendi facultatē, ut & uentrē fluentē cohibeant: adeoq; digerūt, ut & phymata curent, q̄ quidē nō admodū phlegmonode ſunt, & calida. Fructus porro tantam obtinet incidendi uim, ut & calculos ueſicæ cōminuat, & thoracis pulmonisque excretionibus auxilietur.

Papyrus.

Papyrus ipſa quidē per ſe in uſum medicinalem haud ingreditur. At macerata, aut uſta utilis efficitur. Igit oxycrato uinove macerata recētia ulcera glutinat, maxime in circulū circūpoſita: uerū hic quidē eſt ceu materia, quæ medicamina ſanantia accipiat. At ubi uſta fuerit, medicamē eſt exiccatorium, uelut & chartæ combuſtæ cinis, niſi quatenus infirmior eſt papyri cinis. A. l. 2. c. 126. ad fin.

Panax heracleum.

Panaces heracleum. Ex hoc fit uocatus Opopanax, radicibus eius, & caulibus. ſ. exciſis. Porro opopanax ipſe lōge eſt ad plurimos uſus aptiſſimus, utpote excalfaciens, emolliens, & digeH rens: ponatq; ipm quiſpiā in calfaciēdo tertij ordinis, in deſiccando uero ſecundi. Cortex radicis exiccatoriū ſimul, & excalfactorium eſt medicamentū, ſed minus q̄ ſuccus: quin, & non nullā habet abſtergēdi facultatē. Quare eo quoq; utimur, & ad nuda oſſium, & ad ulcera maligna, & cōtumacia. Sufficienter. n. talia carnē procreant, ſcilicet abſtergendo ſimul, ac deſiccādo, nec ita magnopere calfaciendo: quę oīa ad carnem generandā neceſſaria ſunt, uelut in libris De curā di ratione oſtendimus. Fructus calidus & ipſe eſt, ac menſibus mouendis medicamen accommodū. Cæterū, neſcio quo pacto nunc oēs ex more non panaces, ſed panaca herbā hāc uocitēt. A. ibi. c. 96.

Panaces aſclepium.

Panaces Aſclepium minus eſt calidum ſupra dicto panace: Quamobrem floribus eius, & fructu melli miſtis, ad ulcera, phymata, & phagædenas utuntur.

Panax chironium.

Panaces chironium, & ipſum ſimilem prædicto facultatem poſſidet.

Paronychia.

Paronychia ab effectu nominata eſt: ſanat enim paronychias: ut & refert Dioſcorides, ſauos quoque. Vis eius eſt tenuiū partium, & exiccatoria, morſu uacans. Talia enim ſint oportet, quæ

paronychias

Aparonychias ſanant. Porro ſatis conſtat tale eſſe idoneum ad digerendos affectus omnes, qui digeri poſtulant. Talia enim ſunt, quę, cum ex tertio ſint ordine excalfacientium, & deſiccantium, uelut & hoc, eſſentiæ inſuper ſubtilis ſunt.

Pentaphyllum.

Pentaphylli radix deſiccat uehementer, minimum uero acris eſt. Quare multo eſt uſui: uelut alia quoque omnia, quæ cum ſint tenuium partium, citra morſum deſiccant. Eſt enim hæc radix deſiccatoria ex tertio ordine, minimum habens euidentis caliditatis.

Peplos.

Peplos: quidam uero mecona aphrode. Et hic fruticulus ſuccum habet ſimilem tithymalis, cum in alijs, tum quia purgat ceu illi.

Peplium.

Peplium. Et hic quoque fruticulus ſuccum obtinet ſicut tithymali: naſciturque plerunque ad mare. Radicem habens inutilem, ut & peplos: Succum uero ualidum, nec ipſum admodum utilem: ſed ſemen utile eſt, & * flatuoſum, ſimilite r ut ſemen pepli purgans.

Peperi piper.

B Piperis radix uires coſto ſimiles potiſſimum obtinet. Porro fructus nuper quidem admodum germinantis, longum piper eſt: quare ēt maturo humidius eſt. Humiditatis eius indicium eſt, q facile repoſitū perforetur, ac non protinus mordicet, ſed poſt paulo incipiat, uerum pluſculum duret. Porro fructus q uelut omphax eſt, piper album eſt: nigro quidē acrius. Nam illud iā quaſi ſuperaſſatum eſt, & ſuperexiccatum. Verum utrunque ualenter tum excalfacit, tum deſiccat.

Perſea.

Perſeæ folia adſtringentem uim modice participant, adeo ut queant etiam non nunquam utiliter ſanguinis eruptione affectis partibus imponi.

Periclymenos, uolucrum maius.

Periclymeni utilis eſt tum fructus, tum folia, adeo uehementer incidentis pariter, & excalfacientis facultatis, ut ſi pluſculum bibantur urinam ſanguinolentam efficiant, principio quidē uri nā duntaxat mouentia. Porro foris cum oleo illita excalfaciunt. Iuuāt & lienoſos, & difficulter ſpirātes. Cōpetēs potionis menſura eſt drachmæ unius cū uino. Porro deſiccat quoq; ſemen: & quidam aiunt, ſi copioſius bibatur, ſterilitatem omnimodam bibentibus afferre. Sed & ſunt qui certum dierum numerum ad talem potionem præfiniunt, ut & Dioſcorides, qui ſeptem, & tri-
C ginta tradi eos refert. Hic etiam urinam cruentam reddi a ſexto die memorat.

Periſtereon.

Periſtereon. Appellata eſt inde adeo, quòd in ea periſteræ, hoc eſt columbæ, uerſentur. Vim habet hactenus deſiccantem, ut uulnera conglutinet.

Petaſites.

Petaſites ex tertio eſt ordine deſiccantium. Quamobrem ad cacoethe, & phagedænica ulcera ea utuntur.

Petroſelinum.

Petroſelini ſemen maxime uſui eſt, cum tota etiam herba una cū radice ſimilem, ſed imbecilliorem facultatem ſortiatur. Eſt autem ut guſtu acre cum amaritudine, ſic & in operibus calidū, una cum incidendi effectu. Hinc menſes, & urinas affatim prouocat. Eſt & aphyſon, hoc eſt, flatus extinguit. Fuerit itaque, & ipſum tertij ordinis tum excalfacientium, tum deſiccantium. Porro Cilices id modo petroſelinon appellant, quod natum eſt in amano: ſed id ſmirnium potius fuerit, quàm petroſelinum: non tamen ita multum à petroſelini uiribus abeſt.

Peucedanum.

D Peucedani radice quidem maxime, ſed tñ etiam ſucco, & liquore utimur. Sunt autem omnia hæc eiuſdem ſpecie facultatis: ſed ualentior ſuccus, admodum excalfaciens, & digerens. Quare affectibus oībus citra neruos conſiſtentibus cōuenire creditur, tum morbis in pulmone thorace que ex craſſitudine, & uiſcoſitate humorū proueniētibus. Atq; intro quidē in corpus ſumptus, ſed tñ etiam olfactu prodeſt. Porro q incidat, & extenuet, ſæpe etiam dentium perforatorū dolores cauitati impoſitus protinus ſedauit: quia uidelicet tenuium eſt partium, & excalfactorius. quin etiam lienes induratos iuuat, nempe incidendo, digerendo, atque extenuando craſſos humores. Sed & radice ad hæc uti liceat: quæ & ſquamas celerrime ab oſſibus ſeparat, qui uidelicet ualide deſiccat, minus tamen, quàm ſuccus excalfaciens. Et ulceribus contumacibus remedium eſt optimum arida illita: ipſa enim expurgat, carnem inducit, & ad cicatricem perducit, excalfaciens quidem ordine ſecundo iam completo, deſiccans uero tertio iam incipiente.

Peganon, ruta.

Ruta agreſtis ex quarto eſt ordine excalfacientiū, & ſiccantiū: Domeſtica uero ex tertio. Eſt aūt nō ſolum guſtu acri, ſed & amaro. Ex quo ſane ēt digerere atq; incidere craſſos lētosq; humores poteſt. Ob eam uim & urinas mouet. Quin & tenuiū eſt partiū, flatusq; extinguit. Quare ad inflationes competit, ac ueneris appetitū cohibet: digeritq; atq; exiccat ſane ſtrenue: eſt.n.

Al. πυρῶδες. i. igneum. & ita Dioſco. & Paulus. Quin & Aetius ex Hippo. dicit eſſe diſcuſſorium flatus.

eorum ex numero medicamentorum, quę ualenter deſiccant. Porro quod ſuperius moly, & beE ſaſan nominari diximus, & ipſum utique fuerit ruta ſylueſtris.

Piſſapix.

Pix, ſicca quidē deſiccat, & excalfacit ſecūdo à mediocribus ſiue ſymmetris exceſſu: ac plus deſiccare poteſt q̄ excalfacere. Humida uero e cōtra, plus uidelicet calfacit, q̄ deſiccat: hēcq; nō nullam partiū tenuitatem, qua & aſthmaticos, & purulētos adiuuat. Satis eſt autē cyathi linxiſſe menſurā melli miſtę. Sed & abſtergendi quandā uim hñt, atq; cōcoquēdi, digerēdiq́ue: ueluti & in guſtu ſubamarū quiddā, & acre. Sic leproſos ungues eximūt miſtę cum cera, lichenasq; deter gunt. Concoquunt item duros, & inconcoctos tumores oēs cataplaſmatis inditæ. Ad ea omnia humida ualētior eſt. Arida uero pix, tametſi ad hæc quidē deterior eſt, glutinādis tñ uulneribus magis cōgruit. Ex his itaq; clarū eſt, humidæ pici calidam humiditatem affatim eſſe admiſtam. A. I. 2. 2. 539.

Piſſelæum.

Piſſelæum ex humida pice efficitur, genere quidem illi ſimile, ſed eſſentiæ tenuiorū partium.

Piſtacium.

Piſtacium. In ſyria ubertim hæc planta naſcitur. Fructus eius quodammodo tenuioris eſſentiæ eſt, ſubamarum quiddam, & odoratum habens. Obſtructiones itaque liberat, ſed maxime ieA. ibi. cap. coris, ueruntamen etiam thoracis, pulmonisque.

Pityides.

Pityides. Nominatur ita fructus πιτύων ideſt picearum. At quidā per abuſum ſimiliter quoq; *πεύκης. *pini fructum nuncupant. Miſtam uim obtinent, utpote adſtringētes, & acrimoniam quandam cum amaritate poſſidentes: Quamobrem thoracis pulmonisque expuitionibus conferunt.

Pytis, picea.

Piceæ cortex uincentem habet facultatē adſtrictoriā uſqueadeo, ut & intertrigines belliſſi- *πεύκης. me illitus ſanet, & uentrem potus ſiſtat. Sed & ambuſta cicatrice includit. Porro tedæ cortex illi adſimilis eſt, ſed uiribus tamen moderatioribus. In folijs arboris utriuſq; ut quæ multo ſunt cortice humidiora, uis ineſt ulcerū glutinatoria. In Cono, quanq̄ his ſimilis ſit, ualidior tamē facultas eſt tum in cortice, tum in folijs, adeo ut dictorum nihil probe efficere queat, uerum moleſtā quampiam habeat mordacitatē. Porro fuligo quę ex dictis colligitur, †ad pilos ſuperciliorumζ accommoda eſt: itemque ad angulos oculorum eroſos, lippientes, ac lachrymantes. A. ibi. cap.

† πρὸς πτίλωα βλέφαρα. i. ad depilatas palpebras.

Pityuſa.

Pityuſa. Et hanc quidam ſpeciem putant eſſe tithymali, quòd ſuccum habeat, ut illæ, quòd- G que ſimiliter illis purget, cætera que omnia uiribus illis ſit adſimilis.

Platanus.

Platanus humidioris frigidioriſque eſſentiæ eſt non ita multo, quàm ſymmetra. Proinde fo- A. I. 2. 2. 209. fo. 139. lia uiridia trita, & illita, non obſcure phlegmonas naſcentes adiuuant. Cortex autem, & pilulæ magis deſiccantem uim obtinent, ut ille quidem in aceto coctus ad dentium adhibeatur dolores, pilulę uero cum adipe ad ulcera ambuſta. Sunt autem qui cortice combuſto medicamen deſiccatorium, & abſterſorium efficiunt, ut cum aqua lepras ſanet: per ſeſe autem illitū, ob humorem nimium, ulcera uetera, & ſordida. Vitandus eſt pulus folijs arboris inſidens: alioqui ſi ſpiritu attrahatur, arteriam offendit, ualenter deſiccans, & exaſperans: uocemque lædit, ſicut ſane etiam uiſum, & auditum, ſi in oculos, aut aures inciderit.

Polygonon, ſeminalis.

Polygonon uti adſtrictionem quandam obtinet, ita ſane uincit in eo aqueum frigidum: ut uiA. libi. c. 71. delicet ſecundi ſit ordinis medicaminum refrigerantium, aut etiam quodammodo in initio tertij. Proinde ſane, quibus ſtomachus æſtu feruet, foris frigidū illitū prodeſt, uelut etiam eryſipelata, & calidas phlegmonas iuuat. Porro tale cū ſit, & fluxiones repercutit, & hac rōne uidetur eſſe H exiccatorium. Quam cum herpetum, tū ulcerum, tum aliorum, bonum eſt remedium, tum etiam efficaciſſimum in inflammatis, & fluxione tentatis partibus. Eſt & cruentorum uulnerum glutinatorium. Sed & aurium ulceribus prodeſt: ac, ſi uel plurimum inſit puris, hoc tamen etiam deſiccat. Eaſdē ob facultates ſiſtit profluuium muliebre, ac dyſenteriā, & ſanguinis eiectiones, & undecunq; aliunde immoderatius quippiam feratur. Refert Dioſcorides, quòd & urinam prouocet exhibitum ſtillicidio, & ſtranguria affectis: non tamen exacte diſpōnem diſcriminat, in qua ipſum dari expediat. Porro mas ad omnia dicta quàm fœmina ualidioris eſt effectus.

Polygalon.

Polygalon modice auſtera folia obtinet. Videntur autem, ſi bibantur, lac generare. Itaque ſuperauerit in eo calidum ac humidum.

Polygonatum.

Polygonatum miſtam habet tum facultatem, tum qualitatem: habet enim adſtrictionis pariter, & acrimoniæ quippiam, nec non faſtidioſam quandam amaritatem explicatu difficilem. Quocirca nec admodum eſt uſui, ſed tantum, quòd radicem eius quidam uulneribus illinunt. Sunt etiam, qui næuos in facie illo detergant.

Polemonium.

Polemonium.

A Polemonium, quidam Philaterium: quidam ueluti Cappadoces, Chilio dynamon: tenuium partium eſt, & deſiccandi uim obtinet. Quamobrem quidam radicem eius cum uino ad iſchiadicos, dyſenteriam, lienemque induratum, potui exhibent.

Polium.

Polium amarum eſt guſtantibus, & modice acre. Obſtructione itaque liberat uiſcera omnia: urinamq; & menſes ciet. Ac uiride etiamnum magna vulnera glutinat, & maxime ſpecies eius fruticoſa: aridum cum fuerit, rebellia ulcera ſanat illitum: & magis hoc præſtat, quod minus eſt.

Polium minus.

Polium minus. Quo etiam utimur ad antidotos, nam & acrius, & amarius eſt hoc, quàm maius, adeo ut ex tertio ſit ordine deſiccantium, ex ſecundo autem completo excalfacientium.

Polycnemon.

Polycnemon deſiccat, & excalfacit ſecundo exceſſu. Itaque & ipſum vulnera glutinat.

Potamogeton.

Potamogeton adſtringit, & refrigerat ſimiliter polygono, ſed eſſentia eius craſſior quàm
B polygoni eſt.

Polypodium.

Polypodium dulcem ſimul, & auſteram habet uincentem qualitatem: ut facultatis ſit admodum quidem deſiccantis, citra morſum tamen.

Praſium marrubium.

Praſium, ſicut guſtu amarum eſt, ita ſiquis utatur, conuenientem huic ſapori actionem poſſidet, iecur ac lienem obſtructione liberans, & thoracem pulmonemque expurgans, ac menſes promouens. Sed & illitum detergit, ac digerit. Ponatque ipſum quiſpiam in caliditate quidem ſecundi ordinis iam completi, in ſiccitate tertij medij, aut completi: ſucco eius ad aciei oculorum claritatem utuntur cum melle. Quin etiam, & per nares auriginem purgant: & ad aurium dolores inueteratos adhibent, utique in quibus obſtructionem diſcutere, meatumque ipſum, & ramos meningum ſeu membranarum expurgare, eſt uſus.

Propolis.

Propolis extergentis non ita ualentis eſt facultatis, cæterum admodũ ualenter attrahẽtis: eſt enim eſſentia tenuiũ partiũ. porro excalfacit ordine ſecundo cõpleto, aut certe tertio incipiẽte.

Ptarmice.

C Ptarmices flores quidem ciẽdæ ſternutationis uim obtinent: unde & herbæ nomen obuenit. Totus autem frutex ſi contundatur uiridis, ſugillata, & reliquas ecchymoſes digerit: eſt enim temperies eius calida, & ſicca, uiridis etiamnum ordine ſecundo, ſiccatæ tertio.

Ptelea ulmus.

Vlmi folijs quandoq; recens uulnus glutinauimus, confidentes adſtringentem pariter, & abſtergentem ineſſe illis facultatem. Cortex amplius etiam ſubamarus eſt, & adſtrictorius. Itaque cum aceto & lepram ſanat. Porro uiridis etiamnum, ac recens, ſi uulneribus uinculi uice circunligetur, ea glutinare poteſt. Radices eandem uim obtinent: nam & decocto earum quidam perfundunt fracturas, quæ topho, ſiue callo inducto opus habent.

Pteris filix. Thelyptyris fœmina filix.

Filix radicem habet maxime utilem: latũ. n. lumbricũ interficit, ſiquis eam quatuor drachmis in melicrato ebibat. Ad eundem modum partum uiuum quidem necare, mortuum autẽ eijcere, mirum non eſt. Eſt enim amara, paulum habens adſtrictionis. Quãobrẽ ulceribus impoſita uim habet ualenter deſiccandi: non tamẽ mordax eſt. Similem ei uim habet thelypteris nominata.

Pycnocomum.

D Pycnocomi radix, fructus, folia, omnia digerendi, attrahendique habent facultatem, utpote quæ & guſtu ſunt acria. Folia itaque phymata, & furunculos diſcutiunt. Fructus ualentior eſt, & hæc quidem efficere poteſt miſtus alicui digerentium cataplaſmatum, cuiuſmodi eſt quod ex hordeacea farina conficitur. Palos, & alia id genus infixa ad extimam cutem elicit. Porro radix ad ſupradicta quidem deterior eſt, & infirmior, cæterum bilem flauam purgat.

Pyrethron.

Pyrethri radice potiſſime utimur, cauſticam urentemve facultatem obtinente, qua utique etiam dentium refrigeratorum dolores mitigat. Et ad rigores ante periodum cum oleo confricatur. Ad hæc ſtupidos quoque, quos ναρκώδεις uocant, & reſolutos adiuuat.

Pyros triticum.

Triticum, ut alimentum quidem, quam habeat naturam, non eſt huius inſtituti exponere: ut medicamentum uero foris impoſitum primi eſt ordinis excalfacientium: non tñ nec reſiccare, nec humectare manifeſto poteſt: habet uero ẽt quiddã lentioris, obſtruentisq; naturę. Porro qđ ex eo conficitur amylum, eo tum frigidius eſt, tũ ſiccius. Quod uero ex pane fit cataplaſma, uim hẽt magis digerentem, q̃. quod ex tritico: nimirum cum & ſalem, & fermentum panis adiuncta hẽat: quippe cum fermentum uim habeat attrahendi, digerendique ea, quæ in alto reſident.

RHAMNVS

RHamnus deſiccat,& digerit exceſſu ſecundo:refrigerat in primo completo,aut ſecundo in E
cipiente.Proinde herpetes ſanat,& eryſipelata non magnopere calida. Cęterum ad hæc teneris utendum eſt folijs.

Raphanis radicula.

Raphanis excalfacit quidem exceſſu tertio, deſiccat uero ſecundo. Agreſtis autem in utroq; efficacior eſt. Quin & ſemen ipſum planta efficacius eſt.Facultas ei ineſt digerendi.Itaque ad ſugillata,& alia id genus liuida ob talem facultatem accommoda exiſtunt.

Rheum rha.

Rheum,″ quidam id rha nuncupant, miſtam habet tum tẽperaturam, tum facultatem:habet A.l.2.2.c.
enim quiddã terreſtre frigidum, ceu indicio eſt adſtrictio:& adiũcta eſt quędam caliditas,ſiquidẽ ſi pluſculum mandatur, ſubacre conſpicitur. Quin etiam aereæ cuiuſdam ſubſtantiæ ſubtilis eſt particeps:quod indicat tum laxitas,tum leuitas:non minime uero,& opera. Ob id.n.licet adſtringens,non tm̃ conuulſis,ſed & ruptis,& orthopnœæ prodeſt.Sic quoq; liuentia,& lichenas ſanat illitum cum aceto. Porro ♀ adſtrictionis opera haud inſtrenua ſunt, hinc diſcere liceat,♀ ſanguinem expuentibus, cœliacis; & dyſentericis conferat. Nec enim reluctatur terreſtri frigi- F
do tenue aereum: immo eo quòd deducat, & in altũ perducat, ualentioris effectus cauſa exiſtit.

Rhetinæ reſinæ.

Reſinæ″ omnes deſiccant,& excalfaciunt. Cęterũ inter ſe diſcrepant,♀ plus,ac minus habeãt A. ibi. c.
in guſtu quidẽ acrimoniæ,in facultate uero caliditatis: tum ♀ aliæ plus, aliæ minus, ſortitæ ſunt partiũ tenuitatis:præterea ♀ nõ nullæ adſtrictionis ſunt participes,aliæ nequaq̃. Primas meruit oĩum nõ iniuria Lentiſcina: eã uocãt maſtichen. Nã p̃terq̃ ♀ paucula ei adeſt adſtrictio,adeo vt ſtomachi uẽtrisq̃; & iecoris imbecillitatibus, & phlegmonis conueniat,inſuper illi ineſt morda citate uacans deſiccatio.Minimum.n.acris eſt,& maxime tenuium partium.Inter alias præfertur terebinthina,manifeſtam quidem,non ſimiliter atq; maſtiche,adſtrictionem poſſidens,cæterũ adiunctã habens amaritudinem quandam,per quam magis etiam,q̃ maſtiche digerit.Ob eãdẽ qualitatem ineſt & abſterſio,tanta quidem,ut & pſoras ſanet.Quin etiam quæ in profundo reſident,cæteris reſinis magis attrahit,nimirum cum illis maiorem habeat partium tenuitatẽ. Attamen pinea,& hac etiam magis ſtrobilina,acriores quidem ea ſunt,ſed non magis tamen digerunt,neq; attrahunt. Mediæ inter has ſunt picea, & abietina, acriores quidem quàm terebinthina, minus tamen quàm aut pinea, aut ſtrobilina. Habet porro etiam emolliens quiddam tere- G
binthina.Secundum locum habet in emolliendo lentiſcina: ſicut & cypariſſina acris.

Rhodos roſa.

Roſarum″ facultas ſuperioribus libris pluribus uerbis expoſita eſt,nẽpe ♀ ex aquea ſub̃a cali A. ibi. c.
da miſta duabus alijs qualitatibus,adſtringenti uidelicet,& amarę,compoſita ſit:quin etiam cuius ſit naturæ utraq; amara ſcilicet,& adſtringens,in horum commentariorum quarto declarauimus. Flos earum magis etiam ipſis roſis adſtringit:ac proinde ſane etiam exiccatorius eſt.

Rhodia rhiza radix rhodia.

Rhodia radix, ea uidelicet quæ in macedonia naſcitur,tenuium partium,& digerentis eſt facultatis.In calefaciendo uero ſecundi ordinis cenſenda eſt,aut certe tertij incipientis.

Rhododaphne.

Rhododaphne″ tota ſua eſſentia uenenum eſt,nec tantum homini,ſed pleriſq; pecoribus.At A. ibi. c.
temperie ſane tertij eſt ordinis excalfacientium, incipientis utique,primi autem deſiccantium.

Rhœa malum granatum ſiue punicum.

Malum granatum omne,adſtringentem qualitatem obtinet,nõ tm̃ in oĩbus ea exuperat.Sunt enim inter ea q̃dam acida,quædam plus dulcia,q̃ auſtera.Et ſane quæ ab unoquoq; eorum ꝓ H
cedit utilitas, ſecundũ uincentẽ eueniat qualitatem neceſſe eſt.Dictũ autem in quarto horũ cõmentariorum eſt ſuper dulci ſapore,auſtero,& acido.Itaq; ex illis de malorum punicorum dria liceat colligere. Porro acini ſucco ipſorũ tũ adſtringentiores, tũ exiccãtiores ſunt: his ẽt magis putamina, uocanť aũt ſidia. Adſimilem illis uim hñt Cytini,ſic enim eorum appellantur flores.

† *Paulus Aegin. addit* ″ σκευῶν. *i. uel a naſis, quæ uox etiam hic uidetur deſiderari cum uox in Galeni cod.* κεῖται. *quam interpres non bene uertit inhæret. ſed uertenda eſt, ponitur, magis proprie de naſis, quam de ſtatuis dicatur.*

Rhus.

Rhus″ fruticoſa planta adſtringit,& deſiccat.Nam & coriarij ad deſiccandum,& adſtringendũ coria hac plãta utũtur: ac ꝓinde Βυρσοδεψικὴ Græc.Latine excoriaria appellata eſt.Porro A.ibi.c.
medicis in uſu ſunt in primis fructus eius,& ſuccus multum auſteræ qualitatis.Conſentaneus eſt uſus particularis ipſi guſtus ſenſui. Fuerit itaque, & hoc medicamen ex tertio ordine exiccantium,ex ſecundo uero refrigerantium.

Rhypos ſordes.

Sordes à gymnaſiorum ſtatuis,† in quibus largũ oleum inhęret,digerendi emolliendiq; uim obtinet: In palæſtris aũt, quantum accepit puluerĩs, tantum etiam diuerſa eſt:hanc ſordẽ ῥύπον Græci uocant.Prior cruda phymata digerit.Secunda optimũ eſt phlegmones mãmillarũ remedium.Siquidẽ feruorem earum ueluti igneum extinguit:& quod affluit,repellit:deniq; & quod

A cõtinetur, halitu digerit: conſtat enim ex puluere, oleo, ſorde humana, & ſudore. Ac puluis q̃dẽ emplaſticã uim hẽt, & refrigeratoriã, repercuſſoriãq̃ue: oleũ uero emollit: porro ſudor, & ſordes digerentia ſunt. Cæterũ quæ à ſtatuis corraditur, cũ puluerẽ non habeat, & ab ære æruginẽ quã dam ſumpſerit, non iniuria acrior eſt. Porro huius mentionem m odo fecimus, quod plurimum in ſe ipſo ſit oleoſæ ſubſtantiæ, quæ ex planta originem ſortitur. Sed & ubi de ijs, quæ ab animalibus proueniunt, uerba faciemus, eius tum quoque meminiſſe neceſſe erit, propter ſudorem.

SAGAPENVM

Lib. c. 619. SAgapenum" liquor* eſt calidius, & tenuiũ partiũ, ſicut & alij liquores. Sed & abſterſionẽ quã dam poſſidet, qua oculorũ cicatrices expurgat, atq; extenuat. Quin & ſuffuſionibus, & hebetudinibus oculorũ, q̃ ob humorũ proueniũt craſſitiẽ, nõ malũ eſt medicamentũ: At ipſa Planta ex qua proueniũt, ferulæ aſſimilis, imbecilla, & inutilis eſt. Sane ipſa primũ ſagapenũ appellat: at liquor eius abuſiue hoc nomen obtinet: ceu alia quoq; multa ex noīs defectu p abuſum nuncupamus. Perfectius nanque foret ipſum cognominare non ſagapenum, ſed ſagapeni ſuccum.

*ὑπὸς modo liquor, modo ſuccus, ab hoc interprete uertitur, ſimiliter & χυλὸς: cum tamen clarum ſit ὑπὸν & χυλὸν inter ſe differre, tum ex pleriſque Galeni locis, tum præſertim ex capite de Peuceda no, & ex capite de Ficu.

Sampſycon maiorana.

Lib. c. 466. Sampſycon" tenuiũ partiũ, & digerentis eſt facultatis: deſiccat.n. & excalfacit ordine tertio.

B *Saprotes Xylon, caries lignorum.*

Lib. c. 617. Caries" lignorum, & maxime, quę participant adſtrictionis ſimul, & abſterſionis, uelut ulmus, expurgat, impletque ulcera humida.

Sarcocolla.

Lib. c. 592. Sarcocolla" lachryma eſt arboris perſicæ. Miſtam uim habet ex emplaſtica quadam ſubſtantia, & paucula amara. Itaque citra morſum deſiccat, ac proinde glutinare uulnera ualet.

Satyrium.

Lib. c. 706. Satyrium," aut Triphyllũ humidum, & calidum temperatura eſt: quamobrem guſtu quoque apparet dulce, Attamen recrementiam, & flatuoſam humiditatem poſſidet. Quocirca ad uenerem incitat. Hæc uero & herbæ ipſius radix præſtare poteſt. Porro ut quidam aiunt, ex uino nigro auſtero potum ſanat opiſthotonon.

Selinon apium.

Lib. c. 55. Selinum" uſqueadeo calidum eſt, ut & urinas, & menſes cieat. Flatus quoque diſcutit, & magis ſemen, quàm herba ipſa. Sed & Oreoſelini, & Hippoſelini ſimilis uis eſt: uerum hippoſelinon imbecillius eſt, oreoſelinon ualentius.

C *Seris cichorium.*

Lib. c. 119. Seris" olus eſt ſubamarum, & magis quod agreſte eſt, quod ob id ipſum picrida, hoc eſt amaram, quidam nuncupant: quidã uero cichorium appellant. Eſt autem ea ſiccæ frigidæque temperaturæ, utrunque primo exceſſu. Porro domeſtica magis etiam quàm agreſtis refrigerat: ſed & humiditatis multæ admiſtio ſiccitatem extinguit. Verum utraque adſtringentis qualitatis eſt particeps, uelut & Chondrila: nam & ipſa eſt ſereos ſpecies.

Seriphum.

Seriphũ. Dictũ ſanę de hoc eſt & in ſexto libro in ſermone de abſynthio: eſt enim abſynthio tũ ſpecie, tũ guſtu ſimile. Attamen diſcrepat, guſtu quidẽ, quandoquidem non æque ut illud adſtringat, plusq; excalfaciat, amaritatemq; quandã cũ ſalſedine reſipiat. Facultate uero tũ q; ſtomacho infeſtũ ſit, magisq; abſynthio lumbricos necet, ſiue foris impoſitum, ſiue intro in corpus aſſumptũ. Et ſane calfacere ipſum in ſecundo ordine intenſo cenſendum eſt, exiccare in tertio.

Seſeli.

Lib. c. 616. Seſeli.' Et radix quidem, ſed & fructus uſqueadeo excalfacit, ut admodum urinam mouere queat. Sed & tenuium eſt partium, ut & comitiali morbo, & orthopnœis competat.

D *Seſamon.*

Lib. c. 642. Seſamon" nõ parũ in ſe cõtinet uiſcoſum, & pingue: quare emplaſticũ eſt, & emolliens, ac modice calidum. Eiuſdẽ facultatis eſt, quod ex eo conficitur oleum. Et herbæ quoque decoctum ſimilem uim obtinet.

Seſamoides magnum.

Seſamoides magnum, quod & Anticyricos helleboros appel latum eſt, propterea uidelicet quia ſemen eius ut helleborus purgat, hoc & reliqua facultate helleboro ſimile eſt. Nam & in abſtergendo, excalfaciendo, deſiccandoque, ſimilem illi uim obtinet.

Seſamoides album.

Seſamoidis albi ſemen non nullam item acrem qualitatem continet: ſed multum amarum eſt. Excalfacit itaque, rumpit, & extergit.

Sideritis.

Sideritis habet quidem etiam abſtergendi quandam facultatem, ſed plurima eius pars humida eſt, & mediocriter frigida: paucula uero ineſt adſtrictio. Quare phlegmonem ſedat, & glutinat. Quidam etiam uocant Achilleam ſideritim, quæ propoſitæ quidem, quòd ad iam dicta attinet, uiribus eſt non diſſimilibus, cæterum adſtrictione exuperat. Quare ad ſanguinis eruptiones, dyſenterias, & muliebre profluiuum congruit.

Sicyos edodimos, cucumis esculentus.

Cucumis" Esculentus, pepō quidem, hoc est maturus, tenuioris essentię est: q; immaturus est, crassioris. Sed & abstergendi, & incidendi facultas eis ineſt: quare & urinam mouent: & corpus splendidum reddunt, ac magis quoq; siquis semine, arefacto cōtusoq; atq; cribrato uice pulueris abstersorij, siue ῥύμματος utat. Superat in eis humida frigidaq; tēperies, nō tñ magnopere, sed quasi in secūdo censetur ordine. Attamen siquis, aut semen aut radicem arefaciat, haud etiā humidæ fuerit naturę, sed iam deficcantis, idque in primo quodammodo ordine, aut etiam secundo, sed incipiente. Est & in istis maior abstergendi facultas, quàm in fructus ipsius carne. A. l. 2 t. 2. q. 89. fol. 109. E

Sicyos agrios, cucumis agrestis.

Cucumeris" agrestis tum fructus ipsius succus, quem uocant elaterium, tū nō minime radicis & foliorum ad medicationes perutilis est. Elateriū itaq; menses ciet: & fœtum interimit appositum, ceu alia omnia amara, & subtilium partium, maxime si quam habeant caliditatem, uelut nimirum elaterium: sumpta siquidē amarum est, leuiter calidum: ut ex secundo sit ordine excalfaciētium: Porro tale protinus quoq; digerendi uim possidet. Sic igitur eo angina laborātes inungunt q dā cum melle, aut oleo uetere. Bonum item est regio morbo affectis fusum cum lacte in nares. Sed & dolores capitis sanat hoc usu. Atq; elaterium quidē eiusmodi est: at radicis succus, ut & foliorum, licet elaterio similem uim habeat, imbecilliorē tñ. Sed & ipsa radix adsimilem facultatem possidet: abstergit namque, digerit, atque emollit. Porro cortex ea potentius deficcat. A. ibi. c. 176. fol. 120. F

Silphium laserpicium.

Silphij" liquor calidissimus est: uerum enimuero & folia, & caulis, & radix sat strenue excalfaciūt. Sed oīa flatulentę magis essentię sunt, ac proinde coctu difficilia: foris tñ impositа corpori, efficaciora: & omnium potissimū liquor, admodū trahentem facultatem possidens. Attamen & excrescentias emolliendi, & liquandi uim quandam, propter propositam temperiem, obtinet. A. l. 2 t. 2. q. 52. fol. 103.

*Sison.**

Sison calidius, & subamarus gustu est: Quare, & urinam mouet, & concoquit, mensesque prouocat, omnesque uiscerum obstructiones disijcit.

Sion.

Sion," quantum gustu quoquomodo odoratum est, tantum etiam excalfacientis facultatis est particeps. Sed & digerit, & urinam mouet, & calculos renum frangit, & menses euocat. A. ibi. 51.

Sisaron.

Sisari" radix cocta stomacho grata est, & urinam mouet secundo ordine excalfaciens, adiectam habens amaritatem quandam cum leuicula adstrictione. A. ibi. c. 52. G

Sisymbrium.

Sisymbrium" tenuium partium digerentis, excalfacientis, & resiccantis facultatis est, & temperaturæ in tertio ordine. Sed & semen eius tenuium partium est, & calidum: Quocirca ipsum quidam cum uino exhibent singultientibus, & tormina patientibus. A. ibi. c. 53.

Sisymbrium dictum cardamine.

Sisymbrium, q d quidā Cardaminen uocant, qñquidem Cardamomo simile quiddā gustu p ferert: cū siccū est, tertij est ordinis excalfaciētium, & deficcanti: cū humidū, & uiride, secundi.

Scandix.

Scandix ex agrestium olerum genere est, subacre, & amarum, adeo ut in siccando, & excalfaciendo sit secundi ordinis intensi, aut tertij incipientis. Vrinam ualenter ciet, & uiscera obstructione liberat, ex dictis qualitatibus constans.

Scilla.

Scilla" admodum incidentem facultatem obtinet, non tamen admodum calidam. Sed secundum hoc eam quispiam secundi ordinis censeat excalfacientium. Præstat autem, aut assam, aut elixam sumere: sic enim virium eius uehementia exoluitur. A. ibi. c. 50. H

Scolymos.

Scolymi radix copiosam urinā graueolētē elicit, siquis eā in uino coctam bibat. At proinde graueolentiā sanat, tum alarum, tum totius corporis. Atq; hoc sane, medicamento ex tota ineſt essentia, nimirū cū succus sit purgatorius. At quæ secundum qualitates editur actio, calidum in secundo ordine completo, aut tertio incipiente, medicamen indicat, siccum uero in secundo.

Scordium.

Scordium." Ex uarijs id tum saporibus, tum facultatibus cōstat, nā & amarū quid obtinet, & acerbum, & acre: & maxime scorodo hoc est allio adsimilis eius est acrimonia: unde sane, mea sententia, nomenclaturam sortitum est. Expurgat igitur simulq; excalfacit uiscera: tum menses urinamque prouocat. Præterea conuulsa ruptaque, & laterum dolores ab obstructione, & frigore natos sanat epotum. Denique uiride quidem illitum magna uulnera conglutinat: sed sordida perpurgat, & contumacia ad cicatricem perducit, illitum aridum. A. ibi. c. 44.

Scorodon allium.

Allium" deficcat, & excalfacit quarto excessu. Porro Ophioscorodon agreste alliū est, domestico A. l. 2. t. 2. q. 72. fol. 106.

Astico ualentius, ceu reliqua agrestia omnia.

Scorodoprasson.

Scorodoprasson sicut gustu, & odore mediam scorodi, hoc est allij, & prassi id est porri, qualitatem possidet, ita & uiribus.

Scorpioides.

Scorpioides excalfacit ordine tertio, desiccat secundo.

Smilax.

Smilax" aut Taxus arbor est uenenosæ facultatis.

Ad ibid. c. 248.

Smyrna, myrrha.

Ad ibid. c. 468.

Myrrha" scđi ordinis est excalfacientium, tum desiccantium. Itaque capitum vulneribus illita glutinare ea potest. Inest & amaritas non pauca, per quam fœtum, & lumbricos tum enecat, tũ eijcit. Adest hinc ei & abstergendi potentia. Sic igitur ocularibus miscetur facultatibus, utiq; q̃ ad ulcera & crassas cicatrices præparantur. Eadem de causa inditur & medicamentis, quæ ad tussim veterem, & asthma siue anhelationem, exhibentur. Non tamen arteriam exasperat sicut abstergentium non nulla: uerum adeo moderatam obtinet abstersionem, ut non nulli eã arte-
B riacis, quæ uocant medicamentis commisceant, tanquam sufficienter excalfaciens, & desiccãs medicamen: scilicet abstersionem proficiscentem ab amaritudine nihil uerentes.

*al. βοιωτικὴ.

Smyrna boice, myrrha bœotia.*

Smyrna Boice uim habet excalfaciendi, fundendi, emolliendi.

Smyrnium.

Ad ibid. c. 55.

Smyrniũ" quidẽ Hipposelinũ agreste cognominãt. Ex eodẽ gñe & ip̃m cũ apio est, & petroselino. Fueritq́; apio quidẽ ualidius, imbecillius petroselino. Menses itaq; & urinas mouet, calidũ siccumq́; tertio ordine. Cilices petroselinũ noĩant, qđ in amano nascitur. Est sane & ip̃m smyrniũ, uerũ minus acre petroselino, smyrnioq́ue. Proinde sane ulceribus imponi põt, q a uidelicet sine molestia desiccet. Sed & digerere, q̃ indurata sunt põt. Reliqua uis eius apio, & petroselino similis est. Quocirca & semine eius utimur ad menses, urinas, & astmata, siue anhelationes.

Sonchus.

Sonchus vbi adoleuerit, ex spinosis plantis est. Cæterum uiridis ẽtnum & tener estur perinde ut cætera agrestia olera. Temperamentum eius quodammõ mistum est: constat. n. ex aquea terreaq; essentia, utraque leuiter frigida. Nam & adstrictionis cuiusdam est particeps: & siue ca
C taplasmatis in morem illinatur, siue edatur, manifesto refrigerat. Postea vero quàm plane resiccatus fuerit, terrestre eius temperamentum redditur, modicam habens caliditatem.

Sparganium.

Sparganium & ipsum desiccantis est facultatis.

Spartum genista.

Sparti, quo & vites alligãt, tũ fructus, tũ uirgarũ succus, non instrenue trahentis est facultatis.

Stafilinus pastinaca.

Ad ibid. c. 287.

Staphilinus" satiuus imbecillior, agrestis ad oĩa potentior est. Vrinas mensesq́; prouocat cum herba quidẽ tota, tũ maxime semen, ac radix. Habet porro ẽt abstersoriũ in se quippiã. Quãobrem ulcerum phagædenica quidam folijs eius uiridibus cum melle, quo pura reddant, illinunt.

Stachys.

Stachys, frutex ille Marrubio similis, gustu acri & amaro, tertij est ordinis excalfacientium. Quamobrem rationabiliter non menses solum prouocat: sed & abortum affert, & scđas eiicit.

Stœbe.

Stœbes fructus, & folia maximo sunt usui, adstringendi uim hñtia mordacitatis expertem.
D Sed & desiccant euidẽter in tertio ferè ordine incipiẽte. Quamobrẽ decoctũ eorũ dysentericis iniicit̃, & auribus pure fluẽtibus: & vulnera magna conglutinat. Euidentius hæc p̃stat cum uino atro austero: ualenter. n. desiccat oẽs p̃ter naturã humiditates. Præterea folia uiridia si illinant̃, uim hẽt erumpentis sanguinis supprimendi. Deniq; & oculorũ ex ictu suffusiones illita iuuant.

Stœchas.

Ad ibid. c. 594.

Stœchadis gustu quidẽ qualitas amara est, & mediocriter subadstringens: cęterũ tẽperies cõposita, nempe ex terrena essentia frigida exigua, vñ sane adstringit: & extenuata altera terrena copiosiore, a qua utiq; amara est. Ob utrorũq; vero conueniẽtiã & coitũ, & obstructione liberare, extenuare, extergere, roborareq́; tum uiscera oĩa, tum totum corpus, est nata. Supra nanq; ostensum est, ꝙ quæ ex eiusmodi essentiis constant medicamina, dictos effectus reddere possint.

Stratiote.

Stratiotes aquaticus quidem, humida & frigida facultate est; Terrestris uero nõ nihil habet adstrictionis: Proinde sane & vulnera glutinare potest, & ulceribus esse utilis. Sunt qui eo & ad sanguinis eruptiones utantur, & ad fistulas.

Ad ibid. c. 133. fol. 114 b

Struthion.

Struthii' radice potissimum utimur, utpote gustu acri, & calida siccaq́; tẽperamento, ex quarto

to quodammodo ordine. Sed & abſtergit, & irritat: proinde quoque ſternutationem puocat, E
ceu cætera omnia, quæ calida ſunt temperie, & guſtu acria.

Styrax.

Styrax excalfacit, emollit, cõcoquit. Quamobrem tuſſibus, catarrhis, pituitæ deſtillationib⁹, raucedinibusque ſquas κορύζας, & βράγχους uocant, ſ prodeſt. Tum menſes ſeu potum, ſeu admotum prolicit. Combuſti eius fuligo, thuris fuligini quodammodo eſt ſimilis. A. ibi. c. 123.

Syca ficus.

Ficus aridæ uim habent excalfaciendi ordine primo ẽt completo, aut ſecundo incipiẽte. Habent vero, & partium tenuitatem quandã. Ex iſtis duobus idoneæ ſunt, quæ tubercula dura cõcoquant: ſtatim uero ẽt ea digerunt. Atq; ipſæ per ſe illitæ eiuſmodi uim obtinent. Sed & decoctum earum eiuſdem utiq; naturæ eſt. Verũ ubi magis concoquere conſilium eſt, miſcẽda eſt farina triticea: ubi vero plus digerere, hordeacea: panis horũ in medio. Sed hęc magis ſunt ppria tractatus de medicamentorum cõpoſitione, & rõnis curandi: verũ in p̃ſentia hæc de iſchadib⁹ i. caricis, nouiſſe ſufficiat. Porro ſcire oportet, q̃ q̃ pinguiores ſunt, magis poſſunt concoquere: quæ vero guſtu acriores, magis tum extergere, tum digerere. Cæterum quod ex ijs plurimũ in aqua coctis efficitur, ſimile eſt melli, nõ ſolũ conſiſtentia, ſed & facultate. Porro ficus uirides comeſæ, propter admiſtam humiditatem, facultatis ſunt imbecillioris: ſubducunt tñ aluũ vtræque tum humidæ, tum ſiccæ. Porro ficus caprifici acris, & digerentis facultatis ſunt. Sic etiam domeſticarum Groſſi, ſ Græci uocant ολύνθους: ſ ineſt enim illis non nihil etiam ſucci ex ficu arbore. A. l. 2. t. 2. cap. 276. f. 119. h. F

Syce ficus arbor.

Ficus arbor calidæ, tenuium q̃; partiũ temperaturæ eſt, ceu indicant tum liquor eius, tum foliorum ſuccus. Valenter. n. eorum uterq; calidus eſt. Itaq; non mordicat tñ, aut vehementer abſtergit, ſed ulcerat: & ora uaſorum reſerat: & uerrucas, quas myrmecias uocant, eijcit: ſed & purgare poteſt. Porro ficus agreſtis, quã erineum ſ græce, latine caprificum, ſ nominant, tum opos, tũ ſuccus, ad omnia q̃ ſatiuæ ualentior eſt. Sed & cradæ. i. rami earum adeo ſunt calidi, tenuiumque partium, ut carnes bubulas duras, ſi coquendis adijciantur, friabiles ac teneras efficiant. A. ibidem.

Symphytum Petræum.

Symphyton Petræum ex cõtrarijs cõſtat uiribus: habet enim ſecãdi uim quampiam, qua collectum in thorace pulmoneq́; pus expurgare poteſt: habetq́; etiam quandam contrahẽdi uim, qua eiectionibus ſanguinis auxiliatur: & tertia ad eas ineſt humiditas quędam nõ immodice calida, per quam guſtantibus dulce apparet, & odoratu iucundum. Manſum ſitim extinguit, & arteriæ aſperitates ſanat. Porro ſecundum omnium dictarum uirium miſtionẽ ſimul digerere abũ de poteſt, ſimulque corpora cõtrahere, cõſtringereque: proinde enterocœlijs imponitur: & ad conuulſa, & rupta cum oxymelite bibitur. Porro qui ipſum in uino decoctum ad dyſenteriam exhibent, & muliebre profluuium rubrum, utuntur tanquam deſiccante, & contrahente: qui uero ad nephritim, tanquàm expurgante, & incidente. A. ibid. c. 134. G

Symphytum magnum.

Symphyton alterum, puta magnum, ſimilem dicto uim habet: non tamen guſtantibus dulce eſt, aut odorantibus odoratũ, ſed his ſane à modo ſcripto diuerſum eſt. Cæterũ, quatenus uiſcoſitatem quandã, & mordacitatem obtinet, ſcillæ ſimile eſt. Vtũturq; ad omnia, ad quæ iã dicto.

Sphondylion.

Sphõdylii, fructus acris, & ſecantis eſt facultatis. Itaq; ad aſthma, & comitialem morbũ, aptũ eſt medicamen. Prodeſt & aurigini. Et radix, nimirum adſimilis facultatis, ad eadem accommodatur. Sed & inſuper fiſtularum callos tollit: cæterum imponere eam oportet circumraſam. Porro floris etiam ſuccus ad diuturniora aurium ulcera conueniens reponitur. A. ibid. c. 443.

Schinos lentiſcus. H

Schinos. Frutex hic ex aquea eſſentia leuiter calida uiribus, & terrena frigida non multa, cõpoſitus eſt, ob quam moderate adſtringit. Deſiccat igitur ſecundo ordine completo, aut tertio incipiente: in caliditatis, & frigiditatis dria quodãmodo eſt medius, & ſymmetrus. Similẽ oĩbus ſuis partibus adſtrictionẽ obtinet in radicib⁹, ramis, extremis turionibus, germinibus, ac folijs: p̃terea fructu, & cortice: ac ſi ſuccum ex folijs eius uiridibus exprimas, ſimilis hic ordinis eſt, moderate adſtringens. Itaq; bibitur & per ſe, & cum alijs medicamentis, quæ dyſenterias, & *alui affectus ſanant: Quin & ad ſanguinis expuitiones, ſanguinisque ex utero eruptiones, tum ſedis vuluæque procidentias, idoneus eſt, utpote ad hypocyſtida non nihil prope accedens. A. ibid. c. 443. & 453.

*al. Cœliacos.

Schinu anthos, ſchimflos.

Schinu anthos modice calfacit, modiceque etiã adſtringit, nec plane à tenuitatis natura alienus eſt. Quocirca his de cauſis urinam mouet, menſesque ciet adhibitum ſiue in fomentationẽ, ſiue in potionem. Prodeſt & iecoris, & ſtomachi, ac uentris phlegmonis. Magis eo adſtringit radix. Quod uero florem uocãt, calidius eſt. Porro in omnibus ſuis partibus, in alijs magis in alijs minus, guſtantibus apparet adſtrictio: Proinde medicinis, quæ hæmoptoicis, ſiue ſanguinem reijcientibus exhibentur, commiſcetur.

Schænos.

Schœnos Leæa iuncus læuis, Oxyschœnos, Oligoschœnos.

A Schœnos Leæa, quædam Oxyschœnos, alia* Oligoscœnos nuncupatur. Gracilior durioríque oxyschœnos, crassior laxioríque* oligoschœnos. Fructus* oligoschœni somnum affert. At oxyschœni duæ sunt species: Altera sterilis, cuius quidem in medicina nullus vsus est: Altera uerò fructum fert: conciliat uero, & huius fructus somnum, sed minus quàm* oligoschœni, q̃q̃ tamen hoc caput tentet. Vterque, si fructus cum uino bibatur, uentris fluxus desiccat, & muliebre profluuium rubrum sistit. Ex quibus clarum est, ꝙ composita eorum temperies est, ex terrena videlicet essentia leuiter frigida, & aquea leuiter calida: ut & inferna desiccare possint, & sensim frigidos ad caput vapores submittere, quibus somnolentos efficiant.

* al. holoschœnos.

TERMINTHOS TEREBINTVS

Lib. c. 305. TErebinthi tum cortex, tum folia, tum fructus, adstrictorium quiddam obtinent. Sed & secundo ordine excalfaciunt. Itaque ꝙ etiam desiccent manifestum est, recentes quidem etiamnum humidiq́; modice: sicci vero ordine secundo. Cæterum fructus aridus propinquus est etiam tertio ordine desiccantium: est enim adeo calidus, ut mandentibus protinus eius caliditas percipiatur. Itaque etiam urinam prouocat, & lienibus prodest.

Teutlon Beta.

B Lib. c. 636. Beta nitrosæ cuiusdam facultatis particeps est, qua tum digerit, tũ extergit, & per nares purgat. Cæterum cocta nitrositatẽ oẽm, ac acrimoniam exuit, fitq́; facultatis aphlegmantæ, hoc est phlegmonis aduersæ, leuiter digerentis. Porro ad detergẽdum, digerendumq́; ualidior est beta alba: nam nigra adiunctum habet adstrictionis quippiam, & magis in radice, q̃ alijs partibus.

Teucrium.

Teucrium incidendi, & tenuium partium facultatis est: Quare lienes sanat. Ponatque ipsum quispiam in tertio exiccantium, secundo uero calfacientium.

Tephra Cinis.

Lib. c. 111. c. Lib. 111. c Cinis Combustorũ † lignorum ξ reliquiæ sic nuncupantur, cõpositæ ex contrarijs tũ qualitatibus, tum substantijs. Habet. n. in se partim terrenum, partim uelut æthalodes. i. fauillosum, siue lygniodes. i. fuliginosum, siue quomodocunque quis appellare uolet. Atq; hæ sanè partes sunt tenuium partium, & quæ maceratis aqua cineribus, & percolata unà asportantur, atque abeũt: qd̃ uero reliquum est, terreum est, & infirmũ, & morsu uacans, in lixiuiũ calida facultate depositа. Sed non oĩs Cinis eadem temperatura præditus est, sed pro combustæ materiæ diuersitate C variatur. At nescio, quo pacto Dioscorides oẽs cineres adstringendi habere uim prodiderit, cũ ficulneus eiusmodi oĩs qualitatis sit expers, utpote cũ & ipsa arbor nulla sua parte acerbã qualitatẽ præferat, ceu quercus, ilex, arbutus, fagus, lentiscus, hedera, & hoc genus alia, uerũ plena succo ualido tota sit, eaq́; acri, & calido. Ergo ex acerbis utique lignis factus cinis non parũ adstringit: meminiq́; me qñque, cũ aliud ad manum non esset medicamen, per hunc sanguinis suppressisse eruptionẽ. Verũ null9 unquã ad tale uti ficulneo audeat: siquidẽ hic acrimonię multũ, adurentisq́; facultatis obtinet, mistæ absterſioni: Et utroq; differt ab eo, q̃ ex quercinis lignis cõficitur, tũ ꝙ in eo fuligineũ multo est acrius, tũ ꝙ illis terrenũ quodãmodo subastringens est, in hac abstergens, ueluti in cinere tithymallorũ. Est & calx cineris quædã species, cæterum essentiæ, tenuiorũ partium, q̃ qui ex lignis fit: nimirũ quanto lapides exactius torreri, ut cinis fiãt, postulant. Sed tũ multum & ipsa reliquũ in se habet uelut naturæ igneæ, quod uocant ἐμπύρευμα. Proinde elota medicamen est citra morsum desiccans, magisq́; si bis terve lauetur. Cæterum si marina aqua abluta sit, admodũ digerit. Dicetur porro de ea, ubi de metallicis sermo habebitur.

† In quodam antiquo cod. hæc uox non reperitur.

Telephium.

Telephium exiccandi, & detergẽdi facultate est, nõ tñ insigniter calida: uerum in hoc forsan D quispiam ipsum primi esse ordinis censeat. Desiccat tñ secundo ordine intenso, aut certe principio tertij. Proinde ad putrida ulcera conuenit, & uitiliginem utranque sanat cum aceto.

Telis fœnumgræcum.

Lib. c. 146. Fænumgræcum calidum est secundi ordinis, siccum primi. Proinde feruentes phlegmonas irritat acerbatque: quæ uero minus sunt calidæ, & magis duræ, eas digerendo curat.

Tithymalli.

Lib. c. 421. Tithymalli oẽs uincentem hñt acrem calidãq; facultatem: ineſt uero ipsis amaritas. Validissimus itaque eorum est liquor: secundũ locum tenent fructus, & folia. Sed & radix dictarum facultatum particeps est, sed nõ ex æquo. Sane ipsa cũ aceto decocta dolores sanat dentiũ, maxime q̃ illis erosis ꝓueniunt: At liquores, ut qui valentiorẽ uim habeãt, in foramina quidẽ ipsa dẽtiũ indunt: cæterum si aliam* corporis partẽ cõtingerint, cõtinuo adurũt, ulcerãtque: proinde foris illis cera circũlinit: quippe cũ ex quarto sint excalfacientiũ ordine, quẽ esse adurentium posuimus, sic pilos quoq; succus inunctus tollit: porro cũ uehementior sit, oleo miscet: & si id idẽtidem ac sæpe fiat, tãdẽ prorsum pilorum radices adustæ corrumpũtur, corpusq; debile reddet. Eadẽ facultate uerrucas, quas acrochordonas noĩant, & myrmecias, & pterygia siue oculorum ungues, & thymos auferũt: detergẽtq; lichenes, & psoras, quia. s. & abstergẽdi facultas ineſt ꝓpter amari-

amaritudinẽ. Præterea ulcerũ phagedænica, anthracode, & gangrænode, quia ualẽter tũ excal E faciunt, tũ detergunt, ſi in tpe & moderate utare, iuuare aliqñ poterunt. Verum enimuero & fiſtularũ callos eadẽ facultate eximunt. Cæterum hæc oĩa gñe quidẽ ſimiliter, imbecillius tñ & folia, & fructus p̃ſtare p̃nt. Quibus ſane & ad piſces in aqua ſtagnali capiendos vti aſſolent. Celerrime nanq; ab illis in uertiginẽ acti, ac ſemimortui redditi, ad aquæ ſuperficiẽ ferũtur. Porro cũ ſeptẽ ſint eorum gña, valentiſſimus eſt quem Characian noĩant, quem utiq; ẽt quidam marem cognominant: & fœmina nuncupata Myrſinites; & qui in petris naſcitur ad modum arboris: deinceps qui phlomo adſimilis eſt & Cypariſſias: deinde paralius, ſiue marinus: denique Helioſcopius. Proportione uero comprehenſæ illorum facultatis, & Cinis, & Lixiuium ex ipſis erit.

Tragacantha.

Tragacantha ſimilẽ gummi uim obtinet emplaſticã quandam, & quæ acrimoniam hebetat. A. ibi. c. 22. Et ſane ſimiliter vt illud deſiccat. *Tragion.*

Tragij folia, fructꝰ, lachryma q̃; trahẽtis digerẽtisq̃; ſunt facultatis. Eſt uero & tenuiũ partiũ, & facultate in principio tertij iã quoquo mõ ordinis calida, Stipites & hærẽtia corporibꝰ extrahit, lapides frãgit, mẽſes mouet drachmæ põdere potũ. Porro in Creta ſola naſcit, Lẽtiſco adſimile. Cæterũ alterum tragiũ hoc minus, cuius folia Scolopẽdrio ſimilia ſunt, uiſitur quidẽ mul- F tis in locis: ſed non parum habet facultatis adſtringentis, ut & ad fluxionum affectus cõueniat.

Tragoriganum.

De Tragorigano in ſermone de Origano ſupra eſt dictum.

Tribolos.

Tribolus ex humida eſſentia modice frigida, & ſicca nõ mediocriter, & ipſa frigida, cõponi- A. ibi. c. 32. tur. In terreſtri tñ ſuperat terreũ frigidum, qđ adſtringens oñdimus: in aquatico vero aqueum. Proinde ambo, & contra phlegmonarum gñationes, & oĩno contra omnes influxus, congruũt. Porrò terreſtris ipſius fructus, cum tenuium ſit partium, potus lapides in renibus comminuit.

Tripolium.

Tripolij radix guſtanti acris eſt, & facultate calida in tertio exceſſu.

Triphyllum.

Triphyllum, quidam Aſphaltion, quidam Oxyphyllon, non nulli Minyanthes, ſunt & qui Cnicium uocitent. Prima quidem tria, ab accidentibus frutici: reliqua duo nomina, haud ſcio unde. Vis plantæ eſt calida, & ſicca ut bituminis, cui odore eſt ſimilis, utrinque tertio ordine. Proinde pota laterum dolores ab obſtructione natos iuuat, & urinam menſesque prouocat. G

Trichomanes.

Trichomanes eadem præſtat, quæ Adianthum.

Trycnon ſolanum.

Trychnon quidã p̃poſito, S, Strychnũ uocãt. Eſculentũ quidẽ, qđ in hortis naſcitur, notum A. ibid. c. 36. & 646. eſt oĩbus: utunturq̃; ad oĩa ea, q̃ refrigerari adſtringiq̃; poſtulãt. Poſſũt. n. hęc duo ordine ſcđo. Cæterorum non eſculentorum unũ quidem nuncupatur Halicacabum, fructum hñs ruſum, acino uuæ tum figura, tũ magnitudine adſimilẽ, quo & ad coronas utuntur: alterum uero fruticoſum, a conciliando ſomno Hypnoticum: & tertium, q̃ inſaniam afferat, manicum appellitant. Halicacabũ igitur in foliorũ facultate hortenſi ſolano ſimile eſt, fructum hñs ciendæ urinæ idoneum. proinde cõpluribus facultatibus cõpoſitis, q̃ adiecur, & ueſicã, & renes accommodantur, adiungit. Solani uero Hypnotici, cortex radicis, ſi cũ uino bibat, ſomnũ accerſit drachmæ pondere ſumptꝰ. Sed & cętera quoq; papaueris ſucco perſimilis eſt, niſi q̃ hactenus imbecillior eſt, q̃ ipſe tertij hẽatur ordinis refrigerantiũ, cũ hic poſitus ſit in quarto. Huius ſolani ſemen urinã ciendi ptãtem hẽt. Cæterum ſi plus duodecim corymbis hauſeris, dementiam quoq; adſciſcet. Porro qđ reliquum eſt ex propoſitis ſolanis, ad medicationes, quæ intrò in corpus adhibentur, H inutile eſt. Nã ſi quatuor eius drachmæ offerantur, mortẽ inferent: ſi pauciores inſaniã: una certe innoxie ſumitur, cæterũ nec ipſa utile quid obtinet. Verum ſi foris corpori emplaſtri modo illinatur, ulcera cacoethe, & nomode, ſiue paſcentia, curat. Sed ad talia radicis cortex præfertur, deſiccans ſecundo ordine iam completo, & tertio incipiente: refrigerans ſecundo incipiente.

HYACINTHVS

HYacinthi radix bulboſa eſt ordinis primi in deſiccando: ſcđi uero cõpleti, aut certe tertij A. l. 2. c. 2. & 36. f. 101. incipiẽtis, in refrigerãdo. Itaq; pueros diutiſſime ſeruare impuberes uino illita creditꝰ. Fructus leuiter extergit: & adſtringit. Quãobrẽ & ipſe regio morbo laborantibus exhibet in uino, ordine quidẽ tertio quadãtenus deſiccans, cæterũ in medio cõſiſtens caliditatis, ac frigiditatis.

Hydnon tuber terræ.

Hydna oĩbus nota ſunt. Suẽbam hñt uincentẽ terreſtrẽ quidẽ conſiſtentia, ſed tñ cũ paucula A. ibi. c. 55. quadam partium tenuitate miſtam. A. ibi. c. 55. *Hydropeperi.*

Hydropeperi a locis in quibus naſcit, & a ſimilitudine, q̃ illi cũ pipere in guſtu eſt, nomẽ ſortitum eſt: cæterum non uſqueadeo calidum eſt, quàm piper. Et ſane herba ipſa etiamnum uiridis una cum fructu cataplaſmatis in modum impoſita, ſugillata & tumores induratos digerit.

Hyoſcyamus.

Hyoſcyamus, altercum.

A Hyoſcyamus" cui ſemen atrum eſt, inſaniam ac ſoporẽ affert: Sed is, cui ſemen mediocriter
Aëtius c. 348. flauum eſt, propinquam ei facultatẽ poſſidet. Verũ utriq; fugiendi ſunt, ut inutiles, & uenenoſi, ſeu deleterij. Cæterum cuius ſemen, ac flos candidus eſt, ad ſanationes uel maximè idoneus eſt, ex tertio quodammodo ordine refrigerantium. Porrò flos eius quidem, cui ſemen eſt nigrum, mediocriter purpureus eſt: eius uero, cui eſt ſubflauum, leuiter mali colorem refert.

Hypericum.

Aëtius c. 354. Hypericũ" calfacit, & deſiccat, eſſentia tenuiũ partium, adeo ut & mẽſes, & urinas prouocet: ſed ad hæc totus ſumendus eſt fructus, non tũ ſemen. Porrò cum folijs illitus uiridis ad cicatricem ducit cum alia, tum etiam ambuſta. Cæterum ſi ficca contuſa inſpergas, ſanabis & mollia nimis, humidaque, & putredinoſa vlcerum. Sunt & qui iſchiadicis bibendum exhibeant.

Hypecoon.

Hypecoon refrigerandi uim habet, ex tertio ordine refrigerãtiũ, ut parum abſit a papauere.

Hypogloſſon.

Hypogloſſon inde adeo nuncupata eſt, q̃ ſummis corymbis velut ligulæ quædam exeunt.
B Cæterum radix & ſuccus fruticis emolliendi uim poſſident.

Hyſſopum.

Aëtius c. 356. Hyſſopum' deſiccat, & excalfacit ordine tertio: ſed & tenuium eſt partium.

PHACI, LENTES

Aëtius c. 438. LEntes" valenter adſtringunt: medium tenent caliditatis, & frigiditatis: deſiccant ſane in ſecundo ordine. Ipſum itaque earum corpus deſiccat, & ſiſtit uentrem: cæterum decoctũ prouocat. Proinde etiam prior aqua abijcitur, ubi retentionis cauſa adhibentur.

Phacos, lenticula paluſtris.

Aëtius c. 450. Lenticula" paluſtris humidæ frigidiq; tẽperaturæ eſt, utrinq; ex ſcdo quodammodo ordine.

Phaleris.

Phaleridis herbæ tum ſuccus, tum ſemen, tum folia parari utiliter creduntur ad ueſicæ dolores, ceu in ſeſe habeant quiddam tenuium partium, & calidum.

Phalangites.

Phalangites, ſic appellata eſt, q̃ morſis a phalangijs auxilietur. Eſt autem facultatis tenuium partium, deſiccantis: Quamobrem & tormina patientibus ſuccurrit.

Phlomus Verbaſcum.

C
Aëtius c. 58. Phlomos." Quidam per p literã & ſcribunt, & proferunt. Quædã folijs alba eſt, quædã uero nigra. Et albæ quidẽ mas eſt, cuius folia anguſtiora: fœmina, cuius maiora. Et præter has eſt alia Phlomos, Agria cognominata: flores hẽt aureos & luteos, ſiue melizontas. Sed & alia præter has eſt, quam proprie Phlomida noĩant, & Thryallida. Priorũ itaque duarum radix acerba guſtu eſt, & fluxionis affectibus prodeſt: ſed & ad dentium dolorem eam quidam colluunt. Sane folia digerendi uim hñt: ſic & aliarum folia, & maxime eius, quę autẽ coloris flores obtinet, qua ẽt capillos flauos reddunt. Oĩum. n. folia deſiccandi, & mediocriter detergẽdi uim poſſidẽt.

Phœnix, Palma.

Aëtius c. 87. & 149. Phœnix" arbor adſtrictorię facultatis oĩbus ſui partibus eſt particeps. Igitur ramorum ſuccus auſterus eſt ex aquea ſub̃a tepida, & terrea frigida, cõſtans. Similis naturę eſt Encephalos, quẽ uocant, hoc eſt cerebrũ, ſiue medulla, eſui aptus. At fructus eius, & maxime dulcis, non paucam obtinet caliditatem. Cęterum, cum edendo ſit, multò eſt uſui, non tm̃ foris impoſitus, ubi quid roborare, & deſiccare, contrahere, ſtipare, denſareq; cõſilium eſt: ſed & tanq̃ cibus ſumptus, & ſimul cũ alijs, & per ſe. Porrò quod Elaten uocant, nempe tenerũ illud palmæ germen, eandem
D cum cerebro eius facultatem poſſidet. Quod uero uelut tegumentum eius eſt, adſtringentẽ, & ipſum qualitatem habet, uerum pluſquam dicta omnia exiccat: utpote quod & eſſentię conſiſtentia illis ſiccius eſt, & minimum habet humiditatis. Itaq; iure utuntur illo ad vlcera putreſcentia; miſcentq̃ue medicamentis articulos plus iuſto laxatos contrahentibus: ad hęc facultatibus hepaticis, & ſtomachicis, ſeu intro ſumantur, ſeu foris admoueãtur. Sed & radix plantę deſiccatorię citra morſum facultatis eſt, adiunctum habens & ipſa adſtrictionis quippiam.

Phorbion.

Phorbij ſemine ad leucomata hoc eſt albugines, cum melle applicant. Sed & ſpicula extrahere creditur. Porrò & ipſa herba idem præſtare uidetur. Ex quibus conſtat quòd tenuium partium, & attrahendi detergendiq; potentiam obtinet.

Phu.

Aëtius c. 355. Phu." Odorata quodam modo eſt huius herbæ radix, nardo uiribus ſimilis: ſed tamen ad pleraque infirmior. Vrinas mouet plus, quàm aut Indica, aut Syriaca nardus, perinde ut Gallica.

Phycos Alga.

Phycos humens etiamnum & uirens ex mari exemptus deſiccat, & refrigerat ordine ſecundo: habet enim quiddam modice acerbum.

Phyllitis.

Phyllitis.

Phyllitis,cũ qualitatis ſit acerbæ,nõ ab re diarrhæas,ſiue ꝓfluuia,& dyſenterias,pota iuuat. E

Phyllon malabathrum folium malabathri.

Folium malabathri nardo ſimilem uim poſſidet.

CHALBANE GALBANVM

A. ibi. c.253.

GAlbanũ ſuccus eſt plantæ ferulaceæ,molliẽdi,& digerẽdi vi.Fueritq; ſanè ex tertio ordine excalfacientiũ incipiente,aut ſcdo completo:in deſiccando vero,ex ſecũdo incipiẽte. A.L.2.1.1.cap. 130.fol.144.

Chamædrys.

Chamædrys uincentem habet qualitatem amaram:eſt & quodãmodo acris. Quocirca merito lienes colliquat,& urinas ac menſes prouocat,craſſitudinem humorum incidit, & uiſcerũ obſtructiones expurgat.Ponatq; eam quiſpiam in tertio ordine excalfacientium,& deſiccãtiũ: plus tamen deſiccat,quàm calefacit. *Chamæciſſos.*

Chamæciſſi flos,cum ſit admodum amarus,iecur obſtructione liberat. Daturq; ex coxendice laborantibus. *Chamelea.*

Chamælea uincentem habet qualitatem amaram.Quamobrem admodum ſordida ulcera, & quæ maximas habent cruſtas, cum melle perpurgare poteſt. A.ibid.c.456. F

Chamæleuce.

Chamæleuce calidæ facultatis eſt tertio quodammodo ordine,ſiccæ primo.

Chamæleon.

Chamæleontis radix,nigri quidem,lethale quiddã obtinet. Quamobrẽ foris utiq; uſus eius ad pſoras adhibetur,& lichenas,& uitiligines,& in ſumma,q̃ deterſionem poſtulant: præterea digerentibus,& emolliẽtibus pharmacis cõmiſcetur:& phagedænica ulcera ſanat illita. Eſt.n. ſicca tertio ordine,calfacit uero ſcdo ordine abſoluto.Porrò albi chamæleontis radix ad latos lumbricos potui datur cũ uino auſtero menſura oxybaphi. Exhibent ſane ẽt aqua inter cutem laborantibus adſimilẽ habentẽ temperiem ipſius nigri radici,niſi quatenus amarior, q̃ illa eſt. A.ibid.c.697. & 455.

Chamæpitys.

Camæpitys guſtu quidẽ amarũ ſaporem ualidiorem acri obtinet, effectu uero expurgat,abſtergitq; uiſcera plus,q̃ calfacit.Proinde auriginoſis,& oĩno quibus facile iecur obſtruitur,bonũ eſt remediũ.Quin & menſes ducit tũ pota,tũ appoſita cũ melle. Sed & urinæ mouendæ medicamen eſt . Sunt aũt ẽt,qui eã exhibẽt decoctã in melicrato ijs,qui coxendicis doloribus torquẽtur.Herba porro ipſa uiridis uulnera magna conglutinat,& ulcera putreſcentia ſanat:prẽte rea uberum durities diſcutit.Eſt enim in ſiccando ordinis tertij,in calfaciendo uero ſecundi. A.L.1.1.1.c. 131.fol.114. G

Chamæſyce.

Chamæſyce abſtergendi ſimul,& acrẽ uim poſſidet. Itaque acrochordonas,& myrmecias, caules eius teneriores in modum cataplaſmatis admoti, quiq; ex eis profluit liquor,auferunt. Cum melle uero craſſas oculorum cicatrices detergunt.Sed & hebetudines uiſus a craſſitie natas adiuuant,ſicut ſane & ſuffuſionum principia.

Chelidonium.

Chelidoniũ extergentis admodũ,& calidæ,facultatis eſt.Sed & ſuccus eius ad acuendum uiſum cõmodus eſt,utiq; in quibus craſſum quiddã in pupilla colligitur,digeſtione atq; diſcuſſione indigẽs:Vſi ſunt radice eius quidã ad auriginẽ ab obſtructione iecoris proficiſcentẽ,in uino eam albo potui exhibentes cũ* aniſo.Similiter manſa confert dẽtium doloribus.Porro chelidoniũ minus cum acrius ſit maiore,celeriter illitũ cutẽ exulcerat,vngueſque ſcabros eijcit. Succus eius per nares purgat,ut pote admodũ acer.Itaq; hæc herba quarti quodã mõ ordinis fuerit calfacientium incipientis : maius autem chelidonium tertij eſt ordinis abſoluti iam, idque tum in calfaciendo,tum in ſiccando. A.ibid.c.195. H

Condrila.

Chondrila.Et hanc quidem ſerin nominant.Eſt enim eiuſdem fere cum illa facultatis:niſi q̃ guſtu amariuſcula eſt,ac proinde facultate ſiccantiore.

Chondrus.

Chõdrus eſt ſane nutrimentũ optimũ,ſicuti & triticũ. Sed huius inſtituti non eſt de nutrimento diſtinguere.Verũ ut medicamẽ emplaſticæ facultatis eſt,tẽperie tritico ſimilis,plus tñ illo uiſcoſ:quare ſanè ẽt illo plꝰ nutrit.Eſtq; ceu materia q̃dã idonea excipiẽdis aceto, marĩa aqua, muria,& id genus alijs ualenter deſiccantibus:proinde q̃dã ex genere admodũ exiccãtium eſſe & hoc ſemen autumarunt.Cæterũ chondrus ex numero eſt potius cõcoquentiũ, ut & triticum, quæ minime profecto deſiccant.At ob exiccantium medicaminum admiſtionẽ,cum quod ex illis compoſitum eſt,exiccatorium ſit,medicorum complures in errorem inducti ſunt,ut falsò putarent deſiccationem chondro acceptam ferendam,ijs,quæ admiſta erant, præteritis.

Chryſocome.

Chryſocome,uocaĩ & Chryſites.Radix uincentes hẽt acrẽ ſimul,& adſtringentẽ qualitates: quare nõ admodũ multi uſus eſt. Vſui tñ eſt decocta in melicrato in peripneumonijs, & morbis hepaticis ſiue iecorarijs. Sed & menſtruæ purgationis prouocandæ uim quandam obtinet.

Pſeudo

PSEVDODICTAMNVM

A PSeudodictamnum imbecillis dictamni vim habet.

Psyllium.

Psyllium semen habet admodum utile, ex secundo refrigerantium ordine: in desiccando uero & humectando medium quodammodo est, & symmetrum.

OCIMON

OCimum ex secundo est ordine calfacientium: habet autem recrementitiam humiditatẽ. Proinde nec commodum est, quòd in corpus sumatur: Cæterum foris illitum, ad digerendum & concoquendum idoneum est.

Ocimoides.

Ocimoides. Quidam Philitærium cognominant. Radix inutilis est. At semen tenuium partium, & desiccantis citra mordicationem facultatis est.

GALENI DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM FACVLTATIBVS

B

LIBER NONVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Agit de terrarum, ac metallicorum facultate.

Replicantur quæ de adstringentibus, & combustis medicamentis quarto libro demonstrata sunt.

C QVotquot plãtarũ partes sunt, & fructus, & succi, atq; liquores, supra dicta sunt oĩa. Nunc aũt de reliquis medicamentis, q̃ metallorũ gñe censẽt, quæq; ipsius terræ species sunt, differere ꝓpositum est: post quę deinceps non nihil tractabitur de partibus aĩalium, utique quibus ceu medicamẽtis ad curationes utimur. Cæterum præstare mihi vĩ, cõiter de illis oĩbus præfari, quo uidelicet tum clarius intelligi possint, tũ quæ dicenda sunt, distincte ceu in articulos inaudiantur. Nam si quis in oĩbus sequatur scriptores, siue medicamentorum, siue materiarũ, siue illorum p̃parandorũ, in multis profectò turpissime hallucinabiẽ, & ea quę prę finite, ac determinate a me posita sunt, perperã accipiet. Cæterũ cum duo sint capita cõis orationis iam proponendæ: Alterum est, an sponte nascentium medicaminum, q̃ cõbusta sunt, calidiora arbitrari oporteat, an frigidiora: Alterũ de medicamentis adstringentibus, quorum in gñe esse supra ostensum est tum austera, tũ acerba. Itaq; super his quidẽ in quarto horũ commentariorum uerba fecimus: sed & mõ commemorare satius fuerit, medicamentis adstringentibus facultatẽ, & qualitatem inesse cum aeribus pugnantissimam. Adstringunt. n. acacia, balaustiũ, hypocystis, cytini, galla, rheon, rhus, omphacium, mespila, corna, malicoriũ, myrta. Acria uero sunt euphorbium, allium, cæpa, porrum, napy, piper, gingiberi, smyrnium, origanum, pulegium, calamenthe, & thymus. Reuocandum itaq; in memoriã duntaxat, qualem cuiusq; dictorum percipimus sensum, & protinus sequetur qualitatis eorum diuersitas, quam in quarto libro exposui una cum alijs oĩbus gustus dĩjs. Sa-

D ne contrahunt, constipantq́e, atque condensant sub̃am nostram adstringentia: ac proinde in quamuis corporis nostri partem extrinsecus imposita, continuo illam rugosam & contractam efficiunt, contra q̃ acria, quæ imposita cuti perspicuò eam excalfaciunt, atq; in molem attollũt, rubente colore: ac si diutius immorentur, ẽt ulcerant. Hæc itaque euidenter apparent tum incidere, tum excalfacere, tum ẽt a uicinis partibus ad sese sanguinẽ attrahere: at adstringentia refrigerando, contrahendo, constringendoque, in illis ẽt contentum repellere. Facultas itaq; ad uersissima est adstringentibus cum acribus: nec quæ in gustu apparet qualitas, simile quippiam obtinet. Quid ergo non nullis in mentem uenerit, ut piper, allium, atque adeo acria oĩa, adstringere dicerent, sanè cogitatione assequi nequeo. Nam si ut hæc adstringere dictitant, ita rhũ, balaustium, omphacium, mespilum, & quotquot eius generis, acria cognominarent, diuersa ac cõmutata in nominibus consuetudine, ignaros profecto illos uocum, & earum significatuum, non tamen gustandi, aut olfaciendi carere iudicio, dicerem. Nunc uero cum res duas & olfactu, & gustu, & effectibus suis, contrariam inter sese naturã ostentantes, una appellatione nuncupent, admiranda profecto hoĩum, aut stupiditas est, aut dementia, aut simul utraque: perinde. n. faciunt, atque illi, qui & ignis, & niuis eundem esse sensum aiunt. Atque adeo in quendam quondam incidi, qui præ tam aliena, atque absurda usurpandorum uocabulorum consuetudine, diceret nihil prohibere, quo minus diceretur nix eandem igni habere tum qualitatem, tum facultatem:

tatem:quia videlicet & hæc qñq; uiſa ſit pedes diutius per eam ambulãtium aduſſiſſe. Sane nõ E
paruo tpe opus eſt,ut illis hoĩbus ſordem animi expurges.At quibus nõ in tam profunda igno-
rantiæ caligine degere contigit,ac quãtum horum commentariorum perlegerint,ijs,quæ iam
dicta ſunt,memoriæ cã reperita ſufficiunt, quò diſtinctè noĩa de quaque propriarum rerum ita
inaudiant,quemadmodum*Latinis efferre,Græcisq; mos eſt. Tranſibo uerò ad ſm ſcemma,
ſiue ſpeculationem,haud ẽt de noĩe,& ſignificato eius hñdum,uerum de rei natura.Nam pleri-
que exiſtimant combuſta oĩa ſe ipſis effici frigidiora: alij contra, combuſtorum oĩum augeri
caliditatem exiſtimant:utriq; ſane errantes.Conſpiciuntur.n.liquido quædam calidiora reddi
ta,& ad guſtũ,& ad tactum,& ad eam,quæ in uſu cernitur,facultatem:uelut ſupra dicebam de a-
cribus,& adſtringentibus.Quædam contra ab uſtione minus apparent calida:idq; clare diſcer
nimus tum tactu,tum uſu. Dico autem uſum, ceu ante dixi, cum cuti impoſita, alia calidiorem
rubentioremq; partem efficiunt,alia exanguem & frigidam:& alia molem attollunt,alia cõtra
hunt.Igitur acria multum caloris amittunt uſta:at,quæ eiuſmodi non ſunt,aſſumunt. Sane com
buſtorum omnium nullum plane eſt frigidum:relinquitur.n.in illis uelut ἐμπύρευμα,hoc eſt igni
tio quædam,nam ita uocabat Ariſtoteles. Atq; id eſt,quod per ablutiones detergitur,ex cõbu
ſtorum ſubſtantia ſubtiliſſimum:quod ubi cum aqua abierit, quod uſti reliquum eſt, ſubſtantia F
terrena eſt: ſiquidem humidum omne combuſtio abſumit, reliquum autem terrenum eſt una
cum empyreumate ab Ariſtotele uocato.Hoc ergo ubi per lotionem ablatum,ac ſemotum fue
rit,aqua,in qua medicamen ablutum eſt,calidam adſciuit facultatem,eamq; tenuium partium:
quod reliquum uero eſt,terreum ſimul & frigidum eſt,deſiccare citra mordacitatem potẽs. De
his quidem & ſupra diximus: cæterum nihilo deterius eſt in memoriam nunc ea reuocaſſe,ut
repetita illorum memoria,ſimul quæ dicenda ſunt,exactius quis aſſequatur.

DE TERRAE DIFFERENTIIS

CVm duæ ſint res,q̃ terræ uocabulo ſignãtur,neceſſarium duxi prius eas diſtinguere,ut cla
riora ſint,q̃ dicẽda ueniũt.Altera ſane oĩbus Græcis ſ pariter Latinis ſ maxime cõſueta eſt.
Siquidẽ ubi triticum, hordeum,aut aliud quodpiã ſeminum,q̃ cerealia nũcupantur,ſeminant,
mediocriter humidã eſſe terram oportere aiunt:At ubi uites,ficus,oleas,aut aliã q̃uis arborem
plantant,fugiendã p̃cipiunt tũ eam,q̃ uliginis plane expers ſit,& arida, tum q̃ humida ſit,& lu-
toſa:nam lutum uocant terrã humido maceratã.Tũ qui de colendis agris,ceu georgica conſcri
bunt,in regionũ dr̃ijs atram terrã,argilloſam,arenoſãq̃ue,diſcriminantes efferunt: ſed & pin-
guem terram uocant,ex qua lutũ fit uiſcoſum,ac lentum:alteram uero contra q̃ hanc diſpoſitã, G
q̃ lutum efficiat pinguetudinis expers,& friabile,ut ſic dicam.Atq; hoc eſt unum terræ uocabu-
li ſignãtum,oĩbus uſitatum.Alterum eſt ſolis philoſophis uſurpatum,cum aiunt,elementa cor-
porum eſſe terrã,aquam,aerem,& ignem.Corpus nanque extreme ſiccum, ac frigidum terram
nuncupant. Scd̃m hos ergo nullum compoſitorũ corporum terra cenſetur elementaris: aiunt
tñ ea plurimum hr̃e terræ,puta adamantem, & ſaxa: & quanto corpore fuerint,duriore,tanto
magis ea dñt eſſe terrea,cõtra q̃ agricolæ.Haud.n.quo durior ſit corporum cõſiſtentia, eo plus
terream eſſe dictitant,uerum lapides, & petras plane ad agriculturã eſſe ineptiſſima cõtendũt.
Cæterum eam eſſe terram dñt exactiſſimam,quæ q̃ longiſſime receſſit a ſaxi conſiſtentia:quip-
pe cum & argilloſam, & arenoſam ad pleraq; damnent inutilem.Scd̃m itaque ſignãtum qd̃ a
philoſophis celebratur, tribus finietur generibus terræ dr̃iæ. Siquidem unum eius genus lapis
eſt,Alterum corpus metallicum,Tertium uero terra,quæ colitur: facta apud eos dr̃ia de metal-
licis corporibus,quæ fundi p̃nt,uelut ære,ſtanno, plumbo: hæc.n.quidam aiunt non terræ,ſed
aquæ,plus continere. Attamen cæteri hoĩes oẽs eam dũtaxat terram noĩant,quæ humido ma-
cerata lutum efficitur: De qua utique & ego nunc ſtatui dr̃ias exponere,id modo præfatus, qd̃
propoſita ſectio corporum terrenorum in lapides,metallica,& terram quæ colitur,abſque cor-H
poribus,quæ proprie phyſica,ſeu naturalia noĩantur,dicta eſt. Nam ſi ea accedant, tum ligna
oĩa,& fructuum partes complures,uelut ẽt aĩalium,eſſentia eſſe terrena dicentur: fructuũ qui-
dem partes,ut nuclei oliuarum,& uinacei uuarum,putamina nucum, & conorum, & eius gñis
multa alia:aĩalium uero oſſa,cornua,dentes. Verum de plantarum partibus,quæ terrenæ utiq;
ſunt,& duræ,partim iam ſupra dictum eſt,partim ẽt nunc dicetur: At de ijs,quæ aĩantium ſunt,
infra tractabitur, ubi prius terræ ſpecies abſoluero: licet.n.ea tibi aut differentias, aut ſpecies,
aut ẽt appellare genera.Dico autem hæc,lapides,metallica corpora,terram in lutum ſolubilẽ.
Ac primum omnium dicam ab*Latinis nuncupatæ terræ differentias, quæ commune hoc ha-
bet,ut addita aqua continuò ſoluatur, & fiat lutum. Nam quod a philoſophis ſic appellatur,nõ
habet omnibus commune,ſed illis tantum conſuetum, ac celebratum ſignificatum.

DE DIFFERENTIIS NOMINATAE PASSIM TERRAE

TErram uſitate*Latinis uocari dixi,quæ iniecta aqua ſtatim ſoluitur,& fit lutum. Hmõi er-
go eſt, quam hoĩes ad culturam elaborant, differentias hñs quaſdam ſane ſecundum pro
priam rõnem,dum pinguis eſt,& uiſcoſa,quæ utique omnino,& atra colore eſt:alia uero friabi
lior,& pinguitudinis expers,quam uocant argillam,quæ ſane quodammõ candidior eſt. Atq;
hæ

A hæ contrarijſſimæ ſunt dr̃iæ: Aliæ harum in medio ſunt, alteri atque alteri magis accedentes: at
que adeo quædam etiam, quę ex ęquo ad unguem in medio, pari interuallo ab utraque diſtant.
At aliæ ſunt terræ dr̃iæ ex diuerſi generis corporum natæ cõmiſtione: qua ratione lapidoſæ, &
arenoſæ habentur. Atq; admiſtã talium ſubſtantiã ſegregant largæ aquæ effuſione, ac macera
tione, dum* totũ humidum efficiatur: cũ.n.id effectum eſt, id quod deferr̃, atq; ineſt lapidoſum, * Al. lutum.
atq; arenoſum, id omne ſubſidit, & terra exacta ſupernatat. Tale" quiddã, & in Lẽnia terra uiſit,
quã cognominant quidã Milton lemniã, id eſt rubricã lemniã: & alij quidam Sphragida lẽniã,
hoc eſt ſigillum lemniũ, ob impreſſum uidelicet illi ſigillum Dianę ſacrũ. Siquidẽ hãc terram ſa
cerdos cum patrio quodam honore ſumens, haud mactatis animalibus, ſed tritico, atq; hordeo
piamẽti gr̃a terræ redditis, in urbem cõportat. Quã deinde aqua maceratã, atq; in lutũ redactã,
ubi ualenter conturbauit, paulũq; inde quieſcere ſinit, aquã q̃ ſupernatat, primũ aufert: & mox
quod ſub ea eſt pingue terræ tollit, at reliquum duntaxat, quod ad imũ ſubſedit, lapidoſum. ſ. &
arenoſum relinquit ut inutile, ac ſuperuacaneũ. Porro lutum illud pingue uſq; eo deſiccat, dum
mollis ceræ conſiſtentiã accipiat: huiusq; exiguis acccptis particulis, ſacrũ Dianæ ſignũ impri-
mit: ac poſtea rurſum in umbra ſiccãdum reponit, donec omnẽ planè humiditatẽ mittat, fiatq;
B illud medicis oĩbus cognitũ medicamen, Lẽnia ſphragis ſiue ſigillũ: ſic enim quiddã illã cogno
minant ob impreſſam illi ſphragida hoc eſt ſigillũ: ceu etiã nõ nulli ob colorem, lemniã miltõ,
ſiue rubricã appellitãt. Eundem ergo quem rubrica colorem obtinet, uerũ ab ea differt, ꝙ con-
tactu nõ cõtaminet atq; illa: & ſecũdum collem in Lemno, qui totius colore fuluo eſt, & in quo
neq; arbor, neq; ſaxũ neq; plãta naſcitur, tñ hmõi terra uiſitur. Porro tres eius ſignantur dr̃iæ,
una quã poſuimus terræ ſacræ, quã alij nemini præter unã ſacerdotem cõtingere fas eſt: Altera
uero eius quæ re uera miltos eſt ſiue rubrica· utuntur aũt ea potiſſimũ fabri: Demum tertia eius
quæ extergit, qua utuntur qui lintea, & ueſtes lauant, quibus utique collibitum eſt. Cęterum cũ
& apud Dioſcoridem, & alios quoſdã ſcriptũ legiſſem, Lemniæ terræ hircinum miſceri ſangui-
nem, atq; ex luto qđ ea miſtione conficiebatur, ſacerdotem lemnias quas uocãt ſphragidas tũ
conformare, tũ conſignare, cupiebam profecto, & ipſe miſtionis modum inſpicere, atq; ſymme
triã. Itaq; quẽadmodum in Cyprum nauigauerã uidendorum, quæ in ea ſunt, metallorum gra-
tia, & in Cœlen ideſt cauã Syriã Paleſtinæ partẽ profectus fuerã, bituminis, & aliorũ quorũdã
inſpiciẽdorũ cã, ita nec in Lemnũ enauigare piguit, ut quãtũ ſanguinis terræ admiſceretur, con-
ſpicerẽ. Nã cũ iterum ex Aſia Romã pedeſtri peterem itinere per Thraciã, & Macedoniam, po-
C tius à Troade Alexandria in Lemnũ adnauigaui, nactus illic nauẽ, quę ad Theſſalonicã curſum
deſtinabat. Conueniebã aũt cũ nauclero, ut in curſu Lemno appelleret. Et ſanè ille præſtitit, ſed
nõ ad eã ciuitatẽ, ad quam oportebat. Antea.n. neſciueram duas eſſe in inſula ciuitates, ſed cre-
debam, ut Samus, Chius, Cos, Andrus, Tenus, & omnes adeo, quæ in Aegeo ſunt mari, unã dun-
taxat ciuitatẽ hñt toti inſulæ cognomine, ita & Lemnum nominis ſui unam habere ciuitatem.
Porro ut ex naui deſcẽderã, intellexi ciuitati nomen eſſe Myrinæ: nec in regione ciuitatis illius
aut Philoctetis tẽplũ eſſe, aut ſacrum Neptuni collem, ſed in altera, quæ uocaretur Hepheſtias:
nec ciuitatẽ eã Myrinæ eſſe propinquam. Cumq; me Nauclerus expectare non poſſet, diſtuli,
ut cũ Roma in Aſiã redirẽ, tũ Hepheſtiada uiſerem: id quod feci prout ſperauerã, & propoſue-
ram. Nam ubi ex Italia in Macedoniam traieciſſem, eamq; pene totam pedeſtri itinere pertran
ſijſſem: peruenijſſemq; Philippos, q̃ ciuitas eſt finitima Thraciæ: inde ad mare deſcẽdi quod pro
ximũ aberat centum uiginti ſtadijs: primumq; Thaſon tranſmiſi, diſtantẽ plus minus ducentis
ſtadijs, atq; illinc in Lemnũ ſeptingentis, ac rurſum fermè ſptingentis in Alexandriam Troada
traieci. Ac proinde ſane ex induſtria tum de nauigatione, tum de ſtadijs adſcripſi, ut ſi quem ea
dẽ, q̃ me, caperet Hepheſtiada uiſendi cupiditas, cognito eius ſitu ſic nauigationem inſtitueret.
D In tota nanq; inſula Lemno orientem ſpectat Hepheſtias, occidentem uero Myrina. Et quod à
poeta dictum de Vulcano eſt, qui græce dicitur Hepheſtus, Decidit in Lemnum, propter collis
naturã occaſionẽ ſumpſiſſe fabulæ crediderim: apparet.n. cõbuſto ſimillimus tũ colore ipſo, tũ
etiã quia nihil in eo naſcitur. In hũc itaq; collẽ ſacerdos, quo tempore ego ad inſulã acceſſerã,
egreſſa, certo quodã tritici hordeiq; numero in terrã cõiecto, alijsq; quibuſdã pro religione pa
tria ꝑpetratis, plauſtrũ totũ terra impleuit. Atq; ubi in urbẽ cõuexiſſet, quo dixi mõ, illas fama
hoĩum adeo celebratas Lẽnias ſphragidas ꝑparabat. Viſum ergo mihi erat ꝑcõtari, nũq; d unq̃
antea hircinũ, aut caprinũ ſanguinẽ huic miſceri ſolitũ memoriæ proditum accepiſſet. Quo au-
dito oẽs in riſum ſoluti ſunt, nec ij ſane quiuis ex vulgo, ſed uiri oppido q̃ eruditi cũ in alijs, tum
ꝑcipue in uniuerſa patriæ hiſtoria. Quin, & à quodã librũ accepi quondã ab incolarum quopiã
conſcriptũ, qui oẽm Lemniæ terræ uſum edocebat. Quamobrẽ nec me quoq; piguit huius me-
dicamẽti periculũ facere, acceptis ſphragidũ uiginti millibus. Sed & is, à quo librũ dono accepi,
inter principes habitus, ad multa hoc utebatur medicamine. Siquidẽ ad vulnera tũ uetera, tũ ci-
catrici inducẽdæ cõtumacia: ad hæc, ad morſus uiperæ, atq; adeo oẽs ferarũ morſus: nec nõ ad
uerſus medicamẽta lethalia: nõ antè modo exhibere, ſed & poſt ſphragide uti cõſueuerat: Adde
bat porro, ſeſe periculũ feciſſe medicamenti, qđ quia fructũ iuniperi accipit. Διὰ τῶν ἀρκευθίδων

nuncupatur, cui utiq; indebatur, & terra Lemnia: uomitumq; ciere aiebat, ſiquis cũ etiamnum E
in uentre lethale uenenũ hęreret, alexiterium ſiue amuletum ebibiſſet. Et ſane nos quoq; huius
fecimus periculum in lepore marino, & cãtharidibus, cũ ſeſe tale quippiam accepiſſe homines
ſuſpicarentur: verum hauſto, qđ lemniã ſphragida habebat, medicamento, protinus omne euo
muerunt, nec poſtea ullũ illis accidit ſymptoma eorũ, quę ad leporem, & cantharides, comitari
conſueuerunt, tametſi cõiuncta eſſet pernicioſorum medicaminũ exhibitio. Cæterũ an ad alia
mortifera medicamenta, hęc in quã q̃ uocant deleteria, eandẽ uim habeat medicamentũ, quod
ex fructu iuniperi, & terra Lemnia cõficitur, mihi utiq; ignotũ eſt. At ille ab Hepheſtiade profe-
ctò aſſerebat adeo, ut, & rabientis canis morſum eã ſanare diceret in uino diluto epotam: ulceri
aũt ex aceto impẽſe acri impoſitã. Sed & aliarũ ferarũ ictus ex aceto ſanare referebat, extrinſe-
cus foliis inſuper impoſitis, q̃ putredini reſiſtere didicimus. In primis uero prædicabat Scordiũ,
deinde Centaurium exile, inde Marrubiũ. Porro ſi qñ nos ſane ad ulcera cacoethe, & putrida
terrã lemniã adhibuimus, magnifice profuit. Vſus autẽ eſt pro prauitatis ulceris magnitudine.
Quippe id quod grauiter olet, impendioq; laxum, molleq; eſt, ac ſordidũ, ſuſtinet, ut uel p acer-
rimũ acetum lemnia terra in lutoſam ſoluatur conſiſtentiam, aliorum more paſtillorum, quorũ
* Paſſionis. alius alio utitur: dico aũt Polyidæ, & * Praſionis, & Andronis, & qui nunc dictus eſt, quem Beti- F
num uocant. Siquidem hi omnes ualenter deſiccantes proſunt ulceribus cõtumacibus, ſoluti in
terim quidem in uino dulci, interim ſapa, interim œnomelite, nõ nunquã etiam alborum uino-
rum quopiã, aut fuluorum, aut flauorum prout nimirũ uſus poſtulat: nã de talibus alibi definie-
tur. Similiter uero qñq; ſoluuntur, aut ex aceto, aut uino, aut aqua, aut oxymelite, aut oxycrato,
aut melicrato. Porro Lemnia terra ex aliquo cõprehẽſorũ ſoluta, medicamẽ fit idoneũ tum re-
centibus glutinãdis uulneribus: tũ medendis inueteratis, ægre ad cicatricem uenientibus, & cõ-
tumacibus. Similiter autẽ, & alia quæuis terra pharmacodes ſiue medicamentoſa. Neceſſe enim
erit diſtinguere, ſicuti ſupra, ab elemẽtari terra, in qua, & lapides cõprehendebantur, eam quæ
in lutum ſoluitur: ſic nunc ab ea, q̃ colitur, medicamentoſam. Nihilo enim deterius erit ita eam
cognominaſſe, qua ad curationes utimur: tametſi eius quoq; quæ colitur, ſi qua pinguis eſt, cõ-
moda eſt ad curationẽ earum oĩum partium, quæ deſiccari poſcunt. Vnde ſane ea, & Alexan-
driæ, & per Aegyptum utuntur multi ſua utiq; ſponte ac iudicio, multi uero etiam moniti ſom-
nijs. Vidi.n. Alexãdriæ quoſdã aqua inter cutẽ laborantes, ac lienoſos, Aegyptiæ terrę luto utẽ A. Lutio
tes, multos, q̃ ſibi ſuras, femora, cubitos, brachia, tergũ, latera pectusq; inungererẽt, ac p ſpicuo aqua ſeruã
iuuarentur. Eundem in modum, & ueteres phlegmonas, & laxa œdemata adiuuat lutũ hoc. No- G
ui ſi quidẽ quoſdam, qui ex immodica per hęmorrhoidas euacuatione turgẽtes effecti, ac tumi-
di, non obſcurè fuere adiuti. Sed & quidam diutinos fixosque parte quapiam dolores perpeſſi,
luto hoc plane perſanati ſunt: deſiccandi nanque uim terra quæuis poſſidet. Quoniam uero cor
pus eius natura ſiccum eſt, & quando prorſum igneæ ſubſtantiæ miſtionis eſt expers, ita deſic-
cat, ut minime ſit mordax, ad quod tamen etiam proficit ſi lauetur.

{DE TERRAE LOTIONE}

CAeterum lauatur terra omnis ad eundẽ modũ, quo propoſitũ eſt de Lemnia. Primũ quidẽ
maceratur aqua, quæ nullam hẽt medicamentoſæ qualitatis ſuſpicionẽ. At ubi lutũ cõſede
rit, dffunditur q̃ innat aqua: deinde qđ poſt ipſam erat, ſegregat à lapidoſis atq; arenoſis quę ad
imum reſederunt. Ac ſi exercitatũ habeas guſtandi ſenſum, ipſe iudex eris accuratus, quã opor-
tea t terrã lauare, quã nõ. Nam quædã lauari non deſiderant, quædam etiam bis terq; elui expo
ſcunt. Ac lemniam quidẽ paratam accipis ſemel à ſacerdote lotam, quæ iterum ablui nõ exigit.

{DE TERRA SAMIA}

AT Samiã ne lauari quidẽ opus eſt. Vtimur aũt altera eius ſpecie magis, quã Samiũ Aſtera A. Aſtera
cognominant, ad ſanguinis expuitiones undecunq; natas, uelut etiam Lemnio ſigillo. Ea- H
dem ui iuuant ſanguinis ex utero profluuia, & uocatum fluxum muliebrem. Quin, & proſunt
exulcerationibus dyſentericis, antequã putreſcentia euadant ulcera: Nomas id genus affectus
appellare medicis mos eſt, ab eo q̃ putredo depaſcat, & ad uicinas partes ſerpat, {qđ græce dr
νέμεσθαι, }una cum primũ uitiata, & ipſas, corrũpens. Tametſi ẽt iſtis qñque ſum uſus Lemnia, &
palam profuit tũ per ſedem infuſa, tũ epota: utiq; antea, quod facere ſolemus, ulceribus melicra
to meraciore prius ablutis, poſterius uero muria. Inijciebatur ergo per ſuccũ arnogloſſæ: bibe-
batur uero ex oxycrato aquoſo. Sed nec paulo quopiã efficacioribus uidetur eſſe uiribus Lem-
nia terra, q̃ Samia: quare nec ea, q̃ iã phlegmone tentari cœperit, uim eius perferũt, ſed clare ir
ritãtur, atq; exaſperantur, potiſſimũ ſi uir ſit habitus mollioris {quẽ malacoſarcõ Græci uocãt. }
At à Samia adeo nõ exaſperat ulla ſic affectarũ partiũ, ut ẽt mitigentur, maximè q̃ humidiores
ſunt, & laxiores, uelut ubera, teſtes, adenes. Idonee autem utaris terra eiuſmodi, ſi ubi ad læuo-
rem re degeris per aquam, tantũ admiſceas olei roſati boni, quod miſtione ſua medicamentum
à reſiccatione prohibeat. Sed & commodum utileq; eſt, ubi ſic præparatum fuerit, ad alias quo-
que phlegmonas calidas, & bubonas incipientes, & fluxiones podagricas, & ſummatim ubi re-
frigerare ſtatutum eſt mediocriter cum mitigatione, ac lenitione: vt euidenter appareat uim

A Samiæ mediocriter eſſe refrigeratoriam. Quin & magis quodãmodo aerea eſt eius eſſentia col
lata ad Lemniam: cuius argumentum eſt leuitas. His itaq; notis, & omnem aliam terram medi-
caminoſam æſtimato. Dico autem notas conſiſtẽtiæ, tum leuitatẽ, tum grauitatem, prętereaq;
in guſtu aſperitatem, ac leuitatem, ad hæc tenacitatem, & abſtergendi potẽtiam. Tenax. n. & vi
ſcoſus eſt Samius after, cum & Lemnia ſphragis eiuſmodi paululum quiddam habeat." Abſter
ſoriam quoq; facultatem moderatã obtinẽt & Selinuſia tera, & Chia: quãobrem mulieres quę
dam ad faciem ijs utuntur. Oſtẽſum autem eſt in tertio libro de ratione curandi, q̃cquid leuiter
abſterget, producendæ ulcerum carni eſſe idoneum. Id aũt ſi etiam deſiccet, cicatrici inducẽdæ
habile eſt. Porrò omnium ex his aptiſſima ſunt, & ad ulcera quæ in ſumma cute cõſiſtunt, & ad
ambuſta, illa, quę cùm citra morſum exiccant, tum neq; manifeſto excalfaciũt, neq; refrigerãt.
Quocirca terra Selinuſia, & terra Chia pulcherrima ſunt ad ambuſta ulcerũ remedia. Expoſcũt
enim ea moderatiſſimè extergentia medicamina, abſq; inſigni, aut calfactione, aut refrigeratio
ne: quod utique ineſt, tũ Selinuſiæ, tũ Chiæ, tum Samiæ terræ. Dictum eſt aũt, ꝙ & huius ſpecies
eſt after quẽ uocãt, reliqua terra hoc p̃ſtans, ꝙ uiſcoſum quiddam ac tenax obtineat. Quocirca
ꝙ, cùm ad alia ulcera, tum ad ambuſta pertinet, alijs terris q̃ tenacitatem non hñt, conferendus
B non eſt. Siquidem ſubſtantiã tenacitas magis reddit emplaſticã, quãut ſinat abſtergere: ſcilicet
vbi nulla utique alia adſit acrimonia uiſcoſo tenaciq́; corpori: vt in uiſco cernere eſt. Attamen
Chia, & Selinuſia terra inferiores ſunt Samia ad phlegmonas, in mãmillis, teſtibus, atq; inguini
bus incipientes: tametſi ubi inopia eſt aliorum, q̃ ſummè proſunt, nec ipſæ planè ineptæ ſunt, &
incõmodæ. Porrò Cimolia cum miſtæ ſit facultatis, partim refrigerat, partim ẽt digerit, ſed leui-
ter. Proinde dum lauatur, hanc facultatẽ deponit, atq; exuit; abſq; ablutione verò ſm utraſque
agit facultates, ceu alia quoq; compoſitorum medicamentorũ plurima, digerentia pariter & re
percutientia. Porrò utranq; facultatem facile indicat, dum illi miſcenẽ humores naturæ cõtra-
riæ. Nam ſi miſta ſit repercutientibus, refrigerantibusq́; lutum quod ex ipſa, & illis conficit, re-
frigerans repercutiensq́; efficit: ſin digerentibus, & ipſum digerens. Sic ambuſtis conuenit. Atq
idiotæ quidam protinus aceto maceratã illinunt. Sed in tali uſu nõ impenſe acre ſit acetũ opor-
tet: ac ſi tale ſit, aquam miſcere p̃ſtat. Et illud mihi ſemper memoria teneto, ceu cõe omnis ter-
ræ leuis. Omnes. n. ambuſta iuuant, continuo illitæ ex aceto, aut oxycrato, nimirum bullas exi-
ſtere prohibentes. Cæterum contemplandum inſuper eſt, corporis curandi quæ ſit natura ſiue
habitudo, dura ne an mollis: id in uniuerſum præ oculis habendo, corpora mollia ualentiũ me
C dicaminum uim haud poſſe perferre, dura uero poſſe. Sed hæc huius inſtituti non ſunt, uerũ co-
pioſius exponentur, tum in tractatu De cõponendis pharmacis, tum in libris de facile parabili-
bus. Præſens aũt narratio à principio id ſtuduit, ut gñales inueniret facultates. Quibus animum
intẽdens quiſpiam, cõplura habiturus eſt ad particularis uſus copiã, utiq; ſi utendi eorum uiam
ac rationem inſuper adiunxerit, atq; edidicerit. Quare immorandũ non eſt. Verum quod antea
dictum eſt, nunc in memoriam reuocare oportet, nempe terrã ipſam expertem miſtionis ſubæ
generis alterius, uim habere citra morſum deficcãdi. Atqui cum nullum reperire corpus queas
miſtionis ad unguem expers, inſpicienda item eſt eorum, quæ illi accidunt commiſtio, idq́ue ſm
leuitatis & grauitatis dr̃ias, easq́; quæ in guſtu uiſuntur. Nam ſi qua eluceat adſtrictio, tm̃ aſſum-
pſit frigiditatis, quantum habet & adſtrictionis. Sin etiam acrimonia quædam appareat, tm̃ in-
eſſe ſcito caliditatis, quantum & acrimonię. Similiter in leui, & graui uidendum: cum leuitas illi
inde proueniat, ꝙ larga & copioſa in tota eius tẽperie aerea inſit ſubſtãtia: grauitas uero quan
to maior ſit, tanto itidem ſyncerior terra exiſtat. Terræ proprium eſt, ꝙ igni admota non fun-
datur, aut liqueſcat: id quod accidit plumbo, ſtanno, argento, & auro, Itaq; cum terrã audis ⸢ab
argento⸣ nominari argyriten, uel ⸢ab auro⸣ chryſiten, uel ⸢à ferro⸣ ſideriten (nam ita nuncupant
D quidã illas, quæ ex metallis ſumuntur) haud putes ꝑ totũ terræ immiſtum eſſe argentum, aurum,
aut ferrum: ſed contingere, cõiunctasq́; eſſe paruis terrę particulis immiſtas particulas paruas:
in chryſite quidẽ quæ ab auro dicitur, auri: in argyrite, quæ ab argento, argenti: in Siderite, quæ
à ferro, ferri: easq́; ab igne in fornacibus fuſas coire ad inuicem. Eundem in modũ quæ uitrum
continet terra, arenoſa eſt: in arena. n. potiſſimũ eiuſmodi ſubſtantiæ fruſtula reperiuntur ſæpe-
numero parua. Et qui earũ rerũ periti ſunt, cõſpectis arenis talibus, haud difficulter cognoſcũt,
quantum ex eis colligi queat uitri. Sed & auri quoq; fruſtula exigua frequenter non paruo nu-
mero in quibuſdam inueniuntur arenis. Verũ nõ ex quauis arena, qui negotio huic ſunt dediti,
aurũ uitrumq́; extrahunt: ſed eas eligunt arenas, quę quã minimo impendio plurimũ cõgerunt.
Siquidem poſt multos ſumptus, quos in fornacibus inſtruẽdis facere neceſſe eſt, ſi paulũ modò
colligeretur ſubſtantiæ, damnoſum id ipſis eſſet. Itaq; cũ in plurimis arenis auri uitriq́; fruſtula
parua cõtineantur, qui talia callẽt, nõ ad qua ſuis accedũt. Ad eundem modum neque æs, aut ar
gentum, aut ferrũ, aut ſtannum, plũbumve ex quauis terra colligunt. Nec tñ ubi dictorũ quodq;
ab admiſta terra ſeparauerint, quæ reliqua eſt, alijs terris eſt ſimilis, quas paſſim ſic ab oĩbus nũ-
cupari propoſui, q̃ cõmunem habent notam, ꝙ irrigatæ facile ſoluantur in lutum: nã terræ quæ
in metallis eſt, reliquæ lapideæ fiunt, † nec macerari, rigarive poſſunt. Dico aũt rigari, per totã

† Al. ἄπηκτον, ideſt nec liquari poſſunt.

ſubſtantiam humectari: madeſcere uero, extima tantum ſuperficie madefieri, haud ēt in altum E
penetrāte humore. ¶ illud τὸ ἐγγίσθαι, hoc βρέχεσθαι, Græci appellitāt. ¶ Sic fit Cadmia, quā uocāt,
lapidea, nec ipſa rigari potis. Sed de talibus corporibus infra diſſeret. Nunc rurſum ad medica-
minoſam, terrā reuertor, quæ proinde ꝙ aqua irrigata facilè in lutum ſoluitur, terra appellatur:
quia uero ea utimur uelut alijs medicamentis, idcirco nō iniuria græcè pharmacis, ideſt medica
minoſa, ſola uocāt: nēpe ꝙa aūt ſola eſt eiuſmodi, aut euidentiorē q̄ alię, uim medicaminoſam
poſſidet: Id qđ ſanè uerum eſt. Nominatur autem Ampelites, non ꝙ uitem in ea ſerere præſtet,
ſed ꝙ uiti circunlita interimat naſcētes in ea uermes, quos ſcnipas apud nos uinitores cognomi
nant. Naſcuntur porro hi ineunte uere, cum germinare uites, turgereq̄; earum pars unde germē
exit (quem oculum nomināt) incipiunt. Hos igitur oculos ſcnipes depaſcentes, non leuem uiti
noxam afferunt: ac proinde oculorum iſtorum radices, qui hæc ſapiunt, inungūt ac illinunt. Hac
itaque ratione ampelites & pharmacites, id genus terra appellata eſt, uel ex eo ꝙ ſcnipas ꝑdat,
quantū habeat facultatis medicaminoſæ indicans. Sed & à reliqua terra, qua ad curationes uti-
mur, multum diuerſa eſt, quippe q̄ proxime ad lapideam perueniat: quamobrem miſceri eam
in medicaminū ſcriptionibus comperies, ubi exiccare atque digerere quid opus eſt. Nec enim
mordacitatis expers eſt, nec moderata, nec mitigādi uim obtinet, uelut chia, ſamia, & ſelinuſia. F
Atq; de cimolia quidē dictum eſt, ꝙ illis paulo ſit ualentior, ueruntamen etiam morſus expers,
maxime ſi ēlota ſit. Cretica" uero terra iſtis quodammodo aſſimilis eſt: uerum admodum imbe- A. ibid. c. 47.
cilla eſt, multum habēs ſubſtantiæ aereæ. Ineſt tamen ei uis extergendi: quamobrē ea homines
uaſis argenteis ſordidis ſplendorem recuperant. Itaque & hæc tibi uſui fuerit ad ea omnia, ad q̄
alias ſine morſu extergentes idoneas eſſe poſuimus. Harum omnium lemnia ualentiſſimas ui-
res obtinet: ſiquidem & adſtrictio ei quædam ineſt. Porrò Eretrienſis hac etiā ualentiorem poſ
ſidet, hactenus tñ, ut nondum mordicet. Quòd ſi lauēt, ualde moderata efficitur, non ſecus atq;
ſupradictæ. Expedit uerò hanc terram non ſemel, ſed bis terque lauare, ut & cimoliam. Quin &
urunt eam quidā, quò uidelicet eſſentiæ reddant ſubtilioris, & acrioris, ut & ad digerēdi poten-
tiam tranſeat. Cæterum ſi uſta lauetur, tunc depoſita in aquam acrimonia ſubtilitatem quidem,
quam ex toſtione acquiſiuerat, retinens, deſiccantior conſtituitur. Quocirca cum uſtionē non
experta, cōmuni ratione terræ cuiuslibet, ulceribus ſit accommoda, magis certe iam cōgruit &
ad ea, quæ carnem ſibi reſtitui ægre patiuntur: & ad ea, quæ ad cicatricē difficulter perueniunt,
ſi poſtquam combuſta fuerit, abluatur. Porrò cum duæ eius ſpeties ſint, ea quæ colore eſt cineri A. Lib. 2. tract. 4. fo. 143.
cio, illi quæ admodum albida eſt, præfertur. Eſt & alia terra dicta pnigites, tota quidē facultate G
cimoliæ aſſimilis, cæterum colore diuerſa. Eſt enim atra, perinde ut ampelites. Porrò uiſcoſita
tem & tenacitatem non minorem q̄ ſamia terra obtinet, immo nō nunquā etiam maiorē. Cęte
rum durāte hac immani & graui peſte, allata" ad me & alia q̄dā terra eſt ex Armenia, ea, q̄ Cap-
padociæ finitima eſt, ſiccātior, colore pallido. Lapidem, ꝙ donarat, nō terrā, appellabat: prom
ptiſſimeque in læuorem ſoluitur, ceu etiam calx: ſic enim uidelicet nuncupo petram combuſtā.
Verum uti nec in illa arenoſum quippiam apparet, ita nec in Armenia. Nā poſtea quam in mor
tario piſtillo cōminuta eſt. adeo eſt lęuis, nec plus eſt lapidea, q̄ aut calx aut Samius aſter: tamet
ſi non æque ut aſter læuis eſt. Itaque illo etiā magis conſpiſſata eſt, minusq; aeria: quamobrem
opinionem ac phantaſiam præbet ijs, qui negligentius intuentur, quaſi lapis eſſet. Cęterum, qđ
ad præſentia attinet, nihil intereſt, lapidē an terram uocites, ſi id modo teneamus, ꝙ ſumme de
ſiccat. Siquidem ad dyſenterias, & uentris profluuia, tum ſanguinis expuitiones, & catarrhos, ad
hæc ad putreſcentia oris ulcera in primis cōpetit. Quin & eos magnifice iuuat: quibus ex capi-
te in thoracē fluxio decumbit: quamobrē illis, quibus ex tali occaſione aſſiduo difficilis eſt anhe
litus, ualide prodeſt. Sed & eos, qui phthoe laborant, adiuuat: ulcus enim eorū deſiccat, ut haud
etiā tuſſiant, niſi in uictu peccetur non leuiter, aut ambiens derepente ad intemperiem recidat. H
Ac mihi uidetur, ꝙ, ſicut in fiſtulis ſæpe conſpeximus, non in alijs partibus duntaxat, ſed in ipſo
etiam ano, ut citra collyrij immiſſionem, ſed ſordem & callum auferet, ipſo duntaxat deſiccan-
te medicamine cōtraherentur ac clauderentur, ita quoque in pulmonis cueniat ulcere. Siquidē
& ipſum ab exiccantibus iuuari medicamentis perinde conſpicitur, utiq; cum mediocre eſt nō
admodum magnum. Itaque uiſi ſunt quidā eorum, qui talia habebant, prorſum eſſe liberati. Ac
quidā, qui Roma in Lybiam talē ob cauſam profecti ſunt, plane ſe ſanos eſſe credidere: & ſane
uſq; ad annos aliquot inculpate tranſigebant: poſtea uero cū non pari degerent cura & cautio
ne, reditus morbi apparuit. Hos ergo, ut dixi, bolus Armenia euidenter adiuuit: Quin & eos qui
Romæ agunt, qui aſſiduo difficultate ſpirandi diſcruciantur, magis etiam. Porrò in magna hac
peſte, cuius eadē facies fuit, atq; eius, quæ Thucydidis memoria graſſabatur, quotquot hoc me-
dicamen bibere, celeriter curati ſunt. At quibus non profuit, omnes interiere, ſcilicet cum nec
alio quouis iuuarētur. Vnde colligitur quod ijs duntaxat nō fuerit auxilio, qui plane erant incu-
rabiles. Cæterum bibitur ex uino albo, cōſiſtentia tenui modice diluto, ſi aut plane febri careat,
aut leuiter ea teneatur: ſin grauius febriat, admodū aqueo. Non tamen calore uehementes ſunt
febres peſtilentiales. Porrò de ulceribus reſiccari poſtulantibus quid attinet dicere, quantā uim
habeat

A habeat bolus hæc armenica? Liberum eſt autem utcunque appellare uelis, ſiue lapidem, ut is q̃ mihi donauit: ſiue terram, ut ego, quandoquidem humidis rigari patitur.

EX LAPIDIBVS

EX ſponte natis corporibus ſunt & lapides, hoc diuerſi à nuncupata uulgo terra, q̃ rigari nõ ſuſtinent. Vires hũt partim ſm totius ſubę proprietatem, partim ſecundum qualitates effectrices. Porro, ut hæc inter ſe differant, ſuperius docui. Nunc autem ſermo nobis eſto de illis, quæ ſecundum effectrices agunt qualitates: in quibus ſane eſt, & utẽdi ratio, ac methodus. Siquidem, ut oſtendimus, facultates, quæ proprietatis totius ſubſtantiæ ratione inſunt, à methodo, ac rõne alienæ ſunt, & per ſolam noſcuntur experientiam. Nam cur hic lapis, tacto uulnere, unde ſanguis prorumpit, curſum eius reprimat, ac ſiſtit, haud nouimus: Ac cur lapis, quem uocãt Hęmatiten, in oculares facultates indatur, haud latet: nam id rationis inuentũ eſt. Si enim in cote oculari eum teras cum aqua, donec mellis craſſitiẽ accipiat adſtringentem facultatem ſi guſtare uo
lueris percipies. Atqui didiciſti, q̃ phlegmonas etiãnum gliſcentes, potiſſimum q̃ contingunt in partibus neruoſis, reſtrigentibus medicamentis repercutere oporteat: at ubi haud ẽt ſanguis in partem affluit, adſtringentibus medicinis, quæ digerant adiungere, & ſenſim ad ipſa ſola trãſi-
B re. Atq; de hmõi quidẽ facultatibus in lapidibus differemus, ubi ea prius in memoriam reuocarimus, de quibus fuſe locuti ſumus in libro contra eos cõſcripto, qui inſultãt ijs, qui uoce ſolæciſmum committũt. Nam horum quidam λίθον § quæ uox lapidem Græcis ſignificat § maſculino genere efferri non ſinunt: uerum ſi dicas, ἔμβαλλον τὸν λίθον ἐπὶ τὸν κύνα, nõ aliter uociferãtur, q̃ ſi ipſis in caput lapis eſſet cõiectus: uelut etiã ſiquis dixerit τὸν δρῦν § quercum ſonat, § exclamant tanquã fuſte percuſſi. Itaq; ſi quis eorũ ſua ſu cõſueta medicis nomina mutare in animum inducat, dicẽs τὴν λίθον, τὴν αἱματίτην, & τὴν πυρίτην, & τὴν γαλακτίτην, & τὴν σχιστὴν, ut curioſus ſane, & ſtolidus damnabitur: nimirum cum ueteres ex more oẽs maſculine efferant eorũ differẽtias, αἱματίτην, πυρίτην, γαλακτίτην, μελιτίτην, γαγάτην, σχίσον, φρύγιον, ἀράβιον, μεμφίτην. E cõtrario uero τὴν πέτραν fœminine ꝓnunciãt, nõ τὸν πέτρον maſculine. Nã ἀσίαν πέτραν, non ἄσιον πέτρον nominant λίθον ἄσιον hoc eſt lapidẽ aſium, ceu etiam aſiæ petræ florem. Porro ex petra cõbuſta calcẽ fieri dicunt. Attamẽ Heraclides Tarentinus, & alij non nulli nõ ex quouis lapide calcẽ fieri uolunt, ſed ex ſola petra, nuncupantes ita per excellẽtiã ſolũ, qui ſit lapidum duriſſimus. Equidẽ ego uel ex induſtria, & ſtudio conſueui, mutatis inuicem nominibus, utroq; modo talia effer
re, de quibus inutiliter nõ nulli rixantur, id re ipſa cõmonſtrans, nihil offendi enarrationis cla-
C ritatem, utrouis modo quis dixerit. Cęterum mirandũ non eſt, qui ignorant enarrationis ſecundum naturam, aut unam ſolam habendam uirtutem, ipſam ſcilicet perſpicuitatem, ac claritatẽ, aut certe omnium aliarum primam, atque optimam, ſi ad tantas uertantur nugas. Itaque de ijs lapidibus primum differam, qui mortarij, aut cotis attritu in liquorem, ſuccumve ſoluuntur.

Ciſeris pumex.

Cæterũ ſi pumex inter lapides recẽſeri poteſt, & ipſe eiuſdẽ eſt facultatis, q̃d certe ad abſterſionẽ attinet, uelut ẽt figulina teſta, ac multo magis ea q̃ fornaciũ eſt. Sed Smiris acrimonię q̃dã obtinet: Proinde cauſticis, & deſiccantibus facultatibus à q̃buſdã miſcẽt, eisq; q̃ curãt gingiuas laxas, ac mollitione fluidas. Pumex aũt ſi cõburatur, haud erit inferior eoſdẽ ad uſus Smire.

De lapidibus, qui in ſpongijs reperiuntur.

Lapides" qui reperiunt̃ in ſpongijs, frangendi uim obtinent, nõ tñ ita ualidã, ut lapides in ueſica cõminuant: & qui id ſcriptum reliquerunt, mẽtiti ſunt. Verũ qui in renibus conſiſtunt, rumpunt, uelut qui ex Cappodocia conuehuntur, quos in Argæo* naſci aiunt. Soluuntur ãt hi in ſuc- * *Al. Argalo.*
cum colore lacteum: ex quo liquet, q̃ extenuãdi uim obtinent, abſq; ut inſigniter excalfaciant.

Oſtracites, & geodes, & cotis naxiæ ramentum.

D Porrò oſtraciten uocatum lapidem prædicare quoſdam audio quaſi deſiccandi ualenter facultatem obtineat, temperatam ex adſtrictione, & acrimonia: Velut Geodem nomine, pupillas expurgare, & uberum, teſtium q̃; phlegmonas ſanare, ex aqua uidelicet inunctum. Attamen Cotis Naxię ramentum mammas uirginibus ſuo tempore prohibet tumeſcere, & puerorum teſtes, tanquam uidelicet particeps facultatis refrigeratoriæ.

Ophites, & uitrum.

Sed" Ophites quem uocant, lapis, uſtus extergendi confringendiq̃ uim poſſidet, Ceu etiam uitrum. Admodum enim ipſum ex uino albo, ac tenui epotum lapides ueſicæ conterit, atque confringit. Verum ipſum in lapidibus quiſpiam forte non numeret.

Iaſpis uiridis, & lapis omphacites, & hieracites, & indicus.

Proprietatem" non nulli lapidibus quibuſdam teſtimonio ſuo adſcribunt, qualem re uera hẽt Iaſpis uirens, nẽpe ſtomachũ adhæſu, uentrisq; os adiuuans. Ac nõ nulli quoq; ipm anulis inſerũt, ſcalpuntq; in eo draconẽ radios habentẽ: uelut rex Nechepſos memoriæ ꝓdidit in quarto & decimo libro. Sane huius ego quoq; lapidis abunde feci periculum. Torquẽ. n. ex huiuſmodi lapillis confectũ à collo ſuſpẽdi, ita ut lapides os uentris contingerent. Apparebant ãt nihilo ſe cius prodeſſe, etiãſi ſculpturã nõ haberent, quã ſcripſit Nechepſos. Porro lapidem* Omphatitẽ * Al. Ophiten.

vir fide dignus re uera iuuare morſos à uipera ſuſpenſum retulit. Sed eiuſmodi facultates extra
usum ſunt methodo conſtantem: Velut etiam cum Hieracites, & Indicus profluentem ex hęmor
roidibus ſiſtunt ſanguinem.

Sapphyrus.

Sed & Sapphyrus ictos à ſcorpio epotus iuuare creditur.

Aphroſelinus.

Et Aphroſelinus quē uocant, comitiali morbo uexatos: non tamen nos experti ſumus. Sunt uero & alij lapides non nulli, qui aduerſus quædam ſuſpenduntur. Cæterum quidam, characte
res quoſdam, & literas inſcriptas habent ſicut qui hæmorroidibus cōgruit Hieracites, cuius nos
fecimus periculum. Sed non eſt nunc tempus de illis diſſerere, qui ſola experientia fidem ha-
bent, ac non rationali quadam methodo in uſum ueniunt: aliud de his tempus erit, & locus.
Nunc autem ad id, quod ab initio nobis toto opere propoſitum fuit, reuertor.

Thytes Dioſcoridis.

Omnium dictorum lapidum ualentiſſimā uim habet is, qui ex Aethiopia affertur, quadante-
nus ſubuiridis, ut iaſpis quem uocāt. Soluitur hic lapis in ſuccum colore lacteū, guſtu uero mor-
dacem: ac proinde illum nemo ocularibus miſcet facultatibus, nec fluxiones repercutientibus,
neq; vlcera ſanantibus: ſed tantum ad purgandum, & abſtergendum, quæ pupillam offuſcant
abſque phlegmone, ex quibus ſunt cicatrices recentes, quas attenuare poteſt. Sed & oculorum
vngues Græci pterygia uocant, utique ſi non admodum duri fuerint, exterget.

Iudaicus.

Eſt & alius lapis uiri ualentioribus in Palæſtina Syria proueniens, colore candido, ſpecie
concinna, lineas habens ceu torno ductas: appellitant eum à loco, in quo naſci conſueuit, Iudai
cum: Vtunturque ad ueſicæ lapides, in cote ſoluentes, & ex aquæ calidæ tribus cyathis potui
præbentes. Sanè in quibus nos experti ſumus, proficit nihil, quod ad lapides ueſicę pertinet: ue
rum ad eos qui in renibus hærent, efficax eſt.

Pyrites.

Vnus eorum, qui ualidā facultatē poſſidēt, eſt & Pyrites quē uocāt, quo utimur digerenti em-
plaſtro admiſto: adijcit ei, & ſchiſtos. Ab hoc medicamine, & pus ſæpenumero, & cōſiſtētia gru
moſa in ſpatijs intermedijs muſculorū nata, per halitū digeſta ſunt. Cæterum lapides oēs ubi in
uſum uocantur, admodū uehemēter cōtuſi, atq; ad leuorē redacti ſint oportet, ſimiliter atque ea
q̄ in opthalmicas facultates admiſcentur. Etenim niſi pollinis inſtar comminuantur, adeo vt in
profundū corporum, quibus applicātur, ſubeāt, aſſimiles manēt iſtis marinis, & fluuiatilib⁹ are
nis, q̄ & ipſę cōmunem omniū lapidū uim poſſident. Siquidem exiccāt tumētē ab aqua inter cu-
tē carnē, uidelicet laborante in eis excalfactis decumbente. Non tñ ad aliud quippiam eis uti-
mur tanq̄ p̄dictis, puta ad ophthalmicas, & ſiſtentes tum ſanguinem, tum muliebre profluuium
facultates: p̄terea ad glutināda ulcera, cicatrice claudēda, carne implēda. Nā q̄ ex eis acres non
ſunt, ad hæc oīa ſunt utiles: velut & acres, quorū poſterius mētionē faciā, ad detergendū abſter-
gendūque tum detrahendum, extenuandū, digerendū, valenterq̄; ſiccandum, & colliquandum.

Phrygius.

Huius facultatis habetur, & Phrygius quē uocant. Sed eo ſemper vtor combuſto quidem ad
ulcera putrida, idq; aut ipſo p ſe, aut ex aceto, aut œnomelite, aut oxycrato: ad oculos uero me-
dicamentorū ſiccū efficiens, qđ multi nunc acccptum à me obtinent. Miſcent ei, & alia q̄piā. Di
cetur autem de ipſo in opere de Cōponendis pharmacis. Nunc ſatis eſt de generali eius faculta
te explicuiſſe: Valide enim deſiccat, habens quiddam adſtrictionis ſimul, & mordicationis. Dic-
tum uero ſuperius eſt, ea eſſe omnia optima medicamina plurimique uſus, quæ miſtas in ſeſe
haſce duas facultates habent, nempe repecurtientem, & digerentem.

Ageratus.

Eſt aūt lapis ageratus quē uocant, quo utuntur coriarij, facultatis miſtæ, adſtringentis. ſ. & di
gerentis. Sed de ſola adſtringente conſiderādum. Iuuat quidem euidēter columellas phlegmo-
ne grauatas, non tamen apertam guſtu adſtrictionem præferre, aut acrimoniam conſpicitur.

Aſius.

Eſt & alius lapis in aſſo proueniēs, quē ob id ipm Aſion cognominant, nō durus, ut petræ. Si
q̄dē color illi eſt, pariterq̄; conſiſtentia ceu tophi, friabilis, & laxus. Innaſcit ei quiddā farinę te
nuiſſimæ ſimillimū, qualis in molarū parietibus adhęrere uiſit. Appellitāt hoc medicamētū pe-
træ Aſiæ Florē. Eſt uero, & ſubtiliū partiū, ut ſine morſu nimis molles carnes, ac fluidas eliquet.
Petra uero in qua naſcit, tametſi uim hēat illi ſimilē, actionis tñ uehementia inferior eſt. Hoc. n.
ea potior eſt flos, non tñ, q magis colliquet, ac digerat, & uelut ſale cōdita ſeruet, ſed & q a hæc
præſtet abſq; uehemēti mordicatione. Habet & ſalſedinē quādā in guſtu hic Aſię petræ flos, ut
coniectura ſit illū naſci ex eo, q ros quidam ex mari in petram reſidēs; poſtea à Sole deſiccetur.

Gagates, & Thracius.

Eſt & alius lapis colore atro, qui ubi igni admotus fuerit, pſimilē bitumini odorem exhibet:

quem

A quem Dioſcorides,non nulliq; alij in Lycia inueniri prodiderũt ad fluuiũ noïe Gagaten:vnde & ipſi lapidi nomenclaturã inditam dicunt. Ego tñ eum fluuiũ non uidi,tametſi parua nauicula totius Lyciæ littora legerim, quo uidelicet,quæ in ea ſunt inſpicerem.Cruſtaceos uero lapides nigros, & qui in ignẽ additi exilem flãmam ederent,complures ex Cęle Syria aſportaui,natos in colle,Mortuum mare quod uocãt circundante,qua orientẽ ſpectat,ubi & bitumen eſt,eratq; lapidum odor ſimilis bitumini. Vtebarq; eis ad inflationes in genu diuturnas,& egre curabiles, miſtis uidelicet facultatibus, q̃ ad hoc ſymptoma probatæ fuerãt:planeq; uiſus ſum mihi euidẽtiorem earũ facultatẽ reddidiſſe: Miſcui uero ipſum, & barbaro quam uocãt:& palam medicamentum effectũ eſt exiccantius, adeo ut & ſinus contraheret, nedũ cruenta vulnera glutinaret, ad quæ competere maxime creditũ. Eſt & alius lapis,cuius meminit Nicander hunc in modum,

Si lapis utatur candenti Thracius igne,&
Poſt madefiat aqua,flagrabit totus:at idem
Mox oleo affuſo penitus reſtinguitur. Adfert
Thracius hunc ad nos paſtor de flumine,nomen
Cui Pontus

B Verum nullus eius in medicina uſus eſt:neque Nicander præter graueolentiam, quæ ſuffitu feras fugat,quicquam ei adſcripſit.

Magnites,quæ & Heraclea magnes.

Ex″ lapidibus unus eſt,& magnites,& Heraclea quã uocãt,adſimilẽ Hæmatiti uim obtinens.

Arabius.

Attamen Arabius quẽ nominãt, lapis,elephãti ſimilis,deſiccãtis,abſtergẽtisq; facultatis eſt.

Alabaſtrites.

Et Alabaſtrites uocatus vnguis, in medicinæ uſum ingreditur combuſtus. Quidam eum bibendum dant ſtomachicis.

Smiris.

Sed & uocata ſmiris quòd multam abſtergentem habeat facultatem, clarum eſt, uel ex eo, quòd dactylioglyphi hoc eſt qui anulos exculpunt, eum in uſum illo utantur. Quin etiam quòd dentes puros efficiat,experti ſumus.

Hæmatites,galactites,& melitites.

Porrò″ talium quoq; unus eſt Hæmatites quẽ uocant, à coloris ſimilitudine id appellationis C ſortitus: Sicut,ꝙ Galactites, qñ & ipſe in ſuccum ſolutus,lacti ſimilis cõſpicitur.Huic autẽ colotiadſimilem ſuccum efficiens,Melitites à mellis ſimilitudine,quod guſtu repræſentat,nuncupatus eſt.Porro oſtenſum in quarto horum commentariorum eſt,ꝙ ſuccus oĩs dulcis à temperato calore talis eueniat,adſtringens uero à frigore. Habebit ergo lapis Hæmatites tantum frigiditatis,quantum hẽt adſtrictionis:Melitites uero calorem temperatũ:mediã autem utriuſque temperiẽ,Galactites.Merito itaq; auſi ſunt medici ocularibus facultatibus lapidem miſcere Hęmatiten.Ac ſolo eo uti poſſis palpebris exaſperatis:ſi quidẽ cũ phlegmonæ aſperæ ſint redditę,ex ouo ipſum diluens: ac ſi magis, etiam per decoctum fœnigræci: ſin uero citra phlegmonem, ex aqua. Incipito uero ſemper à modice humido per ſpecillum infundens:ubi autẽ ꝙ uires eius ferat conſpexeris,magis ac magis craſſum efficies:ac tãdẽ adeo craſſum facies,ut ſpecilli cuſpide inungas ſecundum ſubiectionem,aut euerſionẽ palpebræ.Hic idẽ lapis ſimiliter in cote contritus ſanguinis expuitioni competit,omnibusq; ulceribus .Porro ſiccus ſi ad tantum redactus fuerit læuorem, ut pollinem tenuitate æquet, reprimit excreſcentia. Atq; eo nullus ſolo,atq; ꝑ ſeſe utitur. Ego uero ad ea, quæ dixi, uſus ſum,facultate eius ex guſtus qualitate comperta,cum mox experientia periclitari uellem,nunquid recte coniecíſſem. Et ipſa quidem oculorum ulcera ſo-D lus per ſe cicatrice includit, ut paulo ante comprehenſum eſt attritus, cęterum, aut affuſus, aut inunctus:nam & id experientia exploratum habeo.

Schiſtos,ac multi alij lapides.

Huic lapidi perſimilem uim obtinet,uerum infirmiorem,is qui uocatur Schiſtus:ac poſt eum Galactites. At Melitites caliditatis etiã non nihil,ut dixi,adiunxit. Vt itaq; unuſquiſq; leuiter,ac ſenſim ab Hæmatitis facultate recedit, ita ad oculos in uſum ducitur:eſt tñ mitior. Porro mitiora remedia partibus ẽtnum phlegmone afflictis ſemper gratiora ſunt atq; iucundiora:cæterũ liberis iam phlegmone partibus,infirmiora,q̃ q̃ ꝑſanare ualeant.Porro cum lapidibus oĩbus cõmune ſit,ut deſiccent:quotquot ex ijs in ſuccũ ſoluti,aut alioqui ad læuorẽ triti,nullã euidentem qualitatẽ in guſtu obtinent, hos putãdũ eſt eſſe tũ infirmiſſimos, tũ mitiſſimos,tũ minime mordaces.At,qui manifeſtã guſtui qualitatẽ offerũt,hi pro qualitatis proportione potẽtiã poſſidẽt, ac ſi quidẽ adſtringant, ad comprimendum, conſtringendũ,ſpiſſandum,& contrahẽdũ:ſi uero mordicent, ad excalfaciendum, digerendum,& liquandum:medij eorũ ſunt,qui abſtergent citra adſtrictionem,aut mordicationẽ. Igiẽ Hæmatites, Schiſtos, Galactites,ac Melitites,in ſuccũ ſoluunt̃, quo poſui mõ, ad cotẽ, aut mortariũ attriti, cũ ſint,& alij lapides in ſuccum ſolubiles,vt qui in Aegypto naſcitur,quo utuntur ad ſplendorem linteis conciliandum.Eſt autem omnium

dictorum minime qualitatis particeps, nec adstrictionē, nec morsum, nec abstersionē præ se fe- E
rens. Quocirca hoc ipsum duntaxat lapidi huic inest, ꝙ desiccet uidelicet. Proinde cerato cū mi-
scentes, ad cicatricem ulceribus inducendam in mollibus corporibus usurpant. Sed & ocularibus miscetur facultatibus perinde ut modo dicti: At quanto est maiore emolliendi ui, q̄ p̄dicti,
ꝙ nullam uidelicet effectricem qualitatem habeat, tanto etiam moderatior est, magisque dolorem leuat. Hunc lapidem quidam Moroxum, non nulli leucographida nuncupat.

METALLICA MEDICAMENTA

METallica medicamēta appellare medicis mox est, quorum gnatio in metallis est, siue spōtanea, siue per fornacē facta. Et ad hæc tertio loco sunt, quæ rursum homines ex his ipsis præparant quouis mō, uelut cerussam, p sorycum, sandica, phycum. Deinceps itaq; de singulis dicetur ea serie literarum, qua quodq; nomen incipit. Verum illud primū de omnibus illis dicemus cōmuni p̄fatione, quale de lapidibus paulo ante habuimus, & his ēt superius de terra medicaminosa. Nā uti illis id inter sese oībus cōmune est, ut desiccēt, ita metallicis quoq; medicamētis oībus: est enim essentia eorū terrea, secundū elementaris uidelicet terræ significatum nūc loquēdo. Sed quēadmodū à nobis ex terra figulina, & dolia, & fictila, ollæq; & alia eiusmodi, parā
tur, per ignē, qui torrendo humiditatē absumit, durata: eundē in modū in terra, caliditate diuti- F
na mistā ex terra, & aqua, non nunq̄ ēt aere, substantiā uniente temperāteq; ac postea desiccāte metallicorum medicamentorū proueniunt cōsistētiæ. Porro locorū in quibus hæc ꝓueniūt, natura, prout plus minusq; est frigida, alia plus alia minus congelat, ac cogit. Quēadmodū itaq; in terræ differētijs plurima inest essentia terrę elemētaris, paulū uero aeris: ita in metallicis multum immistū est igneæ substāæ. In medio eorum sunt lapides. Proinde pleraq; metallicorū medicamentorū alia semel, aut bis, alia uero frequētius lota, idonea sunt ad desiccātes sine morsu facultates. Atq; hæ sunt cōes rōnes, quas de his oībus præscire oporteat. Deinceps uero dicētur q̄ cuiq; singulatim sunt propriæ, idq; iuxta literarū, à q̄bus appellationes incipiunt, ordinem.

Hales sales.

Sal partim ex mari ꝓuenit, in salinis uidelicet, quas Græci uocāt halas, cuius & inter marina medicamēta mētionē facturi sumus: partim ex terra effoditur § Græci ὀρικτοὺς ἅλας nominant§ cōi metallicorum genere cōprehēsus. Vtriq; uis adsimilis est, siue fossilis sit, siue ex mari oriundus. De quibus & supra uerba fecimus libro quarto, eo oleo, ubi salsum, ac salsuginosum saporē ab amaro distinximus. Ac nunc quoq; dicetur, ꝙ Aphronitri quidē amarus est, & abstergens: Salis uero tanto in abstergendo inferior est, quantum accessit adstrictionis: est enim ex duabus G
qualitatibus mistus, abstergente uidelicet, & adstringente. Porro quòd magnopere uterque desiccet, supra monstratum est. Cæterum utriusque in medio est nitri sapor. A. Lucan. 616.

Armeniacum.

Armeniacū uim hēt extergentē cū leuicula acrimonia, & leuissima adstrictione. Itaq; tale cū sit, ocularibus miscetur facultatibus. Et ipso per sese quoq; ad pollinis lęuorē redacto, utunt̄ ficco ad pilorū in palpebris incremētū, nēpe ubi præ humorū acrimonia partim excidunt, partim uero nec crescūt, nec alunt̄. Siq̄dē depastis his acrimonijs, in bonū naturæ habitū pars reducit: cuius cū alia sunt munera, tū ēt producēdi, incremētū p̄bēdi, ac roborādi, q̄ in palpebris sunt pili: Quippe cū prima, & ex professo, quędā sint medicamentorū opera: quædā uero mediante natura, q̄ animantium corpus dispensat, ed antur, uelut quæ in ipsis calliblephara nuncupant. Ipsa n. partes oblæsas mediocriter desiccant, pilos corrūpentē humiditatē absumēdo: q̄ ubi abolita est, tū natura ad proprias redit actiones, nimirum sublatis, quæ hactenus impedimento, fuerant. A. ibi. eod.

Arrhenicum auripęmentum.*

* Al. Arsenice, seu Arsenicon. Arrhenice, siue Arrhenicū (utroq;. n. modo appellitant) facultatis est caustice siue urētis, idq; tam cōbustū, q̄ ustionis expers. Cæterū id constat ustione reddi tenuiorū partiū. Vtuntur porro H
eo ceu adurente ad denudādā pilis partē quāuis: uerū si diutius inhæreat, nec cuti ēt ipsi parcet. A. ibid. eod.

Aphrolitrum.

† Aphronitrum a spuma nitri differt. Nitri enim spuma &c. *Aphronitrum. †Aphrolitrū ab Aphronitro differt. Litri enim aphros hoc est spuma, medicamētum est exicatorium, aspectu triticeæ farinæ similis: etenim alba est, ut asiæ petræ flos, cinericea: *Aphronitrum uero farinæ speciē non habet: neq; solutum est, sed congelatum, & coactū: quo qui in balneis sordes exterunt, quotidie utuntur: ea detergendi facultate, ut non modo sordes extergeat, sed ēt pruritum sanet, nēpe digerendis quæ ipsum excitāt saniebus. Non absre itaq; medici ex
† nitri. † nitro. eo multa digerentium medicaminum prępārant. At spuma †litri eiusdem quidem cum †litro cū naturæ, tum facultatis est, cęterum essentiæ tenuioris. Dictum tamen paulo ante est, nitrum in medio consistentem habere facultatem aphronitri, & salis. Aphronitro enim sola inest uis extergendi, sali uero etiam adstringendi multo magis, ac extergendi. A. ibid. eod.

Gysus gypsum.

Gypsum, & ipsum ad cōmunem omnium terrenorū lapidosorumq; corporum facultatem, qua desiccare dicta sunt, insuper hoc adiunctum hēt, ꝙ est facultatis emplasticæ. Vnitur enim ipsa ad sese, & cogitur, lapidescitque macerata. Quamobrem siccis medicamentis, q̄ ad sanguinis A. Lucan. 584. 585. 586.

accommo-

A accõmodãtur eruptionẽ,utiliter cõmiſcetur:nam ipſa per ſeſe lapidoſa fit,coacta,ac congelata. Proinde rigare diluereq; illã cogitaui tenui,alboq; oui liquore,quod ad ophthalmias utile eſt, admiſto quod in farina triticea eſt pollinis tenuiſſimi,qui in parietibus molarum reſidet.Excipereuero,quod ſic maceratum eſt, tenellis leporis pilis, aut qui perinde ſunt molles,expedit.

Gypſum κεκαυμένον hoc eſt deuſtum.

Gypſum combuſtum non æque emplaſticam uim habet,cæterum tenuiorum eſt partium,& ualentius deſiccat.Quin,& repercuſſorium eſt,maxime ſi maceretur oxycrato.

Diphriges.

Diphriges miſtã hẽt tum qualitatem,tum facultatem:habet.n.in ſeſe quiddã,& mediocriter adſtringens,& mediocriter acre.Quãobrẽ ulcerum rebellium optimũ medicamen eſt. Cõuexi aũt & huius medicamẽti uim ingẽtẽ ex ijs,q in Cypro ſunt Soli,ubi metallũ ab urbe abeſt quaſi triginta ſtadijs.Proiectũ.n.erat in medio ſpatio ædiũ,q ante metallũ extructæ erant,& uici qui ei ſubiacet.Cæterũ præfectus,ac Procurator metalli,id,quod poſt cadmiam reperiretur, eſſe dicebat inutile:itaq; abijci nõ ſecus,atq; uſtorum in foco lignorũ cinerem. Verũ hoc mihi multo B vtiliſſimũ factum eſt medicamentũ,tum ad putreſcentia oris ulcera,ſiue p ſe,ſiue cum melle,cui detracta ſit ſpuma:tum ad anginam, uidelicet,ubi iam per adſtringentium medicaminum auxilium conſtitit,quod influebat.Præterea columellã ubi præſecuiſſem,ipſo ſolo, & ſtatim,& uſq; ad cicatricem ſum uſus: ac frequenter exacte occluſam effecit cicatricẽ tum huius particulæ, tũ omnium adeo exulceratarum:ſic in ulceribus omnibus pudendorum, atque ani. Vſus ãt ſimilis eſt,ut in oris ulceribus:ſiquidem eæ partes eiſdem fere medicamentis gaudent,nimirum calidę ſimiliter,ac humidæ,uerum hæc oratio iã tractatum de cõponendis medicamentis attingit. Ea itaq; omiſſa,ad id quod propoſitum eſt pergamus,uniuerſalem medicamenti cuiusq; facultatẽ exponentes,ſicut ſane diphrigis diximus. Adijciã uero huic,q de illo habetur,ſermoni rem nõ modo de diphrige ſcitu utilem,ſed & de Lẽnia ſphragide,& põpholyge,& opobalſamo, & lycio indico.Nã etiãnum adoleſcẽs didici hæc ita p̃parare,ut à ueris natiuisq; nihil differre uiderentur:nã qui me docebat ingenti mercede , homo curioſiſſimus erat,non in his tm̃, ſed & alijs ſimilibus.Itaq; in Lemnũ, in Cyprũ,in Palęſtinã Syriã,eo ſtudio nauigaui,ut medica mẽtorum iſtorũ cuiuſq; uim magnã,q ĩ oẽm uitã meã ſatis foret,reponerẽ.Sed & Lyciũ Indicũ nup aſportatum in Phœnicen cum aloe Indica id temporis cõmodum accipere contigit,cum à Palæſtina iter reflecterem:cùm perſuaſum haberẽ,eo ipſo, q à camelis cum tota ſarcina aduectũ eſſet,pro C culdubio eſſe Indicũ: quodq; adulteratum haud noſci ab ijs qui portaſſent poſſet: propterea q materia,ex qua id præparatur atq; adulteratur,illis in locis haud naſceretur. Porro ſatius uisũ eſt mihi,quibus rationibus ea adulterãtur:haudquaquam adſcribere,utpote cum homines ſcelerati in lucro ponant talia poſſe diſcere.Nec enim neceſſarium eſt cum uerorum,ac germanorum notis,ac indicijs adulterandorum noſſe compoſitiones, cum nihil ad ea diſcernenda cõferant:immo optem,ſi fieri poſſet, quæ à maioribus me perperam conficiendorũ medicaminum proditæ ſunt compoſitiones,omnes prorſum delere atque extirpare.

Theion ſulfur.

Sulfur omne trahendi uim poſſidet,eſtq; tẽperamẽti calidi,atq; eſſentiæ tenuis, adeo ut ad multa uenenatorum animalium reſiſtat.Siquidẽ ego aduerſus turturem marinũ,& Draconẽ,ſę penumero eo ſum uſus:& cum id piſcatores quoſdam docuiſſem,reuerſo poſt aliquantum tp̃is magnifice medicamentum hoc commendarunt. Vſus eius eſt, ut & ſiccum ictui inſpergatur,& cum ſaliua miſtum:nam,cum & hoc excogitaſſem,ab experientia cõprobari repperi.Sed & urina maceratum idem effecturum excogitaui. Docebam enim piſcatores medicamenta maxime parabilia:dixiq; pulchre illos,& cum oleo ueteri,& melle,& reſina terebinthina uſuros.Et ſane D horum omnium experientia iudicium præſtitit. Quin & pſoras,& lichenas, & lepras,non raro hoc medicamento cum reſina terebinthina ſanaui. Extergit omnes id genus effectus,atque in profundum non repellit:cum alia multa medicamenta,quæ illos curant, miſtam habeant potẽtiam,nempe ut digerant,pariter,& repercutiant.

Ios Aerugo.

Aerugo guſtãtibus acrem qualitatem offert,digerẽs,detrahẽs,& liquãs nõ teneram modo, ſed & durã carnem.Porro ſupra dictum eſt nõ nullos eius generis medicamẽta, Epulotica,hoc eſt,q cicatricem inducant,appellare, cum ijs in tenuiſſimũ pollinem tritis per ſpecilli cuſpidem cõtigerint ulcera excreſcentia,ac poſtridie cõtracta reperiant:tametſi illos haud lateat,ſi paulo plus impoſitum foret,ſeſe ulcus nõ cõtractum,ſed eroſum inuenturos:Siquidem colliquat,& digerit carnem:cũ medicamenta epulotica cõtrahant,cõſtipent,conſtringãt, & calli in morẽ illã indurent. Quin & guſtum mordicat ærugo non tm̃ ipſa ulcera. Quòd ſi pauculum eius, cerato non pauco admiſceas,id quod ex ambobus miſtũ eſt,citra morſum exterget. Dictũ uero ſupra eſt de talium medicamentorum natura,tum ut ſeſe quidam fallant, ex talibus compoſitionibus aut ſarcoticam,aut epuloticam facultatem medicamentis adſcribentes , quibus minime oportet,utpote cum ipſa id præſtare nequeant,uerum ea,quæ ex ipſis compoſita ſunt.

Cadmia.

Cadmia.

E Cadmia fit,ubi in fornacibus æs paratur, nẽpe tota terra ex qua æs gñatur, in fornacibus in altum egerente velut fuliginem quampiã,aut fauillã,utcũq; appellare libuerit. At ſi non terrã, ſed lapidem nuncupare uelis, ex quo in fornacibus ſecernendo partim fit æs, partim cadmia, partim diphriges,nihil ſane retulerit.Sed & in argẽteis metallis efficitur ſimili ſecretione, ſiue gñatione, aut qũocunq; uocare uoles. Quin & ex Pyrite lapide in fornacibus uſto fit cadmia. Cæterum abſq; fornace in Cypro Cadmia inuenitur:ac iure quiſpiam illam lapidem nũcuper. Itaq; in Solis pauciſſimum ẽt reliquum erat cadmiæ, q̃ in fornacibus prouenit, quo tpe ego in inſula peregrinabar. Verum lapides:qui in montibus,& riuis reperiebantur,a metallis p̃fecto acceptos,in Aſiam Italiamq́; portaui ad amicos:a quibus ſummam inibam gr̃am,q̃ ſe,uel maximum munus accepiſſe dicerent,ut q̃ alia oĩ cadmia multo eſſet p̃ſtantior.Et talem certe merito quis lapidoſam uocet cadmiam.At eius,q̃ combuſta eſt,aliam Botryitin,aliam Placitin medici nuncupant:Botryitin quidem, q̃ in editioribus domorũ,in quibus fornaces extructæ ſunt, partibus colligitur. Placitin uero,q̃ in inferioribꝰ. Ac liquet ſane botryitin partium eſſe tenuiorũ, craſſiorũ uero placitin, utranq; aũt ui deſiccãdi,ceu alia metallica oĩa,& lapidoſa terrenaq́ue. Porrò præter deſiccandi facultatem, mediocriter extergit. Attñ quæ in fornacibus colligitur, F igneæ facultatis aliquid hẽat neceſſe eſt.Merito itaque lauantes eam, medicamentum efficiunt mediocriter,tum deſiccans,tum extergens abſq; mordicatione,utile ad ulcera,carnis impletionem poſcentia,& in oculis,& in toto corpore.Porro ulcera magnopere humida,aut putreſcentia in corporibus impendio mollibus, qualia ſunt eunuchorũ,puerorũ,ac mulierum, eiuſmodi cadmia adiuuat: at in durioribus,& contentioribus, q̃ualentius deſiccant requiruntur. Itaque illud ſp memoria tenendum, ſermonẽ ad temperatam,& mediam exceſſuum naturam in ijs, q̃ ita ſimpliciter efferuntur,referendũ: puta cũ dicimus medicamentũ, aut ulcera carne implere, aut cicatricẽ claudere,aut aliud quidvis eius gñis p̃ſtare:ad quam utiq; & nos reſpicientes, deſiccatoriam leniterq́; abſterſoriam cadmiæ ineſſe facultatem dicimus:In caliditatis aũt,& frigiditatis differentia,temperata quodammodo exiſtit cadmia,nempe neutrum inſigniter efficiẽs.

Cinnabari.

Cinnabari″modice acrem facultatem obtinet.Habet uero & adſtrictionis quippiam. A.ibid.cap.

Ciſeris pumex.

Pumicẽ ſi inter metallica recenſeas,calumniabuntur,q̃bus aĩus prurit accuſandi libidine:& ſi inter lapides ponas,lapidẽ eſſe negabunt:ac multo minus terrã eſſe cõcedent: nec marinorũG hñi quodpiam uolent.Atqui alicubi tñ de illo dicendũ eſt:quippe qui in ſarcotica indatur medicamenta,& ea,quæ dentes extergunt,partim uſtionem non expertus,partim ẽt uſtus,qñ uidelicet,alijs oĩbus combuſtis ſimiliter,ſuãbæ efficitur tenuioris. Cæterum uſtione quoddã acquirit acrimoniæ, quam rurſum lotione exuit. Videri aũt poterit ſplendorẽ dentibus conciliare non tñ facultate,ſed ẽt aſperitate:uelut ẽt ſi ſmirin,aut teſtã, aut hoc genus quippiam tritum admoueas,quæ certe & ipſa ſplendorem afferunt:forte utroque,tum quia detergendi hẽant facultatem,tum quia aſperitatem. Eundem in modum cornua deuſta dentes ſplendidos efficiunt.

Conia lixiuium ex cinere.

Lixiuiũ. Abluto cinere fit lixiuiũ.Cinerẽ aũt,vſtorũ corporũ reliquias* Latini nuncupãt,ſiue natura ſint lapidea,ſiue arborum aĩaliumve particulæ. Fit ergo lixiuiũ pro eius,qđ eluitur natura:eius quidẽ,qđ empyreuma,ſiue igneam naturã hẽt acerrimam,ip̃m quoq; acerrimum eſt: eius,quod tale non eſt,ẽt moderatius.Quare & ſepticis uocatis facultatibus commiſcetur,utpote cauſticam caliditatem poſſidens,ſed propter ſubſtantiæ tenuitatem citra dolorem adurens.

Cyanos cæruleus.

Cyanos,ſiue maſculino,ſiue fœminino gñe,pronunciare uelis.Hoc medicamen acri facultaH te eſt,tũ detrahẽdi§quã καθαιρετικὴν uocãt§tũ digerẽdi,potẽtiore,q̃ cinnabari.Ineſt quoq; einõ nulla adſtrictio. A.ibi.cap.

Lepis ideſt ſquama, æris, & ferri, & ſtomomatis.

Squama″alia eſt æris,medicamen multo utiliſſimũ:alia ferri,& ſtomomatis.Quidam uero nominant,& helitin lepida,ſiue ſquamã.Oẽs ſane uehementer deſiccãt.At inter ſeſe diuerſæ ſunt, tũ q̃ alia magis,alia minus,exiccat:tum q̃ alia craſſioris,alia tenuioris ſit eſſentiæ: quodq́; plus minusve adſtrictionis ſint participes.Helitis certe principem in deſiccando locum obtinet: nã & ſubtiliſſimæ oĩum ſuãbæ eſt:nimirum q̃ & æruginis non nihil aſſumpſerit. Maiorem obtinet adſtrictionem ſquama ferri, & hac ẽt maiorem ſtomomatis:quamobrem ad contumacia ulcera meliores ſunt,q̃ ſquama æris.Detrahit & liquat carnem potentius ſquama æris, & hac ẽt ua lentius helitis. Oẽs autem ſquamę non inſtrenuè mordaces ſunt. Ex quo clarum eſt,q̃ eſſentiæ ipſarum conſiſtentia non admodum tenuis eſt,ſed potius craſſa.Siquidem inter ea quę eandem uim obtinent,minus eſt mordax,quod eſt tenuius:ceu ſuperioribus libris oſtendimus.

Lithargyros.

Lythargyrus″deſiccat quidem,uelut alia oĩa metallica,lapidea,terrenaq́; medicamenta,ue A.ibid.cap.
rum oĩum id efficit moderatiſſime. Et ſecundum alias tum qualitates,tum facultates,quodammodo

A modo in medio eſt,neq; manifeſto excalfaciens,neq; refrigerans.Modica tñ adſtringendi ab ſtergendiq́; facultas ei ineſt:quamobrẽ inferior eſt,& ſarcoticis medicamentis, q̃ mediocriter extergentia oñdimus,& contrahentibus,atq; adſtringentibus.Cæterũ ad intertrigines femorũ utilis medela eſt:qñquidem utriuſq; iam dictæ facultatis leuiter eſt particeps. Iure itaque medij ordinis in metallicis habebitur. Proinde ea frequenter utimur ceu materia,ijs miſcentes, quæ ualentem facultatem obtinent,ſiue mordicantem, ſiue adſtringentem,uel aliud quid facientẽ: ſicut in liqueſcentibus ad pleraque medicamenta ceram adhibemus tanquam materiam, quia ſcilicet & ipſa quodammodo medium tenet eorum, quæ ualentem facultatem poſſident.

Nitrum.

Nitrũ dictũ eſt ſupra in medio eſſe aphronitri,& ſalis uiriũ.Cæterũ vſtum ꝓpius ad aphroni trũ accedit,utpotè ex uſtione tenuius redditum. Deſiccat itaq; ac digerit:& ſi intro in corpus ſu mat̃,ſecat & extenuat craſſos lẽtosq́; ſuccos potẽtius multo,q̃ ſal. Aphronitrũ uero, niſi grauis vrgeat neceſſitas,deuorandũ non eſt,nimirũ inimicum ſtomacho:qñquidem plus ẽt nitro inci dit.Sanè ad fungos ſuffocantes ruſticus quidã uti eo aſſolet:& ſp profuiſſe probatum eſt. Cæte rum nitro uſto ſimul,& non uſto,& multo etiam magis eius ſpuma, in talibus uti conſueuimus.

B *Melanteria.*

Melanteria ex medicamentis eſt multum adſtringentibus, cum hoc, quòd omnia propemo dum adſtringentia tenuitate partium exuperet.

Melan graphicon atramentum ſcriptorium.

Atramentum quo ſcribimus,admodum & ipſum deſiccat aqua ſolutum. Vlcera autem igni ambuſta protinus illitum iuuat:at ſi acetum quoque habeat,multo magis.

Miſy.

Miſy. In metallo Cypri,cuius mõ mentionem feci,in montibus Solorũ,domus erat ingens, cuius ad parietem dextrũ,ſed ad nos utiq; qui ingrediebamur,ſiniſtrum, deſcenſus erat in ipm metallũ:in quo quaſdam conſpexi in longiſſimum porrectas ueluti zonas alias ſuper alias, nu mero tres:infima erat ipſius foreos,ſuper quã erat altera chalciteos,ſuprema miſyos.Cæterum id tpis præfectus metalli his cõmonſtratis,ſicut,inquit,nunc aduenis in cadmiæ fornacariæ ino pia,ita horũ trium admirandas has uides diuitias. Itaq; ego ingenti eius accepto pondere, pri mum quidem in Aſiam,deinde Romã attuli,& uſq; mõ habui,elapſis iam annis plus minus tri ginta.Et ſorte quadã abſolutum fuit hoc opus aduſque octauũ librũ ante annos uiginti,nec ad-
C iectus fuit nonus, partim ꝓ lapides quoſdam nondum conſpexiſſem : partim ob alia negocia, quæ mihi interea temporis obuenere. Nunc autem cum nonum hunc librũ cæteris addere pararem,interea forte fortuna mihi accidit res ſpectatu lõge pulcherrima,ac ſi quiſpiã eo ſtudio, ac induſtria magno cum artificio effeciſſet.Nam,cum miſy opus hrem ad medicamẽ quodpiã præparandum,bolum eius accepi,quantum ferè plena manu teneas,qualem ſanè conſiſtentiã miſy non admodum ſolet hre:cum in parua fruſtula diuidatur.Miratus itaq; inſolitam eius con dẽſationem,bolo fracto,extimum quidem miſy circunquaq; repperi,eius,qd intus erat, uelut efflorescentiam.Porro ſub eo,inter chalcitin uidelicet & miſy, quiddam erat mediũ uergẽs ex chalcite ad miſy,ex dimidio iã cõmutatum:principio.n.bolus fuerat chalciteos,cæterum quod in alto erat,perfecta erat chalcitis,nullã dum alterationẽ experta.Hoc igitur ubi uidiſſem,cogi tatione repetens,& in metallo,ita ſuper chalcitin naſci ipm miſy,ut ærugo ſuper æs,in mentem ſubijt inſpicerè,qd ſeruabatur adhuc apud me reliquũ ipſius foreos, nunquid & ipſum ullã ac-
D cepiſſet mutationẽ in chalcitin:& quædam certe apparuit ſuſpicio, ut uideretur, & ipſum forte longo tpe mutationem in chalcitin poſſe accipere.Itaque mirum non eſt,tria hęc medicamina eiuſdem gñe facultatis eſſe,Sori dico, & Chalcitin, & Miſy, tenuitate partium, & craſſitudine inter ſe diuerſa.Craſſiſſimum.n.eſt inter ipſa ſori,tenuiſſimum miſy, mediam utriuſque facul tatem habet chalcitis.Adurunt uniuerſa hæc tria,& eſcharas quas uocant efficiunt: attñ etiamſi urant,non nihil quoq; adſtringunt. Cęterum miſy admotum corporibus duris minus chalcite mordicat, tametſi ea non minus ſit calidum: uerum id habet beneficio tenuitatis partiũ.Porrò cum utraque hæc in decoctionibus fundantur,& magis chalcitis,q̃ miſy,ſori tamen non liqueſcit,nimirum ꝓ lapidoſius ſit,ac uehementius compactum:ſicut rurſum miſy, quia a congenito calore elaboratius eſt,ac proinde ſiccius chalcite,idcirco merito quoque ægrius liqueſcit.

Molibdæna plumbago.

Molibdęna ſimilẽ Lithargyro uim poſſidet, tñ a media tẽperie ad frigidius paulũ quid rece dens:ſed nec abſtergentis facultatis eſt particeps.Vtraque aũt hęc medicamina liquari pñt,ac non ut lapides,& cadmia,& arena,liquationem reſpuunt:ſed celerrime liquantur,ubi oleo ad ditũ non nihil aceti eſt:liquantur tñ ẽt admiſta aqua,ſed diutiſſima coctione. Porrò ceu in Cy pro Cadmiam,q̃ in montibus,& riuis naſcitur,accipiebam,q̃ & ipſa lapidis,ut dixi, ſpecies eſt: ad eundem modum Molibdęnam multam cum alijs proiectam lapidibus conſpexi in uia,q̃ ad Ergaſteria ducit a Pergamo.Vocatur autem Ergaſteria pagus quidam,in quo & metalla ſunt, inter Cyzicum & Pergamum,quadringentis,& quadraginta ſtadijs diſtans a Pergamo.

Molibdos.

Molibdos plumbum.

Plumbum facultatis est refrigeratoriæ. Siquidem non mō multam habet sub̄am humidam a frigore congelatam coactamq́, sed & aeream, paucam autem terream. Igitur q̄ plurimū hēt essentiæ humidę a frigore coactę, indicium tibi esto, q̄ ubi admotum est igni, celeriter fundatur, fluatq́. Quòd vero & aereæ sit particeps, hoc habeto signum. Oīum quæ nouimus, unicū plūbum tum mole ipsa, tum pondere augetur, si condatur in ædibus subterraneis aerem hñtibus turbidum, ita ut quæcunque illic ponantur, celeriter situm colligant. Tum ēt plumbea statuarū uincula, quibus earum pedes annectuntur, sæpenumero creuisse uisum est, & quædam adeo in tumuisse, ut ex lapidibus dependerent, crystalli modo, uerrucæ. Atque hæ probabiles quidem sunt humiditatis eius frigiditatisq́; notæ, prius q̄ experiaris. Cæterum scientificæ, & certæ per experientiam cognoscuntur. Præparato igitur mortario, simulq́; pistillo, utrisq; ex plumbo, in sunde quemlibet liquorem, itaque terito, ut & pistillus, & plumbeum mortarium succum quendam reddāt: id quod ex utroque constabit, multo erit frigidius, q̄ liquor ipse fuerat. Licet aūt & aquam, & uinum tenue aqueum, & oleum inijcere, aut quiduis eiusmodi. At si ēt plus efficere succum uoles refrigeratorium, oleum omphacinum sit, aut rosaceum, aut melinum, aut myrtinum. Porrò si succo qui proueniet uti uoles, optimum habebis remedium, & ad phlegmonas in fede cum ulcere, aut rugis, & ad eas quæ in pudendis, testibusq́e, & uberibus consistunt: similiter aduersus cæteras omnes fluxiones incipientes, quæ aut in inguina, aut in pedes, aut in alium quemvis articulum, decumbunt. Sed & ulceribus rebellibus utile est: nam ad cancrosa eo utens uirtutem medicamenti mirabere. Quòd si celeriter multum succi plumbei uoles colligere, cona re in Sole terrere, aut quocunq; certe modo aere excalfacto. Multo autem utilissimum habebis medicamentum, si adfuso refrigerantium succorum quopiam teras, ceu semperuiui, cotyledonis, intybi, lactucæ, chondriles, psyllij, omphacis, portulacæ. Porrò siqua horum non facile in succū soluunt̄, uelut portulaca, misceto illis aliorum succorum quempiam, uelut omphacis: qui & ipse per sese p̄dicto mortario inditus, medicamentum efficit refrigeratorium lōge pulcherrimum. Quin & in laminam diductum plumbum ipsum per sese, athletarum sese exercitantium lumbis insternitur, ubi Veneris somnijs uexantur. s. nimirum haud obscure eos refrigerans. Sed & bractea tenuis ex plumbo facta probe ganglio illigata plane ipsum diffipat. Illigabit autem probe quisquis ab Hippocrate didicerit ‖ in ipsam noxā potius firmandū, quàm hinc uel inde. Mirum ergo non est, si plumbum crematum, ac rursus ablutum, refrigerantis efficiatur facultatis, cum ante lotionē mistæ fuerit. Et hoc ipsum medicamen, nempe plumbum cōbustum, bonū est ad ulcera rebellia. Vbi uero lotum fuerit, multo optimum medicamē est, & ad ulcerū impletionē, & ad eadē cicatrice obducēda. Conuenit, & chironeis quæ uocant vlceribus, & cancrosis, & putredinosis oībus, tum ipsum per sese, tum medicaminum ad cicatricem perducentium quibusdā cōmistum, quale est quod ex cadmia conficitur. Cæterum soluendum est principio, si copiosa sit sanies, quotidie: si minus, tertio aut quarto quoq; die. Verum foris spōgiam imposito aquæ frigidæ: quæ si desiccetur, rursum mergatur. Sed hæc fusius q̄ pro instituto diximus, plusculum sermonis affinitate prouecti. At tempus iam est sequentia deinceps persequi.

A. l. 2. t. 1. cap. 1. sect. 1. cap. 3

de Fracturis cō. 3. t. 63. 7. 250 f

Ostracon testa.

Testa deficcandi uim possidet, atq; abstergendi, maxime quæ ex fornacibus est, q̄ uidelicet tosta sit. Quocirca emplastrus, quam uocant hephestiada, ex hac præparata uidelicet, optimum est medicamen inducendæ cicatrici.

A. lib. 2. cap. 69

Pompholix, & Spodium.

Pompholyx fit & in æris fornace, uelut & cadmia: fitq́e, & dū in fornacibus cadmia utit, ut in Cypro. Cum enim præfectus ad æris fornacem instructas res non haberet, præcepit ex ipsa cadmia præparari, præsentibus atque inspectantibus nobis, pōpholyga, uidelicet minutis cadmiæ fragmentis in ignem coniectis, qui ante ærarium iacebat follem. Camera quædam erat in curua, nusquam pertusa, sed integra, quæ egestam abusta cadmia fauillam excipiebat: quā ubi collegissent, habebant pompholyga. At quod reflectēs in pauimentum recidebat, Spodos est quam uocant: quæ plurima, ubi ęs in fornacibus utitur, colligi assolet. Quidam eam spodium neutro genere pronunciant: Cui uidetur similem habere facultatem, quod uocant Antispodium. At ego illo usus sum nunquam, cum large mihi semper pōpholyx suppeteret. Nec enim quisquam, ubi hęc adsit, spodio uti uelit, nedum antispodio. Est autem Pompholyx medicamē tum prope omnium, quę citra morsum desiccant, si elota fuerit, præstantissimum: Quamobrem ad ulcera *cancrosa idonea est, & ad alia omnia maligna. Itaque inditur collyrijs, quę ad oculorum imponuntur fluxiones, queq́ue bullas siue pustulas in eis natas, aut ulcera curant. Preterea ad pudendorum, ac sedis ulcera optimum est medicamen, nimirum sine morsu, ut dixi, desiccans. Sed non est huius negocij, in istis diutius immorari.

* Al. scirrhosa.

A. lib. 2. cap. 69

Sandarace.

Sandarace urentis est facultatis, ceu Arsenicum quod vocant. Merito itaque eam digerentibus facultatibus commiscent, atque extergentibus.

Sandix.

Sandix.

A Sandix qua ſit facultate prædita, in ſermone de pſimythio explicabitur.

Scoria.

Scoria oīs reſiccatoriū medicamen eſt, potiſſimum aūt ferri. Siquidem ad læuorem redigēs ipſā in aceto quā acerrimo, poſteaq; decoquens, ad aures, q̄ lōgo iam tpe pure fluxerūt, ea utor pro medicamento maximè exiccatorio, adeo ut mirentur, qui præparantem me uident, & anterei periculū fidē non hēant, aures tale poſſe ferre medicamen. Porrò argenti ſcoriā propriè helcyſma appellāt. Verū emplaſtris quibuſdā, quippe quæ reſiccatoriæ facultatis ſit, cōmiſcet.

Stimmi.

Stimmi. Ad facultatem deſiccantem adiunctam habet hoc medicamen adſtrictionem. Quā obrem & ocularibus medicinis commiſcetur, & illis ſcilicet, quæ conformantur in collyria, quæ uocant: & ſiccis, quæ utique ſicca collyria cognominat.

Stypteria ſchiſtæ, & ſtrongyle, & hygra. Alumen fiſſile, rotundum, & humidum.

Stypteria. Huius medicamenti nomē ab adſtrictione deductū eſt: nā adeſt illi uehementiſſima: Cæterū cū ſit craſſarū partiū, tenuiorū quodāmō partiū eſt, quæ uocaī ſchiſte, hoc eſt fiſſilis.
B Proxime eſt ſtrongyle, & aſtragalote. Admodum autem craſſarum partium eſt tum liquida, tum placites, & printhines appellata. *Titanos calx.*

Calx. Viua quidem ſ quæ Ασβεστος Græcè dr̄ ſ vehemēter urit, adeo ut cruſtas efficiat: extincta vero protinus ēt cruſtam molitur & ipſa: at poſt diem unū aut alterū minus urit, minusq́ue inducere cruſtā pōt: at uero temporis progreſſu prorſum nec cruſtam quidē gignere queat, tametſi etiānum calfaciat, carnemq́; liquet. Porrò ſi lauetur in aqua, ſuam mordacitatē exuit, efficitq́ue nuncupatam Græcè, Κονιαν, i. lixiuium. At ipſa abſq; morſu reſiccat: ac ſi bis terq́ue, aut amplius, abluta fuerit, planè mordacitatis expers conſtituitur, ac ſtrenuè abſq; mordacitate exiccat.

Hydrargyros.

Hydrargyrus non eſt ex ſponte naſcentibus medicamētis, ſed ex ijs, quæ præparantur, uelut pſimythium, ærugo, pſoricū, lithargyros. Nullum autem eius feci periculum, neque quòd interi mat ſi deuoretur, neq; ubi foris admota ſit. *Phycos.*

Phycos cuiuſnam ſit facultatis, ubi de pſimythio agetur, exponam.

Chalcanthos atramentum ſutorium.

Chalcanthos. Fortè fortuna & chalcanthū in chalcitin trāſire conſpexi. Aſportaui. n. ex Cy
C pro & huius medicamenti ingentē copiā. Extimum eius oē poſt annos plus minus uiginti chalcitis effectū eſt, intima eius parte chalcanthi ſpēm ſeruāte. Quamobrē & uſq; in hunc diē quod ſic mutatur aſſeruo, obſeruās dum ad imū uſq; uoluentibus annis procedat mutatio, ceu chalcitidis quoq; in miſy: ut eſt antè poſitū. Cæterum mirari ſubit de hoc medicamento, quo pacto uehementiſſimæ adſtrictioni admiſta eſt caliditas non inſtrenua. Conſtat ergo, q̄ oīum maximè condire ſeruareq́; carnes humidas pōt, nimirum caliditate humiditatem abſumens, atq; adſtrictione ſubſtantiā contrahens atq; conſtipans: hoc. n. opere non nihil ēt humiditatis ipſius exprimit. Conſtringit uero, deſiccat, atq; contrahit in ſeſe totius ſubſtantiā carnis. Porrò quo tpe in Cypro diuerſabar, hunc in modum medicamentum hoc colligi conſpexi. Domus erat magna quidē, ſed humilis, ingreſſui in metallū obiecta. Ad parietem aūt domus ſiniſtrū, qui erat ingredientibus dexter, effoſſus erat ſpecus in cōtinentē collē, ea latitudine, ut tres ſeſe uiri in eo contingerent: tanta uero altitudine, ut uiro ſummè procero recto liceret incedere. Specus hic decliuis quidē erat, non tñ præceps ac præruptus. Porrò ad finē eius quaſi in ſtadiū porrecti, lacus erat aquæ uiridis & craſſæ tepidæ plenus. At in toto deſcenſu calor ſimilis, qualis in primis balneorum ædibus percipitur: quas, q̄ in eis corpora prēmolliri ſoleant, promalacteria appellare
D conſueuerunt. A qua vero quotidie guttatim ex pertuſo colle deſtillans, quatuor & uiginti horis totius diei ac noctis colligi aſſolet ad amphoras romanas quaſi octo. Eā uincti quidā in piſcinas quaſdā quadratas fictiles, in domo ad ingreſſum poſita ſitas efferebāt, in quibus paucis diebus concreſcebat, fiebatq́; chalcāthus. Mihi vero, ubi ad terminū effoſi ſpecus deſcēdiſſem, ubi uidelicet tepida hæc, uiridisq́; aqua colligitur, aeris odor uiſus eſt ſuffocās, & toleratu difficilis, chalcitin ęruginemq́; redolēs. Et aqua quoq; guſtu p̄ferebat qualitatē eiuſmodi. Ea propter & nudi, & cum ſumma feſtinatione amphoras uincti exportabant, nec longiorē illic morā p̄ferre poterāt, ſed celeriter recurrebant. Accenſi aūt erant mediocribus in ſpecu interuallis lychni, q̄ nec ipſi longo tpe durabāt, ſed celerrimè extinguebantur. Hunc ergo ſpecū pedetentim excauatum multis annis ab ijs tunc didici. Hæc. n. inquiebāt, aqua uiridis, quā uides ex colle in lacū manantē, ſenſim ſe ipſa minor effici aſſolet. At, ubi propè adeſt ut deſinat, rurſum uincti, q̄d continens eſt ipſius collis, perfodere pergunt. Euenitq́; aliqñ olim, ut ſubitò, q̄ quid p̄foſſum eſſet, cōcideret, oēsq́; ad unū occideret, ac totā uiā corrūperet. Id ubi fit, alio foramini fodiendo eouſq; inſiſtūt, quoad rurſum aqua illis adſit. Hęc habui q̄ tibi de chalcātho exponenda cenſerē, & ſanè fortaſſe non neceſſaria, cęterum quę ſcire pręſtaret, q̄ ignorare. Memineris autem, q̄ ad ſiniſtram manū ingredientibus cōſpectū nobis dixerim metallū Soreos, chalciteos, & miſyos:

ut

vt ex ijs cõijcere liceat, aquã pluuiã totius collis terrã illã colluere atq; abluere: ex qua sponte E quidem fiebat sori, misy, & chalcitis: & per fornaces æs, cadmia, pompholyx, spodium, & diphryges.

Chalcitis.

Chalcitis. Dictum de ea est in sermone de misy: nunc aũt tantum dixisse sufficiat, ꝙ mistas habeat adstringentem acremq́; facultates. Cæterum uincit acris, ut, quæ adeo est uehemẽs, ut carnem urat, uocatamq́; escharam efficiat. Vstum hoc medicamen minus quidẽ mordicat, cæterũ non minus desiccat: sed, & adstrictionis nõ parũ amittit. Itaq; undequaque, melior est chalcitis usta, q̃ quæ non usta est, nempe partibus tunc quidem tenuioribus, ceu alia omnia combusta, uerum haud assumpta acrimonia, uelut alijs multis accidit. Didicisti porrò, quòd usta omnia si lauentur, moderatiora reddantur, minusq́ue mordacia. A. ibid. ca. 47. & 167.

Chalcos cecaumenos, aes vstum.

Aes" ustũ hẽt & acrimoniã quandam: sed, & adstrictionis est particeps. Proinde si lauetur pulcherrimũ est medicamen inducendæ ulceribus cicatrici: quanquã id ip̃m præstare, & antequã lauetur possit, potissimum in carne duriore: alioqui in molliore cõmodius est quod ablutũ est. A. l. 2. t. 2. cap. 231. fol. 124.

Chalcu anthos flos aeris.

Flos" æris facultatibus est tenuiorum partium, quàm aut æs ustũ, aut squãma. Merito itaq; ex F co factis collyrijs extergunt auferuntq́; palpebrarum magnas asperitates, quas uocant sycosis. A. ibidem.

Crysocolla.

Crysocolla." Et hoc medicamentum ex ijs est, quę carnem liquant: non tñ ualẽter mordicat, quanq̃ sit facultate admodum digerẽte, desiccanteq́ue. Igitur quidam id modò, qđ in metallis inuenitur, ita nominãt: alij uero id, quod in æreo mortario pistilloq́ue æreo ex pueri urina præparatur: id quod quidam inter æruginum dr̃ias numerant. Satius uero est ipsum præparare tpe æstiuo, aut certè aere prorsum calido, urinam in mortario terentes. Præstat aũt æs, ex quo mortarium pistillumq́; conficias, rubrum sit: nam quo æs mollius fuerit, eo plus circumagendo pistillo deteritur. Hoc medicamentum aptissimum est ulceribus cõtumacibus, tum per se, tũ alijs, mistum, ut in opere de componendis medicamentis referetur. Nunc autem id nouisse sat est, ꝙ quanto plus q̃ chrysocolla metallica desiccat, minusq́; mordicant, tanto etiam ipsam excellit tenuitate partium. Ipsam tamen chrysocollam illam si uras, multo tenuiorem efficies. A. cap. 3[illegible]

Psimythium cerussa.

Psimythiũ. Et hoc medicamen testimoniũ prębet modò dictæ facultati. Nam si ex acri aceto soluatur, gustu tñ neq; acre erit, neq; mordax, neq; digerens, sed emplasticum & refrigeratoriũ: G facultatis ęrugini dissimillimę, tametsi & illa conficiat̃ aceto æs dissoluente. Porrò cerussa adusta in sandyca quam uocant, transit, medicamentum se ipso tenuius, non dum tñ excalfaciens. Phycos autem, seruata cerussę frigiditate, tenuitatem partium assumpsit, ut per eam in profundum altumq́ue corporum, quibus admouetur, uis eius penetrare ualeat. A. l. 2. t. 2. c. 117. fo. 111.

Psoricum.

Psoricum." Conficitur hoc medicamẽ dupla chalcite admista lithargyro: ante tñ utrisq; aceto acerrimo solutis, sicq́; in ollam nouam coniectis, quam fimo ęstate media diebus quadraginta obrutam sepelies. Hoc medicamen desiccatorium est magis, simulq́; minus mordax chalcite, ac nimirum partibus etiam tenuioribus. A. ibid. c. 261. & 273.

GALENI DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM FACVLTATIBVS

LIBER DECIMVS H

ARGVMENTVM LIBRI.

Agit de facultate simplicium medicamentorum, quę ex animalibus sumuntur.

Aduersus Xenocratem, & cæteros, qui, quæ mortalibus damno, & dedecori sunt, scriptis prodidere.

Nihil eorũ, q̃ nunc dicenda ueniunt, magnopere iuuare poterit eos, qui ea quę principio huius tractationis, primis uidelicet quinq; libris, tradita sunt, ignorãt: immo q̃dã fortassis noxæ occasio erunt illi, qui cum scriptis hic medicamentis uti volet, rationem tamẽ ac methodum non habeat. Tanquam itaq; illa didiceris ita tecum uerba faciam, repetita totius tractatus summa. Ostensum est medicamenta, quę effectricibus nominatis qualitatibus agunt, nempe caliditate, frigiditate, humiditate, & siccitate, harũ mistione effici acerba, austera, salsa, * saluginosa amara, acria, dulcia; p̃terea extergẽtia, repcutiẽtia, attrahẽtia, emolliẽtia, vrentia, septica, crustica: ad hęc s̃m alias actiones magis spãles sarcotica, synulotica, glutinatoria tũ fistularũ tũ ulcerum, aut carnis excrescentiam detrahentia. Ostensum quoq; est, quo pacto

Acto vniuerſalis facultas experientia unica demonſtratoriè inueniatur,nec ea uulgari & quauis, ſed quæ cum dictis adhibeatur limitationibus: Cæterum inuẽta ſemel facultate uniuerſali, nulla inſuper experientia opus eſſe ad particulares actiones, niſi ad confirmationem eorum, quæ ratio repperit. Sic ergo nunc quoque iudicium faciamus propoſitæ materiæ, quę eſt ea, quæ ab animantibus accipitur. In tribus.n. libris, qui inſequuntur quintum, nempe ſexto, ſeptimo, & octauo, materiam ad plantas attinentem expoſuimus, non ſanè omnem, quæ uniuerſo terrarum orbe reperiatur, ſed quantum nobis experiri eius datum eſt. In ſuperiore uero, qui eſt totius operis nonus, eam, quæ uerſatur in terroſis, ac lapidoſis corporibus, enarrauimus. Reliquũ porrò nunc eſt, ut eam, quæ ab animalibus ſumitur materiam, perſequamur. Deinde reſtant, quæ in mari, paludibus, aut omnino in aqua naſcuntur, quæ quidem neque plantæ, neque terra, neque lapis, neq; animal, ſunt. Ea planè pauciſſima ſunt, & ultimo loco ſcribenda, poſtquam uide licet, quæ ad aĩantium corpora pertinent, abſoluero. In quibus is doctrinæ ordo ſeruabitur, qui in nomenclaturarũ primis uiſitur literis. Porrò ſicut in plantarum materia ẽt de ſuccis, qui ex ipſis fiunt, diſſerui, ita nunc quoq; non ſolum edocebo ſolidarum in aĩalibus partium facultatẽ ſed eorum quoque, quæ in ipſis continentur, puta pituitæ, bilis, ſanguinis, urinæ, ſtercoris, & ſi-
β milium. Igitur in ijs, quæ ſuperius ſunt dicta, haud ita multa particularia eorum, quæ in materijs conſcripta ſunt a medicis, ignota mihi fuere: uerum operam dedi, ut ipſe per experientiã facultates eorum cognoſcerem. Quòd ſi qd ignorabã, planè nec de illo quicq̃ conſcripſi, haud credendum alijs cenſens, ne de uno quidem eiuſmodi, q̃ certum habeam non nullos multa menti ri. At in pñti materia nõ ita ſe res habet. Ingenue ſiquidem fateor, complura eſſe tum partium, tum liquorum, in aĩantium corporibus comprehenſorum, quorum nullius eiuſmodi feci periculum, cuiuſmodi quidam ſcriptum reliquerunt. Siquidem quædam eorum abominanda detestandaq; ſunt, quędam ẽt legibus uetita: de quibus haud ſcio, quo pacto ſcribere licuit Xenocrati, homini nõ olim nato, ſed proauorum noſtrorum ſeculo, cum Imperium Romanũ hoĩbus veſci vetuiſſet. Atq; ille ſanè, tanquam ipſemet fuerit expertus, magna profecto fiducia ſcribit, quos nam affectus curare ualeat comeſum cerebrum, aut carnes, aut iecur humanum: quos autem capitis, ſuræ, & digitorũ oſſa, partim uſta, partim uſtionem non experta: quæ deniq; & ſanguis. Sed hæc ſanè tametſi contra leges ſunt, non tñ ſunt fœda, atque abominanda: At potio ſu doris, aut urinæ, aut menſiũ mulieris, abominanda deteſtandaq; eſt: atq; horum in primis ſtercus: quod tamẽ ſcribit Xenocrates, ſi oris, ac gutturis partibus inungatur, & in uentrem deuore
C tur, quid præſtare ualeat. Scripſit etiam de auriũ ſordibus deuorandis. At ego ne has quidẽ unquam deuorare ſuſtineam, ne ſi in totum quidem morbo deinceps liber degerẽ. Atque his ẽt magis abominandum puto ſtercus. Eſtq; probrum grauius homini modeſto audire κοπροφάγον hoc eſt ſtercoriuorũ, quàm fellatorem aut cinædum. Et inter fellatores magis execramur qui phœniciſſant, quàm qui lesbiantur: Cui non diſſimile mihi uidetur perpeti, qui menſes bibere ſuſtinet. Itaque horum nemo periculum facere non auerſabitur hominũ certe ſm naturam habentium: neque inſuper eorum, quę tametſi modeſtiora uideantur, tamen etiam fœda ſunt, nẽpe partem aliquam corporis ſtercore inungi perpeti, ob affectum ſcilicet, ſi quem patiatur: Aut humano ſemine, id quod γόνον hoc eſt genituram, appellare ſolet Xenocrates; ſummaq̃ diligentia diſtinguit, quæ nam ipſa genitura ſola illita iuuare queat, quę uero, ubi ex ſinu mulieris poſt coitum uiri effluxerit. Nam ingens ſit medicamẽtorum penuria oportet, ubi quis, quo chimethla, ſiue peſſiones curet, uiri ſemen conquirere cogitur, quod in mulieribus congreſſu intus non remanſit, uerum effluxit, atque effuſum eſt. Atque pleraque ſane eiuſmodi materię ſpecies eſt in ijs, q̃ de utilitate ab animalibus percipienda ab illo ſunt conſcripta. Siquidẽ non quã uim habeat epota urina, aut deuoratum illitumve oris partibus ſtercus duntaxat hominis, enar-
D rat, uerum ẽt aliorum cuiuſque animalium, atq; alia etiam non pauca rarorum, & paratu difficilium, puta cum Elephanti, aut equi Niloi meminit. Nam beſtiam ſeu feram regiam, quã uocant Baſiliſcon, ne uidere quidem unquam contigit: & ſi uera ſunt q̃ de illa referũtur, periculoſum ẽt eſt uel prope accedere ad hoc animal. Nõ diſſimilia ijs, quę à Xenocrate ſcripta ſunt, & ab alijs prodita ſunt de animalibus: ex quibus, & ipſe Xenocrates pleraq̃; exſcripſit. Nam unde illi tantarum, taliumq̃; rerum experiundarum fuiſſet copia? Sane rex quondam noſter Attalus, cum ambitioſiſſime talia ad experientiam conquireret, tamen pauciora ſcribere conſpicitur. Porro quidam Ateuriſti eandem tractationem commendans, enarrandam mihi tradidit: cęterum iudicio meo nec illa quidem etiam ita ab illo conſcripta eſt, ut omnia ipſe fuerit intuitus, oculisq̃ ſuis præſens conſpexerit. Proinde nec ego baſiliſcorum, aut elephantorum, aut equorum Niloorum, neque alterius cuiuſquam, cuius ipſe periculum non fecerim, meminero. Porrò φίλτρων, ἀγωγίμων, ὀνειροπομπῶν, & μισήθρων uocatorum (ex induſtria enim ipſa illorũ nomina recenſui) plane nec ſi abunde illa forem expertus, mentionem facere in animum inducerem, ſicuti nec lethalium medicamentorum, aut ut ipſi uocant. παθοποιῶν. Nam illa ſane ridicula ſunt, conſtringere, ac uincere aduerſarios, ut in iudicio nihil poſſint eloqui, aui grauidæ aborſum afferre, aut ut ne unquam deinceps concipiat efficere, & quæcunque eius ſunt generis: Sane horum

rum pleraque,vel anteq̃ facias periculum,ſcire licet eſſe impoſſibilia:quædã uero poſſibilia,cęE terum uitæ mortalium noxia.Itaq; ego,per Deos,admiror,qua cogitatione,quoue conſilio,ad ea ſcribenda quidam acceſſerint. Nam quæ uiuentibus dedecori,atq; ignominiæ ſunt prodita, quo pacto ſibi poſt mortem gloriæ fore ſperarunt?Itaq; ſi regia ptãte præditi, in hoĩbus morti condemnatis illa experirentur,nihil graue cõmitterent.At ubi totam uitam degunt priuati, atque eiuſmodi ptãtis expertes ad ea ſcribenda accedunt,duorum alterum neceſſe eſt:aut.n.ſi ex parti non ſunt,ea conſcribunt,quæ ipſi ignorant:at ſi experti ſunt,hoĩum oĩum ſunt,uel impijſſimi,qui experiundi gratia hoĩbus innoxijs pernicioſa medicamenta exhibent,ac non nunquã etiam honeſtis,ac probis uiris. Nã quidam,medicis duobus ad vnguẽtariorum officinã conſpectis,attulit ad eos mel,uenditurus ſcilicet. Illi ubi guſtaſſent de pretio diſceptãt.At hic tanquam illi parum offerrent,propere ſubducit ſeſe:uerum medicorum neuter ſeruatus eſt.Itaq; non minus qui ſcribunt,quàm qui talia perpetrant,immo magis etiam, odio digni ſunt: quanto.ſ.minor iniuria,ac ſcelus eſt,quod ſolus facias,quàm quod cum multis. Deinde cum eo,qui perpetrauit,moritur & malorum theorematum experientia:at eorum,qui ſcriptis prodidere, immortalis eſt malitia,arma prauis hominibus ſuppeditans. Iam igitur nos dicamus de ijs rebus,quæ humano generi ſunt utiles,utique quarum fecimus periculum. F

DE HVMIDIS QVAE SVNT IN ANIMALIBVS.

HAEMA SANGVIS

SAnguis.Intelligẽdũ uidelicet eſt aĩalis ſm naturam hũtis:nam is re uera ſanguis eſt.At melãcholicus,aut picrocholus,aut pituitoſus,aut ſeroſus,aut putridus, ſanguis eſt miſtus, exſanguine.ſ.uero,& ichore,ſanieve illi permiſta.Tum ipſius quoque ſanguinis naturalis in quoque aĩali alius liquidior,alius ſiccior: hic magis,ille minus calidus: nam frigidus ſanguis nullus eſt.

Sanguis ſuillus.

Sanguis ſuillus humidus eſt,& minus calidus, humano" maximè tẽperie ſimilis: ſiquidem & carnes ſuum humanis ſunt ſimiles. Comperti.n.ſunt hoſpites,& coqui cõplures, qui humanas carnes pro ſuillis uenderent:tametſi,qui eas ediſſent,nullum oĩno diſcrimen percipere potuerint.Quin & ipſe narrantes audiui uiros fide dignos, ſeſe in diuerſorio publico ius eſitaſſe delicatum cum carnibus ſuauiſſimis: cæterum,cum iã penè ſaturi eſſent,inueniſſe digiti partem anteriorem,q̃ uidelicet ad unguem eſt:quo perculſi,ac metuentes eos,qui agebant in diuerſorio, ne.ſ.ſe quoq; uorarent,ceu ei rei aſſueti,protinus quidẽ illinc exiere,ac uomitu redditis, q̃ ederant,ita iter denuo ingreſſi ſunt. Sed & in ipſo facinore hoĩes mactantes deprehenſos non ita G multo poſt referebant.Itaq; iure quiſpiã exiſtimet ſuillum ſanguinẽ humano eſſe ſimillimũ: ex tali.n.ſanguine tum prima conſtat generatio,tum poſtea nutritio carnibus.Itaq; quiſquis ſanguinem humanũ morbo alicui utilem eſſe ait,in ſuillo primum id comprobet:ac ſi non eandẽ, ſaltem ſimilem,actionem oñdat.Nam etſi aliquatenus inferior ſit humano ſanguine,ſaltẽ aſſimile quippiam efficiet:quo cognito,ab humano pleniorem fore utilitatem ſperabimus. Nãſi ne paulum quidem promiſſis rñdeat,non erit cur in humano experiri oporteat: quippe ſimilia efficere poſſe ſimilia experti ſumus.Nam columbę ſanguinem Pergameni noſtri, atq; adeo p totam ferè Aſiam,qui capitis oſſa confracta perforant, in craſſum cerebri inuolucrum effundere aſſolent.Poſtea quidã cũ hret palumbum,nec eſſet ad manum columba, vſus eſt palũbi ſanguine,& tñ ſeruatus eſt hõ ille.Et alius turturẽ eundem ad vſum applicans,nihil hoĩem læſit. Si quidẽ ſimilibus ad eoſdem uti affectus,ubi quæ antea expertus ſis non adſunt,unum eſt ex confeſſis,& experientia comprobatis.Et humanæ uitæ pleraque hunc in modum peraguntur.

Hæma peristeras ſanguis columbæ.

Porrò qm̃ exẽpli uice mentionẽ feci ſanguinis columbini,nihilo deterius fuerit iam ipm̃ ſermoni proponere.Siquidẽ eo ad hypoſphagmata in oculis conſiſtentia quidam utunt̃,protinus H uidelicet ſumentes,qui ex aĩante mactata effluit.Nã calidũ in hypoſphagmata affundunt,uenis ad alarum exortus inciſis,quo uidelicet ad multos uſus idem aĩal ſufficiat.Alter,pullorum tenerorum extractis pennis(ſunt autem hæ molles,& fiſtulas humore plenas obtinent) eum ipſum humorẽ exprimebat,oculis" inſtillans.At alijs medicis controuerſia fuit,pulli ne ſanguinem an columbæ adultæ,meningi effundere oporteret:& an maris,an fœminę.Ego uero ſexcentos noui eorũ,quibus Romæ perforata fuere capitis" oſſa,nec quicquã ab uſu roſacei,citra colũbę ſanguinẽ,offenſos.Verũ id calidũ ſit æquè,at colũbæ ſanguis, neceſſe eſt:ac fortaſſis ipſa tm̃ calidi tatis in cõtactu moderatione eſt utilis,haudquaq̃ eximia,& incognita facultate.Adeſt illi quoque bona facultatis temperatura.Sed quid hoc?Nã & hæc roſaceo ineſt, præterq̃ p leuiter adſtringat.Itaq; melius inuenire nihil poſſis in capite pforato,q̃ ut roſaceo probo utare.Indicaui aũt ſupra,quo pacto oporteat roſaceũ,de quo queri nõ liceat,pparare.Sed & collyria ſunt plurima, quæ medeantur hypoſphagmatis, & maxime,quod plurimam recipit myrrham,quale eſt,qđ a Damocrate compoſitum eſt,quod uocant Diaſmyrnon.Secundo ſunt,quę habẽt multum thuris. Poſt quæ ſunt, quæ ex croco conſtant. Quin & fœnigręci ſuccus ſanguine columbino in hoc utique præſtat. Quid ergo moramur, aut columbos, aut palumbos,aut turtures,

cum

A cum oſum medicamentorum paratu facillimũ habeamus fœnum græcum, tum memorata collyria in promptu ſeruemus? Ad eundẽ modum nec noctue ſanguine ad difficulter ſpirantes egebimus: quanquam ſunt qui non ſanguinem bibendum exhibeant, ſed ipſam iubeant coctã edere ex ſimplici iure. Ac ſanguinem quidẽ alij aquæ, alij uino, inſtillãtes exhibent. Et fuit ẽt quidã qui immodice hunc ſanguinem apud mulierem aſſidue difficulter ſpirantem extolleret, & cùm rogarem, qualem ab eo ſciret curatam ſpirandi difficultatem, ne id quidem nouerat, quòd plures eſſent. Et ſanè in muliere quidem eſt uſus, verum profuit nihil.

Hæma nyctteridos, ſanguis ueſpertilionis.

Sicut" nec ſanguis ueſpertilionis: quod ſcribunt quidam, ſi uirginum uberibus illinatur, plurimo eatpe ab extuberatione tueri. Eſt aũt & ipſum falſum, ueluti & ꝙ enaſci ſub alijs pilos, phibeat: Id quod rectè Xenocrates tanꝙ mẽdacium calũniatus eſt. Verũ ipſe cenſet poſt illius uſum aut chalcanthon inſpergendũ, aut ſemen cicutæ. Aitq; ubi hoc factũ erit, aut prorſum pilos non prodituros, aut certe lanuginoſos: ceu leue, atq; exile medicamẽtũ adderet cicutæ ſemen, ac nõ per ſeſe ſufficiat ſtrenue refrigerare partes quibus fuerit impoſitum. Alij uerò & puerorũ pudẽdis ſanguinẽ ueſpertilionis illinunt, credentes ita diutiſſimè eas partes à pube ſeruari poſſe im-
B munes. Atqui non oportebat putare diutiſſime, verùm perpetuo fore tales: velut exiſtimant & alias. Ergo ex refrigeratione partis uehementi, eiuſmodi quippiã poſſe cõtingere nõ eſt à ratione alienum. Non tñ adeo frigidæ facultatis eſt ueſpertilionis ſanguis: nam in totum nullus ſanguis frigidus eſt. Sunt.n. non pauci, quo pro alimento habent ſanguinem leporis, gallinarum, & caprarum: verum leporis & gallinarum complures ẽt eorum, qui urbes incolunt: at agreſtes uẽtres ſuos caprarum ſanguine una cum adipe implẽt, vt Homerus ait ſolitos ſponſos Penelopes. Sed nunc non eſt nobis ſermo de ijs, quæ ciborum loco ſumuntur, ſed quæ adhibentur ut medicamenta. Sed quædam ſunt, uti ſupra poſui, alimenta ſimul, & medicamenta: quorum hic faciẽda mẽtio eſt, quatenus medicamẽta, non quatenus alimenta. Etenim qui aqua inter cutẽ laborantibus ſanguinẽ caprarum cũ melle exhibuerunt, eũ ut medicamen, non vt alimentum, obtulere: tum qui ad dyſenteriam toſto eo, & ad uentris fluxum, ſunt uſi. Videturq; mihi quiſpiã craſſam
C eius eſſentiam, & terreã cum caliditate exiccatoriã eſſe ſuſpicatus, ad hũc vſum perductus. Porrò galli gallinæq; ſanguinem cum ab ipſis ad meningum hęmorrhagiam ſcriptum inueniſſem, nec magnum ꝙppiam effecturum ſperaui, nec auſus ſum experiri. Simul.n. metuebam, ne curioſus & ſtolidus uiderer, ſi tantis tamq; probatis remedijs ſemel præteritis, confiderẽ ſanguinem gallinaceum illis plus poſſe præſtare: ſimul verò cùm eiuſmodi ſanguinis eruptio admodum ſit periculoſa, non eſt mihi viſum fore honeſtum, ſi ad ea, quæ inexplorata eſſent, trãſiſſem: ſiquidẽ periculoſa eſt eiuſmodi experientia, & quæ ſolis Regibus in homines noxios merito uſurpatur. Deſperabam vero ẽt de ſanguine agnorũ, quẽ quidã comitiali morbo mederi potũ ſcripſerũt. Itaq; nec hunc quidẽ ẽt experimẽto iudicare ſum auſus. Quòd ſi quis experiri uolet, certo ſcio dãnabit qui talia ſcripſerunt. Siquidẽ quæcunq; potu iuuant epilepticos, ea facultatis ſunt incidentis: at ſanguis agninus omnium minime talis eſt. Porrò qđ de hœdorum ſanguine prodidit Xenocrates, cum exiſtimaſſem non eſſe impoſſibile, ratus ob aceti miſtionẽ poſſe aliquid efficere, perſuaſi cuidam in agro degenti, ac rei ruſticæ quidẽ ſtudioſo, cæterũ primis diſciplinis erudito: retulitq; ſe eo in duobus ſanguinẽ expuentibus uſum, nõ nullã utilitatem expertum. Cæterũ illorũ neuter, ex ijs, quę mihi narrabat, neq; ex arteria, neq; ex larynge aut pulmone, expuiſſe uiſus eſt. Xenocrates igit in primo libro de percipienda ab animantibus utilitate, vbi de hœdis diſſerit, ſcribit in hæc uerba. Ad hæmoptoicos, hoc eſt ſanguinem ſpuentes, admodum utile.
" Oportet autem ſ hœdorum ſanguini ſ nondum concreto menſura ſemicotylæ tantundem admi
" ſcere aceti acris, idq; feruefactũ trifariã partiri, & in ſingulos dies ſingulas partes exorbendas p̃
D bere. Itaq; liceat tibi forte fortuna in agro deprehenſo, ubi reliquorũ fuerit inopia hoc uti, cũ citra periculũ id experiri poſſis. Vrſorum uero ſanguis ſi abſceſſibus calidus imponatur, fieri poteſt ut concoquat. Adijciam uero etiam caprinum, hircinũ, taurinum. Licetq; tibi, ſi uoles, prẽteritis decem millibus medicaminũ paratu promptorum, quibus cõcoquuntur abſceſſus, vrſos, tauros, ac hircos mactare, quolibet ſcilicet uſu: nec enim quiſpiã ſemel impoſito in partem affectam medicamento promiſſum eius exiget, nec etiam ſi refrixerit ut iam cogatur.

Sanguis viridium ranarum.

Porrò" cum aſſereret quidã, ſanguinẽ uiridiũ ranarũ, paruarum ſcilicet, quas quidã brexantes nuncupãt, ſi euulſis ex palpebris pilis inungeretur, ut in poſterũ ne recreſcerent, prohibiturũ, falſum id cõperi facto periculo. Poſtea uero ſcriptũ à quibuſdã repperi illud ipſum, ſicut ẽt Crotonum, quos potius ueteres appellitãt cynoraiſtas. Verum nec hic facto periculo promiſſa p̃ſtitit.

Sanguis crocodili, & reliquorum.

Cęterum" an crocodili terreſtris ſanguis uiſum acuat, ne id quidẽ experiri uolui, cum haberẽ ꝓbata aciei exacuẽdæ medicamina, ſ quæ Græci uocant ὀξυδερκῆ. ſ Neq; an admiſſariorũ equorum ſanguis cruſtam moliatur, & ſepticus ſit: neq; an murium domeſticorum ſanguis uerrucas, ſ quas uocãt ἀκροχορδόνας ſ decidere faciat. Nam aliorũ fuit mihi magna ſemper copia & ad hoc

pathema, & quod ægrius illo medicabile eſt, nempe ad uocatã myrmeciam. Et cauebam ne præ E
ſtigiaturæ opinionem merito referrem, cum iam etiam improbi quidam medici ex diuinandi
quapiam arte, non ex ſpeculatione medica, me in morbis ſolere prædicere calumniarentur.

Gala Lac.

Lac. Bifariã hoc utimur, partim ut cibo, partim vt medicamento. Sed quid ualeat vt cibus, in curandi Methodo, alibiq; expoſitum eſt: at facultatem eius ceu medicamẽti, eam nunc explicabimus. Ac primum illud cõmonebo, qđ paulo antè de ſanguine, ꝙ non de morbido lacte, ſed de naturali cuiuſq; animantis, ea quæ dicenda ſunt intelligere oporteat. Igit̃ lac ſaniſſimum, uelut etiã ſanguis, purũ ſyncerũq; eſt, nec amaritudinis, nec acrimoniæ, aut aciditatis, aut ſalſedinis, aut fœtoris particeps: ſed, ut dixerit quiſpiã, bono odore præditum, aut odoris expers, aut certè exiguum odorem bonum referẽs. Clarum ẽt eſt id eſſe debere guſtu ſuaue, pauculã habens dulcedinem, ſicut & ſanguis integræ ſanitatis, ex quo & lacti conſtat generatio. Tale lac ad acres & mordaces fluxiones eſt utiliſſimum, non abluens tantummodo eas à partibus afflictis (eſt.n. id illi cum aqua cõe) ſed & corpora illinens, ut non in nuda cadat quod defluit. Nec in hoc dunta- A. L. 2. 2. 434. 5. 6. 7. 8.
xata quę præſtat, uerum ẽt quia colluit, utpote extergentem in ſeſe humiditatẽ continens, quam
uocant ſerum, id quod colluit, diluitq; corpora: reliquo aũt, quod craſſum pingueq; eſt, circũli- F
† π῎ πιμελὴ, καὶ τὸ σέαρ. *adeps & ſeuum. vide li. ſeq. cart. 78. g* nitur, non aliter q̃ † pinguedo, adeps, atq; oui albumen, & ceratum ex eloto oleo ceraq; confectum: nã & hæc ab acribus ichoribus, ſeu ſaniebus natas mordicationes mitigant, eo ꝙ corpori bus circũliniantur, ipſa naturæ minimè mordacis. Porrò cùm lac oĩum facillime alteretur, p̃ſertim ſi ambiẽs fuerit calidũ, multũ à dicta facultate amittit, niſi ꝓtinus q̃s ab uberibus effuſo calido etiãnum utat̃. Maxime igit̃ mulieris bñ habitæ, & bonã uictus rationẽ ſeruãtis lacte utendũ, nam id humano corpori eſt familiariſſimũ: deinde aliorum animalium, q̃ quidẽ ab humana natura non longiſſime abſunt: id qđ ſcies ex carnium odore, nam faſtidioſus eſt, & iniucundus eorum, q̃ multum diuerſam habent temperiem, ceu canis, lupi, leonis, pardalis, vulpis, hyenæ, vrſi, & ſimilium: non iniucundus aũt eſt eorũ, quæ non porrò abſunt, ut ſuis, capræ, equæ, bouis, ouis, aſini. Quocirca ẽt cũcti homines docti experientia caprino, ouillo, bubulo, aſininoq; vtuntur lacte, & caſeos ex eis conficiunt, excepto aſinino. Nam id planè tenue eſt, & plenum humoris ſero ſi, uelut bubulum craſſum: cæterum conſiſtentia medium caprinum eſt: at ſus crudũ aqueumque lac obtinet. Porrò lac omne ex tribus conſtat eſſentijs, caſeoſa, ſeroſa, pingui: hanc plurimam habere conſpicitur bubulum, ex quo conficitur & id, quod Butyrum nominant, concoquentis & laxantis facultatis: Quamobrem maxime illo vtuntur ad parotidas & bubones. G

Serum Lactis.

At Serum, ut dictum eſt, extergendi potentiam poſſidet: adhibeturq; ſubducendi uentris gra A. Bulein.
tia, ac ꝑ clyſteres injcit̃, extergens & abluẽs ſine mordacitate inteſtinorũ acrimoniã. Præterea
ſi quis ulcera, quæ ſanie infeſtantur acri, uice aquæ ſero colluat, optime ſane fecerit. Præterea q̃-
† *Liuores.* cunq; medicamẽta digerere ſolẽt ecchymomata & † atra, ea p̃ſtat ſero, q̃ aqua diluere. Sic ẽt eo
utimur ad ſugillata & hypoſphagmata, peculiarib⁹ ad hęc medicamẽtis cõmiſcẽtes. At çaſeoſũ
illud & craſſum ipſi⁹ lactis magis illitũ adhęret, & eo nomine acrimoniã retũdit ξ magis. ξ Porrò
ubi aliã quãpiam deficcantẽ facultatẽ habuerit adiunctam, optimũ eſt remediũ dyſenteriæ, &
omnium uentris acrium fluxionum. Eam accipit à lapidibus, q̃ prædecocto ipſi injciunt̃ igniti.
Porrò eos eſſe oportet quos uocant κάχληκας. Et lac eouſq; decoqui debet, dũ pleraq; ſeroſi in
eo hum oris abſumpta pars fuerit. At nos iniectis ferreis in ipſum cylindris candentibus, eandẽ,
aut etiã meliorem facultatem efficimus: nam ferrum adſtringentis quoq; (vt eſt dictum) faculta
tis eſt particeps. Ac proinde cylindros ego cõplures effeci huius gratia, ad fines veruũ ꝓpendẽ
tes, quo uidelicet quis manubrio ignitũ ferrũ facile igni eximat: & ſicut cauteriorum, ita horum
manubria pannis inuoluo. Porro lac totum ad acres oculorũ fluxiones tum per ſe, tum cũ mol- H
lium collyriorum quopiã, eſt utile: prẽterea ad hypopia, & hypoſphagmata. Quin etiam palpe
bris extrinſecus, ubi q̃ ophthalmia laborant, ſomno ſeſe dabunt, impoſitum ſimul cũ roſaceo, &
ouo, phlegmonas eorum concoquet: ſed hoc eſto lac mulieris recẽs ex mãmillis expreſſum. In
fundimus ipſum & utero vlcerato tum ꝑ ſeſe, tum ijs medicamentis commiſcentes, quibus mi-
ſceri poteſt, utiq; citra morſum curantibus: & vbi in ſede vlcera mitigamus p̃ ſaniei acrimonia
† *Rugas. ita uocãtur plicæ circa ſedẽ, quæ in tumeſcẽtes fiũt condylomata.* dolẽtia, aut phlegmonas, aut † ſtolidas ꝓpetientia. Sic & ad ulcera pudendorũ utimur, & ad omnia, q̃ leniri poſtulant ſiue ob phlegmonen, ſiue ob morſum, ſiue ob malignitatẽ. Ea propter & cancroſis applicatur ulceribus, medicamentis anodynis cõmiſtum, qualia ſunt quę conſtant ex pompholyge. Et quid attinet cõmemorare, ꝙ ore contentũ & collutum gargarizatumq; uel maxime phlegmonas eius mitigat? Sed & tonſillas, & columellã, & antiadas phlegmone affectas, admodum mitigat, & proinde etiã ſynanchen ſiue anginam. Atq; ut ſemel dicam, medicamentum eſt leniens ξ Græci uocant παρηγορικὸν, ξ totam quidem ſubſtantiam, habẽs mordacitatis expertẽ, ſed multo magis ubi concoctione moderata potiſſima pars ſeroſi humori abſumpta eſt. Sic mihi uidẽt etiã medici ad uenena, q̃ eroſione interimunt, lac dari ſuadere, uelut ſunt lepus marinus, & cãtharis. Sunt etiam qui exhibent ijs, q̃ aconitum & thapſiam ſumpſerint: ſed hæc

ex ratione

A ex ratione fecerũt. Alia uerò palam mẽtiti ſunt, ut de lacte" canino, q̃ in palpebris pilos renaſci prohibeat, ſi prioribus euulſis, ei loco foret illitũ, unde pilorũ radices extractæ eſſent. Ad eundẽ modum qui ſcripſerunt, q̃ celerem pilorum in pudendis exortum reprimat, ſi quidẽ foret ante pubertatem illitum: quiq́; q̃ fœtus emortuos eijceret potum, uerum nõ protulere. Sed & alia q̃dam præſtigiaturis contaminata, tum de horum, tum de aliorum quorundam animalium lacte conſcribunt, quæ me ab initio dicturum negaui, etiamſi experientia didiciſſem uera dixiſſe.

Caſeus.

Caſeus. Sermoni" qui hĩ de lacte, annectendum eſt de caſeo, propterea q̃ ſit lac coagulatum. Non tñ uniuerſa lactis eſſentia in caſeos cogitur, ſed quod craſſum eſt duntaxat. ſ. tenui ſeroſo ſecreto ac ſeparato. Porrò dictum eſt hĩe lac in ſe naturam quandam pinguẽ, & ueluti oleoſam, eamq́ue plurimam eſſe poſui in bubulo: ac ubi a reliquo lacte ſeiunctum fuerit, ſolumq́ue per ſe conſtiterit, id pingue, butyrum appellari: at, ubi cum toto lacte coagulatum fuerit, ſeroſo dũtaxat humore per coagulationem ſeparato, pinguẽ caſeum effici. Fiuntq́; hoc pacto caſei bubuli quidam adeo pingues, ut ex ijs effluat quiddam ad ſpeciem olei. Porrò tũ hi, tum reliq̃ omnes, temporis ſpatio acriores tibi apparebũt, ſiue guſtes, ſiue olfacias. Itaq; cũ mihi olim caſeus alla
B tus eſſet bubulus, quẽ ex odore acrem eſſe conijciebam, abieci: & iam à famulis abſumptum putabam: cæterum illi talia ſeruare ſoliti, lõgo poſt tempore ex promptuario proferentes, quidnã de illo fieri iuberem, rogant. Cum igitur edendo non eſſet propter acrimoniã, ludicrum nobis problema extitit, proponẽtibus, cui rei quis illũ utiliter poſſet accõmodare. Interea cum ad me arthriticus quiſpiam in curru cõuectus eſſet, tophos ſquos Græci πώρους nuncupant, ſin articulis habens, ſubijt mihi crure ſuillo ſalſo, q̃d erat intus, decocto, caſeũ eo decocto macerare, ac pbe in mortario ſubigẽdo unitũ tophis imponere. Et ſane arthritic⁹ ab hoc medicamine magnificè adiutus eſt: nã rupta ſpõte ſua cute, abſq; inciſione uidelicet, effluxere quotidie citra doloré tophorũ particulæ. Vbi aũt totus, q̃ apud me erat, caſeus fuiſſet abſumptus, talẽ ſibi aliũ cõparans artrhiticus in poſterũ ſeruauit: & poſtea rurſum uſus eſt inueterato, atq; ubi tunc quoq; idẽ percepit cõmodũ, ſæpius deinceps uti p̃ſeuerabat: & quoſdã amicorũ ſimiliter affectorum docuit. Atq; id quidẽ nos excogitauimus: cæterũ cõprobauit, atq; confirmauit experientia. Porrò recẽ tem, q̃ inueterato contrarij eſt tẽperamenti, quãdoq; homini in agro degenti, moderatæ magnitudinis uulnus habenti impoſui, antea uidelicet ad læuorẽ tritũ. Extrinſecus aũt illi imponebã folia lapathi. Poſſint uero ẽt, ſi hæc nõ adſint, folia ſuperponi uitis, aut platani, aut betę, aut lactu
C cæ. At ipſe quidẽ caſeus uulnus glutinauit, † eratq́; etiamnũ mollis. Alius uerò, qui uocatur & in patria mea Pergamo, & per ſuperiacentẽ Aſiã, Oxygalactinus, magnũ ruſtici uulnus conglutinauit impoſitus: nam recens coagulatus ac mollis repercutiendi uim obtinet, nimirum leuiter refrigerans. At oxygalactinus præter hæc digerendi inſuper leuem quandam uim poſſidet.

† Cod. græ. habet ἁπλοῦς τις ὤν. i. ſimplex. ſ. exiſtẽs. & ita uetus trala. Interpres uidetur legiſſe ἁπαλὸς, i. tener.

Butyrum.

Butyrus, " aut butyrũ, utcũq; nominare uoles, ſiue maſculino, ſiue neutro genere, fit quidẽ, ut ſupra dictum eſt, ex eo quod in lacte pinguiſſimum eſt. Miror autem, quo pacto Dioſcorides ex ouillo & caprino confici referat: Ego nãq; ex bubulo hoc medicamẽtũ fieri noui, ac proinde nũcupatum eſſe butyrum exiſtimo. Facultatis eſt concoquentis, paulum habens ẽt digerendi potẽtiæ, in medijs nimirum corporibus ſecundum duritiem, ac mollitiem. Nam id ſemper memoria tenere oportet, quicquid ſimpliciter, ac ſine addito, aut limitatione aliqua profertur, de medijs temperatura corporibus intelligi. Nam corporum plane durorum tumores præter naturã, hoc nequit medicamen digerere: at q̃ in mollibus ſunt phlegmonæ, eas & concoquit & digerit p̃facile: nam parotidas, & bubonas, & oris phlegmonas, aliasq́; partes cõplures, prorſum illo ſolo curauimus, nimirum puerilibus corporibus, ac muliebribus perpetientibus. Sed & gingiuis pue
D rorum dentientium aſſidue illitum, nihilo imbecillius melle gingiuas extenuat, per quas exitus eſt dentibus. Et alios omnes in ore affectus phlegmonoſos, poſtea quàm fluxio reſtiterit, digerit pariter, & concoquit. Proinde cataplaſmatis inditur, quæ extrinſecus imponuntur parotidibus, hypochondrijs, & bubonibus. Sed & in uentrem deuoratum, & ex eo diſtributum, magnificè confert expuitionibus ex pulmone, idq́ue in pleuriticis, & peripneumonicis affectibus, cum hoc, quòd eos etiam concoquat. Atque ſi ſolum linguatur, magis quidem concoquit, uerum minus educit: ſin cum melle & amygdalis amaris, plus educit, ſed minus concoquit.

Bytia coagulum.

Coagulum" omne acris ac digerentis potentiæ eſt, ac nimirum ẽt exiccatoriæ: nã neceſſario id ſuperiora comitatur. Ac leporis quidem coagulum comitialem morbũ, ſi cum aceto ebibat, p̃terea profluuium muliebre, ſanare proditum eſt: ſed & lac in uentre coagulatum diſſoluere: quod certe & nos experti ſumus, non ſolum in leporino, ſed etiam in aliorum animalium oĩum coagulo: attamen leporinum omnium eſt præſtantiſſimum. Sed & ſanguinem in uentre concretum ſimili modo epotum diſſoluit, ac efficacius quidem cæteris, uerum nõ ſolum, quod quibuſdam ſcriptum legitur, ſed & hoc commune eſt omni coagulo. Quidam aũt ſanguinis ex thoracis reiectionis leporinum coagulũ epotũ ſupprimere prodiderunt: cæterũ nec aliũ quenquã eo

vſum noui, nec ipſe ſum auſus acri uti remedio ad affectum adſtrictionẽ poſcentem. Porrò coa- E
gulum equinum ad dyſentericos & cœliacos peculiariter accõmodari ſcripſerunt non nulli.

Coagulum phocæ.

At Phocę coagulum eximie aptum eſſe quidam prædicant, tanquam uires obtineat caſtorij. Verum quæcunque proditum eſt quodque coagulum ſecundum eſſentiæ ſuæ præſtantiam proprietatem, non eſt nunc tempus exponere.

Chole fel.

Hinc ſuccus omnium, quæ in quoq; ſunt animalium calidiſſimus eſſe demonſtratus eſt. Itaq; ſicuti ſanguinẽ & carnes diſſimiliter temperata obtinent animalia, eadem ratione & fel. Quocirca calidiſſimorum fel, aliorum quoque animaliũ fel excellere neceſſe eſt: & quę illis minus ſunt calida, proportione & hũc humorẽ illis ineſſe minus calidũ, quãto ſcilicet & in alijs ſunt inferiora. Didiciſti enim quatuor eſſe uniuerſos in unoquoque animali ſanguineo humores, ſanguinẽ pituitam, & bilem tum flauam, tum atrã. Didiciſti porrò ex more nõ tantum medicis, ſed & *Latinis omnibus bilem flauam abſolute efferri bilem, tanquã ſubaudituris, qui audiunt, coloris cognominationem: atram uero nõ ſimpliciter nuncupari bilem, ſed cum addito, nempe hoc toto, atram bilem. Sed & ꝙ flauam bilẽ non nunq̃ pallidã cognominant, noſti: & ꝙ in ueſica iecoris F
interdum pallidam, interdum flauam, in cõſectionibus animalium, ipſam conſpicimus. Audiſti porrò flauam tanto eſſe pallida calidiorem, quanto & craſſiorem: nam ſeroſo recremento flauę bili commiſto pallidam conſtitui contingit: ſicut & flauam pluſculum excalfactam conſiſtentia reddi craſſam, colore autem flauam: Quin & animalibus apparet flaua quidem ijs, quæ magis ſunt calida: quæ uero minus, pallida. Et ubi calida animalia aut fame, aut ſiti torquentur, ad atrũ colorem uergit, interim illum habens ęruginoſum, interim cœruleũ, interim iſatidis, qui quidẽ magis eſt colore braſſicæ fuſcus. Itaque & tu bilis colori diligenter intendito, cum medicamẽtũ pręparabis, cui admiſcenda eſt bilis. Miſcent autem cycliſcis uocatis, & trochiſcis, ꝗualis eſt Andronis, & Polyidæ, & Paſionis, & Bitinus, qui tauri recipiunt bilem: nã ubi ea medicamẽta pręparant, quę ſunt utilia ad oculos, hyænæ, galli, perdicis, & aliorum quorundam animalium bilẽ adhibent. Porrò taurorum bilis calidior eſt & ſiccior q̃ boum caſtratorum: nam caſtratum animal ſemper ſimile redditur fœminæ, & ijs q̃ ſunt ætatis minoris. Itaque ſicut hæc humore ſuperant adulta & perfecta, uincunturq́; ab ijſdem caliditate: ad eundem modũ bos caſtratus a tauris. Et quorun dã ego taurorum bilem uidi cœruleam, flaua nimirum ſuperaſſata: quam ſanè in
præparandum inijci medicamentum uetui, ſumpto illius loco alterius tauri bile mediocriter fla G
ua. nam ille uinculis uiolenter tractus, ſupra modum fuerat defatigatus: itaque eo labore cũ excanduiſſet, clarum eſt temperaturã eius fuiſſe calidiorem: probabileq́ue eſt, ſic uiolenter pertractum, tum ſitijſſe, tum etiã eſuriuiſſe. Atque, ut ſummatim dicam, uelut urina a modica potione modice pallere, & ſitim famemque & multum laborem perpeſſis flaua eſſe cõſpicitur: impletis uero atq; inebriatis, albida: ita & bilis colores uariat, ad flauius quidem per exercitia, inediã, & ſitim: ad candidius uero in contrarijs. Scito ergo ſi pręparando medicamini bilem impenſe flauam inijcias, calidius te id effecturum: ſi pallidam, mediocriter calidum: ſin exolutam & aqueã, tanto imbecillius temperie conuenienti, quanto & bilis ad candidius fuerit uerſa. Sic qui occluſas hęmorrhoidas taurino felle aperiunt, ijs interdum imbecillũ, interdum uero ſupra quam cõueniebat, acre apparuit. Quanquam nõ nulla quoq; diuerſitas exiſtit pro corpore cui adhibeẽ, prout. ſ. prõptiore ſenſu, aut hebetiore fuerit: tum perfacile patiens, aut difficulter. Verum in ipſa bile nõ parua uiſitur, ut dixi, uarietas: nam idem homo à pallida minus, à flaua bile plus, mordicatur. Liquet itaque uel ex eo ꝙ hęmorrhoidas aperit, q̃ ſit hic humor acris: ſed & illis ipſis qui
utuntur, mordicare percipitur. Ac proinde cauemus, ne ad alium morbum aut ſymptoma bilẽ flauam uſurpemus ſolam ac per ſe: nam propoſiti cycliſci pauculum bilis accipiunt. Ac quæ ad H
oculorum acutiem componunt medicamenta, partim hyęnę, partim perdicis, partim galli, partim alterius cuiuſpiam bilem accipientia, admiſtum habent tum mel, tum fœniculi ſuccum, tum opobalſamum. Porrò animalium quorundam ſingulariter bilis à medicis extollitur, tanq̃ aciẽ exacuat oculorum, & ſuffuſionum initia digerat, uelut piſcis quẽ uocant calyonymon, hyænæ, & ſcorpij marini, tum galli, & perdicis. At ſuilla adeo omnium imbecillima eſt, ut ne ulceribus quidem toleratu ſit grauis: & apparet omnium bilium maxime aquea, exceptis ſylueſtribus ſuibus, & ijs qui degunt in montibus: nam ut horum caro & calidior & ſiccior eſt, ita & bilis. Porrò domeſticorum ſuum bile utuntur quidam ad ulcera aurium, medicamẽto utique non reprobo: & tu quoq; ubi compoſitorum nihil adfuerit, utitor: ſunt enim innumera. Sed & pro affectus
magnitudine alia etiam atq; alia alterius animalis bilis poteſt congruere. Nam ubi ulcus diutur
num fuerit, multamq́; ſaniem pusque contineat, etiam ſicciorem bilem perferet, puta ouium, q̃
paulo eſt acrior ſuilla: hac etiam magis caprarum: cui adſimilis quodammodo eſt urſorum, &
boum. At taurorũ his ualentior eſt, inferior tamen bile hyænarum: & hæc quoque inferior bile
callionymi, & ſcorpij marini, & marinæ teſtudinis. Porro *hirci agreſtis bilem ſcripſere q̃dam
prodeſſe luſcioſis, ſiue nyctalope vexatis. Cæterum uolatilium animalium biles omnes, tum
acriores

A acriores ſunt,tum ficciores,q̃ quadrupedum:& inter ipſas quoq; uolucres gallinarum & ꝑdicum biles ad medicinæ uſum probatiores habentur.*Miluorũ uero,& aquilarũ impẽdio acres ſunt, ſed & erodunt:quamobrem colore uiſuntur ærugineo,ac nõ nunq̃ atro. His itaq; earum cognitis differentijs:atq; affectibus,q̃ plus,quiq; minus,deſiccari poſtulant,cognitis:ſi unã modo quampiam opere fueris expertus,inde ad alias tranſire poteris per methodũ,ut ſemꝑ,quę affectui commoda ſit,adhibeatur. Nam cum uelut in coniectura ſita ſit cuiuſque facultatis uehementia, à definito quopiam principio ad materiã inexploratam tranſire oportet,ac à prius explorato,exceſſus qui in illis conſiſtunt diſcere.Sed & notas quaſdam luculentas ego expoſui tum à bilis colore,tum ab animalium temperie. *Accipitrum.

Hidros ſudor.

Sudor.ⁿVnus & hic eſt humorum in animantis corpore prouenientium,& eãdẽ habens ma- ⁿAlii c648.
teriam,quam urina,& eundem generationis modum.Siquidem utrique bibito humore cõſtat generatio,excalfacto ſimul in corpore,& bilioſæ non nihil ſubſtantiæ adepto:uerũ ſudor plus eſt elaboratus,utpote qui ad cutem uſque permeatis omnibus,quæ interſunt,partibus ꝑuenit. Attamen ſudores inter ſeſe & urinas differre neceſſe eſt, tum pro animalium temperaturis, q̃ B & natura,& per ætates nõ parum à ſeſe inuicem ſunt diuerſæ,& pro prẽcedẽte uictus ratione. Clarum autem eſt etiam ſi aliquando in ſermone omiſſum fuerit,pro tẽpore anni,& præſenti cõſtitutione,prẽterea pro regionibus,diuerſitatem effici in animantium corporibus nõ paruã. Nam cõpendij gratia uno capite complecti eiuſmodi omnia ſoleo,nempe,pro cingẽtis nos aeris temperie ea mutari dicens:etenim diuerſitatẽ regionum,quæ eſt in caliditate & frigiditate, hic cõprehendit,ut tempus anni,& præſentem,præteritam q̃; cõſtitutionem.Cùm ergo ſermo fuerit de urinis, aut ſudoribus, aut bilibus, aut ſanguine, aut pinguedine,aut adipe,aut quopiã in copore nato,diuidẽtibus uidelicet nobis eas,quæ in animalibus uiſuntur,dẽias,de ſanis corporibus ſermo intelligendus eſt,mediam proprię ipſorum temperaturæ conſtitutionẽ habentibus. Sic ergo ꝙ & ſudor ſalſę,& ſalſuginoſę uocatę qualitatis eſt particeps,guſtus teſtimonio probatur:nam ſæpenumero nolentibus in os defluẽs, dictam qualitatẽ indicat. Sæpe uero ẽt non obſcuram præfert amaritudinem.Attamen & color eius naturam deſignat:nã ſicut urina naturalis modice eſt pallida,ſic & ſudor. Verum id facile cognoſces in ijs,q̃ lauantur,cũ abſq; oleo ſtrigili radunt:nam ſudor in cauo ſtrigilis colligitur,colorem quẽ dixi,ſimul & guſtũ præ ferens,ac euidenter ſalſedinem habens, ſed obſcure amaritudinem.Verum de urina plus ẽt q̃ C cõueniat medici ſcripſerunt, ꝓpterea nimirum,q̃ large ea in omnibus hominibus tũ priuatim, tum publice, quotidie colligatur. At de ſudoribus aut nihil,aut q̃ curioſa ſint potius,& præſtigiaturæ obnoxia: & inſuper ſcripſerũt alij ſuperuacanea,q̃ per aliam fieri poſſent materiã medicam. Porrò ſudor etiam in palæſtris exercentium miſcetur ſordibus, hoc eſt† pato,quẽ q̃dã curioſe Atticã ſectantes linguam,Coniſalon uocant.cõfertq; nõ nihil tenuibus,ſordibus,ut tu mores præter naturam per halitum digerant.Nam illæ plus repercutiunt,minus autẽ digerũt: at poſt adiunctum exercentium ſudorẽ acquirunt multum facultatis digerentis.Ergo in phlegmonas uberũ ſolæ hæ ſordes impoſitæ efficaciori ſunt remedio.Sin ficciores uidebunt,cyprinum ſuperungito: & ſi ualde etiam ſiccæ,cyprino item ſubigito. Prẽſtat autem non ſiccas,ſed molles accipere.Porrò ſi non adſit cyprinum,roſaceum bonum miſcuiſſe ſufficit.Hoc medicamentum admodum eſt utile ijs, quibus à partu reſtringere lac conſilium eſt, eo nomine,quòd in mammis coaguletur in morem caſei. Hinc orſo, ad alios affectus ſimiles uti licebit. Atque ego ſanè ad bubonem eo uſus,celeriter diſparuiſſe tumorem conſpexi. † τῶ πάτῳ *Vide Aetium lib. 2.cap.107.*

Vrina.

Dictum quidem eſt de tota eius natura in ſermone de ſudore: Diceturq́ue & nunc, quòd D quanta eſt in animalibus bilis diuerſitas, tanta item ſit in urinis.Atque omnes quidem facultate ſunt calidæ,ſed plus tamen animalium calidiorum:minus autem frigidiorum.

Vrina humana.

ⁿAlii c716. At ⁿurina hominis omniũ propè aliarum urinarũ eſt imbecillima, exceptis porcis domeſticis,quibus execti ſunt teſtes. Nam illorum ſimilis eſt totius corporis temperatura temperie hominum, & urina ſimiliter debilis.Verum montanorũ aprorum ualida eſt,vt ẽt ex odore apparet, qui utique acerrimus eſt. Sed & in alijs animalibus ex odore uim eius conijcere liceat: nã urinas illas deguſtare plane eſt abominãdũ,cũ ne pueri quidem urinã,uir quidã honeſtus uita pariter hac moribus, ebibere ſuſtinuerit, cum peſtiferè ęgrotaret in Syria:vbi, cũ multi urinã puerorum ſimul & uirorum auſiſſent, ſeſe hinc ſeruatos credebãt. Cæterũ urina hominum,ut ſiquid aliud,extergẽdi uim obtinet: qđ cum alij multi ſatis indicant,tum maximè ſullones,qui ſordida ueſtiũ ea expurgant,atq; extergunt.Hanc eius uim cũ & medici cõſpexiſſent,ꝓſoras & lepras ea detergunt:perfunduntq́; ulcera tum multa humiditate,tũ ſordibus & impuritate ſcatentia, ac multo magis ubi putridum quiddã obtinent. Sed & pudendis,ubi ſic afficiuntur,urinam infundunt, & auribus pure fluentibus. Quin & achoras,& furfures ea curant,capiti identidem perfundentes.At nos hæc facere odimus potius, cum ad manum ſint quæ illis conducãt

alia medicamina: at ulcera digitorũ, pedis maxime, quæ ex illisione, atq; offensiõe essent insti- E
cta, sæpenumero, ubi nimirũ phlegmone carerẽt, & ipse curaui, eaq; in seruis & hominibus ru
sticis, quos iter ingredi absq; medicis erat necesse: Siquidẽ linamẽto ξυῶτον Græci uocant, ul
ceri impositio, ac insuper linteo circũuoluto ac ligato, quoties meiendi incesseret cupiditas, in
digitũ ferri urinã p̃cepi, nec antè soluere, q̃ bene esset curat⁹. Nã & si quẽ aliũ ruri sine medico
agentẽ, urinã ulceribus perfundentẽ audiuissem, nõ uetui, ubi scilicet in partibus thorace infe-
rioribus usq; ad imos pedes ulcus cõstitisset: siquidẽ ulcera aut capitis, aut faciei, urina p̃fundi
sinere auersabar. Attamẽ medicamentum qđ ex urina pueri cõficitur, qđ quidã uocant chry
socollã, qa eo ad auri glutinationẽ utũt, ad ulcera difficilia sanatu optimũ esse assero. Fit autẽ
id figura phiali confecto mortario ex ære rubro, habẽte pistillũ eiusdẽ materiæ, in qđ meiente
puerò, pistillum circũages idẽtidem, ut non tantùm à mortario quid deradat, sed ẽt à sese non
nihil deterat: id qđ plurib⁹ deinceps dieb⁹ peragitur, donec urina crassitudinẽ assequatur mel
lis. Faciendũ uero id in Sole: nã facilius in aere eiusmodi ab ære quid deteritur: aut si Sol absit,
calidas esse ædes saltẽ conuenit. Hoc medicamẽto misto ijs, quæ curãdis ulceribus rebellibus
sunt idonea, utimur, ut dixi, ceu optimo: nihil.n. habet abominandũ, perinde ut urina capiti al
terive parti infusa. Nã quid cõmemorẽ urinæ potũ? Scripsere tñ medicorum quidam de subsi F
dente in urina crasso illo uidelicet & albo, dicẽtes id mederi erysipelatis. Sanè ea erysipelata,
quæ ignea etiãnum sunt, & re uera erysipelata, calidorũ & acrium medicamentorũ oĩno nullũ
iuuare potest: quæ uero per refrigerãtia refrixere, tũ hoc, tum alia multa medicamina digeren
tia, adiuuare ualent. Atq; hoc quidẽ uti licebit, ubi non in facie, aut prope, erysipelas cõstiterit,
uerum in artuum quopiam, aut dorso, aut uentre. At urinam pueri orthopnææ gratia ebibere
necessarium non est, cum sint & alia medicamina, quæ huic medeantur affectui. Quin cũ bibis
set, quidam, affectu liberatus non est: ut non eximium quid præter alia possideat.

Sielon saliua.

Sielon, ″ siue Sialon, siue Ptyelon appellare libet, nihil interest. Verũ id sciendũ est, uim eius A. ibidẽ fin. & 613.
esse differentem, tum in animalium speciebus, tũ in eorũ unoquoq; sano & ægroto, ieiuno &
sitibundo, aut cibo potuq́; sumpto. Etenim ut urina & bilis, sic etiã saliua sumpto quidem cibo
imbecilla est: ualida & acris eorum qui ingenti, aut inedia, aut siti premũtur: in medio utriusq;
est eorum, qui probe concoxere quidem, nondum tñ cibum potũve hausere. Hæc ergo saliua
nutrices pueris lichenas curant, paruum uidelicet digitum rigãtes, ac deinde cutem affectã cõ
fricãtes: idq́; faciunt subinde, tãto scilicet interuallo, dũ saliuæ uires in lichene p̃durent, ac nõ G
dum sint extinctæ. Sed & triticum mandentes rustici non pauci furunculis imponunt, nã celeri
ter eos & digerit, & concoquit: cùm si macerarent aqua, nõ æquè p̃desset. Ex quo liquet saliuã
iuuandi robur adferre. Atq; corporibus mollibus, aut puerorum, panẽ non triticũ imponunt
ore cõmansum. Porrò oĩa sic cõmansa digerũt & sugillata, cæteraq́; ecchymomata, maximè
ubi panis simul cum pauco radiculæ fuerit commansus. Porrò tota substantia uel maxime ad-
uersa est saliua bestijs hominem interficientibus, ceu alicubi etiam Nicãder poeta refert. Pol-
licitus autem mihi quidam incantationem sese ostensurũ, quæ scorpios interficeret, ubi illam
semel dixisset, in scorpium expuit: inde rursum eam obmurmurans, iterũ scorpium conspuit:
ac ubi tertio dixisset, atq; expuisset, mortuus est scorpius. At postea ego absq; incantatione à so
la saliua occisum uidi scorpium, idq́; celeriter à saliua esurientium, aut sitientium: tarde autem
ab illis qui cibo potuque fuerant impleti: in alijs autem, proportione.

De ijs qui in corpore perueniunt.

Nascuntur″ in corpore cum alia præter naturam, quorũ non est satis honestũ meminisse: tũ A. l. 2. cap. 395. E. 13.
ẽt lapis in uesica: de quo scripsere quidam q̃ lapides uesicæ cõminuat. Atq; hoc quidẽ falsum
est experientia iudicatum: cæterum an renũ lapides frangat, omnino experti non sumus, cum H
suppeterent alia ad hoc symptoma probata medicamina. De pure autẽ & id genus dicere su-
persedeo, id illis concedens, qui his in rebus mirifici sunt, scilicet quibusdam cũ præstigijs. Cæ
terum stercus, unum est inter ea, quæ in corpore proueniunt secundum naturam affecto ani-
mali, ueluti & auium sordes. De utroq; itaq; deinceps disseram.

Coprosstercus.

Copros, ″ siue coprõ, siue apopatema appellari uelis, perinde est. Scito autẽ hanc substantiã A. ibid. cap.
uim habere uel maxime digerentem. Verum stercus humanum ob fœtorem abominandũ est:
At bubulum, caprinum, crocodilorũ terrestriũ, & canum ubi ossibus duntaxat uescuntur, neq;
grauiter olet, & multa experientia nõ tantum nobis, sed & alijs medicis me natu maioribus, cõ
probatum est. Siquidẽ Asclepiades, cui cognomẽtum erat pharmaceõ, & alia omnia medica
menta collegit, ut multos impleret libros; & stercore ad multos sæpe affectus utitur, non mo-
do medicamentis quæ foris imponuntur commiscens, sed ijs quoq; quæ intro in os sumũtur.

Stercus caninum.

Sanè″ ego memini me admirãdam, tum humani, tum canini stercoris expertum facultatem. A. ibidem.
Sed prius disseram de canino, quo uti assiduè cõsueuit præceptorũ nostrorũ quidam, sola ossa

cani

A cani edenda exhibens duobus cõtinuo diebus, ex quibus durũ, candidũ, ac minime fœtens ſtercus proueniebat. Hoc igit̃ acceptũ deſiccabat, ut cũ poſtea uſus eſſet, facile ad læuorẽ poſſet redigi. Vtebatur eo ad anginã, & dyſenteriam, & ſumme inueterata ulcera: ad anginam quidem, ijs admiſcens, quæ alioqui huic affectui cõgruebant: ad dyſenteriã, lacti illi immiſcẽs, cui decocto calculos uocatos κάχληκας, ignitos iijci ante poſuim⁹: aut, ut ego poſtea ob parabilitatẽ ad ferrum confugi, id candens lacti probe decocto inijciens. Vocãt aũt medici nõ nulli lac eiuſmodi neſcio quo pacto, Schiſtum: uerũ oportebat non hoc ſic appellare, ſed in quo ſegregamus ac ſcindimus ⸗ qd̃ σχίζειν græce dicitur ⸗ ſerum à caſeo. Cæturũ medicus ille ſtercus caninũ aridum tritum lacti, in quo extincti erãt calculi* marini, clã inijciebat, & id ſolũ generoſiſſimos quoſq; diſcipulos docebat. In his ergo duobus multũ expertus ſum ſtercus caninũ ceu medicamẽtum mirabile, ſicut & in ulceribus extreme malignis. Miſcui ergo & ad illa paulum quiddã ſtercoris canini medicamentis probatis, & manifeſto ſe ipſo ualentius redditum eſt medicamẽ. Et ſi quã do digerere aut deſiccare quid opus eſſet, illis etiam medicamentis admiſcui.

Stercus humanum.

Cæterũ humani ſtercoris hoc habeo experimentum. Aſſidue quidam à phlegmonis ad gut
B tur exiſtẽtibus uexabat̃, adeo uehementer, ut ſuffocationis ſubiret periculũ: & ſane ob hoc periculum ſanguinẽ mittere cogebatur. In hunc cũ forte quis incidiſſet, pollicitus eſt ſe præbiturum medicamenti experimẽtum: & ſe uocari, ſi qñ rurſus aliqua in parte gutturis emicuiſſet phlegmone, ante ſanguinis miſſionẽ p̃cepit. Itaq; uocatus, medicamẽto illito ſtatim hoĩem curauit. Vt aũt iterum profecit, non in ipſo tm̃, ſed & in alijs qui ſimiliter erant affecti, rogabat is, q̃ affi duo ſuffocari periclitabat̃, data mercede, ut ſeſe medicamentũ illud doceret: erat enim ille & locuples, & in pecuniæ ſumptu liberalis: porrò ubi conuentum eſſet de pretio, is, q̃ uendebat, hoc medicamentum, inquit, p̃ antipathæan quandã utilitatẽ obtinet: eſſe aũt eã antipathæan, ut q̃ curatur, neſciat, unde cõficiatur. Iuſſit itaq; aliũ daret, qui pro ipſo diſceret, qui ſibi fideliſſimus eſſe uideretur, quiq; iureiurãdo reciperet ſeſe nulli eius facturũ copiam, priuſquã ipſe, q̃ dediſſet, foret defunctus: itaq; à morte eius q̃ ĩdicarat, nõ tm̃ ille ſuum hoĩem, ſed & alios ſanabat: & mihi ne petenti quidẽ medicamenti exẽplum uolens ac lubens obtulit. Erat autẽ ſtercus pueri ſiccũ cũ melle attico ad læuorẽ tritũ. Victitabat aũt puer, cuius ſtercus accepturus erat, uti ipſe qui medicamentum dederat, oſtẽdit, lupinis, illis uidelicet, q̃ ex more edi ſolent, cũ pane bene
C cocto in clibano, modicum ſalem & fermentum habent. Præbeat autẽ bibendum uinum uetus: atq; hæc oĩa mediocri in quãtitate, ut perfecte ea puer poſſet concoquere. Itaq; cum primo die eo uictu eſſet uſus, poſtero tm̃ die nondum ſtercus capiebat, ſed ĩ eo quoq; die rurſum eodẽ alebat, uictu, ac tertio demũ ſumebat: ac poſtea arefacta utebatur ſimiliter, ut ſtercore canino, ut ante dictum eſt. Dicebat autẽ, illum, qui docuerat, fugitantem alios cibos ob fœtorẽ, prætuliſſe lupinos: ſeſe uerò, experimenti gratia, carnes gallinaceas, aut perdicũ ex aqua, aut tenui iure bene coctas per ſæpe exhibuiſſe, & medicamentum nihilo minus operatum. Atque ego ſane hæc tibi de canino humanoque ſtercore narrare poſſum.

Stercus lupinum.

A libem. At Lupinum ſtercus quidam colicis potandum dabat, non tantũ in ipſis paroxyſmis, ſed ẽt in interuallis, ſi quidem phlegmone uacarent. Quorum ego quoſdã uidi non amplius inuadi: & qui erant inuaſi, non amplius id grauiter paſſos, ſed nec poſt paucum temporis. Accipiebat aut ille albidius potius ſtercus, quale ubi oſſa ederint, ſolent excernere. Verum illud etiã in eo mirabar, q̃ uel ſuſpenſum euidẽter aliquoties iuuiſſet. itaque hic ſtercus capiebat, qd̃ nõ decidiſſet in terram: Id qd̃ non erat inuentu difficile: ea enim eſt luporum natura, quæ canum, ut ſuſpenſo altero poſteriorum crurum & meiant & cacẽt in eminenti quopiã ex terra. Itaque in ſpinis ſæpe
D æſtate ſtercus lupinũ reperitur, & fruticibus, uepribus, herbiſq; procerioribus. Inuenitur porrò in ſtercore illorum & nõ nihil oſſium deuorati animalis: qd̃ ut effugit cõmanſionem, ita & cõcoctionẽ: qd̃ & ipſum contũdens ac cõterens, bibendum præbuit colicis: ac ſi homo eſſet puritatis amans, miſcebat & ſalis quippiam, aut piperis, aut quippiam eiuſmodi. Vt plurimum aũt ex uino albo conſiſtentiæ tenuis bibẽdum præbebat: interim uero ẽt ex aqua. Hoc ergo ſtercoris quod patientis ilibus ⸗ λαγῶνας Græci uocant, ⸗ applicandum eſſet, præcepit ſuſpendi ex uinculo confecto ex lana, ſed non qualibet: uerũ multo præſtabat eã eſſe ouis à lupo laniatæ, unde, qd̃ ad hunc uſum accommodaret eſſet conficiendũ. Quòd ſi talis non adeſſet lana, ex pelle ceruina, & lorum qd̃ cingeret ilia, & in quo ſtercus cõtineretur, parari præcipiebat. At nos ollulam ad magnitudinem maximę fabæ confecimus, quã experiundi gratia indito ſtercore quibuſdã ſuſpendimus, nec potuimus non mirari, cum plurimos ipſorum uideremus adiutos. Cæterũ ad ollulam duas ceu aures affiximus, per quas lorum tranſmitti poſſet. Sed hoc quidẽ obiter dictũ eſto, ſiquis inuenietur, qui ſic ſuſpenſis fidẽ habere dignabitur. Dico autem ſic, nam ſubſtantia eſt, quæ ſuſpenditur, non uoces barbaræ, ut quidam facere præſtigiatorum aſſolent: quando & alias expertus ſum ſubſtantias, quæ in alijs affectibus ſimiliter operarentur. Sed de his non eſt nunc dicendi tempus. Ad propoſitum itaque reuertamur.

Stercus caprinum.

Ibidem. e Nam″humanum,caninum, lupinumq́; ſtercus recenſui, alia uerò nondum:quorum ēt maior E
eſt q̄ dictorum numerus:& quædā aſſiduo habētur in uſu,quædam rariore.Omniū creberrimè
utimur caprino ſtercore§Græci Τπυράθους proprie nomināt,§digerētis & acris facultatis: adeo
ut & induratis ſcirrhorum in modū tumoribus congruat,nec tm̄ lienis,ad quos creberrime me-
dici non pauci huiuſmodi ſtercora applicant,ſed etiam aliarum partium.Siquidem ego eo uſus
ſum ad genu,tumorem habens inueteratū,& ægre ſolubilem,iuſſo fieri cataplaſmate ex farina
hordeacea per oxycratum,indito uidelicet hoc ſtercore:& mirū eſt, q̄ homo ille fuerit adiutus.
Erat aūt ruſticus,in quo id factum eſt.Et iam etiam alius ruſticus, cum ſic vſus eſſet non tantum
in genu,ſed etiam alijs in partibus ad tumores ſimiles,perinde adiutus eſt.Nā acrius eſt medica
mētum,q̄ ut mulieres urbanas,aut pueros, aut oīno qui tenera ſunt carne, ſanare poſſit.Sed de
particulari oīum medicamentorūuſu in opere de cōponendis illis tractabitur.Quin & ad aquā
inter cutē,& ad ſplenicos uarie caprino ſtercore utimur.Sed & uſtum tenuioris quidē eſſentiæ,
uerum haud manifeſto redditur acrius.Quamobrē ſanè ad alopecias cōgruit,& oīa adeo, quæ
extergentia medicamenta deſiderāt,ut lepras,pſoras,lichenas,& hoc genus alia. Miſcēt dige
rentibus cataplaſmatis,qualia sūt quæ accōmodant ad parotidas & bubonas diuturniores:eſt F
.n.uis eius tum uſti,tum non uſti,abſterſoria,&digerens,nec etiam paruā habet digerendi po-
tentiam.Nam medicus ipſam ex ijs,qui in agris & uicis medicinam exercent, utebatur eo ex
aceto ad uiperarum morſus,& multo ſanè ēt magis aliarum beſtiarum:ac profecto ex ijs com
plures ſeruauit.Et hic ipſe quoq; medicus ad auriginē potandas ipſas ſpyrathos ex uino p̄buit,
& ad profluuium muliebre cum thure appoſuit. Quæ oīa ſanè optimus medicus ignorare non
debet: cæterū potiora eligere potiſſimū ad urbanos & honoratos, alicuiusq; exiſtimationis ui
ros : in quibus equidem ego tali nunq̄ ſum uſus medicamine, cū multo meliorū ſuppeteret co
pia.Attamen exiſtit nō nunq̄ taliū uſus,aut in itenere,aut in uenatione, aut ruſticatione,cū ſci-
licet meliorū nihil adfuerit,aut homo ruſticus perinde fuerit, carnis duræ ac aſino ſimilis. Nā
eiuſmodi multos in agris reperias dignos,qui bibāt ſpyrathos.Porrò q̄ & ſuprà monui de uri
nis,& bile,& ſaliua,id nunc memoria repete,nempe uniuerſalē & cōmunem facultatem ean-
dem omnibus ineſſe,verum pro animaliū temperaturis uariā. Nam eorum, quæ ſicciore ſunt
temperatura,& ſtercus exiccantius eſt,ſicut & calidiorum magis etiam excalfactorium.Verum
nullum omnino ſtercus refrigerat, ſicut nec ullū humectat. Sed & pro natura eorū quæ edunt,
multa item fuerit diuerſitas.Proinde in hominibus potius,q̄ alijs animalibus maior eſt:qñqui G
dem hoc animal diuerſiſſimis maximeq́; uarijs cibis utitur.Nam quid ſimile habēt,qui allium
ac cæpas comedunt,& qui cucurbitam,uerbi cauſa?at caprarum ſpyrathi pro paſto uario non
nihil item habuerint differentiæ,non tamen tantum,quantum ſtercus humanum.

Stercus bubulum.

Ibidem. e Similiter″Stercus Bubulum exiguam habet dr̄iam:eſtq́;& ipſum facultatis exiccatoriæ:uerū
attractoriam etiam obtinet, ut monſtrat, dum apum ueſparumq́; morſus iuuat. Atq; hæc ut à
proprietate ſubſtantia totius iuuentur,fieri poteſt. Cæterum medicus quidam medicamento
rum peritus,in Myſia,quæ in Helleſponto eſt,aqua inter cutē laborātes bubulo ſtercore obli
nēs,in Solem exponebat.Atq; hic ipſe impoſuit & partibus ruſticorū phlegmone obſeſſis hu
midum illud uere collectum,cùm herbam boues paſcuntur. Manifeſtum aūté eſt hoc eſſe alio
moderatioribus multo uiribus:dico autem aliud,cùm paleis ueſcūtur: nam hoc medium eſt in
ter id,quod modo diximus,& q̄ prouenit ab erui paſtu . Liquet ergo, quēadmodum id quod
paſcuo herbaceo prouenit,ad phlegmonas accōmodatur, ſic iſtud aqua infeſtatis eſſe idone-
um. Scire tamen oportet,omnia id genus medicamēta duris agreſtium hominum corporibus
aptari,nempe foſſoribus & meſſoribus,& qui opus obeunt tam ualidum : In quibus utiq; My- H
ſius ille medicus & ad chœradas adhibeat,& ad tumores omnes ſcirrhoſos, ex aceto in cata-
plaſmatis formam compoſitum illinens.

Stercus ouillum.

Ibidem. e Sed″& hic ipſe medicus ouiū utebaī ſtercore ad acrochordonas,& myrmecias, & thymos,
& furunculos duros,quos clauos nominant,aceto uidelicet diluēs. Quin & ulcerum ambuſta
ad cicatricem illo ducebat,nēpe ſtercus hoc cerato roſaceo commiſcēs. Sed & per ſtercus ca-
prinum combuſtum ſimiliter curabat: cetęrū pauculū eius multis numeris maiori cerati moli
admiſcebat.Et in totum,ſtudium id illi erat unicum , omnia curare per ea , quæ ex agris facilli-
mè parantur:inter quæ ſunt & herbæ,frutices,&arborum flagra,& germina,& folia mollia,&
fructus,& cortices.ſuper quibus copioſius dicetur in facile parabilibus.

Stercus columbinum.

Ibidem. e Porrò′ Stercore columbarum nomadū(nam ſic eas quidā cognomināt,à domeſticis uideli
cet diſtinguentes)tanq̄ medicamēto excalfaciente,& ipſe ad multa frequenter admodū utor,
nempe cū ſemine naſturtii contuſum,cribratumque ſiccum vice napyos ad ea,quę rubrificari
debent,adhibens.Manifeſtum autē eſt,quòd inueterata omnia dico in talibus affectibus,qua-
les

A les ſunt coxẽdix,hemicrania ſcotomata,uertigines,& cephalæa:& in lateribus,ſcapulis,ceruice,lumbis,dolores inueterati: & ad hæc nephritides, & affectus cęliaci, & podagricę arthritides,qñ uidelicet in articulis eorum nondũ cõſtiterint tophi ſiue pori. Atque hoc ſtercus planè fętidũ non eſt,maxime arefactum.Quocirca & in urbibus eo uarie utimur,aliàs alijs miſcẽtes medicamentis.

Stercus gallinaceum.

Ibidem.g Porrò cum conſpexiſſem illum in Myſia medicũ gallinaceo vtentẽ ſtercore in eis,q ab eſu fungorum ſuffocabant:& ipſe quoq; ſum uſus in quibuſdã urbẽ inhabitãtibus,q & ipſi fungos eſitant,ipm uidelicet ad læuorem contritũ, tribus quatuorve oxycrati, aut oxymelitis inſpergens cyathis:& palàm adiuti ſunt,idq; celeriter.Nã qui præfocabãtur,paulo poſt uomebãt pituitoſum humorẽ oĩno craſſiſſimũ,& exinde planè liberati ſunt ſymptomate. Eſt aũt hoc ſtercus columbino minus calidũ.Cæterũ Myſius ille medicus dabat ẽt bibendum ſtercus gallinaceũ ijs,qui diutino coli dolore fuiſſent uexati,ex ęnomelite:q ſi hoc non aderat, ex aceto, aut uino aqua diluto.Porrò memoria tenere oportet cõem de oĩbus animantibus rationẽ,nempe tum in ijs,quę in corporibus ipſorum cõtinentur tã humida,q̃ ſolida,tum in ipſis partibus,plurimã eſſe diuerſitatem montanorũ,quæ uocãt.& eorũ quę in pratis,paludibus,lacubus,& ędi
B bus uerſantur.S p.n.quæ exercentur,ijs,quæ non exercentur,ſunt ſicciora:& quæ cibis utuntur calidioribus ſiccioribusq́;ijs quę humidis frigidisque.Nã in colũbis (qñquidem creber nobis earum ſtercoris eſt uſus) multo ſemper inferius ac imbecillius expertus ſum earũ ſtercus, quæ in domibus degebant,q̃ earum,quæ ĩ montibus,quas nomadas nuncupant.Tum gallĩnarum quoque inueni multo etiam imbecillius earum,quæ concluſæ ſeruantur,& furfuribus aluntur; non paulo autem ualentius earum,quæ in agris,atrijs, aut foris paſcuntur.

Stercus Anſerum,& ciconiarum.

Ibidem.d Cæterum Stercus Anſerinum præ nimia acrimonia inutile eſt. Colligo ẽt ita eſſe,& accipitrum,& aquilarum.Verùm fugienda eſt materia oĩs eiuſmodi,quæ difficulter cõparari poteſt. Qua occaſione complures ualidiſſimas uires talibus materijs teſtimonio adſcribũt ſuo,ceu nõ facile redarguendi:uelut qui ciconiarum ſtercus comitiali morbo mederi ſcriptitãt.Verũ quã quã hoc multis alijs,quæ ſcribunt,longè ſit parabilius, curioſum tñ eſt(ut taceam falſum eſſe) quod de illo eſt proditum:nam quidam ijs,qui talia memorãt,credulus,epoto hoc ſtercore nihil adiutus eſt.Nam & antequam experiare,promiſſorum prauitatem ac falſitatẽ ipſi qui talia
C ſcribunt,detegunt:nam cum multis modis difficulter hoĩes ſpirent,neq; q omnibus conferant adſcribunt,neq; q his aut huic.Tametſi ſunt inter eos,qui talia ſcriptitant,qui non ſimpliciter dyſpnœæ hoc eſt difficilis ſpirationis,ſed orthopnœæ,talia eſſe remedia dicũt,nẽpe ciconiæ ſtercus,noctuę ſanguinem,urinam humanam,& alia his abſurdiora: haud ſciẽtes q pituitoſus uiſcoſusq́;ſuccus bronchia obſtruens pulmonis, huius affectus ſit cã, & q in eo euacuando cõ ſiſtat medela,q euacuatur dũ per tuſſim excreatur,& q id fieri nequeat abſq; crebro epoto medicamento acriore.At hi adeo ſunt nugaces,aut præſtigiatores,aut quo illos digno appellem noĩe neſcio,ut dicãt abſurdorum iſtorum poculorum unumquodq; epotum a dyſpnœa liberare:qđ fieri non poſſet,ne ſi uel ſpecillum fas eſſet alicui in pulmonẽ demittere, quo infixũ humorẽ tolleret ſemel duntaxat demiſſo.Prẽſtabat itaque illis dixiſſe,nõ ſi epotus ſit hic ſanguis, aut urina,ſanare dyſpnœã,ſed ſi potetur:rectiusq́;ẽt q nõ ſemper & omnino ſanabit,ne ſi uel aſſiduo potetur:ſed q multos ſanauit,multos uerò adiuuit quidem,ſed morbo prorſum non liberauit.Sed hos iam mittamus,& quod deinceps eſt,ad id pergamus.Cuiuſq;.n.ſtercoris acrimoniam,& digerendi uim poſſidentis, prout aliud alio plus minusve eius ſortitum eſt facultatis,ita particulares in ipſis proueniunt differentiæ:ac proinde aliud hoc pathema potius,aliud illud magis curare ualet.

D *Stercus Murium.*

Ibidem.e Sic enim Muriũ Stercus alopecias curare proditum eſt:& inuentus eſt quidã medicus, qui ad hoc pathema utebatur cõpoſito medicamento ex muriũ ſtercore cõfecto. Et alius quidam glandem puero familiaribus rogãtibus ut opponeret,prẽcepit ut ex ſtercore cõficeret muriũ. Quo dicto,oẽs,qui audierant,in riſum ſoluti ſunt,q,cũ tot eſſent,quę appoſita ſedi ad excretionem excitarẽt inteſtinum,ille oĩbus prẽteritis,ad murium confugiſſet ſtercus.Nam re uera pudendum eſt alia etiam experiri uelle, cũ oẽs ceu curioſum & præſtigiatorem condemnent eũ, qui talia aut faciat,aut dicat.Itaque de murium ſtercore hæc quoque ſufficiunt.

Stercus Crocodilorum terreſtrium, & ſturnorum.

Aëtius.tet. 2.ca. 2.fo. 123.g Cęterum Terreſtrium Crocodilorum, horũ inquã exiguorum, & humi ſerpẽtium,ſtercus pretioſum effecere mulieres delicioſæ:quibus non eſt ſatis,quòd alia ſint medicamẽta tã multa,quibus faciei cutis & tenſa,& ſplendens efficitur, quin ẽt adiungant ſtercus crocodilorum. Simile illi fit & ſturnorum ſtercus,cum ſolã oryzam ederint.Clarum itaq; eſt quòd abſtergendi deſiccãdiq́;facultatem,utranque moderatã,habẽt ſtercora eiuſmodi,& multo moderatiorem & hebetiorem ſtercus ſturnorum.At ſtercus crocodilorum,ſicut a facie ephelen tollit,ita & uitiligĩnem,& lichenas.

Ryphos,

Rhypos hoc eſt ſordes, hominum, & ouium.

Sordes naſcitur non tm̃ per totam corporis cutẽ, ſed & in auribus: ſed ob paucitatẽ paratu E
difficilis eſt. Proinde de illa nihil ſcribũt, niſi q̃ paronychijs congruat ſordes auriũ: quam ſane
ẽt ſolã per ſe licet accipere. Nã quæ in tota cute peruenit, & balneis, & in palæſtris deradit, cõ-
ferens non nihil & ipſa pato quam uocant: de qua ſupra diſſerui. Sed & gñatio, eius naturã in-
dicat. Nam ſi ſordes eſt craſſum illud ac terreſtre, qd̃ reliquum eſt eorũ, quæ per latentẽ trãſpi-
rationem euacuantur, ſequitur ut deſiccandi uim hẽat cum nõ nulla caliditate iunctã. Ea tm̃ ſor
des quę lanis ouium inhęret & adnaſcitur, ex qua oeſypon quod uocant, conficitur, concoquẽ
di uim habet ſimilem butyro: paulùm uerò etiam digerentis facultatis obtinens.

GALENI DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM FACVLTATIBVS LIBER VNDECIMVS.

F

ARGVMENTVM LIBRI.

Adduntur, quæ ſuperiori libro de medicamentis ex animalibus deerant, ac quæ ex mari, & ſalſis aquis proueniunt.

Quæ animalia carne, aut ſanguine careant, vel prædita ſint.

DE Leræq;" aĩantium partes cões inter ſe oĩum ſunt: nulla tamẽ eſt, æquè cõis, ut Aristot. 145. hiſtor.
caro. Hanc. n. hẽt oẽ animal ſanguine quidem præditum, ut homo, & omnes
quadrupedes, tum aues, ſerpentes, lacerti quos ſauros uocant, teſtudines, &
q̃ ſunt eius generis. Sanguine carentia, tum oſtrea oĩa, tũ non pauca genera
eorũ, quæ in aquis degunt, ſicut & non nulla, quæ in terris. Et quod ex aĩan
tibus, maxime editur, caro eſt: nam & uiſcerum plurima moles ex carnibus
ipſis inhærentibus conſtat. Verum non nulli medicorum carnem uiſcerum
parenchyma uocandam cenſent, propterea, quòd ex uenis effuſus ſanguis circum uaſa omnia
concreſcat, ut ipſi arbitrantur: ſed eam, quæ uiſitur in muſculis, ſolã carnis appellatione dignan G
tur. Verum de nominibus, ut ſemper monemus, contendendum non eſt: ſed exercenda potius
rerum ſcientia: cuius nos quoq; ſtudio uſq; dediti, quæcunq; tum de propriis cuiuſq; animãtis
partibus, tum de cõibus cognouimus, eaq́; partim experientia, partim ratione docti, omnia de-
inceps exponemus, orſi a carne propriè dicta.

Caro § Viperæ. §

Non" oẽs aĩalium carnes hoĩem nutriunt, ſed quorundam ẽt lethales ſunt, non ſecus atq; ue Aristot. hiſtor. & cæt.
nena, quæ uocant deleteria. Tum inter eas carnes, quæ hoĩem nutriunt, quædam hoc ipm tm̃
ſunt, nempe nutrimentũ: quædã uerò ſuprà quam q̃ nutriunt, hñt & facultatẽ ceu medicamen
ti, qũquidem deſiccando, humectando, excalfaciendo, ac refrigerando, corpus alterant. Nam
uiperarũ carnes palã uidere eſt excalfacientes, & deſiccantes, ubi condiuntur ceu anguillæ, nẽ
pe oleo, ſale, aneto, porro, & aqua, ſeruato nimirum mõ. Quòd aũt totũ corpus per cutim eua
cuent, diſcere tibi liceat vel ex iis, quæ ego iuuenis etiam nũ in Aſia nr̃a ſum expertus: quæ ſin-
gulatim deinceps narrabo. Hõ quidam morbo, quem elephãta cognominant, laborãs, aliquo
uſq; cum ſodalibus conuerſabatur, donec ex ipſius conſuetudine conuerſationeq́; quidam no
ſtrũ morbi inficerentur contagione: & ille iã odoratu grauis, ac fędus redderetur aſpectu. Con H
ſtructo igĩt illi tugurio proxime uicum in iugo collis p̃p. fontem, illic hominem collocant, tm̃
illi quotidie ciborum ferentes, qd̃ uitæ ſuſtinendæ ſatis foret. Cæterũ ad canis exortum, cũ for
te meſſoribus haud procul inde metẽtibus uinũ eſſet allatum in fictili ſane quã fragrans, is q̃dẽ
qui attulerat, depoſito illo p̃pè meſſores, abiit. Verũ ubi eius bibẽdi aduenĩſſet tps, ſublato fi-
ctili adoleſcens, ut, pro more impleto cratere, competente aqua uinum tẽperaret, in cratera ui
nũ effundit, & una excidit uipera mortua. Quare attoniti meſſores, ueriti ne qd̃, ſi ebibiſſẽt, in-
de ſibi malũ eueniret, ſuã quidem ſitim aquæ potione ſedare maluerunt. Cæterũ cũ illinc diſce
derent, præ humanitate uidelicet, ac miſericordia hoĩ illi elephanti obnoxio uinum largiũtur,
rati expedire illi poti⁹ mori, quã uiuere ĩ ea miſeria. At ille ubi bibiſſet, admirandũ in modũ ſa
nitati reſtitutus eſt. Nã tuberoſum illud oẽ cutis totius, nõ aliter quã aĩaliũ, a teſtis mollitie nun
cupatorũ malacoſtracon, tegmen decidit: qd̃ aũt reliquũ erat, molle admodũ apparuit, inſtar
cutis cancrorum & locuſtarum § carabos Græci uocant, § ubi extima teſta fuerit detracta. Alte-
rum quoq; eiuſmodi nõ diſſimili caſu in Myſia Aſię, nõ procul ab urbe noſtra accidit. Vir qui-
dã elepanto laborans profectus eſt ad aquarũ calidarũ ſponte naſcentium uſum, ſperans inde
non nihil ſe commodi adepturum. Erat illi ſcortum mãcipium, iuuẽcula ſane formoſa, complu-
ribus

A ribus amatoribus ambita. Ille iſtius fidei tũ nõ nulla alia ad rẽ domeſticã ſpectantia, tũ penu ip
ſum crediderat. Profectis igitur illis, ĩ ædib⁹, q̃bus uicinis erat locus ſquallidus, & uiperarũ ple
nus, forte fortuna ex illis una in vrceũ uini incidit negligẽtius poſitum, extinctaq́; eſt. Ac ſcor-
tũ quidẽ in lucro id reputãs q̃d forte eueniſſet, hero id uini propinat, atq; ille ebibit. Cæterum
exinde ad eũ modũ, quo ille, qui degebat ĩ tugurio, perſanatus eſt. Porrò tertiũ quoq; annectã
q̃d ex nr̃a profectũ eſt imitatione. Cũ quidã hoc morbo ægrotaret, aĩo magis, q̃ uulgus, philo-
ſophico, & cõtẽptore mortis, oppido q̃ grauiter ferebat: ſatiusq́; dicebat mortẽ ſemel perpeti,
q̃ uitã uiuere tã miſerabilẽ. Itaq; illi, q̃ ſuperioribus duobus accidiſſet indico. Erat aũt ipſe au-
guriorũ peritus, & amico utebatur mirifice hanc diſciplinã tractante. Itaq; ubi ad augurium cũ
illo conſediſſet, p̃ſuaſus eſt, vt q̃ p̃ experientiã eſſent cognita, ipſe imitaretur: atq; epoto uino,
q̃d ſic erat ueneno infectũ leproſus factus eſt: ac poſtea leprã eius nos conſuetis remedijs ſana
uimus: Quartus p̃terea uiuas capere uiperas arte inſtituit. Sed illius morbi tm̃ erãt ĩ illo princi-
pia. Itaq; cura ſtudiũq́; nobis fuit, ut illũ q̃ celerrimè ſanitati redderemus. Quocirca miſſo ſan
guine, atraq́; bile medicamẽto detracta, uiperis quas capiebat uti iuſſimus, p̃paratis in olla an-
guillarũ in modum. Atq; hic ita ſanatus eſt, euaporato per cutẽ affectu. Poſtremo & alius uir q̃
B dã opulentus, non nr̃as ille quidẽ, ſed ex media Thracia, Pergamum aduenit, admonitus ſom-
nio. Vbi iubente Deo per inſomniũ, ut quotidie medicamentũ biberet, q̃d cõfectũ eſt ex uipe-
ris, foriſq́; corpus inungeret, non multos poſt dies morbus in leprã abijt: rurſumq́; & hoc pa-
thos, quibus Deus præcipiebat, medicamẽtis curatum eſt. Sanè uiperarũ caro adeo ingentem
obtinet deſiccandi facultatẽ, ut quidam, qui eam edere, uehemẽtiſſima cruciati ſint ſiti: ac pro-
inde illas, dipſadas cognominãt. Sunt aũt qui dicant demorſos a uiperis ſatiari nõ poſſe potã
do, ſed dirũpi citius, q̃ ſiti liberari. Quocirca eos, qui Romæ uiperas uenãtur, quos Marſos nun
cupant, percontatus ſum, ecquid haberẽt ſigni, quo genus utrunq; uiperarũ diſcernerent. At il
li prorſum negabant, ullũ eſſe genus uiperarum dipſadum, uerũ eas quæ iuxta mare atq; in lo-
cis degũt ſalſedinẽ multã hñtibus, carnẽ obtinere ſalſam: ac proinde in Libya talium ingentẽ
eſſe prouentũ, in Italia uerò p̃p regionis humiditatẽ non inueniri. Atq; hæc quidem narrãtes
audiui Marſos: nõ tm̃ certo dicere queam, an in totum uerum dixerint, an partim etiam falſum.
Nam quaſdam eſſe uiperas in ijs, quas memorabãt, regionibus, quibus ſalſa ſit caro, uel maxi
me mihi vr̃ eſſe probabile: ſcio. n. cum cibis animalium mutari carnes: non tm̃ nullũ eſſe genus
uiperarum dipſadum pronunciare ualeam. Cęterum tutiſſimum eſt cauere, ne in eiuſmodi re-
C gionibus uiperas uenemur, ſeu ad eſum, ſeu ad medicamenti præparationem, quale eſt, & hoc
pręclarum, quod medici propè oẽs theriacam appellitant. Porrò qm̃ ex more, cũ artiſcos the
riacos, quos uocant, præparamus, non tm̃ caput, ſed & caudã eorum abijcimus, ſubiit mihi fre
quenter rationabile fortaſſis eſſe, caput quidem totũ obiici ob uenenum, q̃d ore continent, ue
rũ a ratione alienum eſſe, adimere & caudam. Nec. n. dicere liceat, q̃ id faciendum ſit ob recre
mẽta nutrimenti tũ liquida, tũ ſicca. Nã interfectis, atq; excoriatis, apertisq́; exẽpta interanea
oĩa abiicimus, ut ſola ſit carnium ſubſtãtia reliqua una cum arteriis uenisq́; per ipſas innatis,
quarum minima moles eſt, ut ad totam carnem, ac ne apparens quidẽ, niſi quis multũ diligẽ
ter intentis oculis conſideret. Atq; artiſcos, quos & theriacos uocant, hunc in modum prępara
mus. Purgatas illas in aqua elixamus, quoad exactè nobis uideantur coctæ. Indimus aũt ab ini
tio ſtatim aquæ anethum, & poſt coctionem ſpinas a carne ſeparamus: mox pani ad læuorẽ tri
to carnem commiſcemus. Verum non quemlibet panem citra delectum accipimus, ſed q̃ fieri
poſſit puriſſimũ ſimul, & probè in clibano coctum, & ſalis ſimulq́; fermenti q̃d ſatis ſit habẽtẽ.
Eum aũt antea deſiccamus ĩ ædibus ſiccis, minimeq́; humectis, donec adeo ſiccus efficiatur. ut
in mortario contundi poſſit. Non tm̃ tundentes miſcemus, uerum aqua in qua decoctæ fuerant
D uiperę, maceramus: & carnẽ ipſam priusquã cõmiſceatur pani in mortario coquorũ eatenus
conterimus, donec exacte reddatur læuis. Poſtea paruos artiſcos fingentes, atq; in ædibus cali
dis ſiccisq́; deſiccãtes, deinde quoq; in talibus repoſitos ſeruamus. Hos ergo ineũte æſtate cõ
ficimus: quo potiſſimũ tpe optima eſt uiperarũ caro. Porrò utimur eis poſtea contuſis denuo,
& cribratis, & rurſus ad læuorem redactis, ſalis non nihil adiicientes ad ſanitatẽ præparati: cu
ius ẽt aliquid ipſi theriacæ iniicimus. Cæterũ eodẽ quoq; tpe ex uiperis aſſatis ſalẽ cõficimus,
uiuis illis in ollam nouam iniectis una cum iis medicamentis, quæ illis & ſubſterni, & apponi
aſſolent. quæ oĩa nunc commemorare non eſt præſentis negocii. Nam inueniẽtur fortaſſis ẽt
qui me non iniuria reprehendent ob monſtratã hoc in loco artiſcorũ pręparationẽ, tanquam
alieno tpe expoſitã. Verũ hæc poſteaquam dicta nunc ſunt, ſeruentur tm̃ ac maneãt, ẽt ſi nõ ad
modũ uideantur huic inſtituto propria. At, quę ſequuntur, conuenienti dicantur modo: conue
niens aũt eſt, gñalis facultatis meminiſſe, carnem uiperinam dicendo exiccatoriam, & ualẽter
digerentem, mediocriter uero excalfacientem. Properat aũt, ut vr̃, uis eius ad cutem, per eam
uidelicet, quę in corpore ſunt recrementa exigens. Quibus ergo affatim eſt malus ſuccus in cor
pore, iis ingens prouenit pediculorũ numerus: & a cute ceu ſquama abſcedit ac decidit extima
cutis, ξquam Græci uocant ἐπιδερμίδα, ξad quã ſiſtuntur ac retinẽtur craſſi terroſiq́; humores

ad

ad cutem protruſi,a quibus quidem pſoræ,lepræ,& elephantes naſcũtur. Et hæc quidẽ habui E
quæ de uiperarum carne dicenda putarem.Rurſum ergo ſermonem repetã. Calidiorum natu
ra animalium carnes non ſolum nos alũt,ſed ẽt calfaciunt, frigidiorum aũt refrigerãt:ſic etiã
ſicciorum carnes deſiccant,humidiorum humectant.Memoria itaq; repete, quemadmodũ di
diciſtis in libris De temperamẽtis,q; ubi cõieceris aĩal quoduis temperatura eſſe ſiccius. uelut
exempli gratia ſuẽ ſylueſtrẽ domeſtico, huius & carnẽ cognoſcas eſſe magis exiccatoriam,&
ſcđm alias temperaturarũ dr̃ias ſimiliter:puta ſue ſicciorem ouẽ,& hac caprã,qua bouẽ, quo
deniq; leonem:ſic in caliditate leo calidior eſt cane,canis tauro,taurus boue exẽto. Itaq; pro
portione, qua cætera aĩalia in tempratura excedunt, & carnes quoq; eorum differunt atque
exuperant.Proinde ubi conſilium fuerit corpus exiccare, ſicciorum temperie animaliũ carnẽ
exhibeto:calfacere aũt uolens, calidiorum:& frigidiorum,ſi coneris refrigerare: deniq; ſi hu
midius reddere,humidiorum.Nec parua exiſtit carnium dr̃ia,cum quaſdam ſale cõdimus.Nã
prorſum diuerſæ atq; aliæ euadunt,adeo ut ſæpenumero animalis tẽperatura humidiſſimi ca-
ro ſalita longè euaſerit exiccãtior,quàm ea,quæ natura fuerat ſicca. Porrò inter eas, quæ ſali
tæ non ſunt,ſiccior eſt,quę aſſa eſt,q̃ quæ in aqua elixa.Scripſerunt aũt,& aliorum animalium
carnes quidã ꝓ deſſe tũ comeſas,tũ in partes affectas impoſitas,vt erinacei terreſtris deſicca F A.ibid.c.14
tam,ſi bibenda præbeatur elephãto obnoxijs,cachectis,hoc eſt,qui mali ſunt habitus,tũ con- fo.116.f
uulſionem ſæpenumero patientibus,nephriticisq; & ijs,qui laborant aqua inter cutem quam
Anaſarca uocant.Aç ſi ea efficere põt,facultatem habuerit ualenter ſimul digerẽtem deſiccan
temq;.Sicut & caro muſtellę Greci Galen uocãt arefacta,quę utiq; comitiali morbo afflictos
iuuat epota. Sed & ſalitorum hælurorum carnẽ ad læuorem contritam palos & ſpicula educe
re aiunt,impoſitam uidelicet,tanquã trahẽdi uim habeat. Porrò mytulorũ quos myacas Grę
ci uocant carnem ulceribus a mordente cane inflictis competere.Ego uero nullam inſignẽ in
uenio facultatem, quã requirant id genus ulcera,tanquam ea,quę a rabido cane mordẽte ſunt
illata.At cochlearũ caro prius in mortario contuſa,ac poſtea ad læuorem redata,omnium ua
lentiſſimè deſiccat partes ſuperfluo humore grauatas,adeo ut & hydericis conueniat.Ipſe aũt
humor ſolus per ſe citra carnem(uocatur autem is a uulgo cochliu myxa, hoc eſt mucus lima-
† Al. muccoſos tumores. cis,)thuri miſtus,aut aloę,aut myrrhæ,aut horum quibuſdam,aut omnibus, quoad accipiat cę
rati craſſitiem,medicamentum fit tenax,deſiccatq; †purulentos mucos aurium. Sed & fronti
impoſitum inhęret,oculorum fluxiones reſiccans.Quidam ẽt ad palos eximendos utuntur to-
tis una cum teſtis ad lęuorem tritis:ſed & quidam ad ſiſtendos menſes. Equidem ego aliqñ in G
agro carnes ipſas ſolas in uulnus cum nerui uulneratione & contuſione factum tritas impoſui,
ipſumq; uulnus pulchrè glutinatum eſt, & neruus phlegmonẽ haud perpeſſus:erat aũt homo
durus,& agreſtis: miſcui tamen illis contritis pollinem farinæ acceptum a pariete mole proxi-
mo.Scripſere autem maiores me non nulli medici ad eiuſmodi uſum miſcendũ thus, aut myr-
rham,uel utraque. Verum horum habebam tum neutrum, ut qui tũc ab urbe abeſſem in agro.
Poſſis autem & reſinæ frictæ contritæ admiſcere, ſi adſit, quippiam. Porrò ubi multum muci
† περὶ πιμελῆς καὶ σέατος. de adipe, & ſeuo. Vide Ariſto. 3. hiſt. 17. & 2. de part. an 5. quẽ hic Gal. æmulatur. ita ut licet τὸ σέαρ, et Dioſco. de ſuis, vulpis, urſi, & muſtellæ pingui dicat, & ipſemet Gal. ea uoce aliquorũ animalium, quæ cornibus carent, quã doq; pingue exprimat; hic tamẽ de adipe & ſeuo proprie dictis ſit ſermo. et totus hic locus corrigendus ſit, & pro adipe ſeuũ, pro pinguedine adeps ſit reponendus, uſque ad ea uerba. (At tu ſi uoles, &c. cochlearum accipere uoles ſeorſum, ſtylo carnem earum pungito. Sed non ante multos dies
uenatas eſſe expedit, alioqui enim tempore deſiccantur: nam recentes plurimum habent ui-
ſcoſæ illius humiditatis,quam ſtylo compunctæ effundunt. Humiditas hæc pilorum in palpe-
bris præter naturam gluten eſt.

† *Pimele, & ſtear, pinguedo, & adeps.*

Pinguedo,& adeps, Et hæc quoq; communiſſimæ ſunt inter animalium partes. Nam quę- A.l.2.2.a
cunq; bene nutriuntur,ea oĩa,aut pinguedinem,aut adipem obtinent:quę uero macilenta ſũt, 70.fo.10
maleq; nutriuntur, ſæpe oĩno ne habere quidem,ſæpe uero pauculum,idq; ſiccum,ut ægre uti
poſſis,apparent. Porrò differt ẽt pinguedine adeps,q; craſſior ſit:ac propterea aĩantibus totã H
naturam terroſiorem hñtibus adeps prouenit,uelut humidioribus pinguedo.Proinde pingue
do celeriter in ignem poſita liqueſcit:nec facile,ubi liquata fuerit, rurſum concreſcit ac cogi-
tur:at adeps nec facile funditur liqueſcit ve.& fuſus celerrime coit ac conglaciatur, multoq; ap
paret pinguedine durior. Sus.n.bene habitus paſtusq; multam hẽt pinguedinem,ob naturalẽ
temperamenti humiditatem. At boues & caprę,& quæcunque id genus cornigera ob ſiccita
tem adipem plurimum generant. At tu ſi uoles, oleoſam & pinguem in animalibus ſubſtantiã
omnem,adipem appellato,ut pleriq; medici: ſed & pinguedinem appellare totum hoc genus
licet,non tamen licet citra mendacium adipem caprinum humidiorem eſſe dicere, quàm ſuũ:
nam hic omnium fermè aliorum eſt humidiſſimus, ac proinde actione ſua uicinam oleo uim
poſſidens,quanquam oleo magis tum emolliat,tum cõcoquat: ac proinde cataplaſmatis quæ
ad phlegmonas accõmodantur,commiſcui ſolet.Qui uero mordicationes perpetiuntur,aut in
recto inteſtino,aut in colo,ijs potius caprinum adipem,quàm ſuillum injicimus: nõ q; acrimo
nias plus obtundat(nam ex natura ſua ſuillus obtundit magis,ac proinde miſcetur medicamẽ
tis ulcera curantibus,cuiuſmodi eſt, quod uocant parygrũ) ſed q; caprinus ob craſſitiem citius
concreſcat, ſuillus autem inſtar olei defluat: proinde ipſum potius dyſentericis, & tineſmoſis
injicimus,

A inijcimus,qñ morſum eorum mitigare conſilium eſt. Porrò ob tenuitatem eſſentiæ,non nulla acrimonias magis retundunt, ubi nimirum in alto mordicatorum corporum qđ moleſtum eſt hæſerit.Nam quod craſſiorum eſt partium minus,magis aũt quod ſubtilium tota corpora penetrat,& omnibus iꝑm ſaniebus mordicantibus permiſcetur. Hac ratione adeps Anſerinus, quæ in alto corpore mordicant,magis obtundit:ſed,& ſuillo calidior eſt.Horum tamẽ in medio eſt gallinaceorũ adeps,ac gallinarum.Porrò calidior ſemper ac ſiccior eſt maſculorum animaliũ: & horum ipſorum exectorum,minus tum calidus, tum ſiccus:quippe mas caſtratus eiuſdẽ ſemper generis fæminæ aſſimilatur.Hoc autem ſermonis caput cõe eſt,cuius meminiſſe oportet,ꝙ animalium temperatura ſemper exiſtere differentias eius,quæ in illis eſt, pinguedinis, aut adipis,aut quocunque modo appellare libebit totum hoc genus corporis in animãtibus oleoſi, & pinguis. Igitur cum ſus oĩbus propè quadrupedibus animalibus in caliditate ac ſiccitate, inferior ſit,proinde pinguedinem quoq; minus habet calidam,magisq; humidam. Omnis igit̃ pin
B guedinis facultas eſt humectatoria, & excalfactoria humanorũ corporum, huius.n.meminiſſe perpetuo oportet in principijs huius operis dicti:at differentiæ,quæ ſunt cuiuſque ſingulatim, in maioris minorisq; ratione ſunt.Nam pinguedo ſuis,ut ad nos quidẽ, largius humectare poteſt,ſed non æque excalfacere,ſicuti neq; oleum:uerum pinguedinis ſuũ talis eſt caliditas, qualis ſpectatur in nobis.Porrò taurorũ adeps ſuillo multo calidior eſt,& ſiccior,rurſum id memoria repetentibus nobis marem,fæmina eſſe tum calidiorem,tum ſicciorem:marem aũt caſtratũ adſimilari fæminæ,uelut quicquid iuuenilis eſt ætatis.Et inter iuuenilia fęmina mare humidior eſt,& minus calida. Sic & adeps vitulinus taurino minus tum calidus eſt,tum ſiccus: & Hœdorum quàm caprarum:ſed,& caprarum minus quàm hircorum: & rurſum taurorum minus, quã leonum:nam horum adeps omnium propè quadrupedum adipe potentius digerit,nam & caliditate exuperat,& partium tenuitate.Itaq; ſi ipſum medicamentis ad ulcera,& phlęgmonas cõ uenientibus commiſceas,nõ modo nihil adiuueris,uerum etiam læſeris, nimirum addita maiori,quàm conueniat,acrimonia:inueteratis tamen tumoribus,atque ſcirrhi in morem induratis tum neruorũ curuaturis,ξάγκύλας Græci uocant:ξ& in ſumma quæcũq; ſcirrhoſa ſunt, ijs aptiſſimus eſt:in quibus ſanè minimè apparet efficax ſuillus. Taurinus autem ab utroq; ex æquo diſtat:ut quanto calidior ſicciorq; ſuillo eſt,tanto ſuperetur a leonino. Itaque tanquam in medio conſiſtens,meritò utique medicamentorum miſcetur generi, & ei ſcilicet,quod ſcirrhoſis me-
C detur,& ei quod phlegmonas concoquit,*cuiuſmodi eſt tetrapharmacum quod uocant,ex cæ- *Al.ſuppurat
Cra,reſina,pice,& adipe conſtans.Nam ſiue in hoc taurinum,ſiue uitulinum, ſiue hircinum, ſiue caprinum,ſiue ſuillum indideris, ſemper puri mouendo aptum, & concoctorium medicamen effeceris. Sed ſuillus ſi addatur,in pueris,& fœminis,& ut breuiter dicam,omnibus, quibus caro eſt mollior,competit. Sin taurinum adieceris,foſſoribus & meſſoribus,& omnibus carnem duram habentibus,ſiue ob naturalem temperiẽ,ſiue ex ratione ac forma uitę,conueniens effeceris. Cæterum adeps oĩs dum inueteraſcit,ſe ipſo,& calidior, & tenuiorum partium efficitur, ac proinde quoq; ualentius digerens.Verùm id omnibus inueteraſcentibus accidit,quæ quidẽ non putreſcere anticipent. Nam uinum,mel,acetum*frumentum,butyrum, œſypus:oleum oĉ ſiue lentiſcinum,ſiue cicinum,ſiue raphaninum,ſiue ipſum quod ex oliuis conficitur: uetuſtate, & calidiora,& tenuioris eſſentiæ efficiuntur:ac proinde guſtantibus apparent acriora,& ad induratos,ægreque ſolubiles affectus adhibentibus potentius digerentia, Atque ego ſane guſtantibus acriora uideri dixi:at quidam,quibus ſtudium eſt nominum ſignificatus corrumpere,non acria,ſed adſtringentia uocant id genus omnia,aduſq; piper:tanquam interſit nihil,adſtringẽs an acre dixeris. Et ſi denuo illos roges de galla,myrto,meſpilis,mali punici putaminibus quæ ſidia uocãt,rhoo,& omphacio,& hęc dicunt adſtringere:tametſi aduerſiſſimum ex illis ſenſum
D percipiamus ei,qui a pipere,pyrethro,napy,euphorbio,cæpa,allio,adarce percipitur. Igitur ſi quemadmodum adſtrictionis vocabulum de vtroq; affectu,quem guſtu percipimus, communiter efferunt, ſic ipſos quoque affectus unam habere naturam exiſtimant, quidvis aliud potius habendi,quàm homines,ut qui ſoli proprios ſenſus obtineant. At ſi omphaca,rhoon,gallã,balauſtium,hypocyſtida, contrahere conſtringereque noſtram fateantur ſubſtantiam: ſecernere vero,mordicare,ac penetrare,piper,napy,pyrethrum:improprie adſtringentia nũcupant quę mordicant, & calfaciunt, cæterum in cognoſcendis ipſis medicamentis non peccant. Verum ſi oportet coniectantem dicere,in vocabulis an in rebus hallucinentur,equidem in uocabulis potius falſos viros illos dixerim,& maxime quibus Greca lingua inſueta eſt.qualis eſt Dioſcorides Anazarbenſis,qui profectò multa bene dixit eorũ,quæ de materia medica memoriæ prodidit,cæterum ſignificata græcanicarum uocum non ſatis pernouit.Hic ergo cum ait magis eſſe adſtrictorium adipem caprinum ſuillo,ſi quidem acriorem ſignificare uelit per magis adſtrictorium, accipimus ſermonem ceu verum:at ſi illud, talem habentẽ qualitatem, & facultatem, qualem rhus,rheon,hypocyſtis,balauſtium, haud verũ eſſe ſermonem dicemus.Porro,qm̃ viperarum adipem, vbi radicitus pilos ſub alis euulſeris, prohibere illos recreſcere illitum referunt,uiſum eſt mihi eius facere periculum eſſe ſatius:at vbi prout iubent feciſſem,mentitos conperi,

* τυρὸς eſt in impreſſis, i. frumentum. ſed in manuſcriptis τυρὸς. i. caſeus ita uetus etiam interpres.

peri, ſicut etiam quòd initia ſuffuſionum ſanet. Verum urſorum adipem alopecias curare uerè E eſt proditum: cum tamen probatiora habeamus ad eum affectum remedia. Porrò cum dicãt tamen vulpinum adipem dolores aurium ſanare, neque dicant quos aurium dolores, ceu non noſcentibus ipſos diſtinguere, attendendum non eſt. Alij piſcium adipem laudant, tanquam ad ſuffuſiones, aut quemcunq; alium affectum nominare uelint, congruat. Alij non ſimpliciter piſcium dicunt, ſed addunt fluuiatilium: alij vero potius marinorum: quo videlicet aliquid plus ſcire uideantur quàm uulgus.

Mielos Medulla.

Medulla uim hẽt indurata, & ſcirrhoſa corpora emolliendi, ſiue muſculis, ſiue tendonibus, A.ibid.c.485. ſiue ligamentis id accidat, ſiue ẽt uiſceribus. Optimam ſemper expertus ſum ceruinam, deinde iuniorum Boum, quos vitulos ẽt nominant, ac proinde medullam eorum uitulinã appellitant. At hircorum, & taurorum tum acrior eſt, tum ſiccior. Itaq; durities ſcirrhoſas diſſoluere neq;, ſi qua etiam memoria manet eorum, quæ in quinto libro de his ſunt prodita. Ex uitulina igitur & ceruina medulla peſſi componuntur uteros emollientes. Et extrinſecus uteris medicamenta imponuntur, quæ ex medulla præparantur, uim habentia emolliendi. Accipitur autem non ſolum medulla ex oſſibus, quæ ſanè re uera eſt medulla, ſed & ex ſpina, quam & ipſam medullam F nominant, ſpinalem uidelicet, quæ tum durior, tum ſiccior eſt, quàm alia: illa enim mollior eſt, & pinguior: ac proinde ego ſpinalem ſeorſum per ſeſe abſq; illa repono. Sed ea mihi utriuſq; cura eſt, ne aut putreſcant, aut ſitum colligant. Itaque in hyeme primum eas capio, uelut & adipẽ: deinde in ædibus ſiccis atq; editis, planè humoris expertibus, cum folijs lauri ſiccis repono: nam quæ recentia ſunt, & humida, multum etiã qualitatis ſuæ illis impartiunt, ut acriores fiant medullæ. At ſi qñ ambiente calido, & auſtrino medullas, aut adipem uoles reponere, paratũ ſit in hoc cubiculum neq; calidum, qualia fere ſunt, quæ meridiem ſpectant, putreſcunt. n. in talibus: nec humo proximum, atq; humidum, nam in talibus ſitum contrahunt: ſed ſupernum atque excelſum, & ad aquilonem obuerſum, paruas habens apertas feneſtras, ut tam noctu quàm interdiu ab arcto ſpirantes uentos accipiat.

Caput Mænidum.

Capitibus Mænidum ſale inueteratarũ vſtis, ad ſedis fiſſuras utebatur quidam: & is ipſe ad columellam diu induratam. Videtur ergo uis illarum eſſe deſiccatoria, non admodum acris: nã id aduſtorum quæpiam obtinent, ſicut omnia communiter deſiccationem.

Caput Leporum. G

Alius caput totum leporis comburens utebatur ad adopecias cum adipe urſino.

Caput Saurarum ideſt lacertarum.

Porrò ſauræ caput contritum quidam palos, & ſpicula extrahere memoriæ reliquerunt, tum myrmecias, acrochordonas, & clauos.

Cerebrum Leporis.

Cerebrum Leporis attritum eſum utile eſſe didicimus pueris dentientibus, capite uidelicet A.ibi.c. 385. toto elixo, ut fieri ſolet. Non tamen eximia uis eius eſt, ſed ſimilis melli, & butyro, & alijs, quæ *A.l. tremorem ad dentientes pueros conueniunt. Quidam etiam aduerſus metum utiliter edi cerebrum hoc prodidere.

Cornua cerui & capræ.

Cornibus Cerui, & capræ vſtis maxime vtuntur: ut & nos ſæpe uſi ſumus, tum ad candorem A.l.2.t.1.cap. 178. fol.110 dentium, tum ad contrahendas mollitie fluidas gingiuas. Cæterum Ceruinum maxime cõmendatur ab ijs, qui talia ſcribunt. Quòd ſi ab uſtione lauetur, dyſenteriam, & ſanguinis excreationem, præterea cœliacos affectus ſanat: & aurigini utile eſſe dicũt. Porrò duo exhiberi cochlearia ad omnia iſta præcipiunt. Miſcuerunt autem ipſum non nulli, ut dictum eſt, vſtum & elotũ, H collyrijs etiam deſiccantibus oculorum fluxiones. Eſt enim ſcilicet omnium talium vis exiccatoria, velut & ante dictum eſt.

Pulmo Agninus, & porcinus, & vulpinus.

Pulmo Agninus, pariter, & porcinus, intertrigines a calciamentis curare creditur. At vulpinus ſi bibatur, reſiccatus, aſthmaticos iuuat.

Iecur Canis rabidi.

Iecur canis rabiẽtis, ſi aſſum edatur, remedium exiſtere ijs, qui ab ipſo fuerint morſi, quibuſdam eſt proditum: ac ſcio certe quoſdam, qui ſumpſere, manſiſſe ſuperſtites, verum non illo duntaxat vſos: ſiquidem alia præterea remedia, quorum fecimus periculum, in rabientibus tũc adhibuimus. Audiui vero quoſdam, cum illi ſoli fidem habuiſſent, poſtea mortuos.

Iecur Caprinum, & hircinum.

Porrò caprinum iecur quidã aſſantes, ſaniemq; effluentem excipientes, inungunt nyctalopa affectos. Vaporem etiam eius dum elixatur, oculis apertis excipiendum præcipiunt. Quin A.ibid.c.39. fol.124.c & aſſum ſi edatur, & ad eoſdem affectus accommodari aiunt: & eos, qui comitiali morbo ſunt obnoxij arguere, conuulſionemq; illis accerſere. Idem poteſt hircinum.

Iecur

Iecur Lacertæ.

A Iecur autem lacertæ erosis impositũ dentibus, eos dolore liberare nõ nulli scriptũ reliquere.

Venter Mergi.

Ventrem Mergi quidam commendant tanquã medicamen cõcoquens, & peptiticum: idq; siue protinus elixum, siue arefactum comedas. At nos id experti, uanam esse promissionem cõperimus: sicut sanè etiam quod de interna tunica gallinarum memoriæ est proditum. Aiunt enim, quidam, si ea arefacta bibatur, iuuare stomachicos.

Iecur Lupinum.

Iecur Lupinum sæpenumero in medicamentum indidi hepaticum, quod ex eupatorio confi citur: nec tamen, quod mentione dignum sit, amplius præstare comperi, ad illud uidelicet com parans quod sine ipso componitur.

Castorium.

Testiculos Castoris nũcupant castorium, medicamentũ & celebre, & multi vsus, adeo ut Archigenes de castorij vsu totum conscripserit librum. Atq; ille sane particulares eius facultates exposuit: nos verò uelut in alijs medicamentis fecimus, ita, & in hoc quoq; generalem modò
B facultatem dicemus. Quam si præ oculis habeas, ipse per te particulares inuenire possis. Itaque, q; excalfaciat, manifestum est. Nam si uoles ipm ad vnguem læuigatum oleo maceratum parti cuipiam infricare, euidenter illam incalescere percipies. Porrò calefacientia oĩa vbi contactæ substantiæ quippiã digerunt, cõtinuò et illam desiccant, nisi si quid natura fuerit humidum, ceu oleum, & aqua, atq; aduentitiam qualitatẽ calidam, non facultatem assumpserit: sicut certe hæc ipsa igni, Solive æstiuo admota. Itaq; cum castorij consistentia quoq; sit sicca, & calfaciendi potentiã hẽat adiunctam, meritò desiccat: atq; hoc illi cum multis alijs medicamentis cõe existit. Porrò qm impensè subtilium est partium, ob id plus ualet, q̃ alia, quæ similiter ut ipm calfaciũt & desiccant. Nã, quæ tenuium sunt partium medicamenta, ijs quæ sunt crassarum, plus sunt efficacia, et si parem sortita fuerint facultatem, nimirum quia penetrent, & in altum subeãt admotorum corporum, potissimum si ea densa fuerint, uelut neruacea. Palàm igitur talia ob cãm posita magnifice iuuantur a castorio. Cęterum falluntur medicorum pleriq; in usu castorij, cum id mõ considerant partem quampiã, aut tremere, aut conuelli, aut sensu motuve priuatam esse, aut ęgre sentire, mouereve, haud sciẽtes id genus symptomata ad dissimiles sequi corporis affectus. At tu ab Hippocrate doctus ‖ ex plenitudine pariter, & inanitione conuulsionẽ consequi: 6. Apho. 39. Ex. ord. 50. f
C vbi quidem quæ in neruis continentur præter naturam, euacuare consilium est, ibi, & bibendũ exhibe, & foris cuti castoriũ impone: ubi uero ex siccitate nimia obuenerit conuulsio, scito hoc medicamen illic esse aduersissimum. Ad eundẽ modum ijs, qui præ plenitudine tremunt, vtilissimum: aduersissimum uero ijs, quibus id accidit ab inanitione. Ad portionem modo dictorum affectuum, ubi singultus euenerit stomachi, perscrutato prius, inuentoq; illius affectu, ac discreto, siquidem a plenitudine ipm ægroti perpetiantur, ad castorei vsum accedito: sin aũt a siccitate, euacuatione, aut acrium humorum morsu prouenerit, medicamen hoc fugito. Sanè si odori, gustuiq; aduertas aĩum, suspicaberis humano corpori aduersissimam hr substantiam: tametsi in* natura nihil efficere comperiatur eorum, quæ talia facere assolent. Siquidem alia stomachũ uitiant, alia uentrem, alia caput, alia aliam quamuis partem lædunt: at hoc medicamen siue corpori humido applices resiccationem poscenti, siue frigido, excalfactionem, siue humido simul frigidoq; excalfactionem pariter, & resiccationem requirẽti, magnam utiq; experiere cõmoditatem: nec ullam parti cuiquam noxam afferet, potissimum si febri uacet, aut non admodum calidam perpetiatur homo febrim, sed, ut sic dicã, tepidã, qualis accidit in cataphoris maxime & lethargis. Ac multis sane castoriũ exhibuimus una cum pipere albo, utrunq; mensura cochlea
D rij ex melicrato bibendum præbentes: nec quisq̃ vllam sensit noxam. Sed & mensibus retẽtis, ubi per uenã, quæ in talo est, modice euacuassem, oblato castorio una cũ pulegio, aut calamintha, semper medicamen hoc expertus sum purgationem ciere absq; fœminæ lęsione. Præterea secundas morãtes eijcit. eaque oĩa ex melicrato potum efficit. At quibus ita venter flatu distendit, vt ægre curationẽ admittat, itaq; torminibus uexaĩ, atq; singultu, idq; ob frigidos crassosq; humores, aut crassos flatulentosq; spiritus, eos ex oxycrato potum adiuuat. Quæ porrò iuuat in corpus intrò sumptum, ijs prodest quoq; cuti impositum cum sicyonio, aut ueteri oleo; quæ uero ampliori caliditate indigent, ijs et per sese infricari debet. Iuuat etiam, si quis suffitum eius in prunis impositi inspiratione hauriat, maxime affectus humidos, & frigidos in pulmone, aut capite consistentes. Attamen lethargicos, & cataphoricos affectus omnes, qui quidem adiunctam habent febrem, præstat non dictorum oleorum quopiam macerantes curare, sed potius ex rosaceo capiti, colloque imponere.

* Al. vsu.

Renes Scincorum.

Renes Scincorum bibũt quidam tanquam pudenda intendentes: quorum contrarium accidere videtur maxime semine lactucæ poto ex aqua. Sed & quidam lenticularum decoctum cum melle bibitum intensiones sedare referunt.

Vngues

Vngues Caprarum, & asinorum.

Quidam" Vngues caprarum deustos, mox q; aceto perfusos alopecijs illinunt. Itaq; fuerit & talis cinis facultatis extenuatoriæ. Sunt aũt qui combustos asinorum vngues comitialem morbum curare dicant, si scilicet, assiduo bibantur: si uerò oleo macerentur, chæradas digerere: sed & ipsum cinerem, si succus insperſus fuerit, sanare* perniones siue chimethla. E A. ibi. c. 55. & 732.

Ossa.

*Al. phygethla. Ossa" cõbusta admodum digerẽtẽ exiccantẽq; uim obtinẽt, & id maximè, ut quidã asserunt, humana. Certè Talũ suillum cõbustum, ac deinde bibitum, inflationes, & tormina sanare dixerunt: noui aũt nostratium quosdã ossa combusta potui exhibuisse, haud scientibus, qui biberent, q̃d nã ebibissent, ne scilicet auersarentur: ac multorum tum epilepsiam, tum arthritin, curasse. A. ibi. c. 628.

Senecta Serpentis.

Senectam Serpentis scripsere quidam in aceto bullitam dentium mederi doloribus.

Pellis Ouina.

Pellis Ouina recens detracta, circumposita ijs, qui quocunque modo fuerint verberati, omnium luculentissimè adiuuat, adeo vt die ac nocte una illos curet: concoquit enim, & digerit, quæ sub cute sanguinem habent. F

Equorum Lichenes.

Equorum" Lichenas cum aceto tritas comitiales curare scriptum quibusdam est. Alij uerò, & ad cuiusuis feræ morsum adhiberi consulunt. A. ibi. c. 333.

Tela aranei.

Aranei telam scribunt quidam a phlegmone tueri summæ cutis vlcera. A. ibid. c. 62.

Coria uetera.

Coria" vetera, quæ uidelicet veteramentorum sunt, vsta, ad attritiones commodari calceamentorum scriptum à quibusdam est, tanquam. s. hoc faciant ex antipathœa quadam. Certe q̃ phlegmone obsidentur, haudquaquam iuuantur: uerum ubi sedata fuit phlegmone, nõ iniuria iuuantur, nempe quia resiccantur: est. n. talis cinis resiccatorius. Ac nos sanè quandoq; in agro ad vlcus eiusmodi ex attritione sumus vsi. Curat autem talis cinis non ab re ulcerum ambusta, & quæ uocantur intertrigines in feminibus existentes. A. ibi. c. 548.

Ostrea.

Ostrea" quidam nuncupant oĩa ostracoderma, hoc est testacea ab Aristotele appellata. At quod a plerisque vocatur ostreon, secunda syllaba absque ι scripta, unam esse ostrœorum speciem constituunt, in toto genere comprehẽdentes, & buccina, & purpuras, & chamas, & pinas, & similia omnia; de quibus deinceps dicam. G A. ibi. c. 539.

Buccina, & purpuræ.

Buccinorum" Purpurarumq; testa qñquidem durissima est, nunquam absq; ustione utor: atq; vsta quidem desiccandi uim admodum possidet. Cęterum ad unguẽ eam læuigare planeq; pollinis in modum necesse est, tundendo. s. & cribrando prius. Quod tibi cõe sit in omnibus lapidosis, testaceisq; substantijs præceptum: nam nisi exactè læuia sint reddita, arenis similia sunt. Per se autem illarum tritarum farina ulceribus malignis competit. Id quod ipsum quoq; commune est omnium, quæ citra insignem morsum desiccant uehementer: quippe cum alioqui fluxionũ causa existant. Sed, & aliud est omnium id genus commune, nempe ut cum aceto, aut oxycrato, aut œnomelite, aut oxymelite, idonea sint ulceribus putrescentibus. Idcirco lapides omnes vbi ad eum vsum applicantur, alij magis, alijs minus, certe omnes conferunt. A. ibidem.

Ostrea.

Ostreorum" Testa vsta similis est facultatis buccinorum testis, tametsi ẽt subtilioris, immo vt certius veriusq; dicam, minus crassæ. Nam terrosam duramq; corporis sortita consistentiã concretionemque, impendio oĩa crassarũ sunt partium. Itaq; accuratè ea læuigare necesse est. Quamobrem cum dicimus horum aliud alio esse tenuius, ita inaudienda dictio est, tanquam si Vlysses Thersite dicamus maiorem, cum vterq; tamen fuerit paruus: aut Aiacem Achille minorẽ, cum ambo itidem fuerint magni. Cæterum oĩa id genus (ut & antea est dictum) cogendi quandam in se facultatem obtinent, per quam condensata eorum essentia, dura terrosaque sunt redita: quam ubi per ustionem deposuerint, contrariam adsciscunt facultatem, quam uocãt digerentem, Porrò si vsseris ea, lauerisque, ignea tota natura in aquam deposita, ipsam efficiũt cum tenuitate excalfacientem, adeo ut & interdum putrefaciat: reliquum vero terrosum, morsus fit expers: id quod maximè implendis, cicatriceque claudendis vlceribus humidis est vtile. Igitur Testa eorum, quæ peculiariter vocantur ostrea, combusta vtor ad diuturnas ex fluxione ęgreq; carne implebiles cauitates, nempe quæ fistulosæ sunt, atq; profundæ, eam foris cũ suillo adipe veterato circumponens: id vulgò axungiam nuncupant. At in sinum ipsum aliquid eorum quæ talia carne implent, immitto, quale est † vstum Diaphanes, quod specarium nominant. § Parem in genere facultatem habent, & cæterorum ostracodermorum testæ deustæ, maxime uero, vt dixi, ostreorum, deinde buccinorum, & purpurarum. Itaque Cinis eius generis emplasti- H

† Al. æs vstum diphryges.

cis

A cis miſcetur facultatibus digerentibus,& cum quouis adipe digerit. Verum qm̃ inueteratus effi cacius digerit,illi magis miſceri ſolet.Porrò potentius hoc medicamen digeret,ſi acrem illi adi pem quempiam miſcueris: de quibus ſuperius determinatum eſt. Quin & dentes ſplendidiores talium omnium cinis efficit,non tm̃ extergendi potentia,ſed & aſperitate ſubſtantiæ,uelut & pu mex, & teſta clibani. Verum in uſu eiuſmodi non eſt neceſſe, quæ ſic uſta ſunt, admodum læuigare:at in ulceribus rebellibus præ omnibus diligenter ſunt læuigãda,ac inſpergẽda.Porrò excreſcentiam carnis mediocriter exterunt cõprimuntq́ue. Ad hæc cum ſale omnia id genus uſta dentium ſmegma reddunt efficacius, adeo ut non modo laxitatem,mollitiemq́; gingiuarum de ſiccet, uerum etiam ulcera putreſcentia adiuuet.

Sepia.

Sepiarum teſta admodum laxa eſt, non ut oſtreorum lapidoſa. Itaq; abſterſio quidem illi cũ alijs oſtracordemorum teſtis communis eſt, uelut etiam deſiccatio:cęterũ partium tenuitas exi mia illi præ cæteris ineſt.Quocirca uſta ea utimur ad uitiligines,ephelin,lentes,pſoras. Quin & foſſili ſali miſta, in oculis exiſtentes ungues eliquat. Et antequam uratur, contrita, & lęuigata dentibus ſplendorem ad fert: ulceraq́; deſiccat. Porrò hoc nomine, quòd mediocrem obtinet
B aſperitatem,adhibemus eam & ad ingentes oculorũ aſperitates,quas ſycoſ&s appellare cõſueuimus.Nam exculpentes ex ea quiddam ipſa figura ſimile collyrio,eo illas confricamus,donec ſanguinem reddere incipiant:quo facto collyria cathæretica,ſiue detrahentia præſtantius affectum ſuum in illas exerunt.

Operculapurpurarum.

Opercula purpurarum quidã memoriæ prodiderunt, ex aceto,bibita lienes turgidos ſanare: & ſuffitu eas quæ uteri ſuffocatione periclitantur,iuuare:præterea retentas eijcere ſecundas.

Lana æſypera hoc eſt ſuccida.

Lana" ſordida,ac proinde à quibuſdã appellata ſuccida,idoneè excipit irrigationes,quæ adhibentur contuſis,aut quomodocunq; percuſſis particulis, ut quæ utilitatem ex illis proficiſcentem promouet,idq́; propter œſypon.Lota uerò, nec amplius œſypon habẽs,apta quædam materia fit humoribus qui irrigantur, excipiendis. Porro vſta" vim habet acrem pariter & calidam unà cum partium tenuitate.Itaq; molles nimiumq́; humidas ulcerum carnes celerrime eliquat. Inditur & in medicamina deſiccatoria.Vrito eam tãquam alia plurima,ollam implens nouam, quam tegat operculum multis foraminibus pertuſum.

C *Pili uſti.*

Piliuſti ſimiliter ut uſta lana excalfaciendi deſiccandiq́ue admodum ſunt facultatis.

Ouorum facultas.

Conſequens" fuerit ad partium doctrinam de ouis differere:nam alibi eorum meminiſſe non licet. Sanè oua partes non ſunt animalium, ceu nec arborum fructus, nec grauidarum fœtus: uerum proportione reſpondet ijs, quæ agnaſcuntur. Itaque eorum quæ agnaſcuntur, quædam planè familiaria propriaq́ue conſpiciuntur tum plantarum, tum animalium naturis: quædam non omnino talia,ut uiſcum quod agnaſcitur quercubus:& ut ſemel dicam, ſi qua arboribus alterius generis arbor,frutex, fructus, herba, aut omnino germen quodpiam ut fungi, agnaſcantur. Ex familiaribus autem eſt & ouium lana, aliorum animalium pili:& cornua, quæ decidentia denuo recreſcunt, ut in maſculis ceruis, ex hoc ſunt genere. Conceptus autem, ſiue fœtus fructibus proportione reſpondent,nimirum ad generis propagationem à natura creati. Ex his unum eſt & ouum,factum ad generis ſucceſſionem perpetuitatemq́ue. Cæterum utile eſt & tanquam nutrimentum,uerum de nutrimento non eſt nunc inſtitutum differere. Proinde,quæ tanquam medicamentum efficere poteſt,ea hoc loco recenſebo, ex pauculis uſibus particularibus
D uim eius exquirẽs tum in partibus, tum in tota ſubſtantia. Siquidem quo pacto inuenta rerum cuiuſque generali facultate, ad multos eam uſus particulares ducere poſſumus, didicimus. Inſuper docti iam ſumus,quomodo ex uno,alterove experimento de generali facultate liceat colligere.Igitur ouorum album,& tenue illud,quo item ad ophthalmias utimur,ex numero eſt medicamentorum minime mordicantium:nec unquam effectu fruſtratus ſum ex ulla tali intemperie,qualem habet ſæpe lac uti ante oſtendimus,in animalibus cruditatem perpetiẽtibus, aut nimiam famem ſitimve,aut quæ cibis paſta ſunt prauis: quæ ſanè frequentius euenire ſolent mulieribus,ob uictus uidelicet uitæq́ue errorem. At oua unam modo prauitatem patiuntur,quam ſcilicet adfert uetuſtas: eamq́ue facillime effugias, ſi utaris recentibus. Porrò uſitaſſimum nobis eſt maximeq́ue parabile gallinarum ouum:ea propter illo utimur,aliorum oua nihil curantes, tametſi eandem illi habeant naturam. Temperatura porrò ſymmetro frigidius eſt.Itaque utendum eſt oui albumine non tantum ad oculos,uerum etiam ad alia omnia,quæ medicamenta requirunt ſuauiſſima,minimeq́; mordacia,ut ſunt uniuerſa ſedis, ac pudendorum ulcera contumacia. Miſcetur quoq; idoneè medicamentis profluuium ſanguinis ex cerebri inuolucris ſuperimentibus,quę nimirum citra morſum illinuntur,atque adſtringũt. Sed & ad ulcera rebellia miſcetur ijs, q̃ abſq; morſu ea poſſunt deſiccare, cuiuſmodi eſt medicamen pompholyx elota,

& metallicorum quędam elota: de quibus priuatim ſupra diſſeruimus. Porrò & ipſe Vitellus ad E ſimilis eſt naturæ: ac pinde miſcetur ceratis morſus expertibus, ouis uidelicet aut lixis, aut aſſis. Verum id tñ manifeſtum eſt, hìc leuiculam exiſtere dr̃iam, q̃ paulo plus deſiccent quæ ſunt aſſa: ac quantum huius accipiunt facultatis, tantum deperdant de mitigandi potentia. Miſcetur & cataplaſmatis phlegmonen extinguentibus, ut ijs, quæ ex meliloto conſtant, ſedi applicandis. Crudo uero ouo toto utimur admiſto roſaceo ad palpebrarum, aurium, mãmarũq; phlegmonas, q̃. ſ. aut ictis illis, aut alio quouis modo euenerint: aut extiterint in neruoſis corporibus, puta cubito, & digitorũ tendonibus, aut articulis, idq; in pedibus pariter & manibus. Porrò in aceto coctum ouum ſi edatur, fluxiones uentris deſiccat. At ſi ẽt quippiã eorum, q̃ ad dyſenteriam, aut cœliacum affectum conueniunt, adiunxeris, atq; in igne modico, fumiq; experte (qualis eſt qui ex prunis conſtat) frixeris, edendumq; ita p̃beas, non minime ſanè laborantes adiuueris. Aptiſſima talem ad uſum ſunt omphacium, rhus tum ipſe qui cibis adſpergit̃ erythros nuncupatur, tũ ſuccus ipſius: galla, ſidia hoc eſt mali granati putamina, cinis cochlearũ integrarũ uſtarũ. Apta quoq; & vuarum acini, & mirta, & meſpil, & corna. Magis iſtis medicaminoſa ſunt balauſtiũ, hypocyſtis, cytini ſiue mali punici flores. Sed & ad ambuſtiones protinus impoſitũ eſt utile, ſiue quis ſeorſum albumen duntaxat ipſum molli lana excipiat, ſiue ẽt cũ uitello commiſcens cõfundẽsq; applicet: etenim mediocriter refrigerat, & citra morſum deſiccat. Tale cum ſit, & ad anacollemata uocata, q̃ fronti uidelicet imponunt̃, utimur: & pilos palpebrarum adglutinamus, ni mirum admiſto idoneorum quopiã, cuius generis eſt thus, potiſſimũ pingue ſi fuerit, ac nõ inueteratum & ſiccum. Verum in illiuſmodi, ipſius albuminis cõmoda eſt uiſcoſitas, non aũt temperies: niſi quis, quatenus nequaquã aduerſatur illi, quod adhibet̃ medicamento, eo noĩe utile cõmodumq; dixerit. Nam uiſcoſorum quædã ſunt, q̃ aduerſantur, uelut uiſcum, nimirũ acre & calidum, ad ea quæ excalfieri non debent: dictumq; frequenter ſuperius eſt ea, quæ ualidã uim nullam obtineant medicamenta, ceu materiam ijs, quæ tales uires obtinẽt, miſceri: proinde quoq; creberrimi ſunt uſus, utpote ijs, q̃ ualenter agunt, inſeruientia. Eiuſmodi cum ſit ouum, ſimulq; non paruam adipiſcat̃ in lixationis aſſationisq; quãtitate dr̃iam, fit ſanè multo utiliſſimum. Nã medicamentis, quæ humiditates deſiccant, aut lixum, aut aſſum, aut frictum, miſcetur: ijs uerò, quæ incidunt ea, quæ in thorace pulmoneq; ſunt, ſorbile quod uocant: id quod in aqua eouſque lixari debet, dum incaluerit. Eiuſdem huius naturæ noĩe & ad eos, quibus gutturis ſupremũ, aut ex uociferatione, aut ex humorũ acrimonia, exaſperatũ eſt, aſſumit̃, tum. ſ. q̃ affectis partibus illinitur, atq; cataplaſmatis modo inhæret: tum q̃ ſubſtantia ſua mordacitatis experte eas mitigat, G ſanatque. Eadem ratione ſtomachi, uentris, inteſtinorum, ac ueſicæ medetur aſperitatibus.

Echinus, hoc eſt erinaceus, combuſtus.

Erinacei" utriuſq; tũ marini, tũ terreſtris, corpus totũ uſtũ cinerẽ efficit facultatis, tũ extergẽtis, tũ digerentis, tum detrahentis. Itaq; eo quidã & ad excreſcẽtia, & ad ſordida uſi ſunt ulcera. A. Lib. 2. cap.

Cochleæ, ſiue Limaces.

Cochleæ" ſi totæ cũ teſtis urant̃ admiſta galla omphacitide, ſimulq; pipere albo, mirifice pro A. Ibid. cap. 39 & 139. ſunt dyſenterijs, in quibus ulcera nondum computreſcere cœperunt. Conuenit aũt ut piperis ſit pars una, gallæ uero duæ, quatuor cineris cochlearum. Hoc ubi ad unguem læuigaris, cibis inſpergitur, bibendumq; aut ex aqua, aut ex uino albo & auſtero præbeto. Cæterũ abſq; gallæ miſtione cinis cochlearum admodũ reſiccantis eſt facultatis, obtinens item non nihil exuſtione calidũ. Porrò cochleæ, q̃ uſtionẽ non ſunt expertæ, ſi tritæ unà cũ teſtis imponantur, & toti uentri aqua inter cutem laborantium, & in arthriticis articulorum tumoribus, ægre quidẽ diuelli poterunt, cæterum impensè deſiccant. Et ſanè inhærere ſinere oportet, quoad ſponte decidant. Idẽque faciendum in tumoribus ex ictu natis difficile ſolubilibus, & ex contuſione facta in auribus: deſiccant enim illos magnopere uniuerſos, etiamſi uiſcoſus craſſusq; in alto humor cõtineatur. H

Carcini hoc eſt cancri, uſti.

At" fluuiatiliũ cancrorũ cinis, quanq̃ ſimiliter prædictis exiccatorius eſt, ſuãbæ tñ proprieta- A. Ibid. cap. te mirabilis eſt eius in ijs, qui a rabiente cane ſunt morſi, effectus, iſq; tũ ſolus, tũ cũ gentiana, & thure multo p̃ſtantior. Thuris ſanè partem eſſe unã oportet, quinq; aũt gentianæ, porrò cãcrorum decẽ. Et raro equidem aliter, illis uſtis nos ſumus uſi, cæterũ ad eũ modum plerunque, quo Aeſchrion empiricus ille medicamentorũ peritiſſimus ſenex, cõciuis ac p̃ceptor meus. Patella erat æris rubri, in quam impoſitos cancros uiuentes, hactenus uſſit dum facile ad leuorẽ redigi poſſent. Hic Aeſchrion paratũ ſemper in ædibus hoc habebat medicamen tpe æſtiuo, urẽs eos poſt ortum Canis qñ Sol in Leonem tranſiſſet, non niſi Luna decima octaua. Porrò bibendum hoc medicamen ijs, q̃ è cane rabido fuiſſent morſi, prębebat quotidie diebus quadraginta, menſura cochlearij magni aquæ inſperſum. At ſi non protinus ab initio, uerũ aliquot poſt dies curã cepiſſet demorſi, tũc quotidie duo cochlearia aquę iſpergebat. Ad ipſum uero vulnus emplaſti cũ applicabat medicamẽtũ, qd̃ ex pice brutia, & opopanace, acetoq; cõficit̃, habens picis libram unã, unũ aceti acerrimi ſextariũ Italicũ, opopanacis uero uncias tres. Hęc tametſi à p̃ſenti inſtituto eſſent aliena, ſcribenda tñ cenſui, q̃a magnopere medicamẽto huic ipſe cõfiderẽ: nimirũ

cùm

A cùm nullus unq̃ eorũ, qui illo fuerint uſi, ſit mortuus. Cæterum ſeorſum ẽt librum conſcribam aliqñ de ijs, q̃ proprietate ſubſtantiæ totius quid agunt, è quorũ numero ſunt id genus oĩa. Igno ſcẽdum itaq;, tum hoc in loco ſcribendi importunitati, tũ ſicubi præterea id mihi hoc in opere contigit: nempe quia ex ijs ſumma proueniret utilitas, quã ſanè poſteris impertire uolebam, ſi forſan me prius, q̃ q̃ poſt hæc deinceps ſunt opera perfeciſſem, mors occupaſſet propoſitum impediens. Cæterũ Pelops doctor meus & ipſe oĩum eiuſmodi cauſas reddere uolens, nõ ab re, in quit cancer cũ animal ſit aquaticum, prodeſt à cane rabido morſis, q̃bus uidelicet metus eſt ne corripiantur affectu ficciſſimo, nẽpe rabie: quamobrem ſanè ẽt aquã metuunt. Ac fluuiatiles, nõ marinos, cõuenire cãcros dictitabat. ſ. q̃ animalia marina ob admiſtionẽ ſalis natura ficciſſimi, haud æquã exactã tuerentur eã, q̃ eſt aduerſus rabiẽ cõtrarietatẽ. Ac cũ q̃dã ſubieciſſe t, cur non oĩa, quę in potabili aqua degunt animalia, perinde ut cancri, iuuare aſſolent? quia, inquit, ſimilẽ cancris præparationẽ non admittunt, nam horũ uſtorum cinerẽ, exiccatorius cũ ſit, canum rabientiũ uenenũ abſumere, ſimulq́; digerere. Hęc igiẽ ſanè Pelops dicebat, ꝓfitens ambitioneq́; magna iactitans oĩum ſe taliũ nouiſſe cauſas. Ât ego, niſi planè me ſcire q̃ ppiã perſuaſũ habeã, alijs ꝓſuadere nõ tẽto. Itaq; nec Pelopis rõnẽ ut uerã accepi, ut q̃ crebras habeat contradictiones: uerũ cãcros opinor ex proprietate totius ſuẽ ꝓdeſſe. Qm̃ aũt nullũ eorũ, q̃ fuerãt illis uſi, mortuũ ſciuerã, hæc aperiẽda, recẽſẽdaq́; a me exiſtimaui: tametſi nõ eſſet huius ĩſtituti ꝓpriũ.

B

Chelidones ſiue hirundines, uſtæ.

Sanè corporibus totis (nam id erat propoſitum) non eorum tm̃ aĩalium, quæ dixi, ſed & Hirũdinũ uſi sũt multi, Cõburentes uidelicet, & cinerẽ melli miſcẽtes, ac deinde ſynanchicos inungentes, & in totũ quicũq; in gutture ac columella cõſiſtunt cũ tumoribus affectus. Vtuntur & ad acuendũ uiſum hoc cinere nõ nulli. At alijs eas arefactas drachmæ pondere bibendas exhibẽt.

Tettiges id eſt cicadæ.

Sed & cicadis ſiccis quidam utuntur ad colicos affectus cum paribus numero piperis granis: dantq́; aut treis, aut quinque, aut ſeptem, per intermiſſionem uidelicet, & per ipſos etiam paroxyſmos. Porrò alij aſſas edendas offerunt, quibus affecta ueſica eſt.

Cærydos id eſt galerita, alauda.

Galerita tm̃ auis illa puſilla obiter nobis plerunq; obuia, in iure elixa colicos adiuuat. Verum aſſiduè eã edere ſimul cum iure neceſſe eſt. Habet uero hoc animal in capite uelut galerũ ex pilis ſpõte enatũ, cuius occaſione efficta eſt, quæ apud Ariſtophanem comicũ legitur fabula. Is. n. C inquit hunc in modum: imperitus es, nec curioſus, & nec Aeſopum quidẽ didiciſti, qui ait, galeri tam primam uolucrum fuiſſe, ẽt ante terram: inde patrem morbo defunctum, cum humus nondum eſſet enata, dies quidẽ quinq; iacuiſſe: at hanc præ inopia melioris conſilij in capite tãdem patrem ſuum defodiſſe. Hoc quoque aiunt, obſcurè licet, deſignaſſe tamen Theocritum,

οὐδ' ἐπὶ τυμβιδίαι κορυδαλλίδες. ἢ λάϊνον τί.

nempe indicare illum eas, quæ in capite tymbon, hoc eſt ſepulchrum gerant. Annexui aũt huic iſta ſermoni, quo planè & clarè hoc animal, nempe galeritam, ſignificarem, quos ferat in capite pilos erectos: quandoquidem expertus ſum eius aduerſus colicos utilitatem, uelimq́; qui ipſum non norunt, ijs bene aperteq́; monſtratum. Etenim auiculis pyrgitis ac troglytis appellatis adſimilis eſt. Diſcernitur autem tum quia galeram habet, tum quia paulo maior exiſtit. Nam & ipſa corydalis appellata herba colicis conuenit. Et hoc quoque tibi obiter ſit notatum.

Alectorides id eſt gallinæ.

At gallinarum ius ſimplex * retinendi uim poſſidet, uti gallorum ſubducendi. Coquendi autem ſunt cum ſale prolixiſiſſimè. Sed horum ipſi fecimus periculum.

Galeid eſt muſtela.

D Muſtelam nunquam combuſſimus. De qua ſcriptum legitur, cinerem quidem eius cum aceto illitum podagricos arthriticosq́; iuuare tanq̃ uehementer ualeat digerere: Ipſam uerò arefactam ac potam prodeſſe comitialibus, eadem nimirum illa facultate. Porrò quidã etiam plane omnis feræ alexipharmacum eam eſſe referunt, & maximè eius uentrem.

* ἐπικρατητικῶς. *ſunt qui legendum putẽ* ἐπικερατικῶς. *i. contẽperandi.*

Ranæ uſtæ.

At Ranarum uſtarum cinerem ſanguinis eruptioni mederi referunt inſperſum: Cæterùm cum liquida pice ſanare alopecias.

Hippocampus.

Et Hippocampum, animal illud marinũ ſi totum uſſeris, alopecijs prodeſſe proditũ quibuſdam eſt: ipſumq́; uidelicet deſiccantis eſſe facultatis, extenuantisq́;, aut certè eius cinerẽ: quem quidam unguento amaracino commiſcent, quidam pici liquidæ, alij ueteri adipi ſuillo.

† In multis codicibus cõtinuatur hic ſenſus cũ ſuperiori uſque ad dictionẽ, ſcribunt: ibiq́ue incipit hoc caput, inteſtina terræ &c.

Tellinæ ſalſæ.

Et Salſas tellinas uſtas adeo urentem efficere cinerem aiunt, ut is cum cedria euulſos radicitus ex palpebris pilos, inſtillatus in locum, renaſci prohibeat.

† Inteſtina terræ, ſiue lumbrici.

Porrò citra uſtionem aut lixationẽ, totorum animalium in partes affectas impoſitorum, aut

intro in corpus ſumptorum, quidam medicorum fecere periculum: aut ceu fecerint periculũ, ita E
ſcribunt: § Terræ quidem inteſtina contrita, neruisq; diuiſis impoſita protinus mirũ in modum
* Al. proſunt. * Al. ſunt. * prodeſſe: atq; hæc ipſa quoque cum mulſo pota medicamen * eſſe mouendæ urinæ idoneum.

Cimices.

Sed" & de cimicibus quibuſdam traditum eſt, q̃ ſi cum aceto bibantur, hirudines abſorptas A. ibid. c. 17.
eijciant: at nobis, cum eas perpetuo alliorum eſu eiecerimus, haud opus fuit cimicibus.

Cantharides.

Veruntamen" ſufficientem habemus de cantharidibus experientiam, q̃ in ungues pſorodes
cum idoneis ceratis aut emplaſtris impoſitæ, ſic illos educunt, ut toti cadant. Miſcuimus eas etiã A. l. 2. c. 10. 201. f. 111. c.
facultatibus pſoris & lepris congruentibus, nec non quibuſdam ſeptis: atque interim etiam ijs,
quæ clauos, quos uocant, eijciunt. Porrò præceptorum meorum quidam earum paulum quid-
dam in medicamenta urinam mouentia ſolebant inijcere. At quidam ſolas alas & pedes inij-
ciunt, quæ aiunt eſſe alexiteria ijs, qui corpora ipſorum bibiſſent: alij contra: at nos totas indi-
mus. Cæterum aptiores ſunt ad ea, quæ expertum me dixi, eæ cantharidum, quæ inuentæ in fru-
mento, lutea tranſuerſim in alis cingula obtinent, potiſſimum ſi inijciãtur in uas fictile, cuius ori
linteum obductum ſit rarum: itaque illud inuertas, ut linteum halitum ab aceto ſubtus poſito ex F
cipiat, donec emoriantur ipſæ cantharides.

Bupreſtis.

Sic Bubreſtes quoq; reponere expedit. Sunt autem & ipſæ animalis quoddam genus cantha
ridibus tum ſpecie, tum uiribus adſimile.

Pityocampe.

Quin & erucæ, q̃ in piceis naſcuntur, merito ſane nuncupatę pityocãpæ, huius ſunt facultatis.

Salamandra.

Et ſalamandræ combuſtæ cinerem quidã ſepticis, & lepricis, pſoricisq; miſcẽt facultatibus.

Narce torpedo.

Sed" & torpedinem totam (dico autem animal marinum) capitis dolores ſanare capiti ad- A. ibi. c. 14.
motam, ſedemque euerſam coercere, a quibuſdam eſt proditum. Verum ego cum utrumque eſ
ſem expertus, neutrum uerum comperi. Eam igitur cum cogitaſſem uiuam eſſe applicandã, cui
caput doleret (poſſe enim fieri, ut hoc medicamen anodynon eſſet, ac dolore liberaret ſimili-
ter, ut alia quæ ſenſum obſtupefaciunt) ita habere comperi. Putoque eum, qui primus eſt uſus,
tali quapiam motum ratione experiri aggreſſum. G

Draco marinus, & trigle, & alia id genus.

Viuas" etiamnum haſce aĩantes apertas, & protinus partibus affectis appoſitas, prodeſſe ſcri- A. ibid. cap.
pſerunt, nempe draconem marinum in ſuum ipſius ictum impoſitum: ſimiliter & triglã, in dra- fo. 123. g
conis: mures domeſticas, in ictum ſcorpij, uelut & Saurã. Mygalen in ſuum ipſius, & ſaurã chalci
dicam, quam & ex uino bibendam præbent, tãquam ſuum ipſius morſum ſanet. Porrò ſcorpiũ
ſuum ipſius ictum curare, ſi tritus imponatur, ſimiliter ſi aſſus edatur. Congruere aũt aiunt & ijs,
qui a uipera ſunt morſi, Aſcalabota uero ijs, qui a ſcorpio. Referunt aũt & in Aegypti regioni-
bus arefactum Aſiracũ quẽ uocãt, exhiberi ijs, q̃ a ſcorpio percuſſi ſunt: & uocatũ cybiũ utiliter
vulneri a cane inflicto imponi: multaq; eiuſmodi, de quibus copioſius differemus, ubi tractabit
de ijs, quæ proprietate ſubſtantiæ quid agunt. Cæterum in oleo lixis totis animalibus ipſo oleo
utebantur noſtratium medicorum quidam, ſed & ſuperiorum nõ nulli, ad depilationẽ ſeu pilo-
rum nudationem, nempe pityocampis, & urticis marinis, lepore marino, ſcolopẽdro marino.
Ad aurium uero dolorẽ ſilphis in oleo coctis, & ijs quos uocant oniſcos § Græci, Latini multipe-
das. § Ea. n. animalia in globum ſeſe contrahunt, uocantq; ea apud nos quidam cyamos hoc eſt
fabas, qñquidem eſculentis fabis ſunt perſimilia, ubi ſeſe uidelicet in globum conuoluerint, co- H
lore fuſco. Porrò in agro complures uidere eſt natos ſub ſitulis, quibus a fontibus ruſtici aquam
comportant, deponuntq; eas iuxta focum. Vidiq; quoſdam ex ijs, qui medicinã in agro exerce-
bant, aſſiduè oleo ex illis compoſito, ad uniuerſos aurium dolores uti, non diſcernentes affectũ
unde oriretur. Itaque non ab re euenit, ut interim effectum conſequerentur, interim læderent.
Et quid mirum, quando & inſignes quidam medici, de ijs citra diſtinctionem ſcripſere? tales
ſunt Apollonij libri de facile parabilibus. Atque hic ſanè etiam ſcripſit uermes terræ in oleo co
ctos aurium dolores mitigare: ſed alij cenſent admiſto adipe anſerino ſic demum utendum.

Vulpes, & hyænæ.

Cæterum de" vulpibus, quæ totæ oleo coquuntur (nã ſic quidã curant arthriticos, partim ui- A. ibid. c. 19.
uas vulpes in lebetem ingentem inijcientes, partim etiã mortuas) fuſius dicere mihi neceſſe eſt,
qñquidem pleroſq; uiſæ ſunt principio plane morbo hoc liberaſſe, uerum poſt multum tpis nõ
ita profuiſſe: ſiquidẽ illos malum repetijt, quanquam non ita uehemens q̃ antea. Sanè oleũ in
quo cocta vulpes eſt, non eſt potentioris in digerendo facultatis, quã in quo hyæna: q̃ ſi ſimili-
ter in oleo lixetur, redditur oleum longe potentiſſimæ in digerendo facultatis. Porrò frequẽter
dictum eſt talibus medicamentis ineſſe potentiã eorum, q̃ in alto cõtinẽt corpore, in extimam

cutem

A cutem extrahendi,ac eo nomine quandoq; ſedandi dolores:nõ.n.perpetuo hoc ad ea ſequitur, cum ij duntaxat dolores ab eiuſmodi medicamentis ſedentur, quorum cauſa eſt humor in alto contentus,dolorem ciens aut ſubſtantiæ craſſitie,aut refrigeratione,aut uehementi acrimonia: aut ẽt ſpiritus flatuoſus exitum non habens. Itaq; qui utuntur vulpibus, & ipſi oleum digeſtiuũ efficiunt, atque inde impletis eo alueolis,totos arthriticos in eos imponunt, multo ibi tempore immorari præcipientes. Verum ex hoc fit,ut non tm̃,qui circa articulos ſunt, tumores euacuentur, ſed etiam uniuerſum corpus. Itaque ubi corpus illis antea plenitudine affectum fuerit, mirum non eſt per euacuationem conſecutum commodum,nempe cum nihil etiã in affectas partes influat,quia corpus uniuerſum iã euacuatum eſt: & qui continebantur humores exhalarunt. Cæterum quemadmodum antea, cum corpus noxa uacaret, praua uictus ratio morbum inuexit,eũdem in modum, aut etiam amplius,à ſimili diæta par eſt rurſum illos ſimiliter afficiendos in articulis,quibus iam laborauerunt.

DE IIS QVAE IN MARI ET AQVIS SALSIS PROVENIVNT

SOla hæc in toto opere reliqua hoc habent nũc tempus opportunum. Nã q̃ in mari & aqua naſcuntur animalia,ſuperiori ſermone expoſita ſunt,ubi uidelicet agebatur de animalibus:
B at quæ in aquis quidem aut ex aquis naſcuntur,nec ſunt animalia,ea nunc exponentur.

Adarcion.

Adarcion,″q.dã uerò maſculinè efferunt Adarcon, alij fœmininè Adarcen appellitãt,eſſentia quidẽ ſua uelut ſpuma eſt aquæ ſalſæ concreta,circum arũdines, & farragines concreſcens. Acerrimum hoc eſt medicamentum, ſimulq; calidiſſimum: proinde & per ſe inutile eſt, uerum commiſceri ſolet ijs, quæ uim eius retundunt, ſicque fit multò utiliſſimum in ijs affectibus, qui excalfieri poſtulant: idque foris impoſitum, nam intro in corpus ipſum ſumere eſt impoſſibile, nimirum ob uirium uehementiam.

Alcyonia.

Alcyonia″ omnia detergunt,ac digerũt,qualitatem habentia acrem,& calidã facultatẽ:uerũ aliud alio nõ parũ plus minusque,& in his ipſis,quæ diximus, ſcd̃m partiũ eſſentiæ totius tenuitatem. Eſt autem eorum unum denſum & graue, odoris praui, olet.n.piſces putridos: ſpongiæ figura ſimile. Alterum uero figura longiuſcula, leue & rarum, odorem habens ſimilem phycijs. Aliud tertium uermi ſimile eſt figura,colore purpureo,conſiſtentia molli:uocãt id Mileſiũ.Poſt quæ quartum ſecũdo quidem iam poſito ſimiliter & leue, & rarum, uerum lanis ſuccidis ſimile.
C Deniq; quintum extima ſuperficie læui circunſcribitur, cæterum interna ſubſtantia aſperũ,nullius odoris guſtu tñ apparens acre: & ſanè omnium alcyoniorum eſt calidiſſimum, adeo ut & pilos urere poſſit. Itaq; cũ duo prima lichenas,alphos,pſoras,leprasq; adiuuẽt,præterea cutem ſplendidiorem competentia uirium efficiunt,idem præſtare non poteſt hoc ultimo loco poſitũ. Nec.n.perinde ut illa cutem duntaxat ſummam extergit, ſed ẽt excoriat, uſq; in profundum cutis penetrans, ut ẽt ulcera moliatur. Porrò quod tertio ordine recenſuimus, omnium eſt tenuiſſimum. Itaq; uſtum alopecias curat illitum cum uino, colore quidem fuluo,tenui tamẽ eſſentia. Quartum autem eiuſdem cum hoc ſpeciei uires obtinet,uerum haud parum imbecilliores.

Sal.

Sal″ eiuſdem genere facultatis eſt,ſiue foſſilis ſit,ſiue marinus:uerum hoc differunt,quòd ſalis ex terra effoſſi ſubſtantia magis ſit compacta,ac proinde in hoc maior eſt partium craſſities,& adſtringendi potentia. Itaque marinus affuſa aqua protinus liqueſcit:at foſſili non euenit. Porrò eiuſdem ſpeciei cum marino eſt, qui in ſtagnis quibuſdam ſalſedinem habentibus naſcitur æſtate uidelicet, aquis æſtu ex ijs abſumptis, cuiuſmodi eſt Tragaſius, non procul à Sminthio. Confluit enim illuc ante aquas ſpontaneas,quæ admodum ſunt calidæ, copioſa aqua ſtagnans
D non amplo in loco:& ea æſtate omnis abſumitur,à Sole uidelicet arefacta. Porrò quoniam locus ipſe ſalſedinem connatam continet, quod reliquum eſt omne, ſal eſt, cognominationem a loco pariter & aquis ſortitus. Nam ſpontaneæ & ipſæ illis in locis aquæ Tragaſiæ nuncupãtur, potentia ſummè exiccatoria: & ſanè qui in ea regione ſunt medici, ad hoc illas accommodant. Porrò dictum eſt & de Sodominis in mari mortuo prouenientibus, in quarto libro: quẽ ſi quis librum diligenter perlegerit, illi tantum refricare memoriam nunc opus eſt, ut expoſita guſtu qualitate,ipſe medicamenti facultatem cognoſcat.Igitur cum qualitas ſalſa digerat ſimul & cõtrahat contractam ab ipſa ſubſtantiam,aphrolitron in hoc differt, quòd in ipſo unum modo ſaporem exuperantem euidenter ſit uidere,quem uocant amarum,uim habentẽ digerendi,haud etiam contrahendi,uti ſal.Nam hic quicquid in corporibus humidum ineſt, id * quodammodo abſumit:& quod reliquum eſt ſubſtantiæ ſolidæ, adſtrictione contrahit: ac proinde etiam conditura ſua carnes ſeruat,& à putredine tuetur:quippe,quæ putreſcunt excrementitium continẽt humorem,ſubſtantiamque tum diſſolubilem,tum minime compactam. Quibus ergo corporibus nulla prorſum eſt humiditas ſuperflua, ceu melli optimo: & corpus ſolidum & compactum eſt,ceu lapidibus:ea ut putreſcant eſt impoſſibile. Ac proinde in his ſalis non probatur uſus, uerum in ijs,in quibus ſuſpecta putredo.

* al.totum.

Salustus.

Sal uſtus digerit quidem potentius, quã uſtionis expers, quãto ſcilicet ſubtilius ipſius corpus E
accepta ab igne facultate reddit: uelut & in alijs, quæ cõbuſta ſunt, euenire diximus: uerũ nõ ſicut ille, qui non eſt uſtionẽ expertus, ſolidã ipſam ſubſtantiã contrahere, conſtringereq; poteſt.

Litrum nitrum.

Litrum. "Oſtenſum eſt & hoc medicamen in medio ſalis, & aphrolitri vires habere. A. ibid. c. 84.

Halos anthos, hoc eſt ſalis flos.

Halos anthos. Quidam ut unum nomen Haloſanthos, quidam diuidentes Halos anthos nominant. Eſt autem hoc medicamen liquidum, tenuiorum etiam partium, quàm ſal vſtus: tum acris qualitatis, & admodum digerentis facultatis.

Halos achne, ſpuma ſalis.

Halos achne ſpumoſa eſt ſalis efflorescentia, multo tenuioris naturæ, quàm ſal ipſe: Quare & extenuare, & digerere multo plus ipſo poteſt: uerum quod ſubſtantiæ eſt reliquum, contrahere vt ſal nequit.

Aſphalton bitumen.

Bitumen, "unum & ipſum eſt ex ijs, quæ in aqua marina proueniunt, & in alia quapiam, quæ F A. ibid. c. 114.
non eſt marinæ diſſimilis, vt in Apollonio Epiri. Et per alia id genus loca * multa, aquis ſponte
* Al. calidis. naſcentibus ceu ſpuma quædam innatans hoc medicamen reperitur. Et molle quidem eſt dum innatat, poſtea uero reſiccatum, pice ſicca durius efficitur.

Bitumen proueniens in mari mortuo.

* Al. plurimum. * Optimum uero bitumen in mari, quod mortuum uocant, prouenit. Eſt autem id ſtagnum ſalſum in Caua Syria. Cæterum medicaminis ipſius uis eſt tum reſiccatoria, tum excalfactoria in ſecundo ordine. Merito itaque eo utuntur, & ad glutinationes vulnerum cruentorum, & ad alia omnia, quæ exiccari debent cum modica excalfactione.

Spongos, ſpongia.

Spongia "uſta acris eſt, & digerentis potentiæ. Vtebatur ea præceptorum meorum quidam A. ibi. c. 397.
ad ſanguinis eruptiones, quæ manuali opera indigent: in quem uſum ſemper eã paratam habebat ſiccam, & exarefactam: cũ uero res poſceret, bitumine in primis imbuebat: ſin eo careret, pice. Porrò admouebat eam partibus ſanguine profluentibus etiamnum ardentẽ, ut & cruſta parti induceretur, & ipſum ſpongiæ uſtæ corpus, ceu operculum acciperet. Cæterum ſpongia noua, nõ ſicut lana, aut linamentum (quod μότον μιλτὸν ideſt carpinatũ uocant) materia duntaxat G
eſt quæ humores irrigando excipiat, ſed etiã manifeſte deſiccat. Id quod ſcies, ſi ea ſola utaris in uulnere cum aqua, aut oxycrato, aut uino, ꝓ diuerſitate uidelicet corporum, uti eſt ante dictum. Glutinabit ſiquidem ea ſimiliter atq; medicamenta, quæ uocant enæma. At ſi non noua ſit, ſed uſui accommodata, palam cognoſces quãtum à noua ſuperetur, ſi uulneribus eam imponas ſiue cum aqua, ſiue cum oxycrato, ſiue cum uino. Nec mirum eſt, cum in ſpongia noua ſeruetur etiamnum ea, quam à mari accepit, facultas modice corpora exiccandi. Atque hæc quidẽ præſtare poteſt, cum etiamnum ſeruat maris odorem. Nam temporis ſpatio, etiam ſi nunquam uſui accommodata ſit, tamen & odorem maris amittit, nec æque deſiccare poteſt.

Garus uel garum.

Garus "facultatem habet multum & calidam & ſiccam: ac proinde ex eo medici quidam ad A. ibi. c. 416.
ulcera uſi ſunt putreſcentia: tum dyſentericis, iſchiadicisque injiciunt.

Halme ſalſugo ſeu muria.

Salſugo piſcium ſalſorum ſimiliter garo, & ad putredines accommodatur: & ad iſchiadas dyſenteriasq; infunditur. Et acrimonia quidem humores coxam infeſtantes attrahit, ac proinde
per inteſtina euacuat. Putreſcentia uero vlcera in dyſenteria colluit atque deſiccat. H
Maxime uero ſalſugine ſalſorum Silurorum, & mænidum ad talia uti
* Al. ore. medici quidam aſſolent. Et nos ſane ad ulcera in * corpore putrida accommodauimus.

FINIS

GALENI LIBER
DE SVBSTITVTIS MEDICINIS

Iulio Martiano Rota interprete.

DE ſubſtitutis medicinis cum & Dioſcoridem, & Philiſtionem, & Euriphontem quædam ſcripſiſſe conſtet, age nos quoque pauca de his tradere non recuſemus. Subſtitutas medicinas appello, quæ in alterius locum ſubrogari queunt. Has medico notas eſſe multum opis affert, ſi tamen operando uelit artem exercere, nec recidiuas, aut contẽnendas curationes efficere. Euenit enim plerunque, ut ea medici deſiderẽt, quę ad ſalutem alicuius plurimum conferre iudicarunt, & his utantur, quæ propoſito minus conueniunt, nec eaſdem quibus illa uires obtineat. Atqui par fuit ipſos, ne in tales anguſtias deuenirent, ſimplicium medicinarum notitiam didiciſſe. Quòd ſi nec eam adepti fuerint, nec quæ mox ſubiungemus animaduerterint, merito in curandis ægris aberrabunt. Tibi uero Diogeniane ueritatis amatori, ac ſimpliciũ medicinarum virtutes addiſcere cupienti, quibuſdam explicatis, propoſitam materiam aggrediar. Erit autem uerus, quẽ tecum ineo ſermonẽ, modo reuoces in memoriam id, qđ mihi contigit in Alexandria. Ibi.n. cum eſſemus, ecce mulier tam graui morbo periclitabatur, vt moritura videretur: morbi condõnem explicare, cũ nihil interſit, nunc opus non eſt. Huic opẽ allaturus lyſimachiã herbam cum q̃ſiuiſſem, nec repperiſſem: niſi ſtatim Aegyptiæ ſpinæ ſemine, lyſimachiæ loco uſus eſſem, perijſſet mulier: q̃ illo ꝑpere dato, ſuppreſſo ſanguine, mox cõualuit. Hoc factũ poſtridie medici pleriq; accedentes cũ mirarentur, interrogauerunt me, quid morituræ fœminæ pro lyſimachia exhibuiſſem. Quibus ego, Aegyptiæ ſpinæ ſemen, cum reſpondiſſem, idq; in compluribus fieri poſſe dixiſſem, non deſtiterunt, mecum precibus agere, quoad medicinas, quæ in aliarum locum ſubſtitui poſſunt, unum in opus conferre promitterẽ. Sic itaque libellum hunc de ſubſtitutis medicinis compoſui, in quibus recenſendis, quo magis expeditum uſum haberent, ſeriem literarum ſeruaui, pincipiumque ab earum prima ſumpſi.

A

Pro Abrotono — Origanum.
Abſinthio — Abrotonum.
Acacia — Succus lentiſci.
Aconito — Iridis agreſtis radix.
Acoro — Radix aſari.
Amianto — Aphroſelinum lapis.
Agallocho — Calamus odoratus.
Agarico — Euphorbiũ, aut Epith.
Alga — Anchuſa.
Aloe indica — Aloes uiridis folia, Lycium, Glaucium, Centaurium.
Aloe — Fimus ibis.
Alumine — Sal foſſilis.
Ammi — Aniſus
Ammoniaco ſuffitu — Propolis.
Amomo — Acorus.
Amylo — Gyris ſicca.
Amygdalis amaris — Abſinthium.
Anchuſa — Hyacinthus.

Pro Aniſo — Daucus.
Arace — Seſamum.
Ariſtolochia ro. — Ariſtolochia longa.
Argemone — Siſymbriũ, Seriphium.
Armenio lapide — Atramentum indicum.
Asbeſto. i. calce uiua — Adarce. (cis ſemen.
Aſphalatho — Erices fructus, aut Viti-
Aſphodelo — Succus betæ.
Aſaro — Zingiber.
Aſio lapide — Sal ammoniac⁹ toſtus.
Auripigmento. — Sandaracha.

B

Balſamo — Radix albæ uiolæ.
Balſami ſucco — Myrti ſuccus.
Balauſtio — Malicorium.
Bdellio — Sphagnus odoratus.
Bitumine — Pix brutia uel liquida.
Brutia pice — Pix in aceto feruefacta.

Pro Buccina	Oſtreum
Bupreſti	Vermes panarij.
Butyro	Lac bubulum concretum.

C

Cadmia	Leucographis ægyp.
Calamo odorato	Sphagnus.
Canchri	Lauri baccę,Pyrethrū.
Cantharidibus	Phalangia. (cæ.
Cappariſ radice	Erices radix,aut Myri
Cardamomo	Fructus myrti,uel Xylocalpaſum,uel Cyperis ammoniaca.
Caſia	Cinnamoni q ſquilię.
Caſtorio	Vermis panarij uiſcera.
Cedria	Ladanum
Ceraunio	Leucographis.
Ceruina adipe	Anſeris adeps.
Cera	Faba freſa cum propoli cocta & trita.
Cerui cornu	Caprinum. (vſtum.
Ceruſſa	Scoria plumbi,plūbū.
Chalbane	Sagapenum.
Chamedry	Lapati ſylueſtris rad.
Chamæmelo	Anthemis.
Cicuta	Semen coriandri.
Cinerula cypria	Cinis foliorum oliuę.
Cinabari	Roſei paſtilli.
Cinnamomo	Caſſię duplum,aut Sabinæ, uel Rutæ ſylueſtris duplū triplūve, & melius facit cinnamomo: uel Thuris corticis tantundem, aut Cyperos attici.
Clinopodio	Heliotropium.
Cnico	Viticis ſemen.
Colocynthide	Ricini ſemen.
Colophonia pice	Pix nauibus abraſa.
Corallio	Moly,aut Symphytū.
Coſto	Cedri fructº,Heleniū.
Cotyledone	Anagallis.
Crinanthemo	Aphrodiſias.
Croco	Crocomagna.
Crocomagmate	Agallochus indica.
Crocodili a dipe	Canis marini adeps.
Cumino	Braſſicæ ſemen.
Cynosbato	Solani ueſicarię ſemē.
Cyperi	Iuniperus magna.
Cyphi	Carica combuſta.

D

Damaſonio	Carpeſiū,aut Nepita.
Dauci ſemine	Sij ſemen.
Dictamo	Saluia,uel Pulegium.
Diphryge uſtum,uel Aes uſtum,aut lapis Pyrites.	Phrygius lapis, Miſy
Corycnio	Alterci ſemen.
Dracontio	Aron

E

Ebeno	Lothi arboris lignum.
Ebiſci radice	Folia mori, uel radix Papyri.
Elateriį ſucco	Eiuſdē herbæ, ſuccus,
Pro	cus,aut porri,ficusve ſuccus.
Elleboro nigro	Papyri radix, aut Potamogiton.
Enneaphyllo	Colocynthidis ſemen. (thij.
Epithymo	Chamæpitys.
Equiſeto	Galla immatura.
Ericis fructu	Stercus ibis, uel Morifolium.
Erinij folijs, ideſt caprifici.	
Erucæ ſemine	Eryſimi ſemen.
Erucis pini	Veſpæ cum cedria.
Erugine	Atramentū metallicum.
Eryſimo	Struthij ſuccus.
Euphorbio	Stercus palumborum.
Eupatorio.	Chamæpitys.

F

Faba freſa	Struthium.
Felle cameli	Fel aſcalaboti.
Felle muſtelæ	Fel cameli.
Fellæ hyenæ	Fel cameli.
Felle ſimiæ	Fel perdicis.
Felle uiperæ	Fel ichneumonis.
Filice	Cneori ſemen.
Fœnugræco	Maluæ ſemen.
Flore æris	Squama æris.
Folio	Nardi ſpica, uel Iris illyrica.

G

Galla	Fructus myricæ.
Gentianæ radice	Radix apij odorati,id autem eſt petroſelinum, aut Rhedon. ideſt Helenium
Glycyrrhizæ ſucco	Mori ſuccus.

H

Hederæ ſucco	Perſeæ ſuccus.
Hedychroo	Amaracinum.
Heliotropiæ ſem.	Semen rapæ.
Hyacintho	Flos iſatidis.
Hyenę adipe	Vulpis adeps, aut Anſeris.
Hyoſcyamo	Solani ueſicariæ ſemen.
Hippuri	Aiuga.
Hyperico	Anethi ſemen.
Hypocyſtide	Acacia.
Hyſſopo	Thymum.

I

Iri illyrica	Helenium odoratum.
Iuniperi baccis	Cyperus.
Iunco odorato	Cardamomum.
Iunco paluſtri	Polygoni radix.

L

Ladano	Sampſuchus.
Lapathi radice	Radix cynaræ.
Lapide phrygio	Lapis argyrites.
Lapide aſio	Gagates lapis.
Lapide pyrite	Lapis igniuomus.
Lauri baccis	Serpillum aridum.
Lathyridis ſem.	Granum cnidium.

Pro Lemnio

Pro Lemnio ſigillo	* Sandaracha.
Lentiſco	Terebintus.
Lepidio	Rubia.
Lepidij radice	Folia capparis.
Lepore marino	Lepus fluuialis, aut concha.
Leucini flore	Struthium.
Lini ſemine	Fabæ medulla.
Loti ſemine	Betæ ſemen.
Lupi adipe	Vrſi adeps.
Lyguſtico	Paſtinacæ ſemen.
Lyſimachio	Spinæ ægyptiæ ſemen.

M

Magnete	Hæmatites lapis.
Malabathro.	Nardus indica.
Malo cydonio	Melilotum.
Malua	Fœnumgræcum.
Mandragora	Dorycnium.
Manna	Thuris cortex.
Maſtiche	Lentiſci caulis.
Medulla cerui	Vituli medulla.
Meliloto	Syluestris lotus herba.
Melle	Sapa.
Melle attico crudo	Mel deſpumatum.
Menta	Calamentum.
Mæo	Myrobalanus.
Myrſinite	Succus mori.
Molybdena	Lythargyrium.
Mori ſucco	Rubi folia.
Myrobolano	Glauciũ, aut Peucinum.
Myrrha troglodytica	Calamus odoratus
Myrti oleo	Lentiſci oleum, aut Melinum, aut mori ſuccus.
Miſy cyprio	Ochra cypria.
Miſy toſto	Diphryges.

N

Nardo indica	Nardus celtica.
Nardo ſyriaca	Iuncus odoratus.
Napyos ſemine	Rapæ ſemen.
Nepita	Agreſtis menta.
Nucleis pineis	Cucumeris ſemen.
Nuce pinea	Galla.

O

Ocra	Miſy cyprium.
Ocymo	Siſymbrium.
Ocymoide	Menta agreſtis.
Oenanthe	Omphacium ſiccum.
Oeſypo	Vituli medulla.
Oleo cicino	Laurinum, aut Vetus oleum.
Oleo uetere	Feruefactum duplum.
Oleo ſuſino	Fœnumgræcum.
Oleo picino	Pix liquida.
Oliuæ lachryma	Hypocyſtidis ſuccus.
Oliuę ęthyop. lachrima.	Acaciæ duplum.
Omphacio	Galla immatura.
Omphacio	Succus rhu opſoniorum.
Onocardio	Pſyche herba.
Pro Opobalſamo	Gutta myrrhæ.
Opopanace	Lac ſycamini
Oryza	Farina hordei.
Ormino	Lini ſemen.
Ornithogalo	Anthyllis.
Oſtreo	Buccina.

P

Peucedano	Succus glycyrhizæ.
Panacis radicis uncia	Succi pars octaua.
Papyri radice	Elleborus albus
Perſicæ foliis	Roſæ folia.
Pice liquida	Succus panacis.
Phu	Sphagnos.
Pipere	Zingiber.
Pipere albo	Nigri duplum.
Potamogitone	Serpillus.
Polygoni ſucco	Erucæ ſemen.
Polii ſemine	Erucæ ſemen.
Polypodio	Chamæleonis radix.
Polytrico	Abſinthium.
Pompholyge	Cadmia vſta
Populi gemmis	Sampſucus.
Propoli	Ladanum.
Pſyllio	Lens paluſtris.
Pulegio	Hyſſopum.
Pumice	Terra cretica.
Pyrethro.	Zingiber.

R

Radice cynaræ	Bulbus aſphodeli.
Rheo	Centaurium.
Rapa	Heliotropium.
Raphanino oleo	Ricini oleum
Reſina pini	Terebinthi.
Ricino	Paleſtræ ſordes.
Roſeis paſtillis	Sinopis.
Roſis ſiccis	Perſeæ folia ſicca.
Rhu ſyriaco	Oxyacanthæ fructus.
Rubo canino	Semen veſicatoriæ.
Ruta ſilueſtri	Domeſticæ duplum.
Rhu coquinario	Sampſuchus.
Rubigine	Squama ferri.

S

Sagapeno	Reſina pinus ſicca, uel Chalbane.
Saluia	Calamenthum.
Salamandra	Lacerta uiridis.
Salis flore	Sandaracha.
Sale ammoniaco	Sal cappadocius.
Sambuco	Spinæ uiridis folia.
Sampſucho	Rhus coquinarium.
Santonica	Abrotonum.
Satyrio	Erucæ ſemen.
Scammonio	Ricini ſemen, uel Lathyridis aut Colocynthidis.
Scinco	Satyrium.
Scylla	Bulbus qui edendo eſt.
Scoria plumbi	Plumbum productum.
Scoria cypria	Melanteria ægyptia.

Pro Sem-

Pro Semperuiuo	Lactuca.	*Pro* Succo polygoni	Succus plantaginis.
Sepiæ cruſta	Pumex.	Sulphure uiuo	Sandaracha.
Serapide	Radix pæoniæ.	Symphito	Centaurium.
Serpillo	Fontinalis herba.	Sori	Diphryges, aut melanteria.
Seſamo	Lini ſemen.		
Seſamoide	Amaranti expreſſio	T	
Sinapi	Naſturtium. (guſtici.	Tragacantha	Gummi.
Sio	Radix aſparagi uel Ly-	Terra cretica	Terra eretria.
Siſone	Aniſus.	Terra megarica	Solis ſpuma
Sinnone ſyriaco	Petroſelinum macedonicum.	Terra ſamia	Leucographis ægyptia
		Terra eretria	Calx thebaica.
Siſymbrio	Ocymum.	Terra alana	Plumbago.
Solano ueſicaria	Semen hortenſis ſolani.	Terra aſteri	Cimolia.
Spodio	Pompholix.	Terebinthina	Maſtiche.
Sphagno	Iuncus odoratus.	Teucrio	Chamædrys.
Spinæ albę ſemine	Acanthi ſemen.	Thapſiæ ſucco	Chamæleonis nigri ſuccus.
Spondylio	Cinis foliorum oliuæ.		
Stœchade	Chamædrys.	Thapſia	Naſturtium, uel Erucæ ſemen.
Stercore vulturis	Columbi ſtercus.		
Stercore turturis	Stercus columbi.	Thymo	Satureia.
Stercore felis	Ichneumonis ſtercus.	Tithymallo	Chamæleon.
Stercore lupi	Canum fimus.	Thure	Ampelitis terra.
Stithio	Aeris ſquama.	Thuris cortice	Manna thuris.
Styrace	Caſtorium.		
Struthii radice	Ellebori nigri radix.	V	
Succo chamæleonis	Salicis ſuccus	Verbenaca	Chamæleuce,
Succo ficus	Succus mori.	Viola.	Flos radiculæ.
Succo mori	Succus hederæ.	Vino rhodio	Vinum auſterum.
Succo peucino	Dulcis radix.	Vino falerno	Vinum mendeſium.
Succo thebaico	Succus papaueris.	Viſco quercus	Chamæleonis uiſcum
Succo balſami	Succus carpobalſami.	Vituli adipe	Porcinus uetus.
Succo calpaſi	Succus myrti.	Vrticæ ſemine	Viticis ſemen.
Succo cyrenaico	Syriacus ſuccus.	Vulpis adipe	Vrſinus adeps.
Succo peucedani	Glycyrrhizæ ſuccus.	Vua domeſtica	Pulpa dactylorum.
Succo rododaphnes	Viſcum quercus.		
Succo papaueris	Mandragoræ ſuccus.	X	
Succo ſalicis	Hederæ nigræ ſuccus.	Xylocalpaſo	Cinnamomum.
Succo gallæ	Succus mori.	Xylobalſamo	Radix uiolarum albarum, aut Lyguſtici.
Succo panacis	Lac ſycamini		
Succo perſico	Hedera.	Z	
Succo ſyriaco	Mori ſuccus.	Zingibere	Pyrethrum.

GALENI DE PVRGANTIVM MEDICAMENTORVM FACVLTATE

Iulio Martiano Rota interprete

Quæſtionis introductio, & aduerſariorum ad inconueniens deductio, Quòd in euacuando non quid educendum, ſed tantum quid æger mallet, ſpectare oportet. CAP. 1.

EA mihi de cauſa prauas opiniones vetuſtiſſimi medici irreprehenſas omiſiſſe uidentur, qua & legum latores antiquiſſimi maxima ſcelera inulta reliquerunt. Nam, cum per id tempus hominum malitia intra mediocritatis terminos ſtetiſſet: nec quiſpiam alium ſupremis iniurijs afficere, aut manifeſtiſſima quæque impudenter abnegare auderet: quo pacto quis, vel nondum perpetrata caſtigare, uel non adhuc dicta, reprehendere debuit? Poſtea verò una cum tempore adaucta hominum malitia, cum neque inauſum amplius quicquam, neque non dictum, inuenitur, coacti ſunt & legum conditores noua ſupplicia aduerſus maleficos excogitare, & veritatis obſeruatores varijs reprehenſionum formulis ſciolos coarguere. Id quod in præſentia facere nos quoque decreuimus, eos medicos confutando, qui purgantibus medicamentis uim adimunt,
C qua humores quos euacuant, è corpore trahunt: quique vim aliam ipſis attribuunt, qua æquabiliter humorem, quemcunque attigerint, immutare dicunt. Qua de re Hippocrates ne verbum quidem idcirco fecit, quod ea tempeſtate neque Aſclepiades uixit, qui tam impudenter loquens, ueluti in certamen contra veritatem deſcendit: neque Eraſiſtratus, qui tametſi non ſine modeſtia, uniuerſum tamen de purgantibus medicamentis caput euertit, cum actiuam maxime, ac naturæ conſuetam attrahendi uim nuſquam ſuis in ſcriptis agnoſcat, ſed eius loco illa, quæ vacuum conſequitur, inanitione uti maluerit. Pars eſt autem facultatis propria attrahentis uis ea, quæ in medicamentis purgantibus ſita eſt, quemadmodum & illa, per quam bilis & urina in ſua receptacula deriuantur, compluraque alia non modo dum ſana ſunt animalia à natura, ſed etiam per morbos, & dum ad ſanitatem reuocantur, cum à medicis, tum præcipue ab ipſa natura abſoluuntur. Hippocrates itaq; cum nihil aduerſus eos dixerit, qui attractionē è medio tollere geſtiunt, quia auctores tam peruicaces, quā poſtea plures, iſtęc opinio nō habebat, æquum eſſe videtur me de rei ueritate‖pro Hippocrate contendere debere, ac primum quidnā ipſi dicant commemorare, deinde peruersè eos ſenſiſſe commonſtrare. Eſt autem ipſorum oratio huiuſmodi. Medicamentum omne cui purgandi uis ineſt, quēcunque attigerit humorem in
D ſuam naturam conuertit, itaq; trāſmutat. Nam flauam, nigramve bilē facit id, quod bilis eſt huius, uel huius, ut ipſi appellant, eductiuum: Similiter pituitam, aquoſamq; ſubſtantiam, quod vel pituitæ, uel aquæ eductiuum iſtorum vocabulo nuncupatur. Poſtremo, ut ſummatim dicam, cōmutatio eſt omnium, qui in venis ſunt, humorum, non unius alicuius euacuatio, illa, quæ purgatio appellatur, ut iſtorum oratio introducit. Verum ſi ita ultis, illud modo obijciemus, ſiue quis flauam, ſiue quis atram bilem, ſiue pituitam, ſiue aquam educens medicamentum ſumat, omnes in uenis humores euacuare. Atqui hac una in re ſolum diſtat, purgare aliquem tali medicamento, & eidem ſanguinem mittere, quod aperta vena, quale prius inerat, euocāt; purgante autem medicamento nō ſolum colore, ſed etiam natura immutatum educitur. Etenim & q̄ aquam purgant, humida omnia & tenuia reddūt, quæ in venis attigerint, etiam ſi craſſiſſima prius fuiſſent: & quæ nigrā bilē euacuant, craſſa ac ſolida, quamuis antea tenuiſſima, uerſa uice faciunt. Quamobrem quoties hunc purgare, illi ſanguinem mittere, volemus, aliò quàm ad ipſam euacuandorum naturam reſpiciemus. Quidnam igitur aliud ſpectabimus, niſi complures ad venarum ſectionem propenſos, quoſdam purgantibus medicinis aptos magis eſſe? quemadmodum alij quiduis potius, q̄ uenas incidi, ſuſtinerent: alij abſcindi membrum aliquod ſibi potius, quā medicamentū exorbere tolerarent: aliquibus.n. ſumpto purgāte medicamēto uentriculus ſub

de Natura hu. com. 1. t. 31. 12. 31. g

uertitur

uertitur, non paucis id ipſum ſine moleſtia facientibus. Hæc ergo reſpicientes, his ſanguinẽ de- E trahemus, illis medicamentũ exhibebimus, non quæ Aſclepiadis ſequaces putant, contentos quidem in venis humores æqualiter oẽs euacuari ſanguinis miſſione credentes, purgando autem non omnes ſed vnum aliquem, ac ſolum illum, quem ducere exiſtimatur: unde & purgari ſanguinem ab huiuſmodi medicaminibus aiunt, non euacuari, quemadmodum fit adaperta vena. Hæc ueſtra decreta, nolitis uelitis, abſurda ſequuntur.

Quod vnumquodq; medicamentum vim habeat proprium humorem attrahendi experientia probat. CAP. 2.

SVbiungam autem ipſorum capita. Aſclepiadis ſectatores aperta vena cõtentos in uenis humores indifferenter oẽs exire, data potione non omnes, ſed quoſdam eximi, ſanguinemq; purum reddi hoc pacto autumant. Qui vero Eraſiſtratum ſequuntur, uniuerſos aiunt tam medicamenti potione, quàm ſanguinis egreſſu, pariter euacuari: vnde nec purgare re uera quicquam, ſed cum immutatione quadam, & euacuandorum corruptela, inanire dicunt. Atq; cauillatores hi omnes mihi, ſiue mediocriter, ſiue magnopere impudentes, in certamen procedant: ac mecum veluti in ſtadio contendant, non uerbis, neq; prolixis nugis, ſed operibus, ad quæ ipſos hac in populoſiſſima vrbe prouoco, in qua quotidie penè innumeri morbo regio, & aqua F inter cutem laborantes inueniri poſſunt: ſiquidem mihi de his primum ſermonem facere ſatis erit. Ducat aliquis ad me quempiam ſine febre, cui in vniuerſum corpus amara bilis redundarit, ſpectetq; poſt aliquot dies, cum hominem præparauero, mihiq; iam tempus inſtare viſum fuerit exhibendi medicamenti alicuius, quod bilem expurget, quo pacto naturalem corporis habitum eiuſmodi potione ipſi reſtituam, etiam ſi nondum extrinſecus quicquam admouero. Hæc ipſe non ſemel, biſue, ſed ſæpe admodum, oſtendẽs, ſemideprauatos ipſorũ, ac multos ad meliora reuocaui. Neque tamen in eam ſententiam hæc dico, ut te peſſime cauillator teſtibus fidem adhibere velim: ſpectes ipſe, cum volueris, unica expurgatione morbo regio laborantẽ priſtinum colorem accipere: cumq; hoc factum uideris, audebis lepidum caput in coronis hominum præconis inſtar, uocem attollere, ac diſcipulis tuis prolixas nugas, quales ſæpe deblateraſti, intonare, non detrahi quippiam certi ab ullo purgante medicamento: uerum quicquid in uenis repertum fuerit, qualecunque ſit, in id mutari, in quod uirtus medicamenti ipſum conuertere ſuapte natura ualet. Atque hic, qui nunc eſt arquato morbo liberatus, non bile educta, ſed euacuatione tantùm facta conualuit. Videte itaque, quo pacto alium ego ita affectum uel ſecta uena, vel data potione, iuuabo. Hæc cum aſſeueres ipſe, deinceps mihi è duobus G arquatis vni ſanguinem mitte, alteri potionem aliquam porrige ex ijs, quæ cęteri omnes nigrã bilem euacuare, tu vero non euacuare ſed gignere iudicas. Atq; ſi ægrotum ſubleuabis, aut pallorem de cute eijcies, me tibi omni ſupplicio deinctum trado. Sin autem non modo quicquã
1. de Natu. hu. t. non profeceris, ſed hominem in extremam pernitiem egeris, ad meliores ſententias redi, ‖ &
31. 1. 31. g Hippocratis artem ſequare. Ac de morbo regio laborantibus hactenus, nunc ad aquam inter cutem habentes tranſitu facto, conſidera rurſus hunc quoque non eodem modo ſanguine miſſo, & medicamento, quod aquam detrahit, exhibito, affici. Nam ſi non monſtrauero aquã aqua liculo comprehenſam medicamento euacuari, tum antiquam opinionem cõdemnes licet, quæ non gigni, vt tu putas, medicamento, ſed è corpore trahi, eiuſmodi humorẽ affirmat, ac de nobis tuo modo decerne. Sed profecto ſi, quod nigram aut flauam bilem educit, dederis, uentris tumorem nequaquam minues. Atq; ita vt ſingulum quodq; medicamentum proprium quendã humorem è corpore trahat apparet. Tu vero ſi omnes eodem modo immutari perſuaſum hẽs, & medicamenti opus euacuare ſolum, non purgare credis, venam adaperias licet. Hæc ſi quis apud Indos ſcribendo alium increparet, difficile eſſet ipſum redarguere: nunc autem cum ſingulo quoque die a uobis is conſpiciatur, atque id ipſum factorum argumentum prouocet, ne- H ſcio cur blatterare non erubeſcatis. Nolo autem nunc commemorare, ut ipſe q̃ plurimos regio morbo laborantes unica potione, flaua bile detracta, liberarim: multorum enim hac de re teſtimonium extat. Quòd ſi impudentiſſimi illi cauillatores uniuerſo populo non credere ſe fingũt, rem ipſi quoties uoluerint, intueantur.

Reſponſionis cuiuſdam confutatio, quæ primo tenuia, deinde craſſiora trahi concedebat. CAP. 3.

SEd quid ego dico, intueantur? oſtendi.n. iam ſæpenumero hoc ipſis: ac neſcio quem, memini tales nugas reſpondiſſe, non vnum aliqđ humoris genus, ſed pariter omnes medicamẽto trahi, ac veluti ab emulgente elici: ex humoribus autem tenuiſſimos primum, deinde corpulentos magis, vltimo craſſiſſimos etiam extrahi: medicamentum itaque cuius vis celeriter euaneſcit, aquoſa deijcere: cui amplius durat, flauam bilẽ educere: & nigram, quæcunq; ambobus robuſtiora fuerint. Hunc ſodales cum ſapiẽter reſpondiſſe iudicaſſent, acclamarunt. At ille cõcitato greſſu me relicto diſceſſit, probè noſcens, opinor, ſi manſiſſet, ſe à nobis confutatum iri. Poſtero aũt die libellum, in quo tam temeraria reſpõſio refellebatur, eius aſſeclis porrexi: neq; poſtea ipſis etiam tanta in exiſtimatione amplius fuit, cũ noſtras obiectiones diluere neſciret.

Erant

A Erant autem hæc eo in libro ſcripta. Heri tu quidem diſceptationem ſubterfuſtiſti ſimilis pugili, qui antea q̃ luctetur, coronam rapit, & aufugit: hodie uero quin redargueris ſubterfugere nõ poteris. Conſequetur.n.te libellus iſte, qui in manus tuorum ſodalium incidit: neque enim minus cum illis, q̃ tecum ſermonem inſtituit: qui nunquam antea te ulla in re prorſus attrahentẽ facultatem concedere audierant, & heri quæcunq; in venis continentur, indifferenter medicamento trahi confitentem audiuerunt. Par quippe fuit, ut nõ modo dictum hoc tuum non admirarentur, vel prorſus laudarent, ſed prodidiſſe ẽt cauſa, tuam te exiſtimarent. Nam quo pacto vrina & vtraque bilis in ſua loca deſcendãt, aliaq; ꝑ multa in corpore fiant, lõgo ſermone frequenter exponitis, quid vis potius concedentes, q̃ vnumquodq; corporis membrum facultatẽ quandam a natura inſitam hr̃e, qua ſibi conuenientia adducit atq; rapit: nunc autem nõ modo quorundam, ſed indiſcrete omnium attractionem eſſe dicitis: quod profecto longe maius eſt, quàm certa quædam attrahi concedere. Siquidem, ut facultas quædam animantibus ineſt, qua aliena a ſe repellunt, ſic aliam, qua ſibi conuenientia trahunt, vnicuique corpori ineſſe ꝓbabile oĩbus videtur, nondum hanc ueſtram ſapientiam edoctis: at oĩa, ſiue cognata, ſiue contraria, quippiam ex æquo ad ſe trahere, rationem nullam prorſus habet. Atq; ita non ſolum attractio
B nem confeſſus es, verum etiam, quod multo deterius eſt, non aliqua ſolum, ſed omnia indiſcrete trahi fateris: idcircoq; mihi non tam a tuis diſcipulis extollendus, q̃ explodendus uideris. Cæterum purgantibus medicamentis manum te nunquam admouiſſe, ac vulgarem quendã medicinæq; imperitum eſſe, paucis monſtraturum me confido. Quæcunq; nigram bilem purgant, ſtatim a principio eam educunt: differunt tñ inter ſe purgationes eo, quòd liquidiora primum, deinde corpulenta magis, ſꝑ euoluunt. Idem in euacuantibus pituitam, & flauam bilem euenit. Trahunt nanq; medicamenta omnia in primis quidem ſibi obnoxia liquidiora, deinde craſſiora etiam: non tamen, ut tu putas, primam matellam quiſpiam aquoſis replet excremẽtis, ſecundam flaua bile, tertiam pituita, atq; ita tandem nigra bilis egeritur. Qua de re patet, medicamẽtum ante omnia ſuum quodq; humorem elicere, quem comitantur aquoſa excrementa in matellis ſupernatãtia. Hoc autem tibi nunc ſpectare, ſi nunquam antea, licet, aquoſa, & bilioſa plurima, medicaminibus ad id facientibus, purgatos hoĩes emittere: at nigram bilem deijciẽtibus, ſimul oĩa pauca eſſe. Oportebat autem, ſi tibi conſtare uis, ab hiſce medicamentis, quæ atrã bilem expurgant, plura ſemper educi, pauciora vero ab euacuãtibus aquam & bilem detrahi, cũ ad fortitudinem, & imbecillitatem euacuandi, medicamenta diſtinxeris. Sic itaque atram bilẽ
C euacuantia, quoniam ipſa reliquis fortiora cõſtituiſti, q̃ plurimum euacuabunt: & primũ aquoſa omnia, deinde bilem, poſtea pituitam, demum atram bilem: debilia vero medicamẽta aquoſa tantummodo ſubtrahere poterunt: quorum tamen cum nihil fieri appareat, ſenſus ipſe tuum ſermonem confutat. Libet tamen interea ex te ſcire, ſi inter exeundum corpulenta ſemper ad tenuia conſequuntur, cur nigra bilis ante ſanguinem exeat, præſertim cum ſit eius ueluti ſedimentum, qualis in vino fæx eſt.

Quòd extet medicina, quæ ſanguinem primò è venis trahat. CAP. 4.

SEd quæres forſitan & tu, num aliquod medicamentum ſtatim a principio ſanguinẽ educẽs inueniatur. Inuenitur ſanè, nec eo quiſquam inuento uteretur. Quamobrẽ? inquies fortaſſe: quia hoc iugulare, non purgare homines foret. Nam quæ purgant, purgãtia paſſim idcirco nũcupantur, ꝙ ſanguinem ab antedictis humoribus purum conſtituant: atqui nemo eſt adeo prudens medicus, ut vniuerſum ſanguinem euacuare, reliquos autẽ humores intus omittere uelit. Quare medicamenta omnia, quæ per venas inteſtinorum & ventris, ſanguinem deijciunt, uenenis adnumerant. Conſentaneum aũt erat, ſi modo quæ doces uera ſunt, neque hæc primo ſanguinem euocare. Quibus autem nominibus eiuſmodi medicamenta nuncupentur, etiam ſi con
D ſtanter ſcirem, literis cõmendare nolim. Illud tamen, q̃d in Thracibus Bithyniam incolẽtibus, me adhuc puero contigit, ſine periculo cuiuſquam dici poſſe. Inuenit homo quidam herbam, quam ſi quis aſſumpſiſſet, ſanguinẽ primo, tum vitam emittebat. Multis itaq; hoc pacto morientibus, cum facinus hoc diligenti inquiſitione dignum arbitrarentur, herbarium cõprehendunt, & ad gentis magiſtratum ducunt. Is cum non ſolum hominem necare ſtuderet, ſed ſi quis alius herbam aut didiciſſet, aut docuiſſet, a nullo ſe quidem ipſam didiciſſe veneficus aſſeruit: verum in ſuburbanum cum aliqñ ſuillum iecur deferret, vrgente ventre, ſuper herba quadam iecur depoſuiſſe, quod aliquãto poſt cum ſuſtuliſſet, vidiſſe ex vniuerſo iecinore ſanguineos riuulos ad herbam confluere: ex hoc coniectura facta corpori ſanguinem ea detrahi poſſe, periculo mox in obuio quodam facto, vt verum cõperit, quod fore ſperarat, ad malos vſus herbam deinceps tranſtuliſſe: ſe tamen alicui alij eam monſtraſſe negauit. Hæc herbarius ille diu inter quæſtiones habitus, retulit. Populi vero magiſtratus, cum plurimam illis in locis naſci hanc herbam ex rei dictis accepiſſet, vinctis oculis ad ſupplicium ipſum duci iuſſit, ne cui inter eundem herbam indicaret. Ex his ergo lepidum caput multa medicamenta eam vim habentia, vt ſanguinem à principio ſtatim eliciant, inueniri conſtat. Reticere aũt ipſa melius eſt, quemadmodum & alia, venena tacent, quicunq; ratione aliqua præditi ſunt. Quanquam & hæc olim non nulli abundè

† *Monſtroſam quandam conſociationem.*

dè docuerint, †miram quandam rerum diuerſarum miſturam oſtendentes, ac qua via quodq; E venenum conficiatur, ſcribentes: qui mihi cerebrum non habuiſſe videntur, quemadmodum & vos, ſi me interrogetis, quænam ſint ſanguinem educentia. Sed ut unde digreſſa eſt, eo rurſ⁹ noſtra redeat oratio, qui humores oēs ex æquo trahi, & primò liquidiora, tum alia, excerni aſſe uerat, propriam cauſam prodit, cum attrahentem facultatem rebus ineſſe fateatur, quam eius ſocij impudēter abnegant. Et ſiquando dicere cogātur, quo pacto bilis, & urina in ſua recepta cula veniant, quoq; modo concoctum alimentum corpus ſubeat, & hmōi alia, monſtra loquun tur: & hiſce, quæ ſenſus dictat, contraria ſtatuunt, veluti paulo antè monſtrauimus. Nam ſi verū eſt quod diſcendum proponunt, quæ educentur medicamento nigram bilem euacuante, plu rima erunt: quæ ab aquoſum excrementum purgante, pauca. At millies, ſi modo artis opera in ſpicere velis, oſtendam tibi perdite veterator, aquoſa purgantibus, plurima: nigram bilem eua cuantibus, pauca ſemper excrementa deijci, ac nigram bilem ſtatim inter initia exire.

Quòd purgans medicina non immutet humores in ſuam naturam: ac totius quæſtionis concluſio.

QVi ergo oēs humores è venis æquabiliter duci aſſerit, ſtolidus tantùm & imperitus eſt: q vero immutari dicit, conſideret vt nullum diſcrimen faciat inter ſanguinem mittere, & F bilis medicamentum regio morbo laboranti exhibere: &, num aquam inter cutem habenti ve nam aperiat, an medicamentum aliquod aquam educens porrigat, quātum in ipſo eſt, nihil in tereſſe: tum quomodo hæc indecora non ſint explicet. Irridet iſta vulgus minus rectè, quoties medicos inter ſe altercantes animaduertit, eosq; loquacitate cōdemnat: ac ſi quos mutire quip piam oīno viderit, verbis tm̄ medicos ipſos appellat. Subiūgam nunc id, quod ſemper aſſererе conſueui, imperitum quemq; hiſce cauillatoribus meliorem eſſe. Nam ſi nulla alia in re prętet, cōes ſaltē animi notiones admittit, quas iſti longa conſuetudine deprauati negāt. Nuper itaq; homo quidam minimè ſtultus, cum puſtulæ ipſi toto ex corpore ſubitò erupiſſent vlceroſæ, & malè coloratæ, medicum adiuit, exiſtimans ſe quàm primum purgatum iri; at eo ſanguinis miſ ſionem potius iubente, ne deſipias, inquit, ueriſimile ſiquidem eſt una cum prauis bona quoque effluxura. Cæterum qui omnia potius, quàm verba Hippocratis, vera eſſe volunt, communes animi notitias uincendi ſtudio tollunt: tum nobis, ac ſi dilaniare uellēt, inſiliunt: atq; ipſo rerum euentu poſtea redarguti condoleſcunt. Aequum autem fuerat, vt quemadmodum nos ſuſtine mus, & docere conamur eos, qui Hippocratem in ijs, quæ non intelligunt, calumniantur, ſic & ipſi rationes contra ſe factas tolerarent: docentesq; plurimum, ſi fieri pōt, diligerēt: aut ſi id fie- G ri nequit, odio penitus non haberent: veluti nuper medicus quidam eiuſmodi dementia prædi tus. Is ſimul atq; nouit me ſola purgatione cōplures a defluuio capillorum liberaſſe, illico pro ſequi me odio cæpit. Item alius, cum incipiens carcinoma, quosq; elephantes appellāt, & depa ſcentia, multaq; alia vlcera curatu difficilia, ſanaſſem: & alius, quia ſolis purgationibus oculorū obtenebrationem patientes conualeſcere feceram: & adhuc alius, propterea q⁹ inſanientes, co mitiales, melācholicos, & inſuper non paucos diutino capitis dolore vexatos, purgando tm̄ li beraſſem, ut & coxendices, & longis doloribus alijs in partibus infeſtatos, atque hunc nuper, quem tanquam colo vexaretur, tribus iam mēſibus medici tractauerant, in peius quotidie ab euntem. Hunc ego omnia, quæ illi impoſuerant abijcere iuſſi, ac ſolis purgationibus ſanitati re ſtitui. Muliebrem fluxum præterea nobilis cuiuſdam Romanæ matronæ ita hac arte ſuppreſſi: vt & multas alias ignobiliores fęminas non ſolum ab hoc morbo, ſed etiam ab alijs vteri ęgritu dinibus, exemi. Quid vero me cōmemorare opus eſt, ut nullum remedium ſacro igni, ἐρυσιπέλας Græci dicunt, ἐfficacius adhibeatur, q̄ bilem expurgans? nullum magis aduerſum, quàm pituitam educens? Diem hunc totum contererē, ſi quàm admiranda opera purgantibus medi camentis abſoluantur, referre vellem: quę tamen iſtos ignorare veriſimile eſt, artem tractandi H medicinas expurgantes nunquam edoctos. Nam cum nec quicquam extare penitus arbitren tur, quod purget, quo pacto, vel quibus in morbis purgationibus vtēdum, vel quo modo intelligent? Hac de cauſa quàm plures ſola experientia ducti ægrotantes medican tur. Noſtri autem iſti ſapientes, qui rerum rationes tractāt, non quo aliquid ex perientia inuentis addant, ſed ut eam ſubuertant, longè pernicioſius ijs, qui ſolo vſu, nullaq; ratione ducuntur, medicam rem exercent. Cæ terum horum omnium principium atque fons vnus eſt, conce ptum aduerſus Hippocratem odium, ex quo ceu fonte cum alia multa abſurda manant, tum præſens hoc conſilium, vim attrahentem ab negandi: cuius pars, ſi ue ſpe cies, aut quo quis alio nomine appellare velit, purgantis medicamenti facultas eſt.

GALENI QVOS PVRGARE CONVENIAT, QVIBVS MEDICAMENTIS ET QVO TEMPORE, LIBER.

Iulio Martiano Rota interprete

Oribasii est hic Libellus, ex Galeni libris excerptus: & est caput vigesimumtertium & vigesimumquartum libri septimi Collectionum Medicinalium ad Iulianum Imperatorem.

QVi sano corpore sunt, si purgentur, molestias sentiũt: nam & vertigines & tormina patiuntur, ægreq; purgatio succedit, & cum hoc etiam celeriter exoluuntur. Causa autem horum omnium medicamentum est, quod cũ sibi obnoxium humorem educere cupiat, nec ipsum reperiat, sanguinẽ & carnes colliquat, vt ex eis, quod suum est eliciat. At sani" quidẽ adhuc, sed nisi euacuati fuerint, ægrotaturi, præueniendi sunt, & ineunte vere inaniẽdi vel misso sanguine, si ex multitudine: vel data potione, si ex humorũ corruptela, morbis capi soleant. Nos etenim podagram, & articulorũ dolores inter initia tñ, qui non adhuc circũ articulos nodũ fecerant, eiusmodi euacuatione complures annos inhibuimus. Non paucos insuper sanguinẽ expuentes, comitiales, attonitos, C melãcholicos, & huius gñis alios diutinos affectus, quo diximus mõ, euacuãdo sedauimus. Multis itaq; pituitã, alijs amarã bilẽ, quibusdã nigrã, non paucis serosa excrementa, ad impendẽtis morbi qualitatem, expurgare conducit: velut ecce melancholia quidã, nisi purgatus fuerit, singulo quoq; anno capitur: hunc purgo non solum vere, sed autumno ẽt. Item fœminam cancrũ in mammilla quondam hñtem, quotannis aduentante vere similiter euacuo: quam ad sanitatẽ reuocaui, vsus medicamento nigram bilem validius subtrahente. Hæc si qñ assumpta purgatio non fuerit, dolore mammillam sentit altius infestari. Quin & incipientem Elephãtiasim misso primũ sanguine, & potione data, in alio, sanaui: deinde huic quoq; unica purgatio in singulos annos sufficit, quæ intermissa morbum statim reuocat. Atq; hoc genus ægritudinum nigros humores subduci postulat: comitiales aũt, attoniti, quiq́ue ægrè spiritum ducunt, pituitosos: uelut articulorum dolores, si multo cum calore infestent, amaram bilem, sin tumeant frigeantq́ue, pituitam, extrahi uolunt. Alius quidam æstiuo tpe febre tertiana sp corripiebatur: qui multos iã annos febrem non sensit, nostro cõsilio, decedente uere, flauam bilem antea subtrahendo. Hoc enim tpe id genus hoĩes inanire melius est: quẽadmodũ comitiales, & attonitos, articulorũq́ue morbo laborantes, & melancholicos, ac quicũq; humorũ crassitie in morbos incidũt, inchoãte D vere. Oportet aũt prius q̃ purgans exhibeamus medicamentũ, crassos humores attenuare, tenacesq́; disseccare, & meat⁹ recludere, p quos traijci atq; diduci queãt, si purgatio succedere optima debeat, cum in reliquis oĩbus, tum p̃cipue in elleborum assumẽtibus. Vis.n. medicamenti, q̃ diuellit, cum humores affectis membris altius inhærẽtes excutiat, & ob hoc longis morbis prosit, facilius opus suum absoluit, prius attenuatis humoribus. Quod qui negligent, molestas obibunt purgationes, hoc est nõ sine torminibus, interdum & vertigine quadam, multaque nausea, malo pulsu, exolutione, & difficultate. Elleborum itaque sumpturi, naturam prius experiri debemus, quo modo illa se habeat ad supernas expurgationes, eas dico, q̃ vomendo fiunt. Experiemur autẽ, si, quæ vomitum mediocriter prouocant, exhibuerimus: qui.n. facile hoc pacto non purgabitur, hic nisi præparatus ad elleborum agendus non est. Præparatur autem cum uomitu ipso sæpius facto, ita eo, qui elleborum accepturus est, vomere promptius assuescentes: tũ melius ẽt, si corpus humidum antea faciemus. Humescit" aũt corpus partim multo cibo, partim quiete. Ac quietem quidem istud facere nemini dubium esse potest: quando vt exercitatio mẽbra exiccat, ita quies, cum vacatio quædam, & exercitio contraria sit, humiditates conseruat: at cibus quamuis large ingestus, non omnis humectat, sed is qui vehemẽtes qualitates nõ hẽt, hoc est nec salsedinem, nec acrimoniam: nec amarus, aut acerbus sit. Nos itaq; acetũ mulsum,

aliquando

aliqñ bibendum exhibuimus,in quo ellebori albi ramuſculos per integrum diem ac noctem ra E
phanis infixos dimiſeramus: eſſetq; hæc ellebori leuis expurgatio. Cæterũ q anguſtum pectus
habent,& idcirco pulmonem compreſſum,ad euomendum ineptiſſimi ſunt, cum alijs vomere
facientibus, tum præcipue veratro: conceptaculum.n. aliquod ex ijs quæ reſpirando vſui ſunt,
dirumpent.Conuenit inſuper amaram bilem per ſuperiora,pituitam per inferiora magis edu-
cere:quamuis interdum contrarium facere oporteat,ſi in ventriculo pituita,in inteſtinis agge-
ſta bilis conſtiterit:nam atra bilis per inferiora ſemper eſt eijcienda.Quòd ad anni autem tem
4. Apho. 4.Ext ord. 27.h pora attinet,in aphoriſmis Hippocratis ſcriptum eſt, ‖ Aeſtate ſuperiores,hyeme inferiores,vẽ
tris partes medicamento purgandas eſſe:& regiones,calore frigoreq; diſtinctas ad anni tẽpo-
ra æſtimari debere. Idem eſt & in ætatibus ſentiendum. Conſuetudo quoq; haud parũ euacua
tionis modum oſtendit. Nam qui aſſueti ſunt uomere,per ſuperiora purgari facilius tolerant: A.l.t.f.40.
non aſſueti periculum ſubeunt, præſertim ſi elleboro purgentur.Morbi præterea genus ſpectã- 3.f.72.h
dum erit:Hydrops enim quem,φλεγματίαν appellant,eget medicamento pituitam educente,ac
primò quidem per inferiora,deinde per vomitum,poſtremò per nares & palatum. Cum enim
noxius humor in vniuerſum corpus redundarit, omnes euacuationum ſpecies admouebimus.
At hydropi aſcitæ, quippiam aquam detrahẽs offeremus:velut regio morbo laboranti, aliqd F
quod bilem educat:nam & his bilem euocare multifariam opus eſt,ſurſum,deorſum,per urinæ
meatus, per palatum, & nares. Eodem modo ſi bilis atra ſupra modum excreuerit, vt melan-
cholia,cancro,elephantiaſi, aliquid quod nigram bilem detrahat exhibemus: nam comitiales
pituitam inanientibus expurgamus. Ex his itaq; planum eſt morbi conditionem oſtendere, &
humorem euacuandum,& locum per quem educere ipſum conueniat. Nempe inflammationẽ
habentibus in iecinore,ſimulatque maturuerit,aluum ſubducemus, cum in ſimis iecinoris parti
bus ea incubuerit:at ſi in gibbis extiterit, vrinam ciebimus: Itidem & in reliquis ſpectabimus,
humorem exuberantem,& locum humore infeſtatum,ex quo tanquam cauſa quadam,vis mor
bi conſurgit:hæc enim,& quid euacuandum, & qũo, & qua parte euacuandum, indicabunt,&
ad hæc oĩa tempus etiam monſtrabunt.Siquidem inter initia morbi,tenues & aquoſos humo-
res euacuabis:ubi craſſi & tenaces fuerint,quales ſuapte natura ſunt pituita,& nigra bilis, con-
coctionem expectabis.Acceſſiones quoq; quo modo euacuandum ſit docent. Nam dum acceſ
ſio infeſtabit,a ſuperioribus educes:vbi deſtiterit, quod intermiſſionem dicimus, ab inferiori-
bus trahes.Ad hoc etiam facient quæ ſponte in morbis eueniunt. Multis enim per acceſſiones
vomitus excitatur,& ſanguis è naribus erumpit,non paucis,intermiſſione facta lotium,& aluus G
fluit.Præcipue vero quo tempore acceſſiones,& iudiciales dies adueniant,obſeruandi erunt,ſi-
qñ per inferna purgare molieris.Nam ſi ad ſuperiora humores inclinauerint, purgantis medi-
camenti efficacia impedietur.In his autem, qui iam ægrotant, ſi diuturnus futurus eſt morbus,
expectanda ſemper erit concoctio: ſin acutus ſit, inter initia, ſi modo a concitatis pendeat hu-
moribus,purgare licet:quanquam & iſtud ipſum magna cum amimaduerſione,diligentiq; con
ſideratione faciendum eſt.Neq; enim exiguum impendet periculum,ne ſiniſtrè purgatio ſucce
dat,eo q quæcunque purgant,latentem caloris excitandi poteſtatem habẽt:& febris, vt febris
eſt,ſm ſuam rationem,non ſicca neque calida,ſed hiſce ſummè contraria,humida frigidaque,
requirit.Non igitur febrilis caloris gratia purgans exhibemus medicamentum,quod nos quo-
que quantum in ipſo eſt, nocere ſcimus: verum vt humores febrem concitantes extirpemus.
Vtilitas itaque maior prouenire dẽt moleſtãti humore detracto, quàm ab expurgãti remedio
nocumentum,quod neceſſariò corpori infligitur:vtilitas autem maior obueniet,ſi & quicquid
lædebat,& ſine moleſtia,detractum fuerit. Vt aũt hoc fiat,ante omnia conſiderare oportet,ido
neuſne ſit ad eiuſmodi purgationẽ,qui morbo laborat. Etenim qui ſæpe cruditate laborarint,
& q tenacibus,& craſſis veſci conſueuerint,quiq; ſub coſtis tenſum & inflatũ ventrem habent,H
vel eximiè calidum atque feruentem, aut in his locis inflammationes ſentiunt, omnes ad pur-
gationes ſunt inepti.Hos itaque dimittere oportet.nam quo ad fieri poteſt,ægroti humores ad
fluendum paratos eſſe conuenit,hoc eſt tenues minusq; tenaces: ac meatus,per quos traijcien-
tur,apertos eſſe,ne qua illos moretur obſtructio.Hæc nos quoque antea facere moliemur, cum A.l.t.f.40.
aliquem purgare volemus.In acutis vero morbis,ſi ſtatim inter initia primo die, vel non ulte- fol.71.b
rius ſecundo, purgatione uti velimus, turgente materia, huiuſmodi præparationi locus non
eſt,niſi quis fortè nactus fuerit occaſionem,aquam mulſam exhibendi,in qua hyſſopum, origa
numve,aut tragoriganum,vel thymum,vel pulegium,vel quippiam aliud humores attenuans,
incoxerit.Quocirca raro in acutis morbis,modo rationem adhibeamus, ab initio nobis medi-
camenta uſui erunt,cum neque affligentes humores plerunque cõcitati ſint a principio:neque,
ſi hoc adſit, ægrotus aptus ſit purgationi, vel ſe præparandi tempus idoneum nobis non præ-
ſtet. Concitari vero & turgere humores dicuntur, cum motu vehementi agitantur: ac ab vno
* διστῶντες legitur in antiquo codice, qđ eſt faſtidia cientes. loco ad aliud confluentes inter principia morbi hominẽ vexãt,* doloresq; ac titillationes affe
rendo ægrum quieſcere non permittunt. Hos ergo humores euacuare conuenit,in motu,agi-
tatione,& fluxu poſitos:qui uero iam aliqua in parte corporis conſederunt,neq; vllo alio au-
xilio

Axilio neq; purgãti medicamento prius mouẽdi sũt, q̃ cõcocti fuerint: tũ. n. & naturã euacuationi adiutricẽ habebim⁹. Hęc. n. simul atq; cõcoxit, humores excernere, atq; sup̃flua resecare conspicit quo tpe iudicatio morbi quoq; quã crisim appellant, celebrat. Verũ quoties natura euacuationẽ absoluit, nulla insup̃ op⁹ est medicina: cũ ãt ipsam mediocriter ac segnius peragit, qđ de est, medicos supplere cõuenit. Illud vero nõ ignorare par est, raro euenire ut ab uno mẽbro ad aliud humores cõfluãt: sæpi⁹ accidere, vt aliqua in parte corporis q̃escãt, ibiq; tãdiu maneãt, do nec concoquant̃ toto morbi tpe, quoadusq; soluat̃. Cũ ergo nõ solũ morb⁹ acutus fuerit, ueluti pleuresis, sed ẽt maxima cũ febre, multo magis cauẽda est purgatiõis exhibitio, p̃cipue cũ ægro tãtis natura nobis ĩcognita fuerit. Alij nãq; difficulter purgari solẽt: alij modica potiõe ebibita copiosè vacuant̃. Cũ itaq; febris vehemẽs nõ fuerit, ægriq; naturã noueris, ĩaniẽs medicamẽtũ dabis, elleborũ nigrũ, aut aliud simile q̃ppiã, quorũ est ẽt diacolocynthis, quã nũc vsitatio noĩe hierã, hoc est sacrã appellãt. Hæc cũ uarie cõficiat̃, q̃ ueratrũ assumpsit, nec scamoniũ hẽt, medicamẽtũ est eximie purgãs, in iis tñ, in q̃bus eductio cõuenit. ‖ Post assumptã vero purgationẽ statim hordei pulticulã sorbere utile est, ut Hipp. inq̃t. Nã purgãs medicamẽtũ ut exiguũ ẽt fuerit, ĩ fundũ uẽtriculi descẽdat, oportet: In descẽsu cũ gula, & q̃cquid uẽtriculi gulã excipit, nõ solum B medicamẽti qualitate, sed ẽt suba inter deglutiẽdũ appulsa ĩficiat, magnopere lædit: quare uti le est hordei cremorẽ deinceps sorbere, p̃pea q̃ abstergere, & inferius trahere põt, id qđ transeundo se meatibus implicuit, & tẽperare, atq; immutare medicamẽti qualitatẽ, q̃ mẽbris insedit. Ob hæc igr̃ Hippocrates iubet, ab assũpta purgatione ęgrotos hordei pulticulã statim bibere: nõ tñ eã dare cõsulit, cũ purgatio p̃cedere incipit, timẽs ne purgationis op⁹ dissoluat̃. Quamuis interdũ data purgatione, alu⁹ nõ egerit, uel ob ægri naturã eiusmodi: uel q̃a qđ purgare debet exiguũ fuit. Plerũq; ẽt stercus dẽsatũ atq; in aliquo intestino exiccatũ, qđ clystere subduci op⁹ fuit, antea q̃ medicamẽtũ exhiberet, euacuationẽ p̃hibet. Põt insuper natura ad urina uergẽte, potio, q̃ subducere aluũ debuerat, nihil efficere. Interdũ quoq; cũ euacuatio frustrat̃, p̃ter hoc, q̃ nocumẽtũ aliqđ corpori affert, in nutrimẽtũ ẽt trãsit. Interim tñ in pernitiẽ, & venenum mutat̃. Cũ vero medicamẽta oĩa q̃cunq; purgant, uẽtriculũ lædãt, & maxime eius ostiũ, qđ maxime neruosum est, & acutissime sentit excogitatũ est bene olẽtia purgantibus admiscere, ne sola atq; sincera eorũ uis ostiũ ventriculi attingat. Oportet ãt admista semina talia esse, q̃ & medicamẽti malitiã retũdere, & ei⁹ opus impedire nequeãt: q̃q; attenuare, & incidere ualeant: & ut crassos humores secare, & uias p̃ quas educi dẽnt, aperire & patefacere possint. Oportet p̃terea C ut cõmista sibi inuicẽ medicamẽta cõsentiãt, neq; ulla in re discrepẽt. Discrepãt ãt, nõ cũ hoc bilẽ, illud pituitã trahit, utraq;. n. pari mõ euacuationẽ p̃curant: verũ si hoc celeriter, illud tardi⁹, ab assumptione purgare incipit. Ita nãq; inæqualiter euacuatio celebrat̃, quãuis simul accepta sint. Inæqualẽ aũt euacuationem dico, si, cũ hæc defiuisse uidetur euacuatio, alia rursus incipiat.

* de Rat. vict. in mor. acu. cõ. 2. t. 12. 7. 118. d

HIERONYMI MERCVRIALIS FOROLIVIENSIS, MEDICI HAC TEMPESTATE CLARISSIMI,

Iudicium De libro Theriaces ad Pisonem.

QVæ potissimum efficiunt, ut nõ facile à Galeni libris germanis hic reijciendus sit, duo sunt. Vnũ quia in eo nullũ dogma Galenicæ doctrinæ cõtrarium cõtinetur, multa certe in ipsius ab oĩbus receptis voluminibus tradita iuenĩt, quam primam dicebat Gal. ipse esse rationẽ explorandi libros Hippocratis, an sint eius genuini: Alterũ est, q̃ Serapion, Auic. Razes, Rabi moses, & Arabes fere oẽs, quorum nõ est cõtemnenda auctoritas, hunc librũ tanq̃ Galeni indubitatum citant. Accedunt grauissima Pauli, & Aetij, qui fidelissime Galeni scripta ad uerbum in sua commentaria transtulerunt, testimonia. Paulus quidem tum lib. 7. docens modum conficiendi sales theriacales, ipsissima uerba ex hoc libro. adducit, ex Galeno se ea dicere professus, tũ ẽt ubi de Satirio agit. Aetius vero lib. 13. longũ de theriaca sermonẽ instituẽs, oĩa fere ex hoc libro noĩe Galeni sæpe addito trãsportat, & quãq̃ nõ sit inficiandũ fieri potuisse, ut Paulus, & Aeti⁹ facile sint decepti, q̃ sub falso titulo hunc habuerint, ut etiam tpe Galeni multi similes circunferebant, rõni tñ consentaneum est, eos cũ habuerint libros, quibus tum genuinos Galeni ab adulterinis discernere, tũ singularem ordinẽ scire possent, integrio res, quàm hoc tpe sint. fuisse etiã intellecturos, an hic legitimus esset, itaq; nõ male fortasse quis statuat, librũ hunc fuisse à Galeno scriptum, sed iuuene adhuc. Nõnullis nõ leuibus coniecturis id confirmari põt, primo quia nullũ (ut alibi facere solet) suũ cõmentariũ citat, quasi ante alia, p̃sertim in q̃bus de medicamẽtis tractauit, eũ scripserit. Deinde, q̃ Demetrij Archiatri tũ uiuẽtis meminit, quẽ tñ primo de Antidotis ab ipso sene cõposito iã mortuũ fuisse scribit, dũ Antoninus bello Germanico circa Istrũ occuparetur, quo tpe Galenus 34. ætatis annũ prætergressus, secundo Romã ab Imperatoribus, accitus uenerat, ut is cõm. de libris proprijs testatur. postremo quã plurimorũ Imperatorũ simul dominantiũ meminit, duos aũt, nẽpe M. Aureliũ, & L. Verũ Galeno adhuc viuo Imperiũ Rom. gubernasse, constat, sub quibus Romæ bis fuit. semel q̃ñ uix annis 30. natus erat; iterum q̃ñ paulo prouectior, quo primo tpe ipsum Pisoni Imperatorũ militiæ duci librum hunc scripsisse puto. At dies illud repugnare, q̃ Marcum imp. iã interiisse memorat, id eoq; fieri non posse ut sub duobus illis Imperatoribus liber à Galeno scriptus fuerit, cum L. Verus ante Marcum in itinere Aquileia Romam peste obierit, solusq; Marcus post diu regnauerit, ac nunq̃ ætate Galeni amplius duos Imperium tenuisse habeat. Rñderi forte posset, pro Marco mortuo legẽdũ esse Antoninũ Piũ: nã si Demetrius Archiater obijt ante M. Aurelium, ut scribit primo de Antidotis; atq; is uiuebat cũ Galenus Librum de theriaca scriberet, sane non Marcus sed is erat Antoninus. quem etiam theriaca ob ualetudinem, sicut tiliacis tabulis pectori fascijs alligatis ad curuitatẽ retardandam usum esse, & ob longã, atq; satis uigentem senectutem, (nam 78. annum attigit) theriacę magnã auctoritatẽ cõparasse haud quaquã rõni disẽtaneum est, Quare si cõstituamus hunc librũ à Galeno adhuc iuuene fuisse cõscriptũ, arduũ nõ erit intelligere, cur in eo plurima uerba ab ipso aliàs non usurpata, fabulosa aliqua, & stylus totus pene diuersus reperiatur, norunt enim omnes, iuuenes plerunque in scribendo ambitiosos, non ita prudẽtes esse, at stylum in dies magis castigari, ut nõ mirũ sit, Galenum natura alioquin loquaciorem in iuuentute non eandem scribẽdi rationem, quã in ætate prouectiore, secutũ fuisse; q̃ñ præsertim ad Pisonem virum illustrẽ scribit, quod genus hoĩum dũ alloqui iuuenes uolunt, in oratione artem quandã ostẽtare nituntur, quasique in sermone lasciuiunt. Etenim Platonis in Phædro, quem scripsit iuuenis, stylum si comparemus libris de

Repub atque Timęo in ſenectute ſcriptis, proculdubio plane diuerſam in his loquendi rationem inueniemus, ſic quoq; ſi libros E priores de Placitis Hippocratis, & Plat. à Galeno ante 37. ætatis annũ ſcriptos, libris Methodi, alijsque in ſenectute editis cõparemus, certe non parum ſcribendi rõnem in utriſque diuerſam agnoſcemus; in illis enim fabulæ, & poetarum figmenta commiſcentur plurima, in methodo oĩa oratione, & ſententijs grauioribus tractantur. Iam uero de helenio, & trifolio quæ hic dicũtur, partim ex uulgi ſermone relata ſunt (qualia non raro apud Ariſtotelẽ ipſum reperire licet) partim mendoſa uidentur; ſiquidem apud Paulum Aeginetam libro 7. cap. de Satyrio eadem ex Galeno de trifolio, ſed diuerſo modo citantur: quanquã, & hæc potuit Galenus apud quempiam alium auctorem legiſſe, & ut acceperat, ſuis ſcriptis tradidiſſe, Nec quicq̃ nos moueat, q̃ Razes in ſuo continente, & Rabi Moyſes in aphoriſmis ſæp: ſime hunc librum Gal. citent ſub titulo de theriaca ad Cæſarẽ, q̃n Arabes & alia Gal. uolumina ſub alijs, quã nos, titulis habu iſſe uidentur, cũ de locis affectis inſcriptum uolumẽ, ſciẽtiarũ libros, & de methodendi methodo, ſanitatis ingenium uocent, ſimiliterq̃; multa alia: niſi quoque dicere licet, hunc librũ abſq; titulo, & principio ad Arabas pueniſſe, ipſosq̃; coniecturis aliquibus ductos, ad Cæſarem ſcriptũ putaſſe. Nec forſan uero diſſimile uideatur, totũ illud principium uel additum, uel immutatum fuiſſe; q̃quidẽ nõ memini ex multis ueteribus, q librũ de theriaca citãt, quemquã ad Piſonẽ appellare, ſed uel ſimpliciter de theriaca, uel de theriaca ad Cęſarem. Hęc oĩa argumẽta ſcio facile poſſe refelli, & ſtylũ libri à Galenico non parum differre, uerumtamẽ auctoritas ueterum, q̃ pro Galeni genuino hñt, tractatio nis ſũma, illa diligentia, exquiſita totius theriacę naturæ compoſitionis, aliarumq; conditionum alibi à Gal. aut nullo modo, aut ſaltem non ita abſolute traditarum declaratio à poſterioribus commendata, perſuadent, ut à Gal. conſcriptum uel ſaltẽ eius placitis minime cõtrarium, & ob id neq; reijciendum, neq; inter ſpurios habendũ putem: eo maxime, q̃ niſi eius libri auctoritatem probatam habeamus, dictiones theriacę, atq; omnia fere ad ipſam pertinentia hic tantum pertracta, unde ſolitam fidem mereantur, non inuenio.

F

GALENI DE THERIACA AD PISONEM,

Iulio Martiano Rota interprete.

Libri dedicatio, Andromachi commendatio: & quid Galenum impulerit ad hoc opus ſcribendum. CAP. 1.

ET hunc tibi de theriaca librũ, maxime Piſo, diligẽter oĩa p̃ſcrutans, cũ ipſe ultro de induſtria dedicaui, tũ q̃a aĩum tuũ ab huiuſce medicamẽti cognitione nõ abhorrẽtem aĩaduerti, quo t̃pe, ſicuti cõſueueram, ædes tuas ingreſſus, & alijs quã plurimis, tibiq̃; conſuetis uoluminibus circũſeptũ te offendi, & ſcriptũ quẽdã de theriaca libellũ, auide percurrẽtẽ inueni. Soles.n. à publicis occupationibus ociũ nactus, t̃ps oẽ in euoluẽdis antiquorũ philoſophorũ libris, conſumere. Vt igit̃ me tibi accedentẽ, blãdo primũ uultu, deinde uerbis etiã, excepiſti, intermiſſam poſtmodũ lectionem, auſcultantibus nobis, proſecutus es. Nam & ego libenter aures adhibebã, cũ opus illud nõ incõcinne ſcriptũ eſſe cõſtaret † à uiro quodã, cui nomẽ Andromachus fuit, ꝫ artẽ medicã ad ſummũ uſq; edocto, nec faciendo ſolũ, ſed dicendo etiam, uehemẽter exercitato. Hic itaq;, q̃ utroq; p̃ſtaret, reliquos medicos ab ſuæ tẽpeſtatis Imperatoribus anteire, ut mihi quidẽ vĩ, creditus eſt: cui forſitã & patria aliq̃d, ad medicinã optime cõſequẽdã, attulit. Nã ex inſula Creta genus ducebat, q̃ credibile fuit, ut cõplures herbas, ſic talẽ uirũ p̃ducere potuiſſe, q̃ humano gñi ſalutarẽ antidotũ cõponeret. Cũ itaq; tu huiuſce uiri libellũ lẽgeres, plurimũ q̃dẽ ego gaudebã: admirabatq̃; magnopere, q̃ rebus, q̃ ab eo ſcriptore tradebãtur, mẽtẽ tãtopere adhiberes: nec poterã nõ habere magnas gr̃as nr̃i t̃pis fortunæ, q̃ te uſq; adeo ſtudioſum medicinę cõſpiciebã. Maior ſiquidẽ pars hoĩum aures tm̃ ſibi demulceri uolũt medicorũ orationibus: tu uero nõ ſolũ, q̃ ab eis dñr cũ uoluptate audis, uerũ ẽt multa, q̃ nõ exprimunt̃, inſita tibi prudẽtia & aptè, & facile conijcis: immo & peragẽda q̃dam ſic accurate cognoſcis ac inſpicis, ueluti nos, q̃ magnis laboribus iſta didicimus. Id qđ ego q̃ ueriſſime ſum in te ipſo conH tẽplatus, atq; magnopere demiratus, qñ chariſſimus oĩum tibi filius, urgẽte quadã equitãdi neceſſitate, ſummis femoribus ægrotauit. Sacris.n. certaminibus tũc ipſe p̃eras, q̃ in honorem deorũ Romanorũ celebrabant̃. Oportebat ãt eo t̃pe, nobiles ẽt pueros eq̃s inſidẽtes, atq; p̃ cõditione certaminũ ad numerũ diſcurrẽtes, ludũ quẽdã obire. Tũc igit̃ filio quoq; tuo ualde tenero coxarũ ſummitas à ſubiectis ſtragulis contuſa, inflãmationẽ cõtraxit, & inde ſaniẽ collegit, quã per inciſionẽ educere opus fuit. Ac puer q̃dẽ, p̃inde atq; iã uir aliquis eſſet, pariter oĩa ſuſtinẽs apte curabat̃: putaſſes illũ ad inſtãtia mala fortiter tolerãda philoſophorum ſermonibus optime inſtructũ. Tu uero diligenter adeo, p̃ſens cũ fores, inſpiciebas, & oĩa q̃ à nobis fiebant, annotabas, ut ſi qñ min⁹ apte q̃ppiã fieret, inſtares illico, moneresq̃; ‖ Nihil temere ſcđm Hippocratẽ agẽdũ. Quã obrẽ ego ſingula diligẽti⁹ obſeruãs, ẽt pluſquã cõueniat operoſius q̃ppiã, qđ abs te fieret, aĩaduerti. Nã ſi qđ eorũ, q̃ à medẽte imponebant̃, apte minus ĩſiſteret, illud tu ſtatim tuis digitis ita trãsferebas, atq; ſic decẽter vulneri coaptabas, ut mirabile foret ſpectare, tãtã te manibus prõptitudinẽ oſtẽdere, ob amorẽ quo filiũ p̃ſequebaris, ingeniumq̃; tuũ ad oĩa uerſatile, quãtã q̃ ſunt artẽ exacte cõſecuti. Quãobrẽ illud in te merito cõſpici poſſe uidebat̃, quod etiam ſapiẽtiſſimus philoſoph⁹ Plato, ſicut par fuit, in quãplurimis ſæpe ſpeculatus, ueritatisq̃; neceſſitate delectatus, aſſeruit. Quæ in noſtram cognitionẽ ueniũt, nõ diſcere nos, ſed reminiſci, ingenitamque

† *Græcè impreſſa legitur ὑπό τινος ἀνδρομάχου καλουμένου. i. a quodã Andromacho uocato. In antiquiſſimo autem cod. legitur ὑπό τινος ἀνδρὸς μάγνου καλουμένου, i. a quodã uiro, cui nomẽ Magnus.*

6. Epid. cõ. 2. t. 253. 164. b

A nitamq́; humanæ mente rerum oīum eſſe notitiam: quæ tum deniq; ſeſe pandit, qñ uſus expoſtulat. Vt igitur artis medicinæ peritiã in te filij ſolicitudo, nihil nobis tale expectantibus. aperuit, ita uir ẽlegãs, & ingenioſus cũ ſis, legendis de theriaca *uerſibus intentus eras, procurabasq́; cũ illius uires, & tẽperaturã cognoſcere, tum quantitatis modũ, & uſus opportunitatẽ intelligere.

Theriacæ commendatio, & dignotio, principiumq́; Romanorum hac in re ſtudium. CAP. 2.

NAm ℳ reuera celebratiſſima eſt apud omnes homines, partim ob promiſſionũ certitudinẽ, partim ob actionũ efficaciã. Nullus. n. unq̃ traditur occubuiſſe, qui cõmorſus ab hiſce feris, q̃ cõſueuerũt necare, theriacã ſubito ſumpſiſſet. Ac ſi quis prius ipſam bibat, imdeq́; paulo poſt ab aliquo ſerpente feriatur, irritum eſſe uenenum illud compertũ eſt: Quod ſæpenumero complures magiſtratus, qui mortis, & uitæ poteſtatem hñt: & utrũ quæ promittit antidotus, præſtare queat, dignoſcere uolunt: in hoĩbus ob aliquod perpetratum facinus carnificinæ adiudicatis experiuntur. Nos autẽ, qui in hominibus periculũ facere non poſſumus, in alijs quibuſdã aĩalibus uerum de ipſa iudicium ſumere tentamus. Accipimus. n. gallos non domi enutritos, & contubernales noſtros, uerũ ſylueſtres, ſicciori cũ ſint tẽperatura: deinde iniectis ſerpentibus, illos, q̃ theriacã nõ biberint, illico mori uidemus: alios autem, qui biberũt, cõſiſtere, & uitam ẽt poſt ictum
B retinere. Nonnunq̃ uero, & hoc pacto, num adulterata ſit experiri cõuenit. Data prius theriaca, poſtmodum exhibemus medicinam aluũ, ſubducentem: ac, ſi qui aſſumpſit non purgatur, optimã iudicamus antidotum fuiſſe, qñ purgari prohibuit eũ, qui purgantem medicinam aſſumpſerat. Atq; hęc probatio nunq̃ nos fefellit, quin uerã theriacam agnoſceremus. Multę quippe fiũt ab impoſtoribus hac ẽt in re fraudes: uulgusq́; ſola theriacæ fama deceptum, ab iſtis, quibus ars eſt mercenaria, non recte compoſitam antidotum multa pecunia redimit: Etenim aliqui reperiũtur, qui quanquã ualeãt, toto tñ uitæ ſuæ ſpatio theriacã ſine intermiſſione ſuſcipiunt, preſertim qui p̃p ſiniſtros, & illiberales mores ſecuri non uiuunt, ſed mortẽ ſibi per inſidias ab inimicis impendere ſemper exiſtimant. Aliqui uero ſingulis diebus incolumitate corporis ducti theriacam aſſumunt, quẽadmodum nos Marcum Antonium, qui paulo ante Romanum imperium ſumma integritate adminiſtrauit, & corporis ſui temperamẽtũ exacta prudentia cognouit, abũ de quaſi delicato quodam cibo, uſum nouimus. Ab illo. n. auctoritas medicamento amplior creuit, cum eius efficacia latius inter hoĩes diuulgaretur: ſiquidem cum Imperator uitam ſanam traduceret, utilitatis fidem antidotus maiorẽ obtinebat. Verum Antonini quidẽ temporibus opus ſolummodo theriacæ cõis fuit ſanitatẽ Principis intuentibus: his autem Imperatoribus, uſus ẽt
C publicus euaſit. Licet. n. oĩbus nobis ab ipſis petere, & tradita p̃ manus antidoto liberaliter curari, qñ non ſolum cunctos excellunt, q̃ à dijs imperium ſint adepti, ſed ẽt quia libenter in uniuerſos oĩa bona Deos imitati conferunt: tantumq́; gaudium concipiunt, quanto fuerint incolumitatem ab ipſis conſecuti, maximam imperandi partem arbitrãtes, cõis ſalutis procurationẽ: q̃res me magis in admirationem ipſorum traxit. Neq; enim de theriaca ſolummodo curam habent, uerum ita ſunt omnibus in rebus benigni, ut ſi qñ quiſpiã amicorũ antidoto egeat, mirandum ſit quanta promptitudine, quãtaq́; animi propenſione, ipſam cõicent. Non. n. theriacæ cõpoſitionem in neceſſitatem uſus differunt, ſed repentinis occaſionibus, improuiſiſq́; euentibus, promptam, paratãq́; decenter hñt. Quo tempore igitur Antipatrus, cui græcas epiſtolas ſcribere cõmittebant, & ob morum grauitatem, exactamq́; rhetoricę artis peritiam honoris plurimũ deferebant, in renalem morbum incidens, grauia & irremediabilia pateretur, laude dignũ eorũ ſtudium pro ſalute amicorum ſuſceptum uidi, mirabilemq́; in admouẽdis remedijs cõcertationem. Sic. n. uarijs differentibusq́; ſymptomatis occurrentes, morbo repugnabant, ut optimi medici, & omne uitæ tempus in remedia exercitati conſueuerunt. Amicam uero mihi præ cæteris Arriam, eximie cõmendatã, & ipſam ab Imperatoribus, q̃ philoſophiæ diligenter operã da-
D ret, & præcipue Platonis lectione delectaretur, non leuiter olim ægrotantem ſanarunt. Laborabat. n. uentriculi languore, atq; ideo ita ſupine decũbebat, ut ne cibum quidẽ accipere ualeret: unde periculum ipſi imminebat, ne defectu nutrimenti periret. Tunc itaq;, ſicut expertiſſimi ſolent medici, mulierem curarunt, uinum abſynthio medicatum, me commonſtrante, propinantes. Mox enim ut tale uinum bibit, & ſtomachum roborauit, & celeriter cibi appetentiam recepit. Illud uero, quod in filio tuo contigit, ut recorderis adhuc, credibile eſt. Collecto ſiquidem abſceſſu, tu quidem ut bonus pater, inciſionem tardabas: tempus autem feſtinam puris emiſſionem ſuadebat: illi dato medicamẽto nos ea in re magna ſollicitudine liberarũt. Nam ſuperimpoſitum emplaſtrum ſubiectum locum inciſione citius aperuit, & omnem incluſam ſaniem ſic eduxit, ut dolorem ea de cauſa puer deinceps ſentiret nullum.

Cur è multis Antidotus componatur, inſitamq́; rebus omnibus eſſe uirtutem, quam ratione ſenſibusq́; inueſtigamus. CAP. 3.

TAlem igit̃ diligentiam circa hæc medicamenta, ſicuti uides, cũ noſtri imperatores habeãt, merito theriacam quoq; ſumma cura conficiũt. Cum. n. ſingula, quæ imponuntur, ipſi diligenter adeo examinent, ut ne minimam quidem rem contemnant, propterea mirandos effectꝰ producit. Nã ſicut noſti, theriaca, quemadmodum multis è rebus cõponitur, ita quam plurimos

usus habet. Quamobrē ego demiratus sum illū qui primus ipsius cōpositionem est aggressus: ui- E
deturq; mihi nō temere, sed exacta quadā rōne, & exquisito supra modū cōsilio, tot res miscuis-
se. Nō. n. sic & nos medicinarū notitiā assequimur, quēadmodū q; se empiricos ab sola experien
tia cognominat. Illi. n. omissa disciplina, q̄ rerum naturā inuestigat, quoties oblatos ægros nulla
rōne curāt, turpiter profitētur se remedia partim ab insomnijs, partim à fortuna, suscipere. Nos
aūt auxilia q̄ rō, & prima, & sola excogitare pōt, summa consideratione diligentiaq; scrutātes,
magno studio reperimus: q̄ aūt rō non ualet inuenire, ea sensuū iudicio perpendimus: plerunq; A.1.2.2.ca
tū uni non fidētes, pluriū censuram adhibemus. Neq; n. ut calcē frigidā credamus, quāuis sit ut 2.fol.9.1
nix alba, oculorū dūtaxat indicio stādū esse arbitramur: aut rosam ꝓpterea q; rubra sit, calidam
idcirco statim cōcedimus. Sed oculis tactu adiuncto, calcē tā calidā deprehendimus, ut fortiter
urat: rosam tā frigidā agnoscimus, ut leuiter refrigeret. Sic & in reliquis medicinis accurata sen-
suū opera, cuiusq; facultatē inuenimus. Nam gustus nobis discernit illud acutum uel salsum esse,
q; tale sit hoc amarū uel dulce, q; eiusmodi. Tactus aūt q̄ calida, & frigida, quę sicca, & humida, cō
trectādo nobis manifestat. Multa quoq; nariū iudicio exploramus, in primisq; medicinarum ui
res, quarū integritatē odoris uehemētia, imbecillitatē eiusdē remissione, colligimus. Nos itaq; F
sensuū iudicio, quæ simplices medicinæ bonę, secusve sint, cognoscētes, ipsas primū experimur,
inde sensu, usuq; cōprobatis, postmodū experiētiæ rōnē cōiungimus: quā ducē rebus in oībus se
quentes, & simplicibus remediis, sicut par est, utimur: & cōmonstrante artis uiam rōne, compo-
sita q̄ optima conficimus. Nā simul atq; didicimus morbi cuiusq; naturā, & uariā differentēq; tē
peraturā simplicis uniuscuiusq; nouimus, tū remedia miscemus, quæ suæ cōpōnis diuersitate sin-
gulis ægritudinibus occurrāt, oībusq; hoībus artificiose cōueniāt, uariato tū in singulis corpori
bus medicamenti mō. Magnā. n. ut nō ignoras remediorū copiā prōptā hēmus, & adeo multipli
cē, ut nō solū in cōpositis spectari multitudo uirtutis ipsius queat, sed in simplicibus ēt. Quorum
alia oībus suis partibus unā, & eandē uim ostendunt: uelut Scāmonia, quę flauam bilē uiolenter
educit; uelut Atticū Epithymū, qđ nigrā bilē ꝑ aluū purgat: uelut granū gnidiū, qđ pituitam, &
oēm aquosum humorē aperte subducit. Hæ liquidē medicinæ oībus suis partibus, totaq; sua sub
stantia, p̄dictos humores extrahere conspiciunt. Neq; n. fidē Bithyno Asclepiadi p̄stamus, dicē-
ti, tunc occasione data humores subito quadā mutatione fieri, qñ purgant hoīes. Nā cū è moli-
bus, & meatibus humana corpora cōstare semel suppositisset, atq; ideo negare cogatur opera-
tiones naturę, consentaneū ipsi fuit, hunc ēt de humoribus afferre sermonē: nimirū quia rōne ca
ruit, prorsusq; fieri non potuit id qđ suppositum erat. Quis. n. mente ꝓditus credat, statim ut medi G
cina corpus attingit, humoris educendi substantiam procreari? Quis contra non facile sibi per-
suadeat, humores istos suapte natura prius in corpore substitisse? Cum uideat ictericū quo tpe
purgātē bilis medicinā accipit, & subito tā multā bilē excernere, & a pallore tā prōpte liberari?
Aquā uero inter cutē hñti, medicinā nō reperiri, q̄ cōfestim ut accepta fuerit, cōtentā in uentre
aquā totā educat, quin uel nullus, uel minimus humor in corpore supersit. Sed dogma pueriliter
seruans Asclepiades, ista se uidere dissimulat, inuectæ, sicut dixi, snīæ fauens, mauultq; probabi
liter fingendo cuncta experiri, q̄ uere propriā cuiusq; medicinæ facultatē cōcedere. Nos autem
cum ante dicta fieri uideamus, & rōnem secuti, cognoscamus posse nos uere naturalis cuiusque
medicamenti uires fateri, p̄dictas quoq; medicinas ingenita quadam facultate proprios humo-
res extrahere plane scimus: quemadmodum, & in magnete lapide uirtutem quandam insitam,
qua ferrum ad se rapit, bona ratione credimus. Deus enim est illa, sicut in hominibus, natura,
prout sentit Homerus, quæ similibus similia adducendo diuinas eo pacto suas uirtutes ostendit.

Simplicia medicamenta plerumq; compositas uires obtinere, diuersas corporis partes, & lædere & iuuare, diuersisq; diuersa conuenire. CAP. 4.

OMniū ăt naturā ideo diligēter inquirimus, ut facultatē accurate discamus, ꝑ quā agūt. Dū H A.1.2.ca
itaq; scrutamur ista, deprehēdimus alia, sicut dicebā, oībus suis partibꝰ idē, & posse, & age 1.fol.11
re sp: alia uero, q̄ sicut partes diuersas hñt, ita uires dissimiles ostendunt, & actiones plerunq; tā
diuersas efficiunt, ut cōtrarios effectus in humanis corporibus ab eis fieri uideamus, q̄ res inspi-
cientibus admirationē excitat. Siq; s. n. lapathij folia comedat, aluū deijciet: sin ăt manducet eius
semina, retinebit. Pari mō quoq; galli ueteris ius, brassicæ decoctū, & cochlearū marinarū iuscu-
lū, uentrē prouocant: at ipsius brassicæ olus, & illorū carnes comestæ, adstringunt. Aloes puluis,
& æris squama, carniū excrescentias in ulceribus cōprimunt, & illuc cōfluētes humores siccāt:
ore aūt sūpta corpus totū, & molliunt & expurgant. Lac ipsū si q̄s diuidat, cōtrarias facultates, &
usus hēt: serū. n. ebibitū, uētrē laxat, caseus emansus eundē cohibet. Iā uero quædā ex cōmistis uir
tutibus, quas in se cōtinēt, admirabiles adeo ꝓducunt effectus, ut ne fieri q̄dē posse audiētibꝰ vi
deant, nisi ex euētu fidē oculis ipsi cōsequant. Trifoliū qđ uerno tpe cū floret, hyacintho similis
est, & semē agresti cnico parē gignit, si q̄s ualde decoquat, & inde cōmorsū a phalāgio, uel ēt ui
pera locū decocto abluat, ipm sanat, & illico dolores amouet: at si q̄s alius nō ꝓcussus eidē aquę
partē sanā īmittat, similē cōmorsis læsionē, totidēq; dolores sētiet: ut re uera sūma admiratione
dignū sit, eā dē herbā, & ꝓcussis mēbris sanitatē inducere, & sanis ꝓcussionis læsionē īferre. Rurs'

medicinæ

A medicinæ q̃dam extant nullo pacto nutriendis hoĩbus idoneæ, ueluti cicuta, q̃ ſturnos alit, nec in eis mortiferam uim exercet, in nobis autem uitæ calorem extinguit: Et ueratrum, qđ tametſi coturnices paſcat, hoĩem tñ ſtrangulat. Non nulla uero deprehendimus, quibus propriũ eſt par tẽ aliquam corporis ſolum offendere: quemadmodũ lepus marinus, pulmonẽ: cãtharides, ueſicam exulcerant. Et rurſus quibus inſitum eſt, ut aliquod mẽbrũ ex oĩbus iuuent, unde male affectum iecur, eupatorium herba plerunq; ualde confirmauit, & unguẽtaria glans lieni pluries cõtulit, & ſaxifragia atq; betonica renibus multoties profuit. Sunt & aliæ, q̃ membris alijs conueniant medicinæ experientia cõprobatę: quas nos, ſicut dicebã, accurate p̃ſcrutati, propriũ cuiq; ualetudini remediũ adhibemus optimũ ut in alijs, ſic in hoc quoq; magiſtrum ſecuti Hippocratem, quem exactiſſimum medicinarũ artificẽ fuiſſe, cum alia multa probant ab eo tradita, tũ illud, quod ipſe ſcribit in ſe cundo epidemiorũ libro his uerbis: Medicamentorũ modos nouim⁹, quibus ſingula quæq; fiunt: non. n. eodẽ modo cuncta, ſed aliter alia rite componuntur. Nã quæ dã celerius, quædã tardius colligunt: paranť ẽt aliter alia, uelut ſiccantur, tundunť, coquunť, & id genus alia, donec plurima plus minuant, & quæq; ſingulis accõmodant. Præterea quibus in morbis, morbi ætate, ualetudinis ſpecie, uictus qualitate, anni tempore, conuenienter exhibeantur, & id genus reliqua. Per hæc itaq;, ut uides, ſummatim nos inſtruit, monetq; ut medicinarum naturã intelligamus, ut tp̃s, quo ſumi debeant, exploremus, ut tẽparaturas accipientiũ inſpiciamus. Reperiunť. n. re uera nõ nulli, qui tam facile medicinas ſumunt, ut uel ipſas ſæpe conficiant, uel nulla in re ſaltem ab eis male afficiantur, interdũ ẽt in nutrimentũ commutent. Aliqui uero medicinis accipiendis inepti ſunt eo uſque, ut ſtatim ab initio ipſas auerſenť, & inde ſtomachus eorum ſubuertatur, demum antè quàm illa procedere incipiat, ipſi facile diſſoluantur.

Quid medicos induxerit, ut plura ſimplicia commiſcerent: quis q̃ primus uiperas Theriacæ impoſuit.

HAec igitur, ut ego q̃dẽ arbitror, ueteres medici quotquot optimi fuerũt, cũ ab Hippocrate didiciſſent, tã optimas medicamẽtorũ cõpoſitiones inuexerũt, cõpõnis artẽ ex ingredientis cuiuſq; tẽperatura mutuati. Nã, ſi q̃ nimiũ intẽſas qualitates hẽbãt, aliorũ admiſtione retuderunt: ſi q̃ nimiũ acres, hebetarũt: ac poſtremũ in ſingulis morbis uarietate p̃ſpecta, & in ſingulis hoĩbus tẽperatura p̃pẽſa, magno artificio medicinas adminiſtrarũt. Quãobrẽ, opinor, & hãc ipſam theriacã, de qua nobis totus hic liber accurate diſceptat, è plurimis & optimis reb⁹ appararũt. Nã, cũ ex una parte aĩaduertiſſent, nec ſerpentiũ ictus euadere, nec uenenorũ inſidias euitare nos poſſe ſed utraq; de cauſa mortẽ incurrere: ex altera uero cõſideraſſent, tantopere naturã hoĩum inter ſe differre, ut qđ uni p̃deſt, alteri nõ cõferat: merito ſunt multiplicẽ, & exquiſitam ipſius cõpoſitionẽ moliti, ut hoc noĩe foret in oĩbus hiſce neceſſitatibus remediũ p̃ſentaneũ, & uſu tã opportuno apud oẽs gẽtes ſummopere celebrata. Siquidẽ mihi nihil tã difficile uĩ ĩ uita †q̃ ſerpẽtes & uenena uitare nõ poſſe. Nã cętera q̃ nobis excidiũ ĩferre queũt, euadere fugiẽdo poſſum⁹: at iſta, q̃a caueri nequeũt, facile decipiũt. Ętenim ſæpe un⁹, & alter uenenũ ſibi p̃ ĩprudẽtiã aſſumit, nẽpe q̃a nõ intelligit, q̃d uitet. Itẽ alius ab inſecto, uel ſerpẽte, nõ aĩaduerſo p̃cuſſus, quã primũ interit. Memini ẽt me in hiſtorijs legiſſe, q̃ dux q̃dã cũ Romanis bello nauali dimicatur⁹, aĩaduertẽs ſe militari manu ĩparẽ (Cartaginẽſis hic fuiſſe traditur) ollas multas ĩpleuit ſerpentibus, q̃ cõfeſtim interimere ſolẽt. Cũ itaq; teſtas opertas oẽs repente in hoſtes iaculatus fuiſſet, nec illi q̃d incluſum foret, ſuſpicarẽtur, atq; ideo ſibi nõ cauerẽt, nõ. n. cõſuetũ fuerat eiuſmodi tela mitti, breui tp̃e q̃ plurimi ſerpẽtibus icti cecidere. His artib⁹ uir iſte, tãq; alter ſerpẽs & ipſe foret, in bello uſus, multoties hoſtiũ manus effugit. Quãobrẽ, & uobis principibus ad euitãdũ ĩſidias, & exercituũ ductorib⁹ in uarios bellorũ euẽtus, neceſſariam hãc antidotũ exiſtimo, q̃ ſane quondã licet ſine uiperis cõficeretur, plurimũ tñ aduerſus hæc oĩa ualebat. Inde medici cũ huic uni inuigilarẽt: & quo maxime p̃ſentanea fieret, quid adderent, inter ſe cõſultarẽt: medicus quiddã excogitauit, uiperas admiſcere. Ferũt hunc uirũ Andromachũ fuiſſe, medicũ, cõmoratione dignum, qui non multis ante nos annis fuit. Cõuixit. n. Neroni, cui libellum uerſibus ſcriptũ, dicauit, in quo Theriacæ cõpoſitionẽ, & p̃miſſiones tradit. Subſcribã ãt illius carmẽ, ne uir elegãs adeo cum ſis, ipſo careas. Illud tantum prius dicam, theriacam duabus de cauſis merito, & ab eo qui ſic ipſam admiſcuit, & à nobis deinceps appellatã, ſimul quia morſibus ſerpentũ maxime ſuccurrat, ſimul quia uiperinas carnes admiſtas habeat. Sunt autem carmina hæc.

† τῶν δηλητηρίων φαρμάκων καὶ τῶν δακετῶν θηρίων. i. q̃ deleteria medicamẽta, & ictu ferientes, beſtia.

Prima pars poematis Andromachi continet operis dedicationem, Theriacæ nomina, promiſſiones: & poſtremo doſim, modum aſſumptionis, & tempus. CAP. 6.

ANtidotum multis inſignem uiribus audi
Cæſar, qui nobis ocia tuta facis.
Tranquilla hæc hilariſq; ſuo, pariterq; ſerena
Nomine, cyaneos non timet una ſinus.
Non ſiquis cupidis expreſſa papauera labris
Hauſerit, exitium pocula ſumpta ferent.
Non, ſiquis gelida compleuerit ora cicuta,

Siquis hyoſcyamum,ſiue aconita bibat.
Non ſi chantarides,aut præſens morte uenenum E
Colchi tuum ſumat,feruida Thapſe tuum.
Arida non dipſas,non clarus fraude ceraſtes.
Non feret impræſſo uipera dente necem.
Incaſſum cauda conſurget ſcorpius unca:
Nec ſubitos luctus aſpis iniqua dabit,
Non ptyas audebit calido progreſſa cubili,
Vt prius aduerſa comminus ire uia.
Nullus ob hæmorrhi ſtillabit uulnera ſanguis:
Nec tumidos faciet preſſa dryina pedes.
Claudere non cogent odioſa phalangia ſummum,
Concuſſu tremulo,frigoribusq; diem:
Non hydrus.Nec ubi torret Sol æquora cancro,
Cum petit arua minax,concitus atq; furit,
Ora trahens multa cherſydrus cæde cruenta. F
Supremum uitæ ducet in exitium.
Hac fidens,æſtu per rura uagabere Cæſar,
In libyco quamuis progrediare ſolo.
Nil oberit ſicci tibi ruris alumna rubeta.
Nil geminum tollens amphiſibæna caput.
Hæc rurſus ſtomacho præſens medicina tumenti eſt,
Hæc ab anhelanti pectore tollit onus:
Aut intus toto cum ſpiritus undiq; uentre
Fluctuat,& ſurdis uiſcera pulſat aquis:
Diraq; cum miſerum dirumpunt tormina uentrem.
Et ſaliunt longi membra dolore coli.
Sanat item croceo ſuffuſos ora colore,
Regius is ſolito nomine morbus erit.
Hi poſitas nolunt miſeri contingere menſas,
Nec,ſiquis uitæ tempore longa daret. G
Sed ſibi diſſimiles oculis animiq; dolore,
Contemnunt medicæ,quis putet? artis opem.
Inuadet quoties hydrops, mala corpora liuor
Inficit,hoc fies liber ab antidoto.
Hinc hebetes oculi ſibi priſtina lumina ſument.
Hac phthiſis incipiens victa recedit ope.
Sola poteſt in ſe collectos ſoluere neuos,
Pendula tunc aliquis tentave colla gerit.
Nec ſinit,ut membrana,leues quæ pectore ab imo
Sepſit pulmones,uicta tumore premat.
Hac etiam magno ueſica dolore leuari,
Horrifici ſtimulis ulceris icta ſolet.
Sola poteſt clauſos penis reſerare meatus,
Irrita quos urit, ſollicitatq; Venus. H
Cinxerunt lumbos renum quandoq; dolores,
Hauriat hæc aliquis pocula,ſanus erit.
Sola poteſt eadem multis accepta diebus,
Tollere de læſo pectore puris onus.
Neu te dira lues,neu lædat noxius aer,
Hanc cape, cum primo eſt Sole reuecta dies.
Hacq; canum rabiem fato impedente fugabis,
Cum trepidat moriens,& ſitit æger aquas.
Inſomnes demum quibus eſt mos ducere noctes.
Conciliat ſomnum, peruigilesq; leuat.
Pondus erit quantum creuit faba, quam pater atro
Atq; reſtagnanti flumine,Nilus alit.
Ipſe tribus cyathis præſcriptum dilue pondus
Antidoti,cyathis igne calentis aquæ,
Sic commiſta,tibi uel claro mane bibatur
Vel cum nox primam protulit orta facem.

A Morbi certa dabit crudi ſolatia, mane
Sumpta, quibus triſtis lux ſolet eſſe magis.
Veſpere, cui magnos nox aduehit atra labores,
Languenti cuſtos, atque leuamen erit.
At qui calcati morſu ſerpentis anhelat,
Ignarusve doli toxica nigra bibit,
Et cùm mane nouum, & cum ſe Sol abdidit vndis,
Sumat, ab æquali pondere tutus erit.
Hactenus & pondus, uireſque, & tempora Cæſar.
Quod ſupereſt, dicam quo facienda modo.

Secunda pars Poematis Andromachi continet compoſitionem paſtillorum ex viperis, & ſcillæ: pondus eorum, quæ ingrediuntur theriacam, modum commiſtionis, & poſtremo Aeſculapij inuocationem. CAP. 7.

VIpera principio, cura obſeruata procaci,
Protinus eſt celeri corripienda manu.
B Namq; ubi triſtem hyemem pepulit clementior aura,
Arcta ſolet cæcæ linquere luſtra domus.
Et paſſim violis carpit uernantia prata,
Dum viridis quærit ſemina fœniculi.
Nam facit hæc cernant ſerpentes acrius herba,
Quos alit in cladem tarde bubulce tuam.
Deprenſis igitur ſummum caput, imaque cauda,
Demenda, hinc quicquid uenter inanis habet.
Infert nam ſœuos hinc, atque hinc uipera luctus.
Et ſquammis caudæ dira uenena tegit.
Ceruiciſque ideo tantum, caudæq; ſecabis,
In pugnum quantum eſt alta reducta manus.
Sanguine ſed miſtum caueas ſtillante venenum,
Verè hilarem nam ſic experire diem.
Hæc ubi rite tibi fuerint perfecta, ſubinde
C Vipereas carnes fictilis olla coquat.
Ante tamen miſces frondem graue olentis anethi,
Et quantum ſatis eſt prouidus indes aquæ.
At cum panda fluunt reſoluti corporis oſſa,
Cumque tument flauæ noxia terga feræ,
Exime uipereas confuſa cadauera carnes.
Exemptas, longa uentilet aura mora.
Hinc ſpinas tacita prudens ſubducito mente,
Quas bene ſi tractes ſentiet apta manus.
Adde laboratum panem, ne uipera formam
Tuſa neget rotulis, ne pereatve liquor.
Inque cauo dudum poſtquam hæc uerſaueris orbe.
Finge rotas, aptum det quibus umbra locum.
Inde capillato ſcillam cum cortice ſumptam,
Pulte linas, medio conſtituasq; foco.
D Ac cineris rutili cumulos ſuperingere, donec
Reddatur ſcillæ mollius igne caput.
Signa dabit, feruens poſitos cum diſcutit ignes:
Excute, & ut leues dempſeris exuuias,
Tres ſcillę partes, erui compone duabus,
Piſtilloq; crepet concaua pila diu.
Ac minimos tandem contuſa premantur in orbes,
Quos procul a radijs mitior umbra tegat.
His igitur lancem primum cumulabis, & octo
Bisq; decem drachmas accipe, biſque decem.
Dimidium ſuperadde rotæ, quam uipera fecit,
Et piperis longi ſit quoque pondus idem.
Sitque opij tantum, tantum medicaminis eius,
Quod grati nomen magma coloris habet.
Inde quater ternas mutato pondere drachmas
Iridis, & ſiccæ protinus adde roſæ.

Addaturq̃; tui radix dulciſſima ſucci,
Et dulcis tantum ſeminis inde napi.
Scordion iungas, & odoribus inclyta ſemper
Balſama, qui ſyrio mittitur orbe liquor.
Tum quæ ſuſpendas æquata cinnama lance
Conijce, & agarici par quoque pondus eat.
Hinc ſupereſt myrrham, coſtumque, ſpecuq̃; reuulſum
Corycio, fragrans impoſuiſſe crocum.
Et caſiæ calamos, & quam tulit India nardum,
Teq̃; Arabi ſchœnum gloria prima ſoli.
Inde nigrum coniunge piper, thuriſq̃; nitorem,
Diuite quod fœlix rure Sabæus alit.
Nec tu dictamnum, nec tu quoque pontica rheon
Defueris, ſtœchas, marrubiumque uirens,
Atque apium petris quod naſceris, & calaminthe,
Afraque cum lachrymis ò terebinthe tuis.
Et folijs gramen quinis, & zingiber ardens.
Singula ſed drachmas ſex tibi quæque trahant.
His etiam polium drachmis ſe quatuor addet,
Addet ſe polio proxima pinus humi.
Cumque racemifero Celtarum nardus amomo,
Et ſtyracis lentor, feruidaque herba meon.
Atque humilis quercus ſemen, pontoque petita
Phu, quibus accedet Lemnia terra comes.
Nec non malabathri folium, miſcebis, & aſſam
Chalcitim, fibras gentiadasque ſimul.
Inde tenax gummi, preſſaque hypociſtide ſuccus
Adſit, & hinc fructus balſame parua tui.
His etiam aniſum, ſeſelimque his iungere mollem,
His cardamomum, fœniculumque uelis.
Atque atram lachrymam, Nili quam ſpina remittit,
Quæque ſuo thlaſpis ſemine nomen habet.
Hypericon rurſum, pallens miſcebis & ammin,
Nec drachmis totidem plus ſagapenus eat.
Pondere dimidio tum quos ſibi caſtor ad Iſtrum
Ore ſecat teſtes, impoſuiſſe decet.
Quin nec Ariſtoloci radix, ſiccumq; bitumen,
Candida nec deſint ſemina dauce tua.
Deniq; cum panacis ſuccum, centaurion atque
Addideris finem chalbanus ipſa dabit.
Antiquo primum ſolues tamen omnia uino,
Humida quæ fuerint, ut liquor, & lachrimæ.
Tum, quæ ſicca uides poſtquam contuſa minutim,
Cecropio pariter iungere melle uelis.
Hæc qui nos primus docuiſti maxime pæan
Adſis, ſeu Triccæ te iuga ſumma iuuant,
Seu Burrina magis, Rhodos, aut Epidauria tellus,
Adſis, & regi fer tua dona meo.
Stirpe tua natam Panaceam, namque ſalutem
Ille datam puro ſemper honore colet.

Cur Andromachus Viperam potius, quàm ſerpentem alium Theriacæ admiſcuerit, deq; Cleopatræ morte diligens hiſtoria. CAP. 8.

IN his itaq; carminibus Andromacho non inſcite cõpoſitis, illud mihi cõſideratione dignũ eſſe uiſum eſt, cur è tam multis ſerpentibus non alicuius alterius, ſed uiperæ ſolius, carnes idoneas iudicarit, quæ reliquis in Antidoto poſitis miſceantur: nam, ut uides, nihil ipſe de hac reſcripſit. Mihi uero præ cæteris uiperæ non tam noxiam in ſe uim habere uidentur. Baſiliſcus. n. ſerpens parumper flauus, & tres in capite eminentias habens, tũmodo conſpectus, & ſi quando ſi bilat auditus, uidentes ſe, & audientes necat: atq; ſi quod aliud, animal illud etiam mortuũ attingit, ſtatim moritur: hinc aiunt omne aliud reptiliũ genus cauere ne baſiliſco uicinũ habitet. Dryinus & eiuſdẽ generis, ſed diuerſi ſexus Dryina, in radicibus quercuum uitam agit, & adeo peſtifera qualitate præditus eſt, ut ſupra ſe tranſeuntium pedes quidẽ excoriet, crura uero tota

ualde

A valde tumefaciat: ac quod admirabile magis adhuc eſt, ſi quis ægrũ curare velit, medicaminis manus pelle mulctentur. At ſi quis forte Dryinũ occidere contendat, tradunt eũ, q̃ id facere aggreſſus fuerit putare oĩa bene olentia male olere, nec quicquã aliud olfacere inſuper poſſe. Hæmorrhus, & alterius ſexus hæmorrhois, ſimilem ſuorum nominum ſignificationi læſionẽ inducunt. Nã qui demorſi ab his fuerint, ſanguine per os, nares, & vniuerſum corpus erumpẽte, moriuntur. Sicut à dipſade percuſſi ſitis incendio miſere pereunt: nam ſupra modũ ſitientes, & vehementer æſtuantes, atq; nõ nunquã fatiſcentes intereunt. Acõtias vero ſe ipſam valde protẽdit, & ſicut iaculum hoĩem inuadens, eum interficit. Aſpis quædam reperitur nomine Ptyas, q̃ perinde, ac ſi tũc ratione prædita foret, æſtimata interualli diſtantia, collum eouſq; extẽdit, vñ poſſit iter facientibus cõmode venenum inſpuere. Horum itaq; ſerpentium vno (ſiquidẽ tria ſunt aſpidum genera, Ptyas, Cherſea, & Chelidonia) Reginam ferũt Cleopatrã cum vellet cuſtodes fallere, citra ſuſpitionẽ repente ſibi mortẽ cõſciuiſſe. Nã Auguſtus, qui Antoniũ vicerat, & Cleopatrã viuam capere, & viuere volebat, magna, vt par fuit, diligẽtia ipſam ſeruabat, quo tã inſignem fęminã Romã in triumphũ duceret. Id Cleopatra cũ perſenſiſſet, & elegiſſet ẽt tum Regina potius è vita decedere, q̃ priuata de ſe Romanis ſpectaculũ p̃bere, hoc ſerpẽtis gñe ſibi
B morte inferre decreuit. Conuocatis itaq; duabus fidiſſimis ancillis, Naera & Carmione, quarũ miniſterio ad cultum corporis utebat: nã altera capillos decẽter cõplicabat, altera ſcite vnguiũ putamina reſcindebat: iubet contectam ficubus, & vuis ptyadẽ inferri, vt, ſicuti diximus, cuſtodes lateret. Inde periculo in ancillis prius facto, num celeriter ſerpens illa necaret, ut vidit eas celeriter interijſſe, deinceps illã ſibi admouit. Quo facto, tradũt Auguſtũ vehementer admiratũ cũ ancillarũ beneuolentiam, q̃ dominam etiã in morte ſequi voluerunt, tum Reginæ magnanimitatem, q̃ generoſam mortẽ ſeruili uitæ prætulerit. Siquidẽ ferunt, Cleopatram inuentã fuiſſe dextra manu regium geſtamẽ in capite detinere, vt mortua quoq; ſpectantibus Regina appareret: Id qđ de Polyxena tragicus poeta ſcribit. Nã ẽt ſi a Pyrrho iugularetur, tñ mẽtem adhibuit, vt cũ decore caderet. Qui vero nobis, & mulieris ad fallendũ ſagacitatẽ, & aſpidis ad occidẽdũ celeritatẽ uerbis extollere uolunt, Cleopatram inquiunt magnum primo, ac ꝓfundum vulnus brachio ſuo dentibus intuliſſe, deinde uenenum, quod prius ex aſpide parauerat in pixide quadam ad ſe allatum vulneri infudiſſe, atq; ita veneno corpus ſubeunte, nõ multo poſt inſcijs cuſtodibus vitã leuiter finiuiſſe. Verum hæc non ſine animi uoluptate narrauimus, vt tuo diſcipli narum oĩum deſiderio ſatisfaceremus, & per iſta intelligeremus, q̃ celeriter hi ſerpentes mortẽ
C afferant. Nam re uera ſerpentes iſti uelociter interficiunt, ſicut egõ ſæpe in magna Alexandria ſpectaui. Cum.n. aliquem hoc ſupplicij genere condemnatum ſine longo cruciatu, dilationeq; necare volent, aſpides illorum pectoribus admouent, ambulareq; parumper faciunt, atq; ſic ipſos breui perimũt. Vides ne igitur quomodo nos merito nullum id genus ſerpentum antidoto commiſcemus, ob tam magnam, quam in corporibus ſuis uim mortiferam continent?

Cur vipera Theriacæ integra non imponatur, multaq; ex animalibus remedia haberi. CAP. 9.

ATqui ne viperas quidem totas in theriacã mittimus, ſed capite amputato, & cauda, id qđ ſupereſt accipimus. Et hoc neq; forte fortuna, neq; ſine rõne facimus: uerum quia uiperarum capita humorem peſſimum, hoc eſt ipſum uenenũ, continent: propterea igitur capita recidimus, vt minus uiperinæ qualitatis antidotus habeat. Nam uiperarum capita facultatem obtinent ueneni conficiẽdi: ſicuti conuoluta uaſa, ſeminis: & muliebria ubera, lactis. Ex reliquis autem omnibus uipera caput habet ad lædendum aptius. Ferunt.n. ipſam ore adaperto maris ſemen excipere: quod cum fecerit, in ſertum illius caput præcidere: huncq; uiperis eſſe congreſſus morem: ex eo ſemine poſtea natos fœtus, natura tacite ultionem procurante, genitricis uẽ-
D trem rodendo diuidere, atq; ita foras exilientes, in patris uindictam matrem occidere. Hæc nobis Nicander ſuis in carminibus eleganter deſcribit. Sunt autem hæc:

O triuium moneo fugias & aperta uiator,
Diſtinctis maculis quoties mas uipera nigris
Congreſſum uitat, dentesq; ſubire maritæ.
Diffugit, exardens tunc illa cupidinis ira
Inſequitur, ſaltuq́ue uiri conatibus obſtat.
Donec ab occurſu, & ueneris dulcedine captus,
Vxori demens caput inſerit: illa mariti
Ora fouet, lambitq́ue diu, compreſſaq́ue tandem
Colla ſecat. Tali prægnans de ſemine geſtat
Progeniem, matris fraudes, cædemq́ue parentis
Vlturam, fracto cum mox prorumpit ab aluo.

Caudas uero, & extrema corporis amputamus, tanq̃ caudæ partes, puto quia magis ſordidũ humorẽ ad ſe trahunt: nã frequenter cũ moueanẽ plurimũ attrahũt, ueluti & piſciũ caudas ob aſſiduũ motũ magis nutriri dicunt. Ne uero ulla te capiat admiratio, ſi hiſce partibus adẽptis, reliqua

qua viperarum membra potentiorē antidotū efficiant, ex ingenita admiſtaq; carnibus ipſarū E
iuuandi facultate, qñ & aliorū animaliū multas partes ſtrenuū nō paucis morbis auxiliū præſta
re ſciamus, vt capita muriū, q̄ cōbuſta, & ex melle inuncta alopecias ſanant. Item milui caput la
borātibus podagra ſuccurrit, ſi quis ipſum ſine pēnis exiccet, & ex eius puluere quantum tribus
digitis cōtinere pōt, cū aqua bibere velit. Sunt etiam quædā membrorū partes, q̄ ſæpenumero
ſolæ certos affectus ſanare queunt, vt ſiccatū cameli cerebrū; quod ex aceto bibitū epilepticos
liberat. Idē & muſtelæ cerebrū pōt, ut hirūdinis ſuffuſiones tollere cū melle ſumptū, & ouiū iti-
dem melli cōmiſtum pueris in amiſſione dentiū prurientibus ſumme cōferre. Siquis autē Tauri
ni Cornu ramenta cū aqua deglutiat, ſanguinis eruptionē detinebit. Cremata uero femorū oſ-
ſa ſanguinē ſupprimunt, & ſæpe hoc idē remediū ſolutā aluum quoq; continuit. Ceruini cornu
ſcobes exuſtæ; uinoq; admiſtæ poſtea ſuperimpoſitæ, cōmotos dentes firmant: Id quod & bouis
talū facere dicunt: ſed hic cū melle ſumptus rotūdos lumbricos educit, & cum aceto mulſo ſple
nē liquefacit, ac vitiligines albas delet, & venerē nō nihil excitat. Caſtoris inſuper teſticuli po-
ti cōuulſiones ſanant. Amplius multa reperiuntur aīalia, quorum, fel, pinguedo, medulla, pellis,
lac, ſanguis, & exuuiæ vt ſerpentum, hoibus auxilio eſſe poſſunt: & quod plus eſt: quorundam ſi
mū ēt cōtuliſſe nouimus. Nā bubulus ſiccatus, & combuſtus menſura trium cochlearium hydro- F
picis auxiliū præſtat. Murium aūt aceto cōmiſtū alopecijs medet, ebibitū vero calculos veſicæ
cōminuit. Iā vero anſerū adeps oleo roſaceo coniunctū, inflāmationes curat. Hyęnæ fel ex mel
le inunctū viſum acuit, & ſuffuſiones diſcutit. Equi fluuiatilis coriū vſtū, & ex aqua impoſitum,
adenum abſceſſus diſpergit. Viperæ pellis attrita, & alopecijs impoſita, capillos mira quadā ce
leritate reſtituit. Aſpidis ſenectā ſi quis terat, & ex melle inūgat, maxime uidebit. Demū magn⁹
eſt harū rerum numerus, q̄ nunc recenſere intempeſtiuum arbitror, ne ſermo lōgius, q̄ par ſit, p
uehat, cū ea, quæ hactenus attulimus, ad cōprobandū quod propoſueramus ſufficiāt. Illud cer-
tè cognitione tua dignū exiſtimo, tota multorum aīalium corpora nobis, pdeſſe, velut. Cācer" A.l.2.t.1.a
in fluminibus viuens, qui cōtuſus, & impoſitus iacula, & infixos ſtipites extrahit. Cantharis quo- 147.l.17.c
que ſimiliter attrita, ac cum radice vitis albæ bibita, lumbricos eijcit. Scorpius ſi aſſatus cum pa
ne comedat, calculos in ueſica rumpit: Idem faciunt, & lūbrici terræ cū uino hauſti. Quod ſi quis
eos attritos ex uino mulſo capiat affectus regio morbo, q̄ primū purgatus liberabit. Sæpenume
ro & cū ceroto roſaceo podagricis impoſiti eorum inflāmationes leuarūt. Accipiter in vnguen
to ſuſino decoctus, obtuſam oculorū aciē reuocat. Scarabæus auriū doloribus ſuccurrit, ſi oleū
in quo ferbuerit, auribus inſtilletur. Galerita poſtq̄ toſta fuerit, comeſta, coli dolores aufert cū G
oīum admiratione. Atq; vt plus ētuirtutē in corporibus aīalium poſitā mireris, illud inſuper ti-
bi commemorabo. Multa ſunt, quæ ſolū inſpecta uim ſuā oſtendunt, ut ſtellio, quē ſi ſcorpiones
intueantur, immobiles, & demum mortui redduntur. Amphiſibæna ſerpens eſt: ſimilis nauigio
proras duas habenti, ipſi. n. natura propter abundantiā materię duo capita eſt elargita: hāc am
phiſibænā ſi prægnans mulier tranſcendat, fœtū corrūpit, & abortū facit. Quā ob rem minime
mirū eſſe debet, viperas quoq; partib⁹ illis amputatis vim quādā auxiliatricē obtinere. Opinor
.n. diligenter oſtendimus, interdū totum aīal, interdū animalis partem etiam minimā, iuuare.

Quomodo quæ noxia ſunt, interdum prodeſſe queant: vnamq; in compoſitis medicinis qualitatem ex omnibus reſultare. CAP. 10.

ILlud vero ſcrutādū potius eſſe duxi, quod pleriſq; admirabile vī, quo pacto eadē aīalia, quę
nobis inimica ſunt, & hoīem cito perimunt, ſi ipſorū morſibus īponant, auxilio eſſe poſſint,
& ſola hoīem ab ea noxa ſeruare. Huic q̄ſtioni vetus q̄dā oratio reſpondet †virulētas beſtias, ſi
quidē attigerint humanū ſanguinē, qui dū mordent egredit, necare: Sin non attigerint, ſed ſolū
deuorentur, cōmorſos ſanare poſſe: id q̄d de Helenio à Græcis, Nico ab incolis appellato, me
moriæ proditum tradunt. Dacas. n. & Dalmatas inquiunt telorū cuſpides helenio confricare, H
idq; hoc pacto vulneratorū †ſanguini cōgrediens occidere poſſe: at ab eis māducatū innoxium
eſſe, nullumq; ex eo cibo nocumētū prouenire, quin, & ceruos ab eis ſagittis cōfoſſos nullam co
medentibus læſionē inferre. Verū hæc reſpōſio ſatis mihi non eſſe videt ad inuētionē illius, q̄d
quærimus, cū experientia ſola nitat, & tm̄ id, quod euenit, exponat. Nā medicos, qui ſolū expe-
rientiā ſequunt non admittimus, qm̄ & ipſi, ſicut vulgares faciūt, quæ uident inſpiciētes, rerum
euentū quidem miranī, ſed euentus cām ignorāt. Quorū alij, quia ne rerū quidē originē diſcere
quærunt, ſed ipſam rōne inuenire negligunt, tm̄q; facta annotant, & ſibi ſatis eſſe ad medicādū
multoties uiſa dicūt, eodē vt vides mō, quo vulgares admiranī. Alij p̄dictis diligētiores, fatenī
quidē oportere medicos hiſce de rebus reconditā magis, q̄ vulgares habere cognitionē, ſed cū
ipſam inuenire nequeant, inquirere ſuperuacaneum exiſtimāt. Nos aūt qui maiorē illis curā ar
ti medicæ impendimus, & euēta ſolum vulgariū more inſpicere nolumus, experientiā nō reijci
mus, ſed experientiæ rōnē quoties licet, coniungimus, atq; ita neceſſario rationalē perfectāq;
medicā artē habemus: nec ut ſolū inueniam⁹, quo pacto aliquid fiat inuētioni operā damus, ſed
vt aliquid ad medēdū utile ex inuēto diſcam⁹. Atq; ideo rōne hic quoq; certabim⁹ aliquid iue-
ſtigare, q̄d euentus cā eſſe poſſit: eſt. n. admirabile q̄ prōpte celeriterq; hoc etiā, tā quam reſpon

†*Quædam animalia, ſi mordēdo humanum ſanguinem attigerint, qui ex morſu excernitur, necare.*
†*Sanguinem ubi attigerit.*

dens

dēs & cōſonū quippiā, inquirēdi ſtudio reperiat. Atq; quo magis fide dignus ſermo noſter habeatur, a quibuſdā alijs, q̄ quotidie fieri uidemus, oñſionē moliemur, ſiue foris tm̄ imponātur, ſiue p os ēt ēt intus accipiātur. Demorſis a crocodilo crocodilinū adipē sūme cōtuliſſe nouim⁹ obtritis mēbris impoſitū. Muris aranei morſus, qui ēt ipſi interficiunt, ab eodē mure araneo cōtuſo & impoſito, ſine dolore ſanat. Eodē mō & a vipera p̄cuſſi liberant, ſiquis illā atterat, & vulneri coniungat. Atq; hæc, nr̄a quidem ſnīa, ſicut dicebā, non abſq; rōne contingunt. Nam cum tantam vim non hēant ut illico necare poſſint, paulatimq; in profundum corporis virus ſerpat (id qđ & in cataplaſmatis euenire conſpicimus; cū moderatū uigorē in ſe hēant) ſanare impoſita, non occidere queunt. Id vero qđ in theriaca contingit, apertā magis rōnem continet. Aſſe ro.n. beſtiolas iſtas lethiferas p̄p̄ea commorſis a ſe hoībus auxilium præſtare, quia maiorē partem venenoſæ facultatis cum capitibus ipſarum amputamus, minorē aūt reliquo corpori confuſam conuenienti p̄paratione obtundimus. Nam & earū truncū cadauer elixamus, & non pauam ſalis, & anethi quantitatē aquæ cōmiſcemus, non ſolum, vt hmōi miſtura ſuauiorē reddamus, ſed vt uiperarū carnes eliquemus, atq; ita vel parum, vel nihil potius venenoſum in ipſis relinquamus. Magnum vero momentū ad iuuandū viperis confert admiſtio. Nā tot talibusq; rebus adiunctæ, quo nā pacto efficere amplius ualēt, ſoluta iā ipſarū noxia facultate? Ac ut oratio mea vera adhuc magis eſſe dignoſcat, conſimiliū rerū exēpla ſubijciā. Cantharis ſi ſola exhibeatur, veſicā exulcerat: & cum inimicā nobis facultatem obtineat, hoīem plerunq; necat: at ſi quibuſdā alijs miſceatur, auxiliū eidē veſicæ præbet, & vrinam maximopere prouocat. Papaueris ſuccū per ſe bibitū, qui lethalē neſciat, eſt nemo: hic quibuſdā alijs admiſtus, ſic interdum laborantibus ſubuenit, vt nulla magis ſalubris extet medicina. Neq; n. raro phreneticorū amētiā ſtrenue curauit: aut vires impotentia dormiēdi labefactatas, cum oīum admiratione ſomno reuocato ſolidauit. Phalāgia redacta in puluerē, & è uino pota, illos quos momorderint, ab inſtā ti morte liberant: ut ex hoc maxime nr̄is verbis fidē adhibere queas. Nam ſi uinū ſolum phalangijs adiunctum ab imminenti periculo ſecurū facit, proculdubio theriaca ex tot tantisq; rebus cōpoſita ſalutaris potius, q̄ lethalis euadit. Illud. n. in plurium medicinarū iunctura tenere nos oportet, admiſtæ cuiuſq; uim medicinæ ēandē immutatāq; non ſeruari, verum ex oībus vnam quandā reſultare. Nā cū quodq; ſimplex alteri uirtutē ſuā cōicent, una q̄dam alia temperatura virtusq; ex ipſis conſurgit: id qđ & in multo fieri videmus, potione è melle uinoque compoſita. Nam duo hæc poſtq̄ in unū exactè coiuerint, neq; mel, admiſtū cum ſit, mellis guſtū retinet: neC que uinū amplius uinū exiſtens, uinū eſſe apparet, ſed p̄ter vtrunq; aliud quiddā ex utriſq; temperatum, iīpm inq̄ mulſum. Idem mihi cogita fieri cum in oībus alijs compoſitis medicamentis, tum p̄cipue in ipſa theriaca, ut nō amplius una cuiuſq; ſimplicis medicinæ facultas, qualitasue permaneat, uerum ſingulis quibuſq; congredientibus, & naturalem quādam unionem ſubeuntibus, quædam alia diuerſaque ex omnium confuſione natura procreetur.

Digreſſio aduerſus Aſclepiadem, & Epicurum, qui negabant alterationem: & operā naturæ in atomos & moles referebant. CAP. II.

SI enim ex atomis, & uacuo, ſicut Epicurus & Democritus aſſerunt, oīa conſtitiſſent: uel ut Aſclepiades medicus inquit, molibus & meatibus, nā hō iſte eandē quā illi de rerum natura ſnīam cum retineat, noībus tm̄ mutatis atomos moles, uacuum meatus appellat: incōmmutabiles iure medicinę forent, eo, q̄ neq; a ſuis qualitatibus dimoueri, neq; ſpoliari poſſent. Cum aūt uera non ſit hæc ſnīa, ſicut oſtendemus: ſed (ut diximus) oīa mutentur, alterentur, & temperaturam a ſe inuicē accipiant: neceſſe eſt, ut temperamento per oīa commiſta diffuſo, id quod eſt ualidius uincat, q̄ imbecilliora ſunt. Et idcirco nos, cum uſus poſtulat, artificioſis miſtionibus medicaminum qualitates immutamus: quod fieri non poſſet, ſi parua quædam impaſſibilia incōD mutabiliaq; rerum corpuſcula forent. Quāobrē ego ſæpe miratus ſum, quo pacto uidentes tam celeres in uniuerſo mutationes fieri, totq; in tēperaturaris uariationes euenire, ſuſtineant talia rerū principia defendere, & in primis de quo paulo ante mentionē feci, medicus Aſclepiades, cū quo ſermonē poti⁹ inſtituo, qm̄ manifeſtas ēt corporis mutationes uariationesq; nō admittit. Quid. n. ad hæc rn̄dere poterunt, qn̄ ſi ſolum digitū in aquā frigidā ponimus, illico totius corporis immutatio fit: & qn̄ ſi uentus uariat, corpora noſtra mutant? Noui ego ex ſodalibus meis quendā, qui ēt dum in lecto cubaret, ex alteratione circa caput facta, quis ventus ſpiraret agno ſcebat: Nā quoties grauari ſibi caput ſentiebat, ſtatim dignoſcebat flantem uentū auſtrum eſſe. Mulier p̄gnās ſi tonitruū audiſſet, uel formidoloſum quidpiā uidiſſet, fœtum eijciebat. Interdū ēt cū uelociter ſuccurrere uolumus, & celerē auxilij ſenſum ægris inferre, ſubitā corporum mutationē fieri uidemus. Vnde in quibuſdā ualde deficientibus uir admirabilis Hippocrates ‖ aliq̄ animi irritationē admoueri conſulit, ut conatus fortitudine, defectus imbecillitatē ſanemus: ſæpenumero quoq; uel modicus cibus exhibitus, confeſtim ipſos recreauit, & eorū uirtutē roborauit: arbitror corpore uelociter in melius commutato, non aūt quia moles nihil patiātur, atq; ideo taliū alterationē ſenſum nobis exhibere queant. Quis. n. tā repente moles componere ualeat? aut quis ex inalterabilibus cōpoſitus molibus occurrentia tā celeriter ſentire? Nā tranſpo

2. Epid. ſec. 4 circa finem. Et 6. Epid. ſec. 5. t. 9. 3. 190. e

ſitarum

fitarũ moliũ noua cõpoſitio figurã tñ variare, ſed alterare, & qualitatẽ aliã ex alia prõducere, E non põt. Propterea mihi vr Aſclepiades non ſolũ id, qđ in medicinis euenit, negare, quo ſuum dogma ſequatur, verum ẽt naturam, q̃ in nobis cuncta diſpenſat, nihil eſſe putare, cum uelit ſingula, q̃ fiunt, è moliũ cõplicatione iunctura q̃; naſci. Quocirca magna me ſubit admiratio, cum ipm uideo non videntem opera naturæ tã admiranda, & in primis artẽ quã adhibet in prima hoĩs origine, vt fœtũ in vteri concauitate formet: ut formatum ingenioſe nutriat: quãtis, & quã mollibus vincul is eundem intus detineat, donec opportunum exeundi tps adueniat: q̃ diuino artificio, quamq̃; euidenti ſimilitudine, parentũ imaginem in genitis effingat. Qua in re, uel maximo, cũ dedecore Aſclepiadis de molibus poſitio redarguitur, cũ infantes non parentibus modo, ſed ꝓgenitoribus ẽt, ſimiles naſcantur. Mihi uero q̃dam vetus hiſtoria expoſuit, hoĩem opulentũ quidẽ, ſed deformem extitiſſe, qui cũ affectaret pulchrũ ſibi filium procreare, formoſum in ampla tabula puerum depinxit. Inde uxori congrediens ꝑcepit, ut è regione poſitã imaginẽ diligenter cõſideraret: illa uero attente reſpiciens, & ut ſic dicã, totũ aĩum illuc coniiciens (erat .n. valde pulchra ea figura) puerũ peperit non patri, ſed picturæ ſimilẽ, oculis puto, non molib⁹, picturæ exemplum naturæ tradentibus. Ac qm̃ ob moles vir iſte talibus naturæ myſterijs non initiatus eſſe ſuſtinet, & ob uidendi incertitudinẽ debilitatẽq̃e, nõ ſinit diſcipulos ſuos tã mira F bilibus operib⁹ naturæ fidẽ ꝑſtare, ab opertis & abditis ad aperta, & manifeſta ipm traducere volo. Quis. n. aranei ſtructas ad capturã inſidias cernens, & telam ab eo fallentibus adeo, tenuibusq̃; filis confectã, ut aliqui dixerint hoĩes ab araneis artẽ texendi primũ accepiſſe, de natura dubitet? Quem vero non ſuadeat confiteri naturã eſſe rẽ admirabilẽ, cum videat illud, qđ vrſa facit? Parit quidem urſa, ſicut cętera aĩalia faciunt, ſed carnem parit informem indiſtinctãque, & nullam prorſus figuram habentem, quam tñ naturali quodam artificio breui diſtinguit: nã mater linguam tanq̃ manum, tam diu admouet, quoad in fœtu animalis figuram abſoluat. Sed finem faciam dicendi aduerſus iſtos homines: In diſceptationibus enim conſueui, ut contumacem equum freno, ſic altercantem orationem moderatione acriter coercere.

Quòd diligenter exploranda ſint ſingula quæque Theriacam ingredientia: & quòd Andromachi deſcriptio cæteris anteferenda ſit. CAP. 12.

MOnſtrauimus, opinor, hactenus adeo manifeſte, vt amplius tibi mirandũ eſſe non poſſit, qũo ſerpentes ijdem alio, & alio mõ præparati, diuerſiſq̃; medicinis admixti, prodeſſe, & obeſſe valeant. Incipiemus deinceps ab his antidotũ conficere, qñ & quã parandæ theriacæ adhibemus artẽ, exigua non ſit. Nã & fraus, qua ſæpe venatores in uiperis vtuntur, & imperitia G medicinarũ, qua plerunq; cõpoſitores laborant, antidotũ multoties inutilẽ reddiderunt. Multi ſiquidem artẽ capiendi viperas oſtentare uolunt, ij ꝑſertim, qui ſe remedia q̃dã ad hæc faciẽtia hr̃e iactitant: quod tñ mentiunt̃, nam qui hr̃et nunq̃ inueni. Sed vbi viperas malitioſe concinnarint, ſpectantibus imponunt. Non. n. viperas conuenienti tpe capiunt, verum multo poſt, q̃ è latebris exierint, qñ non amplius uigent: deinde cum eas ceperint, ipſas ante ſibi conſuetas efficiunt: demũ nõ uſitatis alimentis eas paſcunt, ſed carnibus, quas cũ aſſidue mordere cogantur, venenũ, quod ore continẽt, eijciant neceſſe eſt. Quidã vero & offas quaſdã illis exhibent, q̃bus dentium foramina obſtruant, ut ẽt hoc pacto uiperarum morſus imbecilles euadant: Id quod ſpectatores in admirationẽ magnã adducit, ignaros artiũ, quibus ad fraudẽ ornandam vtũtur. Rurſus quoq; (ſicuti dicebã) & medicinarũ, q̃ theriacæ imponunt̃ non parua eſt inſcitia. De ijs dico, quæ ꝑcioſiſſima immittuntur: ut puta & caſiæ, cinnamomiq̃ue, non modica eſt dr̃ia, q̃ plurimos fallere conſueuit. Nam & adulteratũ cinnamomum, licet verò ſit ſimile, guſtu tñ, & olfactu multo deterius eſſe deprehenditur: atq; a xylocinnamomo differt, q̃ ligneũ hoc plus ſit, durioresq; ramuſculos hẽat, nec tã bene redoleat. Nã uerũ cinnamomũ illud, quod in mõtibus naſcitur, nec ſubtile, nec longũ cum ſit, colorẽ hẽat ad modicã rubedinẽ magis tendentem: reliquũ ãt H aliquantulũ nigricat, & ueluti quaſdã fibras hẽt. Aliud reperitur cinnamomum plane albicans fragile, non durum, nec magnam radicem hẽs. Eſt, & aliud rufæ caſiæ ſimile, redolens, & leue. Oĩbus tñ præſtat id, qđ ab incolis Moſyllum appellatur: colorẽ hẽt cinereum, uirgas paruas, & ſubtiles, ramos denſos, odorẽ vehementer redolentem. Hoc nos ꝑcipue ſeligere conſueuim⁹, cum & odoratum ſua uiſſimũ, & guſtatũ acre, & mordax ualde appareat, manſumque rutã imitari uideatur: lene eſt ẽt, & frangi facile põt. Caſia quoq; & ipſa niſi quis in iudicãdo peritus exiſtat, fallere ſæpenumero conſueuit. Nam extat q̃dam falſa caſia, quæ quidem ſimilis veræ plurimum eſt, ſed tam bñ non olet, & medullæ corticem adhærentẽ hẽt. In ſumma vero, q̃ cenſetur optima modice rubet, roſam ſpirat, guſtata ſuauis euadit, concaua eſt, uinũ refert, & ualde redolet. Ziger ab incolis hæc noĩatur. Verum par eſt te non ignorare fraudes, quas in longo pipere ſtruunt. Quidam. n. ipm confingunt uero piperi longitudine æquale, & impoſito pyretri, vel napyos aliquãtulo, quia ſenſum hoc pacto, mordet, guſtantem fallunt. Verũ qui circa hæc peritus fuerit, & ſuaue acutũq; guſtu dijudicare nouerit, ꝑſertim ſi pediculũ ipſi adhærentẽ accuratius inſpiciat, verũ piper inuenit, & ab iſtis decipi nõ põt. Cum uero magna ſit adhibẽda in cęteris ẽt oĩbus diligentia, ſicut in antedictis narraui, quę hucuſq; diximus ſatis eſſe tibi ad commen-

A. l. 2. t. 1. c. 151. f. 117.

tationem

Atationem q̃uis exiſtiment,ne liber nimis in longũ protrahat. Conſulo tñ vt cũ ſingulas medicinas diligenter exploraueris, tũ deniq; componas antidotũ: nã vnius alicuius improbitas ſæpe reliqua oĩa corrũpit. Eſt ẽt ipſius antidoti deſcriptio,ne hoc quoq; neſcias, a medicis varie tradita. Andromachus.n. de quo paulo ante mentionẽ feci, diligens in cõmiſcendis medicinis cũ foret,hac deſcriptione theriacã cõponebat. Paſtillorũ ſcillinorũ 3.xlviij,paſtillorũ uiperinorũ 3.xxiiij,piperis longi 3.xxiiij,ſucci papaueris 3.xxiiij,magmatis hedychroi 3.xxiiij:roſarum ſiccarum,iridis illyricæ,radicis dulcis,ſeminis napi ſylueſtris,ſcordij,liquoris balſami, cinnamomi,agarici,ſingulorum 3.xij:myrrhæ,coſti,croci,caſiæ,nardi,florũ iũci rotundi odorati, thuris, piperis nigri,dictami,marrubii,rhei,ſtœcadis,petroſelini macedonici,calaminthæ,terebinthinæ,zingiberis,radicum quinq; folii,ſingulorum 3.vi, polii,chamæpityos,ſtyracis, racemorum amomi,mel,nardi gallicæ,ſigilli lemnii,phu pontici,chamædryos creticæ, foliorũ malabathri, chalcitis aſſæ,gentianæ,aniſi,ſucci hypociſtidis,fructus balſami,gummi,ſeminum fœniculi,cardamomi,ſeſeleos,acaciæ,thlaſpeos,hyperici,ſagapeni,ameos,ſingulorũ 3.iiij.caſtorii,ariſtolochiæ tenuis,ſeminũ dauci,bituminis iudaici,ſucci panacis,cẽtaurii tenuis, chalbani,ſingulorum 3.ii:mellis libræ decẽ,vini falerni quantũ ſufficere uideatur. Xenocrates aũt & ipſe, qui non exiguũ ſtudiũ hiſce rebus adhibuit,cætera quidẽ ſicut Andromachus admiſcet in cõpoſitione theriacæ,tñ quatuor ſagapeni drachmas,non duas imponit. Damocrates quoque,medicus optimꝰ & ipſe cũ eſſet,integrũ librum verſibus accurate conſcripſit de compoſitione antidotorum: in quo theriacã deſcribẽs,res quidẽ eaſdẽ imponit,ſed in pondere diſcrepat. Nam q̃dam,quorum illi quatuor drachmas accipiunt,hic duas ſumit:& rurſus quædam,ex quibus illi duas imponunt,ipſe quatuor immittit. Magnus ẽt,qui nr̃a tempeſtate † p̃ſes medicorum fuit, reliqua quidem oĩa,ſicut illi conſueuerant,ſeruat:in cinnamomo ſolum diſcordat: duplum.n.cinnamomi theriacæ cõmiſcet. Ita & de chalcitide,& de ſagapeno ab Andromacho diſſentit:nam,ut Xenocrates,duas drachmas iniicit,cum tñ Andromachus quatuor imponat. In ſagapeno autem & a Damocrate euariat: Damocrates.n. quatuor drachmas adhibet,Magnꝰ duas. Vino p̃terea Magnus mẽſurã aſcribit:uult.n,ſextarios duos ipſam implere, cũ alii ſicuti par eſt, quauis menſura, quantũ ſatis uideatur,utãtur. Demetrius ẽt ætate nr̃a medicus,& ipſe medicis † præſidẽs, oĩbus in rebus Andromachum ſecutus antidotum componebat, tantum in pondere paſtillorum ſcillinorum euariabat,& ab illo,& à cæteris. Nam illi xlviii drachmas cum immitterent,ipſe xlvi tantum admiſcebat. Tanta cum extet diſcordia inter theriacæ deſcriptiones,nos Andromachi traditionem,vt optimam probamus:atque ita theriacam in vſum Imperatorum componimus. Eius autem compoſitio hoc abſoluitur modo,nam verbis compoſitionis modum cõplecti,valde vtile tibi fore iudico,ut ſi quando theriacã facere volueris,& medicis careas, ingenioſus cũ ſis,per te ipſum conficere quàm optimam ualeas,magiſtrum hunc librum habens.

† ἀρχιατρὸς. i. Imperatoris medicus.

† ἀρχιατρὸ. i. Imperatoris medicus.

Quo pacto componendi ſint Paſtilli Hedychroi, Scillini, & Viperini. CAP. 13.

CAeterum ante cõmiſtionẽ oportet,vt Hedychroi Magmatis, qđ imponitur antidoto, deſcriptionem agnoſcas:cuius optima compoſitio eſt,quã magnus tradit:ea eſt huiuſmodi. Radicũ corticis aſphalathi, calami aromatici,florum iunci rotundi odorati,phu,coſti,aſari, ligni balſami, ſucci balſami, caſię,ſingulorum 3.vi,cinnamomi 3.xxiiii, amomi tantundem, amari 3.xx,nardi indicæ 3.xvi,folii 3.vi.myrrhæ 3.xxiii,maſtiches 3.vi, croci 3.xix:vino falerno ſimul hæc admiſcere conuenit,& in rotulas redigere,q̃ dũ facimus manus, & ferramẽta inũgemus liquore balſami:poſtremo digeſtũ in rotulas medicamentũ in umbra ſiccandũ eſt. Non aliter,& Scilliticos paſtillos conficiemus hoc mõ. Recentẽ ſcillã non admodũ magnã accipere oportet,& eam non luto ſicut quidã faciunt inuoluere(ſordidum,n.id mihi eſſe vr̃) ſed pulte teneriori,in qua,& aſſatur facile,& ab ea quiddã dũ aſſatur,accipit. Vbi ipſam probe coxeris, uel Din furno,qđ vocant:uel ſub cacabis,in quibus panes aſſantur,quo æqualiter aſſetur: ſume interiores partes ſcillæ, q̃ tenerrimæ fuerint: & eis accurate diſſolutis admiſce farinæ erui optimę, recentiſſimæq; tantundẽ,ſicut Damocrates cenſet. Nã & Magnus,qui dimidium iubet, parum mihi coniicere vr̃:& Andromachus,qui duas partes p̃cipit,nondum ſatis imponere, cũ æqualẽ erui portionẽ ſcilla requirat. Sic itaq; ſcilla,& farina cõmiſtis,modicas inde faciemꝰ rotulas, quas in vmbra ſiccatas vſui reſeruabimus. His ita peractis,oportet tot accipere viperas,quo totius antidoti mõ ſufficiãt,non quouis tpe captas,ſed potiſſimũ circa veris initia, q̃ nõ amplius in ſubterraneis cauernis degunt,ſed inde progreſſæ ſub diuo diuerſanť, nec ulterius tã noxium venenũ hñt;nã donec in ſubterraneis locis habitant,cũ nullatenus diffl entur, peſtilentem noxiamq; magis intra ſe qualitatẽ colligunt. Quo tpe ſerpentes ẽt,ſenectam quam uocant,ſibi obducere conſueuerunt,q̃ craſſiſſimus quidam lentor eſt ex diuturna latitandi mora contractus:q̃ res potius tpis longitudine,quàm ſeneſcentis ętatis uitio, prouenit. Quam ob rem non oportet ſtatim egreſſas viperas ſurripere,uerum eas aliquod tps dimittere,ut & libero fruantur aere,& cibis nutriantur conſuetis. comedunt autem hmõi beſtiolæ,& certas herbas, & quędam animalia,& alia non nulla ſibi conſueta,ſicut bupreſtem,cantharidem,& appellatam pinus erucam. Hęc.n.uiperis conuenientia ſunt alimenta. Sit aũt Vipera fulua parumper, & ad motum ualde

prona,

prona,q̃ collum præcipue attollat,& oculos aliquãtulum rubros habeat,atq; audacter & toruè E cõſpiciat.Sit præterea capite lato,ventre propẽſo,ac toto corpore ſinuoſa:meatus excremẽtis deſtinatus magis ad extremam caudam uergat,quam nõ conuolutã, ſed modice flexam potius eſſe conuenit:greſſu denique incedat quieto: nam hac in re ſolum a fœmina mas diſcrepat, & dentibus caninis,quorum plures fæminis,duos,maribus,Nicander his verſibus aſcribit,

Sunt gemini dentes maribus,ſua ſigna,canini
Fundentes virus:habet hos ſed fœmina plures.

Viperis igitur hoc tpe captis,pro quatuor digitorum menſura caput primum,caudamq́; detruncabis.Quod dum facis,vt diligenter inſpicias moneo, nunquid poſt abſciſionẽ detrũcatę uiperæ ſine ſanguine,ſine motu,ac prorſus ſine uita,ſtatim cõſiſtãt: nã tales ſi inueneris antidoto cõponẽdæ inutiles arbitrator.Quòd ſi amputatis extremis,videas in uiperis motum aliquẽ ſuper eſſe,& vitã per aliquod ſpatium ꝓgari poſſe,ipſas ut optimas conficiendæ theriacæ ducito: quippe cum ex eo nõ imbecillẽ,ſed ualidã,habere vim dignoſcantur.Inde poſtq̃ beſtias obtrũcaueris,pellẽ è toto corpore diligenter auferes,pinguedinemq́; ut inutilem eximes, & interna oĩa,vt q̃ excremẽtorum receptacula ſint. His peractis, conijce viperas in aliquod uas teſtaceũ q̃ pulcherrime confectum,vel lebetẽ bene abſterſum, atque accẽſis carbonibus impoſitum ut F ſine fumo coquantur.Coquantur aũt in aqua fontana,cui recẽtem ſalem inijcies,& anethi nõ A. ibidem g ſicci ramuſculos quot ſint ſatis.Deinde cũ bene fuerint carnes elixæ,quod erit qñ ſpinas à carne ſeparari videbis,tũc lebetem ab igne remoue,& accurate ſpinas à carnibus ſeiunge:quas in mortarium conjectas contundes,adhibito panis quàm puriſſimi & ſinceriſſima ſiligine cõpoſiti quantum ad compinſendum ſatis eſſe iudicabis,ſicut etiã Andromachus vult. Nam Magnus, & Damocrates,q̃ determinant panis portionem, admiſcent æqualem carnibus panem, & ſic vtraque commiſcent.Poſtremo iuris quantum ſufficiat infunde, & inde cõuenientes paſtillos confice:quod dum facis,manus pauco intinges opobalſamo. Hos paſtillos in vmbra ſiccatos ad totius antidoti ſtructuram ſeruabis.

Theriacæ compoſitio,repoſitio,ætas,probatio,Doſis. CAP. 14.

PAſtillis abſolutis,deinceps è reliquis, quæcunq; & cõtundenda & cribrãda ſunt ꝓ incerniculum mittes,anguſtis quantũ fieri poteſt foraminibus.Nam quod valde minutum eſt, mihi plurimũ conducere videtur,ut auxilium præſtet,idcirco,quia corpori plus adhæreat: quæcũque vero macerare & diſſoluere conuenit,ea tu vino mollies & læuigabis. Vinum autẽ illud ſit optimum,quale ſalernum dulce eſt,quod fauſtinianum appellant,non aũt acre, & actum nomi G natum ab oĩbus.Poſtea cũ liquidis ſicca admiſcueris,mellis quantũ ſatis eſſe videaẽ, infundes. Satis aũt videnẽ libræ decẽ mellis cõuenienter decocti, ſicuti authorum literæ præcipiunt, quo ſi quid ineſt flatuoſum aut cereũ,feruendo ſeponatur.Oportet aũt mel eſſe Hymetium,nã apes in eo colle Atticę,quia thymum paſcuntur,vel optimum cõficiunt.Separatim ẽt reſinã & chalbanum prius liquefacies,& inde reliquis in mortarium conjectis ſuperinfundes. Atq; ubi deinde coniunxeris oĩa,diligenterq́;commiſcueris,denuo manibus, & ferramentis inunctis liquore balſami,antidotum è mortario in uas aliquod uitreũ,aut argenteum trãsferes; quod tñ nõ replebis ad ſummum vſque,ſed ſpatiũ aliquod relinques,quo reſpirare queat.Immo frequenter operculum dimouere conuenit,ut antidotus magis diffl ari poſſit,& celerius vtilis euadat:nã tẽpore non modico eget,ſi tñ concoqui debeat,quãtũ vſus requirit. Concoquiť aũt vt plurimũ A. l de med. intra annos duodecim:Sed q valentiori potẽtioriq́; vti voluerũt,ipſam poſt quintũ & ſeptimũ exhibuerunt,præſertim aduerſus venenatorum ictus,canum rabientiũ morſus,& noxia herbarum venena:validis ſiquidẽ noxis ſuccurrere cum vellent,potentioribus theriacæ uiribus egerunt.Potens eſt aũt in his ad annos uſq; triginta:alijs aũt morbis,in quibus tanta non ineſt efficacia lædendi,ſexageſimo ẽt ſubuenit: nam ultra hoc ſpatium debilis admodum & imbecillis H euadit.Multi itaq; uires antidoti dignoſcere cũ uolunt,primũ alicui purgantẽ aliquã medicinã porrigunt,deinde theriaca paulo poſt exhibita,iudicium de ipſa ſumunt. Nã ſi ualida uigensq́; adhuc fuerit,nullatenus uentrẽ purgari ſinit, nempe deuicta ſoluẽtis medicinæ facultate ab antidoti potentia:ſin autẽ aluus ita deijcitur, ut ſi theriacam non ſumpſiſſet, planum eſt antidotũ adeo uiribus defeciſſe,& ut ita dixerim,conſenuiſſe,ut ne purgantis quidem medicinę uim ſupprimere queat.Non damus autem oĩbus eandẽ quãtitatem antidoti,ſicut nec liquoris,quo ipſam diſſoluimus.Nã in antedictis ad magnitudinem nucis auellanæ,theriacã ex tribus uini cyathis ꝓpinare ſolemus:In alijs aũt morbis & antidoto,& liquore differẽter utimur.Ad affectuũ .n.diuerſitatem reſpicientes,& theriacæ pondus metimur, & liquoris cõuenientiã iudicamus, quando non ſolum reptilium morſibus,& uenenorum noxis, auxilietur hæc antidotus, ſed in maximis etiam aliis ægritudinibus à nobis experta,ſalutaris medicina reperta ſit.

Quot & quantis morbis auxilietur theriaca. CAP. 15.

ITaq; ipſã Andromachus in ſuprapoſitis carminibus opinor idcirco tranq̃llã appellauit,qã corporibus tanq̃ aliqua morborũ tempeſtate uexatis,ut tranquillitatẽ,ſanitatẽ inducit. Diuturnos.n.capitis dolores & uertigines ſanat.Auriũ tarditatẽ,& oculorũ hebetudinem curat.In

terdum

Aterdum genitale membrum flacceſcẽs,atq; uietum attollit.Sępe furentiũ deliria generoſe ſeda uit adducto ſomno,ꝑ quẽ ẽt animi turbulentiã,perplexasq́; cogitationes ſedauit. Comitialibus inuaſionibus acriter reſiſtit:nã & nimiã capitis humiditatẽ abſorbet, & adueniẽti uẽto vias ob ſtruit.Subuenit quoq; cũ difficultate ſpirãtibus, qũ pituita quædã craſſa meatib⁹ pulmonis inſi dens,hoĩem inſpirare prohibet:facile.n.ipſam & deſiccat,& ad expulſionẽ præparat,cũ & cõ pacta attenuet,& tenacia diuidat.Illis ẽt qui ſanguinẽ expuũt,ualde prodeſt, ſi quis ſolidaginẽ herbã elixet,& in eius decocto theriacã ſoluat & bibat.Malos ẽt uentriculi affectus plerunq; cu rare conſueuit,quẽ & appetitus deiectionẽ patientem,nec quicq̃ aſſumere valentẽ,ad cibi ſoli tam appetẽtiam reduxit. Creſcit interdum cibi deſiderium ſupra modũ ex quodã acriori mor daciq́; humore uentriculo inſiſtẽti,hoc quoq; ualenter diſſipat:Itẽ eam famẽ, quã in inteſtinis lumbrici morantes excitant:eos.n.theriaca potẽter ſtrãgulat, atq; ita ventriculũ ab inſatiabili comeſtionis deſiderio liberat. Mirabiliter ẽt ex inteſtinis eijcit maximũ & latum illũ uermẽ, q̃ ſuſceptum oẽ nutrimentũ deuorat,atq; ideo reliquũ corpus extenuat.Hepatis inſuper, & lienis morbos frequẽter curat,illarũ partiũ obſtructionibus adapertis.Morbum quoq; regium ex ali quo iecinoris uitio collectũ,facile ſanat,bilẽ deponẽs,ac ueluti manu detergẽs,cũ efficiat ut he
B par ipſam à ſanguine prorſus diſtinguat.Lienẽ induratũ qñq; liquefacit,paulatim cõſumẽs ſor des & ſuperuacuã materiã,quæ in eo continẽt.Renũ calculos frangit,& oẽ quod in renibus eſt terreũ ac ſordidũ,facile expurgat.Vrinã è ueſica uix egredientẽ producit, atq; eius ulcera ſæpe curauit.Tardã uentris concoctionem & imbecillitatẽ ſanat, ipſum calefaciẽdo & uim eius cor roborando.Quin & inteſtinorum exulcerationes,difficultates,& lubricitates,iuuare conſueuit: ac inſup ijs prodeſt,q̃ uel in uoluuli dolores inciderint,uel diuturna coli uexatione laborarint, præcipue qñ inflãmatione caruerint inteſtina:nã acres in eis humores theriaca abſumit, & eo rum flatus in uaporem reſoluit.Succurrit etiam plerunq; choleræ fluxu laborantibus,partim hu mores denſando,partim ſiſtendo.Illud uero,qđ in cardiacis ſæpenumero cõſpicitur, maximũ eſt opus theriacæ:Nam cũ multis & cõtinuis ſudoribus corpus diffluat, atq; ita uires dilabanẽ, ut nec exhibitum uinũ ſæpenumero ſuccurrere morbo ualeat,antidotos ebibita,& ſudorẽ com primit,& concidentẽ ægri uirtutẽ ueluti ſuſcitat,atq; ex infirma ualentẽ reddit. Educit eadẽ in mulieribus menſtruũ ſanguinẽ,& ſuppreſſas uteri ſediſue ſanguinis excretiones frequẽter aperit:ac qđ admirabilius eſt,immoderatas eiuſdem ſanguinis eiectiones detinet.Recorderis.n.di xiſſe nos in prȩcedentibus,antidoti huius uirtutẽ multiplicem ac uariam eſſe:atque ideo q̃dam
C egredi facit cum ea attenuet atq; diffundat,quædã ob imbecillitatem uirtutis immodice ꝑdeũ tia ſupprimit,corporum uires inſtaurans.Pedum inſuper & aliorum oĩum articulorũ doloribus ab influxione excitatis tũc ꝑcipue cõfert,qñ tẽpus incremẽti diſceſſerit,& ſtatus uigor aduene rit. Oportet autẽ prius dolores mitigare, foris imponendo quiddã,qđ ipſos lenire queat,inde theriacã bibere,quo fluxionẽ cohibeat:nã & quæ iã illata fuerint abſumit,& quæ mox inferrẽ tur auertit.Maxime uero prodeſt,qñ quis ipſam ſanus adhuc frequẽter accipit,idcirco,q̃a ſup fluitates humorum conſumit,& totius corporis temperamentum immutat.Nã alia medicamen ta,quęcũq; podagrici bibunt in remedium dolorum,fluxionem quidẽ ad pedes ferri prohibẽt, ſed cum ſuperfluum humorem non conſumant,aliq̃ aliam maiorẽ ægritudinem excitãt.Vagat enim toto corpore fluxio illa,& pulmo,q̃ propter reſpirationis offiñ cõtinue mouet,rarus cũ ſit facile huc & illuc uagũ humorẽ ad ſe trahit,atq; ſic hoĩem ſuffocat,quẽadmodum ego in multis uera experiẽtia cognoui.Quocirca ne ꝑrſus tales medicinas ebibant ægri,dehortor:ſuadeoq́; ſummopere,ut theriaca uelint in talib⁹ morbis uti,qm̃ & ſuperfluũ humorẽ exiccat, & aliũ col ligi nõ ꝑmittit:unde plurimi in principio ex hac bibẽtes, ꝑrſus à podagra liberati ſunt. Nec,ar bitror,alia rõne hydropicis theriaca tantopere contulit,q̃ ꝙ humorẽ in ipſis cõſumit,& refrige
D ratũ in eis naturalẽ calorem accẽdit:maxime uero anaſarcas, & leucophlegmatias quos appel lãt,potẽter adiuũat:in uniuerſum.n.corpus ſe inſerit, & malã inde humiditatẽ exprimit. Quam obrẽ mali habitus bona eſt medicina,ut q̃ corporis habitũ in melius cõmutet, & q̃ ſuperuacua ſunt in uapores eijciat,ac naturã prõpte ſuas actiones exercere faciat, quo mõ ſæpe ẽt laborãti bus elephantiaſi,remediũ ꝓſtitit.Nã cũ multus humor corruptus toto corpore diſperſus ſuis ui ribus illius tẽperaturã ꝑdat,ſuperueniẽs antidotus morbũ profligat, partim humoris fluxionẽ ſiſtendo,partim ab eo ſanguinem corrumpi prohibendo.Neruorũ aũt uel cõtractiones,uel di ſtenſiones,non aliter multoties curauit,neruos calefaciens,& eorũ tenſiones remittens,q̃ mẽ brorũ reſolutiones ſæpenumero ſanauit:qm̃ naturali excitato calore,& ſpiritus in priſtinũ ſta tũ reduxit,& mẽbris ſolitas motiones reſtituit.Verum ut libuerit hæc quiſq; æſtimet:Illud certe ſumma eſt admiratione ꝑſequendũ,ꝙ theriacã nõ mõ corporis affectus ſanare uidemus,ſed ẽt animi paſſionib⁹,ipſum qñq; grauiter infeſtãtibus,opitulari cõſpicimus:Veluti cũ excitatas me lancholia graues curas multoties ſumpta exaĩo pellit,perinde ac ſi è ſplene,ac reliquis mẽbris atrã bilem exugeret:Id quod ẽt in ſerpẽtum uenenis euenit.Qua de cauſa quartanis ẽt febribus optime cõuenit: cũ.n.ea febris ab atra bili cõſurgat,facile,ſumpta theriaca,diſcedit, mõ q̃s ipſa ſeruatis medicæ artis ꝓceptis,utaẽ.Ego nãque multos quartana laborantes,hac uſus artis ſemi

ta

ta,facile a morbo vindicaui.Primum.n.cum cœnaſſent,ut euomerent, effeci: deinde ſecuta die E ſuccum abſynthii bibendum tradidi,quò bilem cõtemperarem,ac ueluti edulcorarem:poſtremo duabus horis ante inuaſionem antidotum exhibui: atque ita cum omniũ admiratione uoti compos euaſi,cum celeriter is, qui theriacam ſumpſerat, liber ab inuaſione maneret.

Methodicorum reprehenſio,qui morborum cauſas noſcere ſuperuacuum arbitrantur: Et inde reliqua Theriacæ remedia. CAP. 16.

AQuæ formidinẽ quoq; morborũ oĩum peſſimũ hæc antidotus plerunq; tollere cõſueuit: ſtrenueq́; aduerſus tot malorum cõcurſum dimicare,quibus non ſolum corpus exiccaẽ, & interdũ cõtrahiẽ,febreq́; intus aſpera comburitur,ſed ẽt aĩus delirat,& difficillimo ſympto mate moleſtaẽ.Aquam.n.expaueſcunt,& q̃uis ob nimiã ſiccitatẽ ipſam uehem enter affectent, tñ eã bibere reformidant,qa corrupto mentis iudicio,quid ipſis ꝓdeſſe poſſit, non intelligũt. Sicq́; remediũ uitando,& aquã metuendo,miſerabili morte pereunt.Qua in re methodicos ad miror magnopere,q̃ cauſarũ notitiã curandis morbis inutilẽ arbitrantẽ:neſcio.n. quo pacto tales ægrotos ſanare poſſint,cũ uniformis & ſimilis ſit morſus a cane rabido,& nõ rabido illatus. Quem.n.curationis modum ipſis oſtendit commorſus locus, nullam ex vulnere diſtinctionem hñs,ſi internã mordenti s cauſam ſcrutari nolunt? Nẽpe methodicorũ oculis aſpici non ualet, F ab rationali aũt medico nõ niſi ſola cogitatione diligẽtiq́; diſcurſu inueniri. Quocirca,ſiq̃s miſer,in methodici,tanq̃ in alterius beluę manus incidat, ꝓculdubio morieẽ, ex cõſecutione dogmatis ab eo interfectus,qm̃ ut è ſecta nõ recedant,inueſtigare cauſas nolunt. At bñ fortunatꝰ ille,qui ad rationalẽ medicũ acceſſerit,neq; .n.tã malis ſymptomatis facile capiẽ,neq; ob artẽ rõnalis medici mortẽ incurret.Statim.n.rationalis medicus,ſuſceptum ægrũ diligenter interroga bit,qualis nã foret is canis,à quo cõmorſus eſt.Ac ſi audiet q̃ macilẽtus,& gracili corpore fuit, & oculos rubricatos,caudã demiſſam,ſpumã ex ore fluentẽ habuit: diſcetq́; ut linguam exertã geſtaret,q̃ tanq̃ bile infecta crocea uideretur. ut obuios quoſq; ĩcurreret, ut interdũ ſine cauſa procurreret & deinceps ſubito cõſiſteret,utq́; furioſa quadã indignatione improuiſos aggrederetur:ſi in q̃ talia cõperiet,ſtatim intelliget,canẽ illum rabidũ fuiſſe. Curabitq́; vulnus illud nõ ſimpliciter,ſicut metho dici ſolent,ſed ipſum maius illico faciet, carnẽ circũquaq; auferens, & ad rotunditatem redigens,ne facile cicatricẽ obducat,ſed apertum longo tpe perſeueret,ſaltẽ quadraginta diebus,quo rabidi canis uenenũ egredi queat.Ferramẽtis itaq; ualde ignitis ſoliti ſumus locũ inurere,& inde alia medicamẽta admouere, q̃ attrahentẽ uim habeant, nec intra carnem uenenum manere ſinant.Equidẽ olim mecum ipſe aliquod remedium excogitans,hãc G ipſam theriacã oleo roſaceo mollitã,linamẽtis impoſui,ac ueluti medicamen aliquod uulnerarium foret ulceri ſuperimpoſui, ut tãquàm cucurbitula uenenũ è ꝓfundo traheret & exugeret, Deniq; theriaca ꝓin de atq; pæonia aliqua medicina & foris impoſita,& intus aſſumpta,p̃ſentaneũ auxiliũ cõmorſis à cane rabido præſtat.Deprehenſaq; eſt mihi uel ſola in peſtilenti cõſtitutione languẽtibus poſſe ſuccurrere, cũ nullũ aliud præſidiũ tã magno malo tunc ita reſiſtere ualeat,nec immerito,cũ peſtis ipſa,ceu fera q̃dã uenenata, non paucos aliquot miſere ꝓdat, uerũ totas ciuitates depaſcatur.Immutat.n.aerẽ malo quodã modo,ut hoĩes interficiat, qui cũ non reſpirare nõ poſſint,cõtagiũ miſeri euadere nequeunt. Attrahũt.n.in ſe ipſos aerem illum infectum,tanq̃ p̃ſentaneum aliquod uenenũ. Quocirca ſummis laudibus proſequor admirãdũ Hippocratem,‖qui peſtẽ illã ex Aethiopia ad Græcos uenientẽ non alio præſidio reppulit, q̃ aerẽ purum faciendo,ne ab hominibus(qualis tunc erat)infectus hauriretur. Præcepit itaque ut ꝓ totã ciuitatẽ ignis accenderet,qui non ſolũ è ſimplici materia conſtaret, ſed bene olentes coronas,& flores haberet:talia ſiquidẽ ignibus alimenta ſubminiſtrari conſuluit,& ut unguenta q̃ pinguiſſima infunderent,& id genus alia bonum odorem fundentia,ut hoc pacto ciues aerẽ purũ inſpirantes,ab imminenti lue tuti forent. Ad iſtũ modũ arbitror & theriacã,tanq̃ ignis H quidã purificãs,& ipſa eſſet,illos quidẽ,qui ſani adhuc ipſam biberint,nõ ꝓmittere,ut peſtilentia prorſus capiantur:illos aũt qui iã ægrotent,ſanare poſſe, cum aeris inſpirati malignitatẽ cõmutando,tum corporis temperaturã†corrumpi nõ ſinendo.Quamobrẽ cõſulo tibi Piſo,ut partim ob has tã repentinas aeris cõmutationes,partim ob alias nocentium rerum cauſas,frequenter ẽt ſanus,theriacã ſumas, ut exterius occurrentibus noxis corpus tuum reſiſtat,& ſiqñ paſſum aliquid fuerit,ad ſanitatem facile reducaẽ.Nã theriaca,optimã quãdã temperaturã corporibus procurat,& in eis bonam valetudinem cõſeruat.Abſumit.n.humores ſuperfluos,calefacit mẽbra refiigerata,corroborat naturalẽ uirtutẽ,ut debitas actiones exercere queat.Nã qñ fortis natura fuerit,tunc & uenter expedite cibos concoquit,& uenæ ſanguinem facile producunt, & ie cur prõpte bilẽ ſecernit,atq; ita defæcatũ ſanguinẽ cor ſuſcipiẽs,ipſum deinceps uniuerſo corpori iã nutriendo idoneũ ſubmittit.Excrementa quoq; moderate foras eadẽ expellit,& q̃ corpori ſuperflua ſunt,membrorum oĩum reſpiratione ſalubriter excernit.Maxime uero cõſuleret ut antidotũ aſſumeres,cũ,frigente ꝓ hyemẽ aere,it er aliquod ſuſcipis. Erit.n.tanq̃ optimũ uiſcerib⁹ indumẽtũ,multũ eis caloreẽ p̃bere cũ poſſit. Cõpertũ adhuc nobis eſt,theriacã & ad animi prudẽtiã,& ad ingenij acumẽ,haud parũ cõducere, qñquidẽ & ſenſus actiones ſuas fortiter obire

In uita Hippo. ex Soꝛano & in decreto Athenienſium, quod poſt eius epiſtolas habetur.

† Contex. græc. καὶ μηκέτ' ἐῶσαν διαφθείρειν τὴν σύγκρισιν.i. nõ amplius corrumpi. &c.

A obire faciat & mẽtem à uaporibus corpors liberando, ſolertẽ magis reddat. Verum ut ſumma tim laudes huius antidoti complectar, totũ corpus ita diſponit, ut ab ulla re noxia non corrumpatur. Hanc autẽ reſiſtentiam procreat tam uaria, & efficax tot medicinarum compoſitio, & pſertim quæ in ipſam ingrediũtur, uiperæ. Nã & Mithridatem illum bellatorem magnum ferũt, non aſſumpta theriaca, quæ nõdum erat, ſed alia quapiã multiformi antidoto mithridatica de illius nomine dicta, non potuiſſe ſumpto ueneno mori, qm̃ ſic illi⁹ membra tẽperauerat, ut ab re noxia pati nõ poſſet. Hoc autem contigit quo tempore bellum cum Romanis gerens, à Pompeio profligatus, atq; in extrema fortuna conſtitutus, illæſus è uita, decedere feſtinaret. Hauſit itaq; uenenũ, & plus etiã q̃ ſatis eſſet ebibit, nec tñ ipſe mori potuit: filias uero ipſius, quæ cum patre uitã finire prorſus decreuerant, atq; ideo ex eodem quoq; ueneno hauſerãt, celeriter occubuiſſe tradũt. Mithridates igitur cum mori tardaret, eo q⁹ antidotos, quam præſumpſerat, uenenum redderet irritum, unum ex amicis ſuis nomine Biſtocum uocauit, cui mandauit, ut ſe iugularet. Is autem opus ueneni ferro abſoluens, Mithridatem uiolenta morte confecit.

Quantum, & quando, & à quibus Theriaca ſit accipienda. CAP. 17.

B VIdes igitur quo pacto è pluribus compoſita medicamenta magnã uim habeant ad efficiẽdum corpora nullis obnoxia læſionibus, præſertim theriaca propter eximiã, ſicut dixi, uiperarũ poteſtatẽ: Quam tamen aſſumas uelim, poſtq̃ cibos probè concoxeris, nec amplius repletũ te ſenſeris. Recte aũt facies, ſi uaria ipſam menſura ſumas, interdũ ad Aegyptiæ fabæ magnitudinem ex duobus aquæ cyathis, qñ modicum interuallum tibi ſupererit ad antidoti cõcoctionẽ: interdum ad nucis auellanæ quantitatem ex tribus aquæ cyathis, qñ plus temporis habiturus es, quo poſſit in corpus theriaca digeri. Conſiderabis præterea & anni tempus, & loci cõditionem, quoties ipſam accipere uolueris. Aeſtate enim, ut theriacã ſumes nullo pacto cõſulo: nã tẽporis conſtitutio calida tunc cum ſit, calefactum adhuc magis ab ea corpus læditur. Id qđ uidens admirabilis Hippocrates, aſſerit, ‖ Medicinas, & antequam canicula oriatur, & poſtq̃ orta fuerit, moleſtas eſſe: ut plurimum enim ea pars anni febrem hominibus affert. Quamobrem & eos, qui media ſunt ætate, & eos, qui naturalem temperaturã calidam admodum habẽt, moneo, ut neq; multoties, neque multũ theriacæ ſuſcipiãt. Ex aduerſo quibus ætas iam in ſeniũ uergit, & plurimum, & plerunque, & non ex aqua, ſed ex uino theriacam bibere ſuadeo, ut ab ipſa & corpus iã flacceſcere incipiens, reparetur, & natiuus calor iã langueſcens excitetur. At pueris maxime oĩum theriacã interdico: quoniã ipſius magnitudinem illorum uires plurimum ex C cedit: nam & puerile corpus facile diſſoluit, & complantatum ſpiritum celeriter extinguit, non aliter atq; lucernæ flãmam pluſquam conueniat infuſum oleum. Vidi ego alias puerum, ab intempeſtiuo theriacæ uſu ſolutũ: febrierat enim lõgo tẽpore, fueratq; corpore ualde macilento, & uiribus adeo debilis, ut uiuere magna cura uix poſſet: Quæ conſpicatus medica prudentia, uetabã antidotũ puero dari. Cum autem quidam ipſius curam haberet, qui patrem ſi pueri eſſe dicebat, & potius imperioſa quadã iubendi licentia uteretur, quàm profectum à ratione conſiliũ audiret, temerario quodam impetu, & uiolẽto coegit me theriacam puero exhibere: quam ille acceptã cõcoquere non ualuit, eo quòd potentior eſſet uiribus ipſius. Soluit itaque uniuerſum pueri habitum, aluumq; fluere cum feciſſet, ob datã præter rationem antidotum ſubſecuta nocte periit. Quod ſi quando & tu Piſo in æſtuoſa regione fueris, noli theriaca uti, ſatis cum eſſe poſſit eius loci caliditas. Quocirca gentibus quoq; primum orientem habitantibus, calidiſſimi cum ſint, atq; ideo multum ſicci, non conuenire theriacam exiſtimo.

4. Apho. 5. Ext. ord. 28. a. Et de medic. purgan. iuxta finem. Et de aere aquis, & locis iuxta medium.

De Salis theriaci uirtutibus. CAP. 18.

PRæparatur uero & ſal quidã hiſce ſerpentibus, de quo mentionẽ facere neceſſarium duxi, ut abſolutiſſimus hiſce de rebus penes te ſermo foret. Facit autẽ & hic ſal ad omnia, quæ an D te diximus, ſed modice facit, nec niſi longo poſt tempore remedium apparet: ſi quis tamen frequenter eo utatur, ſenſim auxiliũ affert. Vnde plerique hoc ſale medicati, cũ inter initia celerem remedij ſenſum non habuiſſent, ne prorſus quidẽ ipſum cõferre arbitrabantur, preſertim cũ redactum in cinerẽ, uim medicam incendio amiſiſſe, cenſeant. Equidẽ, ut antidoto parem facultatem nõ habere ſalem affirmo, ſic omnem ipſius uim aboleri penitus nego. Nam ignis multa efficit meliora, & interdum latentem rerum naturam detegit: quædam etiã quos uolumus in uſus apta reddit. Aurũ quippe à nobis igne exploratur, impurumq; à puro hoc pacto ſecernitur: nã aurum quod igne repurgatum exacte fuerit, Obrizum eſſe cenſetur. Ferrum quoque flammis emollitum, quouis modo producitur, & flexum ſicut uolumus, uarijs hominum uſibus inſeruit. Sed quid remota conſector? non ne multa, quæ nutrimenti cauſa ſumimus, igne nobis idonea redduntur? Panis & pecudum, piſciumq; carnes quandiu crudæ ſunt, ne appetuntur quidem: at ubi coctę fuerint, etiam in nutrimentum cedunt. Ipſum inſuper uinũ ſi quis ſtatim, ut natum eſt, è racemis premat, crudum, & immaturum eſt, at Solis igne maturatum, & ſuauiſſimum, & potui conuenientiſſimum euadit. Amplius multa reperiuntur ad ſtructuram medicamentorum attinentia, quæ donec priſcã naturę ſuæ rigiditatẽ ſeruauerint, & acerrima, & noſtris corporibus inimica eſſe docet experientia. hæc ignium uirtute tẽperata, curandis morbis idonea, reddun-

tur, ut puta Chalcitis, quæ ſi cruda fuerit, corpus urit, & in eo cruſtam celeriter excitat, ſin toſta E admoueatur, ulceri cicatricem inducit. Itē Lapis qui è Phrygia aduehitur, is crudus acerrimus eſt, aſſatus & aliis quibuſdam commiſtus præſtans oculis remedium euadit. Cinis etiam, quem ex incenſis ſpongiis conficiunt, ſanguinis fluxum ualenter aſtringit. Item mihi, & de theriaco ſa le iudicandum uidetur. Nam omnia ſimul accenſa, hoc eſt, integri cum ſale ſerpentes exuſti, ſi- cut ignis opera noxiam excedentemque corporis noſtri uirtutem deponunt, ita conuenientem medicaminibus opem aſſumunt. Præcipuum uero ſal iſte habet, q̄ morbos cutim infeſtantes cu- rat, albam dico uitiliginem, lepram, impetiginem, quam feram uocāt: & demum omnia ſub cu- te poſita excrementa reſoluit. Quamobrem magna pars eorum, qui ſalem hunc comedūt pluſ- quam conſueuerant, ſudantes, putridam materiam eiiciunt, & cum ea pediculos etiam appella- tos quoſdam emittunt, qui è putri materia ortum ducentes, nomen ſibi φθεῖρες apud græcos ac- quiſiuere. Dentes præterea ſal hic optime purgat, & ipſos à putredine ſeruat, nec eos erodi per- mittit: membra laxa denſat, illucque deſcendentem fluorem ſupprimit.

De ſalis theriaci compoſitione. CAP. 19.

COnficitur autem hoc modo: enitar enim rurſus tibi hūc quoq; ſalem nudis uerbis deſcribe re. Oportet uiperas quatuor antedictis ſimiles, & eodem tempore captas, nec plus duobus diebus aſſeruatas, accipere, immo ſi fieri poteſt eodē quo captę ſunt die: poſtea ſalis ammonia- F ci quem uocant, ſin minus communis albi, & parumper aeri expoſiti modium unum italicum: deinde ſali adiunge Cretēſis gentianæ in partes aliquot conciſæ, libram unam, & dimidiam: ari ſtolochiæ rotundæ, itidem libram unam, & mediā: ſummitatum centaurii minoris, libras duas: cardamomi armeniaci, marrubii, librā mediam: ſcordij montani, chamædryos creticæ, libram unam: ſeminum rutæ domeſticæ tantundem: hæc omnia melle attico commiſcebis. Harum re- rum mediam portionem in ollam nouam ex argilla confectam conijce: poſtea uiperas quatuor uiuas ſuper immitte, & cum eis ſcillas quinque recētes, & nuper euul ſas, atque in fruſta conciſas: inde reliquum aliarum rerum dimidiū: poſtremo lutum ollæ diligenter inducito, ubi prius oper culum impoſueris: quod foraminibus quatuor aperies, ut per eam ua por egrediens aſſationis menſuram ſignificet. Nam fumus qui primum exibit obſcurus admodum, & ualdę turbidus denotabit ignem ad uiperas iam peruenisſe: quo tempore diligenter aduertas moneo, ut reſpi- rando, nō aerē attrahas infectū hoc fumo, qui à uiperis exhalat. His peractis, cū fumus deſiſtet, & tenuē quandam flammam è foraminibus aſcendere uidebis, tunc optime toſta cuncta iudica to: itaque transfer ollam ab igne in locum, ubi per integrum diem, & noctem frigeſcat. Inde ua G ſe adaperto combuſtas res exime, quibus contuſis atq; cribratis hæc alia adiunge. Seminum ru- tæ ſyueſtris uncias nouem, hyſſopi creticæ tantundem fœniculi ſylueſtris uncias ſex: nardi gal- licæ, ſtachyos ſcythicæ, ſingulorū tantundem: petroſelini macedonici uncias quatuor, race- morum amomi uncias tres, origani heracleotici capitulorū, uncias nouem: ſeminum hormini tor- refacti uncias tres, ſummitatum thymi attici uncias nouem foliorum malabathri indici uncias quatuor, carnium baccarū iuniperi laconici libras duas, ſeminum coriandri domeſtici ſelibrā, piperis albi libras duas, piperis nigri tantundem, radicum ſilphij uncias decem, zingiberis non ꝑforati libras duas, radicū ſatyrij ſelibrā, pulegij montani tātundē, ſeminis ſeſeleos Maſſilienſis fului uncias ſex, ſeminū tordili motani tantundē, mentæ tantundem, caſiæ optimæ uncias duas, cinnamomi unciā unā. Hæc ubi ſemel contudi, & excuſſi, denuo & contundere, & excutere mo- lior, quo ſæpenumero cribrata in tenuiſſimum puluerem redigātur: quē in uitreis uaſibus poſi- tum, non ſtatim, ſed à quadrageſimo die utendum trado. Cæterum ipſe hunc ſalem etiam non inuſtis uiperis conficio, uerum paſtillos ex eis quorum compoſitionem in theriaca docui, reli- quis quæ cum uiperis uruntur, admiſceo, ipſosque comburo, ut quam in ſe habent amaritudinē incendio deponant. Tātam uero paſtillorum menſuram impono, quantam habere quatuor ui H peras coniicio: ac reuera ſal quam optimus euadit, ut qui propter uſtionem, neque cinerulentū quippiam guſtatus præ ſe ferat, neque conſpectus nigredinem, uerum, & iucūdiſſimus accipien- tibus euadat, & uirtutem ad quæ dixi ipſum proprie ualere, præſtantiorem oſtendat. Hæc ſunt, quæ de Theriaca, & Theriaco ſale, dicenda habui, diligenter ſicut arbitror à nobis elaborata, præſertim cùm, & tu Piſo in omni ſermone ualde ſis accuratus. Memini enim te, cum eloquen- tiæ magna cum gloria operam nauares, ſiue concionem in ſenatu uel ad populum haberes, ſi- ue cauſam aliquam in foro ageres, obijcerentque qui tecum contendebant ea de re multas di- cendi occaſiones abs te inueniri, reſpondiſſe, dicentes aliquādo ceſſare. Nam & Deos affirma- bas quoties non reſpondent, tacere, & illos qui reſpondent, interdum ſilere. Mare præterea hy- berno tempore nauigationem non concedere: & fluminum aquas deſinere fluere, rurſusque in terpoſito ſpatio curſum repetere: Terram demum non ſemper fruges producere. Quamobrem te Piſo imitatus nihil omiſi, quod de theriaca quæri poſſit: & ſimul hortatus ſum, ut ea libenter utaris, quoniam compertum eſt Theriacæ uſum, Tempus uitæ prorogare: quam tibi à dijs lon- giſſimam exoptare merito debeo.

GALENI

GALENI DE VSV THERIACAE AD PAMPHILIANVM

B Iulio Martiano Rota interprete.

Sunt etiam qui opinentur, & hunc non esse Galeni librum.

QVæsisti sępenumero Pamphiliane artẽ cõponendæ Theriacæ, & vsum ex me cognoscere: sed quæ olim à nobis p̃sens ipse audiuisti, cum neque te amplius meminisse existimẽ, neque tũ satis à me dictum fuisse, nunc ociũ nactus, omnia, q̃, dũ essem Romæ, mihi narrabantur ab hac antidoto effecta, quæq́; nos experiendo cognouimus, in memoriam reuocaui, redactaq́; in exiguum hunc libellum ad te misi: & una docui, quo modo, quo tempore, q̃bus in morbis, theriaca uti conueniat: quæ si quis ad unguem seruauerit, nunquam à cõcepta spe decidet. Nam rem occultare quæ ad salutem hominum conducat, & qua se merito iactant, qui in urbe omnium principe degunt, ut & priuate beneficio, & publice ornamento, affecti ab ea antidoto, quæ communis salutis gratia pro totius ciuitatis conseruatione parata seruatur, rustici admodum mihi esse uidetur, præser-
C tim tibi, quem nouimus, cum alias urbes, tum præcipue Creticas, animi tui moderationem, & omnibus in rebus mansuetudinem, non solum commendare, sed etiam amore summo prosequi. Nam in Aegypto, Aegyptiq́; regia urbe Alexandria, plures uni tibi Cretensiũ amici sunt, quàm cæteris oĩbus. Quam ob rem iure quispiam fortunam quoq; miraretur, quæ tuis moribus tam conueniens nomen imposuit perinde atq; præsagiret te cunctis amabilem fore. Sed ad Theriacam redeo, quam tu tibi liberaliter, & à multis facile comparabis: usus vero peritia nostri in te studij pignus, & beneuolentiæ monumentum erit. Vt.n. si lyram aut tibiam aliquis possideat, nec usum noscat, tantundem est, ac si eam non haberet: sic qui antidotum aliamve medicinam domi continet, nec uti sciat, nullam ex ea utilitatem capiet. Quòd si theriaca, sicut apud oẽs iã inualuit, ad morsus serpentium, & ad uenena tantummõ faceret, oportebat eã domi reposità tanquam picturã aliquam aspernari, nullo usu, sed sola uetustate consumendam. Cum vero præter supradicta, bonum corporis habitum, uitam longam, sensus vegetes, sanitatem stabilem promittat: nec solum ab instantibus morbis liberet, sed ẽt ab imminentibus præseruet: non ab re facturum existimo quisquis theriaca sanus ẽt uti uelit, malitq́; potius impẽdentem morbũ p̃uenire, q̃ iam uexantem arcere. Hac de causa Romæ principes uiri complures, alij primo die
D Lunæ theriacam accipiunt, alij quartum eligunt: & tribus interiectis diebus cõcoctioni dãt operam, curatoq́; leniter uentre, circiter horam tertiam, ex uno cyatho mellis duobus aquæ calidæ admisto tñ theriacæ sumunt, quantum est græcæ fabæ magnitudo, non ut aliquo morbo liberentur, sed ne prorsus in aliquem incidant. Nec sua eos fallit opinio: nam sanguinem theriaca bonum reddit, non quia malam sanguinis qualitatem excernat, sed quia eius contumaciã uincat, & ex inimica amicam efficiat. Foris quoque, si quam urbem aut regionem morbosam esse conijciant, uel aquas malignas esse intellexerint, eodem pacto theriacã assumunt, & ea tanquã lorica quapiã corporis sui statum tuentur. Referam q̃ uetustissimum omnium eorum qui medo cuerunt, dicere audiui, uirum & medicæ facultatis experientia præstantissimũ, & singulari quadam humanitate insignem, Aelianum Meccium: Italiam olim pestem inuasisse, qua celeriter, & multi intercipiebantur. Timentibus igitur omnibus, ut fit, & medicis, & principibus, auctorem se fuisse, ut sola theriaca uterẽtur, nam cętera nihil cõtulerant: Tũc itaq; ex ijs, qui ægrotabant, quàm plures assumpta theriaca cõualuisse: paucos in quibus uis morbi nimium inualuerat, occidisse: reliquos omnes, quos nondum pestis occupauerat, non modo periculum euasisse, sed ne in morbum quidẽ incidisse. Atq; mirum hoc alicui uideri non debet, quando, si hausturn uenenum superat, pestilentiam quoque uincere possit: aer enim est, qui corruptus cum sit, homines

perimit: quod & complures medicos, & imperitos oēs neſcire ne mireris, cum illud etiam eos E
lateat, inutilem ætate theriacam reddi. Radices enim, ſucci, cortices, lachrymæ, ſemina, flores,
& carnes, ſunt ea ex quibus componitur: atque hæc ſingula tps exinanire poteſt, ita & quod ex
eis confectum eſt; medicamentū antiquare ualet. Hinc fit, ut qui medicinas uenales habēt, hoc
ſenſu prædicti, inueteratam nimium theriacam alijs uendant, aut etiam amicis donent: ipſi uero
cum res poſtulat, uiribus & ætate præſtantem promunt: fieriq; non poteſt quin ipſis opē affe-
rentibus ex uoto ſuccedat. Subiungam deinceps alias temporis præſcriptiones, alia morborū
genera, in quibus ſi quis uti theriaca uoluerit, nunquam fruſtrabitur. Nā percuſſis à uipera, vul-
neratis à ſerpente, ictis ab aſpide, commorſis à rabido cane, demum leſis ab aliquo animali, qđ
dentibus aculeo, uel contactu uenenum relinquat, recēs theriaca ſatis ſuperq; efficax remediū A.l.5.fin.t.2.
† *In veteribus libris eſt, trigeſimum, non ſextum, & trigeſimum. ita in lib. De ther. ad Piſ.* eſt. Recens autem eſt, quæ† ſextum, & trigeſimum annum nondum attigerit, quo tēpore vene- fol.522.h
nis etiam aliis confert: nam ab eo tempore morbis ſolum auxiliatur, de quibus mox referā, mo
do ad trigeſimum ſextum annum multorum adhuc annorum acceſſio facta non ſit: Inefficax. n.
tum denique theriaca redditur, & inutilis penitus: quod hoc pacto deprehendes. Medicinam, q̄
uel aluum ſubducat, uel uomere faciat, ſcāmonium, aut elleborum, uel quidvis aliud hiſce etiā
valentius exhibe, perinde atq; ſi aliquem purgare uelles: huic poſtea bibendum trade tantum F
theriacæ, quantum græcam fabam æquet: ſi bona erit, non ſolum non purgabit qui aſſumpſit,
ſed ne commotionem quidem ullam ſentiet: ſin contrarium eueniet, uetuſtate deprehendes an
tidoto uires concidiſſe. Sed tempus eſt theriacæ vſum doceamus. Datur ex tribus cyathis uini,
nucis auellanæ magnitudine, tam poſt uenenum, uenenoſorumq; animaliū ictus, quā ante, ſi q̣s
ueneni ſuſpicionem habeat. Eodē modo illis etiam ſubuenit, qui ex interna cauſa, & incerta cō
ſumuntur, tanquam ſi ueneno aliquo petiti forēt. Tuſſi tam nouæ, quā antiquæ, & quibus coſtas
aut pectus dolor infeſtat, auxiliatur ex mulſo, ſi non febriant: ſi febriant, ex aqua dulci, noctu da-
ta fabæ Aegyptiæ magnitudine: Quæ quantitas inflationes etiam uentriculi, tormina uētris, do
lores inteſtinorū, & coli, ſedat: ex aqua tamen, & primo mane ſumenda eſt. Magnum inſup co-
medendi deſiderium remittere, proſtratumq; eundē excitare poteſt, ſingulis quibusq; naturę
functionibus intra conſuetum operandi modum reuocatis. Bibere uero oportet horum gratia
ſupradictam antidoti quantitatē ex aquæ, uel diluti uini cyathis neque pluribus tribus, neque
paucioribus duobus. Bona eſt etiam hoc modo ad tollendum tremores, & frigora febriū, qua-
uis interualli ratione ſeruata, inuadētium: item ad bilis uomitum qui febris acceſſionem prę ue
nire ſolet, quanquam exacerbationem etiam interdū comitetur. Siquis uero ter uel quater ad G
ſummum ante febris annotationem, aduentumq; theriaca utatur, febrem omnino tollet, modo
victus ratio non repugnet. Nullum enim tam efficax remedium medicina habet, quod ſolitum
auxilium afferre queat, ſi ei victus uel reſiſtat, uel non adiuuet. Creditur etiā retentos mulierum
menſes ducere: mortuos fœtus eijcere, quos natura etiā ſi multoties tentet, expellere tamen nō
poteſt: his datur ad fabæ Aegyptiæ magnitudinem (incolæ cithe ciboriūve nominant) ex paſſo
uel aqua mulſa in qua dictamnum, vel ruta prius ferbuerit. Vtilis inſuper eſt aquam inter cutē
habentibus, & regio morbo laborantibus, ex aſari decocto. Quidam tamen aquam inter cutem
habentibus ante cibum ſolā theriacā deglutire præcipiunt: alii eā uni cyatho poſcæ cōmiſcent:
ita nanq; magnopere illorum ſitim leuat, uniuerſum corporis habitum firmiorem facit, & cum
hoc, quòd aquam inter cutem minuit, ipſam etiā exiccationi paratiorē reddit. Facit p̄terea ad
uocem retuſam ſola, & hauſta, & ore detenta. Qui tamen eam bibere uolet, tragacanthi duplū
admiſceat, & ex mulſo uel paſſo hauriat. Qui uero ſub lingua continere, colliquefaciat medica-
mentū paulatim oportet, qūo in aliis quoque præcipere ſolemus quæ arteriaca à meatu in pe
ctus deſcendente nominantur. His, ēt qui ſanguinem è pectore uel pulmone reijciunt, theriaca
cōuenit: atq; ſi recens hoc malum ſit, è poſca bibenda eſt: ſin antiquum, ex aquæ tribus cyathis: H
longe tū prę ſtantius remedium fiet, ſi herbæ ſymphyti modicum, aquæ incoxeris. Sumi uero de
bet ad fabæ Aegyptiæ magnitudinem incipiente nocte, & illuceſcente die. Romæ quoſdā è p-
ceptoribus meis obſeruauimus, in ita affectis hominibus eo ēt remedio conſueuiſſe uti, quod è
ſubere conſtat, cuius compoſitionem opportuno magis loco, cum opus fuerit, deſcribam.
Abunde ergo pectus circunquaq; ante, & retro, hac medicina fouebāt, atq; ita fere ſemp mor
bū hac arte ſuperabant. Prodeſt inſuper renum uitiis, ueſicæ calculis, inteſtinorū excoriation-
bus, ægre ſpirantibus. Demū in iecinore, aut liene duritiē habentibus, aliudve aliqđ inuetera-
tū malū, his ex aceto mulſo dandum eſt: acetum mulſum ſumemus, quod è fauis cōfectum ſit, id
Lib. 3. De morbis circa finem. Et de Frac. com. 2. t. 29. 7 235. h. Et com. 3. t. 49. 248. c. Et 4. de Artic. 292. f
.n. Hippocrates recte cōpoſitum arbitrat in eo libro, quē de‖ Acutis morbis edidit: Difficulter
aūt ſpirantibus ex aceti ſcyllitici cyatho uno & dimidio: Lapidem in ueſica habentibus ex apij
petroſelinive decocto: Renum uitio laborātibus ex mulſo: Excoriationem inteſtinorum patiē
tibus ex decocto arbuſculæ ſyriacæ, quam rhun Greci appellant, Comitialibus quoq; ſi macilē A. ibidem. fo. 523.a
ti fuerint, & parum ſanguinis habeāt, ex aqua mulſa: ſin corpulenti, & multi ſanguinis, ex aceto
mulſo, dari ſolet. Quidā uero approbati medici comitiales iubent prius ſinapin commāducare,
& expuere, tum nocte ſuperueniente theriacā, quę fabam Greçam æquet, ex aqua ſumere.

Demum,

A Demum,ut paucis multa colligam, in quibus alia remedia ui morbi ſuperata nihil cõtulerint,in his theriaca exhibita præter omnem expectationẽ egregie operatur:quãobrem, & cholericis, quibus iã uox intercepta erat,& cardiacis præ dolore uentriculi deficientibus exhibita,tanquã ad uitam eos reuocauit.Cæterum omnia uerbis conſequi nõ poſſum, nec ſi poſſem, deceret,cũ ex hiſce,quæ hactenus recenſuimus, deducta uſus ratione, fœliciter uti theriaca poſſit in aliis ẽt morbis qui ſuperſunt. Nam qui ipſam adhuc magis extollere uoluerunt reprehendẽdi ſunt, q̃ ei nõ medicas,ſed circularias promiſſiones attribuere, dum aurium theriacam dolores tollere, grauem auditum meliorem facere,hebetes oculos acuere,demiſſam uuam ſuſpendere,& oris ulcera obducere,narrant. Calumnias ſiquidem iſta laus antidoto potius,quàm commendationẽ affert: nam ſi minutos hoſce morbos uili remedio ſanare melius poſſumus, ignaui eſt id ipſum pretioſo antidoto minus conſequi uelle. Sed miſſa hæc faciamus,cum adhuc de compoſitione theriacæ dicendum ſuperſit. Indiget enim & hæc breui quadam enarratione, ſiquidem Menecrates confuſè ipſam protulit,quam nos in præſentia diſtinguemus. Accum hedychroum medicamentũ,paſtillos ex ſcilla,itemq; alios ex uipera capiat,nos prius hæc explicabimus,quæ cõ poſita ſunt & ipſa,tum alias ſimplices medicinas ex quibus theriaca miſcetur,ſubiũgemus. He-
B dychroum medicamentum ita conficies.Corticis radicum aſpalathi,calami aromatici coſti,aſſari,ligni balſami,phu herbæ,amaraci,maſtiches, ſingulorũ pondo vi.florũ iunci rotundi odorati pondo xii, cinnamomi põdo xij, amomi, caſiæ, rha põtici, ſingulorũ põdo xv:nardi indicæ, folii, ſingulo. põdo xvi: myrrhæ, croci,ſingu.pondo xii:uino falerno excipe,& dum concorporas opobalſamo inunge,tum ut in umbra ſicceſcant finito.Paſtillos Scilliticos conficiemus.Scillam luto circunquaq; tege, tectam in ignem,quo thermæ calefiunt, iniice, ſequenti die eius,q̃ intus eſt drach.cxx.cape, & farinæ erui drach. lxxx:ubi commiſcueris in paſtillos redige. Paſtillos autem Theriacales ita compones. Viperas quatuor uel quinque flauas accipe:melius eſt autem paulo ante captas ſumere, quàm diu retentas, nam quæ multo tempore detentæ fuerint, magis uenenoſæ ſunt:coniicere hoc ex ieiunis hominibus licet. Deinde ad quatuor digitorum menſuram utrinque,ideſt caput, & caudam amputa, corium detrahe, uiſcera & inteſtina abiice,quod ſupereſt in ollam nouam coniicito, anethum adde:ferueat,cum cocta fuerit,ſpinas diligenter exime, latent enim plerunque. Carnes ubi exquiſite collegeris,panis ſicci quidem,ſed puri dimidium adiicies,commiſcebis,opobalſamoq; aſſumpto maſſam totam in paſtillos diuides,quos in umbra ſiccabis.Ipſa uero Antidotus cui ab Andromacho qui primus ipſam compo
C ſuit,nomen Galene hoc eſt tranquilla, inditum eſt, quamuis alii, qui ipſam ab eo ſuſceperunt, ut Crito,& Critonem ſecuti,quòd uiperæ carnes acciperet,theriacã appellarint,hoc modo conficitur.Paſtillorum ſcillinorum,pondo xlviii, paſtillorum theriacalium pondo xxiiii, paſtillorũ hedychroi pondo xxiiii, piperis nigri pondo xxiiii, lachrymarum papaueris pondo xxiiii: cinnamomi, iridis illyricæ, radicis dulcis, opobalſami, roſarum rubearum, ſcordij cretici, ſeminis napi.i.rapi agreſtis,agarici,ſingulorum pondo xii:croci, myrrhæ,zingiberis,rha pontici,radicũ quinque folii,calamẽthi, marrubii, petroſelini,ſtœchadis, coſti,piperis longi,dictamni cretici, florum iunci rotundi odorati, thuris maſculi, terebinthinæ chiæ,caſiæ fiſtulæ nigræ, nardi indicæ ſingulorum pondo vi:ſummitatum polii cretici,ſtyracis,ſeminũ ſeſeleos,thlaſpeos,ammeos trixaginis,chamępityos,ſucci hypocyſtidis, malabathri,nardi,gallicæ,radicum gentianæ,aniſi mei,ſeminum fœniculi, ſigilli lemnii, chalcitidis uſtæ, amomi, carpobalſami, phu pontici, hyperici, acacię, cardamomi, gummi, ſingulorum pondo iiii: ſeminis dauci, chalbani, ſagapeni,bituminis,ſucci panacis,caſtorii,centaureæ tenuis, ariſtolochiæ,ſingulorum pondo ii:mellis attici libras x,uini falerni ſextaria duo. His ita paratis in mortarium coniice ſuccum hypocyſtidis & glycyrrhizæ,mirrham,opium,ſagapenum,ſtyracem,acaciam,opopanacem,melq; paula
D tim inſtillando ſimul omnia contunde, & diſſolue, tantumque uini demum infunde, ut ſuperferatur. Hæc tribus diebus ita macerato: poſtea cinnamomum,crocũ,caſiam,nardum,thlaſpim, malabathrum,ſigillum Lemnium,chalcitim uſtam(hęc enim nigro colore theriacam commendat,ſi ſcite combuſta fuerit)amomum, bitumen,caſtorium, ſigillatim quodque contuſum, & cribratum in pilam mitte:& affundens uinum,ac ſi collyrium faceres,diligenter commiſce. Poſtea quę in mortario ſunt in pilam transfunde,diligenterque commiſcendo,uinumque infundendo ſicca omnia ſuperadde,atque in unum corpus redige. Deinde mel,terebinthinam,chalbanum, opobalſamum, in cacabo tepefacta ſuperinfunde iis quæ in pila ſunt, omniaque in unum corpus redige,& in uaſe ſtanneo argenteove repone,& utere.Crito hoc plus de theriaca ſcriptum reliquit,Viperas uere finiente,uel autumno comprehendendas eſſe,eligendasque illas,quæ magnæ,& corpulentæ ſint,anethoque impoſito elixandas. Carnibus autem è decem uiperis collectis unam panis ſiliginei unciam admiſcendam cenſet,atque ita paſtillos theriacales appellatos conficere.Rurſus ſcillas meſſis tempore colligendas iubet,quòd eo tempore præcipue uigeant.

GALENI DE ANTIDOTIS LIBER PRIMVS

Iulio Martiano Rota interprete.

Quid Antidotus sit, & unde Theriaca originem habuerit. CAP. I.

MEdicamenta, q̃ nõ extrinsecus imposita, sed intus assumpta, malas corporis affectiones sanant. Antidotos medici uocant: quarum tres sunt omnes differentiæ. Nam aduersus exitiales potiones quædam faciunt: quædam ad feras ualent, quæ uenenum ictu, morsuve relinquunt: quædam excitis mala uictus ratione morbis auxiliantur. Non nullæ uero tria hæc simul pollicentur, Cuiusmodi est quam Theriacã uocant, quæ ab Andromacho medico composita, Mithridaticã" pene antiquauit, ita & ipsam ab auctore suo dictã. Mithridates enim iste quemadmodum, & apud nos Attalus, omnium ferme simplicium medicamentorum, quæ uenis aduersantur, sedulo uim expertus est in illis hominibus, qui morti condemnati fuerunt. Repperit itaque priuatim quædam phalangiis, quædam scorpionibus, quædam uiperis, aduersari: Item eorum, quæ ad exitiales potiones faciunt, illa aconito, hæc lepori marino, alia alij, atque alii ueneno, remedium esse. Quæ omnia commiscens Mithridates, medicamentum unum effecit, ex eo se sperans auxilium uenenis omnibus præsens habiturum. Subsecutus autem multis post annis Andromachus inter Neronis medicos primus, non nullis additis, quibusdam ademptis, theriacen quam appellant, cõposuit, haud exiguam partem carnium uiperæ, quibus Mithridatica antidotus carebat, cæteris admiscens. Saneque idcirco theriaca ad morsus uiperæ plus Mithridatica ualet: ad reliqua uero omnia non modo quicq̃ illa plus non potest, sed est in quibusdam inferior ẽt. Neutra tamen eam uim habet post uenenum accepta, quam, antè sumpta, habuisset. Nam portio antidoti quæ prius, & semel hausta, tutũ à morte quempiã præstitisset, ea uenenum subsecuta, nisi ad quadruplum quincuplumve aucta, non iuuabit: neque id semel tantum, sed bis singulis quibusq́; diebus hausta, faciet. Quòd si quis singulis diebus, quã admodum tempestate nostra Aurelius Antoninus Imperator, uel sicuti olim Mithridates solebat, antidotum capiat, nullis serpentum morsibus, nullisq́; noxijs potionibus, lædetur: Id quod ipsi Mithridati contigisse ferunt: qui cum potius ueneno mori, quàm in potestatem Romanorum uenire decreuisset, nihil inuenit quod se necare posset. Atq; Mithridati hoc quidem euenisse accepimus: Nos aũt Antoninum scimus, quo se in primis tutum à ueneno præstaret, singulis diebus tantum theriacæ, quantum est Aegyptiæ fabæ magnitudo, sumpsisse, interdumq́; sine aqua aut uino eam deglutisse, interdum uero liquidi quippiam admiscendo ebibisse. Sed cũ ipsum quoti die inter uitæ functiones quoq; profundo somno corripi accidisset, papaueris succũ eximi iussisse. Quare rursus euenit ut, quia mos eius ita antea fuerat, ꝙ naturalem tẽperaturam corporis sicciorem haberet, & quia multis iam mensibus exiccantẽ antidotum accepisset, plurimam partem noctis insomnẽ duceret. Quamobrem coactus est denuo theriacã assumere, quę papaueris succum haberet, iam aliquo modo inueteratam. Dictum est autem à nobis alias sæpe, huiusmodi medicamẽta inueterata, mitiorem eum succum habere. Fuit autem hoc, quo tempore suscepto aduersum Germanos bello, & ille in prouinciis, quę secus Istrum sunt degeret, & ego me illum eo subsequi posse excusaueram. Veram quia Imperator antidotum laudabat à Demetrio medicorũ primario confectam, eo uita functo, Euphrati medicæ materiæ uenditori, à quo simplices oẽs medicinas ad theriacam conficiendam emebat, per literas significauit, ut sibi renunciaret quis nam medicus imperatoriã antidotum conficiẽti Demetrio affuisset. Ab eo itaq; cũ intellexisset me semper Demetrio, quoties theriacã componeret, astitisse, tum quidẽ eã me per literas cõponere Antoninus iussit: Romãq; postmodũ reuersus, ꝙ ea præcipue delectatus fuisset, per-

A.l.5. fu.1.t.1. fol.524.a.b

G

H

contatus

A contatus eſt,qua nam ſimplicium conuenientia ipſam miſcuiſſem. Cui ego rem ita,ut ſe habuerat,aperiens, retuli primum me quicquam eorum, quæ ab antiquis Imperatorum medicis imponi cõſuetum fuerat,neq; omiſiſſe,neq; addidiſſe: Deinde cauſam expoſui,cur ipſi noſtra compoſitio maxime placuiſſet: de qua nunc quoq; dicere cum nobis decretum ſit,eorum,quæ nunc facta fuerunt,mentionem feci. Nam Antoninus cum ſingulis quibuſque diebus magno cum ſtudio theriacam ſumeret,eius uitia uirtutesque exactiſſime dignoſcebat.

Quomodo theriaca optima componatur. CAP. 2.

COnficitur aũt pulcherrime & hæc,& alia ferme quæcunq; medicamenta,ſi eorum quæ imponuntur uirtus cognita,& uirtutum inter ſe proportio ſeruata fuerit. Pleriq; uero, quod primum eſſe deberet, ne ſigillatim quidẽ unumquodq; eorum q̃ bonũ, malumve ſit dijudicare ſciunt: quare nec uirium inter ſeſe ꝓportionẽ ſcire poſſunt: & idcirco ubi plurima uel tpe uel genere debilia interdum immiſerint,ualidum ac potens aliquod poſtea commiſcent. Veluti olim quidã,qui,cum ab Aegyptijs petitum Thebis opiũ (id ãt eſt potẽtiſſimum) impoſuiſſet,& guſtu, & uiribus ſimilem Philonio theriacam fecit. Idem rurſus,cum myrrham quã optimã pluribus in ualidis admiſcuiſſet,ut cæteris ipſa dominaretur effecit. Alius quoq; ſimiliter in croco peccauit,
B & alius in ſagapeno,ut & alius rurſus in aſphalto, & galbano. Non pauci uero,& duo & tria ſic, ut diximus,ualida debilibus admiſcentes, in cauſa ſunt,ut inualidis fortia præualeant, Atq; artẽ quidem antidotos conficiendi,ſi quis acuto uir ingenio uel ſemel tm̃ inſpexerit,facile diſcet: ut uero eorum,quæ imponuntur notitiam conſequamur, non ſemel, bisve, aut ter,ſed ſæpius admodum ſigillatim quæq; obſeruaſſe neceſſum eſt,etiam ſi quis attentius ab aliquo commõſtrãte,ac uerbis docente cuiuſmodi ſint,quæ ſunt optima,diſcat. Quòd ſi nullo mõſtrãte,ex libri alicuius lectione,quod genus eſt opus Heraclidis Tarentini,itẽ Crateuæ, Dioſcoridis, Nigri, Iollę, Rufi Epheſij,aliorumq; quorundam,in eorum cognitionem peruenire aliquis uelit,longe maiori ipſi opus eſt inſpectione, prius q̃ exacte ſingularum medicinarum uirtutes, ac uitia dijudicare ſciat. Nam qui ſimplices medicinas diuendunt,uſq; adeo callide illarum quaſdam concinnãt, ut exercitatiſſimos etiam quoſq; ea in re uiros decipiant. Quapropter optimum eſt multo ante eas ſibi per amicum ſpectatæ fidei ibi comparare, ubi electiſſimæ prouenire ſolent: uel illuc ſemel accedẽdo ſecum inde tm̃ earum aſportare, quantum per totum uitæ ſpatium ſufficere poſſit: cuiuſmodi ſunt ferme oĩa,quæ metalla nuncupantur. Cyprum itaq; & nos hac de cauſa uiſere uoluimus,ubi amicum magnæ auctoritatis hominem cum haberemus,ſodalem procuratoris,
C qui Cæſaris nomine metallorum fodinis præerat,& cadmiam,& diphrygem,& ſpodiũ,& pompholygem,& chalcitim,& miſy,& ſori,& æs uſtum, inde multum aſportaui. Quemadmodũ rurſus è Palæſtina Syriæ balſami liquorem puriſſimum, nã bitumen Iudaicum ne fraudes quidem ullas admittit,ſicut neq; balſami fructus,neq; lignum. Nauigaui quoq; in Lemnum inſulam, dijnorunt, non alia de cauſa, quã ut Lemniã ſiue terram quis uelit ipſam nominare, ſiue ſigillum, agnoſcerem: dictũ eſt aũt à nobis ſatis ſuperq; de hac in nono De ſimplicibus medicinis libro. Hanc inquam ſiue terram,ſiue ſigillũ quis appellet, adeo quidam interpollant, ut ueram à ficta dignoſcere queat nemo,uelut & quod lycium Indum appellatur,aliaq; complura,quæ non niſi magna cũ difficultate ſecerni poſſunt ab adulterinis. Atq; hæc per eos,qui talibus in locis diuerſantur,conquirere opus eſt,uel per Præfectos,& Senatores,qui illis regionibus præſunt,uel ſaltem per amicos ibi habitantes, quomodo me facere uidiſtis. Apportantur nanq; mihi q̃dam ex magna Syria,quædam è Palæſtina,quædam ex Aegypto,non nulla à Cappadocia,ex Põto,pleraque è Macedonia,& ex prouincijs ad occidẽtẽ poſitis, quas Galli habitant,& Hiſpani, & oppoſitas oras incolentes Mauri. Quæ nã igitur quocunq; in loco medicamẽta optima ꝓueniãt, cum alij,tum Dioſcorides ueriſſime ſcripſit. Nos uero,ut dicebam,ipſa comparare opus eſt, eo
D quo diximus modo,præſertim ſi Romæ habitemus, quo ex uniuerſis gentibus quã plurima quotannis aduehuntur. Multa quoq; per ipſam Italiam partim ſponte naſcuntur: partim arte fiunt, ueluti Dicearchiæ Puteoli nunc dictæ,ærugo,ceruſſa,æs,æris ſquama,ac quædã alia: & Romæ, lithargyrium hoc eſt argenti ſpuma. Non pauca uero pene ſingulis quibuſq; diebus Romã importantur,quæ è Sicilia,& magna Libya quotannis æſtiuo tempore aduehuntur,præſertimque è Creta. Multa nanq; herbarij,qui illic à Cæſare aluntur, nõ ſolum ipſi Cæſari,ſed & toti Romanæ ciuitati,uaſa hiſce rebus plena mittunt,quæ ꝙ uiminibus contexa ſint, textilia uocant. Tam multa itaq; uaſa Romam,& in nationes alias è Creta afferũtur,ut nullius rei prorſus,q̃ naſcatur egeamus,non herbarum,non fructuum,non ſeminum,non radicum,non ſuccorum. Ac reliqua licet omnia ſincera quidem inde afferantur, ſuccos tamen aliquot adulterari, quanquam raro, contingit. Nam cum herbarum copiam inſula gignat,fraudulenter concinnare quicquam non admodũ curant herbarij,qui in ea degunt: nec ſi curarẽt, magni,quemadmodũ in alijs,ea fraus eſſet. Nã in ſuccum abſynthij,quẽ ſolum cõficere debuiſſent, marrubium quoque exprimunt, aut exiguum quippiam hoc genus interpollant. Quamobrem Romæ ſi quis unguentarios adeat, qui ſingulis quibuſq; annis uaſa illa textilia herbarum plena emunt,ab eis primo omnia hæc cognoſcere poterit,etiam ſi nũquam antea ipſa uidiſſet. Deinde ex frequẽti inſpectione,quale ſit

optimum quodq; per ſe ipſum intelliget: q.n. memores ſunt eius, qđ ſuperiori anno emerunt, E cũ aliud melius illo uident, facile hoc illi præſtare dijudicant. Ex herbis ſiquidem quecunq; unà cũ ſemine ſummis ramuſculis adhærente, apportantur, pro cuiuſq; tñ conditione, plurimum ſe minis habentes, nõ habentibus: uegetas, exilibus: põderoſas, debilibus: cõpactas, flaccidis: tẽpore nõ conſumptas, cito abſumptis, potiores arbitrãtur: A ſinus plane is eſſet, q̃ iſta cogitare neſciret. Atq; ut hæc percipere difficile nõ eſt, ita nec guſtu, & olfactu, quid optimũ ſit, dijudicare laborioſum erit, hiſce tñ, qui eadẽ ſæpe inſpexerint: nam qua in re medicamẽtũ guſtu olfactuque tẽtatum excellit, id ea in re ualidius ſui generis alijs eſt. Mel itaq; quod optimũ eſſe perhibetur, dulciſſimũ eſt, & acerrimũ, eo q̃ mellis natura acrimoniã dulcedini iunctã habet. Quoties igitur muſtũ è dulcibus uuis expreſſum ad dimidias tertiasve coquẽdo deferbuerit, quãuis dulcedine melli non cedat, ut aqua tñ obtuſum eſt, nec ſenſum uellicat: atqui mel eiuſmodi nõ eſt, ſed acrimoniã ita dulcedini iunctã hẽt, ut præſtantiſſimum id ſit, quod hiſce duobus excellit. Ac primæ quidẽ optimi mellis notæ ex hiſce ſumuntur: ſecũdæ uero ex accidẽtibus colligũtur naturã eius conſequentibus, colore, odore, & corpore. Colore nanq; luteũ mel ſit oportet: corpore uero neque craſſum, neq; cõcretũ, neq; ualde dilutũ, ſed uniforme totum: atq; ita tenax, ut ſi digito particulam ex ipſo ſuſtuleris, defluereq́; permiſeris, perinde atq; uiſcũ deſcendat, non cæſim, nõ fru- F ſtatim. Quanq̃ ob iſta mel optimũ quidẽ nõ eſt: ſed cũ ſuapte natura optimũ eſt, tũ hæc ſe conſequentia ſigna sẽp hẽt, ipſumq́; idcirco optimum eſſe iſta ſignificant. Quãobrẽ ſimplex quodq́; medicamentum ſæpius quiſq; contempletur admoneo, quo memoria teneat quantum quoq; dulcedinis, aut acrimoniæ, aut alicuius ſenſilis qualitatis, habere poſſit: neq;-n. qualitatũ gradus uerbis ullis explicari queunt. Accedit præterea & aliud quoddã iudicij genus, quo uis uniuſcuiuſq; medicamenti perpenditur, lõga experientia cõparatum, quod oratione declarari nõ põt. Mel quippe è Cnido aduectũ, ſi quis ſigna q̃ mõ retulimus attendat, optimum adeo cenſebit, ut ipſum thaſio, & hymettio proximum eſſe iudicet: quod tñ ubi conſenuit, uitiũ haud paruũ oſtendit, uini nanq; cõditiones aſſumit. Idẽ quoq; rhodio accidit. Vnde quidam theriacã rhodio mel le cũ admiſcuiſſet: deindeq́; tertio poſt anno ipſam mihi nõ mõ guſtu, ſed ẽt odore, uinũ redolere inuentã oſtẽdiſſet, & eã ego conſpexiſſem: id quod euenerat, ex melle, quod impoſuerat accidiſſe dixi. Mirabatur aũt ille. Tum ego rurſus eũ interrogaui, nũquid & mel plurimũ coxiſſet, ipſumq; diutius deſpumaſſet. Quæ ſe feciſſe cum fateretur, ob hoc ẽt mirabatur, ac ſi recõditi quip piã ex me audiuiſſet. Hic ego eius temeritatẽ dãnare cœpi, q̃ ex ſola librorũ lectione theriacam cõficere auſus foret. Alius quoq; theriacã mihi uidendã obtulit, quã cõpoſuerat, acidam factam, G cauſamq́ue ſciſcitabatur. Cum ergo ex me cognouiſſet, ſe plus uini quam par fuerat impoſuiſſe, nec defęcati, nec antiqui: forſanq́ue & plus panis, quàm decebat non rite cõfecti uiperinis carnibus admiſcuiſſe, ſicq́; rem ſe habere fateretur: ut temerarius à nobis obiurgatus diſceſſit.

Quod uinum in antidotis poni debeat. CAP. 3.

IN primis itaq; prouidendũ eſt, ut id uini genus imponamus: qđ firmiſſimũ eſſe nobis experiẽtia cõpertũ ſit: tũ ut ualidũ quoq; quod non amplius mutatũ iri per multos iã annos exploratũ nobis ſit. Nã & debiliſſima uina, &, ueluti quiſpiã diceret, aquoſiſſima, uel magnopere auſtera, quæq́; præ cæteris aceſcere ſolent, niſi à primis annis acida fiãt, integra poſtmodũ p̃ſeuerãt. Eſt autẽ hmõi cõmutationis tp̃s alij aliud. Aquoſis quidẽ nõ multorũ annorũ: ita.n. uina appellant colore alba, corpore tenuia, atq; ut diluantur nõ multæ aquæ indiga. Demũ talia cum ſint, ut nec caput omnino petunt, ita nec corpus plane calefaciunt, nec uentris uenarumque concoctionem euidenter adiuuant, nec deniq; bene alendo corpori cõducunt. Celerrime oĩum uina hæc inueterantur: appellant autem cito inueterari, periti harũ rerũ, ante tp̃s antiqui uini cõditio nes aſſumere. Sunt aũt, acrimonia primũ, qua plane calefacit, tũ amaritudo quoq; † ad quã ſub inde tranſit. Interdũ tñ, & aquoſa quædã uina ad uetuſtatem perueniſſe uidimus, ſi primis tribus H annis uel quatuor acida nõ euaſerint. Potentia aũt uina, & auſtera, & alba uina cũ craſſitie, qñq; poſt decẽniũ ẽt, nõ rite ſeruata, aceſcere cõtingit: cõtingit & quã plurimo tp̃e uetuſteſcere. Talia ſunt in Italia Tiburtinũ, Signinũ, Marſum, & Surentinũ. Tiburtinũ nanq;, & Marſum, auſterũ eſt, & ſi improuide reponat̃, aceſcit facile: Signinũ uero ualidius, & minus aceſcit, inueteratũq; optimũ euadit. De Surentino autẽ quid me dicere opus eſt? quod omnes iã ſciunt ante annum ferme uigeſimũ crudũ adhuc eſſe: uigeſimo.n. tãdẽ anno uiget, potuiq́; aptũ diu perſeuerat, nec facile amareſcit, p̃ſtãtiaq; cũ Falerno cõtendit. Cõtrarias his diſpoſitiones aquoſum uinũ ſubit, Albanũ, Sabinũ, & qđ in Gauro mõte naſcitur, qua parte Puteolos urbẽ ſpectat: quodq; in collibus Neapoli uicinis orit̃, Aminæũ quidẽ nũcupatũ, ſed tenue, nec tale, qualẽ in Sicilia, & Bithynia naſcitur Aminæũ. Nã licet apud has gẽtes nõ nihil tenuis, & aquoſi uini gignatur, nõ tñ multũ abeſt à Sabino, qđ in Italia naſcitur, neq; ab Arſinio & Titacazeno qđ in Aſia prouenit, aut ab eo, qđ à noſtris Tibenũ uocatur, ita à regione Tiba, in qua cõficitur, denominatum. Atq; hęc oĩa uina facile in cõtrarias qualitates mutãtur, acidã dico, & amarã: acidã quidẽ à principio, amarã uero ſi poſtea p̃durauerint. Locus tñ, in quo uinum reponitur, multum facit ut ad alterutram qualitatem mutetur. Optimus itaq; inter initia locus frigidus eſt, poſtea calidus, uel è contrario multum

† *Cod. impreſſi habent* εἰ ἦν μετέσῃ. ἐνίοτε δὲ καὶ τοὺς ὑδατώδεις εἶνους ἀφικνουμένους ἐσὶν εἰδεῖν, ὅταν γε. c. *Antiquiſſimus tamen cod. hẽt* εἰσὴν ἔν ἔτεσιν ἐνίοτε δεκάτοις καὶ τοὺς ὑδατώδεις &c *i. ad quam in annis quandoque decem & aquoſa uina peruenire uidere eſt, ubi primis &c.*

A multum calidus primo: qm̃ tepidus locus uina facile acida reddit. Si uero duobus, aut tribus annis frigido loco repoſita, bona manſerint, in cellam calidã ſatis trãsferri poſtea deſiderãt, nec vnq̃ tepida tẽperataq́; indigẽt. Reperiuntur tñ q̃dam uina uſqueadeo aquoſa, & debilia, ut frigus ne a principio quidem ferant: Quæ pater meus experiẽdi gr̃a cum in calidiſſimam cellam detuliſſet, ſtœbe cũ multa, tũ calida plenas lagœnas cõtexit: uotiq́; compos effectus, nunq̃ deinceps acidum uinum habuit, ſed q̃ celerrimè vetus effectum. Quo mõ aũt unuſquiſq; cellam uinariam calidam ſibi cõparare poſſit, ut & pr̃ meus, iã exponam. Apud nos oĩbus in agris atria magna extruuntur, q̃ focum, in quo ignis accenditur, in medio hñt: nec procul inde iumẽtorum præſepia ſunt, uel utraq; ex parte dextra, & ſiniſtra, uel ex altera ſaltem. Furni autẽ foco iuncti ſunt ab anteriori parte, q̃ ad fores totius domus ſpectat. Tales itaq; ſunt domus oẽs in agris, ẽt ſi frugalius ædificatæ ſint. Nam quæ maiori cura fabricatæ ſunt, exedram hñt è regione ianuæ ſitam ad parietem, qui intus eſt, & utrinque cubicula: quibus aliæ cellæ, quemadmodum & in multis cauponis in circuitu trium, & ſæpe quatuor atrij parietum diſpoſitæ ſuperincumbunt. Ex his aũt oĩbus cellis ea plurimum ab utroque latere contegitur, q̃ exedræ inſtat, quamque pr̃ meus uino reponendo eligebat, quod in dolijs deferbuiſſet. Nam ut firmiora uina prius, q̃ fer-
B ueant, in fidelias transferre, ſic infirma calido in loco ſeruare, noſtrates ſolent. Melior aũt ad id ea cella eſt, q̃ ad meridiem ſpectat, & a ſeptentrione auerſa eſt. Herba uero quædã apud nos inuenitur frutico ſa, calida, & acris ualde, parumper redolens, quã incolæ colymbadẽ, alij ſtœbẽ appellant ad p̃ſeruandũ uina aptiſſima. In hac ita q; fideli as ruſtici collocant, atq; parietẽ unũ ſuperioris cellæ, qui in atriũ reſpicit, in quo furnũ & focum eſſe diximus, amplius feneſtris aperiunt, agnoſcentes calorem per feneſtras ingreſſurum cellã, in qua fideliæ repoſitæ ſunt. Cella igitur uinaria partim calore ex atrio aſcẽdente calefacta, partim herba ſtœbe fota, uinũ qđ cũque repoſitũ aceſcere nõ ſinit. Quòd ſi quis magis adhuc hoc conſequi, nec unq̃ aberrare, deſiderat, uinũ fidelijs infundat non nouis, ſed alijs, è quibus antiquũ uinum iã exhauſtũ ſit. Similẽ quoque morẽ ſeruandi uinum, & in Italia obſeruaui, in agro Neapolitano, & Neapoli uicino colle, quem Trifolinum appellant: multisq́; aliis in locis Italos accepi, ita uinum calefaciendo præſeruare. Verum eiuſmodi uinũ, ut firmius euadit, ſic & capitis dolorẽ facilius parit, eamq́ue exfumo qualitatẽ acquirit. Fugienda ſunt aũt oĩa eiuſmodi uina, nec medicamentis admiſcenda, q̃ corpus intrant: nam in emplaſtris, & id genus aliis medicaminibus, q̃ foris admouentur, ſi optima deſint, talibus quoq; uti nihil prohibet. Eligenda ſunt itaq; in conficiendis antidotis ui
C na ſuapte natura firma, inter q̃ Falernum non hac re ſolum excellit, uerum & oĩbus alijs dotibꝰ antiſtat: eligendumq́; ex falernis id, quod nondum eſt uetuſtate amarum, ut aliqui faciunt, hac in re ab ijs, qui theriacam ritè conficiunt, aberrantes. Cum.n. audierint id, qđ ſp ab oĩbus dici ſolet, ſeneſcere cætera tẽporis diuturnitate, p̃ter uina, ſummè vetuſtũ uinum admiſcent. Neque uero hac in re una delinquunt, ſed in alia ẽt peccant, dum ex eo quantum admiſcere debeant, coniectare neſciunt, q̃ in libris medicinarum compoſitionem continentibus quantum uini infundere conueniat, expreſſum non ſit. Cum aũt Falerni genera duo reperiantur, quæ ſeſe uirtute nihilo ſuperant, dulcius, qđ Fauſtianum proprie appellant, gratiorem antidotum facit. Quẽadmodũ ergo, qui fugiens uinum, & aceſcere ſolitum antidotis adhibent, magnopere peccant, nam tametſi nullum de ſe uitium habeat, commiſtum tamen rebus alijs plerunq; aceſcit: ſic & qui Falernum eximiæ uetuſtatis immittunt, errant: ipſum nanque antidotos amaras reddit.

De melle componendis antidotis idoneo. CAP. 4.

MEl quoque uetus admodum alius quidã medicus, ut & de falerno uino diximus, imponebat, tali rõne motus. Si mel, quod optimũ antea uidebatur, admiſtũ antidotis uinoſũ effectum eſt, tutius eſt multo illud mel admiſcere, quod ſicut & uinum, tẽporis lõgitudine conſtet
D incorruptum eſſe. Atque hoc ſanè mel uetuſtate ſubamarum tum fuit: poſteaq; plus ẽt, quã par fuerat coctum, magis adhuc amarum euaſit, id quod omni uetuſto melli, ſimulatque decoctum fuerit, euenire ſolet. Atque hoc admirabile non eſt, cum etiã ſi coctũ nõ ſit, dulcedinem tamen cum amaritudine uetuſtate commutet. Pater meus mel quoddam habuit, ita amarum, ac ſi in Ponto natum foret, eo in tractu, vbi ex abſinthio apes mel colligunt. Id ipſum tñ, & Athenienſe, & optimũ fuiſſe dicebat, uerũ temporis diuturnitate amarũ euaſiſſe. Hoc, qm̃ inutile mihi uidebatur, ẽt poſt patris obitum, nunc uſque ſeruamus, amarumq́ue adhuc plus quam tunc fuerat effectũ eſt, & nigrius: non tñ craſſius multo euaſit, id quod mellis optimi præcipuum indicium eſt. Siquidem mel, quod in Eleunte Cherſoneſi naſcitur illo in loco, ubi Proteſilai fanum extat, quamuis diu eaſdem condõnes habeat, quas & hymettium, craſſiꝰ tñ, & conglobatius proceſſu tẽporis efficitur. Cõiicienda ſunt igitur in antidotos mella, quantũ fieri põt, optima, hymettia, thaſia, aut certe attica: q̃bus ſi careamus, è Cycladibus aduectũ mel imponemus quodcunq; ſimilius attico fuerit. Quanquã in Iſthmo quoq; bonum mel prouenit, ita Iſthmiacum, à loco ubi naſcitur, cognominatum: Sicut & Tubreum, quod & ipſum, nomen adeptum eſt. Celebrata aũt mella hęc ſunt. Nã mel in aliis etiã regionibus optimũ cõficitur, ſed cũ ob exiguitatẽ ab incolis totũ abſumatur, in alias prouincias non exit, nomẽq; idcirco ullũ nõ habet. Noſtra ſiquidẽ in

Aſia

Asia collis quidam inter Pergamū & Eleā urbem maritimam porrigitur, thymo scatens, ī quo E apes optimū mel reponunt, quod ibidē totum absumitur: occurrit aūt collis iste a læua Pergamo Eleam abeūti, uiæ tñ uicinus nō est. In Mysia quoque, qua parte nr̄æ prouincię finitima est, tractus occurrit, quem Britum noīant, in quo mel attico simile penitus magna cum admiratione conspexi, q̄ q̄ deteriora plane mella ibi quoq; proueniant. Extabat aūt ibi quoq; monticulꝰ quidā non magnus, saxosus totus, thymo & origano plenus, ad cuius radices agri cytiso q̄ plurimo abundabant. Ex eo collis dñs mel usque adeo dulce colligebat, ut hac in parte atticū ēt superaret: acre tñ, ut atticum non erat: statimq́; idcirco se gustantes subuertebat, & nauseam citò commouebat, si paulo liberalius comesum fuisset. Hoc siquidē de cytiso scriptores uno ore tradunt, apes ex cyti si floribus plurimū mellis excerpere. Fruticosa uero planta cytisus est, eam altitudinem attingens, ad quam myrtus crescit. Dicta aūt a nobis hæc sunt, non solum ad utilitatē medicorum, qui Romæ diuersantur, quo singulis annis optima quæque ex omnibus prouincijs comportantur, sed ēt ad commoditatem eorum, qui in cęteris orbis terrarum partibus degunt. Nā si rerum optimarum notas agnoscent, eximia quæq; eligere sciant, q̄ apud ipsos in suburbanis, & uicinis agris populisve nascuntur. Philonium igitur si quis conficere uelit, aut aliq̄ aliam minorem antidotum, medicinis non eget ad summum optimis. At si uel mithridaticam, uel theriacam, uel aliquam aliam maiorem antidotum, componere moliatur, q̄ & multa comprēdat, & cinnamomum accipiat, optimis quibusque indiget medicinis. Quæ qm̄ alio in tractu, q̄ Romæ haberi non pñt, p̄pea tales antidotos Romæ conficiunt non solum optimi quique medici, sed ēt unguentarii. Qui tametsi oēs in earum compositione nunc plus, nunc minus impingant, eas tñ usui non inutiles conficiunt. Quo t̄pe igitur Antoninus imperabat, theriaca a multis diuitibus parabatur: deerantq́; idcirco nō nunq̄ eorum, quæ difficulter haberi possunt, simplicia quædam. Est. n. admiratione dignum quantopere diuites principum mores, uel imitentur: uel, si non imitentur, uideri saltē uelint. Nam postq̄ ex humanis Antoninus excessit, pauci amplius aut theriacam, aut mithridatum conficiunt. Cæterum ut Romæ potius, quā alibi medicinæ simplices optimæ, oēs haberi pñt, sic quoque ab eo, qui Romæ Cæsarum antidotos conficit, singula multo magis perfecta hñr, Vinum falernum, mel hymettium, opobalsamū Syriacum, quod a loco, in quo plurimum, & optimum prouenit alterum quoq; nomen accepit, Sagadinumque dr̄, cunctis aliis melius, quæ in Palestinæ prædiis colliguntur. Quantum uero falernum uinum eo, quod caupones uendunt, præstantius est, tm̄ Aegyptio opobalsamo sagadinum uocatū antistat: Is igitur cui theriacam Cæsari conficere obtigerit, ut & mihi contigit, modo singulas medicinæ cuiusq; dotes exacte noscat, optimum proculdubio antidotum conficiet. Nam cū optima quæq́; Imperatoribus undecunque afferantur, ex optimis quoq; denuo p̄stantissima seligē tur. Equidem ipse uini falerni ætate perlecta, quę singulis in fideliis descripta fuerat, id tm̄ gustabam, quod uigesimum annum excessisset: indeq́; initio facto ad id usque perueniebam, qd̄ sub amarum nondum foret. Id. n. uinum optimum quo ad ætatem censeo, quod uetustissimum quidem est, nondum tñ amaritudinē aliq̄ assumpsit. Ex mellis quoq; hymettii copia, q̄ in Imperatorum apothecis plurima erant, bimum gustabam, idq; rursus eligebā, quod dulcissimū, & acre plus esset: hoc. n. & recenti, & magis inueterato præstat. Cæterum quia non modo regias opes tractantibus, sed oībus quoque aliis medicis, hanc componendi artem utilem esse uolumus, id circo quædam adhuc subiungemus, in primisq́; illud, Mella Athenis multa diuendi, quæ thymum multum in imo uase occultatum, atq; ideo aspectui non obuium hñt: acrimoniam autem id melli parit, & processu t̄pis in superficiem enatat, quemadmodum, & quicquid aliud melli incidit. Tale aūt mel est penè oē, quod Romæ uenale proponitur, nisi ipsum qui afferunt prius commisceant, thymumq́; quod supernatat oē auferant, ut uulgo ex gustato melle, thymi sapo rem q̄ plurimum percipienti, facilius imponant. Verum hic sapor non nisi in uitiato melle contingit. Quamobrem si quis thymi saporem habere mel senserit, mō expositas fraudes subesse intelligat. Mel siquidem optimum q̄uis thymi acrimoniam præ se ferat, nō tñ eius odorem reddit, aut gustum tantopere uellicat. Ac de mellis quidem optimi conditionibus hactenus, nam quoadusq; coquere ipsum conueniat, mox docebimus, cum de theriacæ compositione loquemur. Interea uero ea de uino subiungemus, quæ paulo ante dicere omiseramus.

Conquirenda esse quauis in regione, mella, uina: simplices medicinas. CAP. 5.

IN Asia nanq; si antidotos conficere uolueris, aut aliqua alia in gēte, uinoq́; ad medicamētū requisito carueris. uinum conquires fuluū quidem colore: nā neq; nigrū, neque album, neq; rubicundū, eiusmodi antidotis conuenit. Corpore aūt ita tenue esse debet, ut oculis peruiū sit & transpareat. Gustū uero talē præ se ferat, qualē modo falernum hr̄e dicebamus, nondum quidem amarum, non tñ adhuc obiuuentā crudum. Subiiciam aūt in exemplū quænam uina talia sint, noīatimq́; ipsa, quæ in nostra Asia proueniunt, cōmemorabo. Antiqui. n. medici, etiā ante q̄ Romanorum Imperium creuisset, & falernum uinum famam adeptū esset, eorum noīa suis libris cōmisere, suntq; tria hæc in Asia a medicis celebrata uina, Chiū, qd̄ in Chio insula nascit: Ariusiū ab eo tractu, in quo prouenit, cognominatū: Lesbium ita de noīe totius insulæ, in qua

oritur,

A oritur, appellatũ: & Tmolite à monte Ciliciæ unde aduehitur, cui Tmolus nomen eſt, uocabulum adeptum. Perſpicuum autem eſt ex his, optimum eligendum eſſe per ea ſigna, quæ ſuperiꝰ expoſui. Nam, ut de melle quoq; dicebam, quẽadmodũ id, quod in Aticca naſcitur, omne fere bonũ eſt, & inter Attica mella hymettium principatum obtinet, poſtea ab illo Thaſium: ſic cũ multa uina in Lesbo gignantur, id quod ſuluum nec corpulentum eſt, & bene olet, minimũque cõſtipat, & dulcedinem modicã quidem, non tamen obſcuram hẽt, Lesbium proprie nuncupatur. optimumq́; in Ereſſo urbe huiuſmodi uinũ prouenit: deinde ob hoc ſecundum in Methymna, & tertium Mitylene gignitur: quorũ omnium præcipuum is eliget, qui notis antedictis uinũ diiudicat. Vinũ enim id ex omnibus aptius erit ad cõponendũ antidotos, quod & odoratius, & dulcius, & tenuius fuerit: quod genus eſt Lesbium, & Aruiſium, quæ duo parũ inter ſe differunt. At tmolite, & falernum eiuſmodi non ſunt, ſed duo uini genera, alterum dulce: alterum nec dulce, nec auſterum, ſed inter dulcia, & auſtera medium. Inijciemus ergo in theriacam uinũ, quod eſt dulce, non quia præ cæteris uim aliquam antidotis afferat, ſed quia illarũ guſtũ gratiorẽ reddit: cui operã dare cõuenit, in hiſce medicinis, quæ intro aſſumimus, p̃ſertim cũ amara inter ſe q̃ plura cõtinuerint, quod genus eſt theriaca, & mithridatum. Nam & oẽs alias ſimplices medi
B cinas, quas longa experientia ſerpentibus aduerſari cõpertum eſt, amaras eſſe cõſtat: uelut cũ eas tractabimus apparebit. Homerus autẽ, ut ex uerbis eius colligitur, quæcunq; dolores etiam amouent, amara putat. Inquit enim, Radicemq́; addit amaram cõpreſſam manibus, cunctos q̃ ſola dolores, abſtulit. Medicus autem omnium ſtirpium, ſi fieri poteſt, peritiam habeat conſulo: ſin minus, plurium ſaltem, quibus frequenter utimur. Sunt autem ipſarum genera, uel ſi ſic denominare uelis, differentiæ hæ, arbores, frutices, herbæ, ſpinę, uirgulta. Hæc enim quiſquis toto ætatis illarũ decurſu nouerit, multis in partibꝰ orbis terrarũ reperiet: Vt & ego in Italia multis in locis inueni, q̃ nec qñ pullulant, nec qñ creſcunt, nouerunt iſti, qui ſiccas ſtirpes tm̃modo cognoſcunt. Nullus itaq; Romæ unguẽtarius extat, qui Creta allatas herbas, & ipſarũ ſemina, non agnoſcat: at in ſuburbanis urbis non paucas ex ipſis naſcentes prorſus ignorant: idcircoq; nec quo tempore ſemẽ ferant, obſeruãt. Ipſe vero, & chamæpityn, & camędryn, & thlaſpim, & centauream, & hypericum, & polium, & id genus herbas alias Romæ uidi, quas obſeruato tẽpore quo uigent, neq; ęſtiuo Sole arefactas, neq; citius, quàm par fuit, euulſas collegi, nondũm concoctis ſeminibus aut maturis. Compoſitarum nanque medicinarum uirtus ex ſimpliciũ uigore cõſurgit, parua quadam interueniente differentia ex componendi arte: ad quam explicã
C dam mox deueniemus, ſi prius, quo pacto ſimplicia medicamenta inter ſe apte cõponi poſſint, expreſſero. Quoniam uero quędam formulę compoſitionis artem continentes, mendosè conſcriptę ſunt, dum alij illarum deſcriptiones petentibus exhibendo dedita opera mentiuntur: alii exemplaria, quę a maioribus integra acceperũt, peruerſa minoribus tradunt (nam libri qui in bibliothecis repoſiti ſunt, cum numeros notis deſignatos contineant, facile deprauantur, ſiquidem ſ modo in θ, modo in o, tranſit, & ι quoque & υ reciprocant: una enim linea addita ι, in υ mutatur, & ex duobus altera detracta, ι remanet) idcirco, ſicut Menecrates librum conſcripſit quẽ de integris literis Imperatoris inſcribit, in quo ſeptẽ duarum ſyllabarum uoce, non his notis ſolum vij, ſignificantur: & uiginti triſyllabica dictione deſignantur, non autem his literis xx: & quadraginta, quatuor ſyllabis, & non his ſolummodo figuris xl: itemque aliis in numeris, eodem modo fecit: ita & ego faciam. Andromachum quoque ſummopere commẽdo, qui theriacam ipſam, ut & alii quidam carminibus celebrauit. Nam & Damocrates nõ theriacam ſolum, ſed quaſcunque etiam alias medicinas uerſibus conſcripſit, recte ſane: ita nanque ab improbis peruerti medicamenta minime poſſunt. Verum Andromachi primum nos in præſentia carmen ſubiungemus.

D

ANDROMACHI SENIORIS THERIACA QVAE VIPERAS HABET, & Tranquilla cognominatur, ad D. Neronem. CAP. 6.

ANtidotum multis inſignem uiribus audi — *Theriacæ dedicatio.*
Cęſar, qui nobis ocia tuta facis.
Tranquilla hęc, Hilariſque ſuo, pariterque Serena — *Theriacæ nomina.*
Nomine, cyaneos non timet una ſinus.
Non ſi quis cupidis expreſſa papauera labris — *Ad Venena.*
Hauſerit, exitium pocula ſumpta ferent.
Non ſi quis gelida compleuerit ora cicuta,
Si quis hyoſcyamum, ſiue aconita bibat.
Non ſi cantharides, aut pręſens morte uenenum
Colchi tuum ſumat, feruida Thapſe tuum.
Arida non dipſas, non clarus fraude ceraſtes, — *Ad ſerpentes.*
Non feret impreſſo uipera dente necem.

Incaſſum

Incaſſum cauda conſurget ſcorpius unca:
Nec ſubitos luctus aſpis iniqua dabit. E
Non ptyas audebit calido progreſſa cubili,
Vt prius aduerſa comminus ire uia.
Nullus ob hœmorrhi ſtillabit uulnera ſanguis:
Nec tumidos faciet preſſa dryina pedes.
Claudere non cogent odioſa phalangia ſummum,
Concuſſu tremulo frigoribuſque diem:
Non hydrus, Nec ubi torret Sol æquora cancro,
Cum petit arua minax, concitus atque furit,
Ora trahens multa cherſydrus cæde cruenta,
Supremum uitæ ducet in exitium.
Hac fidens æſtu per rura vagabere Cæſar,
In Lybico quamuis progrediare ſolo.
Nil oberit ſicci tibi ruris alumna rubeta,
Nil geminum tollens amphiſibæna caput.
Hæc rurſus ſtomacho præſens medicina tumenti eſt: F *Ad grauiores morbos.*
Hæc ab anhelanti pectore tollit onus:
Aut intus toto cum ſpiritus undique uentre
Fluctuat, & ſurdis uiſcera pulſat aquis:
Diraque cum miſerum dirumpunt tormina uentrem,
Et ſaliunt longi membra dolore coli.
Sanat item croceo ſuffuſos ora colore,
Regius is ſolito nomine morbus erit.
Hi poſitas nolunt miſeri contingere menſas,
Nec ſiquis uitæ tempora longa daret.
Sed ſibi diſſimiles oculis animique dolore,
Contemnunt medicæ, quis putet? artis opem.
Inuadet quoties hydrops mala corpora liuor
Inficit, hac fies liber ab antidoto.
Hinc hebetes oculi ſibi priſtina lumina ſument. G
Hac phthiſis incipiens uicta recedit ope.
Sola poteſt in ſe collectos ſoluere neruos,
Pendula tunc aliquis tentave colla gerit.
Nec ſinit ut membrana, leues quæ pectore ab imo
Sepſit pulmones, uicta tumore premat.
Hac etiam magno ueſica dolore leuari,
Horrifici ſtimulis ulceris icta ſolet,
Sola poteſt clauſos penis reſerare meatus,
Irrita quos urit, ſollicitatque Venus.
Cinxerunt lumbos renum quandoque dolores,
Hauriat hæc aliquis pocula, ſanus erit.
Sola poteſt eadem multis accepta diebus,
Tollere de læſo pectore puris onus.
Neu te dira lues, neu lædat noxius aer, H
Hanc cape, cum primo eſt Sole reuecta dies.
Hacque canum rabiem fato impendente fugabis,
Cum trepidat moriens, & ſitit æger aquas.
Inſomnes demum quibus eſt mos ducere noctes,
Conciliat ſomnum, peruigilesque leuat.
Pondus erit quantum creuit faba, quam pater atro *Doſis Theriaca.*
Atque reſtagnanti flumine, Nilus alit.
Ipſe tribus cyathis præſcriptum dilue pondus *Aſſumptionis modus.*
Antidoti, cyathis igne calentis aquæ.
Sic commiſta, tibi uel claro mane bibatur, *Aſſumptionis tempus.*
Vel cum mox primam protulit orta facem.
Morbi certa dabit crudi ſolatia, mane
Sumpta, quibus triſtis lux ſolet eſſe magis.
Veſpere, cui magnos nox aduehit atra labores,
Languenti cuſtos atque leuamen erit.
At qui calcati morſu ſerpentis anhelat,

A Ignarusve doli toxica nigra bibit,
Et cum mane nouum, & cum ſe Sol abdidit undis,
Sumat, ab æquali pondere tutus erit.
Hactenus & pondus, uiresque, & tempora Cæſar.
Quod ſupereſt, dicam quo facienda modo.
Vipera principio cura obſeruata procaci, *Paſtilli ex Viperis.*
Protinus eſt celeri corripienda manu.
Namque ubi triſtem hyemem pepulit clementior aura,
Arcta ſolet cæcæ linquere luſtra domus.
Et paſſim uiolis carpit uernantia prata,
Dum uiridis quærit ſemina fœniculi.
Nam facit hæc cernant ſerpentes acrius herba,
Quos alit in cladem tarde bubulce tuam.
Deprenſis igitur ſummum caput, imaque cauda.
Demenda, hinc quicquid uenter inanis habet.
B Infert nam ſæuos hinc atque hinc vipera luctus,
Et ſquammis caudæ dira uenena tegit.
Ceruicisque ideo tantum, caudæque ſecabis,
In pugnum quantum eſt alta reducta manus.
Sanguine ſed miſtum caueas ſtillante uenenum,
Verè hilarem nam ſic experiere diem.
Hæc ubi rite tibi fuerint perfecta, ſubinde
Vipereas carnes fictilis olla coquat.
Ante tamen miſces frondem graue olentis anethi,
Et quantum ſatis eſt prouidus indis aquæ.
At cum panda fluunt reſoluti corporis oſſa,
Cumque tument flauæ noxia terga feræ,
Exime vipereas, confuſa cadauera, carnes:
Exemptas, longa uentilet aura mora.
Hinc ſpinas tacita prudens ſubducito mente,
C Quas bene ſi tractes ſentiet apta manus.
Adde laboratum panem, ne uipera formam
Tuſa neget rotulis, nè pereatve liquor.
Inque cauo dudum poſtquam hæc uerſaueris orbe,
Finge rotas, aptum det quibus umbra locum.
Inde capillato Scillam cum cortice ſumptam, *Paſtilli è Scilla.*
Pulte linas, medio conſtituasque foco.
Ac cineris rutili cumulos ſuperingere, donec
Reddatur ſcillæ mollius igne caput.
Signa dabit, feruens poſitos cum diſcutit ignes:
Excute, & ut leues dempſeris exuuias,
Tres ſcillæ partes, erui compone duabus,
Piſtilloque crepet concaua pila diu.
Ac minimos tandem contuſa premantur in orbes.
Quos procul a radiis mitior umbra tegat.
D His igitur lancem primum cumulabis, & octo *Primus ingredientium ordo xlviij.*
Bisque decem drachmas accipe, bisque decem.
Dimidium ſuperadde rotæ, quam vipera fecit, *Secundus xxiiij.*
Et piperis longi ſit quoque pondus idem.
Sitque opij tantum, tantum medicaminis eius,
Quod grati nomen magma colori s habet.
Inde quater ternas mutato pondere drachmas *Tertius xij.*
Iridis, & ſiccæ protinus adde roſæ.
Addaturque tui radix dulciſſima ſucci,
Et dulcis tantum ſeminis inde napi.
Scordion iungas, & odoribus inclyta ſemper
Balſama, qui ſyrio mittitur orbe liquor.
Tum quæ ſuſpendas æquata cinnama lance
Coniice, & agarici par quoque pondus eat.
Hinc ſupereſt myrrham, coſtumque, ſpecuque reuulſum *Quartus ordo vi.*
Corycio fragrans impoſuiſſe crocum.

Et

Et c aſiæ calamos,& quam tulit India nardum,
Teque Arabi ſchœnum gloria prima ſoli. E
Inde nigrum coniunge piper,thuriſque nitorem,
Diuite quod fœlix rure Sabæus alit,
Nec tu dictamnum, nec tu quoque pontica rheon
Deſueris,ſtœchas,marrubiumque uirens,
Atque apium petris quod naſceris, & calaminthe,
Afraque cum lachrimis ò terebinthe tuis.
Et folijs gramen quinis, & zingiber ardens:
Singula ſed drachmas ſex tibi quæque trahant.
His etiam polium drachmis ſe quatuor addet, *Quintus ordo iiij.*
Addet ſe polio proxima pinus humi.
Cumque racemifero Celtarum nardus amomo,
Et ſtyracis lentor,feruidaque herba meon.
Atque humilis quercus ſemen,Pontoque petita
Phu,quibus accedet Lemnia terra comes. F
Nec non malabathri folium, miſcebis & aſſam
Chalcitim,fibras gentiadasque ſimul.
Inde tenax gummi,preſſaque hypociſtide ſuccus
Adſit, & hinc fructus balſame parua tui.
His etiam aniſum, ſeſelimque his iungere mollem,
His cardamomum,fœniculumque uelis.
Atque atram lachrimam, Nili quam ſpina remittit,
Quæque ſuo thlaſpis ſemine nomen habet.
Hypericon rurſum,pallens miſcebis & ammin:
Nec drachmis totidem plus ſagapenus eat.
Pondere dimidio tum quos ſibi Caſtor ad Iſtrum *Sextus ordo ij.*
Ore ſecat teſtes,impoſuiſſe decet.
Quis nec Ariſtolochi radix, ſiccumque bitumen,
Candida nec deſint ſemina dauce tua.
Denique cum panacis ſuccum,centaurion atque G
Addideris,finem chalbanus ipſa dabit.
Antiquo primum ſolues tamen omnia uino, *Commiſtionis modus.*
Humida quæ fuerint, ut liquor & lachrimæ.
Tum quæ ſicca uides,poſtquam contuſa minutim,
Cecropio pariter iungere melle uelis.
Hæc qui nos primus docuiſti maxime Pæan *Aeſculapiij inuocatio.*
Adſis, ſeu Triccæ te iuga ſumma iuuant,
Seu Burrina magis, Rhodos,aut Epidauria tellus,
Adſis,& Regi fer tua dona meo,
Stirpe tua natam Panaceam,namque ſalutem
Ille datam puro ſemper honore colet.

Andromachi iunioris Theriacæ deſcriptio. CAP. 7.

HAec quæ ſenior Andromachus de theriaca cõſcripſit, Andromachus filiꝰ in eo libro, cui titulus eſt,de medicinis intro aſſumendis,his uerbis explicat:non tamẽ equeſtri,ut pater, ſed pedeſtri utitur oratione. Antidotus galene.i. tranquilla cognominata ad oẽm malã inter-H namq; corporis affectionẽ,præcipueq; ad uentriculi uitia,& uenena, febresq; ꝑ circuitũ inuadẽtes. Habet autem paſtillorum ſcillicorum 3. xlviij:paſtillorũ theriacalium,ſpiſſamenti hedych roi,piperis nigri,opii,ſingulorũ 3.xxiiij:roſarũ ſiccarũ,ſcordij cretici, ſeminis napi, iridis illyricæ,agarici pontici,cinnamomi,ſucci radicis dulcis, opobalſami,ſingulorum 3.xii:myrrhæ, croci,zingiberis,rhei pontici,radicum quinque folii,nepitæ,marrubii,petroſelini, ſtœchadis, coſti,piperis*longi,dictamni,florũ iunci rotũdi odorati,thuris,terebinthinæ, caſiæ fiſtulæ,nardi indicæ,ſingulorũ 3.vj:polii cretici,ſeſeleos,ſtyracis,thlaſpeos,ameos,chamædryos,chamæpityos,ſucci hypocyſthidis,malabathri,nardi celticæ,radicum gentianæ,aniſi,mei athamantici,ſeminis fœniculi,rubricæ lemniæ,chalcitidis uſtæ,ammi,† phu pontici, fructus balſami, hyperici,acaciæ,gummi,cardamomi,ſingulorum 3.iiij:ſeminis dauci,chalbani,ſagapeni, opopanacis,aſphalti,caſtorij,centaureæ tenuis,ariſtolochiæ tenuis,ſingulorum 3.ii: mellis attici drachmas*noningentas ſexaginta,uini 3.tercentum uiginti. Hæc Andromachus iunior ſoluta oratione cum ſcribat,põt,qui non intelligit,omnia,quę ſenex Andromachus elegiaco uerſu tradidit,hinc ea conquirere. Quamobrẽ & nos eorum,quæ obſcurius ibi dicũtur, expoſitionẽ omiſimus operis prolixitatem veriti. Vnum tantum demirati ſumus,iuniorem Andromachum,dũ connume-

* *In cod. græ. Baſ. etiam album piper additur.*
† *Acori, additur in impreſſis.*
* *In cod. græc. Baſi. eſt Mellis 3.pv, uini. 3.π*

A connumeraret ſimplices medicinas,quæ antidotum hanc faciunt,in locum calamenthi nepitã retuliſſe,ſic.n.Romani calamenthum uocant. Non decuit aũt ipſum, qui cætera Græce ſcribebat,hanc ſolam Romanam uocem Græcis uocabulis interponere. Vna autẽ in re tm̃ hæc ab ea differt,quæ carminibus deſcripta eſt,q̃ illa piperis longi ʒ.xxiiij,nigri ſex habet: hæc autẽ proſa oratione deſcripta nigri xxiiij,longi vj.cõtinet. Qm̃ uero,ut dixi multa exemplaria,medicinarum pondus mendoſum hñt,idcirco ipſum non notis,ſed integris uocabulis, primum appoſui, Menecratis iudiciũ hac in parte ſecutus. Deinde quia Andromachi uerſus obſcuriores uidebãtur, Damocrates iambos eamet de re aperte admodum cõſcriptos,ſubiungere decreui. Verum hoc paulo poſt fiet:in pñtia nanque, qm̃ ex ſimplicibus medicamentis, quæ huic antidoto imponuntur,a nobis aliquot iam expoſita ſunt,reliqua deinceps ſubnectere melius eſſe uiſum eſt.

De compoſitione paſtillorum ex viperis. CAP. 8.

V Iperas non,ut aliqui faciunt,æſtate media,neq; ſtatim ubi cauernas egreſſæ fuerint,uenari conuenit:æſtate ſiquidẽ earũ carnes ſitim excitant,ſtatimq; ab egreſſu frigidæ,ſiccę, & extenuatæ ſunt. Opportunum itaq; tp̃s eſt,qđ iis medium intercedit,quodq; Andromachus ipſe ſignauit:quo tpe & qui libero patri ſacra faciunt,uiperas lacerant,uere quidem finiente,nõ
B dum tm̃ æſtate incipiente:uel ſi uer quo ad magnam ſuam partem hyemale fuerit, circa principium æſtatis,non multo poſt pleiadum ortum. Viperas aũt, quæ prægnantes ſunt,reiicere oportet:aliarum uero caput,ac caudam abſcindere,quæ partes uenenatæ etiã plus eſſe vñr,& duras, paucasq; carnes continere. Sufficiet aũt in magnis uiperis,ſi id, quod utrinque amputabimus, quatuor digitorum menſuram non excedat. His peractis reliquum corpus,inteſtinis exemptis, pelleque detracta,aquis primo abluendum,atque in uas fictile coniiciendum eſt:deinde aqua pura ſuperinfuſa,& anetho quod tunc uiget,ollæ prunas, ut coquatur ſubiiciemus:uel arida ligna,q̃ q̃ fumum non emittant,ἀκαπνα uocant:uel qđ melius adhuc eſt,uitium ſarmenta. Salis autem ſi ſuo tpe uiperas ceperis,tantillum immittere oportet:ſin æſtate iam incipiente, nihil. Omittere inſuper eas conuenit,quæ maritima loca,quæve in aliqua ſalſa aquarum lacuna, degũt. Antidotus.n.quæ eiuſmodi uiperas acceperit,ſitim excitabit. Viperas igitur,cum ita coctæ fuerint,ac ſi quis ipſas comedere uellet, ab iure primum eximemus; deinde illarum carnes ita ſpinis auellemus,ut ſpinã aliquã non accipiamus: auulſas carnes exquiſite conteremus: panis ex puriſſima farina confecti optimeq; ſiccati,qui præcipue & bene fermentatus ſit, &†in furno non ſub clibano coctus,modicum quiddã admiſcebimus. Non nulli tm̃ in commiſcẽdo panem
C uiperis hanc menſurã ſeruandam præcipiunt, ut panis pondus uiperinarum carnium dimidio minus ſit:alij ne tertiam partem excedat malunt. Ego uero qñque quartam, qñque & quintã, panis impoſui. Cæterum niſi bene coctus fuerit, periculũ aliquod acoris imminet medicamẽto. Melius eſt igitur panem hunc ita coctum per aliquot dies loco aliquo ſicciori prius exiccaſſe. Verum cum uiperas,& panem,coniunxeris, diligenterq; adeo ſubegeris,ut nulla uiperinæ carnis particula non contuſa remanſerit,paſtillos ex ea maſſa cõficito, qui tenues ſint:nã craſſi cum difficulter ſicceſcere ſoleant,& carnem putreſcere,& panem aceſcere ſinunt. Quamobrẽ panem quoq; ante ſiccatum terere ſatius eſt,& non quemadmodum ante nos, qui Cæſari theriacam faciebant,uiperarũ iure maceratũ. Quam rem ipſe quoque diu feci, ſed mihi poſtea melius eſſe uiſum eſt,panem antea contritũ, uiperarũ carnibus exacte iam ſubactis admiſcere: citius nanque paſtilli ſicceſcunt, qui ſiccũ panẽ non madidũ acceperint. Sit autem cella in qua paſtillos arefacies,in ſuperiori domus parte ad meridiẽ conuerſa:uel ſaltem ad ſeptentrionẽ non reſpiciat,ut Solis radios tota penè die accipiat. Tali.n.in loco cõmode ſicceſcent, ſtatim a compoſitione ibi collocati,quo ſolares radij peruenire non pñt. Frequenter aũt ipſos cõuertere opus erit,ut æqualiter utraq; ex parte ſicceſcãt,quod facere ſi quis omiſerit,ſuperior quidẽ pars
D celeriter areſcet,inferior aũt humida diutius permanebit,periculumq; erit ne marceſcant. Poſtea vero,q̃ exiccati fuerint,maneant adhuc aliquot diebus eadẽ in cella lõgius,q̃ prius a Solis radijs,ſæpeq; denuo conuertantur. Sufficient aũt ad hæc omnia quindecim dies ad ſummum: poſt quod tp̃s,donec theriacam conficere uolueris,recondi debent in uaſe ſtanneo,aut uitreo, aut ẽt aureo. Vitro ſiquidẽ,& auro nihil fraudulenter admiſceri põt: Stannum aũt plũbo adulteratur,quod uitare conueniet,uon ſolũ in hac antidoto,ſed & in quibuſcunq; aliis medicinis: Quemadmodũ & argentũ,ſi purum non fuerit, uaſa nanq; ex eo fabricata celerrime rubiginẽ contrahunt:purũ autẽ argentũ Romani candidũ uocant. Cæterum longe melius eſt,haud multo poſtq̃ paſtillos confeceris,ipſis uti:quanq̃ non multum detrimenti capiunt,ẽt ſi peracto anno,atq; ẽt multo poſt,eis utaris. Recte nanq; a principio ſiccati, ad tertium quartũq; annum integri perſeuerant,dummodo tm̃ apte reponantur:& ſubinde puluiſculus quidam qui ipſis obnaſci conſueuit,mundis mantilibus interdum abſtergatur:is nanque ſi diutius inhæreat, paſtillos perforabit. Perſpicuum eſt autem inutiles eos tum denique reddi,cum perforati fuerint,quem admodum ante quàm hoc accidat,etiam ſi multum tempus interceſſerit, non inutiles eſſe.

De paſtillorum ſcilliticorum compoſitione. CAP. 9.

S Iue ſcilliticos,ſiue ſcillinos,q̃s appellare uelit cõfectos è ſcilla paſtillos,rotulasve, aut orbes, nihil

†*In clibano,nõ in furno coctus, ita & Græcus codex & ratio poſtulat,cũ Gale. in lib. 1. De alim.fac. præferat, quæ coquũtur ſub clibano iis, quæ in furno: & ſi etiam ibi interpres errarit.*

nihil refert:neq;.n.medicamẽto quicq̃ officit,qũolibet inditum nomen,modo errorem aliquẽ E
in eorum compoſitione nõ admittant. Quod ne contingat,ego tibi eam dilucide nunc explica
bo. Principio ſcillam ſucculẽtam de terra euelles,cuius folia penitus iã,& ſcapus aruerint,Huic
deinde,cortice detracto duriorem pulticulam induces ex tritico nouo,quantumq́; fieri poteſt
exquiſite,confectam:ipſam poſtea multo calido q́; cineri ſubiectam non prius extrahes, quoad
uſq; circumpoſita pulticula cruſta plane fiat.Quòd ſi ubi hæc agis,furnus aliquis adſit,una cum
pane ſcillã illuc inferre potes:inde cum obducta plus iã exaruit,ipſam extrahes, & conteres.Sa
tis aſſam uero ſcillam intelliges,ſi feſtucã immiſſam admiſerit:ſcilla nanq; cũ bene toſta eſt,fur
culos facile excipit.Vbi uero ſcillã diligenter attriueris,candidã erui farinam admiſce: nã quæ
candida non eſt,amara ſupra modum eſſe conſueuit.Cognitum aũt unicuique exiſtimo, prius
oportere tenui cribro farinã excutere,ac p̃terea diligenter eã læuigare. Scilla uero ſeſquipon-
dere farinã ſuperet opus eſt:dico aũt ſeſquipõdere,ut ſi duas farinæ ſumas, ſcillæ tres accipias.
Quam rem cum & Andromachus iunior aſſerat, neſcio qua ratione ductus, uelit erui farinam
drachmas octoginta eſſe,ſcillam uero centum uiginti: cum ſatis ſit dicere, ſcilla eruum ſeſqui-
pondere ſuperet.Poſtremo uero ſimulatq́; rotulas tenues ex hac miſtura conformaueris, in cel
la, ſicuti paulo ante dicebamus meridiem ad uergente repones:quas tamen non in Solis radiis F
collocabis.Verum ſicut de paſtillis uiperæ dictum eſt ita in his quoque cætera perage.

De Magmatis Hedychroi compoſitione. CAP. 10.

CVm ſuperius theriacã Andromachus cõficere nos doceret, qũo uiperini ſcilliniq́; paſtilli
conficerentur,ipſe quidẽ ſatis ſuperq́ue expoſui: Quo pacto aũt Hedychroũ magma cõ-
poneremus,neq; Andromachus docuit,neq; complures alii:qui tametſi de medicinarum com
poſitione tractarent, tñ cum theriacam deſcriberent, Hedychroi compoſitionem omiſerunt:
adeo ut medicus quidã Romæ,qui theriacã conficere nunq̃ uiderat, ipſamq́; ſe ex ſola librorũ
lectione compoſiturum fidebat,ab unguentariis Hedychroũ peteret, exiſtimans illud herbam
eſſe quampiam,uel ſimplex aliquod aliud medicamentum. Sed ego ſpiſſamentum hoc ẽt indi-
cabo,ab Andromacho in eos,qui nunc quoque Cæſari ipſum componunt, perpetua ſerie deri
uatum.Quod ut ipſum quoque peruerti non poſſit exametro carmine ſubſcribetur.

Magma,quod Hedycroum læto dixere colore
Aſphalathi drachmis,aſariq́ue,manuque,duabus
Conſtat:nec plurẽs attollit amaracus illis.
Tres calamus,late ſuaues qui ſpargit odores. G
Tresq́ue Arabum paſſim qui creuit iuncus in aruis.
Tres coſtum redolent. Tres toto cognita Ponto
Phu:quibus æquale fragrantia cinnama pondus,
Et lachrymæ,& ſarmenta dabunt, quæ balſamus edit.
Rurſus ſex folium drachmas, ſed indicæ nardus,
Sex caſiæ calami,ſex myrrhæ gutta leuabit,
Sexq́ue croci flores:bis ſex attollet amomum.
Maſtiche ſolidam tantum trahet ultima drachmam.
Omnia tu uino ſimul hæc coniunge falerno.

Hæc ubi inter ſe miſcueris rotulas uiperinis,& ſcilliticis ſimiles figurabis, ipſaſq́; eodẽ mõ ſic-
cabis.Hæc aũt Hedychroi magmatis conficiendi ratio,ueluti diximus,ab Andromacho p̃ ma-
nus multorum ad nos uſque peruenit:nã quas alii conſcripſere,aliqua in re ab hac noſtra diffe
runt.Quæ ſiquidẽ Hedychroi deſcriptiones ab iis traditæ ſunt,qui medicamentorum experien
tiæ dant operã,rerum iniectarum pondere ab hac euariant:aliæ uero neque marũ,neq; amara
ſcum prorſus hñt.Quædam alterutrum tñ continent: neque.n.duo hæc unguentarij omnes no H
ſcunt,eo q̃ herbas ſolum Creta aduectas emant,& earum ſemina,atq; ſuccos. Ego uero & has
duas herbas ſcio in Aſia naſci,ac in aliis quidem regionibus raras eſſe,ſed in Cyzico frequẽtes.
In Italia quoque,ut & alias quaſdam herbas,ita & amaracum uidi, quæ odore multũ à maro ſu
peratur:marum.n.ualde redolet.Putaretq; forſan aliquis ſola nominis appellatione ductus un
guentum amaracinum,quod in Cyzico faciunt,amaraci plurimum capere:ſicq; forſitan ab an
tiquis id unguentum conficiebatur, ſed nunc ſolum marum imponunt. Hanc herbam aliq̃n
cum ipſe deguſtaſſem,ac eam amaram quidem plurimum,ſed acrem parum,deprehendiſſem,
hortatus ſum quendam eorum, qui amaracinum conficere ſolent,ut amaraci tantum immitte-
ret,quantum & mari.Viſumq́ue eſt mihi id unguentum, minus quidem redolere, ſed peius ni-
hil operari.Hæc itaque a nobis obiter dicta ſint.

De exploranda quarundum medicinarum integritate. CAP. 11.

NVnc,quo pacto antidotus hæc confici dẽat,explicabimus: eo ordine ſingula quæque im-
ponenda cõmemorans,quo ſuis in elegijs Andromachus recenſuit.Is.n.rotularũ ſcillitica
rũ drachmas octo,& bis decẽ,rurſusq́; bis decẽ,imponi iubet; q̃d p̃inde eſt, ac ſi quadraginta
octo diceret.Harũ dimidiũ,hoc ẽ uigintiquatuor drachmas,theriacaliũ paſtillorũ, opii, piperis
longi,

A longi,& magmatis Hedychroi præcipit.Ac de tribus quidem iam dictum eſt. Piper autem lon
gũ fraudulenter concinnatũ deprehendes,ſi illud aqua macerauerís: ſoluitur enim hoc pacto,
quod ſubornatum eſt:quod autem fraude caret,indiſſolutum manet. Eſt autẽ id,quo piper lon
gum adulteratur,herba quædã ſulua ab externis regionibus aduecta,quæ piperi longo,aſpectu
quidem proxima,non tñ guſtu ſimilis eſt,quo etiam ab eo diſtingui facillime poteſt. Sagape-
num quoque quod vocant & ipſum in aqua ſeu uino dimiſſum cognoſcitur: uerum nanque ſta
tim diſſoluitur:quod autem tale non fuerit,indiſſolutum manet.Siue autem quiſpiam ut neutrũ
nomen ſagapenum,ſiue ut maſculinum proferat,& totũ hoc ſagapenum ſuccum intelligat(eſt
enim re uera ſuccus ferulæ cuiuſdam panaci ſimilis)nihil refert.Cęterum Panacis ſuccus ſimile
quicquam non habet chalbani particulæ cuidam albiori: nam chalbani pars quædã re uera in
ſagapenum tranſit,quæ ſpumoſa & leuis eſt: quædam uero chalbanum optimum eſt ſagapeno
æmulum: denſum autem hoc eſt, & reliquo chalbano longe magis compactum, quo uti debe
mus,ceu optima chalbani particula.Quoniã uero ad ſagapenum ex chalbano tranſire diximus
quodcunq; ſpumeum,conſtans,& album eſt, humoriq́ue immiſſum facile diluitur,ſuperioribus
quædam adhuc ſubiungere opus eſt,preſertim cum ob ſimilitudinẽ optima caſia cinnamomũ
B euadat.Vidimus.n.alias frequenter caſiæ elatæ & auctæ tantum, ut fruticis magnitudinẽ æqua-
ret,ramos quoſdã cinnamomo penitus ſimiles aſpectu,corticis tenuitate,præterea hiſce ſignis,
quæ cinnamomum certiſſime oſtendunt,ac guſtu olfactuq́ue percipiuntur.Ad hunc modum &
in optima myrrha opocalpaſum reperitur,quod tamen à myrrha differt.Atque ſecundum hæc
tria,ſagapenum dico,opocalpaſum,& cinnamomum,quædam proueniunt,quæ neque chalba
num,neque caſia,neque myrrha quidem amplius ſunt,nõdum tñ ſagapeni,cinnamomive,aut
opocalpaſi,naturam exacte cõſecuta.Quam ob rem ſæpenumero perſpexerit oportet,qui ſimi-
lia internoſcere,ac ſecernere cupit.Nam quemadmodũ gemellos,atque conſimiles inter ſe fra
tres,qui conſuetudinem cum ipſis non habent,diſtinguere neſciunt, quod tamen contubernali
bus facillimum eſt: Sic in omnibus medicinis qui inter ipſas enutritus fuerit, & eas frequenter
aſpexerit,facile illarum diuerſitates uel minimas etiam,inueniet atq; comprehẽdet:At,qui ſe-
mel tantum aut bis inſpexerit,eas tãquam indiſtinctas intuetur, neq; unã ab alia internoſcere
valet,cum tamen ſigna,quibus diſtinguantur,manifeſtiſſima non nunquam habeant; illi vſq;
adeo expoſita qui ſæpenumero cõſpexerit, ut per vnũ eorũ facile quanq; medicinã agnoſcat.
Sagapenum itaque è chalbane confectum eundem odorem nõ habet, quem uerum ſagapenũ
C poſſidet:nam id odoris genus,quod harum rerũ periti hircinum appellant,ſumptũ è chalbane
ſagapenum non deponit.Quanquã inter uerum ſagapenum,& eiuſmodi chalbanum non mul
tum interſit,etiã ſi quis antidotos cõponat:ambo nanq; ad id apta ſunt,& ſerpẽtibus ac uene-
nis ambo aduerſantur,& ſi chalbanũ ſagapeno min⁹. At opocalpaſum exitiale eſt,multosq; nos
ſorte quadã vidimus noſtræ in ætatis decurſu mori,q⁹ myrrhã cui opocalpaſum admiſtum eſſe
neſciebant,aſſumpſiſſent.De induſtria nanq; qui antidotos conficiunt, tanquam optimã talẽ
myrrham imponebant,eo q⁹ uiderãt ipſam in collyrijs optimam fuiſſe medicinã:nempe ſaniẽ
abſque mordicatione extenuat,& interdũ incipientes oculorũ ſuffuſiones, & adhuc tenues au-
fert.Atque ſiue in emplaſtrum,ſiue in ceratum,ſiue in extenuans aliquod medicamentum foris
imponendum,talem myrrham conijcies, remedij uim augebis:at intra corpus aſſumpta exitiũ
affert.Hæc uberius ideo narrauimus,non ſolum,quia orationis ſeries ita expoſtularet,ſed etiã
quia hæc noſſe plurimum conducit.

De Medicinis in tertio ordine poſitis. CAP. 12.

VErum iam tempus eſt,redeamus ad ea cõſideranda,quæ ſunt in tertium ordinẽ ſimpliciũ
medicinarũ ab Andromacho relata. Inquit.n.Inde quater ternas mutato põdere drach
D mas.Hæc igitur quo tempore uigent,proculdubio colliges. Roſas primum,ut de paſtillis dictũ
eſt,exiccabis,illas decerpens,quæ plus alijs bene olebunt,& rubicundiores fuerint. Vitabis aũt
cellas ſubterraneis,nec ullum medicamentũ in ipſas repones:præſertim uero in humidis, in q⁹
bus recondita celeriter carioſa fiunt.Roſis Andromachus Iridem illyricam adiũgit: quæ uerba
non tanquàm inaniter prolata negligenter excipiẽda ſunt:ueluti nec cũ alijs medicinis patriæ
nomen apponit,de quibus paulo poſt ediſſerens,quid quoque in genere optimũ ſit demonſtra
bimus.Polium ergo & chamedrys,duo hæc Romam afferuntur, natis in Italia parum meliora:
in aliquot ſiquidem Italiæ locis,haud multũ deteriora proueniunt,illis annis quorũ uniuerſum
ver humidum non fuerit,ſed ſicuti ſæpe cõtingit æſtiuo tempori ſimile. Quòd ſi ueris cõſtitutio
ſiccior obuenerit,multa,quæ in Italia naſcũtur,pluribus Creta allatis paria erũt,ueluti chamæ-
drys,chamæpitys,hypericon,gẽtiana,thlapſis,elleborus niger,& id genus alia. At vero qđ ad
Iridem pertinet,ſecus ſe res habet.Si enim iris Lybica,quæ plurima ex Africa Romã afferẽ, Il-
lyricæ comparetur,tantũ ipſi cedet,quantũ cadauer uiuo corpori:non tñ alijs in gentibus orta,
tam multũ ab illyrica degenerare iris uidetur.Iridem igr̃,uelut & reliquas medicinas,odoratio
rem ſemper eligito:Vnũquodque.n.optimũ eſt,quod ſui generis odorem uehemẽtiorẽ habet:
is autem ex multorum inſpectione manifeſtus unicuiq; fit.Ac de guſtu quidem perceptis quali

tatibus eodem modo cenſendũ eſt. Id enim optimum medicamentũ eſſe cõſtat, in quo id quod ſuo generi ꝓpium eſt, exuperat: peſſimũ vero quod ſui generis alijs & tenuius & exilius eſt. Meliora nãque ſunt omni in ſpecie, quæcunq; nec rugoſa, nec exilia fuerint: ut q̃ conuenientẽ ſibi magnitudinẽ exceſſere, peiora ſunt ijs, q̃ bene q̃dẽ enutrita, ſed tñ adſtrictiora ſunt. Quã obrẽ ut dixi, medicinas ſimplices multas & ſæpius inſpexiſſe operæpretiũ eſt, & maxime optimas, q̃ longo iam tpe ſui experientiã ipſis naſcendi initijs p̃buere, quæq; uno ore à peritis medicę materiæ auctoribus cõmendantur. Omnes igit herbarij unanimes ſcripſerũt, iridẽ in Illyrio natã, optimã eſſe: petroſelinum uero, quod in Macedonia prouenit: aſphaltũ è Iudæa aduectũ, item & opobalſamũ. Eodem modo & in reliquis. Quorũ dotes à regionibus acceptas cum primum de unoquoq; loquemur, non omittemus. Subiũgit deinde radicis dulcis ſuccũ, & agreſtis napi ſemen, q̃ duo nobis è Creta q̃ optima afferuntur: præcipueq; radix dulcis & ipſa, & eius ſuccus. Scordiũ quoq; pulcherrimũ Creta mittit: quãq̃ in aliis regionibus ẽt minime cõtemnendũ ſcordiũ reperias. Literarũ quippe monumẽtis traditũ eſt à quibuſdã celebribus uiris, cũ in p̃lio interẽptorũ cadauera multos dies inſepulta iacuiſſent, q̃cũq; ſupra ſcordiũ forte fortuna ceciderãt, multo minus alijs computruiſſe, ea præſertim ex parte, qua herbã attigerãt. Ob quã rẽ ſane p̃ſua ſum eſt oĩbus, tã reptilium uenenis, q̃ noxijs medicaminibus, quæ corpus putreſcere faciũt, ſcordiũ aduerſari. Ac de omni q̃dẽ medica materia ſatis ſuperq̃; eſt à Dioſcoride quinq; libris diſputatũ: à quo diſcere licet unicuique cũ alias oẽs notas, tũ guſtu olfactuq̃; perceptas, quibus ꝓbatæ medicinæ certiſſime cognoſci, & ab improbatis ſecerni queũt. In quibuſdã uero, oculis quoq; perceptæ qualitates haud parũ utilitatis afferunt. Sed conſiliũ meũ non eſt, q̃ ab alijs recte conſcripta ſunt, hoc in opus trãsferre: uerum quæ illi planè omiſerũt in medium adducere.

De Opobalſamo & Cinnamomo. CAP. 13.

MEminit poſtmodũ Andromachꝰ cinnamomi & opobalſami: in quibus poſt notas à Dioſcoride traditas præcipuum illud eſt, uidere prius ipſa, quibus in locis optima naſcũtur: Quẽadmodũ ego feci, qui ſciens balſamũ uſqueadeo pluribus artibus adulterari, ut internoſci uix queat, ipſum ex arbore ſua reſudantẽ aſpicere uolui, & ex eo particulã tanq̃ regulã cæteris agnoſcẽdis apud me ſemper habere. Didici quoq; quo pacto multis modis adulteratũ peritiſſimos etiã quoſq; falleret. Quã rem qui ſciunt, diuulgare non conſulo, ne obiter im ꝓbi fraudes diſcãt, & in malos uſus conuertant. Nã neque illos approbo, qui noxias medicinas deſcribũt, & publicant. Si quis igr̃ probationes à Dioſcoride ſcriptas, & ab alijs quicũq; de oĩ medicamẽtorũ materia docuerũt, agnoſcendis ſimplicibus medicinis admoueat, ipſeq̃ ſuũ ex multa inſpectione collectũ iudicium adhibeat, exacte quæcunque ſecerni poſſunt diſtinguet. Quędam. n. ut dixi, uel nullatenus, uel nõ exacte, ab adulterinis ſecerni queũt: uſqueadeo falſis uera ſunt utrorũque cõfuſa indicia: veluti de quo nunc loquimur opobalſamo: Nã de cinnamomo cõtraria ijs, q̃ de opobalſamo narrauimus, comperta habeo. Perſuaſum nãq; mihi eſt ipſum cognitu facillimũ ex omnibus eſſe illis, qui ſæpe optimum cinnamomum uiderint. Optimũ uero cõſequi nemo poteſt, niſi repoſitũ ab Imperatoribus intueatur, ſex generibus quodãmodo diſtributũ. Siquidem & in hoc ipſo uelut & in caſia, optimi ad deterrimum tam magna differentia eſt, ut ſuprema caſia ab infimo cinnamomo parũ diſtet. Neq; vero cinnamomi uirtus ad uſum apta lõgo tempore durat: ad triginta ſiquidẽ annos quã à principio uim habuit, integrã nõ conſeruat: nugantur enim qui cinnamomũ ex hiſce medicinis eſſe dicũt, q̃ ſenectutẽ non ſentiant. Atqui ego non centum, neq; ducentum annorũ interuentu, ſed pauciorum, ſi quis ad tantum numerũ conferat, vetuſtius factum obſeruaui. Quo tempore ſiquidẽ Antonino Imperatori theriacã paraui, uaſa lignea, in quibus eiuſdẽ generis cinnamomũ inerat, multa conſpexi, alia Traiani, q̃dã Adriani, nõ nulla Antonini, qui poſt Adrianũ Imperator fuit, ætate repoſita: omniaq̃; hæc ſeſe & ſaporis & odoris imbecillitate, uehementiaque tantũ planè ſuperabãt, quantũ & tpe differebant. Olim è barbarorũ terris arca cubitos quatuor & medium longa Romam perlata cũ fuiſſet, in qua cinnamomi primi generis integra arbor erat, ex eoq; M. Antonino Imperatori antidotum quandam compoſuiſſem, ipſam cæteris multũ præſtare deprehendi, adeo ut Imperator quoq; ea deguſtata, medicinæ cõcoctionẽ, uelut in alijs fieri ſolet, expectare noluerit, ſed ſtatim ea vſus ſit nondũ integre duobus menſibus elapſis. Antonino ſubſecutꝰ eſt Commodus, q̃ nec theriacæ, nec cinnamomi, curã ullã habuit: ſub quo non ſolum arboris illius, q̃d ſuperfuerat oẽ diſſipatũ eſt, uerum etiam quodcũque poſt Adriani tempora comportatum fuerat. Quo factum eſt, ut nunc Imperator noſter Seuerus cum me ſibi theriacã eo modo conficere iuſſiſſet, quo M. Antonino confecerã, ex cinnamomo Traiani & Adriani tẽpore repoſito ſumere coactus ſim: imbecilliorq; plane mihi uiſa eſt, & tamen nondum anni triginta interceſſerant. Hinc nos optimi cinnamomi notas quaſdã neceſſarias ſubijcere uolumꝰ, ſummopere ipſum bene olere, inexplicabilemque præ cæteris bonum quendam odorem ſpirare, ac calidum guſtantibus ſe multũ exhibere, non ita tamen ut mordicando triſtitiã palato inferat: colorẽ deniq; talẽ habere, qualem ſi quis lacti nigrum colorẽ admiſceat, atque cœrulei quem uocant aliquantulũ addat. Ex hoc igitur quantũ uolebam, ut mos mihi fuit, cum accepiſſem, ramuſculos aliquot apud me depoſui,

A poſui,in ea apotheca,in qua res meas omnes pretioſas ſeruabã. Verum ipſa combuſta,qua tempeſtate & templum Pacis incenſum eſt,& hæc & aliæ quinq; cinnamomi ſpecies,quas mihi cõquiſieram,periere.Nunc itaq; cum Imperatori noſtro Seuero theriacã cõponerẽ ex cinnamomo Adriani tempore repoſito,quod optimum uiſum eſt,elegi:de quo ẽt utile quiddam lecturis ſubdere cum poſſim,id facere non grauabor. Superſunt adhuc ibi multa uaſa lignea,quæ uarias cinnamomi ſpecies cõtinent, quarũ nulla tñ ueluti truncus in ramos plures diuiſus multũ attollitur,ſed ellebori figurã præ ſe fert,immo vero damaſonij, qđ è Creta ad nos affertur. Quæuis autem cinnamomi ſpecies ab una radice,ceu frutex quidam paruus conſurgit,emittitq; hęc ſex, illa ſeptem uirgulta,uel paulo plura pauciorave:non æquali tñ omnia longitudine ſunt,uerum quod maximum eſt,pedis Romani dimidium non excedit. Vniuerſa autem cinnamomi natura ſimilis eſt quodammodo optimæ caſiæ: quam qui afferunt barbari biſſyllabo nomine uocant, cuius prima g & i conſtant, ſecunda z & i continet. Ac de cinnamomo quidem hactenus.

De reliquarum medicinarum probatione,& electione. CAP. 14.

AGaricum ſequitur,quod fraudem nullã admittit. De quo illud modo dicere ſufficiet,quod
B eſt ab auctoribus ante nos proditum,optimum id agaricum eſſe quod leuiſſimũ eſſet: denſum uero,graue,& lignoſum abiectum:quod autem inter hęc medium eſt,quantum ſignis,tantũ & uirtute ab utriſq; diſtabit. Subſcripta ſunt deinde mirrha & coſtus,nequa quã cognitu difficilia hiſce qui prius utraq; uiderint:nouiſſe tñ opus eſt,myrrhã, quam Troglodyticam appellant, antidotis idoneam eſſe.Hanc quidam Minæam uocant,à loco in quo optimam naſci ferunt.Maxime uero hæc bene olet, &, ut modo dicebamus, opocalpaſi quicquam admiſtum non habet. Crocum uero Corycium cum omnis antiquitas,tum poetæ quoq; laudant.Ego uero & antrum corycium,in quo gignitur,& crocum ipſum accuratius inſpexi,uegetum quidem, nõ tamẽ odoris magnitudine,uel diuturnitate cũctos alios excedentẽ. Quibus ſignis & uos optimũ ab ignauo dijudicare conſulo, non autem quia ſupra modũ uegetum ſit. Perſpicuum eſt autem optimum crocum ſumme flauum,& plurimum redolens eſſe, ac longo tpe uigorem conſeruare. Quoniã uero crocum quoq; adulterari à quibuſdam ſolet, neq; facile id deprehenditur,niſi ab ijs,qui ſẽpe optimum inſpexerunt, ſatius eſſe duco crocum multum ante emptum aliqua in domus cella ad id apta repoſitum habeamus:quemadmodum paulo ante faciendum docuimus:Magnum ſiquidem probitatis indicium eſt,ſi tale permaneat, quale repoſitum fuit:adulterati nãque croci, tam color,quã odor citiſſime aboletur.Quod ad Caſiam uero attinet,ea me cõmemorare nunc
C opus eſt,quæ in multis de medicina libris ſcripta ſunt, Duplum caſiæ,ſiquis cinnamomo egeat, inijciendum.Hoc dictum irridẽs Satyrus magiſter meus,unam ex Quinti facetijs ipſum eſſe dicebat,aſſeuerantis eos,qui duplum caſiæ imponere iubent,ſi cinnamomo careamus,ſimilia illis facere,qui nos cenſent,ſi quando falerno caruerimus, illius quod in cauponis uenditur duplicata menſura bibere:ſiq; panis ſiligineus deſit,furfuracei duplum comedere.Mihi uero hæc Quinti facetia,ſi de re una quapiã,qua per ſe ſola uti uelimus,afferatur,uera irreprehenſibilisq; uidetur:ſin de re quæ in ſocietatem multorum ueniat, non eſt eodem pacto uera. Nam cuiuſcunque quod ſolũ corpori admoueri debet,rhus puta, abſinthiũ, iris, gentiana, uel id genus alia aliqua medicina,ſi quis minus boni duplum loco præſtantiſſimi accipiat, & corpori uel extra uel intra admoueat,duplicato etiam nocebit: at ſi multis unum aliquod optimum commiſcẽdum fuerit, quod ſe aucturum aliorum uires ſpondeat,ſi præſtantiſſimum deſit, peius nihil erit uti duplo illius,qui proprietates eiuſdem generis habeat,etiam ſi deterius hoc illo uideatur. Caſia ſiquidẽ cinnamomo genere proxima uſqueadeo eſt, ut ex ipſa qñq; cinnamomum oriatur,ſpectenturque non nunquã caſiæ arbores integræ,in quibus aliqua cinnamomi uirgulta è caſiæ ramis prodeant. Simileq; iſtud eſt non uino aut pani, ſicuti Quintus dicebat, ſed uitæ functionibus in ex-
D truenda domo,in fabricanda naui,in tollendis & tranſponendis oneribus, in omnibus deniq; vitæ actionibus,in quibus qđ peragendum erat ab uno homine robuſto, ſi abſit,à duobus imbecillioribus perficitur. Hæc aduerſus Quinti dictum obiecta ſint,eo quòd mihi reijciendum omnino nõ uidetur eorum præceptum, qui pro cinnamomo duplum caſiæ imponendum cenſent, quãquam ego ſemper cinnamomum impoſuerim.Nam q̃bus ego Romæ antidotos compoſui, cum uel Imperatorum amici,uel diuites eſſent, facile fuit illis quidem à Regibus petere,ijs uero cinnamomum emere. Quibus illud etiam addidiſſe,qñ Imperatoribus antidotos compoſui,me cinnamomo nunquam eguiſſe,ſuperuacaneum planè fuerit.At Quinti ſententiã,quam de carpeſio habuit,commemorare tempeſtiuum: ipſam nanq; non ſolum à Satyro,ſed ab alijs etiam Quinti diſcipulis accepi.Imponebat igitur Quintus,ut aiunt,quoties cinnamomum deerat,carpeſium, perinde atq; uiribus optimæ caſiæ non inferius. Egoq; carpeſium idcirco multum mecum attuli ex ea peregrinatione,qua orientis prouincias adij,diligenterq; repoſitum nunc uſq; plurimum ſeruo, quod odorem etiamnum & ſaporẽ ſi non qualem prius habebat, certe nondũ extenuatum retinet. Eſt autem carpeſium herba phu appellato genere ſimilis, ualidior tamen atque aromaticũ quiddã plus ſpirans.Plurimũ hæc in Sida urbe Pamphiliæ naſcitur: emiturque propterea illic uiliſſimo pretio. Quocirca ſi quis ueſtrum illuc acceſſerit, carpeſij multum emat,

cum eum ſibi longo tempore duraturum nouerit. Tenuia autem quædam carpeſij ſarmenta cin E
namomi uirgultis ſimilia ſunt. Eius duo genera reperiuntur, unum quod Laertium, alterum q̃d
ponticũ nominatur, à monte in quo naſcuntur utraque nomen adepta: ſed ponticũ melius eſt.
Quod cum plurimum haberem, permultis medicamentis admiſcui, in quibus phu uocata impo-
ni debuerat: eſt enim carpeſium, ut dixi, phu ſimile, ualidius tamen, & qualitatem quandam aro-
maticam, guſtum, odoratumq́; remittens. Inter tam multa autem, quæ de caſia retulimus, neceſ-
ſum eſt illud etiam in primis explicemus, q̃ caſia theriacæ inijcienda ſit. Nam Gizi nuncupatã
præcipue laudant, ſecundo autem loco Moto dictam. Sunt & qui Arebo Daphitenq́; probent.
Cæterum Gizi quã uocant, in omnibus cinnamomo ſimilem eſſe ſuperius quoq; diximus. Hęc
eſt quæ ab aromatum peritis perinde atq; cinnamomum aſſidue uẽditur. Quanquã Andromа
chus iunior caſiam à quibuſdam fiſtulam appellatam imponendã arbitratur. Hæc omnibus co
gnita eſt, nã & uilius cæteris uenditur. Cuius exterior cortex fiſtula appellatus, quia obuolutus
ipſam repræſentet, ſaporem & odorem ualidum habet: interior aũt pars debilis adeo eſt, ut nul
lũ uſum præſtet. In carminibus itaq; patris paulo ante à me tranſcriptis caſiæ nomen abſolute
pronunciatũ eſt: in ſoluta uero filij orationæ fiſtulæ nomen caſiæ adiectum eſt. Atq; ab eo ſeries
per eos, qui ante nos theriacã Imperatoribus cõpoſuerũt, in nos uſq; deriuata, fiſtulę nomẽ nũc F
uſq; appoſitum ſeruat. Iubet deinde Andromachus Indicam nardum imponere, quã ex eo q a
ſpicæ figurã imitet, nardi ſpicã nominant, quãuis radix ſit. In qua cauiſſe oportet, nequis elutã
uocatam nobis uendat: eſt autem hæc nardus, quæ prius ab unguentorũ ſtructoribus elixata, ut
ipſorum mos eſt integra uenditur. Quam ob rem Omphaм barbara uoce dictam emere con-
uenit, cuius radici terra adhuc adnexa ſi contrectetur, nardi odorẽ habet. Schœnum id eſt iun-
cum, ex Arabia petitum, ad hæc idem auctor imponere præcipit, neſcio qua de cauſa ſchęnan-
thum, id eſt iunci florem, à uulgaribus appellatum: nobis ſiquidem cum florum copia non adſit,
iunco utimur ex Arabia comportata: cuius ſummitatem cameli ſæpenumero abroſerũt, iucun-
diſſime nanq; hunc iuncum cameli paſcuntur, ſecus uias ibi plurimum naſcentem. Eſt autẽ iun-
cus iſte exigui pretij medicina, ſolaq́; odoris integritate dijudicanda: qm̃ celeriter ipſius odor
expirat. Subſcribit poſtmodum Andromachus, ¶Inde nigrum coniunge piper, thuriſq́; nitorẽ.
Quo in loco non opus eſt, inquiramus, quid nitor ſit, perinde atque cuiuſpiã alterius medicinæ
nomẽ, cũ & ex theriacæ deſcriptione proſa oratione ab Andromacho iuniore prodita, & ex cõ
poſitionis inſtituto, quod ab eo in nos uſque peruenit, medicamenti nomen nitor non ſit. Nã p
ter duodecim drachmarum piperis longi in ſex nigri commutationem, tam pater quã filius ea- G
dem de theriaca ſcripſerunt. Quare thure & pipere excepto cum nihil ſuperſit, de quo quis ni-
toris appellationem dictam putet, cenſendum eſt Andromachum uerſus conſcribentem id ni-
toris uocabulum thuri epithetũ feciſſe. Meminit deinde piperis nigri, dictamni, marrubij, rhei,
rerum omnibus cognitarum. Theriacæ tamẽ deſcriptio, quæ nobis per manus tradita eſt, graue
piperi adiectum habet. Magnitudine uero piper hoc aliud ſuperat, corticemq́; ſubtiliorẽ, & mi-
nus rugoſum habet. In rheo quoque fraus committitur. Nã quibus in locis naſcitur, ſimulatque
euulſum eſt, ipſum elixant, quo ſuccum remittat, ac tam ſuccum ut ſincerũ & aquæ impermiſtũ,
quàm rheum exiccatum ut non elixum, ad nos poſtea mittunt. Quam ob rẽ ſcientia opus eſt ue-
rum ab adulterino ſecernendi: quam facillime conſequuntur, qui ſuæ ſpontis rheum aliquando
uiderint. Nam elixi pars, quæ ſub aſpectum uenit, denſa per totum & compacta non eſt, ſed ra-
rior: & guſtu tentatum ſaporem adſtringentem, uel nullum, uel obſcurum remittit, cum tamen ſi
adulteratum non ſit, uehementer aſtringat. Cito tamen & ipſum foraminoſum efficitur. Stœ-
chas autem multa pluribus in locis prouenit: plurima uero in Creta, & inſulis Stęchadibus, quæ
in Ibero mari ſitæ ſunt, unde & Stœchadi nomen deductum eſt. Quæ autem in prædictis inſulis
oritur, uegetior Cretica & melior eſt. Quod ad petroſelinum attinet, laudatiſſimum Macedo- H
nicum eſt, omnibus cognitum. Hoc Eſtreaticum etiam quidam appellant, à loco in quo naſcit
nomen imponentes: uerum exiguum eſt prorſus, quod ibi prouenit, cum & præruptus & angu-
ſtus is locus ſit. Eſtreaticum itaque, ſeu Macedonicum hoc, quod in omnes gentes affertur, pau-
cum & ipſum in Macedonia gignitur. Sed idem in petroſelino macedonico accidit, quod in at
tico melle, & uino falerno cõtingit. Mercatores ſiquidem in uniuerſa ferme orbis terrarum op
pida, ut mel atticum, uinum falernum, ſic petroſelinum macedonicum aduehunt: cum tamen in
Macedonia petroſelini tantum non oriatur. quantum populis omnibus ſatis eſſe queat: uerũ in
Epiro petroſelini multũ gignitur, in Cycladibus mellis plurimum. Atq; ut mel ex inſulis Athe-
nas affertur, ſic petroſelinum ex Epiro in Macedoniam comportatur, plurimumq́; immo penè
totum Theſſalonicam: unde tanquam Macedonicum quocũque aſportatur. Idem in uino faler-
no contingit. Nam cum in exiguo quodam Italiæ agro falernum proueniat, complura alia uina
in falerni ſpeciem à uini magiſtris concinnantur: q̃ perinde atque falernina in omnes prouin-
cias imperio Romano ſubiectas exportantur. Tibi uero ſi petroſelinum Eſtreaticum quãdoq;
deerit, ne peiorem exiſtimes theriacam futuram ſi aliud impoſueris. Non enim ſi mortiferis ue-
nenis, ſi uenenatorũ morſibus, aliud ab eſtreatico petroſelinum minus congruit, propterea reli

quis

A quis etiam morbis,ut torminibus,uentriculo debili,aquæ inter cutem,& id genus alijs, ſegnius opitulantur,quos in primis ſanare theriaca non promittit. Ad hæc eſtreaticum petroſelinũ amaram ẽt plus theriacam facit,præſertim cum recens adhuc imponitur:nam ut acrimonia, ſic amaritudine,hoc alia ſuperat.Reſinam poſtea terebinthinam addit, quã neſcio cur Andromachus omiſſa Chia,Lybicam eſſe uoluerit,Chiam nanq; penè omnes meliorẽ iudicarunt. Quanq̃ laudo & Libycam ſi bona ſit:ſed proculdubio bona ſemper non eſt,quemadmodum quæ à Chio uenit.Naſcitur quoq; & in Põto,& in alijs aliquot locis optima terebinthina:verum Chia reliquas & odore & ſapore uincit. Retulit ſubinde inter componentia theriacam Andromachus zingiberem,& pẽtaphyllum,hoc eſt quinquefolium herbam,quæ duo fraudem nõ admittunt, & ab omnibus cognoſcuntur.Meminit ab his Polij,quod omnibus cognitũ, nec ſimile ſibi,quo adulterari poſſit,quicquàm habens.Deinde chamæpitys,de qua illud tantum referam,multis in locis & odore,& ſapore præſtantiorem chamædyrn gigni, q̃ in Creta:nobis.n.inde affertur,eaq; omnes,qui Cæſari antidotos cõficiunt,utuntur.Romæ ſiquidẽ in ſuburbanis prædijs, & chamæpityn,& chamedryn repperi multo plus redolẽtes q̃ Creta aduectas,ſi tamen continuis imbribus obrutæ nõ fuerint.Illud hoc loco nõ ignorare nos conuenit, cũ Creta nobis herbæ afferun-
B tur chartis obuolutæ,in quibus earũ nomẽ ſcriptum eſt,quædam inuolucra ſolummodo incluſæ herbæ nomen inſcriptum habere: quæ dã uero præter herbæ nomen,cãpeſtris quoq; uocabulũ additum continere: ac campeſtres quidem generoſiores inuenies, etiam ſi in plãis locis herbæ fermè omnes imbecilliores proueniãt. Manifeſtũ inſuper eſt.Styracem,qui in calamis è Pamphilia apportatur,Andromachum præcipere. Pauciſſimus aũt illic ſtyrax naſcitur:tantumq; ab hoc vulgari diſtat,quantum à uino quod in tabernis uenditur falernum.Accipere uero ſtyracẽ oportet maxime pallidum, quem & odorem & ſaporem quoque uehentiſſimum habere perſpicuum eſt. Nardum ab hoc Andromachus commemorat,quemadmodum ipſe ſcribit ex Gallia petitam,quam regionem orbis terrarum periti Celticã frequenter appellant. Tria nãq; nullo diſcrimine unius gentis uocabula ſunt, & eos populos aliqui Galatas, aliqui Gallos,quidam Celtas nominant,ſed uſitatius apud eruditos Celtarum nomen legimus.De reliquis autẽ deinceps ab Andromacho conſcriptis,partim alibi eſt à nobis in ſuperioribus libris diſputatũ,ueluti de Lemnio ſigillo,& rubrica: nam terram potius ipſum,q̃ rubricam appellare conuenit. Eſt .n.Lemnia rubrica res alia quędam in Lemno naſcens, ad alios uſus apta,non ad quos Lemniũ ſigillum quod uocant. Sed de hoc quoq; ſicut etiam de reliquis,à nobis eſt in libris de ſimplici
C medicina diſceptatum:partim uero ſunt medicis omnibus cognita,nec fraudes ullas admittunt: eorũq; non nulla ſunt in theriaca pedeſtri oratione cõſcripta,dilucidius explicata, ueluti illud, Atq; atram lachrymã Nili quam ſpina remittit.Acaciam nanq; ex Aegyptia ſpina collectã Andromachus ſignificat.Hoc loco unum hoc præterire non poſſum. Vtuntur omnes fere Thlaſpi, qđ è Creta affertur:at ubiq; naſcitur, colore inter luteum & flauum medium, figura rotundum, exiguum adeo, ut multoties grano milij cedat. Melius eſt autẽ è Cappadocia cõportatum thlaſpi imponamus. Hoc ad nigredinem quàm plurimum inclinat, figuramq; nõ exacte rotundam habet, antè dictum magnitudine permultum ſuperat: atq; ab uno latere paruam quandam ueluti compreſſionẽ præſe fert,unde & nomen obtinuit.Prouenit autem ut hoc,ſic & illud in Cappadocia quàm plurimum.Ideoq; non abſolute quod inde aſportatur optimum cenſendum eſt. Sed quod peculiariter in Sauro naſcitur,nec Cretico,nec paſſim naſcenti, ſimile. Si quid adhuc aliud ſupereſt,quod minus dilucide ſit ab Andromacho patre elegiaco uerſu dictum,planũ fiet theriacam legentibus ab eius filio ſoluta oratione deſcriptam. Quod enim ille Cecropium mel obſcurius appellat,hic Atticum aperte nominat. Centaurion ille nulla adhibita diſtinctione in
D carmine pronunciat,hic in proſa tenue opponit,eo q̃ aliud quoq; centaurium extet craſſum appellatum. Idem & in ariſtolochia fecit,cum pręter tenuem ariſtolochiam, alia quoque reperiatur,quæ craſſam radicem habeat:& rurſus tertia,quæ rotundam.

De compoſitione Theriacæ. CAP. 15.

DIctum eſt à nobis & ſupra,eum qui theriacã commiſcentibus animum ſemel intenderit,nõ iterum neq; tertio id faciẽtem uideat opus eſſe: at optimas quocũq; in genere medicinas ut idem agnoſcat non ſemel,bis,aut ter,ſed multoties,& ſæpe, quæ ſingulis in locis optime pro uenire ferunt,inſpexerit,oportere. Nec ſatis hæc ſunt.Præcepta quoq; ad uſum earũ pertinentia hr̃e conuenit: de quibus & ſi in ſuperioribus iam egimus, denuo tñ per capita de oĩbus dicere tempeſtiuum erit:radices igitur medicinarum, q̃ in uſum ueniunt,extento cortice ſint oportet,non rugoſo: hoc.n.earũ maciem ſignificat. Fructus aũt unà cũ uirgultis & germinibus & calicibus uegeti,pluresq; eſſe debent.itẽ & quicquid ſemen includit,tegmina,cortices,inuolucra. Semina uero ſicut & radices uegeta ſint cõuenit:qđ ex eo, quia tantũ corticẽ habeant conijciemus.Liquores & ſucci neq; diuturnitate arefacti ſint,neq; ſuas qualitates obſcuras habeant: has dico q̃ guſtu olfactuq; percipimus.Fructus aũt, q unà cũ uirgultis, folijs, calicibus,ac floribus, in theriacã mittunt,ij ſunt ſcordij,nepitæ,marrubij, ſtœchadis, dictamni,polij, chamædryos,chamæpityos, hyperici, centaureæ. Radices autem hæ, zingiberis, iridis,rhei, quinquefolij, coſti,

nardi Indicæ,nardi Gallicæ,gentianæ,mei Athamantici,phu,ariſtolochię tenuis.Semina uero E
hæc,napi,petroſelini,thlaſpis,ammeos,anethi, fœniculi,dauci, cardamomi. Hæc itaq; tria rerũ
genera mortarijs Aegyptijs imponi debẽt,duriſſimi.n.ſunt:itaq; minus periculi eſt, ne pars ali
qua inde inter cõtundendum abrupta medicinis admiſceatur.Antedictis autem hæc quoq; ad-
denda erunt paſtilli ſcillitici, paſtilli uiperini,magma hedycroum, piper nigrum,& longum,ro
fæ ſiccę,agaricum,crocus modo ſiccus ſit,terra lemnia,chalcitis uſta,amomum, cinnamomum,
caſſia fiſtula balſami fructus,acacia modo tenera aut humida non ſit,caſtorium deniq; & aſphal
tus,ſiue fœminino, ſiue maſculino genere quis ipſam efferre uelit:diximus nãq; ſæpius aliàs nõ
animaduertendas eſſe huiuſcemodi uerborum minutias.Vino autem macerata diſſoluẽda hæc
erunt,myrrha, & crocus, ſi tamen ita facere tutius tibi uiſum fuerit, nec ipſum quia humidius ſit,
contundere. Succi autem omnes ideo uino macerantur,ut & diſſolui queant & læuigari facilius
poſſint,ſagapeni dico panaceæ,papaueris,cuius liquorem & Meconium & Opium uocant:aca-
cia quoq; cum humida tibi uiſa fuerit, nec ad contundendũ facilis: hypociſtidis item & radicis
dulcis ſuccus. Thlaſpis autẽ & napi ſemina primo quidem, ſicut & ante me alios feciſſe uiderã,
in mortarium unà cum alijs contundendis ipſe quoq; conijciebã: inde uero cum ipſa pilæ con-
cauitati adhęrere ob tenacitatẽ animaduertiſſem,melius eſſe duxi ſola in alio mortario prius at F
trita, uino ſuperinfuſo macerare quoad exacte diſſoluerentur, diſſolutaq́; poſtmodũ cæteris,q̃
peculiariter uino macerantur ac diluuntur,admiſcere. Thus quoq; per ſe ſolũ in mortario ſeor
ſum læuiter comminuere ſatius eſt, ne in placentã coeat:tũ ubi cõminueris & excuſſeris prom-
ptum habere,quo reliquis uino maceratis,cum placuerit, ipſum inſpergas:nam gummi & uino
macerare & ipſum per ſeſe,uel cũ thure læuigare neceſſe eſt. Hęc igitur quo diximus pacto om-
nia præparentur,atq; humida quidem ex uino diſſoluantur:ſicca uero in puluerem redigantur,
Quo tempore autem cuncta ſimul admiſcenda erunt,reſinam terebinthinam in uaſe duplici pri
mum colliquabis,tum ſtyracem,& chalbanum ante piſtillis ferreis, rutabulisve confracta, mel-
lisq́; crudi parumper inſtillabis.Hæc ſimul atq; effuderis,& manibus complanaueris,mellis ali
quantulũ,reſinæ quoq; liquefactæ affundes.Atq; ita uaſe cooperto,ea rurſus liquari permittes.
Melius eſt.n.his rebus impoſitis, nõdum mel admiſcere, ſed adaperto uaſe, quod aquę innatat,
ut elixentur permittere. Interea dum iſta liquefiunt, maceratis ex uino rebus, ſiccas medicinas
earenus adijcies,& cõmiſcebis,quouſq; ſpiſſa ſatis eſſe uideãtur.Atq; ita paulo poſt in mortariũ
magno cochleari liquefacta,tepida tñ tranſpones,robuſtusq́; aliquis homo tũc ipſa cõmiſceat.
Ac poſtea bene inter ſe commiſta, atq; in unum corpus redacta fuerint, denſaq́; iam quodam- G
modo uideri cœperint, melius & moderate decocti & proculdubio deſpumati partem quãdam
ſuperimmittes,poſtea contuſarum medicinarum portionem quandam:deinde rurſus mel infe
res:poſtea liquefacta,ſed tepida infundes: poſtremo quicquid puluerís & mellis ſupererit, ad-
miſcebis,uehementer omnia magno in mortario,magnaq́; tudecula commiſcendo.Cum uero
tudeculæ ductu in mortario oĩa coiuerint,tum in pilam transferenda ſunt: atq; ferreis rutabulis
diligenter exterſis ne quid rubiginis inſiſtat,ſine intermiſſione contundẽda. Rutabulum autem
opobalſamo ſubinde perunges,ne ſubigẽdarum rerum tenacitate obtineatur, neve difficulter
ſe inde attollentibus reſiſtat. Vt igitur opus expedite procedat, imas rutabuli partes opobalſa-
mo frequenter inungere conueniet,atq; opobalſamum hac una in totum abſumere.Melius eſt
autem in Sole theriacam commiſcere:ſic.n.citius in unum corpus ſimplicia coeunt: dumq; hoc
faciemus,pilã in qua antidotus admiſcetur,operiemus. Ac poſt quatuor aut quinq; dies rurſus
in Sole ipſam eodem modo cõmiſcebimus:idemq́; ſex, ſeptemve dierum ſpatio interiecto ite-
rum atque deinceps repetemus, donec menſes duo uel quadraginta dies ſaltem compleantur.

Hactenus quæcunq; conſcripſimus ad Theriacæ uim augendã pertinent:quæ uero mox ſub-
iungam,ad colorẽ.Danda nanq; eſt opera,ut nigram theriacam efficiamus:nã hoc etſi quo pa- H
cto in conſuetudinem uenerit, neſciam, quiſquis tñ hunc colorem non conſequitur, irridetur,
quanq̃ nulla coloris qualitate medicamenti uis immutetur. Nigra uero theriaca nõ erit,ſi chal-
citis flaua luteave dum uritur,euaſerit: chalcitidis.n.particula quantumuis minima colore ſuo,
theriacam inficit. Ne quis igitur hac quoq; in re fruſtretur, ijs quæ dicam, mentem adhibeat.
Quatuor chalcitis drachmas cũ theriaca ſolummodo capiat,multo plures aſſare conueniet hoc
modo. Conijce in exiguam ollam chalcitis crudæ drachmas nõ pauciores quadraginta: poſtea
ſuccenſis carbonibus ollam abſq; operculo,in medio prunarum ſtatue: cumq́; liquefactã chal-
citin uideris,ac quæ leuiſſima & ſpumoſa pars eius eſt innatare,ſtatim ollam ab igne amoue,hu
miq́; collocata,nec ut aliquando ſolebamus,ſicuti qui ignem accendunt,ipſi inſufflabis:miran-
dum eſt.n.quantum ita faciendo,luteus flauusq́; color emergat.Non tñ in Sole collocanda erit:
ſed in umbra,donec frigeat,omittenda. Hinc poſtea id ſolũmodo capies quod ſuperne ſpumeũ
fuerit,quodq́; neque luteum neque flauum,neque pallidum eſt. Deinde experiundi gratia ali-
quantulum eius,quod probaueris,accipe,atq; comminue: & num quis ex ſupradictis coloribus
appareat,inſpice. Nãſi qualis accepta eſt,uiridis aut cinerea mãſerit, drachmas quatuor ipſius
impones:talem namq; chalcitin exiguam inuenies,etiam ſi multam exuſſeris. Quæ ad compo-
nendam

Anendam, conficiendamque de theriacam requirebantur, omnia iam absoluimus.

De Theriaca ex Descriptione Damocratis. CAP. 16.

CVm uero Damocrates, atq; Cirto in quibusdam ab hisce discrepēt, opportunum mihi, quę ab hisce quoque auctoribus conscripta sunt, subijcere uisum est, ac prius quidem Damocratis theriacam, qui omnem eius usum dilucide explicuit. Ea autem est iambicis uersibus, ut mos hominis fuit, descripta: commoditatemq; hanc habet, ut non solum memoria facile contineri, sed nec à suo ordine peruerti possit. In eo itaq; libro in quo antidotos describit, ab usu ipsarum communi, & à proprio theriaces ipsius, initium sumens, ita exorditur.

ANTIDOTOS paratas habere te decet.
Aduersus omnes uirulentas feras,
Quarum reperta & uidentur gratia.
His & uenenis obuies lethalibus,
Illi propinans ante, cui metus sub est
Ne quid ueneni capiat, mistum cibis.
Postuero illis, qui putauerint simul
B Ferale quicquam se indidisse cum cibo,
Ingestam ubi reiecerint escam tamen,
Bis illam terque præcipe passis dari,
Donec ueneni signi permanent mali.
Hanc, læsit serpens quos obuius, dabis.
Lethalis dentes uel quibus impressit fera,
Aspis, Cerasta, Dipsas, atque Hydri graues
Echidna tristis, spumei canis furor:
Hæc quippe morsu cuncta lethali nocent.
Obstat marinis omnibus belluis quoque,
Et quas minutas bestias uocant, Apes,
Crabrones, uespas, & rigentes scorpios,
Mures araneos, rapax Phalangium.
Huius antidoti, plus una drachma dato,
Quantum nux magna, sed parumper amplius,
C Admistis uini puri cyathis decem.
Male commorsis, non sufficiet semel
Haurire, metu si quis absolui uelit,
Necesse antidotum ingerat frequentius.
Hæc usum ad omnes commodos morbos habet,
Qui corpus longa male afficiunt mora:
Ad febris orbe transeuntis impetus,
Rigorem quoque, qui longum tempus manet,
Membris pernitiem afferens præcipuis:
Inclusumque utero flatum, & flatum coli,
Et quos uesica torsit, uel renes diu.
Siue adsit ulcus, siue torqueat lapis.
Miscebis & quos hepar infestat male,
Et qui è pectoris sanguinem recessibus
Aut fœculenti uirus excreant sputi,
D Feratur undecunque, sit pulmo licet.
Infunde ruptis, atque conuulsis, quibus
Intus diruptum est, atque conuulsum aliquid.
Sic cura tristis, sicque pelletur dolor.
Hanc, ægre sumptum cum coquit calor cibum,
Quamuis det modicum, coquet calor cibum.
Quosq; ira motu semper asperat graui.
Iter profectis longius, quibus diu
Vti necesse tabidis lymphis erit.
His uero, pendent quantum oboli tres, dato,
Caldæque cyathos quatuor, aut tres aquæ
Miscebis, ante cibum tres horas uel amplius.
Læsa est quibus uesica è passo dabis,
Et sputo sanguinis, & stomachum ulceratis
Quibus at totum stillat in pectus fluor.
Ex aquæ, in qua coxerit pugillulus

Polij Teuthrij, præſtat hoc Cretico,
Præſtatq; Scythico, pontico eſt præſentius: E
Nam continebis fluxionem citius:
Tribus cyathis præbe, ut eſt dictum modo.
Quidam ſi magnus urget aurium dolor.
Paſſo diſſoluunt antidotum Cretico,
Et ſic meatus illita lana obſtruunt,
Optimum quiſquis theriacen cupit,
Selecta cuncta cum reliqua habeat:
Tum uero paſtillos uiperæ quos uocant,
Sicut docemus, ita inſtructus paret,
Nam hi inter commiſcenda præſtant admodum.
AESTATE grandes uiperas bis decem
Venator, captas quas recenter attulit,
Sumat, uel plures etiam, nam parum eſt
Quod inde tollens ponat in antidotum. F
Nempe qua caput inſtat, abſcidat primum,
Quod æquet digitorum menſuram trium:
Qua cauda uibrat, amputet plus parum.
Id dum recentes, dumque uigentes adhuc,
Agat oportet. Poſt ut anguillas, exuat
Pelle, tum pingue & inteſtina abijciat.
Quod reſtat, lauet, in ollam mittat, atque
Anethi ſicci congerat manipulum,
Aquæ quod ſatis. Hinc ferueant tam diu,
Facile donec recedat à ſpinis caro.
Ollam tepenti tunc ab igne transferens,
Solam reuulſis oſſibus carnem legat.
Aequali carnem panis æquet pondere,
Polline panis confectus triticeo.
Hæc ſoluens ambo, dum læuigas, modicum. G
Iuris affunde: mox inde placentulas
Paruas confinge quibus ſiccis utitor.
Paſtillos hactenus diximus è uiperis:
DICEMVS Scillæ. Cum meſſis falce cadit,
Et magnam bene, & albam ſcillam cape.
Vndique ſiccum detrahito corticem.
Radices, q; lignoſæ, cunctas amputa.
Nudatæ pultis ubi loricam feceris,
In furnum mittes. Cum aſſam ſatis duxeris,
Sumes exemptæ quod libræ pondus leuet.
Contundes. Læuigatæ diligentius,
Adde farinam, libræ pondus mediæ,
Erui farinam parumper uſtulati.
Statim ut eruo ſcillam obligaueris,
Paruas, ſicut dixi, conficies rotas. H
Et mox ſiccatas conde quo uaſe libet.
MISTVRAM iſtam ſumere, ut nuper inuentam,
De Theriaca loquor, ſi ambigis, audi.
Ferunt hac uſum Mithridatem quoque.
Deuictus ergo uenenum cum liberis,
(Coegit fatum peruicax) auſit miſer,
Nullamque ſolus uim ueneni pertulit,
Sed enſe uitæ terminauit circulum,
Natas iam ferox abſtulerat potio.
NE tardes igitur. Scillinos orbes quater
Denis aſſume, bisque drachmis quatuor.
Paſtilus uiperæ pendat ſenas quater.
Opium quoque, nigrum piper, & magma
Quod olim ueteres dixerunt hedychroon.
Radicis ſuccum dulcis exiccatum

A His adde, drachmas impleat duodecim.
Tantundem pendat ſiccæ pondus roſæ,
Et cinammomum, & balſami præſtans liquor,
Et iris, quam ſuperbum fert Illyrium,
Napiúque ſemen, & albens agaricum,
Cretenſe ſcordium. Rurſus dimidium
Pontica radix pendat, petroſelinum,
Et mirrha, & ſtœchas, & Corycium crocum,
Radix pentaphylli, & quam nepitam uocant,
Marrubij ſemen, quod globuli continent,
Album piper, longum piper, nardi Indicæ
Spica, & terebinthina, thusque maſculum,
Atq; album coſtum, dictamniq; herba etiam,
Et iunci non feſtucæ flores Arabi,
Et ſiccum nec madeſcens unquam Zingiber.
B Cortices demum nigræ iunge caſiæ,
Senas impono drachmas iſtorum quoque.
Inde quæ drachmas ſingula pendant duas,
Contuſa thlaſpis, polium, phu pontica,
Gummi, chamædrys, atq; lenteſcens ſtyrax,
Et gentiana, & acorus, meon etiam,
Et cardamomum, & ſemen fæniculi,
Hypocyſtidis ſuccus, aſſa chalcitis,
Semen hyperici Creticum ſit tamen.
Acaciæ ſuccus cum humens, tum bonus.
Celtica nardus, & ſigillum Lemnium,
Et ammi, & cham æpitys, atque ſeſelis,
Aniſi dudum ſiccati ſemen quoque,
Racemum amomi, malabathri folium,
Cuiuſque drachmas nos imponimus duas:
C Quaternas quidam, ſed non rectè faciunt.
His rurſus panax, lachrimæque chalbani.
Addatur ſemen dauci Creta genitum,
Nuperque lectum ſagapenum, & caſtorium,
Centaurium que, non recens, ſed Creticum,
Ariſtolochia tenuis, & ſicca probe,
Impone drachmas ſingulorum bis duas.
Aequumque ſtatue pondus aſphalthi bonæ:
Duas huc quidam conferunt, quod improbo.
Confeci ſæpe quo diximus pondere.
His tu Falernum quod ſatis, funde optimum,
Mellis recentis attici libras decem.
Horum cum ſucci quædam ſint, illa ſemina,
Folia hæc, radices iſta, illa lachrymæ,
Gignanturque in metallis haud compluſcula,
D Mero diſſolue lachrimas, ſuccos, atque
Mettalla, donec mellis acquirant modum.
Immitte quæ ſuperſunt, ſicca omnia,
Contuſa, denſoque tranſmiſſa cribro.
Mel rigans adde, bis ter quod deferbuit.
Repone, & ſerua uaſculis non lineis,
Sed vitreis, argenteisque, & corneis,
Et ſtanneis, & teſtaceis, denſis tamen.
Trades bibendum antidotum nec protinus,
Nec moræ quam ſiccauerit prolixitas.
Id ſi contingat, iſto corriges modo.
Infunde mellis quod ſat, quodque ferbuit,
Nam ipſum poſtquam commiſcueris diu,
Vtile habebis, quod corruperat dies,
Peiore at multum forte, quàm miſtum ſemel.

* Ipſe igitur ſe Damocrates ab Andromacho diſſentire ſignificat, cum inquit, quaternas quidam,

dam,ſed non recte faciunt:& rurſus,duas huc quidam conferunt,quod improbo.Illud quoque E perſpicuum eſt,apertam magis eſſe theriacæ deſcriptionē ex ijs quæ a Damocrate ſcripta sūt:

Alia theriaca deſcriptio Hexametro carmine. CAP. 17.

CVm vero aliā etiam theriacæ deſciptionem apud me haberē carmine & ipſam compren ſam,mihi eam quoq; nō omittere ſatius eſſe viſum eſt,ſed quo modo ipſam a ſuperiorib⁹ medicis accepi,ſubſcribere,ſeruata ſingularum medicinarum ratione.Eſt enim cæteris omnibus & planior,& conciſa magis hæc deſcriptio.

PONDERA quæ rerum, rerum quis poſſit aceruus
Condere Theriacen, paucis aduerte docebo.
Semina principio dauci, panacisque liquorem,
Et tenuem(inuentum Chironis)centauream,
Ortaque Syriacis grauè olentia chalbana terris,
Serpentesque fugans olido nidore bitumen,
Nec non immeritis exempta virilia fibris,
Et longam(Lucinæ munus)ariſtolochian.
Difficiles tenui partus radice leuantem,
Accipies: geminas ſuſpendant ſingula drachmas.
Inde meon,ſeſelimque breuem,poliumque ſeneſcens,
Fœniculum,gummi,chalcitim,thlaſpin,amomum.
Balſameos fructus, duplicato pondere ſumas,
Atque humilem quercum,Graij dixere chamædryn,
Et pinu ſimilem folijs & odoribus herbam:
Quamq; bonus primusque manu Rex Gentius olim,
Montibus in patrijs radicem vulſit amaram,
Conſpectamque ſuo donauit nomine: quamque
Lemnus habet terram, pharetratæ ſigna Dianæ:
Atque Paretonium fudit quem ſpina liquorem,
Compreſſumq; rubra flauum ex hypocyſtide ſuccum.
His ſolium ſtagnis, fœcunda quod India nutrit,
His ſtyracem iungas,inimicaque flatibus ammi:
His & ab Aſſyria ſagapenum gente petitum,
Et cardamomi præcluſo cortice ſemen,
Hypericique comas,nardum quam Gallia mittit,
Phu quam Pontus alit, Cretei ruris alumnum.
Aniſum multis celebratum laudibus adde.
Rurſus quæ drachmas attollant pondere ſenas
Marrubium capies,dictamnum, zingiber inde,
Et piper oblongum,caſiamque, crocumque,rheumq;,
Et nepitam, & myrrham, & coſtum, iuncique rotundi
Diues odoratos quos dat Panchaia flores,
Atque apium petras quod amat, numerumq; ſuorum
Quinque tibi referens foliorum nomine gramen,
Emiſſumque tuo frondens terebinthe liquorem
Stipite,& hinc alio ſtillantia caudice thura,
Heſperioque mari naſcentem ſtœchada,quamque
Proxima iam noſtris nardum tulit India terris.
Hinc noua congeries ſequitur,ſylueſtria primum
Semina buniadis,cinnamomum,ſcordion herba
Allia quæ redolet,tantumque imitatur odore.
Adde nigrum dulci preſſum radice liquorem.
Adde etiam Illyricis creſcentem in collibus irim,
Quæque Palæſtino de palmite balſama ſudant,
Siccatamque roſam,lectum leuitate locoque
Agaricum: ſenas bis tollant ſingula drachmas.
Inde piper capies geminato pondere nigrum,
Atque ſuo fundunt quem ſecta papauera ſuccum
Vulnere, tum læti nomen ſortita coloris
Magmata, rem noſtro memoratam carmine, nec r
Vipereos orbes, ſcillæ quos pondere duplo
Paſtilli ſuperent, ſpumati denique mellis
Et uini quantum ſatis eſt infunde falerni.

Reliquum

A Reliquum adhuc mihi videtur ad explendam vniuerſam theriacæ doctrinam, ſi quid Crito, vel aliter quam ſupra diximus ſenſit, vel omiſſum aliquid addidit, ſubiungere.

Quæ Crito de theriaca ſcripſit in tertio de medicamentis libro. CAP. 18.

QVod ad pondus itaque medicamentorum attinet, conijcit quidem & ipſe piperis nigri drach.xxiiii, quemadmodum Andromachus filius, & longi ſex: imponitque chalcitidis vſtæ ʒ.iiii, & mellis attici libras decem. Viperas autem vere iam deſinente æſtateq; incipiente, aut vindemiæ tempore comprehẽdere iubet, vitans nimirum æſtatem oẽm, excepto principio, vſq; ad canis ortum, & inde ſequens tempus, quod aliqui Oporam, ideſt fructuum prouentum, peculiariter vocant. Tunc in hominibus quoq; bilis plurimum excreſcit. Vindemiæ autem tempore, quod autumni medium eſt, colligẽdas primo, apprehendẽdasq; viperas cenſet, quæ magnæ corpulentæq; ſint, anethoq; impoſito elixandas, deinde carnem ex decem viperis collectã vnis ſiliginei panis vncijs commiſcendam, atq; ita paſtillos conficere ſuadet. Ad hunc modum & Scillas meſſis tpe, quo præcipuè vigẽt, euellere iubet. Planũ eſt autem, meſſem ipſum appellare illud æſtatis ſpatium, quo triticum ruſtici metunt. Euulſas deinde in furno, quoad ſatis ſit, aſſare præcipit; gypſo lutove circumtectas, calido cineri ſubijcere, donec planè toſtæ ſint: tum B extractis medullã excipere (ita enim Crito ſcillæ meditullium nominat) eamq; atterere: vnãq; erui partem duabus ſcillæ admiſcere: rotulasque ſic demum conficere, & eas in vmbra ſiccare mandat. Qđ ad contundenda vero medicamenta pertinet, accuratè ſingula docuit. Nam mortario pellem obſtrictè circumligandam præcipit, atque ita in medio perforatam, vt per id foramen non modo rutabulum imponere poſſis, ſed etiam eo ſublato manũ quoq; & cochlear immittere, quo per eum contuſa, & quæ cribranda ſunt, eximi queant. Rurſus quoque alia pelle opus fore dicit, quæ anguſtius foramen adhuc habeat, ut per ipſum tudecula ſolũmodo demitti poſſit ad contundendum ea, quę in mortario fuerint: hancque priori ſuperimponẽdam dicit, nec prius adimendam, quàm excitatus inter contundendum puluiſculus ſubſidat. Eodem modo quoque cum per cribrum contuſa tranſmittemus, deſuper contegere quę excutimus nos admonet, nec ea prius aperienda, quàm cribrum mouere pridem deſiuerimus, deque ſublato cribro quicquid inhęſit, penna deducere.

GALENI DE ANTIDOTIS

C

LIBER SECVNDVS

Iulio Martiano Rota interprete

De mithridaticis, & alijs quibuſdam Andromachi Antidotis. CAP. 1.

EXpoſita a nobis integro volumine Theriaca vt reliquas antidotos breuibus explicem, efficiet, quas mihi hoc in libro recẽſere propoſitũ eſt, ab ea quã mithridaticã uocãt, initio ſumpto. Hęc. n. aduerſus q̃ multa venena plus ẽt q̃ theriaca valet, quãuis ictus viperę ſanare minus poſſit. Qm̃ vero Andromachus & hanc, & deinceps optimas quaſq; fermè antidotos, literarũ monumentis commiſit, cũ de medicamentis ageret, q̃ intra corpus aſſumũtur, idcirco & ipſe eas oẽs, quo ordine ille cõſcripſit, ſubiungam. ¶ *Antidotus Mithridatica, priuatim ad omnia venena faciens, & ad malas ĩternas q̃ corporis affectiones efficax.* Radicis dulcis ʒ.vii, oboli iiii.opij ʒ.iiii, ob.ii.caſtorij D ʒ.vi, ob.ii: polii ʒ.v, ob.ii.coſti ʒ.vi, ob.ii.ſpicæ nardi ʒ.vii, ob,iii: caſię ʒ.v, oboli ii: thuris ʒ.vi: ſeſeleos ʒ.v, ob.ii: ſucci hypocyſtidis ʒ.vi: acori ʒ.ii: ſcordii ʒ.vi.ob.ii.folii ʒ.iiii: *ſalis ʒ.v, ob.iii, alii ʒ.vi.immittunt: cypheos ʒ.vi, ob.ii: myrrhę ʒ.vi: croci ʒ.vii, ob. ii: cinnamomi ʒ.vii, ob. ii: ſtyracis ʒ.v, ob.iii.ſemi.dauci ʒ.vi, ob.iii: zingiberis ʒ.vii, ob.ii: phu Pontici ʒ.ii: petroſelini ʒ.iiii, ob,iii: nardi gallicæ ʒ.iiii: ſem.fęnic.ʒ.iiii: nardi in dicæ ʒ.iiii: hyperici ʒ.ii: acaciæ ʒ.ii. gentianæ ʒ.iiii, alii uero duas ĩponunt: aniſi ʒ.iii.thlaſpeos ʒ.vi, ob.iiii: meu Athamantici ʒ.iiii. alii ʒ.ii: roſarum ſiccarum ʒ.iiii.gummi ʒ.ii: cardamomi ʒ.iiii, alii ʒ.ii: iunci odorati ʒ.vi, ob.ii: opopanacis ʒ.vi, ob.ii: opobalſami ʒ.vi: galbani ʒ.vii: ſcinci ʒ.ii, oboli ii: terebinthinæ ʒ.vi, ob.ii: uini Chii quod ſatis eſt: mellis Attici deſpumati quod ſufficit. ¶ *Aliter Mithridatica hæc Antidotos componitur ex Antipatri, & Cleophantis traditione.* Myrrhæ ʒ.vii, ob.iii.ſpicæ nardi tantundẽ: croci ʒ.vii, obo.iii: opii ʒ.iiii, ob.ii s: ſtyracis ʒ.v.caſtorii ʒ.vi, obo.i: cinnamomi ʒ.vii, ob. iii: polii.ʒ.vi, ob.iii: ſcordij ʒ.vii, ob.iii.zingib.tantundẽ: coſti ʒ.vi, ob.iii: piperis longi ʒ.vi, ob.iii: piperis albi ʒ.v, ob.ii.ſeſelis ʒ.v, obo.ii: abrotoni drach.v, ob.ii: petroſelini drach.xiiii: ſeminis dauci drach. vi, obo.iii: caſiæ ʒ.v, oboli iii: thuris drach. v, obo.ii: ſucci hypocyſtidis drach.vi, oboli i s: nardi Gallicæ ʒ.iiii: ſeminis fæniculi ʒ.iiii: foliorum malabathri drach.iiii.acori, phu põtici, ſagapeni, fructus balſami, hyperici, iridis Illyricæ, ſingulorum ʒ.ii: rubricæ Lemnię cyphos, lumborum

ſcinci,

*galiũ aliqui legunt. γαλλου.

ſcinci,ſingulorum drach.vi:acaciæ,gummi cardamomi,ſecuridacæ,ſingulorum drach.ii:ſemi E
nis thlaſpeos 3,vi, ob. iiii: gentianæ drach.iiii,alij.iii:aniſi 3.iii. roſarum exiccatarum 3.iiii:mei
athamantici tantundem:florum iunci rotundi odo.3.vi,ob.iii: opopanacis.3.vi:chalbani 3.vi,
ob.iii:opobalſami tãtundem:ariſtolochiæ.3.i:hyſſopi 3.iii:marrubii 3.i: chamæpityos 3.iii.ro
ris marini 3.v:terebinthinæ 3.vi,ob.iii:mellis attici quod ſufficit:vinum ne inijcito. ¶ *Antido-
tus in Orbanũ Indum relata ad fœtus eÿciendos.* Myrrhæ 3.xv:croci drach.xvi:nardi indicæ. 3.xvi.
cinnamomi,caſiæ,panacis,ſingulorum drach.xiii: amomi drach.viii:ſcordij drach.v:florũ iun
ci odo.3.viii:mei Athamantici drach.iii:ſucci roſarum drach.xii, obo.iii:phu drach.v, obo.iii:
hyperici drach.v:zingiberis drach.vi:piperis nigri drach. vi: piperis albi drach. viii:ſtyracis 3.
v.ob.iii.ſeminis fæniculi Sylueſtris 3.iii,obo.iiii:piperis longi drach.v,alij drach.vi,coſti 3.vii.
obo.iii:ſeminis trifolii 3.v:gentianæ,drach.iiii. Ariſtolochiæ rotundæ drach. iiii:polii drach.v:
radicis trifolii drach.v,obo.iii:cardamomi drach.v:radicis echii drach.iiii.thuris drach.vi:pe-
troſelini drach.vi:uerbaſci drach.vi:ſeſeleos drach.v: cumini Aethiopici drach.iii: fructus bal-
ſami drach.iiii:nardi celticæ drach.vii:terræ ſigillatæ drach:iiii:opij drach.iiii, ob.iii:cachryos
drach.iii:cypheos drach.iii.iridis Illyricæ tantundem:ſucci mandragoræ drach.vi:ob.iii:ſaga-
peni drach.iiii:opopanaces drach. iii: aniſi drach.iiii: ſucci hypocyſtidis drach.vi: terebinthi- F
næ 3.v,obol.iii: caſtorii drach.v: opobalſami drach. xvi: ſeminis rutæ Sylueſtris 3. iii. chalbani
drach.iiii:ſeminis napi tantundem:medullæ ceruinæ 3.vi,ob.iii:vnguẽti nardini drach.xx:ſan-
guinis hœdini exiccatì drach.v,obo.iii:ſanguinis anſerini tantundẽ: ſanguinis anatis 3.iiii,ob.
iii:ſucci buphthalmi Aegyptii 3.viii:uini Chii, mellis attici,quod ſufficit. ¶ *Antidotus Panacea,
qua vtor multa promittens ab Aphroda accepta.* Cinnamomi drac.viii:amomi drach.iiii:caſiæ fiſt.
nigræ drach.xvi:croci drach.xvi:iunci rotundi odo.drach.v:thuris drach.v: piperis albi drach.
iiii,ob.iii:piperis longi drach.i,obo. iii:mirrhę drach. xi. ob. ii. nardi indicę drach.xi, oboli iiii:
nardi Gallicę drach.xvi,ob.ii:roſarum exiccatarũ drach.vi:coſti drach.ii, ob.iii s: opobalſami,
drach.iiii,ob.ii:ſucci Cyrenaici drach.iii, alii drach.iiii s:ſtęchadis drach.v, ob.ii: radicis trifo-
lii drach.iiii,vel eius ſeminis drach.iii: florum ſcordii drach.xi, obo. ii: polii Cretici drach. vi,
ob.ii:aſari drach.ii.acori drach.iii,ob.iii s:ſeminis dauci tantundem: ſeminis aniſi drach. ii: cu-
mini Aethiopici tantundem:rhei Pontici 3.v, ob.iii s:ſeminis napi ſylue.drach.iii, uel ſeminis
napi ſatiui tantundem:phu pontici drach:ii,mellis deſpumati quod ſatis eſt. ¶ *Antidotus incom-
parabilis,quam ipſe cõpoſui faciens adomnes malas, internasq́, corporis affectiones ex Nicoſtrati tradi-
tione.* Radicis dulcis,folii malabathri,opobalſami,agarici,cinnamomi,ſingulorum 3.xiii,zingi- G
beris,ſemi.trifolii,amomi,ſemi.rutę ſylueſtris, baccarum iuniperi immaturarum, & exiccata-
rum,ſingulorum 3.xv,petroſelini*ſingulorum,drach. vii, ſucci papaueris tantundem caſtorii,
piperis longi,ſucci hypocyſtidis,cypheos,ſingulorum drach.xii, obo. ii.polii, piperis albi,ſeſe-
leos,bdellii,ſingulorum drach.xv,ob.iii, florum iunci odorati, coſti ſingulorum drach. xii s,ſe-
minis dauci,thlaſpeos,ſingulorũ drach.xiii. ſpicæ nardi drach.xxiiii, radicis caſię nigrę drach.
xvi,thuris,panacis,opopanacis,ſingulorum 3.xii.acori 3.v,ſcordii 3.xvii,fęniculi, nardi Galli-
cę,gentianę,florum roſarum,gummi,ſucci Cyrenaici, cardamomi, thymiamatis,ammoniaci,
radicis echii,ſucci aparines,ſingulorum drach.viii,ſagapeni,hyperici,ſucci acacię, iridis Illyri
cę,ſingulorum 3.xiiii,myrrhę quę ſtacte dicitur, 3. xx, croci drach. xxx, ſtyracis drach. xi, ob.
ii.phu,mei,dictamni,ſemi.napi,calami odorati,ſingulorũ 3.viii,aut x,aniſi,aſari,agarici,*ſcin-
ci,ſingulorum drach.vi,terebinthinę*ſingulorum drach.xiii,obo. iii, galbani drach. v.ſangui-
nis anatis fœminæ,ſanguinis hœdi,ſingulorum drach:vii.piperis nigri,piperis longi,ſingulorũ
drach.xxiiii:crocomagmatis tantundem,radicis quinque folii,origani ſylueſtris,marrubii,ſtæ
chadis,ammeos,chamædryos,chamæpityos,centaureę minoris,ariſtolochię minoris ſingulo
rum drach.vii.mellis attici quod ſufficit.Datur ad magnitudinem fabæ ex aqua.Facit etiam ad H
quartanam,cęterum ad uenena plus alijs antidotis ualet.¶ *Antidotus Aelij Galli,qua Cæſarem li-
berauit,hac & Charmes vtebatur,ad ebibita, morſuq́, illata venena faciens: quaque ſi loca in quibus re
ptilia diuerſantur,aſperſeris,ea fugabis.Valet etiam ad fluxiones,oculos,aliudve quodvis corporis mem
brum infeſtantes:eas enim exiccat.Triſtem animi habitum & longas intermittentesq́, febres ſoluit.Mu-
lieribus præterea,quæ difficulter purgantur,auxiliatur.Fœtus ſine dolore eÿcit.Tabidis demum ex qua
tuor aquæ cyathis ad nucis auellanæ magnitudinem ſumpta prodeſt:vt a vipera percuſſis ex vino.* Myr-
rhę drach.xiiii,nardi drach.duodecim,croci drach.xiiii,iunci rotundi odorati drach.xii,cinna-
momi drach.ii,amomi drach.iiii,chalbani drach.xi,terebinthinę drach.v, piperis albi drac.x.
piperis longi drach.xxxii,coſti drach.viii,thuris drach.xii, ſucci papaueris tantundem, ſcordii
3.viii,polii 3.iiii,ſucci hypocyſtidis 3.duodecim,ſeſeleos 3.xiiii,opobalſami 3.xii,caſtorii drac.
viii,petroſelini 3.xviii,ſeminis dauci 3.xvi,opopanacis tantundem, mellis Attici ſeſtaria duo.
¶ *Antidotus Zopiria.* Cinnamomi 3.iii.myrrhę,quę ſtacte dicitur,drach.v,nardi drach.v. Exhi-
betur ad nucis auellanę magnitudinem, ex tribus aquę cyathis, poſtquam annus tranſactus
fuerit.

De

De Mithridatica Antidoto ex Damocratis traditione. CAP. 2.

A QVas hactenus antidotos deſcripſimus, omnes ſunt ab Andromacho conſcriptæ. Cum uero quæ carminibus explicatæ ſunt, ad ponderis ſinceritatem, medicamentorumq; memoriam maxime conducant, idcirco conſcriptas quoque a Damocrate antidotos memoratu dignas ſubiunximus, principio rurſus a Mithridatica ſumpto.

Antidotus quam uiri quidam inſignes admodum, Mithridatium uocant, medicamen ad omnes malas corporis affectiones efficax, quamque omnis antidoti uicem præſtare dixerunt.

MIRRHAE Arabicæ Troglodyticæ drachmas decem,
Croci decem, agarici decem, zingiberis decem,
Cinnamomi decem, ſpicæ nardi decem,
Thuris decem, & item thlaſpis decem,
At ſeſelis, & ſucci balſami, & iunci odorati,
Stœchadis, coſti, chalbani, terebinthinæ,
Piperis longi, ac caſtorij Pontici,
Succi hypocyſtidis, ſtyracis bonæ,
B Opopanacis, & folii malabathri recentis,
Pares ſingulorum bis quatuor drachmas capit.
Caſiæ uero nigræ ſeptem, & polii ſeptem.
Piperis albi ſeptem, ſcordii tantundem
Cretici tamen, & ſeminum dauci tantum.
His pendet fructus balſami drachmas pares.
Aequale pondus cyphi prædictis dabit.
Sunt qui par uelint bdelium adijcere.
Hinc nardi Celticæ repurgatæ, & gummi,
Et petroſelini, & opii, meconium quod uocant,
Et cardamomi, & ſeminum fæniculi,
Et gentianæ, & foliorum roſæ,
Drachmas imponunt ſingulorum quinas,
Parumper tamen deſcendat lanx propenſius:
Pendat dictamnum Creticum tantundem.
C ✲ Rurſus aniſi, & tres aſari, & ✲
Acorique, phuque, ſagapenique tres.
Meique Athamantici, & acaciæ,
Et ventris ſcinci, & ſeminum hyperici,
Singula drachmas hæc pendant duas ſemis.
Vini & mellis adde quantum eſt ſatis.
Satis eſt quantum hæc apte iungas ſimul.

QVONIAM vero Damocrates Cypheos mentionem facit, idque etiam ipſe componit, recte ideo illius quoque compoſitionem adſcripſit, quam deinceps ſubiiciam.

Cyphi uero nec miſtum quicquam eſt, nec ſimplex
Ipſum fert tellus ulla, non preſſus herbæ ſuccus.
Aegyptus quoſdam hoc cum placat Deos,
Incendit, & quo dicam parat modo.
Paſſam & albam ſumunt, & pinguiſſimam,
D Corticem demunt, eximunt uinacea.
Pulpæ contuſæ, & ſubactæ diu,
Drachmas accipiunt quatuor bis decem.
Exuſtæ terebinthinæ pondus idem
Addunt, & myrrhæ, & cinnamomi, & iunci
Rotundi tantum, ſed unam ponunt croci.
Tres unguium bdelii, aſpalathi duas ſemis,
Tres ſpicæ nardi, tres caſiæ bonæ,
Tres lecti cyperi, baccas iuniperi quibus
Adiungunt equas, pingues & magnas legunt.
Accedit drachmis calamus flagrans nouem,
Mellis quod ſufficit, & uini prorſus parum.
Bdellium, uinum myrrham, in mortarium
Mittunt: & terunt, quoad mellis craſſitiem
Liquentis iuncta reddant. Tum mel poſtea
Affundunt, uuas miſcent: demum cetera

Imponunt

Imponunt,ſed contuſa. Paruos inde
Confingunt orbes,quibus deos ſumigant.
Rufus nos Cyphi ſic parare docet,
Vir probus ualde, & peritus medicus.
Quidam,ſi deſit cinnamomum ſibi,
Tantundem miſcent cardamonii ſeminum,
Et hac utuntur ęquè ac priore.
Quidam,ſi pulmo,uel iecur,uel ex extis
Aliud ullum,ulcus habet malum,
Huius propinant pharmaci denarium.

De Tribus Antidotis, duabus ad Phtiſim, vna ad venena. CAP. 3.

CVm uero Damocrates alias quoq; antidotos memoratu dignas,& ob expoſitas commoditates,carminibus ab eo proditas conſcripſerit, illas quoque ſubiungere mihi ſatius uiſum eſt, quàm intactas omittere.Nam theriacam quam uocant,quo ritu ip ſe conficiat, in præcedente libro docuimus:nunc quę deinceps expoſitę ſunt antidoti,ſubiiciemus.

ANTIQVAE phthiſi alia ualde bona,
Et ſputo ſanguinis,& clam febrienti,
Nec non pectus imbecille habentibus.
Stomacho, renibus, & iecori prodeſt.
Omnibus quæ dixi ualet, delicatis tamen
Quòd poſſit minus,conueniet magis.
Libenter ſumpta hac Auguſtum ferunt
E longo morbo, conualuiſſe breui,
Pectore multum coſtisque affectum male.
Accipit,& pſylli & ſubrubentis caſiæ,
Indæque nardi,& Gallicanæ puræ,
Et cinnamomi,atque recentis croci,
Drachmas duodecim: opobalſami decem:
Myrrhæ,quam ſtacten dicunt,craſſæ, ſexdecim,
Hinc iunci tenuis,& ſigilli lemnij,
Radicis Ponticæ,& ſeminum rutæ:
Sylueſtris melior multo eſt ruta tamen:
Amomi quoque, & ſiccæ roſæ tantum.
His album piper adde,ſemen napi:
Incultis locis hoc,non ſubactis lege.
Quater hęc duo drachmam, ter uero thus trahet.
Aequabit thus dictamnum Creticum,ſatis
Siccatum quidem,ſed tamen adhuc recens.
Thuri cuminum exæques Thebaicum.
Alia cribro tuſa excerne tenui,
Immitte ſolum in mortarium pſyllium,
Multo plus tamen,ut inde quantum uelis
Sumas,nam totum comminui nequit.
Confice hoc pacto: myrrham mitte bonam
In pilam latam, uini quantum eſt ſatis
Falerni pinguis affunde, atq; dilue
Myrrham parumper: opobalſamum dein
Admiſce translucidum,nam id eſt bonum.
Hinc, ubi tuſa conſperſeris alia,
Combibant fines humorem tantiſper,
Donec feruorem bis terue mel efferat.
Affuſo melle unies antidotum.
Repone uaſe,qualem deſcripſi modo.
Sic quibus dixi hinc remedium dabis.
Alia, ualde bona ad quæ dixi omnia,
Prorſusque hanc dicunt ad flatus meliorem,
Stomachum longo qui infeſtarunt tempore.
Tollit rugitus,qui uentrem & colon
Perturbant inteſtina diſcurrentes.
Acutos quoque reddit oculos ſenum.
A feris morſos ſumma leuat ope.

A Ita hanc conficies, ſed miſcenda hæc habe.
Succi Cyrenaï boni drachmam cape.
Acori, phu, caſtorijque, & aſari,
Seminis cardamomi, gummi arabici.
Liquoris acaciæ, iridis optimæ,
Sagapeni puri, Cretenſis hyperici,
Propenſa lance drachmas inijce duas.
Tres opobalſami pellucidi, parem
Menſuram pſyllij opobalſamo ſubdes.
Tum albi piperis, & ſpicæ nardi Celticæ.
Petroſelini, ac recentis folij,
Cumini quoque ſeminum Aethiopis;
Meique Athamantici, & amomi boni,
Meconis opij, gentianæ, & balſami,
Appendo ſingulorum drachmas quatuor:
B Styracis quinque liquidæ & triobolum:
At albi coſti, thlaſpeos, & ſeſelis,
Nigræque caſiæ, uno obolo minus:
Schœni, & polij, drachmas quinque, tres obolos:
Item dictamni, Cretæ quam tellus alit.
Pondere eodem coniicito ſcordium,
Maſculum thus, Lemni terram, longum piper,
Myrrham, glycyrhizam, chalbanum, terebinthinam,
Anatis recentem, ſed ficcatum ſanguinem,
Succum panacis, ac ſemen fœniculi,
Folium roſæ ſiccum, hypocyſtidis
Expreſſum pulchrè ſuccum, dein agaricum,
Daucique ſemen Cretici electum, adde,
Aniſi quoque ſemen, & ſcincum quoque,
Bis tres cuiuſque pondera denarios:
C Demum zingiberis cum ſicci tum boni,
Et cinnamomi, atque croci, bis quatuor.
Omnium pondus mel geminet. Chium
Infunde vinum quod eſſe putas ſatis,
Siue Falernum vetus, quantum Chij.
Miſcebis hanc antidotum, vt te parum
Ante miſcere theriacam docui.
Vtque illam dixi, ſic hanc omnibus dabis.

ALIA ex ſanguinibus, quam quidam aiunt
Cæteris amplius ad venena conferre,
Continet anſerini ſanguinis ſicci duas
Drachmas, tres marinæ teſtudinis,
Hœdini tres, tres anſerini ſanguinis:
Anatis fœminæ ſanguis præſtat tamen.
Drachmas perpinguis myrrhæ iunges decem.
D Liquenti myrrhæ ſpicam nardi æquabis.
Nam cinnamomi bis tres erunt ſatis:
Bis quatuor foliorum ſiccæ roſæ:
Iunci rotundi, coſtique, & thuris una:
Amomi tres, piperis albi totidem:
At longi piperis unam & dimidiam,
Croci duodecim, caſiæ bis quatuor:
Quinque radicum trifolij, & polij:
Opobalſami tres, petroſelini quatuor:
Baccarum iuniperi pinguium, & acori, duas:
Rha pontici, meique, & dictamni, duas
Cuiuſque, drachmas dico, & phu itidem, duas,
Ammoniacique thymiamatis ſimiliter,
Et fœniculi: agarici duas ſemis,
Tres rutæ Sylueſtris, dauci duas quoque:
Aniſi, & aſari, unam cum dimidia.

Aequabis

Aequabis antedictis ammi, & semina
Cumini, Thebe quod exusta procreat.
Tres seminum Sylvestris drachmas napi,
Prædictis addes: quinque vero scordij,
Quòd Creta gignit, diximus id melius.
Omnium pondus mel atticum duplicet.
Partim contusa, partim soluta omnia
Excipe melle cocto. Serua Pyxide.

De Charme antidoto. CAP. 4.

POst antidotos hucusque descriptas Mithridaticam Damocrates subiungit, quam nos paulo ante recensuimus. Ea igitur omissa, quas deinceps conscripsit ille, nunc ipse subijciam.

ANTIDOTVS, quam recentes Charmen uocant.

Affectus sanat, qui molestarunt diu,
Et quibus nullum medicamen profuit.
Myrrhæ hæc optimæ habet, & opobalsami,
Succi hypocystidis, & thuris boni,
Opopanacis sinceri, & croci noui,
Drachmas duodecim, in singulis pares.
Albentis costi, Pontici castorii,
Terebinthinæ puræ, florum schœni, iniice
Drachmas bis quatuor singulorum: atque
Amomi racemorum, & polij quatuor,
Et cinnamomi quoque totidem boni.
Cretensis dauci seminum bis tres,
Dauco par pondus seminum seseleos:
Rufæque casiæ corticum bis nouem,
Aequabis casiæ petroselini semen:
Piperis longi, & noui bis duodecim,
Abrosum carie nam uetus reperies.
Piperis albi decem, chalbani decem,
At spicæ nardi electæ drachmas sedecim.
Drachmas recentis bis uiginti, & quinque
Adiunge scordi, quod tellus Creta parit.
Res siccas pondus mellis ter adæquet.
Commisce, sicut antidotos alias
Te pridem monui, & similiter dabis.
Hanc Charmes auctor bis quingentis atticis
Vendebat drachmis, nec totam libram dabat.
Dareque gratis uidebatur insuper.

QVIDAM fide dignus Charmis discipulus,
Scripturam hanc dicebat probatissimam,
Quæ nardi indicæ drachmas sedecim capit:
Et myrrhæ pinguis, & succi papauerum,
Hypocystidis succi, succi balsami,
Succi panacis recentis & liquidi,
Et thuris, & castorii, singulorum
Drachmas bis senas: at chalbani quatuor,
Terebinthinæ quinque, polii, quatuor,
Bonæ sed nigræ casiæ bis quatuor,
Albi piperis duas, oblongi unam
Et duos obolos, croci coricii decem.
Vnam prædictis addes & bis quatuor
Schœni attriti, sed amomi quatuor,
Duas cinnamomi, item & seselis duas,
Sex dauci drachmas seminum Cretensis,
Petroselini seminum bis nouem.
Hinc scordii drachmas bis quatuor comæ,
Bdelii unguium unam sed pellucidi.
Mellis infunde libras quinque plus parum.
Confice hoc pacto. Succos dissolue prius
In melle calido, atque resinam optime

Cribrata

A Cribrata post hæc admiscebis reliqua.
Corpus in unum rediges. Ex hoc dabis,
Quantum auellana, sumere quibus expedit.

De Quibusdam alijs Antidotis à Damocrate descriptis. CAP. 5.

HAec, si componere vis, impetum cohibet
Infra suprave prorumpentis sanguinis.
Hanc si accurate facis, habebis optimam.
Capit Cilicij croci recentis & boni
Drachimas bis octo, & tantundem opij:
Sinceræ myrrhæ, & thuris infracti,
Cuiusque drachmas accipiet sedecim:
Corticum octo radicum mandragoræ,
Hyoscyami seminum ter quatuor.
Bis ternas adde seminum papaueris.
Tres cinnamomi drachmas addendo boni.
B Succi Pataricæ, aut Syriacæ rhois
Ter uiginti quinque, alterius bis duodecim.
Miscebis ita. Primo selectum crocum
Cretico, & albo & dulci uino madeat,
Ad summum dies duos. Cum fracidum uideris
Et mollem ualde, conijce in mortarium,
Et cochleari subige, dum læuigatum facis.
Adiunge myrrhæ, thus simul, & opium.
Seorsum rhois succus madescat quoque,
Quem maceratum prædictis adijcies.
Subinde læuigata, & comminuta.
Cætera cuncta pariter confundes:
Ac mellis cocti & Attici quod satis,
Paulatim fundens in unum aceruabis.
Aceruum è mortario in uas uitreum,
C Vel stanno factum, transferes, & oblines.
Ex hoc ijs dabis, qui sanguinem reijciunt
E uentre, gutture, pectore, pulmone,
Quantum tres oboli pendunt, aut plus parum,
E tribus uini cyathis diluti.
In uino myrtis facto, & saxis aqua
Astricta, renes, aut uesica, sanguinem
Remittit, quibus hanc medicinam dabis.
Quod si ieiunum, siue intestinum aliud
Subtile, siue colon, siue uterus fluet,
Huius antidoti, quantum est drachma, dato.
Febriat si quis pluuia ex aqua:
Non febrienti, ex uino dabis quoque
Diluto, uel myrtaceo, uel dulci Cretico
SI QVIS non multis mistam habere uelit,
D Seu paucis conditam antidotum rebus,
Ita componat sedulus aptissimam
Infirmo stomacho, nec appetenti cibum,
Squallidis, macris, tardè concoquentibus,
Dolores omnes inueteratos pectoris,
Et uentris tollit infixos iam diu.
Ferunt Augustum hac usum Tiberium.
Vllam nec unquam præbibisse aliam.
Continet nigri piperis quinque uncias,
Crocomagmatis quindecim, rosæ decem,
Excussa cribro excipe melle omnia.
ALIA faciens ad eadem, quæ & prior
Rosarum constat unciis bis quatuor.
Cætera uero quæ & superior capit.
Contusa ea omnia, & per cibrum adacta,
Melle despumato excipe ualde bono.

Ad magnitudinem auellanæ ex hac dabis.
Emulſo uel recenti melicrato.
Bene decocto,& commiſto bene.
Percuſſis à ſerpentibus,ſeu ueneno
Petitis,quantum nux iuglans,exhibe
In ſeptem uini cyathis diluti.

Paſtillorum è Roſis apparatio.

Hos te oportet pulchre ſtruxiſſe prius
Quo dicam modo.Recentes carpe roſas.
Carptas ſiccato in umbra dies duos,
Vel tres ad ſummum.Tres inde libras cape,
Et tunde miſſas in pilam,quantum eſt ſatis.
Schœni uiginti bisque ſex myrrhæ diu
Contuſæ,drachmas,bis quatuor adde croci.
Inſpergens ſimul commiſcebis omnia.
Rotulas fingens magnas ſiccatas bene.
Deſumens quantum ſatis in antidotum.

Crocomagmatis Compoſitio.

Crocomagma ſi habere bonum cupis,
Miſceto diligenter hæc cuncta ſimul.
Primum Cilicij drachmas centum croci,
Myrrhæ dimidium pinguis,inde roſæ
Tantundem ſiccæ,poſt amyli candidi,
Et gummi drachmas bis quinque & uiginti.
Cuncta hæc tuſa atque excuſſa bene,
Vino odorato Coo inſperge parum.
Vbi ſatis maduerint,finge rotas.
Sicca,utere ut bono,cum opus fuerit.

Antidotus Prognoſtica.

Prognoſticam Antidotum ita conficies.
Quam ſi quis prius cepit,ſi uenenum ſumat,
Euomet ipſum ſtatim,& cibum ſimul.
Qui uero,ne ſumpſerit,uenenum,timet,
Si hanc ſuſceperit,reijciet eſcam
Vna cum nuper hauſto medicamine.
Quòd ſi nil prauum,nil noxium,inter
Dapes propoſitas ſumpſerit,nauſeam
Ne ſentit quidem,atque epulum retinet.
Hæc quoque medicina ad dolores facit
Lateris,dorſi,renum,& ueſicæ.Impetum
Sanguinis cohibet abſque moleſtia,
Vndecunque feratur,etiam è pulmone.
Ita conficias.Lemniam terram cape
Inſcriptam ſigno,inde ſigillum dictam,
Pendat hæc drachmam unam,duos obolos.
Aequent iuniperi baccæ drachmas duas.
Diſſolue diu fundens olei parum,
Quod dulce,& bonum,quodque ſit recens ſatis.
Emulſa,quantum nux auellana magna eſt,
Offeres,quibus offerre hanc erit opus.
Si profluentem ſiſtere uoles ſanguinem,
Emulſo aceto quod diu ferbuit,dabis.

De Antidotis ab Aſclepiade conſcriptis in quinto Internarum affectionum libro,qui Mnaſonis inſcriptus eſt. CAP. 6.

MOs itaq; iunioribus medicis eſt antidotos appellare, nõ mõ q̃ aduerſus mortifera medicamenta,quæq́; ad morſus,ictusq́; uenenoſos exhibẽt,ſed etiam quę cõtra malas corporis affectiones,præſertimq́; diutinas ualent,ex aliquo uiſcere aut abſceſſu conſurgentes.Has ãt cũ Aſclepiades deſcriberet, in tria genera diſtribuit. Quorum primũ ea cõtinet,q̃ febribus per circuitũ inuadẽtibus cõuenire dicit:quibus, & inunctiones quaſdam,ita.n.eas ipſe συγχρίσματα uocat,ſubiungit. Atq; hæc oĩa λιξιφάρμακα,& λιξιπύρετα hoc eſt ſoluimorbia,& febrifugia,cognominat. Secundum uero medicamenta complectitur, quas Theriacas appellat,ad morſum canis

A canis rabidi, ſcorpii, phalangii, & uiperæ, facientia. Tertium autē genus in duas partes, & ipſum ab eo dictum eſt. Quarum alteram medicamenta à uenenis liberātia nominat, alterā à uenenis preſeruantia inſcribit, Andromachi ordinē hac in parte minime ſeruans. Is enim, ut eſt à nobis inter initia huiuſce libri dictum, in libro, quē de medicamētis intra corpus aſſumēdis inſcribit, prius antidotos oēs ad venena, venenatasq; feras faciētes, diſponit: Deinde medicinas ſubſcribit ad quamcunq; affectionem, non ſolum contra abſceſſus, ſed etiā ad fœtus eiiciēdos, ſi opus fuerit, propinanda: nā & hoc medicamēti genus antidotum ēt uocat: Ad conuulſa quoq; & rupta, atq; (vt ſummatim dicā) ad oēs malas ĩternasq; corporis affectiones, quacūq; in parte corporis incubuerint. Atq; hæc medicamēta in huiuſmodi affectionibus bibenda, potiones etiam idē auctor appellauit, cum circa finē libri quarti Mnaſonis ea deſcriberet. Poſtremas itaq; hoc eſt in fine librorum quos Mnaſonis inſcripſit, antidotos Aſclepiades collocauit, quæ vel eos, q. venena iam ebiberunt liberāt: nel ne ab ebibendis lædanť, tutos præſtāt. Ego uero tales antidotos primas hic deſcribere ſtatui, ſimul quia paulo ante traditis affinia ſunt, ſimul quia ipſis plurimum utimur. Nam & ad abſceſſus quocūq; inſuiſcere, internave corporis parte inſederint, oēs
B faciunt: Quarum aliquæ corporis imbecillitatem ſubleuant, indolētiā procurāt: humores uitioſos quidē emendant, incoctos vero concoquunt, atq; eos uel per cutem inſenſibiliter, uel per aluum urinamq; ſenſibiliter, item & per ſputum tranſmittunt, ut quæcunque pulmonē & pectus, per tuſſim expurgant. Plurimæ vero humores craſſos attenuare, tenacesq; diſſecare & abſterge re, poſſunt: quibus ſequitur, ut & obſtructiones adaperiant: quæ quidē in iecinore ſæpe, in aliis autem uiſceribus & corporis particulis aliquando, fieri ſolent, Finis enim ipſarum eſt humores attenuare, & abſtergere, clauſaq́ue meatuum ora patefacere.

Aſclepiadis remedia ijs, qui uenena ebiberunt, ipſiuſmet auctoris uerbis deſcripta. CAP. 7.

IIs igitur, qui Papaueris ſuccum hauſerint, cōfert hydrelæon hoc eſt aquam oleo conditā, calidam ſubinde bibendam exhibere, atq; ut uomant cogere: uel aquā calidam, & acetumm ulſum dare, & euomere facere: competet ēt aluum clyſteri inanire. Qui autem opium id eſt papaueris lachrymam, biberint, ijs ſtatim merum plurimum exhibendū eſt, aut piper, aut naſturtiū, aut cardamomum ex uino. Proderit quoq; lac aſininum, bubulumve haurire, & farina triticea uel hordeacea uino cōmiſta, decoctaq́; ventrem emplaſtrare, ac mitioribus uti clyſteri js. Aconitum uero ſi quis aſſumpſerit, rutæ manipulum ſubactum tamen è uino puro bibat. Iuſs quoq; gallinaceū pingue auxiliatur. At qui Apollinarē herbā biberint, ijs lac bibere confert, aſininū
C præcipuè. Quòd ſi non aderit, aliquod aliud lactis genus, uel ſolum, uel cum mulſa calida. Coriādrum autem uiride qui guſtarint, ij vino puro iuuantur, & iure gallinaceo pingui. Quòd ſi Leporem marinum ederint, lac potent aſininū in primis: uel ſi deſit, bubulum, ac caprinum. Maluæ quoq; caules diutius elixatos comedant, aut etiam pulegij manipulum è paſſo: uel mali terræ radicē uino commiſtam hauriant: uel deniq; cedriam pondere unius, aut dimidij oboli paſſo maceratam deglutiant. Sin autem toxicum biberint, auxilium afferet uinum dulce, oleum roſatū, ſanguis caprinus, ſemē napi cōtuſum ex uino: Velut Ephemeron aſſumentibus, polygonij ſuccus, plantaginisve, aut origani, uel thymi etiam aliquantulum uino admiſtum. Dorycnion autem ſiquis edat, lac bubulum bibat, & paſſum, & conchyliorum ius. At ſi malos fungos aſſumat, raphani crudi dandi erunt, utq́; ex eis plurimum comedat iubendum: vinum purum inſuper, & è ſarmentorum cinere factum lixiuium: nitrumq́; in aceto diſſolutum, aut uini fæx uſta, & contrita ex aqua: abſinthium præterea, aut ruta aceto cōmiſta, quāuis & ipſa per ſeſe ruta comeſta proſit. Ixiā uero aſſumētibus opē affert abſinthium ex uino ſumptum, caſtoriumq́; & ruta. Confert etiam acetum mulſum bibendum exhibere, poſtea uomitum irritare. Cōfert denuo origanū ex uino hauſtū. Vtemur quoq; hac compoſitione, quæ habet Rutæ ʒ vj, reſinæ drach.
D iii, caſtorij drach. ii, *chamæpityos cochlearia tria. Omnia hæc contere, & aceto calido miſce, & utere. Bupreſtin autem quiſquis ebiberit, paſſum multum primo hauriat, deinde uomat, ius demum carnis ſuillæ, & lac calidum ſorbeat. Prodeſt etiam ad ſaturitatem nō edere. Dandum eſt quoque ficuum decoctum: uel nitri rubri drach. iiij, contuſas ex aqua bibendas trade. Canthari des autem ſi quis aſſumpſerit, paſſum oleo miſtum, ſeuum in aqua decoctum atq; colarum, bibere proderit, tum uomere eniti. Proderit quoq; lac plurimū bibere, nucleosque pini multos comedere, aut eorum plurimos atterere & ex mulſa propinare, uel rutā tritam atq; irino unguē to miſtā dare, uel deniq; cātharidum alas, & pedes ex melle tritos lingere. Quod ſi Pſilothrum quis forte biberit, oleum calidum ſumendum eſt, deinde uomendum. Vtile etiam erit lac caprinum, & maluę elixę ſuccus expreſſus cū mulſa calida uel oleo, aut ficuum decoctum cum oleo, uel ſeſamum tritum ex uino, quinqueve nuces iuglandes ex oleo, lixiuiūve ſarmentorū cinere factum. At ſi ſpumam argenti quiſpiam hauſerit, piper, apium, myrrha in uino diſſoluta, & bibita, proderunt: Vt Gypſum deuorantibus lixiuium è ſarmentorum cinere confectum, dandū eſt, thymumve ex aqua contritum. Ad Lac autem concretum in grumos acetum ualet, opuſq́; erit coagulo etiā ex aqua fontis uti, uel laſerpitij & thymi æquas partes ex aceto mulſo bibendas tradere. Taurino aūt ſanguini remedium eſt acetum bibere, & uomere, uel laſerpitij obo-

* *Al. chamæleontis.*

lum, ſemiobolũve ſumere, aut nitri obolos duos in uino diſſolutos, uel caprifici groſſos aceto di E
lutos. Proderit quoq; ventrem ſubducere, eundemque lupinorum farina, & nitro in oximelite
deco ctis contegere. Hirudines uero ſi quis deglutierit, alii muriam, quidam niuem, ſuperbibere
ſuadent. Aſclepiades autem primo os colluere monet, mollemq; ſpongiam frigida madefactã
faucibus immittere, ut hirudo ſpongiæ inſiliat, & extrahatur: poſtea lentis ſuccum exhibet, & cer
uicẽ extrinſecus em plaſtris refrigerantibus operire docet. Apollonius aũt cognomento Mus,
acetum acerrimum propinabat cũ muria. Qui uero niuem dabant, eam calefaciebant, & diſſolu-
ta vtebantur: cibumq; & potum ad ſubducendam aluum opportune adhibebant, ut hirudinem
eiicerent: ſæpenumero nanq; aiunt vna cum excrementis ipſas quoq; deferri. Ceruſſam uero ſi
quiſpiã aſſumpſerit, oleũ calidũ bibat & uomat, uel paſſum & aquam calidam. Proderit ẽt aſini-
num lac bibere, & expreſſum maluæ decoctæ ſuccum, atq; aquam mulſam calidam oleo miſtã,
* Fortaſſe non ſale. vel caricarum decoctum cum *alijs dare, nucesq; iuglandes quinque oleo commiſtas exhibere
aut è ſarmentorum cinere lixiuium. Atque de ſimplicibus quidem uenenis hactenus à nobis di-
ctum ſit. De compoſitis autem poſtea dicetur. Eorum autem compoſitionem docere improbi
mihi hominis videtur: Quamuis hæc multi cõſcribere ſint aggreſſi: inter quos eſt Orpheus Theo
logus cognominatus: & Horus Mendeſius, iuniorem dico: & Heliodorus Atheniẽſis, qui tragœ- F
dias quoq; conſcripſit: Aratusq; & alii quidam huiuſce notæ ſcriptores, quos ſanè quiſpiam cõ-
mendatione dignos iudicauerit, quòd talia carminibus illuſtrare adorti ſint: reprehendet autem
ac merito quidẽ, ob genus materiæ ſuſceptũ. Nam cum ſigillatim quodq; uenenum parare do-
ceant, improbos magis inſtruunt, & pronos ad malum ducunt. Quam ob rem qui pulchra hæc
poemata conſcripſere, ueriti ne publice plecterentur, lectoribus inter initia ſuadere conãtur, ſe
neque perditis moribus eſſe, neq; eiuſmodi lethalia conficere, ſed uitare docuiſſe: ueluti Helio-
dorus, qui cum ſe ad Nicomachum purgat, ita exordiens fatur:

Mitia per Tricen habitantia numina teſtor:
Quiq; Deos late conſpergit lumine Phebum,
Sceptrigerumq; Iouem, Saturno rege creatum,
Nec me muneribus quiſquam, nec uiribus ullis.
Flexit, amicitiæ uinclumve abduxit, ut iſta
Conſcius efferrem: attollens ad ſidera palmas,
Immunem ſceleris mentem pro pectore ſeruo.

Ex His itaq; libros eiuſmodi legentibus, quod dicebamus, perſuadere moliuntur, metuẽtes ne a G
multitudine læderẽtur. Atqui nec dici poteſt, oportere propterea talium venenorum inſtructio-
nem ſciri, quo quis aptius indigentibus ſuccurrat. Falſum eſt enim hoc. Nam qui ſimplici ueneno petitis auxiliari nouit, is etiam priuatim unumquodq; ſuperueniens ſymptoma diſtinguens, cõpoſitis affectos optime tractabit, ingenioſe obſeruãdo id, quod inter reliqua ſymptomata excellit. Sed ad id quod reſtat redeamus. Si incognitum nobis fuerit uenenum, quod quis biberit, ederitve, hydrelæon calidum dabimus, utq; ex eo multum bibat iubebimus, tum uomere ipſum faciemus. Vtile inſuper erit ſomnos quoque circunſcribere. Veruntamen ut & ab his, & ab aliis quibuſcunque uenenis caueamus, ſubſcriptis antidotis utendum erit.

Apollonij Muris medicamenta à uenenis præſeruantia. CAP. 8.

RVtæ folia uiginti, nuces iuglandes duas, ſalis grummũ unum, caricas duas. Hæc ſi ieiun⁹ ali
quis comederit, à venenis lædi non poterit. *Antidotus quæ exhibita accipientem tutum a Venenis reddit.* Baccarum iuniperi drachmas ii, terræ lemniæ ʒ.ii. Hæc ubi in puluerem redegeris, oleo aut melle cõmiſcebis, & repones: atq; cũ opus fuerit ex aquæ mulſæ cyathis duobus, q̃tum eſt auellana, dabis. Hac antidoto Nicomedes Rex utebatur, ſi quando ſuſpectos habuiſſet
qui ſe uocarant: nam ſi uenenum nõ ſubſit, quieta manet: ſin adſit, nauſeam concitat, & euome- H
re cogit, ita ut uenenum quoq; cum antidoto reiiciatur. ¶ *Antidotus Codÿ Tuſci, qua & Craterus utebatur.* Marrubii, herbæ ſacræ, ſeminis rutæ agreſtis, ſcordii, corticum radicum rhamni, ſingulorum pondus æquale. Hæc melli commiſce, indeq; drachmas duas exhibe, ad ſerpentium quidem morſus ex uino, ad uenena aũt ex mulſo & oleo. *Adidem, ut Apelles tradit.* Dictamni drachmas duas, polii drachmas tres, piperis longi drachmas quatuor, rutæ ſylueſtris drachmas ſex, ſcordij drachmas tres. Hæc melli commiſce, atque, ut modo dictum eſt, utere. Bona eſt etiam laterum morbo, trium obolorum pondere exhibita: menſtruaq; mulieribus detrahit, drac.unius pondere. ¶ *Antidotus Mithridatis Athanaſia cognominata facies ad Venena, & omnium uenenatorũ morſus, quibusq; cibus in uentriculo aceſcit, ſanguinemq; eijcientibus. Antiquas inſuper Tuſſes, Hepatis, Lienis Veſica, & uteri morbos ſanat.* Continet autem piperis albi grana quadraginta: coſti, mei, aſari, acori, ſeminis dauci Cretici, petroſelini, nardi Indicę, *neſtoritæ lapidis, ſingulorũ drachmas quatuor: croci, myrrhæ, ſingulorum drachmas octo: cinnamomi, caſiæ, ſingulorum drachmas xii: mellis attici deſpumati quod ſufficiat: Datur ex hac ad auellanę quantitatẽ cum mulſo. *In alio exemplari ſic ſe huius antidoti compoſitio habet.* Spicæ nardi, piperis albi, coſti, mei, aſari, aco
ri, opobalſami, ſeminis dauci Cretici, ſeminis petroſelini, ſingulorum drachmas xii: mellis qđ
ſatis

A satis est. *Itẽ in alio rursus hoc modo se habet.* Piperis albi grana quadraginta: costi, mei, asari, agari ci, scordij, dauci cretici, petroselini, singulorũ drachmas quatuor: croci, myrrhæ singulorũ drachmas octo: cinnamomi, casiæ, florum iunci odorati, singulorũ drachmas xij: mellis quod satis, ¶ *Ambrosia, quæ dicitur Philippi Macedonis antidotus ad Venena, omniumque uenenosorum ictus, & Internos corporis morbos.* Accipit autem Styracis, galbani piperis albi, piperis longi, cinnamomi, singulorum drachmas duas: seminis apij, anisi, iunci rotundi odorati, costi, cumini æthiopici, se seleos, cypheos, rhei põtici, cardamomi, amomi, nardi, myrrhæ, casiæ, singulorũ drac. quatuor: palmularum eiectis nucleis, carnium iuglandiũ, singulorũ drachmas sex: croci drachmas octo: uuæ passæ demptis uinaceis drachmas duodecim: mellis attici quod satis sit, confice ut mos est: ¶ *Antidotus Zopyria, quæ facit ad venena, & reptilium morsus. De hac talia feruntur, Zopyrum per epistolam Mithridatem monuisse, ut antidotum hanc ita experiretur. Accerseret unum è condẽnatis, tuberetq; primo venenum haurire, deinde hortaretur antidotum bibere: vel prius antidotum assumere, postea venenũ bibere. Idem quoq; ut percussis à serpẽtibus, & in vulneratis à sagittis toxico illitis, faceret, hortatus est. Verum omnibus ita peractis, hominem contigit illæsum permansisse. Iuuat autem vitio ventriculi acidum ructantes, Sanguinem reijcientes, Cœliacos, Intestinorum torminibus laborantes, Comi-*
B *tiales, Iecoris, lienis, renumq; morbo vexatos. Uteri demum, & vesicæ affectionibus medetur. Emortuos fœtus & secundas trahit.* Cõficitur autem hoc modo. Opobalsami drachmas tres: nardi indicæ, myrrhæ troglodyticæ, florum iunci odorati, cinnamomi, *characiæ, costi recentis, piperis lõgi, hypocystidis, polij, piperis pereatici, scordij, mei cretici, cardamomi, singulorũ drac. quatuor: thuris masculi, carpobalsami, dictãni, singulorũ drachmas sex: petroselini, casię fuluæ, singulorũ drachmas septẽ: croci corycij drachmas octo: mellis attici quod sufficit. Dat hæc antidotus ad magnitudinem nucis auellanæ, non febrientibus ex uino, febrictibus ex mulsa. ¶ *Antidotus Diæmaton, id est ex sanguine, appellata, ad venena venenatorumq; omnium morsus.* Habet autem. Piperis lõgi, piperis albi, costi, acori, croci, phu, mei, dictãni cretici, ammoniaci, agarici, singulorũ drac. duas: amomi, opobalsami, seminis rutæ sylueſtris, cymini æthiopici, anisi, sanguinis anatis maris, & fœminæ sicci, sanguinis hædini, sãguinis anserini, seminis, napi sylueſtris, singulorũ drachmas tres; gentianæ, trifolij, florum iunci rotundi odorati, thuris, rosarũ siccarum, singulorũ drachmas quatuor: petroselini drachmas v, phu cretici tãtundẽ, cinnamomi drachmas sex, florũ scordii drach. octo: myrrhæ, nardi, singulorum drach. xij: casiæ drach. octo. Omnia hæc diligenter contusa, ac per excussorium cribrum traiecta, melli attico despumato commiscebis, cõ*
C *mistaque in argentea pyxide repones: atque hac ut magno aliquo medicamento uteris.*

De Diascinco nobili antidoto, Theriaca, & Centena. CAP. 9.

Antidotus Mithridatis Eupatoris. Diascinci cognominata, faciens ad venena, omniumq; venenatorum materiã mortẽ inferentẽ, omniumq; venenosorũ animaliũ ictus, & malas internasq; corporis affectiones. Mulieribus concipere nequeuntibus opitulatur. Menses ducit, emortuos fœtus, atque retentas secundas trahit. Febres per interualla inuadentes, earumque tremores soluit. Coxendices, in scapulas rigentes, podagricos, & id genus reliquos neruorum morbos iuuat. Conficitur autem hoc pacto. Scinci, sagapeni, acori, phu, costi, hyperici, acaciæ, iridis, mei, gummi, singulorũ drachmas duas: rosarum siccarum, gentianę, cardamomi singulorũ drac. quatuor: seminis papaueris drachmas, v, obo. ii: styracis drach. octo: polii, casiæ nigræ, seseleos, bdellii, balsami, piperis albi, singulorũ drach. v, ob. ii succi hypocystidis, opopanacis, myrrhæ, thuris masculi, castorii, piperis longi, cypheos, foliorũ malabathri, singulorum drachmas sex: scordij, florũ iunci odorati, chalbani, terebinthinæ, singulorũ drachmas sex, obol. ii: nardi syriacæ, opobalsami, thlaspis, dauci cretici, singulorũ drac. sex, ob. ij: croci, cinnamomi, zingiberis, singulorũ drachmas vii, obo. ii: succi glycyrhizæ. agarici, singulorũ drachmas octo, ob. tres: mellis quod sufficit: uini optimi quod satis est
D ad succos dissoluendos. Constituitur autem hoc modo: Cyphi, hypocistidis, sagapenum, gummi, opium, styrax, opopanax, uino Chio macerãtur die noctuq; quoad penit⁹ dissoluta sint: reliqua vero interim contusa, tenui cribro excutiuntur, illisq; iam maceratis ac dissolutis commiscent: commistaq; attico melle ad crassitiem usq; despumato excipiuntur: opobalsamoq; superimmisso, demum in uas argenteum transferuntur, atq; ad multos usus reponuntur. Datur autẽ ex hac antidoto quantum æger tolerat. Nos autem ut ualidius medicamentum hoc faceremus, ad Menstrua prouocanda, utque sine periculo Fœtus educi possent, imposuimus dictamni drachmas quatuor, ammoniaci drachmas tres, seminis rutæ sylueſtris drach. tres, cumini æthiopici drac. sex, seminis trifolij drac. quatuor, napi sylueſtris 3 quatuor, chamædryos 3 quatuor, rhei pontici drach. tres, succi cyrenaici 3 ii. His additis, medicamenti usus ad multa utilis redditur. Quadrimestres enim fœtus corrumpit, & trimestres educit. ¶ *Mithridates Theriaca. Hac Mithridates Rex semper usus est, ut se a uenenis tutum præstaret. Itaq; à Romanis obsessus, bis epoto ueneno cum mori non posset, se ipsum ense traiecit. Facit autem ad pernitiosa uenena, omniumq; uenenatorum morsus, & internas corporis affectiones. Hac & Andromachus postea usus est.* Componiturq; hoc modo. †Pastillorum scilliticorum drachmæ quadraginta octo: pastillorũ uiperinorũ, piperis nigri, spissamẽti hedychroi, succi papaueris nigri, singulorũ drachmæ uiginti quatuor: rosarũ siccarũ, scordii, se-

† *Hæc compositio corrupta ẽ, & mutilata. licet uero eam instaurare ex descriptione theriaces Damocratis pa.* 108

minis napi,iridis illyricæ,agarici,cinnamomi,ſucci glycyrhizæ,opobalſami, ſingulorũ drach. E
mas duodecim:roris marini drachmas octo:myrrhæ croci,zingiberis,rhei pontici,radicũ quin
quefolij,nepitæ montanæ,marrubij,petroſelini ✲ oboli duo:ſtœchadis, coſti, piperis albi, pi-
peris nigri, thuris ✲ caſiæ nigræ ʒ. iiii: coſti ʒ.i, croci ʒ.iiii, piperis albi drach.i, piperis longi ʒ i:
iridis illirycæ,iunci rotũdi odorati,polij,ſcordij,roſarum ſiccarum,ſanguinis anatis, ſingulorũ
drachmas tres:mellis attici deſpumati quantum ſufficit. ¶ *Antidotus Centena, qua utor, quamque Cæſari compoſui ad omnia, præſertim ad Venena.* Abrotoni drach.ii & ſemis,ariſtolochiæ drac.xx,
acaciæ drachmas iiii,baccarum iuniperi tantundem,croci drachmas,ii,aſari drachmas iiii, ani
ſi drac.tres,amomi drach.vi,agarici drach.tres,carpobalſami drach.ii, bdellii ʒ.tres, balauſtij
ʒ ii,gentianæ ʒ iiii,ſucci glycyrrhizæ tantundem, ſeminis rapi ʒ octo,terræ ſamiæ ʒ octo, ſemi-
nis dauci ʒ.quatuor,radicis draconcii drac.tres obo.tres,ſeminis irionis ʒ xx, iridis illyricæ ʒ.ſi,
myrrhæ ʒ vii,zingiberis tantundem, radicis eryngii ʒ quatuor obol. ii,thlaſpeos ʒ.xx,co nizæ
tenuis drac.vi obo.iii, cyperi drach.vi, acori drach.vi, ſeminis cicutæ decorticati drachmã i.ob.
tres, ammeos drach.quatuor, ſeminis cnici drach.vii obo.ii,cynnamomi drach.vii, coſti ʒ.vii
obo.ii,caſiæ ʒ vi obo.ii,ſucci centaureæ ʒ.quatuor obo.v, caſtorii drach.vi,calami aromatici ʒ
quatuor,gummi ʒ ii,cardamomi ʒ quatuor,cachryos ʒ tres, obo.tres, cypheos ʒ.vi.chalbani ʒ F
vi obo.ii,foliorum libanotidis drac.quatuor,ſaluiæ tantundem, ſeminis lonchitidis ʒ ii obo.iii,
ſeminis lithoſpermi ʒ tres, thuris ʒ vi obo.tres, ſeminis ſęniculi drac. vi,ſucci papaueris ʒ vi,ru-
bricæ lemniæ ʒ quatuor,malabathri ʒ x, mei ʒ vi,ſanguinis anatis tantundem, nardi ſyriacæ ʒ
vi,obo.tres,nardi celticæ ʒ octo,xylobalſami ʒ tres, ſucci panacis tantundem, ſeminis hormi-
ni ʒ octo,erui albi tantũdem,radicum panaceæ ʒ tres, opobalſami ʒ quatuor, ſecuridacæ drac.
vi,polii drach.v obo.i, foliorũ polygoni drach.ix,radicis helenii drach.v obo.tres, petroſelini
ʒ vi obo.ii,quinque folij ʒ octo,ſucci peucedani tantundem,piperis nigri ʒ v obo. tres, piperis
albi ʒ quatuor obo.tres,piperis longi ʒ quatuor,ſcinci ʒ tres,terebinthinæ ʒ ii,roſarum exicca-
tarum ʒ vi,ſagapeni ʒ octo,ſtœchadis drachmas quatuor,pineæ nucis torrefactæ drachmas vi,
iunci odorati ʒ quatuor obo.ii,uuæ paſſæ ſine uinaceis drachmas quatuor, ſeſeleos ʒ obo. ii, ſe
minis paſtinacę ʒ quatuor, fellis taurini ʒ v,fellis urſini tantundem, chamępityos ʒ tres,ſemi-
nis pſyllii ʒ quatuor, chamędryos tantundem, ſeminis ſiſami aduſti ʒ vi radicis conſolidę ʒ.ii,
ſummitatũ ſcordii ʒ quatuor,obo.quatuor,herbę pedicularis drac.v,ſtyracis ʒ v,obo.ii, fructus
trifolii ʒ x,ſeminis tordilli ʒ ii,foliorum teucrii ʒ quatuor, ſucci hypocyſtidis ʒ ii, & ſemis, fru-
ctus hyperici drac.ii, ſeminis alterci drac.ii,rhei pontici ʒ ii, phu drach.octo, rhus obſoniorum G
drach.v obo.tres, radicis umbilici ueneris drachmas i obol. tres, uini & mellis quod ſatis eſt.
Ego uinum non adhibeo.

Variæ Diuerſorum Antidoti, Diuerſis affectibus ſuccurrentes. CAP. 10.

ANtidotus Aelii Galli cum ad alia, tum ad Canis rabidi morſus. Nardi ſyriacæ drach. quatuor,
myrrhæ drach.ix,cinnamomi drach.xii,caſiæ nigræ tantundem, croci ʒ octo,coſti drach-
mas quatuor,ſeminis dauci tantundem:mei tantundem,at alii ʒ i: petroſelini ʒ iiii, piperis albi
grana xxxx,carpobalſami ʒ quatuor acori, aſari tantundem: iunci rotundi odorati ʒ octo, alii
ipſum non immittunt:mellis deſpumati quantitas,quę ſufficiat.Hæc per ſe ſola deglutienda eſt.
¶ *Eiuſdem alia ad Internas affectiones multum efficax.* Cinnamomi ʒ ſex croci dra.ii obo.tres, pi
peris albi drac.quatuor obo.ii,piperis lõgi ʒ tres ob.tres,opij ʒ tres,nardi indicę drachmas qua
tuor,myrrhæ ʒ quatuor ob.ii,acori ʒ tres, nardi gallicæ ʒ quatuor, ſtyracis ʒ i,obo.ii, chalbani
ʒ quatuor,caſtorij drach.tres obo.ii,coſti drach.ii.obo.ii. Omnia hæc melli commiſceto, inde-
que pilulas conficito,potioneve aliqua diluito: concoctionem enim & indolentiam procurat.
¶ *Aromatica optima Galli ad omnia faciens,* Cinnamomi drach.i,caſiæ drach.i, croci drachmæ.s.
amomi drachmas v,malabathri drach.ii: myrrhæ ʒ s, alij drac.i: iunci rotundi odorati drach.i, H
coſti drach.s,piperis ʒ tres,mellis attici quod ſufficit.Ego uero,inquit,cinnamomi duplum im-
mitto, meliorque efficitur. ¶ *Antidotus Archiui, quæ Ambroſia, & ſacra cognomi natur, ad omnes Internas affectiones qua utor.* Continet autem Aniſi drachmas, quatuor, ſeminis apii tantundẽ,
myrrhæ drac.i,panacis tantundem, cinnamomi ʒ ii, ſeminis loti amari drach.ii, caſiæ drach.ii,
croci drach.ij obo.tres, piperis obo.tres, ſucci papaueris ʒ quatuor, mellis quod ſatis eſt.Poro
hinc conficitur,ad inteſtinorum Tormina quidem,ex uini myrtini hemina una,& aquę quarta
parte:Ad Hepar ãt ex aquæ mulſę hemina dimidia:Item ad Vigilias, Ophthalmiam, & Lateris
morbum ex aqua mulſa:Ad Stomachi demum uitia,ex uini granatorũ cyathis duobus, & aquæ
totidem. ¶ *Antidotus Antipatri, quæ & Theriaca nuncupatur, & ad Morſus aſpidis ualet, ante & poſt ictus exhibita, qua utor.* Habet aũt Gentianæ ʒ quatuor, radicis trifolii ʒ quatuor, ſeminis eiuſ-
dem ʒ ii,polii ʒ quatuor,ariſtolochię tenuis ʒ ii, radicũ peucedani tantundem,chalbani ʒ.duas,
petroſelini ʒ quatuor, rutæ ſylueſtris drachmas tres,pyrethri drachmam unam, herbę pedicu-
laris tantundem,radicum uitis albę drachmas duas, piperis albi tantũdẽ,acori drachmas tres,
thymiamatis ammoniaci ʒ i ob.quatuor, uerbaſci ideę, chamępityos, chameleę,marrubii te-
nuis,conyzæ tenuis,cymini æthiopici,ſucci papaueris, caſtorii, ſeminis fœniculi, agarici, caſiæ

ruſæ,

A rufæ,florũ iunci odorati,rhei,ſingulorum drac.ii:dauci cretici dra.j,obo.iii, opopanacis tantun dem,ſagapeni ʒ.ii.obo.iii,abrotoni ʒ.j,obo.iii,dictãni tantundẽ,ſtyracis tantundẽ,cinnamomi drac.iii,nardi tãtundẽ,myrrhæ drac.iiii, thuris ʒ.j.croci drac.viii, aniſi ʒ.j, ſucci cyrenaici tantũ dẽ,coaguli hinnuli ʒ.iii,mellis attici quod ſatis eſt. Ex hac ſumitur quantũ eſt nucis auellanę ma gnitudo,ut ſe quis à ueneno tutum reddat. ¶ *Aelij Galli Theriaca,qua utor, optima ad Scorpionum ictus,& Alia quæ uenenũ morſu relinquũt,ad Rupta,Conuulſa, Coliinflationes, & huiuſcemodi cæte ra.Hanc Gallus ex Arabia rediens Cæſari obtulit,qua multos ex commilitonibus ſuis ſeruauerat.* Ha bet aũt,Radicis uitis albæ drac.xvj:ſeminis trifolii,opopanacis, ſingulorum drac. viii.ariſtolo chiæ tenuis drac.xii:radicis libanotidis,iridis illiricę, zingiberis, opii, ſingulorum drac.viii: ſe minis rutæ ſylueſtris drac.xii:cumini æthiopici drac.ſedecim:myrrhæ,caſiæ, caſtorij, ſeſeleos, croci ʒ.v,farinæ erui ʒ.xxiiii.Cũ aqua hæc in paſtillos triũ obolorum rediges, & ex uino dabis. *Eiuſdem alia Theriaca ualde efficax:* Quæ ex his conſtat, Seminis trifolii ʒ.xii, ariſtolochiæ drac. vi,magmatis hedychroi ʒ.viii,quinque folii drac.iiii, echii herbæ drac.vi,*philocrati drac.v.ſa gapeni drac.iiii,polii ʒ.vj.caſtorii ʒ.iii,croci drac.viii: ſeminis apii, aniſi,fœniculi, petroſelini, B ſingulorum drac.vi:opopanacis drac.iiii,opobalſami drac.vi,ſeſeleos drac.quatuor,cumini æ thiopici drac.v:myrrhæ,ſcordij,phu,mei,ſingulorũ drac.ſex:ſeminis alyſſi cretici drac.ſex,fari næ erui drac.octo.Vinũ ariuſium lene quod ſatis eſt infunde:orbesq; cõfice ponderis quatuor obolorum, quorum unum dabis ex uini chii uel ſalſi puri cotyla dimidia. ¶ *Theriaca ad dolores internos Euclidis Palatiani,quam,ut ipſe dicebat,ad morſus Aſpidũ compoſuit: facit tamen,& ad Pleu riticos,& Quartanarios magnitudine nucis auellanæ exhibita,ſi prius euomuerit. Tuſsientibus inſup, & ægre ſcreantibus ex aqua:percuſsis à Serpentibus ex uino : Pleuriticis,& ſanguinẽ reijcientibus ex aquæ cyathis duobus,& aceti uno datur.* Habet autem, Caſtorii drac.ſex:opopanacis,ſagapeni, ſe ſeleos,cachryos,chamædryos,chamæpityos,marrubii,ſingulorũ drac.ſedecim:ſtyracis,bitumi nis iudaici,myrrhæ,drac.vii:ſucci papaueris drac.octo:mellis libr ã unã.Percuſſi à ſerpẽtibus, ſi fieri poteſt,fac ut prius euomant,deinde ex hac cũ plurimo ſucco fraxini, uel ſi deſit, cum uino, drac.j.exhibe,uel plus etiam : Quartanariis autẽ ad nucis iuglandis magnitudinẽ dato. ¶ *Zeno nis Laodicei Theriaca,quemadmodum tradit Menutianus,qui eam ab ipſo accepit.* Habet autem,Car damomi dẽptis inuolucris,ſerpilli,ſeminis apii,radicis uitis albæ,ſeminis trifolii,aniſi,petroſeli ni,radicis,& ſeminis fœniculi,ammeos,ariſtolochiæ tenuis,farinæ erui,opopanacis, ſingulorũ C põdus æquale.Separatim primo quæq; cõtũde,tũ cõmiſce: & ubi ea uinũ auſterũ affundens ſu begeris,orbes conficito, qui ſimulatq; in umbra exiccati fuerint, trium obolorum pondus im pleãt.Horum unum ex duobus aquæ cyathis dato ter interdiu,ſemel noctu,interdũ uero, & ſæ pius,præſertim iis,qui frequenter euomũt:quandoque per nares etiam infundendi ſunt, ſi eos ægrotus deglutire nequeat, noxio ſomno grauatus, aut aliquo alio prauo ſymptomate corre ptus.Loca uero demorſa,ſi quodã cũ tumore nigricauerint, ac carnem alioqui diffluẽtẽ habue rint,ueluti ulcera maligna procurato.¶ *Antidotus quæ ad conuulſiones & rupta facit. Sanguinẽ re ijcientibus,Lienoſis,Iecinoroſis,& exulceratæ veſicæ auxiliatur.Ventriculi uitio laborantes, & Cœlia cos ſanat. Inflationes diſcutit, & Arquatos liberat. Datur ad hæc omnia ex mulſo oliuæ magnitudine.* Cinnamomi,coſti,ſingulorũ drac.ſex:nardi ſyriacæ dra.xx:croci,myrrhæ,malabathri,ſingulo rũ dra.octo:caſiæ drac.xii,piperis albi drac.x,thuris drac.quatuor,iunci odorati drac. ſedecim, iridis illyricæ drach.xii,terræ lemniæ drac.xx:mei,ſeſeleos, ſingulorũ drach.octo : ſeminis apii drac.quatuor,pinearũ drac.xii,irionis drac.ſex, ſeminis cucumeris torrefacti drac.ſex, terebin thinæ drach.tres,petroſelini drach.quatuor,amomi drach.tres, ſcordii,polii,opobalſami, gen tianæ,cumini æthiopici,ſingulorũ drac.v:ſeminis rutæ ſylueſtris,drac.tres:aniſi,tragachãti, ſin D gulorũ drac.octo:phu,ſtœcadis, cneori, ſingulorum drach.ii. Irionem linteolo conuolutum in aqua primum coquito,ut ipſum deinde reliquis omnibus cõminutis admiſcere poſſis: tragacan thã poſtmodum aqua maceratam ſuperimmitte. Dabis ex hac antidoto quãtum eſt ægyptię fa bæ magnitudo,Febrientibus quidẽ ex aquę,non febrientibus autem ex mulſi, cyathis duobus.

¶ *Antidotus Mitridatica,ut Xenocrates ait apud Nicoſtratum, ad Venena omnia, Venenatos ictus, Difficiles concoctiones, Inflationes, Stomachicos,& Cœliacos faciẽs, Iecoreq; & liene, & coxendicibus, ac renum lateris,& pulmonis uitio,laborantibus ſubuenit.* Continet autẽ, Succi hypocyſtidis drac. ſex,ſcordii dra.v,caſtorii ʒ.quatuor,petroſelini drac.quinque,ſeſeleos drac.i, thuris drac.vi,po lii drac.ii,dauci cretici drac.x,piperis albi drac.j,obo.iii,piperis lõgi drac.i, coſti drac.quatuor, obo.iii,cinnamomi drac.ii,croci drach.quinq; obo.iii,caſiæ nigræ drach.quatuor, nardi drac. octo,myrrhæ drac.octo,iunci rotundi odorati drac.quatuor,amomi drac.ii,chalbani drac.ii,te rebinthinæ drac.i.obo.iiii,ſucci papaueris drac.xx,mellis attici q ſufficit. Ex hac dabis quãtũ & è reliquis. ¶ *Antidotus Tyrannis appellata,& ut inquit Nilus,ab Antipatro compoſita, ad calculo ſos,& eos qui inter ſpirandum ſuffocari uidentur, facit.Secundas & fœtus retentos eijcit.Comitialibus, Podagricis,articulorumque & coxendicum morbo laborantibus prodeſt, urinam craſſam plurimam edu cens. Hanc dabis ad fabæ magnitudinem ex mulſo etiam contra uenena : aduerſus autem ſerpentium*

ictus ex uino: comitialibus uerò, si febriant, ex mulsa. Habet autem, Scinci drachmas viij, myrrhæ E drach.xxviij, rubricę lemniæ drac.quatuor, nardi drac.viij, iunci odorati drac.iiij. cinnamomi drac.xxiiij, radicis dulcis drac.xxviij, ✲ myrrhæ drac.xx, eryngij, drac.xxiiii, amomi drac.xii, cardamomi drac.octo, croci 3.viii, baccarũ cedri nigrarũ 3.xii, meliloti 3.xii, ſeminis hyacinthi 3.iiii, piperis longi 3.iiii, piperis albi grana lxxxv, ſpondilij 3 xii, ſtęchadis drac.v, pyrethri 3.vi, ſeminis maluæ ſylueſtris 3.xii, ſeminis leucoii 3.iii, opobalſami 3.vi, coſti 3.viii.ob.j, ammeos drac.xii, radicũ umbilici ueneris drac.xiiii, ſeminis dauci 3.xii, carpobalſami 3.iiii, xylobalſami 3.iiii, caſiæ drac.viii, cumini æthiopici drach.iiii, ſeminis ocymi drac.octo, acori drach. octo, florũ labruſcæ drach.octo, ſeminis apii drac.xii, ſagapeni drach.octo, radicũ capparis drach. quatuor, gẽtianæ drach.xiiii, radicis periclimeni drach.octo, thuris drac.viii, ſtyracis drac.i. ✲ milii agreſtis drach.xxiiii, radicũ ſmyrnii drac.quatuor, thymiamatis ammoniaci drac.xvi, ſeſeleos drac.quatuor, cachryos drac.iiii, iridis illyricæ drac.quatuor, aniſi drac. quatuor, chamædryos drac.xv, chamæpityos tãtundẽ, ſeminis ſmyrnij drac.vii, zingiberis drac.xiiii, centaureę tenuis drac.octo: ſeminis paſtinacæ, mei, ſingulorum drac.octo: radicis calami drac.quatuor, ✲ unguẽti boni cotylam unam. ¶ *Antidotus Arpuli ad Quartanarios.* Myrrhæ drachmas quatuor, piperis longi drac.ii, lachrymæ papaueris drac.ii, caſtorij obolos iii & ſemis, cardamomi drac.iiii, ſagapeni drach.ij. Comminutis his omnibus & aquæ commiſtis rotulas ponderis duorum obolorum confinges: Quas per interualla febrientibus dabis ex adriani uel aminęi uini cyathis duobus, & aquę fontanæ quæ deferbuerit, cyathis quatuor: Febrientibus ãt ſine intermiſſione ex hydromelite totidem cyathis. Facit quoque ad reliquos Febrium circuitus. Quoniam uero ad morſus ictuſq; uenenoſorum animalium, ſupraſcriptis antidotis tã Aſclepiades, quàm Democrates quædam inſuper alia addiderunt, idcirco mihi quoque ea hoc in libro ſubijcere potius quàm omittere uiſum eſt, ac primo quidem ab Aſclepiade prodita.

Remedia ab Aſclepiade conſcripta in Quinto Mnaſonis ad ſerpentium noxas. CAP. II.

Potio demorſis à Rabido cane ominibus amuletum ualde generoſum, præſeruat enim ne in rabiem incidant. Lycii indici quàm optimi obolos tres ex aqua dabis, uerbenæque parum per immittes. Diebus aũt tot id facies, quoad ſecurum eſſe ægrum arbitraberis. Datur & ſine aqua lycium ſolũ in ouo ſorbili. *Alia.* Caſtorii drachmã j, ex uini roſacei albi cyatho, bis ſingulis quibuſque diebus bibendũ dabis. Quod cum facere deſieris, abſinthii decocto ægrum euacua, ſalisq; tantũ immittes, ut clyſtere uehementius reddatur. ¶ *Antonij Coi.* Alyſſum herbam contuſam, & cribratam repone. Huius cũ opus fuerit, à rabido cane morſis cochlear exhibebis ex aquæ & mul- G ſæ cyathis tribus, ſtatim à primo die uſq; ad quadraginta: ſin minus ſaltem primis ſeptẽ diebus. Alyſſus aũt herba eſt marrubio ſimilis, aſperiores tamen & magis ſpinoſos in ſurculorum ſummitatibus orbes habet, floręd ad cœruleum uergentẽ prõfert. Hanc inter caniculæ æſtus collige re oportet: exiccataque, & cribrata ſeruanda eſt, ut expirare nõ poſſit. ¶ *Alia celebris admodum:* Quæ recipit, Cineris cancrorum fluuialium, uitis albæ ſarmentis exuſtorum attritorumque myſtra, x, radicum gẽtianæ myſtra tria, terebinthinæ myſtra duo. Ex hac antidoto ſingulis quibuſq; diebus, quoad ſextus adueniat, cochlear unum ex uini puri antiqui cyathis tribus plus minusve dabis: ætatẽ nanque & uires infirmi ſpectaſſe conuenit. Iis inquam cochlear unum dato, quibus ſimulatq; rabido cane morſi fuerint, medici copia affuit. Quod ſi q̣s primo uel altero die remedio caruerit, ſi ſecundus dies is ſit, antidoti duplum capiat: ſi tertius triplum: nam uinũ, ſatis idẽ ſemper erit. Tribus poſtea ſubſequentibus diebus tantum aſſumat, quãtum prima die ſumpſiſſet. Hoc medicamentum bibentem ſatis ſuperque tutum reddit, ne in aquarum formidinem incidat. ¶ *Antidotus Cratippi uiri, & celebris, & alendis canibus dediti.* Cancrorũ drach.xx, myrrhæ drachmas ii, croci drach.j, & ſemis, gentianæ drach.i, piperis albi grana x, uini quãtum ſatis eſt ad commiſcẽdum. Dabis ex hac drachmã unã ex uini aqua diluti cyathis tribus. *Alia qua uſus* H *eſt Heras Cappadox.* Scordii drach.ii. piperis albi drac.ii.s, opii drach.tres, ſucci cyrenaici drach. iii.s, cachryos drac.iiii gentianę, ſeminis rutę ſylueſtris, rubricæ lemniæ, ſingulorum drachmas quinque: myrrhæ drac.vii, opobalſami drac.viii. Hæc primum uino infunde, tũ melli deſpumato commiſce, poſtremo opobalſamũ iniice. Robuſtioribus quod bis Aegyptię fabæ magnitudinem æquet, dato ex aquæ calidæ cyathis tribus. ¶ *Alia Aelij Galli quæ, ut Belchionius inquit, à Cæſare ſumpta eſt.* Polii, ſucci cyrenaici, ſingulorum drach.iii.s, cachryos, ſeminis rutæ ſylueſtris, ſingulorum drachmas quatuor: gentianæ, rubricæ lemniæ, ſingulorum drachmas quinque: myrrhæ drach.vi: opobalſami drach.octo: ſcordii, piperis, ſingulorum drach.xii: melli oĩa hæc admiſceto. ¶ *Antidotus Zenonis Laodicenſis ad morſum Canis rabidi, quæ etiam eſt bona theriaca.* Seminis petroſelini, ameos, aniſi, ſerpilli, radicũ uitis albæ, ſeminis feniculi, farinæ erui, ariſtolochię longæ, ſeminis trifolii, opopanacis, medullæ cardamomi detractis folliculis, ſingulorũ drach. quatuor. Ita uero cõficitur, opopanacẽ uino diſſolutum in promptu habe: reliqua uero ubi contuderis, ac per minutũ cribrum traieceris, inſpergendo ſubige, ſubactaque opopanaci cõmiſce. Rotulas inde confice, quas poſtquàm in umbra ſiccaueris, drachmæ unius pondus ex uini meri cyathis tribus totidem diebus exhibebis nuper à rabido cane morſis. Quòd ſi diu iam commorſus

A morſus quis fuerit, ex aqua frigida pondus idem dabis. Antidotus hæc in Dionyſium Mileſium refertur. ¶ *Claudij Apollonij medicamentum aduerſus canis rabidi morſum, quod & theriaca eſt.* Seminis trifolii, radicum fœniculi, ſingulorum 3.vj: foliorum ſcillæ aridorum, ariſtolochiæ lõgæ, ſingulorũ drach. quinque: ſcinci, ſurculorum ſerpilli, ſingulorum drach. quatuor: cardamomi a cortice depurati radicis dulcis, ſingulorum 3.iii: ammeos, radicis rutæ, ſingulorũ drach. ij: opopanacis, ſucci cyrenaici, ſingulorũ drach. i: uini falerni ſeſtaria tria, & cãcrorũ marinorum exuſtorũ libras tres. Cancros in uinũ coniectos macerari ſinas: quod ubi combiberint, ipſos accurate diſſolutos promptos habe. Res autem ſiccas contuſas, & per minutũ cribrum tranſmiſſas cẽ cris admiſceto: rotulasq; inde cõfingito, quarũ tres obolos propinabis ex uini puri cyatho uno & dimidio tribus diebus. Ac de his quidẽ hactenus; nam quæ foris quoque admoueri debent ſubiungenda uidentur. ¶ *Menippi emplaſtrum ad morſum canis rabidi, quo Pelops utebatur.* Picis brutiæ libram unã, opopanacis unc. iiii, aceti ſeſtariũ unum. Opopanacem in cyathis quatuor aceti diluito; aceti qđ ſupereſt una cum pice decoquito: ubi conſumptum tum id uideris, opopanacem addito, ſed cauero ne efferueat. Cũ ſatis inter ſe commiſta uidebuntur, plagellas p magnas inde cõficito, locoq; demorſo ſuperindito. Neceſſe eſt aũt ulcus per quadraginta dies aptum ſeruare. ¶ *Menelai quod ualet ad morſum canis rabidi, Aegylopasq; & omnium reptilium ictus.* Habet aũt. Nitri rubri drac. ij, fæcis uini combuſtæ drac. octo, thymiamatis ammoniaci 3.vii, ſeui caprini lib. j. olei lib. j. & ſemis, ceræ libras duas, aquæ ſeſtariũ unũ. Ammoniacũ in aqua diſſolue ſic, ut amurcæ craſſitiem hẽat, reliquum uero aquæ ferueat nitro, & fæce immiſſa. Qđ cũ denſatum fuerit, ea quæ colliquantur inijcies. Vbi diſſoluta fuerint, ab igne uas amouebis, ammoniacumq; impones, indeq; utraq; in mortarium transferes, diligenterq; ſubiges. Ex hoc cũ opus erit utere. ¶ *Album Heræ medicamentũ ad morſum canis rabidi, quod & extrinſecus ulceri imponitur: & per os intrò aſſumitur, maxime ab ijs, quibus iam rabies dominatur, pilula ad magnitudinẽ auellanæ nucis confecta, ac quotidie quadraginta diebus deglutita: ſtatim.n. a periculo liberat. Imponitur autem loco demorſo, nec niſi ſecundo quoque die ſoluitur: & idcirco opus eſt alternis diebus uulnus ſoluere, & ulceris nigredinem ſpongijs abſtergere, idq; tandiu facere, quoad uſque medicamentum albũ permaneat.* Ita autem conficitur. Ceræ ponticę lib. ij. ſpumæ argenti aureæ, ceruſſæ, ſingulorum lib. j. mirrhæ, medullæ ceruinæ, ſingulorum unc. ij: thuris maſculi unc. j, olei ueteris ſeſtarium vnum. Argenti ſpumam oleo decoque: Quam cum ad ſordium craſſitiem perueniſſe uideris, ceram inijce, & ceruſſam inſpergere. Cumque ad id uenerint, ut manus non inquinent, igne ſubducto, medullam impone, myrrhamque & thus iniice: atque ubi cuncta bene ſubegeris utere.

¶ *Baſilica aduerſus Canis rabidi morſum compoſita, quæ in aquarum formidinem ægros incidere non permittit. Hanc Auguſta apud ſe compoſitam ſemper habuit.* Continet autem, ſalis ammoniaci, ſucci cyrenaici, ſingulorum drachmas duas, quòd ſi cyrenaicus deſit, ſyriaci duplum accipito: coagulj leporini drachmas quatuor: iridis illyricæ, caſtorij pontici, ſingulorum drachmas quinque: lactis caprificus aridi tantundem, aut ſi ſuccus deſit, liquidi duplum impone: adipis hyænę drachmas octo: reſinæ terebinthinæ drachmas nouem: adipis carnis nigræ, ſanguinis eiuſdẽ, ſingulorum drachmas undecim: ceræ ponticæ drachmas xxxvi, olei antiqui cyathos duos, aceti ſcillitici cyathos tres. Arida contrita aceto commiſce: liquanda uero liqueſcant prius, deinde attritis addantur atque in opportunos uſus omnia reponantur.

Remedia ad Scorpiones tam intus aſſumenda, quàm foris admouenda. CAP. 12.

AD Scorpionum ictus ſubſcriptis antidotis utẽdum erit. ¶ *Hac Diophantus utebatur in Scorpionum ictibus & in commorſis à Phalangijs.* Habet aũt, Ariſtolochiæ drachmas quatuor, piperis drachmas duas, opii drac. i, pirethri drac. iii. Contuſa hæc & melle excepta in rotulas ad fabæ ægyptię magnitudinẽ rediges, quarũ duas deglutiẽdas trades ex uini puri cyathis duob⁹. ¶ *Alia ad Scorpionum ictus, noxioſq; aliorum animalium morſus.* Accipit autem Ariſtolochiæ, zingiberis, ſingulorum drac. viii: nepitæ, ſeminis rutę ſylueſtris, ſingulorũ ob. iii: piperis ob. ii. Hęc primum teſtudinis ſanguine ſubigito, tum rotulas inde trium obolorum pondere cõfingito, atque ex uino puro dato. *Alia.* Quę conſtat ex Cymini ęthiopici, ſulfuris uiui piperis albi, ſingulorum dra. ii: caſtorii, ſilphii, trifolii, ſingulorum 3i. Hęc inter ſe uino commiſce, & ex uino puro ſorbenda prębe. ¶ *Antidotus ad eos, qui in periculum deuenere ob ictum Scorpionis, Phalangyve, aut alterius cuiusq; reptilis.* Aſſumit autem, Seminis rutę ſylueſtris, ſeminis erucę, pyrethri, ſtyracis, ſulfuris uiui, ſingulorum drach. vi: caſtorii drach. ii. Omnia hęc teſtudineo ſanguine ſubacta, ex meri uel aceti dimidia cotyla propinabis quatuor obolorum pondere. *Antidotus quæ dolorem ſedat ijs, qui à Scorpionibus Phalangijs cæterisq; reptilibus percuſſi fuerint: Quæq; cum difficultate parientibus auxiliatur. Huius nomen eſt Calliſta, hoc eſt optima.* Continet aũt, myrrhę, caſtorii, ſtyracis, ſingulorum drac. i: opij drac. ii, chalbani drac. iii, ſeminis apii acetabulũ unum, aniſi tantũ dẽ, piperis grana xxx. Hęc inter ſe uino coniuncta ex una uini cotyla dabis põdere unius drachmę. Antidotus autẽ hęc eximiè bona eſt. ¶ *Antidotus Abſcanti medicam artem Lugduni exercentis.* Accipit autem, Piperis albi grana xx: caſtorii, opij, croci, myrrhę, iridis illiricę, herbę pediculariſ, chamędryos, radicum uitis albę, pyrethri, ſingulorum partes ęquales. Omnia hæc uino

no commiſce,& drachmam unam ex uini puri cyathis tribus exhibe. ¶ *Antidotus quæ a ſcorpionibus ſcorpiaca dicitur, quæq; medicantem minime fallit, magna cum difficultate nobis a quodam accepta, qui in Africa degens hac utebatur, & percuſſos a ſcorpionibus tutos ab omni periculo reddebat. Optime quoq; præſeruat bibita a nondū percuſſis in ſecuritatē euentus.* Habet autem,ſulfuris uiui,ſulfuris foſſilis,ſingul.lib.ii:piperis albi,ʒ.iiii,opopanacis,ſabinæ herbæ,thuris maſculi,ſingulorū ʒ.iii: ariſtolochiæ rotundæ,peucedani,myrrhæ,centaurii, ſerpilli,chamædryos,chamæpityos,herbæ ſcorpiacæ,anagallidis,bituminis,ſingulorum drachmas duas:betonicæ,medullæ ceruinæ, ſcinci,ſingulorum ʒ.j.Singula quæ enumerauimus contuſa, ac per minutiſſimum cribrum primo traiecta,deinde ſimul omnia commiſta,ita ſeruanda ſunt,ut reſpirare non poſſint.Cū uero percuſſis opitulari uolueris, cochlear unum huiuſce pulueris ex uini puri cyathis duobus exhibebis. Præſeruationis aūt annuæ gra ſemel ex hac antidoto bibant,qui ſe tutos a periculo ſeruare uolent.Oportet tñ eos,qui primo hoc medicamētum præſeruationis gratia bibēt,die illo nec lauari,nec uenere uti. ¶ *Antidotus a Zoilo ſumpta, qua Epaphroditus Chartaginenſis utebatur. Statim autem hæc, & ægros a dolore liberat, & per annum quàm pulcherrimè quoque præſeruat ſemel ebibita.* Continet autem,Sulfuris uiui libras quatuor,thuris lib.j:ſabinæ,ſtœchadis,ariſtolochię, ſingulorum ʒ.vj:myrrhæ ʒ.v:medullæ ceruinæ,opopanacis, ſingulorum ʒ.iiii:dictamni cretici ʒ.tres:bituminis,ſerpilli,ſcordei,rhei,trifolii,cētaurij,chamędryos,piperis albi,abrotoni,betonicæ,polii,coaguli hœdini,anagallidis,ſingulorum ʒ.ii:crocodili terreſtris,drach.x.Cōfice ut dictum eſt.Et percuſſis cochlear unum bibendum præbe ex uini puri cyatho.Præſeruat eadem ſingulo quoque anno ſemel exhibita.

¶ *Quæ extrinſecus imponenda ſint percuſsis a Scorpionibus.* Lauri folia in uino cocta,& contuſa impone:uel liliorum radices attritas ex aceto. *Aliud.* Ariſtolochiæ in uino decoctæ,rutæ ſummitatū,& nitri, partes æquales atteres,& ex uino impones. *Aliud.* Cācrorū fluuialiū,cachryos, herbæ pedicularis,rutæ, partes ęquales ex uino ſuperimmites. *Aliud.* Chamæmeli,nigellę,nitri rubri,partes ęquas contunde,& ex aceto admoue. ¶ *Arabæ Thebani medicamen adictus Scorpionum excogitatū.* Habet aūt, Chalbani,terebinthinæ,ſingulorū ʒ.ij:herbæ pedicularis,pyrethri, ſulfuris uiui,ſingulorum d.i:myrrhæ,piperis, ſingulorum ʒ.i:& ſemis,picis liquidæ qd ſatis eſt.

Diuerſa ad Phalangiorum morſus remedia. CAP. 13.

CHaritonis circulatoris *Antidotus ad Phalangiorum morſus:* Quæ habet,Seminis ſpōdylii,calaminthi,partes æquales.Hæc ſimul attrita ex uini cyathis duobus bibenda dabis pondere ʒ.i.ſæpius quocunque die.Hac medicina utebatur Charito, frequenterq; in conuentus hominum ueniebat,ut a phalangio demorſis opem ferret. *Eiuſdem alia.* Quæ continet,Succi cyrenaici,ſeminis dauci cretici,mentæ ſiccæ,nardi indicæ,ſingulorum pondus æquale.Hæc aceto cōmiſta,ex aceti puri cyathis quatuor dato ʒ.i.pondere, bibentesq; in aquam calidā deſcendāt.

¶ *Antidotus Andreæ ad Phalangiorum morſus.* Habet aūt,Herbæ pedicularis,pyrethi,myrrhæ, opii,uitis albæ,chalbani,ſingulorū æquas portiones.Vino odorato hæc ſimul admiſce,indeq; ex paſſi cotyla una,drachmam unam dato. *Alia nobilis admodum,* Quæ cōtinet,Cachryos,ſeminis rutæ ſylueſtris,piperis albi,herbæ pedicularis,myrrhæ,ſingulo.ʒ.i:radicum cyperi,drachmas duas. Omnia hęc uino odorato cōmiſce,indeq; drachmam unā,ex paſſi cyathis quatuor, mellisq; uno ſorbendum dato. ¶ *Antidotus ad Phalangiorum, Scorpionum, aliorumq; reptiliū ictus, qua Theophanes vtebatur.* Accipit autem,Caſtorii,piperis albi,myrrhæ,ſucci papaueris, ſingulorum pondus idem. Hæc in uino diſſoluta,atque in orbes redacta,trium dabis pondere obolorum ex uini puri cyathis tribus,ut & Deophanes faciebat. *Alia.* Corticum radicis mandragoræ,piperis albi,caſtorii,ſucci papaueris,ſingulorum partes æquales. Cōfice & exhibe ſicuti ſupra diximus. ¶ *Alia ab Apollodoro ſumpta, quam & Heraclides Tarentinus deſcribit in eo libro, quem Ad Aſtydamantem mittit, ad omnes venenatæ feræ morſus, Doloresq; vehementiſsimos, & uteri ſtrangulationes,* Accipit autem,Succi cicutæ,alterci, ſingulorum drachmas quatuor:caſtorii,piperis albi,coſti,myrrhæ,opii,ſingulorum drachmam unam.Hæc cōminuta paſſi cyathis duobus additis in Sole tam diu commiſcebis,quoad denſeſcant:inde rotulas confinges,quę magnitudinē fabæ græcæ non excedant.Harum ſingulas ex uini cyathis duobus tradito. ¶ *Alia Heraclidis Tarentini ad Phalangia, omniumq; reptilium morſus, quæ tam impoſita, q̄ ebibita prodeſt.* Accipiat autem,Cachryos,ſeminis rutæ ſylueſtris,piperis albi,myrrhę,cocci cnidii, coſti, pyrethri, herbę pedicularis,ſingulorū pondus idem:cyperi duplū, Hęc aceto diſſoluta melleq; excepta ſuperimpone. ¶ *Alia ad Phalangia omniumq; uenenatorum ictus:* Quę continet,herbę pedicularis,pyrethri, myrrhę, ſucci cyrenaici, ſingulorum drachmas quatuor: radicum uitis albę, chalbani, ſingulorum tantundem.Aceto hęc diſſoluta melli commiſcebis, & impones. Eadem quoque pota ſummopere iuuat. ¶ *Alia quæ ictibus phalangiorum aliorumq; reptilium, & impoſita, & ebibita prodeſt. Hac Simmias circulator utebatur.* Habet aūt,Sulfuris uiui,chalbani,ſingulorum drachmas quatuor,ſucci cyrenaici, amygdalarum amararum a corticibus repurgatarum, ſingulorū drachmas duas.Hęc in uino diluta melleque excepta ſuperimmittenda ſunt. *Alia.* Quæ recipit,Seminis rutæ ſylueſtris,herbæ pedicularis,ſeminis erucæ,cachryos, ſeminis uiticis, pilularum

Arum cupreſſi, ſingulorum partes æquales. Hæc aceto diſſolue, melli commiſce, & impone: pota quoque auxilium præſtat.

Remedia ad viperas, in quibus Antiochi Theriaca continetur, quam Plinius in foribus ædis Aeſculapÿ deſcriptam fuiſſe tradit. CAP. 14.

VErum de his hactenus, Quibus autem a uiperis morderi contigerit, infrapoſita remedia admouebimus. ¶ *Dorothei Helÿ remedia aduerſus uiperarum morſus.* Ita enim ipſe inquit: Potionibus ego planè ſimplicium uſus ſum ijs, quæ ex aceto dantur: Acetum nanq; calefactũ, & per ſe potum, quantum heminæ dimidium cõtinet, iuuat: Item corticum Ariſtolochiæ drachmæ ij, ex uini, aut aceti, hemina dimidia: Et ſeminis trifolij oboli tres, ex dimidio uini cyatho. Proſunt etiam panacis chironiæ drachmæ duæ, ex aceto: Item hinnulorum coaguli drachma una ex uino: Et ſanguinis marinæ teſtudinis exiccati drachmæ duæ ex aceto.

¶ *Ex compoſitis uero Antidotus, quæ ab Apollodoro confecta eſt, & a Soſtrate, atq; alijs, qui ipſam ab eo exceperunt commendata, hæc eſt, quæ a teſtudinis ſanguine nomen accipit:* Et continet, Seminis cumini ſylueſtris acetabulum, ſanguinis marinæ teſtudinis exiccati drac. quatuor: coaguli hinnu-
B lorum, aut ſi deſit, leporis, drach. tres: ſanguinis hœdini drac. quatuor. Hæc ſimul admiſta, affuſoq; optimo uino, coniuncta repones. Cum opus fuerit, hinc quantum eſt oliuæ magnitudo ſumes, dilutumq; ex uini quàm optimi cyatho medio, bibendum trades. Quòd ſi paulo poſt ægrotus antidotum euomat, denuo quantum eſt oliuæ dimidium ita, ut diximus mõ, præbebis. Et rurſus ſi reiiciat, quantum eſt Aegyptiæ fabæ magnitudo tertio propinabis, quo prædiximus mõ.

¶ *Ruſtici medici Antidotus ad uiperæ morſus.* Accipit aũt trifolii, ſtachyos, erui molliti, ſeminis rutæ ſylueſtris, ariſtolochiæ rotundæ, ſingulorum drac. octo. Hæc uino cõmiſta in rotulas redigito. quarum drachmam unam ex uini cyathis tribus dabis bis, terve ſingulis quibusq; diebus.

¶ *Alia uerſibus ab Eudemo conſcripta, quæ Antiochi Philomitoris Theriaca inſcribitur.* Cuius principium hoc quidem eſt.

Diſce medelam iſtam ſerpentum, matris amicus,
Expertam uictor quam docet Antiochus.

Conficiendi autem modus is qui ſequitur.

Radices conuelle mei, quę pondera drachmę
Duplent, ſerpilli ſit quoque pondus idem.
C Sit panacis ſucci tantum, nam drachma triphylli
Impoſita fructus ſat erit una tibi.
Hinc apium, aniſumque, hinc ammi, fœniculumque,
Semine quodque ſuum compleat oxybaphum.
Poſt orobi tenuis duplum ſuperadde farinę.
Et coeant Chio nectare cuncta ſimul.
Tum paruos facias æquati ponderis orbes,
Quiſque trahat drachmę pondera dimidię.
Hos quicunque Chio miſcebit, & hauriet orbes,
Temnet echidneę dira uenena ferę.
Officient unquam nec ſęua phalangia, nec qui
Scorpius obliquè ſpicula tenta gerit.

Singula uero quę hiſce carminibus continentur hæc ſunt. Radicũ mei, ſerpilli, opopanacis, ſingulorum drachmas ii: ſeminis trifolii drach. i: aniſi, fœniculi, ammeos, ſeminis apii, ſingulorum acetabulum unum. farinę erui tenuiſſimę acetabula duo: uini antiqui quantũ ſatis eſt ad commi
D ſcendum, ut rotulas hinc cõficere poſſis: quas in umbra ſiccatas ex tribus uini cyathis trium obolorum põdere dabis. ¶ *Antidotus Enneapharmacos, id eſt ex nouem rebus, Heraclidis Tarentini, quam ipſe in ſuo de Serpentibus libro tradidit.* Habet autem. Myrrhę troglodyticę, opopanacis, ſuci papaueris, ſingulorum 3. ii: radicum uitis albę 3. iiii, corticum ariſtolochię longę tãtundem, radicum pyrethri tantũdem: ſeminis rutę ſylueſtris, cumini ęthiopici, ſeminis trifolij, ſingulorum acetabum unum. Omnia hęc poſtquam attrieris, ac per cribrum traieceris, aceto cõmiſcebis, in quo gummi maduerit, ut agglutinandi uim quandam habeat: tũ rotulas inde conficies, quas in umbra ſiccabis. Cum ipſis uti uolueris, dimidiã dabis ex uino uel aceto, in quo rutæ folia deferbuerint. Hoc licet ſæpius diebus ſingulis peragas, integrũ tamen antidoti pondus drachmas duas impleat: nam ſupra hanc menſuram exhibita, uomitum excitare ſolet, quare plus duabus drachmis, dare non conſulo. Quod ſi uomitus inſurgat, nihilo minus pluries adhuc ſingulis quibusq; diebus antidotos exhibebis. Opus eſt inſuper ægrotũ alere: & uino diluto recreare, hocque ſæpius die uno facere. Locus quoque demorſus calida diu fouendus erit, & in his ſubmergendus, quæ ipſum iuuare poſſunt, quod dum fit, ita collocandus erit, ut deorſum inclinet.

Antidotus Dorothei ad omnium Reptilium ictus excogitata. Quæ continet, Corticum radicis uerbaſci fœminę, ſeminis trifolij, ſingulorum 3 i, opopanacis, ſerpilli, mei, coaguli hinnuli, ſingulo

rum

rum drach. duas: ſeminis apij, ameos, ſeminis fœniculi, ſeminis aniſi, ſingulorum acetabulum E
vnum: erui in farinã redacti drac. duas. Res ſiccas contuſas, & cribratas uino ariuſio coniunges,
in quo prius & coagulum, & opopanacem diſſolueris: orbesq; inde conficies, quos pro uiribus
ægrotantium dabis. Nam uehementer a ueneno detentis drach. unam: aliis obolos tres, ex ui-
ni cotyla tribues. Vtebatur quoq; Dorotheus hac medicina, ceu nobili admodum ad inteſtino
rum affectiones, & eos, quibus noxiam materiam ad ueſicam fluere uolebat: ad tuſſes etiam &
morbos alios. Cæterum percuſſis quidem a uenenoſis aĩalibus ex uino, cæteris autem ex aqua
tribuenda antidotus eſt. ¶ *Alia Hybriſti Acuti roſtri cognomento, ad omnium ſerpentium ictus re-
perta, atq; ab Apollonio Memphite deſcripta:* Quæ continet Ariſtolochiæ, panacis, ſeminis uiticis,
ſingulorũ 3. quatuor: cachryos, myrrhæ, piperis, ſeſeleos maſſaleotici, nardi ĩdicæ, caſtorii, cin
namomi nigri, piperis longi, ſucci cyrenaici, iridis, ſeminis rutæ ſylueſtris, ſingulorum 3. duas,
hyperici drach. unam. Omnia hæc contrita, & per tenuiſſimum cribrum demiſſa uino ſalſo affu
ſo ſubiges: rotulasq; inde conficies: quas in umbra ſiccatas ex uini puri cotyla una, & aquæ co-
tylis quatuor, drachmæ unius pondere ſorbendas trades. Vnam præterea ex hiſce rotulis cõtu
ſam, ac uino diſſolutã cõmorſæ particulæ ſuperimpones, adiectis ariſtolochiæ in tenuiſſimum
puluerẽ redactæ drachmis duobus, itẽq; erui farinæ quatuor. His nanq; diligentius attenuatis, F
comminutisq; vlcus operies, ac folio ficulneo deſuper immiſſo, uittam demum circumligabis.
¶ *Antidotus, quæ aduerſum uiperæ morſus theriaca eſt. Facit tamen & ad aliorum ſerpentium ictus.
hanc Gallus ex Arabia reuerſus Cæſari obtulit, qua multos ex commilitonibus ſuis a rabido cane demor
ſis, & a ſcorpionibus, Phalangijs, cæteris q; ſerpentibus percuſsis, ſeruauerat.* Accipit autem erui in fa-
rinam redacti 3 xxv, radicum uitis albæ 3 xvi, ſeminis rutæ ſylueſtris 3 xij: iridis, opopanacis,
ariſtolochiæ longæ, ſucci papaueris, zingiberis, ſingulorum 3 octo: cumini æthiopici, myrrhæ,
eryngii, ſucci cyrenaici, croci, ſerpilli, coſti, ſagapeni, ſingulorũ 3 ſex. Vinum aminæum inſper-
ge, ſubige, rotulas confice: confectas pro conditione uirium ægrotãtis da. Sunt autem tres obo-
li, pondus antidoti integrum, ad percuſſos quidem ex uini diluti, ad reliquas uero affectiones
ex mulſi hemina una. ¶ *Medicamentum Viperarum ictibus imponendũ:* Quod habet Sagapeni, pi-
peris, ſucci cyrenaici, opopanacis, ſingulorum partem unam: chalbani, ſulfuris uiui, ſingulorũ
partes duas. Res quidem ſiccas contunde, ac per tenuiſſimum cribrum excute: ſuccos autẽ ubi
in aceto diſſolueris, ſiccis ſuperinfundes: atq; omnia ad emplaſtri craſſitiem rediges: læſo mẽ-
bro ſuperimmittes, & ficus, urticæve folio extrinſecus impoſito, conteges. *Aliud.* Cardamomi,
radicum eryngii, ſulfuris uiui, piperis, ſingulorum pars una: myrrhæ, chalbani, ſingulorum par G
tes duæ: confice ut ſupra diximus. *Aliud.* Centaureæ, herbæ pedicularis, radicum peucedani,
ſingulorum partes æquales. Hæc contuſa, cribrata, & ex aceto ſubacta chalbano commiſce, &
quo diximus modo utere. *Aliud.* Cachryos, herbę pedicularis, radicũ uitis albæ, ariſtolochię,
ſingulorum partem unam: myrrhæ, opopanacis, ſingulorum partes duas. Hæc quoque cum ace
to ueluti docuimus ſubige.

Damocratis ad reptilium, & canis rabidi morſum Antidoti. CAP. 15.

QVoniam uerò, quæ carminibus conſcriptæ ſunt medicinæ facilius memoria continẽtur,
& earum pondera ſincerius incorrupta ſeruant, ideo mihi ſatius eſſe uiſum eſt Damocra
tis uerſus hoc in loco ſubiungere, qui ita ſe habent.

NVNC autem tradere medicinas uolo,
Quæ morſus tantum uenenatos ſanent
Cornutæ, uiperarum, aſpidis, cherſydri:
Ictus ferarum, & punctura s quoque
Apum, ueſparum, ſcorpij, phalangij.
Hac arte ſtruas. Iridis bis quatuor H
Aſſume drachmas primum: tum zingiberis,
Succi panacis, & ſucci papaueris,
Radicum libanotidis, ſemen trifolij
Cuiusque creticum tamen, bis quatuor.
Ariſtolochiæ, longam dico, & rutæ
Agreſtis ſeminum drachmas duodecim.
Radicum vitis albæ ſex & decem:
Serpilli uero pariter & ſmyrnii,
Pontoq; miſſi nobilis caſtorii,
Tantundem: ſed eryngii, & ſeminum apii
Aethiopici præſertim, & adhuc noui,
Cuiuſque drachmas appendo ter duas:
Eruique candidi, & mundi bis duodecim.
Hæc cuncta ſicca, & tranſmiſſa cribro,
Excipe uino. Paruos inde fac orbes

Rotasve

A Rotasve paruas. Vnicam drachmam dabis
Huius medicamenti,ex hemina meri
Boni,non commisti,pinguis, & non noui.
Facit dimidium resolutum aqua
Tumori uentris, atque turgido colo,
Et quibus incerta causa quicquam dolet.

Alia

Valde bonum remedium,quo usos etiam
Ipsos bibendo noui commorsos malè
Auiperis nuper captis,quos uocant
Psyllos (gens hæc natura non fermè solet
Pati serpentes,neque assueta timet)
Dedisseque aliis ualde commorsis malè.
Mollem siccabis umbra mellissophyllon:
Siccatum tunde, moxque drachmas accipe
B Inde bis octo.Tum longæ uel rotundæ
Aristolochiæ,drachmas adde decem,
Siccæ tamen:chamædryos decem quoque.
Myrrhæ & bonæ,& troglodyticæ item decem.
Istæc contusa subtili cribro excute:
Mellis quod satis dulcis adde,& uncias.
Dato quod pendet drachmam uel plus parum,
E uini purioris cyathis decem.
QVIDAM è longo atque recenti folio
Exprimunt succum, sicque mensura pari
Vinum coniungunt,utque bibatur iubent.
Mensura utriusque sint cyathi decem,
Parum uel minus,aut parumper amplius.
Impositum quoque folium attritum prodest.

Alia

C Cum hæc ad alias feras quidem
Tum uero est uiperis efficax remedium.
Semper repositum habeas coagulum
Ceruini pulli,recens sit præcipimus.
Antiquo recens stomacho plus conuenit.
Drachmam repositi cyathis duobus
Vini falerni,& aquæ sat quæ uideatur,
Admisce. Præbe quibus dentes intulit
Serpens,mox uigilent ambulentque impera.
Ac,si demorsa non hoc prohibeant loca,
Balneas petant, ubi per tempus aliquod
Maneant: egressique haud multum postea
Rursus,ut dixi,capiant coagulum.

Alia

E genere eorum,quæ aduersantur uenenis
D Antidotus ea est, quæ ad rabidi morsum canis
Facit,latrandi morsum inferentem amentiam,
Et aquæ, & potus omnis inanem metum
Vsqueadeo,ut si aquæ tantillum uideat,
Et conuellatur æger,& statim tremat.
Hic & uigilias inter & amentias
Iuges degendo,commorietur breui.
Ac quamuis primo effugiat metum aquæ,
Tamen mox ipsum tales heu casus manent
Repente, quales solent commorsos diu.
Ergo ne tales in pauores incidas,
Velim tam sacram medicinam pares.
Nam si quis ipsam quo dicam bibet modo,
Nullam commorsus sentiet insaniam.
Confice hoc pacto.Cancros fluuiatiles
Sarmentis uitis albæ, sed uiniferæ

Combure,

Combure, & tere, tritos ſerua pyxide.
Rurſus cribratam bene gentianam,
Alio conde uaſe. Cum uti opus erit,
Inſperge cyathis uini ſuauis tribus,
Myſtra duo parua cancrorum cineris, &
Gentianæ unum, ſicut dixi, contritæ.
Ieiunus hoc commiſtum ſorbeat tribus
Aeger diebus nullo intermiſſo, iube.
Lux prima ſi quo caſu præterierit,
Duobus aliis ſimplicem menſuram
Trades: ſecundo duplum die porriges
E uini cyathis, ut dixi modo, tribus.
Quibuſdam rurſus & tranſacto tertio
Videtur, tantum morſu uaſtatos graui
Tres ſemper gentianę dandos obolos,
Secundus adſit donec & uigeſimus,
Tribus è uini cyathis uel plus parum.

Alia

Hanc quoque ad eos, qui timent aquam ſibi
Dicebat Niceratus conſtare, & ſimul
Amicis, qui mirandas iudicare
Medicinarum proprietates queunt.
Lycij Patarici optimi tres obolos,
Præſtaret Indicum, ſi id adeſſet tibi
Dies iubebat uiginti duos dare
Ieiuno, ut dixi, nuper morſo, & ex aqua.
Facere ſuccus britannicę fertur idem
Datus, quo lycium præcepimus modo.
Hoc quidam etiam multum admirantur, Duo.
Vrſinæ fellis myſtra, duobus aquæ
Admiſta cyathis, diebus tribus datum,
Manè cum primum illuceſcit, ante cibum.
AD MORSVS rabidi canis, præſertim ubi
In rabiem complures incidunt canes,
Emplaſtrum, quo aduerſus ſaniem utor, habe,
Quæ è morſu exit; iuuabit, & ſi quid nigrum
Vulneribus ineſt, aut liuens. Vulnus ubi
Circum ſcalpſeris, emplaſtrum pone ſuper
Per longum tempus, atque uulnus dilata
Medicamento quod cruſtam, & ulcus ducat.
Facit ad aliarum ferarum nihil minus,
Quæ uirus linquunt, ictus, atque morſus:
Et tela prauo madefacta toxico:
Et ulcus omne, ſic uocant, moris mali.
Terræ ampelitidis nigrę drachmas cape
Bis quinque, bis uiginti. His adde argenti bonæ
Tantundem ſpumæ, & tantundem bituminis.
Tribus prædictis par ſit pondus olei.
Attica pendat propolis decem quater.
Ariſtolochia, & ſymphytum, & marrubium,
Eleniumque, & chameleon bis hęc duas.
Tres iris alba ſicca, tres & ſmyrnium,
Tres galla non matura: ſex alumen, &
Polium, quę chalbanum uno uincat obolo.
Decem & duas thus pendat, & dimidiam.
Chalcitis vſta drachmas tantum quatuor
Pendat, centaurion tenue ter duas,
Bis quinque, & decem affunde mellis attici.
Confice diligenter, & præſens aſta:
Nam ualde, ſi contemnas, utitur cito.
Ergo ampelitim terram, & argenti ſpumam

Concrede

A Concrede uaſi fictili magno & nouo.
Oliuo affuſo. Mox igne leni quoque.
Denſari cum uidebis, alumen, atque
Chalcitim ſparge: uaſque ſeorſum aliud
Colliquet mella, chalbanum, & propolin:
Ac ſi quid aliud liquandum adſit, liquet.
Hæc ubi ſatis ferbuerint, transferas.
Oliuo iuncta cum ferbuerint parum,
Nec plus inquinant, inſpergere puluerem
Quem tuſa radix, quem caulis herbæ dedit.
His actis, ſtatim uas ab igne transferas.
Et commiſcendo, ubi refrixerit parum,
Effuſum ualida emplaſtrum ſubiges manu.
Subactum ſerua, ſed contectum corio.
Vulneri cuſpis quod intulit hoc prodeſt,
B Veneno cuſpis illata. Prodeſt quibus
Serpens uenenum intulit, atque fera.
Vnusque idcirco eſt omnium curæ modus,
Omnibus carnem vulneratam protinus
Scalpello circuncide, uel igne amputa.
Ventoſam poſt hæc, ni locus uetet, infer,
Acutisque & urentibus medicinis
Vulnus ſeruabis latum multo tempore.
Hoc nos in libro docuimus alio,
Illis ſcribentes, qui medicinas uolunt
Conficere, quæ urentibus & ſcalpro fiunt.
VTATVR idem antidotis, quas docui
Bibendas illis, quos commorſit uipera.
Bibendum trade, & hinnuli coagulum.
Bibendam trade gentianam rabido
C Cane commorſis, ac quæ dixi reliqua
Iſtris prodeſſe, nam hæc conueniunt quoque.
Cyrenes ſuccus, is ſi non adſit, dabis
Quem Medi mittunt, quantum pendet obolus
Duobus è calentis cyathis aquæ.
At gentianæ quod tres obolos trahit,
Multum radice ſuccus eſt præſtantior.

Antidoti ab Hera conſcriptæ, quæ & Theriacæ ſunt: quas q̃ & nos experti ſumus. CAP. 17.

THeriaca, qua Marcus Imperator utebatur, hæc recipit, Seminis trifolii, qđ bitumen plurimum oleat, ariſtolochiæ rotundæ, rutæ ſylueſtris, erui permoliti, pondus æquale. Oĩa hæc inter ſe uino cõmiſce, rotulas confice drachmarum quatuor, quarũ unam dabis ex uino & oleo. † *Alia.* Fraxini folia contunde, exprime, expreſſum ſuccũ bibendum da: quod ab expreſſione ſupereſt, uulneri impone. *Alia ad Phalangiorum ictus.* Vni rotulæ trigonis paſtilli, piperis grana tre-
D decim admiſce, & folii herbæ grana quadraginta, cõmiſta ex uino diluto calefacto bibenda trades quotidie uſq; ad tres dies. *Alia quæ ad idem facit:* Et continet, Ariſtolochiæ longæ 3.j, cumini æthiopici obolos tres, ſeminis rutæ ſylueſtris 3.vi, ſucci cyrenaici 3.iii, & ſemis, rubricæ lemniæ 3.x. myrrhæ 3.vii, opobalſami 3.viii, piperis albi 3.ii, & ſemis, cachryos 3.iiii. Hæc tuſa & cribrata melli concorporato: & ex aqua calida dato magnitudine fabæ Aegyptiæ: q̃ ſi impẽſius obniti uolueris, duplũ porriges. *Alia poſt theriacales antidotos conſcripta.* Neſcio tñ quo pacto Aſclepiades ordine non ſeruato, poſtea q̃ potiones duas ad coxendices ſcripſit, rurſus ad antidotos reuertatur, deſcribatq; eã, quã Zopyriã appellant: Et aliam quandã ex multis rebus compoſitam uenenis oĩbus, ut inquit, aduerſantem tam ante, q̃ poſt aſſumpta: utilẽ inſuper demorſis a cane rabido, laborantibusq; morbo laterali, & internis doloribus oĩbus, ita ut muliebres affectiones quoq; leuet. Poſt hanc rurſus aliam plurimi vſus ſubiungit ex centum rebus conflatam, excellenter, ut ait, ad uenena, & eos, qui ſumpta ceruſſa ſuffocantur, facientẽ. Deinde ab his aliam adhuc ex rubrica lemnia confectã, de qua dudũ antea mentionẽ feci, cum Damocratis uerſus tranſcriberẽ. Illa igitur, quæ ex centũ rebus eſt, omiſſa, ſatis mihi feciſſe uidebor ſi Zopyriam uocatam, huicq; aliam ſubſequentẽ, & ultimo illam, q̃ a rubrica lemnia cognominatur, exponam, præter miſſa, ut dixi, centum rerum antidoto, quæ eadem eſt cum illa quam Andromachus conſcripſit.

† *In cod. græc. Baſ. hoc in loco interpoſitæ ſũt carminibus aliæ duæ antidoti.*

¶ *Antidotus*

¶ *Antidotus Zopyria faciens ad omnia, ſed præcipue ad uenena. Iecoris morbos, Ventris inflationes, & incipientes aquas inter cutẽ effundi, maxime uero quando plus flatus quã aquæ affuerit.* Accipit autẽ Myrrhæ 3.v,ſpicæ nardi 3.v,& ſemis,croci 3.iiii,& ſemis,florũ iunci odorati 3.ii,& mediam,caſiæ 3.iiii,cinnamomi 3.tres,piperis albi drac.unã & mediã,thuris drac.unã,& obolũ unum,coſti drachmã unã. Ex his melle attico exceptis rotulas cõfice,nucis auellanæ magnitudinem non excedentes,quas ex uino aut aqua dabis. ¶ *Alia Antidotus, quæ ad omnia uenena tam ante, quam poſt aſſumpta confert. Demorſos quoq; à cane rabido, Lateris morbo laborantes, internis doloribus uexatos, ſanat: ac Mulierum dolores, morbosq; ſublcuat.* Hẽt ãt radicis dulcis drach.vj,obo.j,ſemis,ſeminis dauci cretici 3.vj obo.j ſemis,opii 3.iiii ob.ii,caſtorii drach.ii,ob.i,piperis longi drach.vi ob.iiii, coſti 3.vi.ob.ii,ſpicæ nardi drach.vi ob.i ſemis,caſiæ nigræ 3.v,ob.ii,thuris maſculi 3.i & ſemis, ſeſeleos 3.v, obo.ii,ſcordii drach.vi obo.ii ſemis,ſucci hypocyſtidis drach.vi, acori 3.ii, foliorũ malabathri drac.vi,ob.i,ſagapeni drac.ii,fructus balſami drach.v ob.ii myrrhæ 3.vi,croci drac. vi.obo.ii,ſtyracis drach.vi,cinnamomi 3.vii,obo.ii, zingiberis drac.vii,ob.ii, piperis albi drac. v,obo.ii,phu drac.v,petroſelini drac.iiii,nardi gallicanæ 3.iiii obo.ii, ſemis, hyperici drach.ii, ſucci acaciæ 3.ii,gentianæ 3.iiii,iridis illyricæ drach.ii,anili 3.iii,thlaſpeos 3.vi,obo.ii ſemis, roſarum ſiccarum 3.iiii,mei 3.ii,gummi 3.ii,cardamomi drac.iiii, florum iunci odorati 3.vi obo.ii, opopanacis 3.vii,opobalſami 3.vi,& ſemis,chalbani 3.iii,ob.ii,terebinthinæ 3.iii,ob.ii,agarici 3.vii & mediã,cypheos 3.vi,bdellii 3.vi,ſcinci 3.ii,amomi 3.iii,polii 3.v,ob.ii,dictamni 3.vi,ſemi nis rutæ ſylueſtris 3.iiii, ſigilli lemnici 3.ii ſemis, irionis 3.iiii. Hæc oĩa ex uino falerno & attico melle commiſce. ¶ *Alia Antidotus quæ tam ante Venenum quàm poſt aſſumpta hominem à morte liberat: quæq; ſi cum alijs medicinis exhibeatur, impedimentum nullum affert. Quoties autem exhibita fuerit, eouſq; nauſeam concitat, quoad mortiferum omne excutiat.* Habet autem Rubricæ lemniæ ſigillo obſignatæ drachmas duas,& obolos totidẽ,baccarum iuniperi drachmas duas. Hæc minute cõ trita oleoq; quam bono cõmiſta,ex mulſo dabis nucis auellanæ magnitudine. ¶ *Ad eos qui à Rabidis canibus morſi in aquarum formidinem deuenerunt, Antidotum ab Aphroda ſumptum.* Lathyridis unciã unã,caſtorii drachmas tres. Comminuta hæc ad drachmæ pondus ex hemina uini roſacei bibenda trade. ¶ *Auctoris eiuſdem ad Aquarum formidinem Pilula:* Caſtorii drachmam unam & mediã,& lathyridis grana nouem. Cõmiſce & exhibe. ¶ *Ad Idem Antidotus alia à Nicoſtrato accepta:* Quæ continet Caſtorii drachmas octo, lycii indici drach. quatuor, gentianæ drachmas duas,cancrorum exuſtorum drachmam unam, & mediam. Cuncta hæc melli commiſta dato. ¶ *Ad aquarum formidinem admirabile.* Si quis aquam in qua fabri ferrum intingunt artifice inſcio bibendam præbuerit,ualde mirabitur. Vt autem qui iam in aquarum formidinem deuenerunt bibant,pannum ſuperimmites poculo,qua parte egreditur aqua & bibit. Gentiana quoq; per ſe ipſam ex aqua data confert trium cochlearium menſura. *Amaranthi grammatici† ad dolorem pedum Antidotus, qua & ipſe uſus ſum.* Habet autem Rhei pontici 3,x,piperis albi 3.octo: petroſelini,agarici,hyperici,acori,eryngij,ſingulorum 3.vi:cardamomi,thlaſpeos, acaciæ, ſucci glycyrrhizæ, roſarum ſiccarum, ſingulorum drachmas quatuor: ſeminis fœniculi, ariſtolochiæ longæ,& rotundæ,ſingulorum 3.ii:baccarum ruſci 3.iii,ſeminis apij 3.iii, ſeminis napi ſylueſtris 3.iii,zingiberis 3.iii,gentianæ 3.vi,ſcinci 3.ii,thuris 3.v,phũ pontici,3.iii,irionis 3.vi, iridis illyricæ 4.tres: caſiæ, liguſtici, florum iunci odorati, ſpicæ nardi, vi, ſcorpiuri,ſingulorum drach. vi: mellis quod ſufficit. Ex hac ſingulis annis dato quantum eſt nucis auellanæ magnitudo. *Alia quatuor*, Chamædryos drachmas quatuor, ſcordij drach.tres:petroſelini drach.tres,cardamomi drach.tres, marrubij, gentianæ, ſingulorum drach. quatuor: centaurii drach. quatuor, & ſemis, ariſtolochiæ rotundæ tantundem,mellis quantum ſatis eſt.

Dabis ex hac ſingulis annis nucis auellanæ magnitudine.

Fortaſſe ad vipe rarum morſus.

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM LOCALIVM SIVE SECVNDVM LOCOS LIBRI DECEM

A Iano Cornario Medico iam in latinum ſermonem conuerſi, ac denuo poſt Nicolai Macchelli Medici Mutinenſis emendationem, plurimis in locis ad veterum græcorum codicum amuſim caſtigati.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI.

Continet medicamenta ad pilorum, & ſummę cutis capitis affectiones.

Quid agendum hoc libro, ac de differentijs, & affectionibus pilorum.

Vòd non ſolum is affectus qui curatur, curationē ipſam indicet, ſed quòd tum ipſius ægri temperamentum, tum affectæ particulæ natura, non parum ſimul indicent, antea in commentarijs De medendi methodo eſt monſtratum. Quemadmodum etiam quo modo quis ex ſimplicibus medicamentis per ſe compoſitū aliqđ faciat, compendio quidē in illa ipſa methodo, fuſius vero in ſeptem libris ante hunc itē editis, oēm componendorum medicamentorum uniuerſalem uiam ac rōnem oſtendimus. Nunc uero quomodo quis per ſe uniuerſali via ac rōne medicamentorum facultates præparet ad ſingulas partes congruentes, atque ijs, quę à prioribus medicis inuentæ ſunt rectè vtatur, percurrere propoſitum eſt, à capite initio facto, ſicuti omnibus, qui nos præceſſerunt eſt viſum. Accidunt autem capiti plurimæ affectiones cum reliquis omnibus partibus communes: verum capillorum affectionem cum paucis communem habet: propterea quòd etiam piloſum eſſe, ex primaria ratione haud multis ineſt. Generatio enim pilorum eadem eſt, quæ terræ naſcentium, quemadmodum in libris De temperamentis eſt demonſtratū. Quemadmodum autem in ijs quędam arte & arbitrio agricolæ, quædam uero iuxta naturales cauſas proueniunt, eodē modo & in aīalium corporibus.† Aruo.n.cuipiā triticum, aut hordeū, aut quidpiā cęterorum cerealium ſeminum in ſe natorū habēti, ea pilorum parte, quæ in regione ſuperiori producitur, caput ſimilatur. Pili uero qui in uniuerſo corpore, cęteris herbis ſimilē habent generationem: non.n. ſecundum primam rationem, ſed per accidens quoddam, natura eos generare ſolet. At pili cum palpebrarum, tum ſuperciliorum, nō paruam utilitatem animalibus exhibere oſtendebāntur: menti uero & pudendorum pili minoris utilitatis gratia producti uidentur. Quapropter etiam affectiones pilorum in oculis & ſupercilijs in primis nos ad ſui curationem adhortantur: ſecundum uero locum capitis capillorum affectiones habent: deinde menti & pudendorum. Sunt autem pilorum affectiones, perfecta perditio, & coloris ipſorum alteratio, uelut in uitiligine alba, ξleuce Græcis appellata, ξfieri conſueuit. Ad hæc etiam in alopecijs & ophiaſi non modicum, atque indecorum detrimentum ſimul capillis accedit. Quidam igitur promiſerunt ueluti has, ſic etiam incipientem caluiciem ſe, ne augeſcant, prohibituros: ſunt autem qui hoc impoſſibile eſſe dictitant. Ad alopeciarum autem, & ophiaſis curationē accedentes, pharmaca ſcripſerunt, per quæ perfectā ipſarum ſanationē pollicent. At uero pleriq; medici ex ipſorum uſu aliqñ non ſolum ſucceſſu longe fruſtranē, ſed etiā uehementer nocēt, ut affectio ipſa incurabilis reddatur: qđ ſane ipſis etiam circa alia pharmaca cōtingit, q bus citra methodi rationem utuntur. Ego uero id qđ Hippocrates præcepit, in artis operibus facere ſemper annitor: nimirum ‖ Vt quod auxilij loco adhibetur, uelut ille ſcripſit, iuuet, uel certe non noceat. Quod uero pharmacorum citra methodum uſus non ſolum non proſit, ſed frequenter etiam obſit, hinc ſanè diſcere licet. Iam vero ordiendi quod propoſuimus tempus adeſt.

† *Antiq. interpres qui oīa fideliter ex græ. ad uerbū tranſtulit, hæc ita eſt interpretatus. terræ enim habenti triticum, uel hordeū, uel aliud aliquod cerealium ſeminum in ſe ipſa orientium, caput aſſimilatur, alijs uerò herbis pili q ī ſuperiori parte naſcuntur, qui his qui ſunt ī toto corpore pilis ſimilem habent generationem.*

5. Epid. com. 2. t. 50. 3. 112. f

De Alopecia, Caluicie, & Ophiasi. CAP. 2.

QVemadmodum" plantę aliquæ ob humores inopiam reſiccatæ corrumpũtur, aliquę uero ob humoris alieni ab ipſarũ natura cõmercium, eodem modo & capilli aut ꝓpter humorum, ex quibus nutriri conſueuerunt, inopiam, aut propter eorundem uitiationẽ, accidit vt corrumpantur. Et propter inopiam ſanè humorum caluicies cõtingit, ꝓpter uitiatos uero humores alopecia, & ophiaſis: vnũ quidem ambæ ſecundum morboſam affectionem malũ, nomina aũt iuxta figurã hñtes diuerſa: ſerpenti.n. ſimilis læſa capitis pars in ophiaſi apparet: alopecias aũt ob id appellatas ferũt, ꝙ uulpibus frequẽter accidãt. Nos aũt, propter quid ſic appellari cõtigit, non quærimus: unde uero oriantur cauſam quærentes, eã ipſam humorũ vitiatorũ redũdantiam comperimus. Quales autẽ tandẽ ſint corrupti humores, ex colore cutis capitis cognoſces: aliquibus.n. mutata albidior apparet, aliquib⁹ nigrior, aut pallidior. Quare in iſtis primũ totius corporis purgationẽ adhibebis, aut pharmaco pituitã ducente exhibito, aut quod bilẽ pallidã, aut nigrã trahit, coniectura redundãtis humoris ex colore cutis facta. Ego vero ſemper ꝑ hierã purgaui: aliqñ ueratro nigro adiecto, vbi atrę bilis expurgare volui humorẽ: aliqñ ſcammonia, ſi amara bilis purgãda eſſet; ſi uero pituitoſum exuperare coniecißem humorẽ, nihil admiſcui. Tales.n. præſertim ex capite, hiera ex colocynthide purgare cõſueuit, ſimulq; cũ his etiã alios quoſdã humores etiam ſi ſcãmonia, aut veratrũ nigrum, aut epithymum non aſſumpſerit. Quin & ex aloe catapocia, quæ tum ſcammoniam, tum colocynthidẽ admiſtã habẽt, utiliter ita affectos purgare ſolent. Cæterum poſt totius corporis purgationem, pituitã per os ducere præſtat, §Greci ἀποφλεγματίζειν dicunt: §deinde uſqueadeo affecto loco remedia admouẽda, de quorũ cõpoſitione dicere aggredior. Oportet enim, uelut in alijs, ſic & in his affectioni mederi, cui⁹ acceſſio ſiue ſymptoma eſt uitium capillorũ. Si quidẽ" igitur uitiatus humor circa vnũ locũ fuerit collectus, ſcopus medendi erit, ut his q̃ celerrimè euacuet, prius q̃ ab ipſo cutis in quendã malum habitũ deducatur, tm̃, ut ẽt, ſi quis uitiatũ ipſius humorem euacuet, & boni ſanguinis influxũ præparet, is adeo ẽt à malo in ipſa habitu prius inducto corrumpatur. Si itaq; uitiatũ humorem in cute euacuare uolueris, diſcuſſorijs pharmacis opus habebis. Atq; contrà dicet forſan aliquis, communem ſcopum in oĩbus affectionibus, quę ex influxu humorum fiunt, contemni, ac ſubuerti ratus, repelli ipſos debere aſſerens, partẽ refrigerãdo, ac adſtringẽdo, non attrahi calfaciẽdo: eſſe autẽ diſcuſſoria medicamẽta oĩa facultate calida. Et certè affirmam⁹ nos quoq; uerè hæc dicta eſſe. Incipiẽtes.n. ophiaſes, & alopecias ꝑ hmõi pharmaca ꝓhibere oportet, ne augeſcãt: nõ tñ iam principium ipſorum alopeciam, aut ophiaſin appellari, ſicut neq; ſcabiẽ, neq; lepram iam appellamus, quæ ex impetigine orditur. Ego itaq; quẽadmodum noſtis, etiã iã factas alopecias aliqñ ſola purgatione ſanaui, nullo amplius medicamẽto poſt ipsã ad locũ affectum admoto. Vt autẽ ampliorẽ eius rei experientiã facerem, ex eiuſmodi quopiã ſucceſſu ſum impulſus. Adoleſcens quiſpiã bonæ habitudinis, & exercitijs adſuetus, hãc affectionẽ in capite habebat: erat autẽ ſatis familiaris mihi, ut uictus rationẽ ẽt ipſius, qua iam per tres, aut quatuor menſes uſus erat, ꝓbe noſſem: explebat.n. ſe quotidie ferme fungis. Hũc itaq; ſola hiera ex colocynthide purgaui bis in quinque diebus: in prima ſanè purgatione quatuor ex ea drachmis, in ſecunda quinq; exhibitis. Prius q̃ uerò ad has purgationes ꝓuenirẽ, catapotia ex aloe undecim ei ꝑbui, ciceribus ferè magnitudinem parẽ hñtia. Habent aũt catapotia hæc, colocynthidis partem, i: aloes & ſcãmoniæ, utriuſq; partes ij: his ego unã partem ſucci abſinthij miſceo. Antea uerò ẽt maſtichen chiam, & bdelliũ adieci, hoc.n. modo Quintus utebaꝫ. Verum ꝑ quid ea reiecerim, poſtea alio ſermone explicabiꝫ, quem in cõpoſitionis purgãtiũ pharmacorũ libros reſeruo. Cum igiꝫ poſt has tres purgationes homini pituitã è capite deducere ꝑ apophlegmatiſmos uellẽ, atq; deinde pharmacũ quoddã ad affectã partem adhibere, cõtigit ipſum de repẽte in ꝓfectionẽ quãdã ablegari: in qua cũ boni ſucci cibis, de q̃bus à me audierat, uteretꝫ, poſt dies fortè uiginti redijt, ab affectione circa capillos penitus curatus. Ex hoc ſanè ſucceſſu incitatus ego, cũ in alijs eandẽ curationẽ feciſſem, expectaui vt viderem, q̃d citra pharmacorũ ad caput adhibitionẽ eſſet ſecuturũ. Curati ſunt itaq; oẽs hoc modo: non tñ in iam inueteratis hmõi experientię piculũ feci. Difficulter.n. eluunt in his cuti admodũ inſidentes ſeroſi humores: multo verò magis in ijs, q̃bus iã ipſa cutis ad malũ habitũ ꝓuenit, † deſperãda eſt ꝑ ſolas purgationes curatio. Atq; hæc q̃dẽ neceſſario ꝑfatus ſum. Cæterũ de pharmacis affectioni huic cõmodis iã dicere incipiã. Euacuatiua igitur oĩno eſſe oportet ipſa affligẽtis humoris, verũ euacuare nihil põt, quod non diſcutiendi ui ſit p̃ditũ, eam verò vim citra calefactionẽ hr̃e nõ poteſt: ſed ſi quidem ex uehementer calfacientium numero fuerit, cutem exuret: ꝙ ſi verò nõ urat, in principio quidẽ p̃clare iuuabit, progreſſu verò tpis cuticula capitis ſup reſiccata talis euadet, qualem in caluis videmus. Nõ tñ ſimpliciter moderatè calidũ eſſe pharmacum oportet, ſed intra videlicet fines ſcopi ꝓpoſiti accedens. Nã & tenuiũ partiũ ipſum eſſe conuenit, q̃d ſanè in altũ ſit ꝓgreſſurum, unde radices capillorũ gñationis ſuæ principium hñt, & ui qualem diximus p̃ditum: ꝑ id ꝙ craſſior ſit, & durior capitis cutis, & ob id medicamento opus habeat efficaciore. Itaq; ſi ſupra hoc, ꝙ uitiatos humores diſcutiat, ẽt idoneum ſit ad bonum ſanguinẽ attrahẽdum, uelut eſt thapſia,

A.l.4.f.72. c.2.fol.307.

A.l.4.f.72. c.6.fo.307.

† *Gr.* οὐ χρὴ θαῤῥεῖν μόναις ταῖς καθάρσεσιν. *i. non eſt fidendum ſolis purgationibus.*

A thapſia, optimum ſanè pharmacũ eſt cenſendum. At uero cum thapſia longe calidior ſit, q̃ affectioni ſit ex uſu, merito eius adhibitionem per ſe uitamus: exulcerationes. n. in cute excitare cõſueuit, & omnino phlegmonoſa œdemata: quapropter neceſſario quędam, quę eius uehementiam mitigent admiſcemus. Id ipſum uero ceratũ ex oleo apparatum præſtare poteſt: ſit autem tenuium partium oleum, quale eſt Sabinum, præſtat item moderate eſſe uetuſtũ. Ad hanc rem confert item oleum cicinum, quod mox ab initio eiuſmodi naturã habet, quale prædictum eſt Sabinum inueteratum. Quòd ſi neutrum horum ad manum ſit, ex reliquis græcis oleis citra olearum germina apparatis, quodcunq; tandẽ admiſcemus, præſertim ſi ſit uetuſtum. Perſpicuum itaque eſſe opinor, oleũ ex Iberia, aut Hiſpania, aut quomodocunq; quis eã appellare uelit, fugiendum eſſe, itemq; quod ex oliuis nõdum plene maturis apparatur, Omotribes, & Omphacinum Græcis appellatum. Vſus ſum autem & ſola thapſia, uehementi eius facultate larga aquæ admiſtione exoluta. Verum de thapſia. qui ipſa vtitur, ſciat opus eſt, maximam differẽtiam eſſe recẽtis ad uetuſtiorem: uis enim huius pharmaci poſt annum multum exoluitur, atq; amplius adhuc poſt duos annos: auderet autem quiſpiam dicere, inutilem penitus eius uſum ad trienniũ progreſſæ. Hæc igitur haud ignorãs, imparem aquæ modum admiſcebis. Ad recẽtem enim plu
B rimum aquæ ades, eamq; ſæpe ſingulis diebus illines: ad eã uerò quæ per tempus imbecillior reddita eſt, minus adfundes, quò & ob craſſitudinem diutius adhærere, & propter liquiditatem non ſtatim defluere contingat. Quin, & cùm compoſitum pharmacũ paras, quod thapſię admiſtionem requirit, quale eſt quo ego aſſidue utor, nõ æquale ſemp pondus thapſiæ admiſcebis, ſed quantum pro tempore ætatis eius conuenit, tantũ ipſum pondus augebis. Cæterum de hac tota re paulo poſt diligentius, cum ad compoſita peruenero, differetur, ubi prius oĩa ſimplicia
Ibidem. pharmaca affectioni huic familiaria recenſuero. Etenim ex his, q̃ fortiter calfaciũt, eſt Euphorbium: quæ autẽ ſufficienter, Laurinum, ſiue oleum ſiue vnguentum, aut quocunq; tandem nomine id appellare uelis: nã & his unà cum calfaciendi ac diſcutiendi facultate, ineſt uis attrahendi ſanguinem in locum ab ipſis calefactum. Licet igitur ipſis & per ſe uti, euphorbium quidem in oleo læuigãdo ſoluendove, laurino uerò ſolo citra alterius admiſtionem illinendo: ſi tamen nimis fluidum appareat, parum ceræ addatur. Cum uero multo calidius ſit recens euphorbiũ, ſi quidem eo quod duorum aut trium annorũ eſt, uteris, ad libram unam romanam olei, euphorbij unciam unam inijcies, quę ſanè duodecima olei pars exiſtit. Recenti uerò euphorbio parce utaris, quàm minima eius parte primum admiſta, aut etiam ceræ uncia una inſuper addita, quo
C uideas quantum hominem excalfaciat: licebit enim tibi, ubi rurſus vti voles, denuo addere ſiue oleum, ſiue ceram malis. Eodem modo etiam thapſia utendum eſt, omnibusq; fortibus medicamentis. Peccatum enim infra modum nullum detrimẽtũ affert, ſupra uero, aliquãdo exaſperat & exulcerat cutẽ, inflammationemq; ſuſcitat. Et ſane ubi in ſequentibus compoſitis pharmacis quandoq; euphorbiũ, aut thapſia ſcribatur, pondus ipſorum in uigore exiſtentiũ, nõ veterum intelligere oportet. Valde enim uetuſta omnino fugere oportet, non ſolũ in his pharmacis, ſed omnibus etiam alijs, quæ uidelicet ſucci, & liquores, & flores, & folia, & fructus, & radices, & ſemina exiſtunt, quando ſanè etiam metallica, per longioris temporis ſitũ & ipſa viribus infirmãtur. Vtimur tamen quibuſdam pharmacis uiginti aut etiam triginta annorum, propterea quod nondum uergentem omnino habeant ætatem: alia enim aliam tum uigentem, tũ uergentẽ ſeu inclinatam ætatem habent, atque etiam, ſi ita dicere libeat, ſenectam. Vnumquodque autẽ proprium uigorem ijs, qui ea ſæpe uiderunt, indicat, tum ex odore, tum ex guſtu, aliquando etiã ex colore, & ſecundum craſſitiem compage. Quemadmodum in alijs omnibus pharmacis nõ ſolũ quòd calefaciant operæprecium eſt cognoſcere, ſed & quanta diſtantia, quantoq; ordine id faciãt. Sic item in iis, quæ alopecijs conferunt pharmacis noſſe oportet, q̃ calidiſſimum quidẽ ex
D eis eſt euphorbium. Eo autẽ minus calidum eſt thapſia, poſt thapſiam autem ſinapi, & * naſturtium. Iuxta alium autem modum limnitis nulli horum ſecundum eſt: habet autem præter hanc duas alias appellationes, nam & adarcium, & adarce uocatur. Poſt hęc ſuccedunt ſulphur, & nitri ſpuma, ipſumq; nitrum molle uſtum, & quod berenicariũ appellat: quemadmodũ & aphronitrum album, leue, ac laxum †, quod nullam in ſe terream * aſperitatem habet. Deinde veratrũ utrunque, & erucæ ſemen, & laurinum ſiue oleum ſiue unguentũ uelis appellare: ad hæc alcyonium utrunq; uſtum, & nõ uſtum, præſtat tamen uſtum: & arundinis radices, itemq; cortex, ambo uſta. Quin & pix liquida, & cedrinum, quod aliqui cedriam appellãt, & murium ſtercus, urſæq; adeps: præſtat autem ſi uetuſtior extet. Quanquã etiam hyænæ, leonisq; ac pardalis, ac anferis, adipes cõueniunt, & quicunq; tenuium partium ſubſtantiã habent, quo prompte in cutis profundum penetrare queãt, atq; ad radices uſq; capillorum pertingãt. Sed & amygdalę amaræ integræ uſtæ commodę ſunt, & thus aceto acerrimo confectum. Confectum autem intellige cum pluribus diebus, & maximè ad Solem, diutius cum acri aceto ſit contritum. His itaque omnibus pharmacis licet utaris, ad fortia q̃dẽ cerato liquido addito, debilibus uero oleo laurino imbutis. Et inueteratas quidem ac difficulter curabiles cum fortibus perſanare conaberis, incipientes autem & paruas, cum debilibus.

* *Vbicunque cardamum. i. naſturtium, legitur, codex quidam manu ſcriptus græcus ferè ſemp habet cardamomum.*

† *Deeſt in antiquo cod. Habet hæc tamen. Actuarius 6. meth. med. ca. 1. ubi hunc locũ æmulatur.*

* τραχύτητα Al. παχύτητα. i. craſſitiem.

Ad Alopecias compoſita medicamenta.

Cæterum pharmaca cõpoſita, quæ partim à prioribus medicis, qui alicuius, æſtimationis fue E
runt magnopere ſunt laudata, partim uerò à nobis ipſis ꝑ longã experientiã ſunt examinata ac probata, eiuſmodi exiſtunt. ¶ Euphorbij, thapſiæ, laurini, ſingulorum ʒ ij: ſulphuris uiui, ueratri utriuſq; ʒ i: neq; refert albo an nigro ueratro, quod ad manum ſit, utaris. His admiſce ceræ ʒ vi, laurino, aut cicino, aut ueteri oleo ꝑliquãs: utereq́; hoc ut fortiſſimo pharmaco ad ĩueteratas & ægre curabiles alopecias. His ẽt aliquando naſturtij ʒ i, aut alcyonij uſti ʒ i, admiſcui. Preſtat aũt in hunc uſum alcyonium quod durius eſt & magis aſperum. Quòd ſi thapſia nõ adſit, pro ipſa tm̃ pondus ſeminis naſturtij aut erucæ addes, aut ipſum adeo naſturtium. Si uerò laurinum non habeas bonum, picem liquidam adde: laurinum nanq; picem liquidã nõ multum excellit, thapſia uero reliquorum reſpectu maximũ exceſſum habet. Hoc ſanè pharmacum oĩum q̃ ad hanc affectionẽ efficaciter faciũt, fortiſſimum & ualentiſſimum eſt, qm̃ uidelicet affectio, vt dicebam, ægre recipit curationem. Quæ. n. parua eſt & incipiens etiamnum, ſola purgatione ſanaĩ, & ꝑ ſingula q̃ recenſui ſimplicia uſta † laurino, aut cedrino, aut liquida pice, aut cicino, uel ueteri oleo excepta. Admiſcui ẽt aliquãdo mel pro cerato, minori tũ copia & pondere, neq; ulla ex parte peius euaſit pharmacum. Quæ uerò ẽt ex adipibus componuntur thapſiæ pauſillum F
aſſumẽtia proſunt, præſertim ſi euphorbiũ & adarciũ addatur. Sit autẽ adipis cuiusq; pars una: ſunt. n. tres, leonis, pardalij, & hyænæ. Si uero hyænæ adeps non adſit, ſufficit præſentibus reliquis duobꝰ uti, anſerino admiſto. Si uero oẽs quatuor habeas, ſimul omnes miſcebis, addito inſuper ſi adſit urſino. Ad totam uero eorum molem duodecimã thapſiæ, aut euphorbij partẽ addere ſatis eſt: aut ſi oĩno fortius facere uelis, amborum ſimul addes: nam & per experientiã hęc ipſa pharmaca efficacia ſunt iudicata. Plurium. n. experientiæ habendæ gr̃a, petentibus ſubinde medicis à me amicis, ſingulis aliud atq; aliud eorum, quę experiẽtia cognita habui, ext ꝑ digeſtum exhibui, & reperta ſunt ſanè plurima ex eis optime cõducentia. Verũ ante oĩa uos methodi meminiſſe oportet circa eorũ uſum, quæ cõis in oĩbus præſertim fortibus pharmacis exiſtit: quare ẽt ſępe eius mẽtionem facio, utpote in qua magna omnino uis ſita eſt. Qui. n. ſingulis fortibus pharmacis utitur, in principio quidẽ ipſa molliora adhibebit, admiſtione uidelicet eorũ quæ uires ipſorum exoluunt: qualia ſunt oleum & cera, & ex ſimplicibus q̃ diximus debilia, uelut eſt thus, & arundinis cortex ac radices exuſtę, & amygdalę amaræ, & quæcũq; illius generis exiſtunt. At uero poſt primũ uſum, cũ iã ſcꝺo adhibere uoles, intueri oportet qualem alterationem in affecta particula prius admotum pharmacum fecit, atq; illius reſpectu aut uehementiã G
facultatis eius lenire, aut augere. Velut in hac, quam iam tractamus affectione, primũ quidẽ capillos nouacula tollere oportet, deĩde affectã cutẽ ꝑ linteolũ, neq; aſperũ, neq; molle nimis cõfricare, ac uidere ad quantũ ruborẽ ꝑ huiuſmodi motionẽ ac cõfrictionem ꝓuenit. Hoc. n. tibi exuſu ad ſpẽ curationis eſt futurũ. Nanq; ſi ꝑ exiguas defrictiones rubefiat, moderatã affectionem opinaris: ſi uero ꝑ multas, grauiorem, p̃ſertim cum quędã cuticulæ ẽt ſi multum conſfrices, non rubefiant. Manifeſtũ igitur eſt has oĩum difficillime curari, ſicut cõtra, facillimè, quę facile rubeſcunt: quæ uero inter has medio modo habent, tm̃ inter ſe differunt, quantum uel ad peſſimas, uel moderatiſſimas accedũt. Atq; hæc q̃dẽ acceſſiõis loco ſint dicta, quanq̃ neq; neglectui habẽda. Rurſus itaq; ad id, quod ꝓpoſitum erat reuerſus, methodi te cõmonefaciam, quã uſus pharmacorum requirit. Poſt primã igitur pharmaci, cuius usũ elegeris, adhibitionẽ, intueri cõuenit primũ quidẽ, an ẽt ante confrictionem cutis coloratior appareat: deinde aũt an cũ paucio re q̃ prius friction e: aut an cum æquali quidem, magis tm̃ q̃ prius rubicũda fiat. Præ oĩbus uero animaduertere oportet ne in fortiũ pharmacorũ admotione cutis ultra q̃ cõuenit concaleſcat, id quod tum ex colore ipſius, tum digitorũ tactu deprehendes: colore nãq; flauior apparebit, & digitorum cõtactu abunde calidã cognoſces. Horum itaq; animaduerſionẽ habere oportet: peH
riculum. n. eſt iterũ, atq; iterum repetito eorum uſu, cutem exuri. Quare ad molliora tranſeundum eſt: aut eodem utendum quidem, ſed cerati, aut adipis, aut liquoris cuiuſdã oleoſi admiſtione ui ipſius exoluta. Vtendũ eſt & olei calidi dulcis irrigatione, & cataplaſmate ex pane, fomentisq́; & ſcarificationibus, ac cucurbitis, & cerati illitione. ʃuirium item refectrice diæta. ʃ Cæterũ perſeuerãte affectione utendũ eſt aſſidua raſura, & rubificatorio ex ſinapi, uelut eſt prædictũ. itẽq́; frictionibus p̃ſcriptis: & ſequẽtibus diebus illita pice, aut oleo cedrino, & poſt cõfrictionẽ ſcarificationibus. Quidã uero aciculas colligantes hoc modo, ut aciẽ ad cutẽ uergentẽ habeat, per ipſam cutem cõpungunt. Verum poſt rubificationẽ per defrictionem inductam & poſt ſcarificationẽ, pharmacis q̃ ex alto euocare, ac meatus tranſmutare poſſunt ʃ Metaſyncritica Gręci appellant, ʃ utemur. In omnibus aut cõis ſcopus hic ſit, ut in aere calido pharmacum ipſum adhibeamus, & maximè ſi fieri poſſit in loco inſolato. qui non habeat auram ipſum perflantem: hyemis autem tempore præſtiterit in balneo his pharmacis uti.

† vſta i. κεκαυμένον. al. κατ' ἐυτὸ μόνον. i. per ſe ſola.

A. l. 4. f. 221. c. 5. fol. 307.

De Pharmacis compoſitis ad Alopeciæ affectionem à ſenioribus me medicis conſcriptis.

Heras quidem igitur in ferula iuxta dictionis ſeriẽ ſic ſcripſit ad alopecias. ¶ Alcyoniũ q̃ aſperius eſt, uſtum ac cum oleo tritum, ac læuigatum loco illinito. Sit autem oleum maximè ex

lucernis

A lucernis acceptum. Hęc quidem ſunt Heræ herba: Verum noſſe oportet mediũ eſſe uiribus hoc pharmacum, & propterea ad medias magnitudine alopecias curandas ſufficiens. Infirmũ equidem pharmacum eſt, ſi calami radicem aut corticẽ, aut amygdalas amaras, aut eius generis qp piam vſtum, cũ oleo committas. Fortia uero ſunt quæ ex euphorbio, & thapſia, & adarca apparantur. In medio vero iſtorum eſt alcyonium uſtum, ſed & ipsũ moderatius redditur oleo admiſto, fortius vero liquida pice, aut laurino affuſo. Miſcetur itẽ prædictis adipibus. Et ſanè ego cuidam, qui ad hanc affectionẽ urſino adipe uſus erat, nec quicquam profecerat, alcyoniũ† admiſcere conſului, à quo poſtea breui ſanus euaſit. Cæterum oleum lucernarum nõ ob aliã rationẽ aptum eſt, q̃ q̃ magis tenuium partiũ exiſtit, id qđ ipſi ex lucerna, in qua ueluti coquitur accedit, fitq́; tum ueteri, tum cicino adſimile, ueluti ſi ẽt aliàs ad ignem oleũ uelis calefacere. Itaq; & ſordes q̃ in lucernis liquido luto ſimiles gignuntur, ijs, qui apud nos ruri degũt cognitæ ſunt, ad ulcera in medio digitorum pedũ curanda efficaces: quę ulcera frequenter illis oboriuntur, ꝓpter illuuiem, & negligentiã perluendi eos ſingulis diebus. His itaq; ſordibus lutoſis conſului cuidã rurali alopeciam, ubi prius raſiſſet, quã mihi oſtenderat, illinire, ſimulq́; frequẽti abraſione uti: qui ſanè ab ipſis perſanatus, etiam alios tentauit hoc modo curare, utpote qui putaret omnem B alopeciam ab hoc pharmaco poſſe curari. Verum ego cum moderatam eius affectionem eſſem intuitus, ſperaui ipſum quidem per illas ſordes conſecuturum.

† *Addit uſtum antiquus interpres.*

Aliud compoſitum pharmacum Heræ pueris aptum.

Aliud etiam deinceps pharmacum Heras poſt præſcriptũ, iuxta ſeriem dictionis hoc modo ſcripſit. ¶ Seminis erucæ partem j, naſturtij partem j, nitri partem i. In aliquibus autem exẽplaribus ſimpliciter ſcriptum eſt: Erucæ partem j, naſturtij partem j, nitri partem j, contritis picẽ liquidam affunde, & loco prius confricato impone: atq; ubi abſtuleris pharmacũ, locũ ſpongia calida imbuta extere. Auferes autem bis per diem, & in pueris maxime efficax conſpicitur hoc pharmacum: fortius enim eſt priore, uerum inueteratam, & ægre cedẽtem alopeciam nõ curauerit: quod ipſum etiam Heras indicat, qui in pueris ipſum maxime efficax adſcripſit, hoc eſt in corporibus molli cute præditis. Ex huiuſcemodi enim uitiati humores facile diſcutiuntur. Habent autem conſimilem pueris cuticulam eunuchi & mulieres.

De ijs, quæ Crito ad Alopecias conſcripſit.

Crito uero in tertio libro eorũ, quę ad corporis ornatum pertinent, ſic ſcripſit. ¶ *Ad affectionẽ alopeciam appellatam, quæ capillos deuaſtat, & cutis deformitatem indicit, ſubſcriptis compoſitionibus* C† *utendũ eſt, ut Heraclides Tarentinus tradit.* Amygdalas amaras cũ corticibus uſtas ac tritas aceto excipe, modico item affuſo melle. Vſu uero expetente, loco per mundũ linteolũ præfricato, aſſidue illine. Prodeſt aũt maximè etiam aſſidua raſura, antequã pharmacum imponatur. *Aliud. quo Moſchus uſus eſt.* Erinaceorum marinorũ teſtas exuſtas & aqua ſubactas locis præfrictis impone. In quibuſdam exemplaribus non aqua, ſed adipe urſino excipi debere erinaceorum cinerem repperi, quod mihi magis placuit: hoc enim modo efficacius redditur. *Aliud.* Arundinis radices uſtas adipe urſino excipe, atq; impone. *Aliud.* Thapſiæ corticem tritum cũ aceto imponito. *Aliud.* Chamæleonis radicẽ cum aceto diligenter tritã imponito. Hæc præfatus Criton deinceps ita ſcribit: Quòd ſi uero perſeueret affectio, ſubſcriptis compoſitionibus utẽdũ eſt. Quibus uerbis plane indicat per pręſcripta medicamenta moderatas affectiones ſanari. Itaq; deinceps quæ ad fortiores affectiones conducunt ſcribit, q̃ iuxta ſeriẽ dictionis ipſius hoc modo habẽt. ¶ *Ad alopecias uelut Heraclides Tarentinus tradit. Oreſtini ad alopecias inueteratas.* Muſcerdæ 3. ij, thuris 3. ij: aceto acerrimo diſſoluta præraſis locis illine. *Aliud.* Erinaceorum marinorũ una cũ teſtis exuſtorum 3. ij, gallarum acerbarum tantundem, amygdalarum amararum uſtarũ tantũdem, muſcerdæ 3. j: aceto diſſoluta & probe trita imponito. *Aliud Oreſtini.* Pilorum urſi uſtorũ, D adiãti uſti, radicum arundinis uſtarum, foliorum fici uſtorum, panniculi cilicij uſti, ſingulorum æquales partes: adipe urſino & cedria excipe. Vſus uero tẽpore, loco foto, & per fici folia cõfricto, ac per nitrum exterſo, pharmacum quotidie illine. Cutis uero ſuperficie exulcerata, ceratũ ex oui luteo impone, † & farinarum tritici ac hordei ſuccum recentẽ ſuperline. *Aliud Orthonis Siculi accommodatum.* Cineris ranarum minimarum in ollula uſtarum partem unam: muſcerdæ, ueratri albi, radicis arundinis uſtę, piperis albi, ſingulorũ æquales portiones aceto excipe, & ad præfrictum ac præraſum locum utere. *Aliud.* Cineris ungularum caprinarum uſtarum, ſuccithapſiæ, alcyonij, muſcerdæ, ſpumæ nitri, myrrhæ, piperis albi, zingiberis, ſingulorum æquas partes probe tritas felle caprino excipe.

† *Additur in antiquis* πρὸς ἀλωπεκίας τὰς μετρίας, *ideſt ad alopecias moderatas.*

† Al. Et liliorum & tritici & hordei ſucco recẽti.

Quæ Cleopatra in libro eorum, quæ ad corporis ornatum pertinent, ſcripſit.

In libro Cleopatræ de ornatu corporis, ad alopecias deſcripta ſunt pharmaca, q̃ iuxta illius dictionis ſeriem hoc modo habent. ¶ *Ad Alopecias.* Sandaracham tritam, largoq́; uiſco quercino exceptam, & in linteolum inditam, loco per nitrum prius præparato imponito. Ego uero ẽt nitri ſpumã ad prædicta admiſcui, & egregie efficax pharmacũ fuit. *Aliud.* Scillæ 3. j, ueratri albi 3. j: ex aceto trita ꝑraſis & nitro confrictis illinito. *Aliud.* Sinapis 3. j, naſturtij 3. j, trita ex aceto: præraſis & nitro exterſis locis imponito. Præſtat aũt locũ uulnuſculis† impactis ſcarificare,

† *Deſunt in ant. quo.*

Aliud. Corticis arundinis 3.iiij, ſpumæ nitri 3.iiij: pice liquida exceptis utere. Cæterum locũ aſ- E
ſidue radere oportet, & cum linteolo confricare, ſic enim q̃ celerrime pilos ꝓducet. *Aliud.* Mu
ſcarum capita contrita affrica. *Aliud.* Muſcerdas tritas illine, loco prius per linteoli affrictũ ſub
cruento reddito. *Aliud.* Amygdalas amaras unà cũ corticibus exuſtas cũ aceto & melle cõtere,
& loco per defrictionem ſubcruẽto reddito illine, idq; ipſum aſſidue facere perge: & locum no
uacula rade, ſic. n. capilli cito prodibunt. *Aliud.* Cæterum ea quæ ſequitur compoſitio omnes ui-
ſua præcellit, faciens item ad profluuium capillorum, cũ oleo aut unguẽ to diſſoluta: facit & ad
deciduos in principio palpebrarũ pilos, & in caluiciẽ prolabentes: eſtq; omnino admirabilis.
Murium domeſticorum uſtorum partem unam, panniculi* ampelini uſti partem vnam, dẽtium *Al. lindi.
equinorum vſtorum partem vnam, adipis vrſini partem vnam, medullæ ceruinæ partem vnã,
corticis arundinis partem vnam. Hæc oĩa arida læuigentur, & ſufficientimelle admiſto ad craſ
ſitudinem mellis redigantur, indeq; adeps & medulla liquefacta addantur: & pharmacũ ipſum
in æream pyxidẽ reponatur, ex eoq; alopecia, donec capillos ꝓducat defricetur. Similiter aũt
& proflui capilli quotidie ex eo illinãtur. Porrò inter hęc ipſa pharmaca, itemq; ea, q̃ deinceps
deſcribentur, nõ difficile eſt dijudicare quæ acriora ac fortiora, rurſusq; q̃ molliora & imbecil
liora, exiſtãt, modo quis ea, quæ in principio dixi, in memoriam reuocet. Ita enim & rectus eo- F
rum uſus continget, nimirum ad mediocres alopecias mediocribus adhibitis, ad fortiores for-
tioribus: velut etiam ad eas quæ fortiſſimæ ſunt, fortiſſima remedia admouentur.

Quæ Archigenes ad Alopecias commoda medicamenta conſcripſit.

Archigenes item hęc pharmaca ad alopecias hac uerborũ ſerie deſcripſit. ¶ Alopecias leues
& in ſuperficie hærẽtes, nitro cõfricatas, ac linteolo exterſas, uerbenaca in Sole trita acetoq; di-
luta largiter illine. Aut eodẽ modo exterſis betæ folia impone, inſuperq; linteolo humecto con
tege, aufer aũt ea per loci humectationem. Cæterum in altum progreſſas cum aceto, ✻ nitri gle-
ba, aut ſepiæ (eius quę piſcis eſt) teſta, aut fici folijs, uſq; ad dilaniationẽ defrica: deinde deterſo
ſanguine, betam ex uino coctam impone, aut caricas uſtas cum vino: aut lentis farinam cũ vino
pro cataplaſmate adhibe. Aut bupreſti cũ aceto, aut ranunculo, aut ari radice, aut tali quopiam,
in cerati formam redactis, & p noctẽ impoſitis, bullas ex alopecia excita: mane verò bullas cõ-
† Apio quod buſelinon uocant. punctas, allio, aut† buſelino, aut anemones† (quernijve) folijs, intege. Probe faciũt ẽt poſt ex-
† Al. legũt phernij, melius legas phenij, quanoce anemonen uocari author eſt Plin. ſed præſtat cum græc. cod. delere. citatas bullas hippocãpi marini uſti, & cũ modico atramento ſutorio crudo trito inſperſi: itẽq;
oſſa maxillarum ſuillarũ uſta. Aut vbi deraſeris, & cum nitri ſpuma deterſeris, alcyonio, ex acri
aceto confrica, donec ſanguis emanet: dehinc vbi nucũ auellanarum putamina vſta ex melle lę G
uigaueris, inunge: atque id bis in die facito. Sedat ac ſiſtit eas ut plurimum in diebus decẽ. Aut
mures domeſticos in olla exuſtos tritosq; axungia excipe, & præfrictis cũ allio alopecijs in ſple
nio impone, idq; donec capilli enaſcant quotidie repete. Aut ranũculos paruos ſimiliter exure,
eorumq; cinerẽ cum pice ſępe feruefacta uſquequo craſſa facta ſit, illine, loco neque raſo, neq;
prius confricto. Aut muſcerdas & thus æquali portione cum aceto ad mellis craſſitudinẽ reda
cta, loco prius rubificato illine. Aut ficus aridas uſtas cũ oleo ſimiliter illine, ubi prius læuigaue
ris. Aut ueratrum album, ʒ aut ʒ piper, ʒ aut ʒ muſcerdas, prædeterſis, ac præraſis ex aceto illine.
Aut raphano & cępis oblique conciſis probe confricans illine. Aut alcyonium torrefactum cũ
digito oleo madefacto diligenter affrica, donec morſum percipiat: & correctam alopeciã emẽ
dabis. Aut alcyonium ad lucernã torrefactum, adipemq; vrſinum ſimiliter liquefactum, miſce,
& pręfrictis ad Solem, illine. Aut prępũctis pro more, cępas tritas cum melle cataplaſmatis mo
do impone. Aut raphani corticem eodem modo. Aut facta ſcarificatione, arundinis corticẽ ſu
periorem, quem Aegyptij Siphtherium appellãt, uſtum cũ pice liquida committe, ſpleniumq;
impone, & quater aut quinquies ſolue: deinde exterge, ac aliud ſplenium impone. Quidã nitrũ
ad decimã cineris ipſius partẽ admiſcẽt, ualdeq; ei ſuccedit. Aut ſquamam ſtomomatis ferri cũ H
aceto & oleo illine eodẽ modo. Aut felis, ſiue crocodili ſtercoris 3.vi, ſinapis 3.iiij, cũ acri aceto
illine. Aut cãtharidas uſtas pice liquida exceptas ad cerati liquidi formã redige: præfrictisq; ex
nitro aſſo locis & exterſis, in ſplenio impone, & per noctẽ ſine: manè uero tolle, locumq; exic-
cari permitte uſquequo circumcirca rumpatur: ubi vero eruperint capilli, eos aſſidue rade. Aut
naſturtium, uel ut alij piper: muſcerdas, ueratrum albũ, æqualibus portionibus ex aceto illi ne.
Aut cũ piſcis corio, quale eſt ſquatinæ, aut folio ficulneo, aut pumice læui, ſupne alopecias cruẽ
tas facito, deĩdeq; amygdalas amaras uſtas cũ aceto mulſo illinito: idq; aſſidue facito, ac radi-
to, augeſcẽt. n. ſtatĩ capilli. Aut teſtudinis marinę ſanguinẽ illine, ex laudatiſſimis. n. hic eſt. Aut
*hippopotami. * hippotami corium uſtum illine. Aut nuces ponticas uſtas, & ſtaphidas ſylueſtres cum unguen-
to laurino. Hoc enim ab Archigene laudatur. Aut muſcerdas & veratrum album illinito. Aut
corticis arundinis uſtæ, & nitri æquas partes, cum pice liquida ad malagmatis formam redige.
Aut nuces amaras unà cũ corticibus uſtas ex aceto aut melle frequẽter illine, idque loco prius
per linteolũ exterſo: poſt uero aſſidue radito. Aut ammoniacũ thymiama cum ſucco tithymali
affricato, aut felis ſtercus aridum ex aceto: aut rhois 3.iiij. uel ij, ſinapis 3.ij, cũ acri aceto illine.
Aut amygdalas amaras & pumicẽ illine. Dionyſodorus autẽ medicus, corium, inquit, nouum

uſtum

Auſtum cum acri aceto illine. † Egregie autem facit ad inueteratas alopecias, ſi thapſiæ ſuccũ, aut radicem cerato exceptũ loco impoſueris, ẽt ſi nihil præterea aliud facias: decedit. n. ſuperna cutis, & ſanie ferosa madet, capilliq; ſua ſponte ſubnaſcunt. Vides itaq; qũo Archigenes ex Thapſia pharmacũ collaudet, neq;. n. aliud eo præſtantius reperias. Auget aũt fidẽ cõmoditatis eius conſona hiſtoria: quapropter & ego oĩa, quæ apud medicos expertos ſunt medicamẽta ſcribo.

† *Additur ex antiquis, caballique dentes uſtos ſimiliter.*

Quæ Aſclepiades in libro de Alopecia ſcripſit.

Non recentionis nũc mentionẽ facio Aſclepiadæ, qui memorabiles ſanè pharmacorũ cõpoſitiones in multis libris conſcripſit, ſed uetuſtioris, Bithyni uidelicet. Hic itaq; Aſclepiades curandi uiã ſe reperiſſe gloriat, per quã multos curatu difficiles alopecias hãtes ſanatos dicit. Verùm plus ad curationẽ totam uiuendi rationẽ ualere, q̃ pharmaca ipſa tradit. De uiuendi ratione itaq; hæc ſcribit: Abſtinendum itaq; ab oĩ vino in totum, propter has ipſa cauſas. Manifeſtũ verò eſt inde, ipſum antea retuliſſe cauſas, quas ſi q̃s diſcere uelit, ex libri ipſius lectione requirat. Deinde ſubiungit: Abſtinẽdum etiam à nimia repletione. Prohibet autẽ & carniũ eſum, & caſei, & lactis, & leguminũ, oĩumq́; ſimpliciter, quæ ẽt exigua copia accepta uim hñt, qua multum & nutriãt, & inflent. Quin & exercitia plurima fugere iubet, uelut ẽt aſſidua balnea, & multas exudationes. Cæterum de pharmacis iuxta ſeriem dictionis ſic ſcribit. ¶ Eſt aũt primũ vnguentũ tale. Spumæ nitri partes duas, ſalis ammoniaci partẽ unã, uſta trita acerrimoq́; aceto diluta, donec ſtrigmentorũ craſſitudinẽ accipiãt, præſcalptæ leuiter alopeciæ, quo denſẽt & cruẽtus reddatur locus, moderate illinimus: defricamusq́; donec caput ea cõcipiat, & pharmacũ in altum probe deferatur, atq; ita quieſcere uſq; ad crepuſculum ſinimus: poſtea adueſperã idẽ repetentes, ſimiliterq́; ſequenti ac tertia die magnam permutationem reperimus. Siſtitur. n. depaſtio, & capilli dũ raduntur, neq; ui trahũtur, reſiſtunt & non euelluntur. Deinde ſequenti die ex aceto præfrictis cataplaſma apponimus, quoad bullæ aſſurgãt, & cutis in ſuperficie exulcereẽ. Bullas autem vbi diuiſerimus, atq; ad duos dies aquoſitatẽ exceperimus, quæ ab ipſis ulceribus ꝓdit, inde rurſus eodẽ unguento utimur, ulceratis tm̃ locis parcentes, eosq́; trãſgredientes. Sanos vero apprehendentes, eosq́; deradentes, uſq; ad crepuſculum quieſcere ſinimus, quo idẽ repetentes, multumq́; confricantes, uſq; ad ſeptimum aut octauum id facere pergimus diẽ: quo ſane tpe uidemus iam ab extremis alopeciæ non amplius tenues ut ante, & lanuginoſos prodire pilos, ſed robuſtiores, poſtea paulatim ẽt in partibus denudatis excreſcentes, uiciſſimq́; tenues, & imbecilles deficientes. Contingitq́; ſimile quiddã quale in ulceratis uidemus. In ulceribus. n. Cicatrix ab extremo initiũ faciens, poſtremũ in medio ulcere definit, ac coit. Ita in alopecia partes piloſis uicinæ primũ conualeſcunt, & denſæ pilis redduntur: q̃ uero in medio ſitæ ſunt, omniũ poſtremo pilos producunt. Si itaq; curatio hoc modo proceſſerit, reliquis medicamentis nihil opus habebimus, ſed uno hoc per multũ tempus ſemper utimur: ceditq́; benigniter affectio, niſi omnino magna nuditas exiſtat. Medio autẽ tempore, ſcalpturã † peracutum cælum aſſidue facimus. Aliquando etiã cuſpide acuti ſpiculi cute pertuſa, per fiſſuras ipſas ſanguinẽ moderatè elicimus. Hęc his uerbis prefatus Aſclepiades, deinceps de raſura contra q̃ alij tradit: neq;. n. aſſiduè, ſed per interualla, affectã partẽ radere iubet, ubi iã mediocriter dẽſi capilli in ea fuerint exorti: prodeuntes aũt iam, & adhuc tenues, raſura non dignatur. Cæterum poſt raſuræ factam mentionem, deinceps hæc uerba ſcribit: Quòd ſi uero remoretur capillorũ exortus, ad ſubſcriptas compoſitiones confugimus. Sunt aũt tales. ¶ Erinacij terreſtris caput, aut coriũ uſtum, tritum, ac melle ſubactum, illinito. *Aliud.* Hippocampũ marinũ & nitri parũ ſimul exure, adipeq́; anſerino admiſto, loco nitro præparato, illine. *Aliud,* Thapſiam aqua maceratam illine. *Aliud.* Muſcerdas aceto tritas illine. *Aliud.* Calami Cyprij folia in olla exurito, deinde reſina pinus cineris plurimum excipito, & præſcarificatæ alopeciæ imponito, ac obligato. Aut corticẽ ſiue co Dmam arundinũ eodem modo præparato, ampliusq́; nitri parem cineris modum admiſceto, & pice exceptis utitor. Eſt aũt non inualidum, ſed plurimum efficax. Poſt hæc uero etiam muſcarũ Aſclepiades meminit, iubẽs q̃ plurima ipſarũ capita, mox ubi captæ ſunt, nudis alopecię partibus affricari, atq; id maxime, ubi alopecia fuerit exulcerata. Etenim fert, inquit, muſcarum ſanguinem irritata tunc per medicamenta, quæ ex nitro atque * alijs componuntur, nimirum, inquit, cum non mordeant hæc ipſa tantum, ſed bullas etiam in eis excitent.

† *Scalpro.*

* *Al. ἁλῶν. i. ſale.*

Quæ Soranus ad alopecias conſcripſit.

Soranus aũt cum prædixiſſet, quædam quę iuxta proprię ſectę ductũ digeſſit, meminiſſetque eorum quę Aſclepiades ſcripſit, deinde ſic hac uerborũ ſerie ſubtexit: ¶ Quapropter ubi recens malũ eſt, primũ abſtinẽtia ꝓderit, deinde ſimplex exiguus cibus boni ſucci, & irrigatio ex oleo dulci calido, & panis in cataplaſmate, fomẽtaq́; & ſcalpturę, & cucurbitę, ac cerata. Vires item reparentur. Inueterata aũt iã affectione; aſſidua raſura, & rubificatio ex ſinapi, & frictiones preſcriptæ, ita ut in ſequentibus diebus picẽ ſuperlinas, aut oleũ cedrinũ. Proderit itẽ rubificatio ex affrictu foliorũ fici, aut cęparum, aut linteoli indici, aut pollici obuoluti, & poſt frictionẽ ſcarificationes. Quidam uero acus colligantes ita, ut cuſpides ipſarum in eundẽ locum porrigãtur, per ipſas & cutẽ cõpungunt. Cęterum poſt rubificationẽ per defrictionẽ inductam, poſtq́; ſcarificationem

ficationē pharmaca cōueniūt alto euocantia ac transferentia, metaſyncritica Græcis appel- B
lata, tum illita, tum emplaſtri modo impoſita. Eiuſmodi autem multa particulatim exiſtunt. Nā
& cæpe tritum, & raphani cortex, vtrūq; cū melle emplaſtri more appoſitum ualet. Aut ſpumæ
nitri pars una, rhois partes duæ, ſalis ammoniaci pars una: uſta, & cū acri aceto trita ad ſtrigmē
torum craſſitudinē redigantur. Scripta ſunt & alia multa, inquit, apud Aſclepiadē & Heraclidē
Tarentinum, Elephātidemq; ac Moſchionē in libro de ornatu. Ex quibus ſanè & ipſe ea quę ex
Aſclepiade præſcripta uidiſti, exſcripſi, & alia item quædā, quorum deinceps mētionem faciā.

† Al. ptes duas. ¶ Adipis urſini † partem unam, ξcineres foliorum arundinis vſtorum partem vnam, ſquamę
ſtomomatis ferri partem vnam: aceto & oleo ueteri ſubacta i line. *Aliud.* Stercoris felis aut cro
codili. 3. viij, ſinapis. 3. iiij, ex acri aceto. *Aliud.* Hordei vſti & muſcerdæ par pōdus ex acri aceto.
Aliud. Naſturtium & muſcerdas, ueratrum album, piper, æquali menſura ex acerrimo aceto.
Aliud. Sinapi & naſturtium, aut ſpondylium, vſta, trita ex aceto illine. *Aliud.* Ranarum vſtarum
†al. drach. xij. 3. xviij †: pumicis vſti. 3. xij, alij xv: hñt ſinapis. 3. viij, nitri. 3. iiij, nucū vſtarū. 3. xxiiij. *Aliud.* Prę-
ſtat & ceratum ex pipere, pirethro, calce viua, & oleo myrteo. Oportet autem & partē affectā
præfricare, uel per alcyonium uſtum, donec morſum ꝓſentiſcat: uel per erinacij marini vſti ci-
nerem linteolo inuolutū, donec locus rubefiat. Alia pharmaca, quæ partim mihi, partim præce- F
ptoribus meis, partim amicis medicis, in vſu fuerunt. Pumice rubificatorio præfricato, pfomen-
tatoque: & thapſię ſuccū, donec cutis eleuet, illinito: deindeq; fomēto adhibito, cerato roſaceo
utitor. *Aliud.* Foliorum ac radicis arundinis uſtorum, pilorum urſi, adianti, adipis vrſini, picis li-
quidæ, pilorum caprarum uſtorum, cedrię, oīum octo par pondus accipe, liquidaq; cum aridis
committe, & præfrictis adhibe. *Aliud.* Fici folia cum aceto donec lanugo prodierit affrica, dein-
* Al. λευκοὺς. i. albas. de verò herbæ, quæ Stœbe appellatur ſuccum illine. *Aliud.* Ranas* paruas uſtas pici liquidæ te
pidæ inſperge: deinde neq; præraſis, neq; præfrictis illine. *Aliud.* Spumę nitri. 3. iiij, ſtercoris mu
ris. 3. ij, corticis arundinis vſtæ. 3. ij: pice liquida excipito, & ſpleniū formato, idq; præraſo, ac cū
nitro præparato loco imponito, & ante biduum uel triduum non auferto. *Aliud.* Sinapis & ſter
coris felis æquas utriuſq; partes, loco præfricto illinito. *Aliud.* Scarificato, ac ſepiæ atramentum
* πράσιον. Al. πράσον. i. porrum. illinito: aut marrubium * uiride tritum illinito. *Aliud.* Sphæritidis folia torrefacta & cum aceto
lęuigata imponito. Appellatur autem ſphæritis, cupreſſus, quæ ſphæria ideſt pilulas, producit.
Aliud. Nuces amaras unà cum putamine vſtas, præraſis ex aceto & melle illine. *Aliud.* Erina-
ceorum marinorum teſtas vſtas ex melle & aceto præraſis illine. *Aliud.* Alcyonium vſtum &
murium ſtercora cum porri ſucco illine. *Aliud.* Radicis thapſiæ drachmas quatuor, radicis cha G
mæleonis 3. ij, uiſco probe ſubacto excipe: & cataplaſmatis modo impone, cūque exacerbatus
æger fuerit, adime. *Aliud.* Foliorum arundinis græcę uſtorum 3. iiij, muſcerdæ 3. ij, erinaceorum
uſtorum drachmam unam, cum aceto trita illine. *Aliud.* Salis ammoniaci 3. j, nitri drach. vnam:
vtrunque torrefacito, acetoq; rigata ter in die illinito, loco prius cum nitro præparato. *Aliud.*
Amygdalarū amararum toſtarū obolos tres, pumicis obolos ij, ſalis ammoniaci obolos tres, ſi-
militer illine ex aceto. *Aliud.* Piper, muſcerdas, veratrum album, æquali pondere, cum aceto &
exiguo oleo illine. *Aliud.* Squāmam ſtomomatis cum aceto & modico oleo illine. *Aliud.* Lo-
cum per pumicem proritato: & ſulfuris, ſpumæ nitri, ammoniaci, ſingulorum æquas partes mi-
† Aſ. ij. ſtas cum aceto illinito. *Aliud.* Alcyonij drach. j, ſulfuris uiui drach. † vj, muſcarum ad ariditatem
torrefactarum cyathum unum: muſcas per ſe terito, itemq; ſulfur: alcyonium verò aqua coctū
una cum ficcis lęuigato, felle ſuillo ac aceto viciſſim affuſis vſquequo ſtrigmentoſum reddatur.
Deinde axungiam à rotis deraſam, & manu emollitam, ut emplaſtri forma cōfiat, miſceto: & p
raſa alopecia ac rubificata, pharmacum ut optimum confidenter illinito. *Aliud.* Locum ubi de-
terſeris, alicamque aceto irigatam læuigaueris, addideriſque exiguum cyrenaicum liquorem,
inunge. *Aliud.* Loco prefricto ac ſcarificato caricas aſſatas cū paſſo cataplaſmatis modo impo- H
nito. *Aliud.* Paſſum illinito, ac deinde ferulam uſtam inſpergito. Quæ deinceps ſequuntur duo
pharmaca, admiranda ſunt: & uerbis eiº, q ea prodidit inſcripta ad alopecias, caluiciē, raritatē
capillorum ęgre curabilem in capite, in mento, ac ſupercilijs. Pilorum ouis vnciam unam, radi
cis arundinis vnc. vj, filicis cum radice quadrantem, ac vnciæ dimidium, c aſtanearū hi ſpidi cor
ticis quadrantem, lanarum ſuccidarum q̄ pinguiſſimarum ſexuncem, capita muſcarū numero
† *Antiq. xxx.* xxxvj †, muſcas. v capitibus reiectis. Omnia in nouam ollā indita in furnū mittito, deinde cine-
rem ipſorum terito. Sunto aūt tibi in uino aminæo prius trita ladani 3, vna, myrrhæ 3. vna: adij-
ciatq; olei ueteris ſextans, & cedrini 3. vna, malabathrini ſextans: deinde inſperſis aridis tritis
medicamētum ſume: atq; ubi linteolo alopeciā præfricueris, deindeque aut cæpa, aut ſcilla uel-
licaueris, aut fici folijs lente excalpſeris, pharmacū ipſum illitu affrica. Lotoq; homini, in ſequē
† *Al. ualido linteolo.* tibus diebus locū † intēto linteolo ualide cōfricato, cōtētus illitione uſq; ad mēſes duos. Quòd
ſi amplius in hac curratione perſeueraueris, ēt caluiciē ea perſanabis. *Ad caluęſcentes præter ata*
temremedium. Adipis taurini inſolati lib. unam, adarces unc. unā; ſucci thapſiæ ſeſquiunciā, alij
unciæ dimidium habent: myrrhę bonę unc. unam, polytrichi lib. dimidium, callitrichi lib. dimi
dium, mēbri aſinini libram unam, ſplenis aſinini lib. unam, ladani tantundem. Ego ladanum in

uino

A vino pauxillo maceratũ contriui,adipẽ uero aquæ uapore liquefeci,deinde aſini membrũ aſſa tum donec infumatur radito:ſplenem uero cum callitricho, & polytricho in noua olla torrefacito.cõtuſiſq; quæ contundi pñt ac cribratis,oĩa gleucino aut ſabino excipito,& ante balneum vtitor,capite prius pectinato. Manifeſtũ uero eſt ꝙ eadẽ pharmaca ẽt ad menti pilos nõ enaſcẽtes conducunt. *Aliud.* Fænigræci ſextarios iiii,ſeminis lini ſextarios.ii,ladani beſſem, ſucci acaciæ,ſexuncem,foliiꝛmalabathri ſexuncẽ,gallas numero xx, onychis aromatici ſextantẽ: calami Syriaci ſextantẽ,& vnc.dimidium,alii unc.unam hñt:bdellij ſextantẽ,myrti vſtæ ſextariũ unum: muſci, quem alii ſplachnon, alii bryon aromaticum vocant, quadrantem:iridis aſtragalitidis alii Illyricæ,ſextantem. Singula per ſe contundito, ac per cribrum arctius excutito, & deinceps vt preſcriptum eſt,miſceto.Vſu uero expetente,pharmaci tertiam partem, aut quantum ſufficit, in æreũ aut teſtaceum uas coniicito, deinde uini Italici odorati tñ ut liquidum reddaꝫ admiſceto:atq; ita prunis impoſitũ,donec ſemel ebulliat,cum lignea uirga agitato,aĩaduerſione habita ne cõburatur.Poſt uero illines, ægro cũ medicamento in aquã deſidere iuſſo, ſenſimq; in folio ſedenti affricabis,ac pro more capite ex aqua perfuſo pharmacum ablues. Deinde aũt ſtaphidẽ ſylueſtrem per ſe tuſam ac cribratã,quatuor diebus illitionis pharmaco admiſcebis, ſimiliterq;
B coques:eodemq; modo illines,parce tñ ac caute,ne in oculos deſtillet. Vnguento aũt a balneo uteris,olei myrtei libra una cum ladani triente contrita. Conſtans, & certa eſt pharmaci huius facultas,neq; citra effectum dilabitur. *Aliud ad eadem.* Pericalamitidis unc.i:myropiſſoceri,† ſordes eius videlicet q̃ a pilis,utriuſq; unciæ* dimidium:adipis infantis informis libram unam:ſucci foliorũ dionyſiaci tenerorũ,ſucci foliorũ ladonidis tenerorum,ſucci callicereos,ſucci herbæ verbenacæ,ſucci foliorũ arũdinis,ſingulorũ cyathos† iii:cynomori, erinaciorũ marinorũ uſtorũ,utriuſq; ſextantẽ,aut amplius, ſi melius reddere pharmacum uelis: acanthionis terreſtris coriũ uſtum.Hæc oĩa ad plures dies in pila plũbea terere oportet, donec oĩa probe læuigata uniãtur,atq; ẽt donec a pila quippiam detritum eis accedat. Vtere loco acriter ex crudo linteolo ex lino præfricto,ac deinde,cum althææ ſiue hibiſci radice deterſo, illinito.Hoc pharmacũ eo mõ ſcriptũ reperit Claudianus amicus nr̃ in libello, ex membranis contexto,eo qui pharmaco uſus fuerat uita defuncto. Multi aũt faciebat eius poſſeſſionem, ꝓpea ꝙ duos quoſdam caluefcere iã incipientes ex eo curatos conſpexiſſet ita, ut neq; ulterius caluicies progrederetur: & ꝙ denudatus locus pilis denſus euaſerat:ad hæc,quòd ſymbolice ſcriptus erat.Nos hoc nacti,ſingulatim conſiderabamus,quid tandem ſingulis ſignãretur,cumque iam hoc iam aliud mente concipere-
C mus,per magnã experientiã tandem nos ueritatem reperturos ſperabamus. Verum in præſens quidem ſit poſteris ſcriptũ, ſcripturi ẽt in poſterum ſi quid experientia cognitum repererimus. In præſens aũt pericalamitidem,arundinis corticem dici putamus.Nam & aliàs ipſum eiuſmodi affectionibus conuenire ſcimus, maxime uſtum, nouimus item alios ſcriptores ex eiuſmodi, pharmaca compoſuiſſe:quapropter credibile eſt,qm̃ cortex arundini circum adhæret,pericalamitin ipſum appellari.Poteſt autem ẽt id,quod ab aliquibus limneſtrum,ab aliis adarce,& adarcium dr̃,pericalamitis appellari,propterea ꝙ arundinibus adnaſcatur. At uero myropiſſocerũ, picem,& ceram dici æſtimamus, unguento quopiam ad huiuſmodi affectiones congruenti eliquata,ueluti eſt gleucinum,& laurinum,nardinum,lentiſcinum,ſeſaminum, & cedrinum. Cæterum† barbæ hircinæ ſordes§ ſtatim nobis uiſæ ſunt de ladano dictæ eſſe: nã ad has affectiones conuenire in confeſſo eſt. Et ſanè generatio eius circa mentum hircorum in quibuſdam locis contingit,quod ipſum,& Rufus Epheſius per hos uerſus indicat.

Ladanum Eremborum reperitur,& alterum in aruis
Caprarum circum* barbas.Nam pabula capris
Florentis iſti ſummæ gratiſſima frondes,
D Iſtius uero lanuginis unguen inhæret
Caprarum hirſutisque genis,atque undique coſtis,
Non adeo id morbis prodeſt, ſed ſpirat odorem
Eximium:quare præſtantia pharmaca miſcent
Plurima,Eremborum & tellus fert qualia campis.

An quidẽ igitur hoc ſolũ ladanum is,qui pharmacũ cõpoſuit,iniicere iubet,non ſatis manifeſtũ eſt:poſſibile eſt aũt per unam ſpeciem totum genus ab eo deſignari. Porrò infantẽ informẽ vr̃ mihi urſæ dixiſſe. Vrſam.n.parere,aiunt informem quandam uelut carnis molem, uerum poſt per linctum matris aĩal formari ac effigiari.Dionyſiacum aũt,uitem mihi dicere uidetur,quamquam & de hedera dici poſſe aliquis opinari queat. At uero ꝙ ladonidem laurum appellet, nemini puto dubium eſſe.Calliceros aũt fænum græcum appellare uidetur: nominatur autem hæc planta apud nos in Aſia Aegoceros.Cynomorũ deinde rubrum canis veriſimile eſt dici.Acanthiona autem poſtremum terreſtrem,erinacium terreſtrem appellatum ab eo exiſtimo.

De defluuio capillorum. CAP. 2.

EST,& alia pilorum affectio,quæ ad raritatem cutis,inopiamq; ſubſtantiæ pilos generãtis cõſequitur. Quapropter etiam curatio hoc modo læſorum,non eundem ſcopum quem alo-

peciæ

† μαράθρου. *Legit Antique id eſt fœniculi*

† *Additur in textu* ἀποτραγοπωγώνος.
* *Al.libræ.*
† *Antiqui, & græc.cod.xij.s*

† ἀποτραγοπωγώνος.
† *Al.ex antiqua traſlatione. Aliud autẽ ſane per terrã errans ladanum inuenies.*
* *Mentum.*

peciæ habet. In alopecijs.n.ut uitiatus humor conſumatur, intentionem ſummã ac primarium E
ſcopum habemus: in his vero, ut capitis habitum roboremus, & boni ſucci allationem procu-
remus, cutemq; ad dẽſitatẽ ac raritatẽ moderatã reuocemus. Quam ob rem ſane ad pharmaca
humectantia aliquid moderate adſtringens admiſcere oportet, quale eſt ladanũ, qđ utraq; in
ſe moderate complectitur, quæ ad hoc ſymptoma conueniunt, caliditatẽ uidelicet mediocrẽ, &
adſtringẽdi uim iuxta eandẽ proportionem: ꝑ hoc itaq; oleo miſtum, quo illiniri poſſit, ſym-
ptoma ſiue acceſſionem defluuij capillorum ſiſtit. At uero manifeſtum eſt capitis frictionem ne
ceſſario huius pharmaci uſui præmitti, & multorum pilorum ablationem, aut ſi anni tẽpus id fie
ri permittit, perfectam ablationem. Ita.n.in affrictu & illitu robuſta, & calida reddetur cutis, &
moderatã dẽſitatem acquiret, eam uidelicet, quæ ſm naturam eſt. Conſueuit autem hæc circa pi
los oblæſio ſæpe ijs, qui ægrotarunt accidere: raro autem citra morbum. Et magis ſane uictu ui-
res reficiẽte atq; ſalubri, opus hẽt: multiq́ue citra medicamentum perfecte ſanati ſunt, atque id
breui. Compoſuerunt tñ medici eius gratia pharmaca moderatam denſitatem cuti inducẽtia,
ita tñ ut ne ſimul eam refrigerent: quæ.n.uehementer adſtringunt, oĩa ẽt refrigerant, & alimen-
ti influxum reprimunt, ꝑ cuius inopiam capilli defluunt. Intentio itaq; medicamentorum eſt
ſanguinem aſſluentem non ſolum nõ præpedire, ſed ẽt prolectare, cogere aũt ſenſim & adſtrin F
gere rarefactam cutem. Tale aũt ſponte naturæ eſt ipſum ladanum, quod quia ceræ ſimilẽ com-
pagem hẽt, largo aliquo cõuenienti liquore indiget, quo capiti illini poſſit. Præſtat igitur hmõi
liquorem ſimilem ladano eſſe, hoc eſt ex contrariis facultatibus miſtum, attractoria nimirum,
& coactoria. Nequaquam ergo oleũ Sabinum, aut vetus, aut Cicinum ad hanc rem aptum fue-
rit, ſed in Iberia, aut Hiſpania, aut qũocunq; tandem appellare uelis, natum: hñt.n.& adſtricto-
rium quippiam, atq; amplius adhuc eo lentiſcinum, ſponte naturæ tale exiſtẽs, quale eſt ipſum
ladanum. Quare neq; expertus ſum, neq; mente concipere poſſum, ullum præſtantius pharma
cum fore ad defluos capillos, q̃ eſt, quod ex ladano, & lentiſcino oleo permiſtum conſtat. Mani
feſtum aũt eſt, ꝙ raſo quidem cuipiam: craſſius admouere medica mentum oportet: ad ipſam ue-
ro cutem præfectos & attonſos hñtibus pilos liquidius: ꝙ.n.comam alere non oporteat prius q̃
quis curetur euidens puto. Quòd ſi uero large, defluant capilli, & coniectare poſſis multam rari
† Al. boni li- tatem cutis capitis factam, non ineptum fuerit in præſens myrteum oleum pro lentiſcino ad la-
bram j s. danum admiſcere. Licebit ẽt aliqñ unguentum nardinum adhibere in ætate frigida, & tꝑe hye
* ἐλαίου, πρω- mali. Bonum aũt pharmacum ad hæc eſt diuitum feminarum vnguentum, quod Romæ uocant
τείου, forte προ Foliatum. Non minus aũt eo commodum eſt, immo magis, qđ appellant Spicatum. Quare cum G
τρόπου. erat his uel ſolis diuites ungi iubeto, & cum optimo nardino. Ladanum uero in duplo uaſe liquefa-
oleum protro- cito, & liquefacto una cum nardino ex prædictis pretioſis unguentis quodcunq; ad manum fue
pum ſicut & rit admiſceto. Atque hæc quidem medicamenta mihi ſuffecerunt una cum refectoria ac ſalubri
vinum, quod ſi diæta, quæ in pleriſq; ẽt ſola ſuffecit. Compoſuerunt autem, ut dixi, quidam ex prioribus medi-
ne expreſſione cis pharmaca ad defluos capillos, in quorum relatione, ubi inuicem diſſentiant exponam. Pri-
ſponte defluebat, mum autem referam compoſitiones ab Hera ſcriptas, quarum priorem quidem laudo, poſte-
alias lixi- riorem uero curioſam, & præter rem auctam exiſtimo. De priore uero ita ſcribit.
uium oleum uo
catum, quam- *Compoſitiones pharmacorum ad defluos capillos ab Hera ſcriptæ.*
quàm etiã πρω- Heras in ferula duo ſubſcripta pharmaca hẽt, iuxta hanc ipſam dictionis ipſius ſeriẽ, ad hoc
τείου pŏt eſſe ut capilli in capite ne defluant: Ladanũ in uino auſtero rigatũ tertio, & oleo myrteo ac uino ui-
vocatum, quod ciſſim affuſo ad mellis craſſitudinẽ redigito, ex eoq́; ante & poſt balneum caput illinito. Præſtat
prima expreſ- aũt & polytrichon, qđ quidam adiantum uocãt, dimidia ladani portione adiicere, & cum myr
ſione manabat teo aut nardino uti. Hęc de priore compoſitione locutus Heras, deinceps hæc ſcribit. ¶ *Compoſi-*
etenim Plinij, *tio olei ad defluos capillos, quæ & nigros eos facit.* Intra calendas, & Idus Iulias, nuces uirides centum
Columella cæte tundito, eisq́; olei † primarii ſextarium j ʒ affundito, & aluminis liquidi lib. iii. Hęc ſimul in uas H
riq. geoponici, nouum teſtaceum p̃ma defactum indito, id ipſumq́ue, q̃ diligẽtiſſime oblitũ in loco neq; hume-
in oleo faciendo cto nimium, neq; calido reponito, & ꝑ mẽſes tres ſub terra ſitum finito: deinde auferto, oleoq;
tres preſſuras utitor. Hec ipſa ſecundi pharmaci eſt deſcriptio, quę plus q̃ conuenit ipm pharmacum adſtrin-
fieri ſolitas do- gens reddit. Qua ꝑ ꝑ ut vehemẽtẽ adſtringẽdi vim ipſius corrigeret is, qui primus hoc pharma-
cent, quarum cum cõpoſuit, defodere, ac uelut putrefacere ipſum iuſſit, inde nimirum magis tenuium partium
prior oleum om reddere in eo cõmiſta conatus. At uero tale pharmacũ in tꝑe, regioneq́ue, ac natura corporis,
nium optimum calidis cõmodũ fuerit, adeo ut in contrariis nõ tutũ ſit tali uti. Etenim perfrigeratas eius uſu mu
reddebat: poſſu lieres uidi, ut inde in grauedinẽ, ac raucedinẽ, defluxumq́ue a capite ad pulmonẽ delaberentur.
mus etiam pro
oleo primario in *Quæ Archigenes ad defluos capillos conſcripſit.*
telligere, quod Archigenes in primo libro pharmacorum ſecũdum genus, ad defluos capillos in hæc uerba
ante tempŏ ma ſcripſit: ¶ Ladani & abſinthii ęquales partes, & iuniperi baccas. x, tritas in linteolum illigato, &
turationis ex in oleo per dies. v, macerato, ex eoq́; caput illinito: & neque capilli defluent, neque furfures ha
oleis immatu- bebunt. Aut dum capillos pectis, adiantum cum myrteo, aut roſaceo oleo adhibeto. Aut adian-
ris conficieba- ti, myrti nigrę, ęquales partes, gallæ duplum, cũ oleo ueteri, aut lentiſcino, aut myrteo, ad mel-
tur. lis craſſitudinem redige, ac utere. Aut thus, & myſi, & gallam, & adiantum, ęquis partibus cum

uino

A uino maris experte ad mellis ſpiſſitudinem in ſole terendo redige. Aut molliter cocta donec nigreſcat, deindeq; cum oleo veteri, aut lentiſcino, aut myrteo miſta, in vſum adhibe. Aut braſſicam aridam tuſam cum aqua impone. Aut loti radicem eodem modo.

Quæ Cleopatra in libro de ornatu ſcripſit.

Quæ a Cleopatra in libro de ornatu ſcripta ſunt, illius ipſius uerbis ſic habent. ¶ *Ad capillorũ in capite generationem.* Arundinum tenellarum radices ubi contuderis ſuccum exprimito, muſcasq; ubi ſiccaueris, in pulticula miſceto: ſimulq; vrſinum adipẽ, atq; oleũ cedrinũ, ubi in unum triueris, atq; una miſcueris, ad illinẽdum exhibeto. Quo uero odorem obtundas, uinum, aut paſſum affundito. *Aliud non longe præcedens, his verbis conſcriptum.* Quod capilli enaſcantur, lini ſemẽ ſiccũ una cũ lini ſtipula exurito, tritũq; cũ oleo ſeſamino illinito. *Aliud paulo inferius ſcriptum hoc modo.* Ad defluos capillos, terrã cimoliã ſolidiſſimã uino auſtero, & mororũ ſucco tanto, quã tum cõbibere põt, rigato, eiq; hyoſcyami tenuiſſime triti acetabulum adijcito, indeq; paſtillos formato: quos in umbra ſiccatos in uas figulinum nouum reponito. Vſu uerò poſtulante, aqua diſſolutos illinere iubeto. Deinde cũ locus exaruerit, abluatur, Quinto die id ipſum facito. Facit itẽ ad faciei, & colli impetigines. ¶ *Aliud capillos augens cito, denſans q; ac denigras.* Ladanum cum
B oleo, & uino dulci læuigatũ ac ad mellis craſſitiẽ redactum præfrictis illinito. Non longe quoq; poſtea aliud pharmacum ſcriptum eſt his uerbis. ¶ *Ad defluuium capillorum† citra morbum accidens.* Braſſicam aridam tritam ex aqua impone, aut loti radicem eodem modo. † *Antiq. Ex morbo.*

Quomodo Comptoria ab Exornatoria medicinæ parte differat.

Cõptoriæ quidẽ ſcopus eſt, ut pulchritudinẽ acquiſititiam inducat. Exornatoriæ uerò medicinæ partis, ut quicquid ſm naturam eſt, id oẽ in corpore cuſtodiat, ad qđ conſequitẽt naturalis pulchritudo. Indecoro. n. aſpectu eſt caput alopecia uitiatũ, uelut ẽt oculi pilis palpebrarũ denudati, ſimiliterq; ſuperciliorũ pilorum defluuiũ. Non ſolum uerò ad pulchritudinem, ſed multo prius ad ipſam partium ſanitatem huiuſce mocti pili conducunt, quem admodũ in libris de uſu partiũ eſt demonſtratum. Quid attinet aũt dicere de lichenis, aut pſora, aut lepra, cum præter naturã talia exiſtãt? At uero faciei colorẽ per pharmaca nitidiorem aut rubicundiorem facere, aut pilos capitis criſpos, aut fuluos, aut nigros, aut quẽadmodum mulieres ſolent in longitudinẽ auctos, hæc ipſa, & quæ hmõi ſunt, cõptorii maleficii exiſtunt, non modicæ artis opera. Verum p̃p ſocietatẽ quandã, quã cum illis hñt, qñq; ad regiarum fæminarum, atq; adeo ipſorum Regũ imperium, etiam comptoria adiungimus, ut pote cum his negare non liceat, docendo tñ compto-
C riam ab exornatoria medicinæ parte differre. Quapropter uiſum eſt mihi ea, quæ Crito ſcripſit pharmaca capillos cõſeruantia, eoſdemq; augẽtia, ex primo illius de ornatu libro ſubſcribere.

Quæ Crito ad conſeruandos ac augendos capillos ſcripſit: Itemq; quæ à defluuio ipſos præſeruent.

In primo libro Exornatoriorũ ſtatim in principio poſt præfationẽ Crito hæc uerba ſcripſit: Ad conſeruandos itaq; capillos ſubſcriptis cõpoſitionibus utendũ eſt. ¶ *Heraclidæ Tarentini conſeruatiua Capillorum.* † Phernii florẽ anemones ve cũ oleo tritũ illine, idem ẽt eos denigrat. *Aliud.* Ladanũ uino auſtero maceratũ ac tritum oleo myrteo excipe, eoq; pilos ante balneum ſubline. *Aliud.* Verbenacam rectã appellatã una cum radicibus arefactam contundito, & per anguſtiſſimum cribrũ cõcernito: deinde oleo admiſto, ut ſtrigmẽti craſſitudinẽ accipiat, in uas æreũ repo nito: atq; ubi computruerit, pro oleo ſimiliter utitor. *Aliud.* Ladani partes duas, polytrichi quod quidã adiantũ appellant partẽ. j. uino & oleo myrteo excipe ac utere. Nos aũt pro myrteo, nardino uſi ſumus. ¶ *Aliud, quod ipſum & ſubnigros reddit.* Baccarũ myrti nigrarum quadrantem, ladani tãtundem, diſſoluta cũ acaciæ fructus, hoc eſt ſiliquarũ ipſius ſpinæ appellatarũ, decocto, cõtere: atq; ubi limi craſſitiẽ acceperint, nardino, aut myrteo aut aliquo alio hedyſmate. i. odo-
D rato unguento, excipe. ¶ *Aliud Vnguentum conſeruans pilos, quod ipſum etiam ſubnigros reddit.* Baccarum myrti nigrarum ſextariũ. i, ſeminis apii ſextariũ. i, ſeminis betæ ſextariũ. i, uirgultorũ myrti ſextariũ, adiãti ſextarii dimidiũ, ladani tantundem, uini nigri ſextarios vi. uſq; quo pẽitus diſſoluant coquito: atq; ubi tertia pars ſuperfuerit, olei cuiuſdam, aut hedyſmatis. i. odoriferi unguenti, ſextarios. ii. aut iii. addito, rurſũq; coquito. Vbi uero bis aut ter ebullierit, liquorẽ exprimito, ac diligenter p̃ ſaccũ excolatũ in hydriã recondito. Vſu uero expetente† in p̃raſis penitus§ utitor, illitis ex eo bis per diẽ capillis. *Aliud.* Paſſi cretici ſextarium. i, ladani unc. i, corticis nucum pinearũ vſti ſextantẽ, polytrichi uſti unc. ✻ i, adipis urſini librã. i, ſucci betæ cyathos. iiii. Ladanũ & paſſum donec coganẽ in unã cõpagẽ coquito, deinde reliqua iniicito, & ſublata in uas plumbeum ſeruato. Vſus autem tempore, quantum ſufficit in quocunq; uelis ſuaueolente unguẽto diluito. Vſus eius debet eſſe quotidianus. Quidã uero raſo capiti pharmacũ illeuerunt nulla re dilutum. *Aliud.* Ladani unc. i, paſſi ſextariũ. i: corticis nucum pinearum uſti. ʒ. ii, alii ſeſquidrachmam, habent, §alii cyathos. ii, uel ſeſquicyathum: § ſpongiam marinam uſtam tritam unam, *panniculi Cilicii uſti triti cyathos. iii, polytrichi uſti triti cyath. ii, adipis urſini lib. i. coquito & apparato vt dictũ eſt. ¶ *Aliud quod pilos conſeruat, & defluentibus quoque auxiliatur*: Seminis apii ſextantẽ, betæ ſeminis ſextantem, callitrichi ſextantem, thuris ſextantem, nuces iuglandes numero. xv,

† *Anemones florem.*

†Al. χιγῶν παντελῶς, i. omnino com moues.

* *Al ij.*

* μέλανος.

ladani

ladani ſextãtẽ,corticis nucis pineæ lib.j.Omnia in nouã ollã coniecta, & cũ argilla probe obtu- E
rata,in balnei fornace aſſato: deinde extracta terito, & adiecta adipis vrſini libra una ſubigito,
& in pyxide ilicea ⁊ aut ciprina ⁊ reponito. Vſu uero expetente,quantũ ſatis videbit ex pharmaco
accipito,ac quocũq; uelis hedyſmate ⁊ i. odorato unguine ⁊ conquaſſato,ex eoq; caput bis in die
illinito.Quidã vero ubi caput ẽt abraſerint,medicamẽto excepto adipe vrſino illinunt. ¶ *Aliud
ad Caluiciem,quo uſus Andromachus iunior.* Leporum uentres ſex accipito,probeq; ſiccatos in te-
ſtaceo uaſe torrefacito:ad eosq; baccarũ myrti quadrantẽ, & uirgultorũ eiuſdẽ tãtundẽ,conii-
cito:indeq; adiãti quadrantẽ addito,acaciæ ſucci tãtundẽ,fructuũ canis rubi tantundẽ:oĩaque ſi
† *Al. nunciam unam.* mul attẽtè torrefacta tũdito,ac ꝑ anguſtũ cribellum excernito,deinde adipis urſi † li.j, ⁊ ac phocæ
tantundẽ,ſubigito:ſublatumq; pharmacum in pyxidem plumbeam recondito. At uero ubi uſus
tps inſtiterit,quocunq; uelis hedyſmate,ipſum diluito,ac utitor. Atq; de his quidem hactenus.

De Tincturis capillorum. CAP. 3.

CVm vero poſt præſcripta pharmaca Crito alia quædam ſcribat,quæ quidem cõſeruationẽ
capillorũ promittunt,verũ primum ipſo opus eſt ut tingant ipſos, quo ſiue nigri, ſiue flaui
† *Antiq. Omiſit autem,ut mihi uidetur hoc in principio dicere, quando ſunt omnia huiuſmodi euidenter coſmotica.* red dantur, † uiſum ſane eſt mihi in principio ea relinquere,cũ oĩa talia manifeſte comptorii ge-
neris exiſtant. Quandoquidem aũt haud ſcio,qũo dogma cõe inoluerit, ut uetulæ fœminę ca- F
pitis capillos denigrent, tanquam turpe ſit canos hr̃e: atq; hoc ipſum ẽt maſculis eſt uiſum, qui
turpe ⁊ ſpectaculum ⁊ eſſe aiunt, aniculam uxorem cano capite hr̃e: quæcunq; quidẽ præ deliciis
ſe ipſas ornant,harum nulli tale quippiam a me petenti exhibui: Quæcunq; uero magis uene-
randæ,ut notã effugerent,tum maritorum ſuorum importunitatẽ uitarent, pilos ſuos nigros ali-
quo modo reddere cupierunt,neq; ex adſtrictoria ui nigrorem inducentium oblædi, illis conſu
lui cedriæ uſum, ita ut tribus aut quatuor horis ante balneum illinirent, & poſtea detergerent,
idq; ꝑ quatuor aut quinq; dies facere pergerent. Ad hoc.n.q̃ nihil lædit,amplius ẽt cõmoda eſt
eis,quæ facile a frigore offenduntur,nimirum pharmacum exiſtens cedria quod abunde calefa
ctet.Oportet aũt ipſam citra olei admiſtionem adhibere capitibus uehemẽti reſiccatione, & ca
lefactione indigentibus,quibus,ſ.humida,& frigida intemperies per ſe ineſt:aliis uero oleo mi-
ſtũ adhibere pharmacũ oportet. Quin,& defluentes capillos corrigit, & non defluentes auctio-
res reddit.Cæterum odorem eius uitent delicatæ mulierculæ,qui ſane iniucundus eſt iis,quæ ſu-
ſtinẽt ad conſuetudinẽ uſus peruenire. Porrò in Aſia apud nos agreſtes mulierculæ mõtana in
colentes,non cedria ſolum illinuntur oleo permiſta,uerũ tum corpus uniuerſum, tum caput inũ
gunt.Quin etiam picem liquidam cum oleo eodem modo permiſtã,ad radices capillorũ capitis G
illinũt: uocantq; hoc cõpoſitum pharmacũ piſſelæon, hoc eſt oleum picatum, quod oĩno aliud
eſt ab eo qđ piſsãthos hoc eſt flos picis, appellatur,quod ipſum liquidæ pici incumbit, & ſuper
ſtat,tenuium magis partium q̃ ipſa pix exiſtẽs,tum compage,tum etiam facultate.Hmõi itaque
pharmaca tarde caneſcere faciunt, nulla utentium oblæſione: at uero quæ ex auſteris, & acer-
bis compoſita ſunt,magnopere lædunt.Cęterum materiam ex qua confiunt hæc, adſtringentis
qualitatis ac facultatis exiſtẽtem,ẽt quippiam tenuium partium hr̃e oportet, quo non in ſuperfi
cie tm̃,ſed & in profundo cutem permutent,uſq; ad locum radicum capillorum progrediendo.
Atq; hæc quidẽ eſt Methodus componendi ea.Habes aũt in ſimplicium pharmacorum tractatu
particulatim materias ipſorum,in quibus facultates & qualitates earum dictæ ſunt. Quapp ex
illis tum ea,quæ iam a prioribus compoſita ſunt iudicare, ac quali nam vi prædita ſint inuenire
potes,tum ẽt per te ipſum de integro noua componere. Vtile aũt hoc eſt & ad cognitionem affe
ctionum,quas iam incurrerunt aliquæ mulieres,& ad futurarum prænotionem, præſentiumque
ſanationem.Non ſolum.n.in periculo uerſatas ſæpe ſcio fœminas,ſed & mortuas,ex perfrigera
tione capitis per hmõi pharmaca inducta.Læſio autem eis maxime accidit,aliquando quidem
in ſtuporem attonitum,aut comitialem, aut ueternum, aut ſoporem profundiorem, aut animi H
apprehenſionem,⁊ catalepſin Græcis appellatam,‖ delabentibus:aliqñ uero deſtillationibus ſo
lutu difficilibus capiuntur, vt ante quã ſoluantur, pulmones male habere incipiant, exindeque
tabes conſequantur.Offenduntur autem citius quæ frigidius temperamentum capitis hũt,tar-
dius uero quæ calidius:frigidę enim particulę frigidis affectionibus,calidę calidis, facilius cor-
ripiuntur.Atqui periculum minus ſubeunt, utpote, cum a minore cauſa lędantur, quę frigidius
temperamentum hũt:at uero calidæ,propterea q̃ ęgre & uix tandem a frigidis cauſis lædi pñt,
A 2.Apho. 34. Ext.ord. 17.c cum ſane a magnis cauſis fuerint exuperatę,maiorem lęſionem incurrunt,quę communi & uni
B † Quidam ueteres g. cod. caput hoc a ſuperiore diſtinctum non habent. uerſali rationi ſubiacent,in Aphoriſmis ab Hippocrate relatę,[a] ‖ In morbis minus periculum ſu
C * *Al. tingentibus.* beunt ęgrotantes, quibus congruunt naturę, ętati, habitui,ac tempori,adfuerit morbus, quam
D † Al. Aeoliam capparim tritã. Al. folia cappariſ trita. quibus nihil ſecundum hęc ipſa congruerit.

[b] † *De Pharmacis capillos* [c] *Denigrantibus,* * *Archigenis.*

Paulo ante dixi,q̃ nõ ex mea ſcĩa medicus eiuſmodi pharmaca contrectat, uerum cum regię
aliqñ fęminę,q̃bus minime negare licet,nigros aut flauos capillos reddere expetãt,eã ſane ob
rẽ ẽt Archigenẽ puto,quãquã honeſtiſſimũ uirũ,de illis ſcripſiſſe in hæc fere uerba. ¶ *Denigrãt* Aliter capillos
capillos hæc. [d] † Radicem capparis tritã ⁊ cum muliebri lacte,aut,ut aliis placet, aſinino,ad tertias
coquito,

A coquito, & ad noctē pro cataplaſmate imponito. Aut urina canis in quinque aut ſex dies adſer uata lauato. Aut corticem radicis *ilicis, donec mollis fiat coquito, eumq; cataplaſmatis mō imponito, cū aqua uero decocti lauato. Aut quod in †phernio intrinſecus nigrū eſt, cum oleo myrteo tritum affricato. Aut ſpumam argenti, cimoliam, alumen liquidum, pari mēſura, prælotis, & ſiccatis capillis in noctē illinito, & betæ foliis ſuperne obligato. Aut ſelinuſiam terram, argenti ſpumam, calcem, cum aqua ad mellis craſſitudinem redige: & ubi liquido lixiuio prælaueris, capillum uiciſſim inunge, ſimiliterque betæ foliis impoſitis obligato: mane uero excuſſos capillos applanato. Aut abſinthij, oſſium palmarū ſyriacarū, fabarū ægyptiarum, oīum vſtorū cinerē pari mēſura cū uino Mendeſio ad ſtrigmēti craſſitudinē redigito, & cerato myrteo liquido admiſto affricato. Aut corticis ſalicis ſuccum cum oleo affricato: ſumme denigrat. Aut nodos ad racemorū ſimilitudinem ex arbore nuce enatos ex oleo coquito, & bitumine liq do admiſto utitor.† Poſt p̄dicta ēt hæc Archigenes adſcripſit: denigrāt barbā, Suber aridū, & plumbū uſtum, cum betæ crudæ ſucco mellis ſpiſſitudine illita: ſinito uſq; ad prandium, deinde abluito. Aut ferri retrimentū ac plūbū in aceto cocta ad tertias, illine citra oleū. Poſt hæc Archigenes ex cōptoria dam nata arte accepta hæc ſcripſit: ſuluos aūt reddūt capillos lupini crudi cū aqua, & nitro illiti. Hæc
B de flaueſcētia. De criſpātibus aūt capillos dicit: Criſpos aūt reddes capillos, ſi ſpuma ſalis cum myrrha confricaueris. Aut ſucco carpaſi illine, & manebunt criſpi ac nigri. Aut myrti baccis, ac betæ ſemine æquali pondere cum oleo tritis utitor. Aut aſphodeli radicē mero illine. Aut lupinorū cortices, ac parū nitri in aqua ad quatriduū macerato, ac utitor. Horum pharmacorū mentionem ob id feci, ut oñderem neceſſario quoſdā ēt honeſtiſſimos uiros talium ſibi cōptoriorū experientiā parare. Qū. n. Archigenes hæc ſcribere non eſt ueritus, multo amplior venia Critoni dāda eſt, qui in Imperatoriis ædibus eſt medicatus. Apparet autē & Heraclidē Tarentinum multa & probata pharmaca cōptoriæ ſpeculationis ſcripſiſſe, quanquā nondum tantæ deliciæ fœminas occuparant, quantæ nunc ſunt. Verū Heraclidæ, & Cleopatræ, & aliorū quicunq; poſt ipſos interiecto tpe medici fuerunt, pharmaca oīa Crito coaceruauit: ad quem ſane remitto eos qui qūo capilli nigreſcāt, aut flaueſcant, & alia hmōi, diſcere uolunt. Scripſit enim quatuor de ornatu libros, qui in oīum manibus uerſantur. Quid igitur ego nunc ipſa fruſtra traſcriberem, cum poſſint ex illo diſcere, qui adeo ea cognoſcere uelint? In primo quidem libro omnia quæ ad capillos pertinēt ſtatim in principio ſcripta ſunt, reliqua uerò deinceps iuxta ꝓpriū qd̄que, ordinem. Quo itaq; facile inuenire queant ſingula taliū pharmacorū abſq; longa inueſtigatio
C ne, uiſum mihi eſt capita ſiugulorum librorum indicare. In primo itaque libro capita hæc ſunt.

PRIMI libri Critonis de ornatu capita. Conſeruantia capillos. Augentia capillos. Præſeruantia capillos. Tincturæ canorum. Tincturæ flauos, & auricolores capillos reddentes. Smegmata capillorum. Illitiones præſeruantes. Faciem erugantia. Illitiones faciem nitidam reddentes. Cataplaſmata faciem nitidam reddentia. Superciliorum illitiones, Supercilia denigrantia. Oculorum illitiones. Illitiones ex ſtibio. Ad graueolentiam narium. Dentifricia. Manducationes. Ad fœtorem ſub alis affrictiones. Manducationes ad fætorem oris.

SECVNDI libri capita. Quæ nigredines colli repurgent. Illitiones ad exudationes ſub alis. Illitiones mammillas conſeruantes. Ventrem purgantia. Smegmata manus nitidas reddentia. Ad nigredines a partu. Ad rugas a partu. Ad fiſſuras a partu. Illitiones ad eminentes umbilicos. Quæ pueros impuberes conſeruant. Quæ uirginitatem conſeruant. Ad humectas, & frigidas mulierculas. Ad cicatrices nigras. Depilatoria pilorum. Smegmata attenuantia oīs generis. Illitiones capillos abolentes. Smegmata totius corporis. Repurgatoria nitorem inducentia oīgena. Conſperſiones aromaticæ veſtium. Odoratæ tincturæ veſtiū. Aſperſiones thalamorū & ambulacrorum. Suffimentorū oīgenorū compoſitiones. Illitionū & unguētorū oīs generis cōpoſi
D tiones, videlicet amygdalini, balanini, nucū, ſeſamini, myrtei, lētiſcini, laurini, roſacei, gleucini, melini, cœnāthini, ſampſuchini, telini, ſuſini qd̄ aliqui crininū hoc eſt liliaceū appellāt, cicini, irini, narciſſini, phœnici, cyprini, crocini, nardini, amaracini, hedychroi, mendeſij, malabathrini.

TERTII libri Critonis capita. Ad furfures omnigenos. Ad capitis eruptiones. Ad achoras, hoc eſt ulcera manantia. Ad pediculos & lendes. Ad Alopecias. Ad ſcabioſas faciei affectiones. Ad lentigines. Ad maculas a Sole prouocatas. Lotiones faciei. Ad ſtrigmata. Ad liuentia. Ad ſugillata. Ad uaros. Ad puſtulas nocte erumpentes. Ad menti tubercula. Ad menti impetigines, īpetiginū illitiones. Epithemata excoriatoria. Emplaſtra uiridia, quę ab excoriatione īponunt. Emplaſtra alba ad cicatricē īducēdā. Pharmaca emolliētia, q̄ impetiginibus affricant.

QVARTI libri capita. Ad alphos, id eſt uitiligines nigras & albas. Ad cicatrices nigras. Ad leucas. hoc eſt uitiligines altius inſidentes. Ad lepras. Ad ungues ſcabioſos. Ad prurigino ſas affectiones. Ad tubercula parua pſidracas Græcis appellata, & ad excoriata. Ad ſerpiginoſas affectiones. Ad ſcabidos. Ad thymos, uerrucæ genus. Ad penſiles uerrucas. Ad formicarias, latioresve verrucas. Ab umbilici inflationem. Ad inteſtinorum delapſionem. Ad hydrocelas, Ad apellas. Ad procidentes anos. Ad chimethla, hyemis tempore oborta ulcera. Ad rimas pedū. In his quatuor libris Crito diligentiſſimè omnia fermè exornatoria pharmaca ſcripſit,

*πρίνου quidam tamen ἐρίνου. i. caprifici.

†*Anemone.*

† *Additur ex antiquis. Denigrātis pilos barba, Archigenis*

ſcripſit, appoſitis ẽt comptoriis, quæ ſpuriam pulchritudinem, nõ uerã inducunt: quapp ẽt ego E ea relinquam, ſolumq; mentionem eorum faciam, quæ pulchritudinem ſecundũ naturam cõſeruant. Quanq̃.n. vel maxime cognita habeam ſmegmata corpori nitorem inducentia, itemq; q̃ in virginibus mãmillas conſeruant, & quæ impuberum puerorum teſticulos ad multũ tempus paruos conſeruant, ſimiliter, & quæ pilorum exortum cohibent, verecundor tñ eiuſmodi ſcribere, atq; multo magis eas, quas Crito tradidit conſperſiones ueſtium aromaticas, odoratasque veſtium infectiones, & aſperſiones thalamorum, ac ambulacrorum: ſuffimentorum item oĩs generis uarietates, illitionumque, & unguentorum. Extra.n. medicinæ documenta talia exiſtunt. At uero ubi decoris ſecundum naturam conſeruatiua ſcripſit, ſi quando locus ita tulerit, ea referam: ac primum quidem quæ circa capillos medicis utilia mihi uidentur, docebo.

De Pharmacis Pilos corrumpentibus. CAP. 4.

QVemadmodum ex pharmacis, quæ pilos augent, alia medici vſus, alia comptorii exiſtunt, eodem modo & quæ ipſos corrumpũt. Aliqñ enim & his medici neceſſario utuntur iuxta triplicem eorum dr̃iam: Nempe cum quædam ex eis proprie pſilothra appellantur, alia attenuatoria capillorum, alia verò ipſos penitus extirpantia. Hæc itaq; poſtremo loco nominata periculoſi ſunt vſus. Ex eis.n. illitæ corporis partes, non ſolũ in poſterum depiles oẽs penitus reddũtur, ſed & uſq; ad caput, & mentum, ſuperciliaque, & palpebrarum pilos, nuditas ipſa procedit. Reliquæ uerò duæ dr̃ię uſum minime periculoſum hñt. Et quæ quidem pilorum denudatoria ſunt, & propriè, ut dixi, pſilothra uocantur, tñ non quotidie in oĩum muliercularum, ferme ẽt quorundam uirorum, uſu hñr. Altera uerò, quæ tenuiores pilos reddunt, & minores, eis conueniunt, qui duros, & magnos, multosque, & craſſos, pilos hñt, & ob id ſuillis non abſimiles exiſtunt. Cæterum hæc ipſa ſm exceſſum & defectum inter ſe differunt, cũ unum genus ſit pharmacorum, quod in hunc uſum compoſitum eſt, nimirum eorum, quæ erodentem, & uſtoriam, habet facultatem. Præſtant autem erodentem facultatem habentia, p minori periculo admouẽt. Periculoſiora autem quodammodo ſunt uſtoria, quæ, ſi quis paulo negligentius adhibeat, bullas excitant, & exulcerant, & aliquantulũ cutem exurunt. At uero particularem eorum ſyluam oẽm in commentariis de ſimplicium pharmacorum facultate tradidit: ſed tñ exẽpli gratia ea quibus aſſidue utor recẽſebo. Ex liquidis igitur eſt lixiuium tali vi præditum. Ex aridis aũt & metallicis, arſenicũ, & ſandaracha, & calx non extincta, quam pleriq; uiuã, Græci uerò ẽt ſolius Asbeſti. i. nõ extinctæ noĩe appellant. Manifeſtum itaq; eſt, vehementẽ ipſorum uim per admiſtionẽ imbecilliorum pharmacorũ tum liquidorũ, tum aridorũ frangi. Quorum congruentẽ miſturæ mo- G dum cõiecturaliter primum faciet uiriũ eorum expertus, deinde uero per experientiã defectum corriget, aut ẽt addet. Quo uerò ẽt eorũ, quæ per experientiam iudicata ſunt, notitiam habeatis, adſcribã ea, quæ in primo libro de ornatu a Critone ſunt relata, ubi prius oñdero ẽt medicis ſæpiuſculè ipſorũ uſum neceſſarium eſſe. Quemadmodum tincturas expetentibus, honeſtè negare poſſumus, ut quæ comptoriæ ſint maliciei: ſic depilatoria negare minime licet. Si enim moderatos quiſpiã habeat capillos, non ſubſeruiemus ipſi ad ſuperfluas delitias. Si uero admodum multos, & longos durosq; habeat, honeſtũ eſſe vr̃ & rationabile ipſos pauciores, & tenuiores, molliores que, ac rariores facere: Contingit aũt aliqñ neceſſitas, ut eis, qui multos & alte fixos, non tñ duros hñt, in totum pilos tollamus, qñ aut picatione opus hẽt totum corpus, qñque.n. hoc præſidio iuxta medicinæ rationem utimur: aut qñ pharmacum Emplaſton, hoc eſt quod meatus obducat, imponere uelimus: tunc.n. neceſſario a parte pilos prius tollimus, quod quidem etiam per nouaculam facere licet. Quidam uero ſiue re uera, ſiue fict̃e, nouaculæ timorem confitentur, qm̃ periculum ſit ex ea cutem ſauciari. Quidam aũt non citra rationem fortaſſe metuunt, maxime cum partes gutturis radi oportet. Quapropter neceſſarium eſt, medicum etiam huiuſmodi pharmacorum experientiam habere, tum quod ad compoſitionem, tum quod ad vſum attinet. H

Pſilothra a Critone hac verborum ſerie conſcripta.

Pſilothra Capillorũ. Auripigmẽti auricoloris[a] † ſcrupulos. vii, aut x, ʒ calcis uiuæ tantundẽ, amyli ſextantẽ, terræ q̃ Romanis Selinuſia appellat,[b] † vnc. i. ʒ Omnia trita & per anguſtiſſimum cribrũ excuſſa reponito. Vſus uero tpe ex pharmaco, qd̃ ſufficit acceptũ aqua cõquaſſato, deinde illinire iubeto, ac animaduertere ne exurat. ¶ *Aliud e ueſtigio læuem reddit.* Calcis uiuæ partes duas, auripigmenti partem. j. Hæc in mortariũ plumbeum coniecta, aqua aut ptiſanæ ſucco affuſo, terito, atq; ubi nigra reddent̃, calefacta illiniri maxime in balneo iubeto, læue.n. corpus reddũt. Quòd ſi uero tenuis capillus enaſcens ſubeat, calcẽ coquito, & auripigmentũ cũ aqua teri- to, & ubi i uas fictile aconitũ cõieceris, coquito, atq; ubi coacta fuerint nigraq; reddita illinito. ¶ *Paridis ſaltatoris Pſilothrum ſtatim pilos aufert.*" Sandarachæ[c] † unc. j. ʒ calcis uiuæ ſextarium. i. Trita cum aqua diligenter coquito,[d] † atq; ubi ebullire cœperint, ablatis utitor. Experimentum huius facies, ſi pinnulam in ipſum pſilothrum immergas, breui enim glabra fiet. ʒ *Aliud.* Amyli unc. i, calcis uiuæ unc. j, auripigmenti[e] † unc. j. ʒ contuſa & cribrata repone, utereque, ut dictum eſt. ¶ *Heraclidæ Tarentini Pſilothrum e ueſtigio pilos tollit.* Calcis uiuæ ſextarium. i, cimoliæ ſextariũ. i, pumicis uſti ſextariũ. i, auripigmenti partes quatuor: trita ac læuigata reponito. Vſus uero tempore

A † Al. vncias duas.
B † Al. vncias duas.
C † Al. vncias duas.
D † Al. ex antiquis. atque, vbi cœperit operari, oblato uetere.
Experimẽtum autem huiꝰ rei fiet, ſi pinna in ipſum pſilothrũ immiſſa breui tibi glabra reddatur.
E † Al. vnciam j s.

Atq; ea aqua dilutis, ut dictum est, utitor. Hæc quidem igitur Crito scripsit. Cæterum eorum vsus melior est, quemadmodum nunc mulieres utuntur, post corporis uidelicet illitionem, in tepidã balnei domum ingredientes, atq; ubi exudare cæperint, strigili pharmacum ex aliqua corporis parte detrahentes, deinde cum simul auferri pilos senserint, reliquum corpus omne abluentes.

Quæ Pilos disperdant.

Scriptũ quoq; de iis est, quæ pilos disperdant, in cõptoriis libris, quæ sane iam ex medica materia exciderunt. Quapp, & ego simpliciũ tm̃ ex eis faciam mentionem, in simplicium itẽ pharmacorum tractatu a me relatorum. Iuxta rationem.n. proposita pharmaca cõponunt, ex lepore marino, hepate thunni putrefacto, cedria, ranarum in uiridibus arundinetis degentium cruore siue muco, marinæ testudinis sanguine, lachryma uitis albæ, lachrima hederę, similiterq́ bryoniæ, ac oleo, quod insulsum appellatur: Ex marinis itẽ scolopẽdris, urticaq́; marina, & stellis marinis, nitro ac amurca ad hæc admistis. Quin, & fortiora his ex erinaceis, & salamãdra cõponunt in oleo coctis. Admiscẽt aũt ipsis & alcyonia, & sandarachẽ, & q̃cunq; alia eius generis existũt.

Quæ Pilos attenuant. CAP. 5.

B VTetur ẽt aliqñ medicus uelut dixi, ijs, quæ pilos attenuant, quæ non eandem cum depilatoriis facultatem hñt. Quam enim in simplicium pharmacorum commẽtariis exterioriã facultatem appellauimus, eiusdem sunt ẽt ea, quæ pilos attenuant. Quemamodum aũt in omnibus eiusdem generis pharmacis, dria secundum excessum & defectum existit, sic etiã in exterioriis, hẽt. Hordei itaq; farina, & fabarum, ampliusq́; erui, spuma nitri, ac ipsum nitrũ, familiaria pharmaca sunt oĩbus ad tollẽdas sordes vsurpata. Assiduus aũt eorum vsus ẽt pilos attenuat. Quæcũque vero fortiori vi exterioria prædita sunt, in iis, qui ualde duros & magnos pilos hñt, assumpta congruunt. Eius itaque generis pharmacorum est nitrum vstum, & nitri spuma, & aphronitrum spumosum. In assiduo autem usu faciunt item purpurea appellata uasa fictilia Alexandrotica, contusa videlicet, & tenui cribro excreta. Cæterũ, pauperibus ego ẽt fictilium, & clibanorum in quibus aliquid sub textu coquitur, testas, itemq́ pumicem vstum, ac non ustum indicaui. Vili autẽ & gratis habuerit quis circa mare degens, aut urbe quapiam non longè a mari sita, testas vstas tum buccinorum, tum purpurarum, aliorũq́; ostreorum: sepiæ uera testam etiã citra vstionẽ. Atq; hæc quidem pro ualde egenis indico, pro aliis verò alcyonium, & herbam lanariam, utrunq; ueratrum, bryoniæ item, & dracunculi radicem, aristolochias, canchry, & panacis radicem, & q̃cunq; eius generis existunt: plura.n. ut dixi, relata sunt in simplicium pharmacorum tra-
C ctatu. At uero si hæc ipsa odorata facere uolueris, cyperum, & melilotum, rosasq́ siccas, & iunci odorati florem, iridem illyricam, melissophyllũq́, & cydoniam herbam, eis admiscebis. Et si pro diuitibus paraueris, spicam nardi indicam, celticamq́, & mõtanam inijcies: & terrã Eretriada. Addes ẽt † folium malabathri, amomum, myrrham, crocum, costum, & hedychroum. Qui vero p̃cipuo materiæ parandæ non sufficit, ei uiliores ij, qui exornatoria composuerunt, excogitauerunt. Quorum ẽt Crito meminit in primo de ornatu sic scribens. Ollam nouam figulinã magnam, operculum habentem accipito, in eamq́; cimoliæ glebas pro situs ratione coniicito. Componantur aũt hæ quãtum fieri potest ad theatri formam, ut in medio ipsarum locus uacuus relinquatur. Inter glebas autem uicissim mala cotonea recentia uiginti locentur, hæc autem per per interualla uariare iubeto: deinde operculo impositio marcescere ipsa mala sinito. Vsu autem expetente, quantum satis uidebitur accipito, terito, ac uti iubeto. Post psilothrorum uero * impositionẽ, suauem quendam odorem hẽt. *Aliud.* Rosas q̃ odoratissimas per diem unam in umbra refrigeratas, quo humor saltem ab eis desiccetur, in uas figulinum componito: eodemq́; modo, vt dictum est, glebas cimoliæ indito, ita rosæ substernantur, rursusq́ue inter glebas eædem imponantur: deinde operculo addito, combibere sinito. Vsus iam demonstratus est.

† *Additur in græcis malabathrũ, & in aliq. bus aũt marathrum. i. fanicu lum, &*

* *Al. ἀπίθεσιν .i. ablationem.*

D *De Furfuratione.* CAP. 6.

QVibusdam se scalpentibus, furfuribus similia ex capitis cute decidunt, & p̃pea furfurationem medici hanc accessionem, siue symptoma appellãt, a uitiatis saniebus prouenientẽ: quas consumere scopus est eis, qui malum hoc sanare uolunt. Manifestum igitur est discussoria & exterioria pharmaca adhibenda esse, præparato prius uniuerso corpore, si uitiatis humoribus repletum uideatur: in omnibus.n. huius rei meminisse oportebit, etiam si aliquando in sermone relinquatur. Admiscuerunt aũt quidam prædictis pharmacis quædam adstringentia, quo per ea affectum membrum corroboretur, ut ne facile in se ipsum suscipiat influentes humores serosos, sed resistat, eosq́ue repellat: & ob hoc sane Archigenes in pharmaco ex atramento sutorio composito hæc verba adiecit: Hoc, inquit, adeo efficax est, ut neq; sinat in posterum fieri. Crito quidem in tertio libro de ornatu, eiusmodi pharmacorum syluam scripsit in principio statim ipsius libri: Quare uelut paulo antè dixi, minimè necessariũ est, me ipsa hìc rursus describere, cũ oẽs illius hẽant libros. Cæterũ q̃ Archigenes scripsit indicabo, ob id maximè, q̃ quibusdam ex eis adscripserit, quòd nõ permittãt symptoma hoc rursus fieri. Scribit autem hoc modo suis ipsius verbis: Victus ratio constituatur flatus expers, nihil ex crassi succi cibis habens quales sunt † tubera, fungi, bulbi, legumina, carnesq́ue, maxime bubulæ, ac quæ similia existunt.

† *Antiqui sorba.*

Sint

Sint aũt cibi, quibus ueſcuntur boni ſucci, faciles concoctu, & mel ijſdem addatur. Intinctus con- E
ferunt, acetũ cum ſapa. Condimenta, cuminum, & fœniculum: aliis parcè utantur, & a bellariis
oĩbus maximè abſtineant. Vinum conducit eis album & tenue uoluptatis uero gratia dulce, &
vinum mulſum. Ex fructibus optima eſt uua arefacta, deinde ficus, quibus ante cibum reliquum
veſci præſtat. Verum ante oĩa bonæ concoctionis cura habenda eſt. Deambulationes lenes plu
rimæ & mane, & ueſperi optimæ ſunt. Lauatio ex frigida balneis præſtat. Si uero quis calida la-
uit, incongrua ei eſt longior in aere mora: & perfũſio capitis præ ſolio eſt eligenda, poſtea uero
larga frigidæ adfuſione refrigerato. Dormire ad ſatietatẽ uſq; utile eſt. Ira, indignatio, uerſatio
in Sole, & uehemens refrigeratio uitanda, oĩa item, quæ caput replent. ¶ *Archigenis ad furfura-*
tionem capitis. Quibus furfures caput occuparunt, his cum fænugræco, betæ ſucco, ac nitro, præfri
ctis, & exterſis, cimoliã felle bubulo aut ſuillo, acetoq; ſubactã illine. Deinde poſt horam ablue,
atramentumq; ſutorium, ac nitrum cũ oleo trita illine. Aut myrobalanum, i. unguentariam nu-
cem, & fabaceam farinã æquali põdere trita, in aqua coque, & affrica. *Aliud.* Amygdalas amaras decorticatas cũ aqua aut aceto affrica, cũq; exaruerint capilli, calida ablue. *Aliud.* Aut maluam ſylueſtrem aqua marina ad decimæ partis reſiduum coctam terito, & affricato. *Aliud.* Aut nitri ſpumam, & atramentum ſutorium, æquis partibus cum uino, ter aut quater in menſe affri- F
cato: hoc adeo efficax eſt, ut neq; in poſterum fiant. *Aliud.* Aut vini Rhodii fæcem, & pumicem
& nitrum, pari pondere cum lupinis affrica. *Aliud.* Aut cimoliam cum fœnigræci cremore adhi
be. *Aliud.* Aut nitrum aſſatum, & bulbum. Aut hæc omnia ſimul pari pondere læuigata affrica.
Aliud. Aut ubi picis liquidæ ſerum illeueris, alumen inſperge.

De Phthiriaſi, hoc eſt morbo pediculari. CAP. 7.

† συμπτωμάτων *ſimptomatum.*

PEdiculorum generatio quibuſdam in capite cõtingit aceruatim, ex multis uidelicet humo- A.l.4.f.72.
ribus calidis quidem, ſed non ad tantam caliditatem progreſſis, ad quantã peruenĩut acres c.27.fr.tã.
ichores. i. ſanies. Quare manifeſtum eſt, in profundo cutis pedicularis morbi affectionem fieri,
ubi ẽt aĩalia hæc generari poſſibile eſt, nõ in ſuperficie cutis, in quã furfures conſiſtere diximus.
Pharmaca itaq; ipſorum neceſſario exiccantia ſunt, & quæ ex alto trahere, ac euacuare põt, ma A.ibidem.e
gis utique, q̃ ea, quæ furfuribus conueniunt. Atq; hæc quidem Methodus eſt ea cõponendi, Ve-
rum ſylua eorum, quæ experientia conſtant (oportet. n. ut dixi, in omnibus maximè attendere
ac confidere his, quibus experimentum teſtimonium præbet) in tertio libro Critonis de ornatu
ſcripta eſt. Apponam autem ẽt nunc ego ab Archigene ſcripta hac ſerie uerborum. ¶ *Remedia*
morbi pedicularis. Morbo pediculari affectis hæc conferunt. Staphidis ſylueſtris, i. herbæ pedicu- G
laris partes. ii. ſandarachæ, & nitri, utriuſq; partem. i. cum aceto, & oleo capiti illine. Aut Rheon,
qui in obſonia additur, cum oleo tritum ſimiliter illinito. Aut oxylapathi. i. acutæ rumicis, radi-
cem cum oleo eodem modo. Aut ueratrum album, & ſtaphidem ſylueſtrem. i. herbam pedicula
rem, & nitrum, pari pondere cum oleo in balneo adhibe. Aut aqua marina, aut muria meraca,
cum aceto, perfundito. Quòd ſi nuditas pilorum adſit, ſylueſtrem ſtaphidem, i. herbam pedicula
rem ſ emplaſtri more ſ cum oleo, & aceto imponito. Aut alumen tritum cum oleo illinito.

De Achoribus, hoc eſt Vlceribus capitis manantibus: & cerÿs, id eſt Fauis. CAP. 8.

INter affectiones cutis capitis cõnumeratur quoq; ea, quæ Achor appellatur, ex genere tumo
rum præter naturam exiſtens: propriam aũt & ſingularem appellationem nacta, ob acceſſio-
num, quæ ad eã cõſequuntur, proprietatẽ: ualde. n. tenuibus foraminibus eroditur, quæ tenuem
in ſe humorem modicè uiſcoſum complectuntur. Ad ſimilitudinem uero eius proxime accedit,
alia cutis affectio, q̃ Fauus, Græcis Cerion uocatur: maiora tm̃ foramina hñs, in quibus humor
melli, qd̃ eſt in fauis, ſimilis continetur. Generatio ipſis ex humore miſto eſt, qui partim tenuem
ſeroſumq; ac mordacem, partim uero craſſum ſuccũ, in ſe hẽt. Tenuis itaq; humor, utpote mor- H
dax, primum quidem ad ſcalpendum ipſos impellit, ꝓgreſſu uero tꝑis, ad ſcalpturã tum tumor
augeſcit, tum foramina in ipſo erumpunt. Manifeſtũ igitur eſt, euacuare oportere humores affe-
ctionem ipſam operantes. Qui ſi ẽt influant amplius, prohibẽdus primum eſt ipſorum influxus
per capitis euacuationẽ, atq; totius corporis purgationem, uelut in alopeciis eſt proditum: At
uero ſi parua affectio exiſtat, ſola localia, & partialia appellata remedia (quæ. ſ. locis affectis ad-
hibentur) citra totius corporis euacuationem, ſuffecerint. Cõuenient aũt ipſis ob craſſitudinem
videlicet, & uiſcoſitatẽ humoris eas generantis, pharmaca q̃ ipm̃ incidant, q̃q; facultate ſua ne
ceſſario diſcutiãt, & repellant. Atqui acetũ ex incidentium ordine exiſtens, ultra hoc, qd̃ diſcu-
tit, præcipuũ quiddã in ſe hẽt, quo reprimit, ac qd̃ influit depellit, utpotè qd̃ ſubſtantia ſua parũ
calidum eſt, plurimum uero frigidum, & partium tenuium: tali nanq; facultate præditum eſſe,
in primo De ſimplicium pharmacorum facultate demonſtratum eſt. Sit itaq; acetum exquiſite,
acidũ, in quo nulla penitus uini qualitas appareat: hoc ipſo ſanè pharmaca metallica appellata,
mõ hoc, mõ aliud imbues, achoribusq; ex eis medeberis. Incipere aũt ab imbecillioribus põſtat,
põſertim ſi dolor ſimul ipſis adſit, Cimolia igit̃ ad hanc rẽ apta eſt, & Cretica, Lẽniaq; terra, & ſa-
mia, põpholyxque, & ſpodiũ, ſpuma argẽti, & cadmia tenella. Quòd ſi neq; ex his quieſcat ma
lum, pharmacũ ex charta ſiccũ aceto dilutũ illinito. Neq; obſcurum eſt, tollẽdos prius capillos,

antequam

A antequam talia admoueas. Si uero acrius tibi ex charta pharmacũ appareat, miſcebis ipſi argenti ſpumam, ſi quidem abunde mordacitatẽ eius exoluere uelis, pari copia: ſi uero pauxillũ mitigare uelis, minori: quemadmodum ẽt ſi plurimum eius uim exoluere placeat, maiorẽ eius copiã addes. Porro cum aliqñ ruri degenti mihi pharmacum ex charta ad manũ non eſſet, cõſpecta in ęgri domo inutili aliàs charta, faculam poſtulaui, exuſtaq; charta, ac aceto diluta, locum affectũ illeui, hominemq; ad me poſtridie uenire iuſſi: ſciebam.n.ꝙ cum duræ carnis eſſet, pharmacum ferre poſſet: qui ubi ueniſſet, parum aberat quin curatus eſſet: quare ad aliud pharmacum non tranſiui, ſed eodẽ uti iuſſum, poſtera die perfecte ſanitati reſtitutum conſpexi: Prudenti igitur uiro, quod ſæpe iã dixi, opus eſt: & qui tum curandorum morborum ſubſtantiam, tum ęgri naturã, probe norit. Inſuperq; pharmacorum facultatem non iuxta genus tm̃, ſed & iuxta quantitatem, cognoſcat, quo ſingulis diebus quali præſidio opus ſit, coniectet. In extendenda enim, aut exoluenda pharmaci, quod prioribus diebus admotum fuit, facultate, in quantum ſane affectio ipſa indicat, congrua curatio conſiſtit. *Ad Achoras inflammatos.* Quòd ſi, qñ in ulcus manans inflammatum ſimul, & doloroſum incidas, lenies primum per humectum concoctoriumque, ac emolliens, & acrimoniam arcens pharmacum dolorem. Tale autem eſt parygrum appellatũ, ab He-
B bra alijſq; plurimis deſcriptum. Satis manifeſtum autem eſt, quod ipſum in manu per ſpecillum latum, cum roſaceo emollitũ, & ad unguẽti formam redactum, non emplaſtri forma, qualem a principio habebat, adhibere oportet. Conueniunt etiam hoc tempore ea, quæ ad ſedem ex ulceribus, aut rupturis dolentem faciunt, de quibus priuatim deſtinato ſermone, ac tpe dicitur. Sicut ẽt conueniunt ea, quæ cancros mitigant. Hæc igitur omnia ubi prius conſideraueris, etiam particularem pharmacorum uarietatem utiliter cognoſces. De qua ego quoque dicere aggrediar, medicamenta apud præſtantiſſimum quenque medicum laudata, ordine ſcripturus. *Ad Achoras Archigenis.* Archigenes in primo pharmacorum iuxta genus, ad Achoras ſic ſcripſit: In quibus Achores, aut papulæ feruidæ, aut eruptiones circa caput ulceroſæ ſunt, ab omni acri, & ſalſo abſtineant, itemq; acuto. Deinde deraſis capillis, aut ter, aut ſæpius quotidie ex calida, in qua myrtus, aut lentiſcus, aut rubus, aut bryonia, aut ſycomorus, aut lupini, aut lentes, aut aſparagi radix, incocta ſint, lotis, & maxime, ubi multa ſanies effluxerit, ſalicis folia ex aqua emplaſtri more apponito: aut lentem cum melle, aut aſparagi radicem coctam eodem modo. † Aut fœnumgræcũ betæ ſucco maceratum pinguibus emplaſtris uſu cognitis admiſceto, ac utitor. *Aliud præclare faciens.* Pinus corticem cum cerato. Aut cadmiam cum oleo ueteri illinito. Aut cinnabari ſimiliter
C emplaſtri more utere læuigato. Licebit & myrti baccas, aut hordeum uſtum, aut argẽti ſpumam, aut ceruſſam, aut oſtreorum teſtas uſtas, admiſcere: ſingula etiam cum oleo ueteri illinire. Aut † cinerulam, & mannam ex uino. Egregie conſtanter facit, & chalcitis cum aceto, & oleo ueteri illinita. Aut betæ decoctum cum exigua cimolia, ſale & uino admiſtis, in balneo affrica. Aut hyoſcyamum, & ſemperuiuum minus, trita cum roſaceo mellis ſpiſſitudine illine. Aut ulceribus ex ſmegmate quopiam repurgatis, terram cimoliam torrefactam cum uino, aut fæcem uini Rhodij uſtam cum aceto ueteri, aut radicis cucumeris ſylueſtris decoctum adfundito, ac proluito, aut tragacantham, aut argenti ſpumam, aut ſandarachæ duplum, cum uino, aut ẽt cũ oleo myrteo, aut pingui quopiam illinito. Aut argenti ſpumam, & calcem pari pondere cum aceto, & oleo illine. Aut chalcitidem cum myrteo oleo, uel ſuillo felle liquido, illine: Hæc quidem Archigenes ſcripſit, doctrinam tradens non modo Empiricam, ſed etiam indefinitã. Inuenire itaq; eſt apud Empiricos, qui ſane non in contentioſis ſermonibus uitam contriuerunt, ſed in medicæ artis operibus diligenter uerſati ſunt, ꝙ in quibuſdam apparentibus cognitionibus euidẽtia diſcrimina retulerunt, qualia, & ego paulo ante in alopecia feci. Faciam autem, & nũc in his, quæ Archigenes ſcripſit pharmacis. Quædam.n.ex eis incipientes achoras, citra humorum in uniuerſo corpore
D uitiation em, aut eorundem multitudinem redundantem, ſanant, adſtringentem nimirum, & repulſoriam uim habentia. Quædam uero ubi magnum quoddam malum minantur Achores, eos augeri prohibent, ſimul & quod influit repellentia, ſimulq; quod iam in eis continetur concoquentia, & diſcutientia, q̃ euidens eſt, miſtæ facultatis eſſe oportere. Quædã aũt eis, quæ in ſuperficie hærent, paruisq; tm̃ auxiliantur, quæ moderatis uiribus prædita eſſe oportet, & nihil, quod irritet, habere, ex diſcuſſoria nimirũ facultate. Alia aũt uiribus omnino robuſtiſſima ſunt, adeo ut ẽt Achoras ex craſſis, ac uiſcoſis humorib⁹ obortos, ineluibiliterq; cuti infarctos euacuare poſſint, atq; id adeo ualide, ut etiam ſi obduratũ quid habeant, id ipſum deturbare ualeant, quãuis morbus ipſum cutis habitum adeo uitiet, ut quod influit corrumpatur, etiam ſi commodũ id exiſtat. Hæc aũt ſunt ex efficaciſſimis pharmacis compoſita, quale retulit Archigenes ubi ſalem ad reliqua diſcuſſoria admiſcet. Sal.n.& chalcitis, & uini fex uſta, & ſandaracha, & calx uiua, fortiſſima uiribus pharmaca ſunt, calfacientia, mordentia, & diſcutientia. Eius generis eſt ẽt fel calidorum, & ſiccorum animalium, quorum non meminit Archigenes, ſed unius ſuilli tãtum, quod omnium moderatiſſimum exiſtit: ad cuius facultatem etiam proxime cinnabari accedit. Propinquum deinde locum habent conchæ uſtæ, & hordeum, & poſt hæc oleum uetuſtũ. Quemadmodum aũt hæc emouent, ſecant, & diſcutiunt uiolenter impactum, ſic repellunt adſtringentia ali-

† *Additur in quibuſdã cod. Aut bryoniam eodem modo.*

*σπόδιον.

qua quidē ſimpliciter citra contrariæ facultatis admiſtionē, aliqua uero per dominium adſtrin E
gentis in eis facultatis. Myrti quidē earumq́; baccæ,& pinus cortex,ex eorū numero ſunt, quæ
non habent contrariæ facultatis admiſtionē,uelut etiā rubus, & ſycomorus, quāuis moderatius
adſtringant,q̄ myrti,earumq́; baccæ,ſed tñ adſtringendi vim ſenſibiliter in ſe habent. Miſtæ āt
facultatis eſt oleū myrteum:nā & ex oleo,& ex baccarum myrti,aut ipſius etiam myrti ſucco,eſt
compoſitum.Oleum aūt ipſum,emollientem habet facultatem,Myrtus autem,eiusq́; baccæ ad-
ſtringentem,nō mollire,ſed cogere,& ſtringere natam.Roſaceum item quanquā minus, q̄ myr-
teum aſtringat,tñ,& ipſum miſtæ facultatis exiſtit. Quemadmodū autem hæc per præparationē
miſtas uires hñt,ſic alia ſponte naturæ talia ſunt,uelut lentiſcus, cyperus, & lentes: quod ipſum
in ſermone de his eſt demonſtratum.Cæterum diſcuſſoria,& repurgatoria,citra ſenſibilē calidi
† *Hæc autem priuſquam uritur.* tatem facultate præſtant ex eis, quæ iam Archigenes retulit,Beta ipſa,& cimolia uſta:†priuſquā
vero uriī,imbecilior uiribus q̄ beta eſt. Sed fortior his eſt cucumeris,& bryoniæ,ac aſparagi fa-
cultas.Spuma uero argēti p̄ſtantius quidē,quā cimolia uſta pharmacū eſt, multum uero debili⁹
q̄ ad propoſitæ affectionis ſufficiat medelam. Cadmia aūt moderate habet ad mediæ magnitu
†*Spodium*. dinis achoras.Citra mordacitatē uero reſiccat†cinerula.Manna aūt ēt concoquit. Oleum uero, F
ut iā dixi,laxantem quidem habet uim,ſed eam non adeo fortem, atq; ob id per miſturam faci-
le exuperatur. Itaq; ubi fuerit cum obducentibus meatus & refrigerantibus permiſtum,uelut eſt
*hoc.ſ.oleum. ceruſſa,poſſibile eſt*hāc magis uim ſuā demōſtrare,q̄ eſt cogere,oppilare,& adſtringere ſubſtā
*contingit. tiā corporum,quæ*cōtingunt.Porro hæc oīa in Archigenis ſermone confuſa ſunt,neque in qui
bus achoris,neq; qñ eis utendum ſit,ipſo demonſtrante.Vtitur autem & uino in eodem ſermo-
ne,neq; apponit quale probet.Atqui multiiuga circa uinum differentia exiſtit. Aliud.n.auſterū,
aliud acerbum, aliud dulce, aliud acre manifeſte eſt: aliqua etiam plures qualitates ſimul ex ſe
oſtendunt,nimirum & dulce quippiā,& adſtringens,& acre complectentia. Qñ igitur ſimplici-
ter quis ſcribat,dilui debere quippiam uino,lectorem coniectare oportet,quem ſcopū pharma
ci compoſitio habeat,& ad illum reſpiciendo,id quod aptum fuerit uinum eligere. Adſtringēs
quidem ubi repellere uelit,acre uero in quibus diſcutere.Reliquis item utetur,quemadmodum
uniuſcuiuſq; uim demonſtrauimus in loco,ubi de uinorum differentiis docuimus. Acetum uero
in omni occaſione ad achoras aptiſſimū eſt,vtpote craſſos & uiſcoſos humores ſecans,atque id
quod influit diſcutiensque,& repellens.Verū ipſo non utique per ſe quiſpiā utetur,ſi quidē non
proluere,aut expurgare achoras uelit,ſed eo pharmaca diluet,moderata q̄dē,in quibus incipit
& adhuc parua eſt affectio, fortia uero in maioribus & diuturnioribus, fortiora aūt adhuc in in- G
ueteratis iā,& ægerrime curabilibus. Verum differentia pharmacorum iuxta fortitudinem iam
antè à me relata eſt. Cæterum ex relatis ab Archigene pharmacis,in totum non uti exoptem,&
ſemperuiuo,& ceruſſa.Illud.n.ſtrenuius refrigerat, quā conuenit incipientes achoras refrigera
ri.Ceruſſa uero exiguam quidem habet frigiditatem,& ex pharmacis eſt obducentibus meatus,
emplaſtica uocant,pro ea autem uti poſſumus cinerula, & pompholyge.

Quæ Apollonius in primo de parabilibus ad Achoras ſcripſit.

Apollonius ī primo de Parabilibus ad achoras, Primū quidē ſic ſcripſit:Roſaceo oleo caput
illine.Deinde poſt hoc,Betæ ſuccū ſimiliter illine. Tertiū deinceps,Teſtudinis ſanguinem eodē
mō adhibe.Quartum,Laurino oleo caput illine. Et quintum, Crocinum unguentum inunge eo
dem modo. Ex his ſane primum debiliſſimum eſt, pueris & mulierculis teneræ carnis in princi-
pio affectionis utile exiſtens: concoquit enim & diſcutit,ac repellit,eaq; omnia moderate facit.
Secundū vero,ubi betæ ſucco uti cōſulit,efficacius quidē eſt roſaceo, diſcuſſoriam uim habens,
non tñ ad fortes ac iam obfirmatos achoras ſufficit. At uero teſtudinis ſanguis curioſum,& ſu-
peruacaneum eſt pharmacū,neq; unq̄ tētaui eius periculū facere. Quòd uero deinceps ſcriptū
eſt,laurinum,fortiter calfacit, & diſcutit.opusq́; hēt corporis totius, & capitis euacuatione,quo H
diſcutiat humores achoras facientes. Crocinum deinde unguentum diſcuſſorium quiddam hēt
& adſtringens,& concoctoriū:atq; ea tria fortiora in ipſo ſunt,q̄ in roſacei natura: ex eis igiē, q̄
de illo dicta ſunt,ēt de hoc ratiocinari licet.Poſt hæc autem ipſius verbis,ita ſcriptum eſt: Tauri
vrinā affrica.deinde ſequitur,Facit & cameli urina eodem mō, Vtendū autem eis,inquit,ad plu
res dies.Verum ego utiq; dixerim ad ipſum,non eſſe q̄ ad multos dies, ſed ne ad unum quidem,
purus homo tolerare queat, ut illius alicuius eiuſmodi aīalis urina capiti affundatur, præſertim
in affectione adeo parua,& quæ facile curari poteſt. Bis enim per oīa,quod dicitur,diſtans eſt,
roſaceo uidelicet uti,quod penitus exiguam habet ad propoſitū ſymptoma facultatem: & tauri,
ac cameli urina,q̄ acerrimæ,grauiſſimæque,& penit⁹ iniucūdæ exiſtūt. Deinceps uero tale q̄dā
pharmacū his uerbis ſcriptū eſt:Furfurū chœnicē mediū in aquæ heminis duabus madefacito,
poſteaq́; terito,ac ſuccū excolato,cūq́; media aceti hemina ad limi ſpiſſitudinem coquito: &
ex eo caput fricato,deinde aqua in qua beta,aut fœnumgræcū,aut lupini cocti ſint,abluito. Vn-
guento aūt utitor fæce irini. Hoc pharmacū diſcuſſoriū eſt citra mordacitatē, ex repurgantibus
atq; extergētibus appellatis compoſitū. Eiuſmodi.n.facultatis ſunt furfur,beta,& lupini.diſcutit
aūt ſimulq́; calefacit non uehemēter fœnumgrçcum:ex eo aūt genere eſt, & irini unguenti fex.

De aceti

A De aceti uero facultate antea quoq; dictũ eſt, q̃ aptum ſit ad achorũ affectionem, quare hoc vt cõuenientiſſimo, & efficaciſſimo pharmaco utendũ eſt. Aliud deinde poſt hoc pharmacum ſcriptum eſt ab Apollonio his verbis: Cucumeris ſylueſtris radices decoquito, & ſuccũ affricato. Didicimus aũt cucumeris radici plurimũ diſcuſſoriæ facultatis eſſe. Et poſtea hoc pharmacum ſcriptum eſt: Terræ cimoliæ, ſulphuris uiui, par põdus cũ aceto terito, & in balneo affricato, calidaq́; abluito. Hoc illinire ẽt conuenit pharmacũ, non ſolũ, ut dixit, in balneo adhibere: omnes .n. habet facultates, quibus affectio indiget, aceto quidem ipſas habẽte, uelut antea eſt dictum. Solum uero ſulfur ulterius q̃ cõuenit excalfacere & diſcutere poteſt: quapropter cimoliã ei admiſcuit, q̃ compoſitionẽ ex utroq; ad moderatã temperaturã reducit. Cæterum quod ſequitur pharmacum, ubi inquit, maluã exiccatã, & tuſam in urinã inſpergito, ac affricato, reprehendo, in quantum ẽt ſuperius vrinæ uſum deteſtatus ſum, etiã ſi facultatem eius affectioni conuenire non negauerim. At quod deinceps ſcriptum eſt, in quo ait, Fici folia in aqua coquito, & aquam inſolato, iniectaq́; in ipſam fæce uſta affricato, poſt hæc uero repurgãtibus pilos, eluito, acre ualde hoc exterſoriũ medicamẽtũ eſt: q̃ ſi in balneo tm̃ adhibeatur, nõ uehementer ualet achoras irritare. præſertim ſi quis, ut ipſe deinceps iubet, proluat, hoc eſt ex aqua dulci caput perfun-
B dat. Ad illitionẽ uero eiuſmodi pharmaco uti periculoſum eſt: eſt. n. plurimũ acre medicamẽtũ fæx uſta, quemadmodũ in libris De ſimpliciũ medicamẽtorũ facultate eſt cõmõſtratum. Quòd vero ſequitur pharmacũ, ſecurũ vſum hẽt, eoq; confidenter quis utetur ex ſpuma argenti, laurinoq́; cõpoſito. Miror aũt qũo, ut laurino ſimile, oleum ſimplex admiſcet, ſic quodammodo ſcribens. Argenti ſpumam cum oleo albo, aut laurino tritam, ubi calida prælaueris, circũlinito. longe. n. deficit à laurini facultate oleum cõmune, quod albũ appellauit, è regione ipſum a laurino diſtinguens. Quin & quod poſt hoc ſcriptum eſt, cõſimilẽ hẽt abſurditatem. Pro ſpuma. n. argẽti, ceruſſa, utitur: diluit autem ipſam myrteo, aut laurino, cũ multam omnino differentiam hæc pharmaca habeãt: alterũ. n. repulſorium eſt, alterum uero plurimũ calfacit, & diſcutit. Vſuſq́; eorũ eſt, repulſorii quidẽ in principio, diſcuſſorii uero, ubi humor, qui achoras generat, iam eſt firmatus. Amplius autẽ deinceps, cum rubi canini folia contundere & exuccare iubet, dein deq́ue oleo miſcere, imbecille eſt pharmacũ, & incipiẽti affectioni ſolũmõ aptũ, utpotè cũ rubus caninus adſtringat. Tale pharmacũ eſt ẽt plumbago cũ ceruſſa uino ſubacta, uſquequo ad cõpagẽ, quæ illini queat, redigantur. Porro contrariæ prædictis facultatis ſunt, quorum æqualiter, nulla diſtinctione appoſita, meminit, id uidelicet, quod ex naſturtio, & quod ex ſcilla cõſtat, De prio-
C re quidẽ hæc uerbà tradẽs. Naſturtii & ſalis parẽ modũ adipi anſerino admiſceto, terito, ac utitor: De altero uero ſic ſcribens: Scillã in fornace uelut cucurbitam cinere obruito, cũq́; mollis fiet, exprimito, deinde ad ſuccum oleo nõ multo admiſto, illinito. Manifeſtũ uero eſt, multo uehemẽtius eſſe, q̃ hoc quod ex naſturtio apparat. Quod uero deinceps tradit, ex mitigatoriorum pharmacorũ genere ẽ, qđ ubi dolor q̃ſpiã vehemẽs circa achoras exiſtit, donec eũ leniat, cõueniẽter adhibeãt: ſi uero duros, & inueteratos achoras diſcutere uelimus, omnino imbecille eſt. Scripſit ãt in hũc modũ de eo Apollonius: § *Mitigatoria ad Achoras inflãmatos, & ad Rhagades animtumeſcentes, rimasq́; ac fiſſuras ſedis &c.* Olei q̃ optimi hemina in pilã plumbeã infundito, & plũbeo piſtillo terito, donec craſſum & ſubnigrũ reddatur: deinde ſeorſim ſpumę argẽti lib. unã & ceruſſæ tãtundẽ terito, oleoq́; admiſceto. Poſtea vero eloto, & ſiccato capite, pharmacũ illinito. Neq; vero ex ſimplici tm̃ oleo, ſed qñq; roſaceo, qñq; myrteo apparabis, & ad rugas ani intumeſcẽtes, rimasq́; ac fiſſuras ſedis, ad ulceraq́; dolẽtia, omniaq́; alia, q̃ ex fortiorũ pharmacorũ vſu exacerbata ſunt, optimum medicamentum habebis. Egregie enim ea lenit, etiã ſi ſerpendo exedentia, aut ẽt cãcroſa, aut quomodocunq; maligna exiſtãt. Nequaq̃ igitur eius cõpoſitionem nũc ſcribere oportuit, ſed quẽadmodũ ego antea dixi, ſufficiebat illud dicere, q̃ dolorifici acho-
D res eiuſmodi pharmacis mitigãtur: cõmune. n. hoc eſt in oĩbus dolore affectis, proprie ãt faciẽs ad achoras. Deinceps ãt tale pharmacũ ſcripſit: Spumæ argenti ʒ. octo, foliorũ rutæ tenerorũ ʒ. v, olei ʒ. octo, aceti heminæ quartã partẽ: ſimul trita capiti illinito. Hoc ſane pharmacũ multo vſu habemus exploratũ. Propinquũ ãt ipſi facultate eſt id qđ cõſequẽter ab eo eſt conſcriptum iuxta hãc cõmenſurationẽ: Ceruſſæ ʒ. vi, ſpumæ argẽti ʒ. quatuor, ceræ tantundẽ, ſulphuris ʒ † vi, † Al. nouem.
olei roſacei aut myrtei qđ ſatis eſt, ut ceratũ liquidũ fiat. Arida cum cerato cõmittito, caputq́ue inde illinito. Hoc ãt & ad omnes in toto corpore eruptiones uehementer cõmodum eſt, ut rite ſit ab Apollonio conſcriptũ. Quin & quod poſtea ſequitur, plurimum diſcuſſorium eſt, ut quod ſpumam nitri habeat multam, adeo ut, niſi olei multitudine caſtigetur, acrius ſit, quàm conuenit. Iubet autem ad unam ſpumæ argenti partem, quincuplum ſpumæ nitri admiſceri, hisq́ue, dum teruntur, paulatim oleum adfundi, donec ad compagem illitioni aptam redigantur.

Quæ Crito ad Achoras pharmaca ſcripſit.

In Methodo de curandis morbis uniuerſales facultates pharmacorũ ad ſingulos morbos recenſui, uerum paucorum definitæ materiæ exẽplorum mentionem feci, reiecta illic multitudinis ipſorum commemoratione. At vero in præſenti, quam nunc in manibus habemus, tractatione, oĩa quidem, quæ omnes pharmaca ſcripſerunt, longum fuerit recenſere: Quæ uero à probatis

medicis per experientiam tradita ſunt,ea omnia uiſum eſt mihi conducibilius enumerare,quō E etiā inter ſe propinqua,& quæ omnino eadem apparēt,paululum vero iuxta apponderationē aut præparationē euariant,ii,qui in his ſcriptis uerſantur,cognoſcant,eaq; maxime præparēt, quorum materiæ in prōptu habentur. Contingit.n.aliqū,ut aut in totum ea,quę in compoſitionem miſcentur non reperiamus:aut talia reperiamus,ut ipſa iniicere non audeamus. Cæterum eius maxime in componendis pharmacis cura habenda eſt, ut bona integraq́; & in uigore ſint omnia, quæ admiſcentur. Ob id igitur etiam iam omnium, quæ Crito tradidit,mentionem faciam: nam is ſane diligentius Achorum curam tractaſſe mihi uidetur.In quinque itaque ſermones doctrinam de ipſis diſtinxit,quorum primum & ipſe recenſebo.

PRIMVS Critonis ſermo de Achorū curatione. Scribit itaq; Crito hæc uerba: Ad achoras in capite contingentes,qui plerunq; furfuribus p̄cedentibus fiunt,& ferme ēt ſcabie,in principio ſubſcriptis cōpoſitionibus utemur. ¶ *Ad achoras recētes.* Glutē fabrile aqua coctū obline. *Aliud.* Papaueris ſylueſtris & hyoſcyami folia cum oleo emplaſtri more appone. *Aliud.* Fici ſylueſtris uirgulta,aut folia tenera trita cū aqua imponito. In ĩueteratis uero cū aceto terito, *Aliud.* Nucū amararū nucleos ĩ aquā tepida iniectos,& decorticatos,cū aqua terito,& cerati craſſitudine p̄raſis imponito. In inueteratis cum aceto diluito. *Aliud.* Recremēti ferri,& roſarum par F pondus cum uino terito & imponito. Quidam uero trita cerato roſaceo excepta adhibent.

SECVNDVM ſermonē ad Achorū affectionē his uerbis conſcripſit:Circuntenſa autem cute,& ob id moleſtiam inferente,ſubiectis cōpoſitionibus utendum eſt.¶ *Lipara, ſeu pinguis cōpoſitio ad achoras,pſydracas,papulas feruidas, intertrigines. Eſt commoda quoq; uitijs ſedis.* Spumæ,argenti ʒ l.foliorum rutæ tenerorū ʒ xxv, aceto diluito: & roſaceo aut myrteo excepta,cū penna illinito. *Alia.* Spumæ argēti ʒ cc,ceruſſæ ʒ cl, rutæ ʒ c,ſtaphydis ſylueſtris ʒ xxv,aceti ſextarios iii, myrtei libras tres:particulatim ſingula terito, & affuſo liquore,ut dictū eſt componito. *Alia.* Ceruſſæ ʒ cl,ſpumæ argēti ʒ cc,rutę ʒ c,myrtei ſextarios tres: particulatim tritis aquam affun-
* Aliter l. dito. *Alia.* Ceruſſæ uſtæ ʒ centum, * rutæ ʒ c,mannæ thuris tātundē, corticis pinus ʒ.l,olei myrtei ſextarios ii.aceti tātundē. ſimiliter componito. *Alia.* Recrementi plumbi ʒ.c,pampinorum
* Aliter l. uitis ʒ.c,thuris ʒ.centum,*myrrhæ & ſpumæ nitri tantundem, aceti & myrtei quantum ſufficit.

IN TERTIO āt hæc tradit: At ubi affectio inueterata fuerit,ſubſcriptis compoſitionibus utendum eſt.Et deinceps ita ſcribit.¶ *Damocratica compoſitio ad Achoras humectos & inueteratos.* Ladani ʒ.octo, ceruſſæ tantundem,ſulfuris uiui ʒ.quatuor:uino & myrteo oleo ſubactis vtitor. *Alia.* Spumæ argenti ʒ.octo,pampinorum uitis ʒ.octo,ſucci hypocyſtidis ʒ.quatuor,ſpumæ ni G tri ʒ ii, gallarum ʒ tres,aut ii,ex aceto & myrteo adhibe. *Alia.* Malicorii,gallarum,acaciæ ſiluæ
† ἴσον. † tantundem: malicorium & gallas uino macerata coquito,acaciam uero uino dilutam reliqs probe tritis adiicito,cumque recte omnia comparata fuerint,myrteo excipito. *Alia.* Spumæ argenti, ceruſſæ, hyoſcyami,miſyos uſti,ramulorum cicutæ,æquales portiones:thuris uſti,ramu-
† In antiquis co. lorum oleæ, tantundem: aceto & oleo lentiſcino exceptis utere. *Alia ualde commoda.* † Ceruſſæ
ita legitur. Ce- vſtę ʒ.octo, ſpumæ argenti ʒ.octo, attramenti ſutorii ʒ.quatuor,rhois rubri ʒ.quatuor,ſulfuris
ruſſę uſtę drac. uiui ʒ.ii,opii ʒ.ii,myrrhæ ʒ.ii,aceto & lentiſcino oleo excipe.ʒ
iiii,ſpumę argē-
ti drac.iiii, atra- QVARTVM uero ſermonē de Achoribus curādis hac uerborū ſerie cōſcripſit:Qñ uero
mēti ſutorii ʒ ii, ex his, quę ad achoras ſcripta ſunt, pleraq; reſiccant,magisq́; dolorem inferunt,utpote cute in
rhois rubri ʒ ii, ipſis affectis circuntenſa,ſubſcriptis compoſitionibus utendum eſt,per quas poſt hæc omnia ci-
ſulfurisviui ʒ ii, tra dolorem emendari licet.¶ *Leuce emplaſtrum album inexuperabile,faciens ad humectos Achoras*
myrrhę ʒ ii,ace- *& qui ægre tollipoſſunt. facit & ad Papulas, feruidas & Intertrigines.* Spumæ argenti drach.c:ceræ
to, & lentiſcino ʒ.c,alii.l.habent: ceruſſæ ʒ.c,thuris ʒ.xxv, aluminis ſciſſi ʒ.xvi,terebinthinæ ʒ.xxv, piperis al-
oleo excipe. bi ʒ.tres,olei ſextarium unum,arida tundito.Oleum uero,& argenti ſpumam,ac ceruſſam in ol
lam nouam coniecta,ad prunas coquito,atq; ubi mutationem acceperint,cerā & reſinam addi H
to,ac donec non inquinet amplius manus agitato:deinde ab igne ablatis,& quodammodo refrigeratis,arida adiicito,& in pilam trāslata diligenter emollito.Vtitor autem in linteolum impactis, ſoluitoq; tertia die. Magis autem cōmodarit pharmacum hoc, ſi cum melino emplaſtro Paſionis fuerit permiſtum,ita ut emplaſtri Leuces inexuperabilis(Anicetum Græci hoc appellant)partes duæ, melini aūt Paſionis una pars committantur. *Alia.* Ceruſſæ drac.cxx,ſpumæ argenti drac.lxxx,ceræ drac.xxiiii, terebinthinæ drac.xii, mannæ drac.xvi,aluminis ſciſſilis,viii, olei heminas ii,cōmitte ut dictum eſt.¶ *Melinum Leuci Emplaſtrum,quod omnem Fluxum reſiccat, faciens ad Achoras inueteratos & humectos.* Ceræ drac.octo, ſandarachæ drac.iiii,adipis vitulini ʒ.iiii, terebinthinæ ʒ.ii,thuris ʒ i,myrrhæ ʒ.i.aluminis ſciſſi uſti ʒ.i,corticis pinº ʒ.i,olei myrtei q̄d ſatis eſt: liquefacta cū aridis committito. ¶ *Aliud melinum Hygieni,reſiccans omnem Fluxum.* Spumæ argenti libra i,ceruſſæ lib.i,ſalis foſſilis lib.i,aluminis ſciſſi librę dimidiū,attramēti ſutorii, ſexuncē, olei ſextarios ii,aceti ſextariū i.Oleū,ſalē,ceruſſam,ſpumam argēti,donec non inquinent manus coquito: arida uero tuſa, cribrata,acetóq; diluta,ad refrigeratum pharmacum addito, paulatim adſtillādo,ac aſſidue agitādo:deinde in pilam trāslata ac probe emollita tollito ac utitor. ¶ *Thebæi Emplaſtrum ad Achoras humectos.* Spumæ argenti ʒ.xlvii,ceruſſę drach.

xxiiii,

A xxiiij, corticis thuris ʒ xij, gallæ omphacitidis ʒ xij, ceræ ʒ octo, resinæ terebinthinæ drac.xvj, olei sesquiheminam:componito ut dictum est.

QVINTVM postremum sermonem de Achoribus Crito ita orditur: Cæterũ ubi affectio decreuerit, & cicatrix pfecte fuerit obducta, ad totius mali translationẽ sub sequentibus cõpositionibus utendum est. Deinde smegmata plura scribit, unum quodq; iuxta hanc compositionis formam. ¶ *Smegma ad Achoras, Furfures, Asperitates & Scabies.* Terræ cimoliæ libr.j, nitri rubri lib.i, expressionis nucis unguentariæ sexuncem, alij lib.s. hñt: myrrhæ ʒ [a] octo, piperis albi ʒ [b] viij, nardi celticæ ʒ quatuor casię ʒ.iiij, costi ʒ iiij, cõtusa & cribata repone, ac utere in balneo. *Aliud.* Nitri rubri lib.iiij, terræ cimolię tãtundẽ, expressionis nucis unguẽtariæ lib.ii: cyperi lib. i, alij.iiij. baccarũ lauri lib.j, iridis aridæ lib.j: radicis bryoniæ, alcyonij, amygdalarũ repurgatarũ, cornu ceruini usti, singulorũ [c] librã * unã: cõponito, ut dictũ est. *Aliud.* Fæcis uini ustæ, quam Romani fæculã, nos trygã appellamus, lib.xxiij, aquæ pluuialis sextarios xlviij, thuris lib.ii, terræ samiæ lib.ij. olei sabini lib.iij. alij sextarios iiij: cerę lib.iij & dimidiã. Fæcẽ & aquã in dolium figulinũ nõ picatũ coniecta ad dies vij. madescere sinito, & ter in die cũ ferula agitato. Sequenti deinde die dissolutũ, & sacco excolatum liquorem in uas æreum splẽdidum transferto, & igni B impositũ coquito, luculentiore autem igne utaris: atq; ubi tertia pars reliqua sit, oleum & cerã injce, rursusq; ad lẽtum ignem decoque: postquam uero iniecta fuerint liquefacta, thus, & terram samiam trita addito, cõquassato, & in uitreum uas robustum transferto, tenuia.n. rumpuntur. Vsus autẽ tẽpore affectos locos circũlinens, & diligenter cõfricans, abluere iube. Præstaret quidem in balneo id facere: q; si fieri nequeat, in domo abluatur. Commodũ est pharmacũ ad oẽs sordes, asperitatemq; ac scabiẽ cutis, itemq; ad impetigines. *Aliud.* Fęcis uini ustæ lib.i, quæ pluuiæ sextarios.vj, thuris albi lib.ij, mastiches li.ij, alcyonij lib.*j, ammoniaci thymiamatis li. ij, terræ samiæ lib.ij, olei rosacei lib.ij, ceræ Tyrrhenicæ albæ li.ij. Fæcẽ in aqua ut dictũ est macerato, ter singulis diebus cũ ferula strenue agitando. Deinde excolatũ per saccum liquorem in uas splendidum transferto, positumq; ad ignem ad dimidiam partẽ coquito: deinde liquescibi liadijcito, atq; ubi dissoluta fuerint, alcyoniũ tenuissime tritũ inspergito. Habeas autẽ ad manum prõpta, in fæcis aqua dissoluta, probeq; trita, thus, ammoniacum, mastichen, terrã samiã, eaq; strigmentitia prædita crassitudine: hæc ubi adieceris, ac diligenter subegeris, insperge, & ablatis utitor. *Aliud Dyasmirnum appellatum* Fæcis ustæ li. xxiiij, aquæ pluuialis sextarios xlviij, olei sabini lib. quatuor, cerę lib. quatuor, terrę samiæ lib.ij, thuris lib.ij, mastiches †libram i, ξam C moniaci Thymiamatis lib.i, alcyonii lib.i, myrrhæ ʒ octo. Componito, ac utitor ut dictum est.

A * Al.duas.
† * *Additur in quibusdã cod. viridis ʒ.viij.*
B * Al duas.
C * Al.unciam unam.
* *Aliter ij.*
† Al.lib.ij.

Quæ Cleopatra in libro De Ornatu ad Achoras scripsit.

Porro quę Cleopatra ad achoras scripserit, ea deinceps referenti illius ipsius uerbis: ¶ Fœnu græco tenui cocto, & in betæ nigræ succo macerato, caput eluatur: aut betæ decocto: aut terra cimolia in his macerata, atq; exoluta, inungatur: aut myrto læuigata ex uino & oleo οἰνέλαιον uocant, superneq; betæ folia imponãtur. *Aliud ad ualde ulceratos.* Cerussæ frictæ ʒ ii, thuris ʒ ii, sulfuris ʒ i, trita ex oleo illinito. *Aliud, quod & ad furfures facit.* Nitri, atramenti sutorii, utriusq; ʒ i. tritis oleũ affundito, & illinito. *Aliud Ad Achoras.* Myrrhã & myrti albæ folia uiridia uino trita illinito. Aut terrã cimoliã torrefactã cũ uino nigro illinito. Aut cerussæ & plũbaginis æquales partes cũ myrteo tritas illinito. Aut sulfuris uiui ʒ vi, thuris masculi ʒ i: aluminis sciffi, staphidis sylueſtris. i. pedicularis herbæ, erucæ, spumæ nitri, singulorũ ʒ i: atramẽti sutorii ʒ i, rutæ ramulos tres. Terito aceto moderate effuso, item laurino, aut myrteo, aut crocino aut oleo ueteri destillato, quo pinguis cõpositio fiat, eãq; ubi prius hoc smegma affricueris, illinito. ¶ *Smegma.* Hyssopi chœnicẽ. i, lupinorũ chœnices ii, ptisanæ chœnicem i, fabæ fresæ chœnicã i, radicis cucumeris sylueſtris ʒ iii. Hæc trita, miscето, & adfricanda pbeto. Idẽ & ad leprã & ad uaros facit.

D

Quæ Pharmaca Soranus ad Achoras scripsit.

Quando quidem uero & Soranus de achoribus, tũ in quarto de medicina, tũ in unico medẽdi libro, quẽ Monobiblum inscripsit, pharmaca quædam tradidit, quæ etiã nobis per experiẽtiam constant, partim quidẽ proprio, partim uero præceptorũ, aut medicorum amicorum usu cognita: Quare etiã ea ipsa hic apponemus iuxta ipsius dictionẽ hoc modo tradita. ¶ Vbi multus saniei fluor existat, & uexatio doloris uehementer incumbat, lenticulam coctam tritã cum exiguo melle cataplasmatis modo imponito. Aut panẽ cũ coriãdro, aut plantagine, aut solano, aut seride, aut polygono, aut pdicio herba. Soranus quidẽ igitur uelut in implicata affectione, eiusmodi remedia adhibet, iuxta propriã sectam ratiocinatus. Apparẽt autem reuera commoda in principiis, & circa generationes, cõmuni repellẽdi ratione. Deinceps uero inquit: Vbi autem exacerbationes remiserint, radendi sunt loci, & fœnigræci decocto, aut betæ, & similium, ex aqua, non urina, confricandi: Quemadmodũ etiam nos prius reprehẽdimus eos, qui per urinam eiusmodi frictiones faciunt. Postea vero pharmaca scribit, etiam nobis, ut dixi, cognita, ¶ Plumbaginis, sulfuris uiui, æquales partes terito: & affuso rosaceo, aut myrteo, aut lentiscino donec strigmento sum reddatur, illinito. *Aliud.* Sulfuris uiui, spumæ argenti, cerussæ, omniũ æquales partes, croci dimidiam, trita cum passo cretico, illinito. *Aliud.* Rutæ leuigatę drach.iiii,

A Al.viij. B Al.viij. † Additur in ali quibus ant. olei heminam unã. C Al.viij. D Al.ij.

ſpumæ argenti ʒ viii, aceto & oleo roſaceo admiſto illine. *Aliud.* Spumæ argenti ʒ xx,[a] calcis E viuæ ʒ xx,[b] aceti hemniam unam, † terito, ac uelut liparan aliquam ſeu pinguem compoſitionem illinito. *Aliud.* Chalcitidis ʒ ij,[c] ſandaraches ʒ quatuor, ſpumæ argenti ʒ j,[d] uino auſtero, & mytreo oleo ſimul trita illinito. Huic uero deinceps Soranus aliud forte pharmacum ſcripſit, quod pro ſuæ ſectæ inſtituto Metaſyncriticũ, hoc eſt, quod ex alto euocat humores, ac tranſfert, appellauit. Conuenit autem in inueteratis, & ægre cedentibus achoribus, ex eiuſque vſu quidam medicus nobis amicus magnum nomen adeptus eſt. Olei cedrini ſextariũ j, aceti acris ſextarios iii: coquito donec exhalet acetum: deinde adiice adipis ſuilli ueteris ſale ſeruati lib. ii: eoque liquefacto ollam ab igne auferto, & nitri triti beſſem, ſulfuris uiui ſexuncem, ſandaraches unc. j, infarcito. Poſtquam uero illitũ pharmacum exaruerit, in balneo per predicta ſmegmata confricari iube, perque uinum & oua, ac nitrum, & per radicum cucumeris ſylueſtris decoctum: aut fæce rhodia & pumice, cum aqua calida.

Ad Pſydracia, & Achoras, puſtulas q; vlceroſas, helcydria Græcis appellatas, & exanthemata in capite. CAP. 9.

AD præſcriptas affectiones conuenienti uictus rõne uti oportet, corporisq; ac capitis purgationẽ adhibere, per pilulas ex aloe, colocynthide, & ſcammonia, ita ut braſſicæ ſucco F coactæ ex his pilulæ exhibeantur. Deinde ipſa locali curatione utendum eſt, cuius generis eſt, adiantum cum roſaceo illitum. Aut fœnigræci decoctum adfrictum. Aut malua cum farina hordeacea pro cataplaſmate impoſita. Aut melilotum cum farina fœnigræci ex uino impoſitum, & cicerum decocto: ipſumque cicer coctum impoſitum, nuces amaræ commanſæ, & illitæ. Diſcutit autem maxime, & lilij radix affricta, & thus cum uino, & aqua, & lupinorum amarorum decoctum affrictum, bulbi cum nitro affricti, thus ex aceto illitum, putamen mali punici cum laurino illitum, Aut anchuſæ radicem uſtam, & tritam cum oleo, donec ſtrigmentitiam craſſitudinem accipiat, cum penna illinito, & ęgrum iuuabis.

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM LOCALIVM SIVE SECVNDVM LOCOS LIBER SECVNDVS.

G

ARGVMENTVM LIBRI.

Medicamenta exponuntur ad dolores, contuſiones, ulceraque & cæteros capitis affectus.

De omni capitis dolore, dimidiaq; eius partis affectione, uniuerſalis doctrina. CAP. 1.

QVicunq;" citra diſtinctionẽ, indiſcriminatimq; doloris capitis auxilia ſcripſerunt, maius detrimentũ, q̃ emolumentum, iis, qui eis fidẽ habuerunt, attulerunt. Neq;. n. oẽs ob unã affectionẽ caput dolent, ſed tũ ipſæ affectiones plures ſunt, tũ curatio ipſarum ſingularũ propria exiſtit. Vna etenim affectio eſt iuxta intẽperiem ſimplicẽ citra humorũ cõplexum: Alia iuxta humorũ qualitatem: uelut ẽt tertia quæpiam alia iuxta multitudinem tñ ipſorum humorum contingit. Quibus accedit ea, quæ fit, cum humores tranſitus liquorum ac uaporum obturarint. Et ad hæc alia eſt, cum in quibuſdam capitis partibus, propter imbecil- H litatem flatuoſus ſpiritus innaſcitur. Qñq; ẽt ob cãm aliquã externã, procatarcticem Græci appellant, uelut eſt ardor externus, frigiditas, ebrietas, plaga capitis, dolor contingit. Vehemẽtiſſimi igitur capitis dolores fiunt iuxta caliditatẽ, & frigiditatẽ, maxime cũ inæquales exiſtãt: moderati uero iuxta ſiccitatẽ: ad humiditates uero nullus conſequitur dolor. Eodẽ mõ cum ob redundantes humores, ſiue iuxta oẽs capitis partes, ſiue iuxta unã quãcunq; tandẽ, ſiue duas, dolor contingit, uehementior quidẽ ob calidos, & frigidos, moderatior aũt ob reſiccantes citra caliditatẽ aut frigiditatẽ manifeſtã oboritur. Humectantes" uero penitus nullũ dolorẽ inducunt, quantũ ad qualitatẽ ipſorũ attinet: ob multitudinẽ ſane inſtrãlium partiũ morbos faciunt, non tñ ſimilariũ partiũ ullũ aliquẽ, in quibus ſolũ affectiones iuxta intẽperiẽ ſimplicẽ fiunt. At uero affectiones ob humorũ multitudinẽ, citra quidẽ obturationẽ, caput grauant: cum obturatione uero, ſi quidẽ ea moderata fuerit, moderate doloroſæ, ſin fortis, fortiter contingunt. Quod ſi ẽt mordacẽ qualitatẽ humorũ multitudo cõplectatur, ẽt iuxta hanc dolorẽ augebit. Atq; hæ quidem dñiæ ſunt affectionum, quantũ ad cãs attinet eas producentes. Alia uero ſunt iuxta affectarum partiũ naturam. Aliqñ. n. extra caluariam affectio eſt, aliqñ intra. Et qñq; quidem oĩum exteriorũ, aut interiorũ eſt: qñq; non oĩum, ſed unius tñ corporum generis, arteriarum uidelicet,

aut

A aut uenarum, aut neruorum, aut mẽbranarum, aut cutis, aut ipſius adeo cerebri. Itaq; difficillimum eſt affectũ cognoſcere locũ, ſiue unus, ſiue plures uno exiſtant, aut qui tandẽ hi ipſi extẽt. Nec vero affectionẽ inuenire prõptũ eſt, ſed & hoc exercitato hoĩe indiget, qui tum per rõnis exercitium, tum per multã & aſſiduã affectionis ægrorum inſpectionẽ, eam cognoſcat. Proprietates. n. aliquæ quidem oĩno dici non pñt, q̃dam uero ægre circa ægrotantia corpora oñdi pñt, vtpote, quæ tm̃ ijs, qui eas ſæpe uiderunt, cognitæ exiſtant. Non parum uero ad affectionis cognitionem faciũt quædam ex cauſis antegreſſis, q̃ priuatim procatarcticæ, id eſt antegreſſæ, medicis Græcis uocantur, uelut cum manifeſtus ſenſus, & offenſa ægros ardoris, aut frigoris cõtigit: & facile ſane eiuſmodi affectiones recentes ſanantur: probeq́; & rite ab eis initium ſumpſerunt medici, qui præſidia, ac auxilia morborum cum diſtinctionibus deſcripſerunt. Multa quidem igitur a vetuſtioribus pharmaca ſimplicia, & cõpoſita ad hmõi affectiones deſcripta ſunt. Mihi uero ẽt hic ſatis erit ex recentioribus apponere, qui ſane tũ ea, quæ ueteres inuenere, conſcripſerunt, tum ipſi ẽt alia quædam addiderunt. Equidem uniuerſum curationis ſcopum ſingularum affectionum ratio nos docet: at vero materiæ facultates, experientia ipſa demõſtrat. Per hanc igitur auxiliorum copia progreſſu temporis augetur. Atque adeo nunc tempus adeſt ser-
B moni, propria auxilia iuxta ſingulas affectiones deſcribendi, initium ab ijs, quæ ſecundum qualitates ſolas a naturali cuiuſque particulæ ſtatu diſceſſerunt, facturo.

Antiquus ĩter pſ uidetur legiſſe ἢ δ' ἐρμαϊσ-τῆς κεφαλῆς αὐτῆς. *i. aut cutis ipſius capitis, nã cerebri ſubſtantiã quã tũ ſit ex ſeſe carere sẽſu nemo dubitat. idem interpres inter particulas (uenarum & arteriarum) hẽt ẽt, tendinum, nec male. Ga. tamẽ lib. de mult. c. 4. idem ſentire uidetur.*

Quæ Apollonius ad capitis, propter ardorem, dolorem conſcripſit.

Apollonius igitur in primo De facile parabilib⁹, ad capitis dolorẽ p̱p ardorẽ, ſic ſcripſit: Roſaceo aſſidue caput irrigato: aut lanam, ſiue linteolum roſaceo tingito, & imponito. *Aliud.* Narciſſino unguento ſimiliter utitor. *Aliud.* Melino unguento eodẽ mõ utitor. *Aliud.* Aut mori ſucco per linteolũ expreſſo, cũ pari roſaceo utitor. *Aliud.* Portulacæ folia tuſa, per ſe, & cũ polentæ flore, imponito. *Aliud.* Cupreſſum teneram tritã per ſe, & cum polentæ flore, imponito. *Aliud.* Solanum per ſe, & cũ polentæ flore, imponito. *Aliud.* Seſamum terito & roſaceo adſtillato: imponito. *Aliud.* Vitis folia cocta trita cum mulſa aqua imponito. *Aliud.* Folia ricini contuſa, & in octo aquæ heminas cõiecta ſub diuo per noctẽ exponito, & cum aqua caput p̱fundito: & poſt hæc, q̃ ad huiuſcemodi affectum ſcripta ſunt, emplaſtri more apponito. *Aliud.* Conyzæ odoræ faſciculum decẽ & ſex digitorũ, in aquæ heminas octo coniectum ſub diuo per noctem exponito, & leniter aquã effundito. Vtendũ & cibi ſubtractione, & uẽtris euacuatione, ſomnoq́ue & quiete. Vitanda aũt maxime uinum, Sol, & balneum: amplius aũt, & *fomenta, clamor, conten-
C tio, omnisq́ue mentis perturbatio, & percuſſio. Atque† in loco bene perſpirabili ξ degendum.

* Al. πικρίαν. i. amarulentiam. † ἐν ἐπινοίᾳ.

Ad capitis dolorem ex frigore.

¶ Irino unguento calido caput rigato: utere ẽt lanis, ac linteolis in eo madefactis. *Aliud.* Laurino vnguento ſimiliter utere. *Aliud.* Farina cocta cũ aqua mulſa utitor. *Aliud.* Lauri folia tenera cum irino unguento trita capiti infunde. *Aliud.* Sampſucho cũ uino trito, aut roſaceo ſimiliter utitor. *Aliud.* Cyperum tuſum adipe anſerino admiſto, capiti illinito. *Aliud.* Cornu cerui exurito, eiusq́; acetabulo uinũ odoratũ dupla menſura admiſceto, terito, ac illinito. *Aliud.* Conuenient, & fomenta p̱ ſpongias calidas imbutas, & expreſſas, maxime ſi lauri folia tenera in aqua fuerint incocta, aut ſampſuchi, aut cyperi: Et lanarũ mollium pilei ungu ento irino, & uino rigati, capitiq́; circũpoſiti. Itẽ tegmina, & tepor, & ciborũ ſubtractio, ac uentris euacuatio. Amplius aũt, & ſomnus, & quies, & corporis tranquillitas, ac lætitia. Vitanda uero ſimiliter, clamor, contentio, uini potus, & frigiditas. Hæc quidẽ auxilia aduerſus capitis dolorẽ ex ardore ξ & perfrigeratione ξ obortũ Apollonius ſcripſit. Appellant aũt ardorẽ, ex Sole æſtiuo circa caput factã
D p̱ſeuerantẽ caliditatẽ. Oẽs. n. hoĩes in Sole æſtiuo diutius uerſantes capite incaleſcunt, non tm̃ oĩbus æqualiter caliditas p̱manet, ſed ſtatim quieſcit, quibuſdã ẽt ante balneũ, pleriſque vero poſt lotionẽ: quibuſcunq; aũt permanſerit, affectionẽ capitis iã iuxta habitum ſolutu difficilem, non uero iuxta ſimplicẽ mõ contactum habitũq́; ſolutu facilẽ, putantes, ardorẽ appellant: hoc Græc. κατὰ σχεσιν illud, κατὰ ἕξιν dñt. Aliqñ igitur ſola intẽperies cõſiſtit, affectione circa caput calidiore facta. Aliqñ uero ẽt humorũ, aut uaporum multitudo ad ip̃m caput decurrit, & maxime cũ redundantia q̃dã humorũ, quã Eraſiſtrati ſectatores plethorã, hoc eſt plenitudinem, uocant, in toto copore * oberrat. Fit aũt hæc quatuor humoribus ex æquo auctis, aut ẽt ſanguine ſolo. Nã cum alios quiſpiã humor redundarit, uelut eſt pituita, & flaua bilis, itemq́; nigra, eiuſmodi auctionẽ, ſiue redundantiã, non plenitudinem, neq; ſimpliciter multitudinẽ, ſed cum appoſitione pituitæ, aut bilis flauæ, aut nigræ, in corpore factã multitudinẽ dñt.† Cæterum eis, qui ex ardore caput dolent, cutis tactui aridior ad primum contactum apparet, oculosq́ue rubros hñt, frigidisq́; tum perfuſionibus, tum illitionibus gaudent. Principio igitur repulſoria curatione tuendũ eſt, ex refrigerãtibus, & adſtringentibus conſtante. Poſtea uero mitigatoria, & concoctoria pharmaca ad repulſoria admiſcere oportet. Deinde ẽt ex diſcuſſorijs quippiã addendum, paulatim detractis pharmacis, quæ repellunt. ξ Optima ſunt aũt cenſenda, q̃ tenuium partium ſuba prædita adhibentur. Qua p̱p in principio quidem melius eſt roſaceo probe apparato, q̃ frigidiſſimo caput perfundere, lanæ faſciculo in orbẽ circumpoſito, iuxta frontẽ q̃dẽ, vbi

* *Al.* ὑποτρέφεται. *i. ſubnutritur.*

† *In duob⁹ ant. co. græc. legitur* ἢ δ' ἕξιαι· ἐν μὲν ἀρχῇ μὲν ἀμφοῖν ὑπὸ τῶν αὐτῶν γίνεται βοηθημάτων. ἐπὶ δὲ τούτοις ψυκτικὴν ἅπαντα δύναμιν ἔχοντα, μεμειγμένοις σύφοις. *i. curatio aũt ĩ principio quidem ambabus ab eiſdem fit remediis: habent autẽ hæc oĩa refrigeratoria facultatẽ, non tamen adſtringentem.*

pilosa eius pars desinit: iuxta utrunq; uero eius latus, ubi pili ipsi ad aures nectunt: exinde vero E
post uerticē, non tñ longè inferius. Neq; n. facile exuritur capitis ea pars, q occiput, & Græcis
Inion, appellatur: neq; ēt citra molestiam refrigerātia sustinet, ꝑ pea ꝙ istic principium medul
læ spinalis existat, ad stipitis modum in multos ramulos diuisæ, in sexaginta ferme iuxta nume-
rum neruos. At uero regio capitis iuxta sinciput, ꝑ laxitatē coarticulationis iuxta coronalem
futurā, & ob ossium tenuitatem & raritatē, facile tum caliditatē, tum frigiditatem oīum, q adhi
bentur pharmacorū intro distribuit. Quare siue refrigerare oporteat ex caliditate ardorē, siue
calfacere frigiditatē, aptissimus est capitis iuxta sinciput locus. Optima aūt in principio refrige-
ratio ex rosaceo frigido, æstiuo tpe existente, in quo maxime ardoris affectio oboriri consue-
uit. Dictum aūt est mihi de rosaceo iam sæpe, ꝙ optimum est ex oleo crudo, quod Omotribes,
& Omphacinon bifariam appellant, citra salis admistionem cōfecto, rosis q plurimis ad ipsius
irrigationem præparatis. Sit aūt rosaceum non uetus, sed eo ipso anno confectum, siue in vere,
siue principio æstatis. Proximum a rosaceo chamæmelinum oleum locum habet, in ijs corpori
bus, quibus uehementem frigiditatem inducere veremur, qualia sunt fęminarū, & enunchorū,
ac puerorū: & quicunq; molli carne prædi ti, albumq; hñtes colorē, Soli sunt insueti. Mensuram
aūt tum rosacei, tum chamæmeli, quod ad refrigerationem attinet, ex p̄dictis corporis habiti- F
bus, & ex ardoris magnitudine, inuenire oportet, considerata simul ægri ętate, & ambiētis nos
aeris temperie, non minus aūt, & domo, in qua æger decumbit. Refrigerabis aūt q̄cunque adhi
bere uoles, in aqua uehementer frigida collocata: q si non adsit, niuem vasculo circumpones.
hoc auxiliū, siue humorum, siue vaporū multitudo in caput impetum faciat, p̄clare auxiliatur:
repellit. n. eos, infraq; in corpus detrudit, adeo vt ego in sexcentis hoc medendi mō usus, nullo
alio habuerim opus. Nā & frigidorū fontium multa Romæ ubertas est, & niuis, quemadmodū
apud nos in Pergamo, & in plurimis Asiæ Græciæq; ciuitatibus. At uero in calidis regionibus
qualis est Aegyptus, in qua & fontiū frigidorū, & niuis penuria est, necessarium est præfrigera-
to rosaceo per expositionē sub diuum per integram noctem, & per obuersionē ad auræ alicu-
ius afflatum, ita demum addere ei semperuiui succū, aut portulacæ, aut lactucæ, aut psyllij, aut
polygoni: qn & solani aliqñ paululū, & pāpinorū vitis, & vuarū immaturarum: tales. n. sunt ad-
huc tpe æstatis. A papaueris vero, & mandragoræ succo abstinendū, non. n. citra damnum re-
frigerat. Vitanda ēt, quæ cum refrigeratione manifeste adstringūt: quare, si qñ necessitas postu
let, parum quiddam ex eis ad refrigerantia admiscere oportet. Propterea sane, & solani succū,
aut nunq penitus, aut oīno parce admiscemus, sic ēt mali punici, & mali, & mespili. Ad hanc tñ G
rem malorum punicorum acidorum succus p̄stantior est, magis. n. refrigerat. Porro cum aliqñ
ruri degerem, nihilq; horū ad manum esset, cucurbitæ ramēta exuccata ad vuæ immaturæ suc-
cum admiscui. Poterit aūt quispiam in tali loco ēt seridis succo uti, lactucæq; tum hortensis, tum
syluestris, quam proprie Thridacinem Græci appellant: hortensem. n. Tridaca uocant: Et συκᾶ
μίνων. i. mororum succus aptus ad refrigerandum: sint aūt non ualde matura. Quòd si caluus sit
æger, aut oīno breues habeat pilos, maxima ubertas refrigerantium existit. Quæcunq; n. ad e-
rysipelata auxiliaria scimus ex cataplasmatis, & ceromatis humidis, ea oīa ab ardore exustis
conueniunt. Cæterum Apollonius Ricini folia tenera tusa in aquam conijcere iubet: & deinde
per totam noctem vasculum, in quo continentur sub diuum exponere, & postera die vti. Ego
quidem igitur non ualde expertus sum ricini facultatem: uerisimile est aūt Apollonium, qui lō-
go tempore in Alexandria vixit, per magnam experientiam vim eius cognouisse. Atqui oleum
ex ricino factum manifeste cognoui calidius esse facultate oleo, quod apud nos est: quare etiā
si non præsens sit, ueteri utimur. Puto autem & Potamogetonem, & Niliacum Stratioten * q-
dam refrigeratiuum habere, mirorq; eorum Apollonium nullam mētionē fecisse. Quin & Tri-
bulus apud nos, uelut ēt Polygonum quiddam refrigerans hñt, tenera uidelicet, & nondum du H
ra, ac sicca facta. Conyzam aūt nō solum refrigerare impossibile est, uerum & moderate calfa-
cere potentem noui, & miror sanè cur Apollonius eam inter refrigerantia retulerit. Quòd si, &
ab arboribus, & fruticibus, auxilia ad caput præter naturam calidius petere oporteat, † Vitex
conuenientior ad hoc existit, & Vitis, & Lentiscus, & Platanus, si quis eorum teneris germini-
bus acceptis, deinde tritis, ab ipsis succū exprimat. Erasistratas verò magnum quoddā p̄ferua-
tiuum in calidioribus habitibus tradit, cū uidelicet eos Solē perferre oportet, si spongiam latā,
& densam, ac cauā in aqua madefactā, & ꝑbe expressam, capiti imponas. Porrò signa dolētiū
caput ob frigiditatē, contraria sunt eis, q ex ardore oboriuntur. Nam & incontracta, minimeq;
arefacta, & decolor, ipsorū facies existit: & frigidis, neq; gaudent, neq; ab eis iuuantur. Quemad
modum aūt ardor non ægrè solubilis affectio est, ita neq; frigiditas ex ambiente nos aere cōtra
cta difficulter curatur, si recens est, sed sufficit oleū rutaceum calidū sincipiti, ut dictum est, affu-
sum, perfecte hoīem liberare. Si uero vehementiori calfactione opus sit, Euphorbium ad oleū
conijciatur, & quæcunque ex pipere pharmaca constant. Inungenda autem est frons, aurium
& narium meatus, hisce unguentis, maxime quidem Irino, & Amaracino, & Nardino. Quin &
† comptoria vnguenta ξ ex calfacientium numero existunt, atque adeo ipsa opulentarum fœ-
minarum

† ἄγνος græ. sed uide an legēdū sit ῥαμνος rhāmus. nā & uitiçē li. simp. med. 6. ac passim alibi calidū, & sic cum facit, quo noīe capiti ꝑter naturā calidio ri, de quo hic agit importunꝰ est, & rhamnū li. simp. med. 8. in secūdo fere ordine refrigerantiū ponit, et eius folia tenera usurpari ait, non dissimili usu a huius loci sententia. † Al. Co mmagenū ungu entum.

Aminarum pretiosa vnguenta,q̃ foliata & spicata Romæ appellant. Opobalsamũ uero sæpe experti sumus, nullum manifestum cõmodum ad ullam aliquã affectionem calfactione indigentẽ conferre. Quemadmodum autem Rutaceum oleum conuenire dixi,sic etiam Sampsuchinum,& Laurinum laudo,itemq; Serpyllinum, sæpe & in plerisq; ipsis vsus. Dandũ etiã uinum tenuium partium,& motus corporis præcipiendus,lauacraque calida, & quandoq; à raphano uomitus.

De inueteratis capitis affectionibus calidis, & frigidis.

In inueteratis capitis doloribꝰ,ac affectionibus necessario pilos radimus, aut ualde ad ipsam usq; cutẽ psecamus:pharmacaq; tũ emplastrorũ,ac ceratorũ forma,tũ ẽt liquida adhibemus,atque ea quidẽ,q̃ emplastrorum ac ceratorũ formam hñt, ratis penitus adhibemus, liquida uero his,qui breuissime pfectos pilos habent. Est ãt & horũ materia multiformis,ꝙ partim quidẽ magis,partim uero minus,refrigerentq; & calfaciant. Ea igit,q̃ frigefaciunt,ex iis,q̃ erysipelata curant,transferenda sunt:calfaciẽtia uero,ex pharmacis calfactoriis cõponẽda: quorũ simplicissimũ est ex euphorbio ꝓparatũ. Sufficit ãt uncią euphorbii unã ad tres ceræ liquefactæ in olei lib. una coniicere. Vtẽdũ ãt oleo ad oẽs affectiones calfactione opus hñtes,neq; omphacino, neq; eo,qđ uulgo ab oĩbus Hispanũ appellatur,neq; oĩno eo,qđ cũ olearum germinibus præparatur,sed eo,qđ ex maturis oliuis cõficitur apud pleraſq; gẽtes,citra germinum iniectionem. Optimũ ãt ex eis quæ ego noui,est Sabinum,non procul ab urbe Roma in Sabinorum regione prognatũ. Cæterum pharmaca,quæ recentiores medici se ipsos Methodicos appellantes, Metasyncritica,hoc est ex alto euocantia ac trãsferentia, appellant, ea oĩa ad hmõi affectiones commoda existunt: ex quibus optima etiam in septimo libro huiuscemodi tractationis, quæ ante hanc à me edita est,relata sunt. Tempus igitur iã est me ad aliam capitis transire affectionem,adscripturum primo,quæ ab Apollonio conscripta sunt,quæ iuxta illius dictionem hoc modo habent.

Quæ Apollonius ad capitis dolorem ex ebrietate & meri potu scripserit. §

Vtendũ est oĩbus descriptis auxiliis ad dolorem capitis ab ardore obortum. Quòd si dolores amplius inualescant,rutæ folia cũ aceto,& rosaceo trita strigmenti crassitudine,capiti illinenda. *Aliud.* Nuces amaras cũ aceto & rosaceo ad strigmentitiam spissitudinem tritas capiti illinito. *Aliud.* Iridẽ siccam,ac uiticem aridum*cum aceto & rosaceo,eodem adhibe modo. *Aliud.* Lauri baccam,& rutæ folia cũ aceto & rosaceo trita adhibeto. Cõueniet ãt somnus,fames,quies,corporis tranquillitas. In potu aqua calida,aqua mulsa,& euacuatio. Hæc q̃dẽ Apollonius scripsit. Atq; huius rei gratia laudare uirũ decet,ꝙ cũ discrimine de unoquoq; auxilio scripsit, cũ neque Archigenes id ipsum fecerit,quẽ,cũ posterior Apollonio natu sit,apponere quidpiam ad discriminum certitudinẽ oportebat: uerum quæ ipse in priore de Pharmacis libro conscripsit, paulo post referentur. At uero quæ ego per longã experiẽtiã de capitis dolore ex uini potu cognoui, iam exponã,utpote qui spem quidem utilitatis ipsorũ ex affectione inueni,diligentem autẽ comprobationẽ per multã experientiã feci. Capitis itaq; dolorem ex uinorum temperatura calidorum productũ indicat,ꝙ ipsum caput omnino uaporibus repletur,qñq; ẽt humoribus calida tẽperie præditis:nam & citra uini potũ eiusmodi ad caput prompte deferuntur. Curatione itaque opus est,q̃ scopũ primũ uniuersalẽ & cõem oĩbus habeat,nimirum euacuatione indigentẽ. Cum uero calidi sint,qui caput repleuerunt humores,etiã refrigerante eos medela opus erit. iubendi igitur sunt,si crudum adhuc in eis uinum permaneat,ut tepida aqua hausta,uomãt: ꝙ si etiã post cõcoctionẽ caput doleãt,refrigerãtibus utendũ est,ac repellẽtibus:quale est rosaceum per se,& cum aceto,aut hederæ,aut brassicę succo. Quin & ipsa brassicæ folia calida irrigata, capitiq; circũposita,ac obligata,naturaliter ebrietati resistũt. Cæterum somni,ac quietis cura in primis habẽda est:qđ ubi factũ fuerit per totum diem ad uesperam lotum,boni succi cibis,nõ tñ calfacientibus nutrire oportet. Sunt autem tales,ptisanæ succus, & sorbitio ex alica, & panis ex aqua,& oua sorbilia absq; garo: admisceatur aũt eis ex melle quantũ ad cõdimẽtum satis fuerit: si uero ad mel accipiendum non fuerint appositi,sales conditorii miscentur: Ex oleribus est lactuca,utpote boni succi,& refrigeratoria;& brassica,ut q̃ uapores resiccet. Sic & ex leguminibus lẽs est. Potu uero omnino aqua utendum est. At uero cum stomachus in quibusdã, propter aquæ potũ, subuertatur, malum punicũ eis insuper exhibendum est,aut solum per se, aut cum alica flaccida calida, ꝓbe cocta. Quin & mala cestiana appellata in urbe Romana,citra coctura quidẽ,sunt austera,post coctura uero stomacho satis commoda fiunt. Coquenda autem sunt ipsa in ollam nouam aqua modica infusa,deinde malo in olla suspenso,igneq; sub ollã coniecto, quo uapor ex aqua calidus sublatus coctura ipsi malo præbeat. Vuæ passæ ẽt & pyra,aliqua quidem cruda,aliqua uero ut malum ipsum cocta,stomachum corroborant. Abstinendum uerò à glãdibus palmarum,proprietatem enim quandam habent capitis dolorem inducendi. Quòd si uero post hæc probe dormire non possunt,ad balneum postridie quã celerrime inducãtur,calidaq; aqua eis in balneo sæpe affundatur:deinde ubi dormierint,aut oĩno interposito tempore quieuerint, rursum ad balneũ ducendi sunt:deinde uelut pridie cõnutriendi. Si uero moderate habeant,& aquã bibere non possint,permittendus est eis potus aquosus ex aquosis uinis, quale est in Italia Sabinũ,in Asia Titacazenũ,& Arsyenium,& Ariusiũ. Quin & moderate habẽtibus gallorum testiculi,

* Al. χλωρᾶι. uiridem.

Ita f. r. a. cap. 193. e

ſticuli,& alæ,& ex piſcibus petroſi,& teneris carnibus præditi,exhibebuntur,& columbarũ pul- E
li.Hæc uero oĩa citra garum,& uinũ, in albis ac ſimplicibus iuſculis coquantur, in quibus aqua
ſola cum oleo,& anetho,ac exiguo porro,cocturam perficiat,exiguo adiecto ſale,non ſtatim in
principio coctur æ,ſed cum iã aliquo modo flaccida facta fuerint,ac uicta. Manifeſtũ uero,q; tũ
hos,tum oẽs qui caput dolent,augeſcente adhuc & uigente dolore,quieſcere melius eſt: remit-
tenti uero ac decreſcente,in locis aptis deambulare. Apti ſunt autẽ iis,q; calfieri opus habent,lo
ci calidiores:qui frigefieri,frigidiores. Et ante cibum quidem pluribus deambulationibus uten
dum, poſt acceptum uero cibum breuibus & lentis. Oportet autẽ neq; multa comedere,neque
ſtatim deambulare,ſed poſt duas,aut tres,aut etiã plures horas. Quòd ſi quãdo ex uaporibus,&
humoribus in caput ſublatis reliquiæ quædã relinquãtur, tenuibus poris,ac meatibus impactæ,
& ob id etiã capitis dolor perſeueret, à roſaceo quidem abſtinere expedit. Vtendum eſt autem
primum quidẽ Chamæmelino moderate calido,poſtea uero Irino:maximopere enim huiuſmo
di affectiones iuuant. In balneo uero caput calida perfundatur,nõ ſolum ob id,ut quippiã circa
ipſum diſcutiatur, ſed & ſomni cõciliãdi gratia. quapropter etiã ſecundum,aut tertium etiam ad
ueſperam balneum apparandum eſt, acceptis ab eo lactucis ex aceto, exiguo,aut omnino nullo
addito garo,uerum aqua affuſa multa,ut acetũ plane exæquet, niſi omnino aquoſum ſit acetum, F
nam & hmõi magis,q; acerrimo opus habẽt,caliditatem enim in ſe aliquam tale acetum cõple-
ctitur. Poſt hæc uero poſtera die,quæ magis caput calfaciant adhibenda. Ita ut ad Irinum aliqñ
Amaracinum vnguentum addamus,aliquando uero Nardinum, quãdoque etiam pretioſa,q-
bus opulentæ fœminæ,etiam ſi nihil habeant mali,uti conſueuerunt. Per huiuſmodi ſane medi
cationis ductum,capitis dolores ex uini potu obortos in totum perſanaui, nullo ab Apollonio
præſcripto pharmaco uſus. Cum enim & per ea,quæ iam dixi,ſcopum contingerem, nullum ex
Apollonii ſcriptis ſpem mihi adiecit,ut probe dictum eſſet,& ſuperuacaneum amplius erat eo-
rum experimentum facere. Cæterum poſt prædictas tres affectiones capitis dolorem inducen-
tes, Apollonius quartam hanc inſuper addidit.

Ad dolorem capitis ex plaga, aut caſu, Apollonij.

¶Roſaceo & aceto tepefactis caput rigato. *Aliud.* Roſis ſiccis maxime coctis,aut certe in paſſo
maceratis,aut aqua mulſa tritis,pro cataplaſmate utitor. *Aliud.* Meliloto ſimiliter apparato uti-
tor. *Aliud.* Myrti albæ folia tenera cum uino & myrrha trita emplaſtri more imponito. *Aliud* Iri
no unguento & aceto illinito. *Aliud.* Abſinthium tritum cum uino,& myrrha itidem trita impo-
nito. *Aliud.* Pulegio trita ex uino ſimiliter utitor. *Aliud.* Pulegium & myrrhã trita ſimiliter adhi- G
beto. *Aliud.* Apii comas cum uino coctas ac tritas imponito. *Aliud.* Mala cotonea cocta ex uino
imponito. Conuenient & fomenta per ſpongias aqua calida imbutas,& mollium lanarum faſci
culi aceto,& roſaceo conſperſi. Ad hæc & quies,& corporis tranquillitas, ſubtractio cibi,eua-
cuatio,fuga eorum,quæ offendere poſſunt,qualia ſunt Sol,balneum,uini potus,clamor,contẽ-
tio:& ex iis quæ alimẽti loco exhibentur,acida, & acria,ac ſalſa. Hæc quidẽ Apollonius ſcripſit
de capitis doloribus ex conſpicua plaga obortis. Verum operæpretium eſt noſſe nos,eiuſmodi
affectionem nullã aliã,quàm inflammationem eſſe,quæ non ex plaga ſolum, aut caſu, ſed citra
etiam manifeſtam cauſam,iuxta omnes corporis partes,propter humorum inflammationẽ fie
ri cõſueuit. Si quidem igitur plaga uulneris, aut contuſionis cauſa exiſtat, plures ſcopi erunt ad
remediorum inuentionem. Vnus quidem in uulnere,ad quod conglutinantibus, & inflãmatio-
nem arcentibus pharmacis uti oportet, poſtquã ulceris labia fibulis impoſitis conſtrinxerim⁹.
Alter uero in contuſione:& tertius in doloribus, qui quãdoq; in ipſis ſolis pcuſſis partibus fiũt,
plerunque uero etiam aduicinas partes extenduntur. Etenim mẽbrana,quæ caluariam ambit,
& cutis quæ forinſecus circunteditur,utraque propriam ſubſtantiam continuam habet per oẽ
caput extenſam:& ob id ſane ſæpe ipſum uniuerſum dolere cõtingit,præſertim ſi uſque ad mẽ- H
branam os caluæ ambientem plaga penetret, quam diducta membrana caluariam ambiente,
oſſeque conſcalpto abraſove,carne generanda curare oportet. Quod ſi per communionem
membranę caluam ambientis,quam ad duram cerebri membranam circa ſuturas habet,etiam
intra caluariã inflammatio ipſa diſtribuatur, nõ abſque periculo eiuſmodi capitis dolor exiſtit.
Contingit autem non parum ſæpe in caſu,preſertim ex ſublimi facto,ut quædã circa cerebrum, A.l.3.frac.
aut membranas eius,partes abrumpantur:quod ubi contigit,etiam amplius capitis dolor inua- c.26. Lipp.
leſcit, ipſaque affectio tota ægre curabilis redditur, & periculum ingens,ac præceps imminet.
Optimum itaque fuerit in his, niſi ętas prohibeat, & niſi uitalis facultas debilis appareat, à ue-
næ ſectione curationis initiũ facere,& cõuenientibus capitis irrigationibus uti, ex lana nimirũ
oleo dulci imbuta, capiteque ex ea contecto. Quòd ſi quippiam horum, ſiue ætas, ſiue uirium
debilitas, aut etiam ambo ſimul, ſanguinis detractionem fieri præpediant, aluum per clyſte-
rem euacuabimus, tum ut ſuperflua in ipſo recrementa extrahamus, tum ut humores, qui ad
affectas partes inde ferri conſueuerunt, reuellamus: atque inde auxiliis ad inflammationes cõ-
modis utemur. Si uero membrana cerebri fuerit uulnerata, egregie ipſam conglutinat, in-
quit Archigenes,calaminthæ ſuccus infuſus,& farina milii arida inſperſa. Deinde butyrum,

& ro-

A & roſaceum,ac adeps ſuillus inſulſus vetus,tepefacta ac miſtim infuſa.Cæterum hoc modo affectos à vino,& cibis craſſioribus abſtinere oportet,maxime ſi febri ſint correpti. Atqui prædictã euacuationẽ conſulit etiã Apollonius,qualem autem fieri oporteat non oſtendit.At uero acetũ roſaceo admiſceri iubet,quemadmodũ in phreniticis,& lethargicis in principio plurimi medici facere conſueuerunt, uerum non recte menſurã utriuſq; dicere reliquit,Empiricorũ ſimul tranſitione vſus,non indicatione Dogmaticorũ.Affectio enim ipſa nobis indicat auxilia. Quantitatem aũt ſingulorum,& particularem materiarum differentiam,ſimul tum affecta particula,tum ægri tẽperamentũ indicat:& ad hæc uitalis facultas:deinde ætas : & ambientis nos aeris temperatura,iuxta regiones,anniq́ue tempora,& prædominantem anni conſtitutionem,euarians. In phreneticis quidem igitur,cum omnia,quæ extra caluariam, circaq́; cutem & pelliculã caluariã ambientem , ab affectione immunia ſint, ueteres conuenienter acetum admiſcuerunt: ea rõne perſuaſi,quam in commẽtariis De pharmacorum compoſitione per longũ recenſui:qñ uidelicet ad affectiones in profundo corporis obortas,pharmaca diuerſa ab ijs,quæ ad affectiones in ſuperficie hęrentes deſtinata ſunt,adhiberi oportęre dixi. Exoluitur enim omnium ipſorum uis in tranſitione per profundum,& ob id ad propria affectioni auxilia aliquando contrariæ, & no Bcentis facultatis pharmaca admiſcemus.Cùm nanq; inflammatio dolorẽ inducat, maxime contrariũ eſt acetũ reliquis auxiliis admiſcere,utpote quod neq; mitigandi,neque laxandi,uim aliquam in ſe complectatur. Sed cum per ſinciput(neq; enim per aliam quampiam capitis partẽ tranſitus patet)pharmaci facultatem intra penetrare uelimus, tũc ſane ad admiſtionem alicui⁹ eorum,quæ propria natura auxiliantur,ac in profundum ducunt, deuenimus, tenuium partium ſubſtantiam quandam inuenientes,quandoq; quidem frigidam,uelut acetum:quandoque uero calidam,velut euphorbiũ,affectione,quæ curationi ſubiacet,conſiderata ac perſpecta,num calfacientibus opus habeat,an refrigerantibus. Iuxta hanc igitur ratiocinationẽ, ſi quidem craſſæ cerebri membranæ nudæ roſaceum offeratur,quemadmodum in illis,quibus capitis officulũ aliquod exciſum eſt,fieri conſueuit,ſolum ipſum leniter tepefactum adhibemus.Cũ uero citra denudationem per capitis iuxta ſinciput partem,ſana,& integra exiſtẽte caluaria, roſaceũ ad cerebri membranam peruenire uelimus,acetum ei,ut eo perducat,admiſcemus : cuius itẽ rurſus uehemens facultas tũ per uiarũ tranſitionem,tum per roſacei miſturã,exoluitur.Quapropter Apollonius in eo quòd acetum roſaceo indefinite admiſcere iuſſit,peccauit . Cutis enim capitis,aut quæ poſt eam eſt membranę caluariam ambientis,inflammationes,citra quidẽ vehementẽ doClorem obortæ,per exigui ſane aceti ad roſaceum admiſtionem iuuari poſſunt:lædentur aũt ubi magnæ fuerint,doloremq́; vehementem induxerint.Deliquit amplius Apollonius,quòd neq; tempus vſus ſingulorum ab eo deſcriptorum auxiliorũ appoſuit. Quædam enim incipientibus & naſcẽtibus adhuc inflammationibus auxiliantur:quædam etiam in uigore cõſiſtentibus, aut decreſcentibus,aut etiam induratis,opem ferunt. Roſaceum itaq; cum aceto incipiẽtibus:in uigore vero conſiſtentibus,roſaceum ſolum adhibemus: quemadmodum etiam in induratis,abſinthiumq́; ac pulegium ei admiſcemus:ac uero quæ citra indurationem decreſcunt inflammationes,pharmacis laxãtibus appellatis ſolum opus habẽt.Relata eſt autẽ tum materia,tum compoſitio ipſorum in prioribus huiuſmodi tractationis commentariis,quos edidimus, antequam opus ſumus aggreſſi, in quo affecti loci multam indicationem faciunt ſimul cum ipſis affectionibus ad inuentionem remediorum . Cum igitur affectiones ab Apollonio deſcriptæ quatuor ſint,quæ capitis dolorem faciunt,ob manifeſtas cauſas obortæ: deinde uero ex ordine tranſierit ad eas,quæ ex obſcuris cauſis producuntur: merito ſane quis ipſum reprehenderit, non ſolũ quòd à dogmatica deſciuerit doctrina,ſed quòd neque empirica ſit vſus. Diſtinguunt enim ẽt hi affectiones per ſymptomatum concurſus,ſyndromas ab ipſis appellatos,qui ſane accidentiũ Dad morbos ipſos congregationes ſunt,quæ omnibus euidenter apparent:in quibus concurſibus etiam externas cauſas ipſi comprehendunt,tanquam partes totius concurſus exiſtant. Verum nullam talem congregationem,neque ſymptomatum ſiue accidentium,neque ſignorum,Apollonius ſcripſit,quemadmodum diſcemus ubi,& ad ſequentem uiri doctrinam non minus,quàm ad priorem animum adhibebimus.

Condependens ex præcedenti Apollonij doctrina, ad Temporum ac totius Capitis Dolores,citra manifeſtas cauſas obortos.

¶Vnguento Mendeſio caput illine. *Aliud.*Adipem anſerinum Mendeſio unguento dilutum illine . *Aliud* . Myrrham uino quàm optimo tritam , & ad ſucci ptiſanæ craſſitudinem redactam , illine. *Aliud.*Myrrham vnguento pretioſiſſimo tritam ſimiliter adhibe.In pueris autem ſinciput dolentibus,myrrha cum oleo trita vtitor. *Aliud* . Viticis ſemen tritum & aqua dilutum imponito,aut linteolo illitum ſimiliter imponito. *Aliud.* Lolii farinam cum adipe anſerino contritam pro cataplaſmate imponito,adipe prius liquefacto. *Aliud.* Portulacam per ſe,& cum lini ſemine tritam imponito. *Aliud.* Oleæ folia tenerrima oleo ac uino nigro affuſo terito,ac imponito. *Aliud.*Cinerem quemcunque habes aceto aut aqua diluito,eoque caput rigato . *Aliud.* Solanum, & terram figulinam trita,ac læuigata imponito . *Aliud.* Halicacabi fructum cum adipe anſerino,

anſerino,aut unguento balanino tritum adhibeto. *Aliud.* Lentiſci folia trita ex aqua impõnito. E
Aliud. Blitum tritum ac oleo dilutum adhibeto. *Aliud.* Ricini ſemẽ aqua tritum imponito. *Aliud.* Coriandri ſemen & anethi trita ac melle miſta imponito. *Aliud.* Melanthium tritum,ac oleo dilutum imponito. *Aliud.* Cuminum & adipem anſerinum trita imponito. *Aliud.* Succum papaueris fabæ ægyptiacæ quantitate,& ſalis partes duas,& pulegii partem unam, cũ aceto & unguento optimo trita illinito. Conuenit item cibum ſubtrahere,& aluum euacuare,caputq; contegere: amplius uero & quiete agere,omnemq; motum uitare. Quod igitur Apollonius,quemadmodum dixi, indefinite tradendo hæc remedia ad capitis dolores abſque manifeſta cã factos dupliciter peccarit,neque ut dogmaticus uir affectiones explicans, neque ut empiricus earum concurſus,id ipſum ex illius ipſius dictione didicimus. Quòd uero & pharmacorum facultates inter ſe non parum differant,ex tota uirium ipſorum perpẽſione diſcere licet. Etenim primum ab eo deſcriptum ſimplicis eſt potentiæ laxantis: talis enim eſt Mendeſii unguenti facultas. Secundũ vero eãdem uim intenſe poſſidet,in quo ad Mendeſium unguentũ anſerinus adeps admiſcetur. Tertium autem propter myrrham quidem reſiccatorium eſt,unaq; calfacit,propter uinum uero adſtringit,utile iis exiſtens,in quibus redundantem humiditatem ſimul repellere,ac diſcutere propoſuimus. Scimus porro myrrhę odorem plurimis etiam ſanis dolorem capitis inducere: F
quare ſane eos ipſos,qui iam caput dolent,non parum offendet. Eiuſdem autẽ facultatis eſt,& quod ſequitur quartum. Quintũ uero nõ probe ad horũ uim accedit,ubi. ſ. cataplaſma ex aqua & viticis ſemine cõponit,quod non ſolum ab utraq; facultate tum calfaciendi,tũ reſiccandi,q

†*Videtur hic ẽt viticis ſemen inter refrigerãtia agnoſcere, vt ſupra car. 132. H & inf. car. 136. F. contra quã li. ſimp. med. 6. Sed & tritura, et aquæ affuſione præſertim diuturna, & repetita perire eius caloris plurimũ neceſſe eſt, ita vt, dum tenuitate ſubſtantiæ ſuæ aquæ uires alterius ducit, refrigerare poſſit.*

bus ea præſtant,quæ ex myrrha compoſita ſunt,multũ deficit, † ſed & contrarium facere poteſt in iis,qui caput ob frigiditatem dolẽt. Quod uero deinde ſequitur ex lolii farina,& anſerino adipe cõpoſitum,in quibus reſiccare intendimus,utile eſt,neq; in capite ſolum,ſed,& in aliis partibus rationabiliter adhibetur: id ipſum uero ob anſerinum adipem citra moleſtiã reſiccantẽ cõtingit,abunde enim pharmacum hoc & mitigat,& ſedat dolorem. Verum quod deinceps ſequitur,de quo hæc uerba ſcripſit: Portulacã per ſe & cum lini ſemine tritam imponito. refrigeratorium eſt pharmacum,præclare faciẽs ad affectiones calidas. Quod vero poſt hoc ſcriptũ eſt hoc modo: Oleæ folia tenerrima,oleo,ac uino nigro affuſo terito,& imponito,dolorem quidem nõ mitigat,uerum humiditates ſuccorum euacuat. At uero qđ deinceps ſcriptum eſt, forti facultate præſtat,in quo uidelicet iubet cinerem aceto,aut aqua dilui,eoq; caput rigari. Si quidẽ enim ex aceto p̃paretur,inueteratas affectiones,& in ſcirrhum induratas ſanare poteſt, nõ tamen doloris mitigatiuum exiſtit. Si uero cũ aqua cinis diluatur ac percoletur, fortitudine quidem pluri G
mum ab eo deficiet,quod ex aceto conſtat,neq; tñ ſic doloris mitigatiuum erit: Quemadmodũ neq; id quod poſtea deſcriptũ eſt,ex terra figulina & ſolano compoſitum. Superfluam autẽ cõpoſitionem Apollonius in eo,quod ex halicacabi fructu conſtat, oſtentat, utpote quod neque prædictis,neq; poſtea dicendis,quicq̃ amplius habeat. Quemadmodũ ſane ea,quæ deinceps ſequuntur ſingula alia facultate prædita ſunt. Non rite autẽ facit hæc omnia indefinite tradendo. Quid enim ſimile habeat cataplaſma ex blito cum oleo trito,ad illud quod ex ricini ſemine, aut coriandri,aut cumini,aut melanthii,cõponitur? Calefaciunt. n. hæc & reſiccant,blitum uero debiliter humectat & frigefacit. Porro quod in fine ſermonis ipſius ſcriptũ eſt,primũ neq; ab ullo in vſum aſſumi experiũdi gratia cõſuluerim,ne dum ſæpe. Raro. n. cogimur pharmacis ex opio uti,cum uidelicet præ doloris uehementia homo de uita periclitatur: quanq̃ & tunc ſolidæ partes ex eius uſu offendantur,adeo ut poſt hæc correctione opus habeant. Sic & ex opio collyria detrimento fuerunt,adeo ut debilem oculũ reddiderint,& uiſus hebetudinẽ,amblyopiam Græcis appellatam,induxerint: Velut etiam auditus grauitatem inducunt, quæcunq; ad uehemen-

F† *Additur πλείονος, i. copioſo, in cod. antiquis.*

tem aurium dolorem ex papaueris ſucco, † compoſita ſunt. At uero ob capitis dolorem vehementem nemo vnquam animi deliquio comprehenſus mortuus eſt, neque ſe ipſum occidit, H
quemadmodum quidam coli dolore uexati fecerunt. Vtcunq; enim doleant,longe minor ipſorum dolor eſt,quàm eorum,qui coli,aut auris,aut oculi,aut dentis,dolore uexantur. Mitigantur illi ipſi perfuſionibus,& illitionibus,& cataplaſmatum impoſitione.

Quæ Archigenes ad Capitis Dolorem remedia conſcripſerit.

Relato igitur iã Apollonio,ad Archigenem tranſeamus,qui in priore libro de Pharmacis ſecundum genus ei inſcripto,hoc modo ſcripſit. ¶ *Archigenis ad Capitis dolores citra febrem obortos.* Communiter in principio auxiliatur eis aquæ potus,parcitas cibi,ſolutio alui. Hæc præfat° de inceps pharmaca multiformia conſcribit,Præſtabilius igitur mihi uidetur ſingulatim unamquã que ipſius dictionẽ in manus ſumptã cõſiderare: & primum ſane principium eius collaudare, in

*Al. Apollonius.

quo manifeſte diſcrimẽ ab eo quòd quis nõ febriat inductũ diſtinxit. Fuit itaq; *Archigenes nõ quidem vulgaris medicus,velut & Mantias,& Heraclides empiricus: verum ad diligẽtiã quam circa artem fecit,etiam hoc Archigeni acceſſit,quod poſterior natu illis ipſis fuit. Cæterum maximum hoc cenſeri debet iis, qui artem quancunque tandem rationalem ediſcere rite uolunt, cũ natura apti ad eã fuerint,ingenioſiq̃ue,& à pueris in primis diſciplinis eruditi. Pleriq; aũt ex iis qui eiuſmodi artes tractant,non ut ipſi ſapientes in iis euadant,ſed ut uulgo tales uideantur,

ſtudio

A ſtudio hñt. At vero Archigenes, ut ſi quis alius, quæ ad medicam ſpeculationẽ attinent, diligenter re uera ediſcere ſtuduit, atq; ob id merito ſcripta q̃ plurima memorabilia reliquit. Non tñ in oĩbus ſane, quæ tradidit irreprehenſibilis mihi vr̃: uerum ueluti ipſe pleraq; eorum uirorum, a quibus adiutus optimus euaſit, reprehendit, ſic par eſt, ipſum delinquentem a nobis poſteris examinari. Difficile.n. eſt, ut, qui homo ſit, non in multis peccet, quædam uidelicet penitus ignorando, q̃dam uero male iudicando, & quædam tandem negligentius ſcriptis trahendo. Quemadmodum ſane & nunc mihi in diſtinguendo non febrientes a febricitantibus, peccaſſe uidetur, cum non omnes eorum, qui non febriunt diſtinctiones, & diſcrimina appoſuerit.

De ijs, qui ex ſtomacho caput dolent.

Statim igitur primum in his diſcrimen eſt doloris capitis ex ſtomacho producti. Quidam.n. etiã ſi pauxillus quiſpiam humor acris in uentre, & præſertim circa os eius, congregetur, ſtatim caput dolent: Atq; ob id, ſi diutius famẽ tolerent, offendunt, augetur.n. ipſis mediam ferentibus eiuſmodi humorum malitia. Eos igitur, qui hoc mõ affliguntur ſanare oportet, ita ut nihil reme diorum capiti adhibeamus, q̃quidem neq; proprius eſt hic capiti affectus, ſed ab humorum in uentre malignos vapores excitantium in ipm adſcenſu affligitur: Quemadmodum alii in ſuffu-
B ſorum ſymptomata ob hmõi hnmores incidunt. Quæ igitur horum erit cura? ut uidelicet affligentes in uentre humores, q̃ celerrime euacuemus. Euacuantur autem ad uomitum procliues, facile ab aquæ potu: ægre uomentibus uero difficilius, adeo ut ẽt digitorum, ſiue pinnularum immiſſione uẽter ad uomitum irritatus, quibuſdam nihil amplius effuderit. His igitur conabimur q̃ primum cibum boni ſucci, ac ſtomacho commodum exhibere, ſi res ita ferat a balneo: ſi non, ante balneum tantum cibi offeremus, ut ne lædantur inde poſtea lauantes. † A cæna autẽ modicum abſinthium in potu dabimus: atque ita & poſtridie faciemus: eoq; modo in poſterum diætam ipſis conſtituemus, donec ualde bene concoquentes ipſos uideamus: atque tum ſane panis pauxillum eis præbebimus circa tertiam, aut quartam horam, aut paulo prius, uel etiã ſerius, ut ſatis amplum ſpatium ad conſuetam balnei horam interſit. Quicunque uero panem citra obſonium edere non pñt, iis oliuas, aut* palmulas, aut uuas, aut tale quiddam addemus, per experientiam cognoſcendo quid ex eis p̃ſtet, cum aliud alio melius ſit iuxta naturæ proprietatem. Cæterum ad uitioſorum in uentre humorum redundantiam, tum facultatis concoctoriæ debilitas, tum oris uentris infirmitas, plurimum conferunt. Quemadmodum ẽt ſenſuum mollities, & ad hæc" caput ad eiuſmodi humorum uapores ſuſcipiendos aptum, quemadmodum & in quibuſ-
C dam oculi. Ego quidem igitur ſæpe, & in multis expertus ſum hanc quam narraui curandi uiã, ad capitis ex ſtomacho dolorem commodam. Archigenes uero cum ſimpliciter ad oẽm capitis dolorẽ citra febrẽ, cibi parcitatem auxiliarem ſcribat, palàm facit, ſe nihil de eo, qui ex bilioſo humore oboritur, ſcire. Quod ſane ẽt amplius quis crediderit, qui poſtremam eius dictionem legerit, quæ hoc modo habet. ¶ *Archigenes*. In his uero, qui ex ſtomacho caput dolent, flatuoſeque diſtendũtur, acetum, in quo papaueris capita incocta ſint, affundito, aut ſpongias eo imbutas imponito: deinde polentã cum menta, & aceto fronti pro cataplaſmate imponito. Aut pulegium cum iiſdẽ. Aut ſolani ſuccum cũ roſaceo illinito. Stomachũ quidẽ os uentris appellat, cum & medici hanc partem ita appellare ſint adſueti, qui ẽt ſtomachica animi deliquia appellant: & quoſdam ſtomachicos eſſe dicunt, a quopiam uidelicet in eo loco oborto affectu, ita appellantes, uelut ẽt hepaticos ab hepate, & colicos a colo, & nephriticos a renibus, & ſplenicos a ſplene affectos. Vnam autem ex ſtomacho affectionem doloroſam ſcripſit, quæ caput occupet, eorum, quos ipſe flatuoſe diſtẽtos uocauit, quam ex uini largi potu magis oboriri ſcio. Qui n. propter humores acres caput dolent, mordacem dolorẽ, non diſtendentem, percipiunt. Fames igitur in diſtenſionibus commoda eſt, at non iis, qui mordaces humores in ore uentris hñt. Cum
D ita que hic mordax humor fuerit amarus, pallida & flaua bilis appellatur, quæ ob naturalem leuitatem ad uentris os ſurſum fertur. Cum uero pituitoſus, aut acidus, aut ſalſus fuerit, magis in totius uentris ſpatio continetur, q̃ p in ore ipſius firmetur. Optimum autẽ fuerit (quantum ſanè nunc in his dicere licet) in fundo uentris ipſum contineri, facile.n. relicto uentre in inteſtinum delabitur: Peſſima autem fit affectio, ubi vitioſi humores in uentris tunicas ineluibiliter fuerint imbibiti: Quorum" optimum remedium eſt ex aloe pharmacum, quod aliqui picram hoc eſt amarum, aliqui hieram id eſt ſacrum, ex aloe appellant, inq; eius compoſitionem aloes drachmas centum coniiciunt, & ſex uniuſcuiuſque reliquorum, quæ etiam ſex numero exiſtunt, cinnamomum, ſpica nardi, xylobalſamum, maſtiche chia, aſarum, crocus. Præſtantius aũt fit pharmacum ubi minus de aloe additur. Viſa nanq; mihi eſt, nimia eius copia centum drachmæ eſſe, ad proportionem reliquorum, quibus hæ adduntur, quap p etiam per xc. drachmas ipſum compoſui, & per lxxx: Quin & per pauciorem aliqñ crocum, propterea p quidam ex eius vſu capite lædantur, quod ipſum ſæpe ex ſolo croci odore perpetimur. Quare optimam eius eſſe compoſitionem iudicans, quæ ex aloes drachmis xc, & croci drachmis v, conſtat, hac ego utor. His uero, q̃ neque croci odorem citra moleſtiã ferunt, ſed ſtatim capite replentur, ex quatuor croci drachmis pharmacum compono. Cogor autem aſſidue hoc pharmacum præparare, p p ea quòd non ſolum

† *Aetius habet, Acœna parum bibant, poſtridie mane ab ſynthio, & eadẽ diæta utantur.*

* *Ex Aetio qui hæc omnia ad verbũ accipit loco φοινίκων. i palmularum, reſtituendũ eſt λευκῶν, ut tota oratio ſit (ijs oliuas albas, aut uuas) Nã Gal. Dioſc. Athenæus, & alij palmulas dolorem capitis facere perhibent: oliuas autẽ albas, & Oribaſius cõmendat, & Plinius pro ſtomacho corroborando: meminit etiam earũ Cod. lib. huius tractatus quinto.*

ſolum his,de quibus iã dixi,ſed & ſuffuſorum ſpeciẽ patientibus, aut ẽt alia ſymptomata ex ſto- E
machi affectione hũtibus,id ipſum exhibeam,& p̃terea iis,qui aluo adſtricta laborant, & mu-
lieribus,q̃ non probe purgantur. In quibus maiorem efficaciam hẽt, ubi aloes drachmæ lxxx,
& croci vj,fuerint commiſtæ.Præſtat aũt,& carpeſium pro aſaro coniicere,q̃q̃ ẽt utriſque con
iectis aliqñ compoſuerim. Datur ad ſummum ex pharmaco hoc drach.una,cum aquæ calidæ
cyathis nõ pluribus,quàm tribus:minimum uero dimidium eius præbetur. Datur & intra hos
modos,quantitate iuxta ætatem,corporis magnitudinem,conſuetudinemq́ue,permutata.

Quæ Archigenes conſequenter ad primam dictionem ſcripſit, in quibus eſt etiam Galeni cenſura.

De iis quidem igitur,qui caput ex ſtomacho dolent hæc ſuffecerint. Tranſeundũ itaq; iã ad
ea, quæ Archigenes poſt primam dictionem deinceps ſcripſit.Faciã aũt iuxta ſingula ipſorum
cõſimilem expenſionem,qualem circa primam feci,connectendo ad ipſa,p̃p̃ rerũ conſequen
tiam,ẽt ultimam ipſius dictionem. Sed nunc a ſecunda initium faciam. Irrigationes autem, ſi „
quidem a frigore,aut hyeme patiantur,conueniunt,oleum tepidum, & illitio narium, ſuccus è „
baccis lauri expreſſus,aut oleum laurinum,aut vnguentum Syriacum,aut cicinum,aut ſtyraci- „
num,aut gleucinum,aut tale aliquod aliud calfactoriũ. Vt igitur a poſtremo exordiar, opinor „
ip̃m reſinam,quæ ſua ſponte emanat,dicere,quæ plurima in Lacedæmone prouenit:& Capne F
læon,hoc eſt oleum fumoſum Ciliciæ:& Amaracinum,ac Styracinum in Cyzico,& qđ in Per-
ga apparatur Irinũ.His uero vnguentis nares oblinere operæpretiũ ducit, quo per odorẽ ipſo
rum caput calefiat:qđ ip̃m inde euenire manifeſte apparet adeo,ut & idiotæ vulgo his utãtur,
& maxime eis, q̃ facile parari p̃nt. Parabilia aũt ſunt aliis alia,quæ uidelicet apud ſingulos re-
dundant. Et apud nos ſanè in Aſia agreſtibus,& ruri degentibus hoĩbus cedrino appellato uti
mos eſt:& ſi qñ eius inopia ſit,piſſelæo,quo noĩe id appellant,quod ex oleo,& liquida pice cõ
ſtat. Admiſcent autem tum huic,tum cedrino,oleum aliqui plus,aliqui minus, in quantum ui-
rium ipſorum uehementiam exoluere uelint. Vtuntur autem oĩbus, quæ dixi,& circa caput,&
præſertim circa ſinciput,ueluti dixi. Illinunt & frontem ex eis,& aurium meatus:quidam ẽt ue-
ſtigia pedum,ac ſedem.Cæterum cum Archigenes ſuccum è baccis lauri expreſſum dicit,quod
ſimpliciter laurinum dicitur,ipſum nominare putandum eſt:uelut id, quod oleum admiſtũ ha-
bet,laurinum oleum appellatur. Syriacum uero unguentum, eum dicere Comagenum exiſti-
mo,q̃quidem id ipſum nobis ex Syria apportatur.Aeſtate uero,aut ubi aliàs æſtuoſe diſtẽdun „
tur,per acetum,& oleum,aut aquam,& roſaceum. Amplius uero, & per polygoni ſuccum,aut „
portulacæ,aut ſolani,aut aliquo alio ex refrigerantibus irrigato, ſpongiasq́; poſca imbutas ca- G
piti imponito.In hoc ſanè ſermone uidebitur forte quibuſdam negligentius legentibus, unam „
ſimplicem affectionem Archigenes curare:uerum non ita habet. Ex eo.n.q̃ æſtuoſe dicit,cali- „
dam affectionem indicat:ex eo uero,quod addit, " diſtenduntur,affectionem,quæ hoc modo a A.l.3.f.m.i.
flatu uentoſo affligitur,oſtendit:ut nõ ſolum ſm intemperiem mutata ſit,ſed etiam uaporoſi fla c.5.f.19.c
tus redundantia adſit.In principio itaque in eiuſmodi vtriſque affectionibus,refrigerantiũ au-
xiliorum facultas apta eſt, quæ intemperiem calidam refrigeret,& uentoſi flatus allationem re
pellat,& retundat.Atque mea quidem opinione præſtiterit diligentiorem rei inquiſitionẽ fa-
cere.Aliqñ etenim ex corpore uentoſus flatus affertur, quemadmodum in doloribus capitis ex
ſtomacho relatum eſt:aliqñ uero in ipſo capite generatur. Venter nanque interdum ægrè ſolu
bili modo inflatur: interdum uero etiam poſt ipſum ſita inteſtina, q̃nque quidem ieiunum,aut
tenue inteſtinum,q̃nque etiam colum.Nihil igitur mirum eſt,neque impoſſibile,eandem affe-
ctionem in quibuſdam iuxta caput partibus obortam,uentoſum flatum generare: Cuius gene
rationis in locis circa uentrem cãm inuenimus, tanti caloris inopiam, ut ex cibis, ac potibus
vaporoſum,& uẽtoſum flatum generet:propter infirmitatem uero comprehenſiuæ facultatis
interna ita affectarum partium capacitas infletur,& expleatur.ut propter expletionem quidem H
diſtendatur,p̃p̃ tenſionem uero dolore afficiatur.Inuentum equidem,& hoc nobis in commen
tariis eſt,in quibus cões,& generales dolorum cauſas conſiderabamus,q̃ ob diſſolutionem cõ
tinuitatis ſimilarium partium,dolor oboriatur.Diſſoluunt autem ipſam erodentia, diſſecãtia,
diſtendentia,& uehementer calfacientia,ac refrigerãtia.Quapropter in doloribus circa caput,
ægros interrogare conſueui,qualiſnam eorum qualitas ſit. Quidam enim uelut erodantur cor
pora,doloris ſenſum perceptant:quidam uero uelut diſtendantur,aut grauentur,aut tundãtur,
aut ſolius vehementer inualeſcentis caliditatis,aut frigiditatis. Si quidem.n.uelut erodantur,
aut pungantur,ſenſerint,uel humorum,vel eiuſmodi flatus acredo cauſa putanda eſt:ſi uero ci-
tra morſum diſtendantur,repletionem diſtenſarum partium,uel per uentoſum flatum, uel per
multi humoris influxum,cãm putabimus:In quo genere, & inflammatio,& eryſipelas exiſtit:
inflammatio quidem,ubi inflammata corporis pars multum ſanguinem in ſe cõtinuerit;eryſi-
pelas vero,ubi bilioſum continuerit humorem: q̃ ſi ex vtriſque redundantibus pars aliqua ex-
pleatur, aut inflãmatio eryſipelacea,aut eryſipelas inflammatum,oborietur,Et ne exiſtimet q̃s
longum nos ſermonem de una particula iuxta unum ſymptoma affecta facere: communis.n
omnium dolore affectarum ratio eſt: & ſi quis diligenter in articulos digeſſerit, promptior ac
expeditior.

A expeditior ad auxiliorum inuentionem in omni affecta parte fuerit. Quod.n. artis coniecturale
eſt, id maxime in affectionum cognitione conſiſtit. Quæ ubi inuentæ fuerint, curationem non
coniecturaliter, ſed ſcientifice indicant, cum hoc, q̃ & agnoſcere datur, q̃ ægre aliquæ affectio
nes medelis cedant: in quibus rationabiliter iuxta indicationem remediis utimur, etiam ſi ni-
" hil efficere in principio appareãt. Atq; hoc eſt, quod in Aphoriſmo dictum eſt, in quo ait, ‖ Oĩa 2. Apho. 52. Ex. ord. 19. d
" ſecundum rõnem facienti, ſi iuxta rationem non ſuccedat, ad alia tranſeundum nõ eſt, manen
" te eo, quod uiſum eſt a principio. Aliquando.n. adeo uehementer in anguſtiis meatuum flatus
" vaporoſus infarcitur, atq; eo adhuc magis viſcoſus, aut craſſus humor, ut multo tpe opus ſit ad
curationem. Etenim quæ ſic infarcta ſunt, attenuare oportet, meatusq; dilatare per quos excer
nantur, habita ſimul ꝓuidentia ne quid aliud, puta humor, aut eiuſmodi flatus amplius influat:
& ad hæc, corroborandum eſt affectum membrum, ut neq; ipm uentoſum flatum gignat. Qui
igitur primi ad eiuſmodi affectiones pharmaca cõpoſuerunt, merito uaria materia opus habue
runt. Siquidem influentem ſubam, ſiue humor, ſiue uapor fuerit, repellere neceſſarium exiſtit:
impactam uero concoquere, & attenuare, eandemq; ipſam diſcutere: atq; nihilo minus, immo
magis, circa affectam partem firmitatem inducere, ne uidelicet quod influit ſuſcipiat, attenua-
B tum uero excernat, impactumq; concoquat, & attenuet. Verum in miſtura pharmacorum hac
facultate præditorum, alius alio fœliciore coniectura uſus: alius minus, alius magis, commodã
fecit compoſitionem. Quapropter uelut noſtis (ad uos.n. ſodales loquar, quibus maxime hæc
ſcribuntur) duo oĩno uidiſtis mihi præparata pharmaca eundem effectum promittentia, qñq;
ẽt tria & quatuor, & ex horum miſtura in ægre curabilibus affectionibus a me ſæpe, quod opor
tuit factum eſſe. Conſidero nanq; in quonam eorum copia, ſimplex pharmacum calfaciens ſu-
peret, aut frigefaciens, uelut etiã reſiccans, aut humectans, aut tenuium partium, aut craſſarum:
Deinde contemplans quid effecerit, quod ægro iam fuit admotum, ſecundũ uſum, aut ꝑ aliud
quoddam, aut per hoc ipm facio: ſæpe quidem ad aliud, quod idem promittit, trãſeo: aliqñ ue
ro utraque committo, ac medium quiddam ex eis conficio. Talia aũt oĩa abunde a me non uni-
uerſim tm̃, ſed & particulatim, in medendi methodo relata ſunt: noſſeq; oportet, quod & iã an
te dixi, hanc tractationem illam ſequi: & cogor tĩ etiam nunc rurſus meminiſſe, quo magis ea,
quæ iſtic tradidi, aſſequamini. In prędicta itaque affectione, calore doloroſo prædominãte una
cum flatu uentoſo, in principio quidem repulſoria curatione utendum eſt, quę ex refrigerantiũ
facultate conſtat: quod ubi moderate factum eſt, ex mitigatoriis, ac concoctoriis medicamen-
C tis quippiam admiſcere ad repulſoria oportet. Deinde etiam diſcuſſoria addenda, ita ut paula-
tim repulſoria pharmaca detrahamus, donec ad contrariam miſturam perueniat pharmacũ ei
quam a principio habuit, hoc eſt, ut plurimum quidem diſcuſſorium ſit, & attenuatorium, mi-
nus uero concoctorium, & mitigatorium, minimum autem repulſorium. Portulacam quidem
igitur refrigerantis, & aquoſæ ſubſtantiæ eſſe didiciſtis: minus ea Polygonum: in Solano autẽ
tm̃ admiſtum eſſe craſſæ, & terreæ, quantum adſtrictionis. Acetum uero repulſoriam ſimul, &
attenuatoriam, & diſcuſſoriam habet facultatem, tanq̃ quod temperamento, tenui frigiditate
ꝑpolleat, quemadmodum exacte ſerenus aquilonaris aer. Didiciſtis ẽt roſacei facultatem, q̃ ui
delicet, & repulſorium quiddam habeat: habet autem, & concoctorium, & mitigatorium, & ad
hæc ẽt diſcuſſorium. Merito igitur Archigenes in prędicta affectione eiuſmodi pharmacis uti-
tur, ipſum quidem per ſe ſolum acetum, neq; alibi exhibens, neq; hic, ob facultatis ipſius uehe-
mentiam: admiſcet autem ei, uel roſaceum, uel aquam. † Tranſeamus autem iam ad ſequentẽ
" Archigenis dictionem. Si uero augeſcat affectio, perfecta cibi abſtinentia congrua eſt. Deinde
" uenæ ſectio è cubito, & alui euacuatio per ualidum clyſterem. De his auxiliis dictum a me pri⁹
eſt, quando Apollonii dicta conſiderabam. Vbi ſane in bilioſis cauſis fami renunciaui, uelut e-
D tiam uenæ ſectionem in pueris, & ſenibus, ac uiribus debilitatis fieri prohibui: laudaui autem
euacuationem per clyſterem, non ſolum propter euacuationem eorum, quæ in inteſtinis conti
nentur, ſed etiam ob reuulſionem eorum, quæ ad caput feruntur. Atque ob id probe in his, quę
ſcripſit Archigenes non ſimpliciter dixit, Euacuatio alui per clyſterem, ſed addidit ualidũ: mul
tum enim in huiuſmodi clyſteri ſitum eſt, quantum ad reuulſionem attinet, ultra hoc, quòd nõ
ſolum ea, quæ circa uentrem, & meſaræum ſunt euacuat, ſed etiam quæ circa hepatis ſima hæ-
rent. ¶ *Archigenis*. Irrigationes autem, ruta cum aceto, & oleo trita. Memores affectionis ad
quam auxilia ſcribere propoſuit, ſic iudicamus unumquodque eorum, quæ recenſere cœpit.
" Affectionem itaque ſic ſcripſit: æſtate uero, aut ubi aliàs æſtuoſe diſtenduntur. Deinceps uero
" refrigerantis facultatis auxilia ſubiecit. Et poſtea inquit: Si uero augeſcat affectio, perfecta ci-
" bi abſtinentia, & uenæ ſectio, & clyſter ualidus adhibeatur. Et poſt hæc propoſitam conſcripſit
dictionem, in qua cum aceto, & oleo tritam rutam adhibere iuſſit, non apponens an uiridem
an aridam uelit: eſt enim non parua differentia, cum arida multo acrior, & calidior, quàm uiri
dis exiſtat. Mihi ſane uiridem conſulere uidetur, neque enim aceruatim, ſubitove a refrigeran
tibus ad contraria tranſgreſſus eſt. Acetum uero ad hoc, quòd refrigerat & repellit, diſcuſſo-
rium quid habere antea dictum eſt. Mitigatoriæ autem, & laxatoriæ facultatis exiſtens oleum

† *In cod. antiquiſſimo græco hæc habentur interiecta, quæ tamen in alijs non inueniuntur. De cephalalgia per ſympathiam facta. Si uero per ſympathiam ſtomachi fiat, qui imbecillis circa concoctionẽ ſit, uel materiã in ſe ipſo aliquã, aut pituitoſam contineat, uel non recte concoquat, conſiderãdũ rurſus, an per calidam intemperiem, uel frigidam. Siq; per frigidã, neceſſe eſt per roborãtia ac calefacientia prouidẽtiã facere: ſiue ro per calidam, per refrigerantia, & contemperantia.*

meritò

merito ipſis admiſcuit. *Alia.* Succus è lauri baccis expreſſus cum aceto,& ruta.Hæc priore lon- E
ge efficacior exiſtit:ad ſuccũ nanq; è lauri baccis expreſſum fortiter calfaciẽtẽ,rutã admiſcuit
cũ aceto,relicto oleo. *Alia.*Succus radicũ iridis cũ aceto.Hoc remediũ nihil calfactorium habet,
melius itaq; fuerat ip̃m primum in tranſitu ad p̃clariora auxilia poſitũ eſſe. *Alia.*Salicis folia tri
ta cum aqua.Hoc præſcripto ex iride imbecillius eſt,atq; iis, quæ oĩum primum ſcripta ſunt ſi-
mile,ut intempeſtiue nunc ab eo ſit relatum. *Alia.*Serpyllum cum aceto, & oleo tritum. De ace
to,& oleo prius dictum eſt:adiecit aũt nunc eis ſerpyllum acris qualitatis pharmacum,& ob id
etiã calfactoriæ facultatis.Negligenter uero ẽt hic reliquit,an uiride, aut aridum uelit;præſtite-
rit aũt fortaſſis uiride intelligere. *Alia.* Polygonum cum ruta,oleo,& aceto dilutum. Polygoni
ſucco primo ſermone,ut refrigerante uſus eſt,nam & re uera talis exiſtit. Quare ẽt ad inuetera
tos dolores iuxta primum tranſitum rõnabiliter quis eo utetur,ruta admiſta. Aĩaduerſione aũt
dignum eſt in ſingulis contrariæ facultatis pharmacorum miſturis, ut in principio parum ex p̃
ſtantiore admiſceamus:iuxta ſecundũ uero,& tertiũ uſum,copiam augeamus. *Alia.*Amygdalæ
amaræ delibratæ tritæ cum aceto, & oleo irrigationis modo adhibitæ, aut cerati craſſitudine
in linteolo fronti impoſitæ. Et hoc ad primum tranſitum pertinet:didicimus n.diſcuſſoriam ci
tra mordacitatem facultatem amygdalas amaras habere. *Alia.*Ruta ſylueſtris cum oleo, & ace F
to eodem modo.Inordinatè rurſus hoc,ualde forte pharmacum interpoſuit, in doloribus mul
tum inueteratis merito adhibendum. *Alia.* Populi albæ fructus cum aceto tritus. Diſcuſſoriæ
facultatis eſt albæ populi fructus.In quibuſdam aũt exemplaribus non cum aceto, ſed cum po-
ſca,ſcriptum reperitur. *Alia.*Ocymi ſemen cum aqua. Ocymi ſemen calfactoriæ,& attenuato-
riæ eſt facultatis, non tñ uehementer:cum aqua aũt ſola in inueterata affectione minime rõna
biliter quis eo utatur,melius.n.erat oleum,& acetũ, uelut in aliis dixit,ẽt huic admiſcere. *Alia.*
Facit & balſamum,peucedanum,caſtorium,ſimul,& ſingulatim unumquodque,cũ oleo, & ace
to.Hoc pharmacum rurſus uehemens eſt,maxime cum ip̃m peucedanum ſolum adhibeatur ci
tra caſtorii admiſtionẽ. Quid uero balſamũ nunc uocet,non habeo dicere;num uidelicet plan
tę fructũ, aut ſuccũ, quem opobalſamũ uocant, aut ramulos ipſius xylobalſamum appellatos.
Melius tñ mihi vr̃ opobalſamum accipere,quod tenuium partium,& diſcuſſoriæ ſubſtantię exi
†hic etiã pro ἀ- ſtit.non tamen manifeſte calentis. *Alia.*Lauri folia,& populi albæ,&† uiticis,cum oleo, & ace-
ρου reponenda to.Et hoc pharmacum ex ſimplicibus facultatibus differentibus compoſuit: lauri.n.folia calidiſ
ῥάμνου exiſti- ſima,uiticis uero moderatè refrigerantia ſunt, in medio utrorumq; populi folia exiſtunt. *Alia.*
mamus.uide ſu- Panacẽ cum oleo illinito.Nihil hic refrigerantium admiſtum eſt:& ob idualde inueteratis affe G
pra car.132.H ctionibus,& nihil amplius caliditatis habẽtibus utile exiſtit. Quapropter merito quis ipſum re
prehenderit,citra diſtinctionẽ pharmaca auxiliaria conſcribẽtẽ.Panacẽ uero negligenter nũc
ipſum dicere puto,panacis radicẽ: neque.n.opopanaca putandũ eſt ab ipſo panacẽ dictum eſ-
ſe:differt aũt à radice hic non paruo caliditatis exceſſu. *Alia.* Viticem aut mentam,amygdalas
amaras,iridem,æquali menſura cũ aceto,& roſaceo miſta adhibeto.Aliorũ uires ſupra relatæ
ſunt:mentæ aũt nunc primum mẽtionem fecit,pharmaci calfactoriæ facultatis. *Alia.* Aut moro
rum ſucco cum aceto admiſto rigato.Hoc pharmacum euidenter apparet refrigerãtium medi
camentorum generis ab ipſo conſcriptorum eſſe,quæ incipiente affectione conueniunt, mini
meq; recte nunc ad pharmaca auctis affectionibus cõmoda admiſcent. *Alia.*Inueterata ãt affe-
ctione pilis denudato,illitionibusque,& rigationibus p̃dictis,craſſius tñ apparatis utitor. *Alia.*
Reſinam cum melle tẽporibus,& fronti illine.Aut mulcerdas cum aceto, & roſaceo. Tertium
hoc tp̃s eſt,& opportunitas in capitis remediis adhibendis.Primum nanque erat incipiente af
fectione.Secundum uero,ut ipſe ſcripſit,augeſcẽte.Tertium autẽ hic,cum ait inueterata, quod
ipſum uehementioribus auxiliis opus habet,quorum aliqua non recte prioribus admiſcuit. H

De ijs,qui ob bilioſum humorem caput dolent.

Signa in his,ſimilia ſunt eis,quæ ex ardore oboriũtur,accedit his maior morſus & faciei pal
lor,& aliquãdo oris amaritudo.Aetati autẽ uigoris,& tẽperaturis calidioribus,& uitæ curioſę,
& iis qui flauam bilem congregant,hæc affectio præcipue cõtingere ſolet. Itaque balnea tẽpe
rata,& unctiones,& potus dilut⁹,eis exhibẽda ſunt, omnisq; uictus ratio liquidior,& boni ſuc-
ci cõſtituenda.Euacuandus item bilioſus humor p̃ abſinthii cremorem,aut per aloen,& per ip A.1.3.fin.2.
ſam picram antidotum per ſe datã,aut modica addita ſcãmonia,uel per catapotia ex aloe con c.11.&2.pri.
fecta.Illinenda frons paſtillo croceo,aut Trigono appellato,aut aliquo alio his conſimili.

De dolore capitis per conſenſum.

Si quidẽ uniuerſo corpori caput per conſenſum,conficitur,illi,cum aduerſus intemperiẽ.tũ
aduerſus exuperantem materiam,inſtandum.Et ſi quidẽ humorũ multitudo,& maxime circa
uenas fuerit,uenã ſecabimus.Si uero qualitas magis inualuerit, purgatiuo pharmaco utemur.
Si uero uini alicui parti condoleat,uelut hepati, aut uẽtri,aut ſtomacho,his ipſis auxiliabimur,
calida q̃dẽ in ipſis ſubſiſtẽte intẽperatura,panẽ ex uino diluto exhibendo,& ſorbitiones ex ali
ca:Et foris irrigationes moderatè refrigerantes, & firmitatem addentes,uelut antea dictũ eſt.
Si uero propter uiſcoſos,& craſſos in ſtomacho contentos humores caput doleãt, etiam hos
exturba-

Aexturbabimus,acetum mulſum in potu præbendo,oxymeli dicunt, tum ſimplex, tum Iulianium appellatum. Ex hyſſopo ẽt ac origano potionibus,& quæ his adhuc fortiores ſunt, magiſq; incidendi ui præditæ,utemur,& uomitu a raphanis,irrigationibuſq;, ac cataplaſmatis calidioribus.

De capitis in febribus dolore.

In doloribus capitis,qui in principio cum febribus irruunt,uena ſecanda eſt poſt primã,aut ſecundã remiſſionem,niſi quid impediat, & præſertim in corporibus bonæ habitudinis, & multo ſanguine redundantibus. Aĩaduertendum aũt,num ob uapores a uẽtre ſublatos,aut ob alui ſuppreſſionẽ,capitis dolor contingat. Quod ſi ſerius poſt ſeptimũ tandem irruat diem, aluo per clyſterẽ qui aliquid operæpretij faciat,p̃euacuata,cucurbitæ ad occiput ſiue ceruicẽ affigantur, caputq; rigationibus ex oleo mitigetur,roſaceo quidẽ in calidioribus,ac hora æſtiua, & cũ exiguo aceto:chamæmelino uero in frigidioribus habitudinibus,ac hyeme,quinta aceti parte adiecta. Illinenda frons ex cyphi in frigidioribus,ex crocomagmate in calidioribus. Cęterum ad capitis dolores ob febris magnitudinẽ obortos,medelæ p̃ſcriptæ ſunt in febriũ tractatu. Porrò utare oportet hæc,non ſolum in dolore capitis per conſenſum ſtomachi oborto, ſed oĩbus ẽt aliis circa caput obortis affectionibus: ſunt aũt ea,q̃ ſequuntur: Viticis ſemen, abſinthii ſuccus, lac in potu,
Bglandes quercinæ in cibo,oliuæ nigræ, arbuti fructus mæmecylon Græcis appellatus, eruũ qd̃ ipſum ẽt articulos diſſoluit. Amplius aũt offendunt myrrha,thus,hederæ cacumina. Mentem ẽt perturbant lentiſci fructus,crocus,peucedanum,cyclaminus ſicca cũ uino potata. Styrax paucus quidem potatus triſtitiam uultus diſcutit,multus uero ſomnos multum turbulentos inducit.

De Cephalæa capitis dolore antiquo. *CAP. 2.*

CEphalæa inueteratus & ægræ cedens capitis dolor appellaẽ, qui ex faciliori occaſione,maximas exacerbationes hẽt,adeo ut neq; ſtrepitus,neq; uocẽ uehementiorẽ, neq; lumẽ ſplẽdidum,neq; uini potum,neq; odoramenta caput replentia, tolerare poſſint, neq; item motum, ſed in quiete,& tenebris ob dolorũ magnitudinẽ decũbere uelint: tanq̃ a malleo.n.pertũdi ſibi uidentur. Quidam.n.uelut contundantur,aut diſtendantur ea,q̃ circa caput ſunt,ſentiũt:nõ paucis uero uſq; ad oculorum radices dolor progreditur. Hẽt aũt hæc affectio aliqñ quidẽ cõtinuos dolores:aliqñ uero exacerbationes,& interualla ſiue ordinata,ſiue inordinata. Intermittunt.n. qñque eiuſmodi exacerbationes,uelut in comitiali morbo apprehenſis,intercediq̃; tempus aliquod,quod oĩno accuſari non poteſt. Manifeſtum igitur eſt,hanc affectionem conſimilem aptitudinem capitis,ut facile lædatur,uelut in cephalalgicis,id eſt capitis dolore uexatis,habere: ue-
Crum ad maiorem debilitatẽ deueniunt in hac affectæ capitis partes. Et quidã ex eis cerebri in uolucra dolitant, quidã uero membranam tm̃ caluariam ambientem. Dolores igitur cum grauitate,humorum multitudinem ſignificant:cum mordacitate uero,aut humorum,aut uaporũ acredinem:cum pulſu aũt,inflammationem,cum tenſione uero,ſi quidem citra grauitatem & pulſum fiat,flatus tenuis & uentoſi multitudinem demonſtrant:cum pulſu uero, mẽbranoſi corporis inflammationem. Si uerò cum grauitate diſtentio fiat, humorum multitudinẽ intra membranulas contentam. & dolores quidem in ſuperficie hærentes, membranæ os caluæ ambientis affectionem ſignificant:qui uero in profundo ſunt,cerebri inuolucrorum: quibuſcũque.n.affectio intra caluariam eſt, his uſq; ad oculorum radices dolores procedunt, propterea q̃ oculorum tunicæ ex cerebri inuolucris habeãt ortum. Si uerò humor putrefactus calidior fiat,cum febri caput dolitant. Febricitant aũt oĩno,& qui ex inflammatione dolent. Si quidem igitur humorum aut uaporum multitudinem repereris cauſam,ſi quidem p̃ totius corporis repletionem facta eſt, uniuerſo corpore euacuato,capitis dolorem ſanabis. Si uerò uelut debile exiſtẽs caput ad ſe ſublatos humores,ac uapores ſuſceptet,materiam reuellere oportet in totum corpus, atq; ita particulæ mederi. Per clyſteres itaq; reuulſio fit,& ligaturis extremitatum, & pluribus infernarũ partiũ
Dconfrictionibus:interdum ẽt ſanguinis ex cubito detractione: q̃ ſi amplius ſanguis redundare uideatur,ẽt ex naribus aperta uena,& quantum ſufficere uidetur,ſanguine euacuato. Deinde hieram dabimus exacutam. Et poſtea apophlegmatiſmis pituitam detrahentibus, & medicamẽtis, quæ naribus induntur utendum eſt,qualia ſunt,quę ex elaterio,& cyclamino cum lacte,& porro apparantur. Caput autem curabis, qñ quidem reuulſoriis uti oportet, per repulſorias irrigationes. Cæterum poſt totius corporis euacuationem,iam caput euacuantibus uteris,deinde ijs,quæ firmitatem addere poſſunt admotis. Repellit igitur oleum omphacinum,& roſaceum,per ſe,& cum aceto,& quod ex papaueris capitibus,& oleæ teneris germinibus,& hederæ cacuminibus, ac menta uiridi apparatur. Afferantur autem remedia tepida quidem,ubi frigidior, & crudior fuerit humorum multitudo,frigida uero ubi calidior,& bilioſior extiterit. Diſcutit autem oleum dulciſſimum calidum, & magis inueteratum,itemque ſicyonium. Si uerò craſſior ſit humorum multitudo, ſpondylium, aut ſerpillum, aut pulegij comam, aut calaminthen,aut mentam oleo incoquendo,multitudinem euacuabis. Eadem hæc etiam firmitatem parti addunt, quapropter uſque ad perfectam curationem,eis uti conuenit. Omnium porrò longè maximè diſcutit,& perfectè corroborat uerbenaca recta,maximè uiridis:immo & arida cum radicibus, & ſimul cũ ſerpillo, oleo incocta. Conijcienda etiã ad ea crocodiliadis maximæ, iuxta aquas naſcentis radix.

Quin & ipſam per ſe uerbenacam ſi oleo incoxeris, caputq; inde rigaueris, omni capitis dolori E antiquo ex frigiditate, aut ex craſſis humoribus, oborto, medeberis. Maximè etiam proſunt ſub aquario uaſe naſcentes aſeli, Millepedę appellati, ſi oleo incoquantur.

Archigenes de apophlegmatiſmis.

¶Poſt hæc uero Apophlegmatiſmi, quibus pituita a capite detrahitur, ex ſinapi, aut hyſſopo cum paſſo cocto: aut ex ſtaphide ſylueſtri.i. pedicularia herba cum pipere & melle trita: aut ex oleo admiſto melle: aut ex ſtaphide ſylueſtri per ſe, uel cum melle trita. Pharmacorum quippe, quæ pituitam a capite euacuant, & medicis pro more apophlegatiſmi appellantur, materiã poſtea referam: nunc aũt tm̃ oſtendere commodum fuerit, q̃ hocce auxilium pituitæ infeſtantis eſt medela, quemadmodum ſanè & ipſum nomen eius apud Græcos oſtendit. Archigenes aũt calidam & flatuoſam affectionem ſe curaturum pollicitus eſt, non frigidam & pituitoſam. Iuuantur aũt plurimum lauri, aut rutę, aut panacis, aut papaueris capitum, aut baccarum lauri, decocto perfuſi. Fortibus calefacientibus pharmacis, non ſcio qũo papaueris capita non inſtrenue refrigerãtia annumerauerit, cum in ſermonis contextu ſingulis dictis aliquem per ſe uti poſſe oſtenderit, & fortaſſe ẽt aliquando ſimul miſtis: Non tamen manifeſtum fecerit, num quippiam ex papaueris capitibus ipſis adiiciendum ſit, quo uidelicet aliorum pharmacorum uehementia minuatur, F & mitigetur: an & ſolis aliqñ utendum ſit, quod ſanè incipiente, & augeſcente affectione tempeſtiuius fieret: inueterata.n. affectione non ſolum non proſunt, ſed ẽt nocentiora capita papaueris exiſtunt. Commodum eſt & ex ſalibus fomentum. Omnem rationem Archigenes hic confudit, cum fomenti mentionem faciat per pharmacum reſiccans quidem * non ſtrenue, uerum & calfactorium quiddam in ſe habens. Meminiſſe.n. eum oportebat, q̃ cum calidam affectionẽ curare aſſumpſiſſet, aut ſemper ab illa ipſa indicationem ſeruaret, aut de trãſmutatione in diuerſam ſpeciem quippiã diceret, iuxta quam temporis progreſſu calore ſedato, obduratio, aut intenſio, aut tale quiddam acceſſiſſet, quod contraria curatione indigeat, & non ea, quæ in principiò fuit determinata. Poſt perfuſiones uero aut fomenta iuuantur, ſi lini ſemen roſaceo infartum adhibeas, & lanas ſordidas ex aceto roſaceo calidas circũponas, ac obliges. Hoc mitigatiuum eſt auxilium, cum uehementer infeſtat dolor, una cum hoc, q̃ & ſubiectæ commodet affectioni. Quare ubi ad intenſum capitis dolorem remedia ſcripſit, iſtic præſtiterat ẽt de hoc fomento mentionẽ facere. Verum pro præſenti temporis opportunitate, de qua nunc ſermo inſtat, ſi quis fomentis aut cataplaſmatis uti uelit, fomenta ex milio meliora fuerint. Quemadmodum enim ‖ Hippocrates ait, leue & lene miliũ exiſtit. Sales uero ob grauitatem moleſti ſunt, præſertim capiti admoti. G

* non particulã, Græci ueteres qui dam codices non habent.

de Rat. uict. c. 2. t. 6. 7. 117. a

De Cataplaſmatis in capitis dolore, Archigenis.

¶Cataplaſmatis uero utere hordeacea cruda farina, quæ iridem contuſam habeat, admiſtã. Aut rutæ ſemine eodem modo. Aut fœniculi radice ſimiliter. Aut cruda hordeacea farina cum aceto mulſo apparata. Aut polenta & pulegio miſtis. Et hæc cataplaſmata ad ſecundam temporis opportunitatem pertinent, quã ſupra augeſcente capitis dolore conſtituit: nam, & hunc mitigant, & affectionẽ iuuant. Aut Nilei pharmacum, caſtorii & iridis decima parte admiſta, cũ aceto & roſaceo imponito. Nilei quidem igitur pharmacum quod ad emplaſtri formã paratum eſt, iã olim nobile, & laudatum pharmacum eſt, & ob id omnibus notum: promittit autem reliquiarũ inflammationum in præcordiis inueteratarum curationem. uerum eorum, quæ ei admiſcentur, caſtorij uidelicet, & iridis, Archigenes obſcure miſtionem conſcripſit: incertum.n. num alterius ipſorum decimam Niliacei malagmatis partem eſſe uelit, an utriuſque. Verũ mihi præſtabilius vr̃ utriuſq; decimam partem admiſcere. Oportet aũt caſtorium atq; iridẽ probe trita eſſe, & Nilei pharmaco diligẽter emollito paulatim hæc admiſceri, manibus partim roſaceo, partim aceto madefactis. Aut nuces amaras decorticatas, & rutam, ac parum ex iride, cũ aceto & roſaceo cõmittito: & malagmatis forma imponito. Cum eiuſmodi multa pharmaca circa ſecundum proH poſitæ affectionis tempus Archigenes conſcripſerit, facultatis ipſorum expoſitionem illis feci. Aut uiticis ſeminis, perſææ uiridis foliorum, & myrrhæ, æquales partes cũ unguento Aegyptio fronti cataplaſmatis modo imponito. In ſola Alexandria perſææ arborẽ uidi, & in nulla alia Romanis ſubdita gente. Quidã perſion ipſam appellant, aiuntq; in perſis lethalem eius arboris fructum eſſe, cũ qui in Aegyptiorum regione, innocuus exiſtat. At uero Aegyptium unguentũ, non ſolum ſic, ſed & Mendeſium noĩatur. Quidam ẽt Megaleum uocari aiunt, utroque cognomine a Megalo, qui ipſum compoſuit accepto: & ab illius quidem proprio nomine in denominatiuorum forma Megaleum, a patria uero ipſius Mendeſium, appellari. Eſt aũt laxatoriũ, & ſedat dolores. Aut ſulfur, caſtoriũ, baccas lauri, æquis portionibus, cum cerato roſaceo infarta, tpibus & fronti imponito. Hoc pharmacũ multũ calfacit, & frigidas affectiones relaxare poteſt. Aut caſtorium, & peucedanum pari menſura. Conſimilis eſt & huius pharmaci facultas cum præſcripta. Quòd ſi affectio pleueret, uenæ frictione a naſo, aut fronte, aut cucurbitis ad occiput affixis, utitor ſanguinis a locis affectis detractiones in affectionibus inueteratis conuenire oẽs fere medici confitentur. Verum cucurbitæ ad occiput affixæ, ex reuulſoriis auxiliis ſunt cum humores ad oculos, aut ad anteriorem capitis partem ferri conſuetos auertere conamur. Aut ſternutatorio

quopiam

A quopiam concutito, fasciolaq; collo circumposita spiritum cohibere iubeto. Vtilitatē ex hoc auxilio indicauit ꝑ uerbi, cōcutito, adiectionē. Quod uero fasciolā collo circūdare iubet, ad uehementiorem affectionē pertinet. Aut per nares purgato. Hoc præfatus deinceps ea, quę per nares purgant, recensęt, de quibus ego sermonē deinceps faciā, uelut ēt de apophlegmatismis, ubi pharmacorū, quæ capiti adhibent tractationē absoluero. At vero in uehementer inueteratis sinapi, ut moris est, capiti adhibe, & perure. In oībus plurimū inueteratis affectionib⁹, cū nihil ꝑfecerint reliqua auxilia, curationē Metasyncriticā à methodicis appellatā oēs fere adhibere cō sueuerūt, prioribus medicis haud scio qua rōcinatione primū ad eius usum ꝑgressis. Ego uero cū intemperies quępiā humida & frigida, aut per se ipsam in partibus affectis adest, aut propter eiusmodi humorū frigiditatē fuerit oborta, ex sinapi, & thapsia, ac similib⁹ adhibeo pharmaca: calidis uero & siccis nō adhibeo. Cæterū hi, qui affectiones cognoscere nō possunt, ad eiusmodi pharmaca uelut ad sacrā appellatā anchorā confugiunt, & ob id sæpe quod conuenit perficiūt, quòd plerosque hominum eiusmodi affectiones propter malam & uitiatam diætam infestent.

Archigenes, de ijs, qui ex ebrietate caput dolent.

¶ In ijs q̄ ex ebrietate caput dolēt, iridē siccā & uiticis folia ex aceto & rosaceo adhibe: aut apij
B comas coctas in uino impone: aut pulegium ex uino eodem modo: aut Mendesium vnguentum per se, uel cum anserino adipe irrora: aut myrrham cum uino Medensio impone: aut rutæ folia, baccas lauri, uiticem, populi albæ fructum æquali mēsura trita, cū aceto & oleo tepefacta irrora. Cæterum amethista, quæ ab ebrietate prēseruent, huiusmodi esse poterunt. Absinthium mane ieiunis bibendum præbe: aut myrti florem, & myrrham, ac rutam trita ex aqua. De ijs, qui ex ebrietate caput dolent satis dictum à me est, cum ea, quæ Apollonius ad hanc rem tradidit, expenderem. At uero post hanc præscriptam Archigenis dictionem alia sequitur de ijs, qui caput ex stomacho dolent, de qua iam dictum est.

Eiusdem Archigenis Amuleta, quæ capiti coronæ modo circumpositæ & alligata, dolorem eius arcent.

Quandoquidem uero & amuleta ad dolorem capitis Archigenes scripsit, quę quidem nullā medicam rōnem hñt, ea his, qui talia per experientiam cognouerunt, & secundū mirabilē quandam contrarietatem hoī incognitam efficacia esse dñt, relinquam. Quæ uero ab eo iuxta medicam rōnem tradita sunt, selecta referam tm̄, iuxta illius ipsius dictionē, quemadmodum hactenus de pharmacis facere consueui. Polygoni duos ramulos coronæ modo imponito. Quòd polygo
C num calidis & flatuosis capitis doloribus conueniat, ipse prius dixi. Nihil itaq; miri est, in talib⁹ sæpe ipsum iuuisse: nam ꝑꝑ ardorem & ebrietatem dolores capitis assiduè cōtingunt. At uerò ꝙ duos omnino ramulos esse oporteat, ab illis adiectum est, qui polygoni utilitatem ex † incognita contrarietate, & non ex ipsius temperamento procedere uolunt. Aut cichorium quod Romani intubum olus appellant, ægri capiti imponito, & maximè si ex ardore doleat. Rectissimè appo suit si ex ardore: ego uero etiam apponam, si ex ebrietate: sic.n. & rosaceæ coronæ iuuant. Eas igitur uolenti itidem licebit adscribere, numerumq̄, quemcunq; tandem uelit, addere, & ex totidem rosis nexam coronam capiti mederi assęuerare. Deinceps callitricho coronare caput operæpretium ducit, quod trichomanes, inquit, quidam appellant. Ego uero eos, qui de herbis scripserunt, adiantum magis appellare callitrichum scio, q̄ trichomanes. Deinde paulo post philanthropio herba coronari iubet, & palmulæ masculæ cortice summo. Et post hæc in hæc uerba scribit: Aut aduersus Solem ægrum expositum, donec dolor quiescat, finito. In amuletorum sermone & hoc ab eo relatum est, quod quidem ex frigiditate dolens caput iuuare potest, si neq; hu moribus oībus æqualiter redundet homo, neq; ex cruditate laboret, aut aliquem uitiatū humorem in uentre, maximè circa * cauitatem eius habeat: uerum calidos capitis dolores, ex quorum
D numero sunt, & ex ardore, ac ebrietate oborti, non parum lædet. Consimilia his deinceps scribens, ad chamæmelum peruenit. cuius experientiam habemus, quod capitis dolorē iuuet, si quis eo, uelut ante dictum, queat uti. Appellat autem Archigenes Anthemidem hanc herbam, quem admodum alij multi: & ait florem quidem ipsius tritum olfactu prodesse, folia uerò olfactu summè nocere. Liberat a capitis dolore uerbenaca herba, quam aliqui hieram, idest sacram uocāt, tum coronæ modo circumpositā, tum illita ex rosaceo & aceto. Hoc auxilium oportebat eū non nunc inter amuleta, sed prius inter medicamenta referre, si quidem re uera ei confidit, per longam experientiam cognito & probato. Aut testudinis palustris, quam quidem amyda hoc est lutariam uocant, sanguinem sincipiti instilla. Et hoc, si quidem uerum est, inter pharmaca, & cū discrimine referri conueniebat. Nisi sanè hoc uult, ꝙ omnem capitis dolorem iuuet, idq; omni temporis occasione. Ita enim & nos † contrarietatis testimonium ei præbebimus, non efficaciæ, quam ex temperamento habet. Absoluto igitur de amuletis sermone, deinceps hęc scribit.

† *Antipathia.*

* Al. σῶμα. i. os.

† *Antipathia.*

Archigenis de Fissuris & contusionibus in capite factis.

De uulneribus porro in capite factis deinceps dicetur. Parua aūt fissura facta, aliqui myrrhā aceto tritā, aut aloen cum linamentis indunt: glutinaturq; ita, & absq; inflāmatione mirabiliter adseruat. Cęterū in cōtusionibus circa disparationē ac fissurā circa caput factis, polēta imposita

commoda eſt. Amplius uero & œſypum, hoc eſt lanæ ſordes, atq; ipſæ adeo lanę ſordibus ſudo E
ris ſuccidæ eodem modo. Magis autem ꝓprie ſimilaginē ex aqua pro cataplaſmate impones.
Aut origanum cum polenta. Hæc utilia iudicata eſſe quid attinet referre? uerum alterius nego-
cij, atq; operis ſunt, q̄ ut ob huiuſmodi cauſam caput dolētib⁹ apta eſſe iudicās, ea adſcripſiſſe
putandus ſit: ſed ut q̄ obortas inflāmationes curare, aut ea ſdē prohibere, poſſint. Atqui in aliqui
bus exēplaribus hæc in totū non habentur, uelut in aliis etiam plura his in hunc modum. In me
diocribus capitis uulneribus, aut q̄ oīno legitimo medico nō habent opus, In quibus quidē nu-
ditas ꝑ ſe nō adeſt, pilos rademus, fibulisq̄; impoſitis cōſtringemus, ac glutinātibus experimen
to cognitis utemur. Egregie glutinat uulneratā cerebri mēbranā, calaminthæ ſucc⁹ īfuſus, & fa
rina milij arida īſperſa, deinde butyro, & roſaceo, ac adipe ſuillo ueteri miſtis, ac tepefactis īfu-
ſis. In quibus uero os denudatū eſt, diuiſa mēbrana caluaria ambiēte, os ipſum ſcalpemus, & ꝑ
futuræ adductionē, tanquam nō ſit denudatū, curabimus. Si uero nō permaneant futuræ, iuxta
concarnationē, uelut etiā aliorū uulnerum curam faciemus. Referetur autē huiuſmodi curatio-
nis ductus in ꝓprio loco. Cæterū in quibus uulneribus, aut ꝓpter paruitatē, aut aliàs futuris uti
non licet, linamentū conuulſum cū aceto & oleo imponito, aut cum myrti ſucco, aut lentiſci, aut
rubi, aut conyzæ tenuia folia habentis: ad aliquē eorū exiguo admiſto melle, ita ut linamentum F
ex his imbutū imponas. Et folijs alicuius ex prædictis pro cataplaſmate utitor. Aut ſpongiā no
uam aceto, & oleo imbutam imponito. Aut lanā ſordidam eodem modo. At uero id ipſum uul
nus braſſicæ folia apponito, aut polentā aceto ſubactā per ſe imponito, aut cū braſſicæ folijs tri-
tis. Hæc quidem Archigenes ſcripſit ad capitis dolorem, diſcriminibus ſimul quibuſdam addi-
tis, quemadmodum etiā Apollonius fecit. Aſclepiades uero uaria quidē pharmaca ſcripſit, ſed
eorum diſcrimina iuxta affectiones nō ita multum appoſuit, ſed ſaltē in incipientibus, & inuete
ratis: quanq̄ neq; hoc in multis fecerit, ſed in primo ſolum & poſtremis duobus. Poſtrema igit̄
credere q̄s poſſit inueteratis efficacia eſſe, utpote ex fortibus ſimplicib⁹ pharmacis compoſita.
Primū uero ob id fortaſſis ſolū quis in uſum talē adſumpſerit, q̄ papaueris ſuccum nō paucū ad
miſtum habet: huiuſmodi autem didicimus, nō propterea q̄ affectionibus proſint, ſed q̄ ſenſilē
facultatē ſtupefaciant, dolores mitigare ſolere. Quare ēt ea omnia deinceps à me cōſcribentur.

Quæ Aſclepiades ad capitis dolorem in primo externorum ſcripſit.

¶ *Ad recentes capitis dolores irrigatio qua uſus eſt Nicomedes.* † Foliorum rutæ drach. ij, mentæ
3 ij, peucedani 3 iiij, iridis 3 ij, ſemi. ocymi 3 viii: ſemi. papaueris nigri 3 iiii, alii 3 viii: poſcæ he-
minas ii. Ad dimidium coquito, & expreſſum ſuccum cū roſaceo conquaſſato, & caput aſſiduè G
ex eo irrigato. *Aliud quo uſus eſt Charicles.* Amygdalarum amararum depuratarum 3 ii, floris ui
ticis 3 duas, radicis peucedani 3 ii, mentæ uiridis ſiue aridæ 3 ii, ramulorum rutæ 3 ii, baccarum
lauri depuratarū 3 ii, ſerpylli 3 ii, ſpondilii 3 ii, caſtorii 3 ii, roſarum uiridium aut ſiccarum 3 iiii,
aceti heminas duas, roſacei quod ſatis eſt. Apparato, ac utere ut dictum eſt.

† Noſtra quidē ſententia, huiuſce medicamēti compoſitio hoc modo eſt ſcribēda, præſertim ſi recentibus capitis doloribus ſit conductura. Nobis auctoritas cuiuſdam antiq. cod. aliqua in parte ſubſcribit. Boni medici eō ſiderent ac iudicent. Rutæ folio rum 3 ij, mentę 3 ij, peucedani 3 ij, iridis 3 ij, ſeminis ocymi 3 ij, ſeminis papaueris nigri 3 i, ali qui autem ii. poſcæ heminas ii. &c.

Paſtillus ad capitis dolorem, quo uſus eſt Antonius herbarius, qui multa artis experientia clarus fuit.

¶ Succi peucedani 3 ſex, ſucci papaueris drac. quatuor, [a]† croci 3 quatuor, myrrhæ drac. qua A l. ſit 3 2. 1. fol. ſ++ c
tuor, ſcāmoniæ 3 iiii. Omnia trita cum aceto in paſtillos redigito, eosq̄; in umbra reſiccato. Vs⁹
aūt tempore aceto dilutos fronti illinito, à tempore altero initio ſumpto, & uſq; ad alterum tp̄s
progrediendo: in febricitantibus ex aqua illinito. ¶ *Quo Alexander uſus eſt, ſic habet.* Peucedani
radicis aut ſucci 3 [b] i, croci 3 i, myrrhæ 3 i, opii 3 i. Aceto excipe, ac redige in paſtillos: uſu verò
exigente aceto diſſolutos locis ſenſum doloris perceptantibus illinito [c]†. *Aliud Antigoni, qui in caſtris exercitus inſignis medicus fuit.* Baccarum lauri ſiccarum purgatarum tritarum 3 quatuor,
ſcāmoniæ 3 quatuor, ſucci papaueris 3 quatuor, ſeminis apii 3 octo, croci 3 octo, myrrhæ 3 qua
tuor, omphacii 3 quatuor, ſerpylli 3 octo, aceti quod ſatis eſt. Præpara, ac utere ut dictum eſt. H

A† Ex duobus antiquiſſimi co. græcis hæc ad-duntur, aniſi drac. iiij. ſemi. hyoſcyami 3 iiij
B Aliter ij.
C Additur ex antiquis codic. ſtatim dolores ſoluit.

Ad inueteratum capitis dolorem epithema, quo Charicles uſus eſt.

¶ Retrimentorum quæ ab expreſſo irino unguento ſuperſunt, peucedani, caſtorii, ſingulorū
partem unā, baccarum lauri partes duas, ſeminis uiticis partes duas, roſarū ſiccarum partes ii,
ramulorum rutæ partes quatuor. Aceto diſſoluta cerato ex roſaceo apparato excipito: deinde
linteolo impacta præraſis capillis ꝑ omne caput imponito, & faſciola obligato: atq; uſq; in ſe
quentem diem obligata cuſtodito, rurſusq̄; imponito. *Aliud ualde bonum.* Amygdalarum ama-
rarum, floris uiticis, peucedani radicis, mētæ uiridis, ramulorum rutæ, baccarum lauri, ſerpylli,
ſphondilii, caſtorii, ſingulorum partem unam: roſarum partes duas. Appara & utere, ut dictum
eſt. Poſt hæc præſcripta pharmaca, Archigenes & Apollonius, itemq̄; Aſclepiades, pharmaca
conſcripſerunt, quorum aliqua per os, aliqua per nares caput purgant. Cæterum quæ Archige
nes tradidit, hæc ſunt iuxta illius ipſius dictionem.

Archigenis de Apophlegmatiſmis, & quæ naribus infunduntur.

Poſt hæc verò apophlegmatiſmi ex ſinapi, aut hyſſopo cum paſſo cocto, aut ex ſtaphide ſyl
ueſtri cum pipere trita, aut ex melle oleo admiſto, aut ex ſtaphide ſylueſtri per ſe, & cum melle
trita. Hæc quidem Archigenes inter remedia doloris capitis ſcripſit. Apollonius uero de iis

quæ ad

A quæ ad dentium dolores,in primo parabilium tradidit,hæc uerba ſcripſit.¶ *Quæ naribus infundantur in dentium dolore.* Radicis betæ ſuccum per ſe in naſum infundito,& dolores dentium ſoluet. *Aliud.* Cumini quantum tribus digitis apprehẽdi poteſt,& myrrhæ ad magnitudinem fabæ, medullæ cucumeris ſylueſtris duplum, trita & lacte muliebri ſubacta in collyria redigito:eaque in utrãq; narem indito:deinde quandiu quis quinq; ſtadia percurrere poſſit,attrahere, & poſtea emungere iubeto. Hoc pharmacum & ad aurium dolores facit. Aſclepiades autẽ in primo exteriorum ita ſcripſit.¶ *Aſclepiades de ijs,quæ naribus induntur, & de ſternutatorijs, & apophlegmatiſmis pituitam è capite detrahentibus. Errhina" quæ naribus indita caput purgant. Commodant etiam ueteri Lippitudine oculorum infeſtatis. Faciunt & ad comitiali morbo apprehenſos, ducuntq; multam humiditatem.* Melanthii ʒ viij,ſalis ammoniaci ʒ i,elaterii ʒ i,trita & q̃ tenuiſſime lęuigata ſicyonio oleo,aut irino unguento,aut ciprino, excipe, quo ad cerati liquidi craſſitudinem perducantur: & reconditis in cornea pyxide utitor,ſublitis inde naribus,atq; ægris attrahere iuſſis. *Aliud citra mo leſtiam purgans,doloremq; è ueſtigio ſedans.* Cyclamini ſiccæ ʒ viii,iridis ſiccæ ʒ ii,nitri rubri ʒ i. Ego elaterio uſus ſum diligenter trito,& per arundinem inſufflato,ægro ipſum attrahere iuſſo,atque deinde deorſum pronuere, quo uidelicet coactus liquor deſtillet. Poſt hæc uero Aſclepiades in
B hæc uerba ſcripſit.¶ *De Sternutatorijs. Sternutatoria caput purgantia Heraclidæ Tarentini.* Cumini æthiopici,piperis albi,ſtruthij,caſtorii,ſingulorum æquales partes contuſas & cribratas in ærea pyxide reponito. Vſu uero exigẽte,pyxidem concutito, & apertam naribus admoueto, aut cum digito adhibeto,aut etiam per arundinem inſufflato. *Aliud.* Zingiberis ʒ ii,ſtruthii ʒ ii, piperis albi ʒ i,caſiæ ʒ i.utere ut dictum eſt.¶ *Ad ueterem capitis dolorem ſternutatoria Ptolemæi. Facit ad uertiginem & comitiali affectos.* Veratri albi ʒ iiii,alii unam habent:radicis cucumeris ſylueſtris ʒ i, ſtruthii ʒ i,nitri rubri ʒ i,caſtorii ʒ i,piperis albi ʒ i. Vtere ut dictum eſt. *Aliud.* Veratri albi,radicis cucumeris ſylueſtris,ſtruthii,ſingulorum partes duas: caſtorii, acori, nitri rubri, cumini æthiopici, ſingulorum partem unam:euphorbii partem unam. Tritis ut dictum eſt utere. At uero poſt dictorum ſternutatoriorum deſcriptionem Aſclepiades in hunc modum ſcripſit. ¶ *Quæ manſa caput purgent, & multam humiditatem ducant.* Piperis albi ʒ ii,ſtaphidis ſylueſtris ʒ ii, origani ʒ ii, caſiæ ʒ ii. Excipe uuarum paſſarum exacinatarum, aut ficuum pinguium carne, & mandenda præbe. Mandentes uero deorſum pronuere oportet,& per interualla hiare, quo collectus humor deſtillet. Poſt uerò etiã aqua calida in ore continenda:quæ etiam,ubi multã perceperint mordacitatem,eis ẽt frigida exhibenda eſt. *Aliud.* Staphidis ſylueſtris,pyrethri,piperis albi,hyſſopi,cardaC momi,ſingulorum æquales partes,polentæ duplum. Aqua ſubigito acutitor,ut dictum eſt.

Porrò ex ſubſcriptis pharmacis quibuſdam præceptores meos uſos ſcio, quibuſdam amicos, aliqua ẽt ipſe in uſum adſumpſi,ut ex multo uſu fidem ſuam mihi probauerint. Sunt autem hæc. ¶Foliorum cucumeris ſylueſtris ſuccus naribus infunditur tum per ſe ſolus,tum betæ addito decocto,aut ſucco. *Aliud.* Myrrham melle coctam naribus infundito. *Aliud.* Aloes,nitri, melanthii, id eſt nigellæ, parem menſuram,cum oleo ueteri ad ſtrigmentorũ craſſitudinem redacta. *Aliud quod manditur.* Nitri ſexuncem,aniſi trientem, ſtaphidis ſylueſtris quadrantem: foliorum lauri uiridium,& uuæ paſſæ exacinatæ, parem menſuram excipe, & ex hac miſtura paſtillos triũ drachmarum coge,& ſingulos,uſu expetẽte,mandendos præbe. *Aliud quod naribus inditur.* Euphorbii drach.dimidiam,thapſiæ ʒ i,iridis ʒ i,mellis cocti ſeſquidrachmam, ſucci radicis betæ quantum ſufficit. Ex hoc ad milii magnitudinem accipe, & aqua dilutũ,ſpecilloq; exceptum naribus
infunde. *Aliud quod naribus infunditur.* Succi cyclamini cyathos ij,ſucci foliorum hederę cyathũ unum,peucedani obolum unum,elaterii obolum unum. In uitreo uaſe recondito,uſu uero exoſtulante lacte muliebri diſſoluta naribus infundito. *Aliud.* Myrrhæ trientem:euphorbii * trientẽ, piperis albi grana ✻xxv. Myrrham aqua prius diſſoluito, unaque ipſum euphorbium: deinde pi
D per tritum addito,& adiecto olei gleucini ſexunce utitor. *Aliud, quod naribus infuſum multam pituitam per os detrahit.* Olei communis † ſextarios duos, ʃ ſaponis libram unam,reſinæ frictæ ſeſquilibram,opopanacis unc.i. Per anchuſam colorato,ac utitor, ore prius aqua expleto. *Aliud, quod in os illinitur.* Saponem betæ ſucco dilutum iuxta palatum illinito, atque itidem iuxta oris columellam. Idem etiam naribus infundi poteſt.

* Al drach.iiij.
† *Al.xv.*
†Al.hexagia duo.

Quæ Crito in primo de pharmacis ſcripſit his uerbis.

¶ *Apophlegmatiſmi.* Staphis ſylueſtris per ſe & cum pulegio manſa. *Aliud.* Staphidis ſylueſtris & origani,utriuſque acetabulum,nitri ʒ ii, trita cochlearii menſura manducãda præbeto,donec os pituita repleatur:deinde aperto ore effluere ſinito. *Aliud.* Origani ʒ iiii, hyſſopi drach.iiii,ſtaphidis ſylueſtris ʒ iiii,ſpumæ nitri ʒ ii,ſinapis ʒ ii,pyrethri ʒ iii. Tritis utere. *Aliud.* Sinapis partẽ unam:ſtaphidis ſylueſtris partem unam:contuſis utere. Hoc pharmacopolæ utuntur. *Aliud.* Hyſſopo,thymo,origano,tum per ſe,tum ſimul miſtis,utere. *Aliud.* Medullæ colocynthidis in aceto ad multum tempus coctæ,aut etiam per longum tempus in uino maceratæ,liquorem in ore contineto. *Aliud.* Allia cum erucæ ſemine & nitro. *Aliud.* Staphidis ſylueſtris drach.vij,pyrethri drach.iiii,hyſſopi drach. j. Contuſa in orbiculares paſtillos cogito, eosque drachmæ pondere formatos,manducandos exhibeto.

¶ *Quæ Pharmaca naribus indenda Critoictericis, seu arquato infestatis conscripsit.*

Pharmacum quod naribus infunditur, & tum per nares, tum per os excernit. Ob ia ipsum uero ne consterneris, si palatum calefaciat, aut exasperet: ex alto enim auocat, ac transfert humores. Staphidis syluestris drach. unam, melanthij drach. iij. Cum aceto trita, ad formam strigmento liquidiorē redigito, & per dies quinque in nares infundito, donec expurgetur æger: id aūt alternis diebus facito. *Aliud.* Hederæ folia decem, lauri folia decem, cum oleo terendo ad strigmenti crassitudinē redigito, & naribus similiter instillato. *Aliud.* Egregiè facit & elaterium insufflatum in ipsorum nares. Cæterum si quis hoc citra detrimentum facere uelit, in calidæ solium ægrum immittet, atque ita toto corpore præter faciem in eo immerso elaterium insufflabit: large. n. bilem per nares educit. *Aliud.* Elaterium ad magnitudinem erui in lacte muliebri dilutum naribus insundito: atque ubi purgatio prodierit, in calidæ labrum demittito, ac lauato, & per diætam reficito.

Quæ Aeneas per experientiam pituitam detrahentia tradidit.

Quorum experientiam per Aeneæ usum habeo, a quo etiam descriptiones accepi. ¶ *Pharmacum quod naribus inditur, atq; pituitam detrahit.* Saponis lib. * sex, adipis caprini lib. j, ceræ lib. iij: picis aridæ trientem, quidam uero * quadrantem habent: nitri tantundem, lixiuii acris cyathos * ij. Vsus tempore aqua diluito, & dum uteris per specillum infundito, attrahereq; iubeto. Caput uero irino prærigato, & post usum aquam mulsam sæpe gargarissandā præbeto. *Aliud.* Euphorbii ʒ vi, lycii indici drach. iiii, succo betæ excipe, ac melle addito coge. Vsus tempore aqua, aut lacte dilue. *Aliud.* Succi cyclamini cyath. ii, succi cacuminum hederæ cyath. i, succi peucedani obolum unum, elaterii obolum unum. Vtere in balneo cum lacte muliebri. *Aliud.* Pyrethri, piperis, hyssopi, staphidis syluestris, parem mensuram in pastillos drachmæ pondere cogito: quorum unum manducandum præbeto, & post factam ab ipso purgationem, sale, & melle curato. *Sternutatorium.* Piperis albi, ueratri albi, castorii, euphorbii, struthii, succi cyclamini aridi, æquali mensura, penna præirritatis insufflato.

*Al. semis.
* Al drach. iij.
*Al. xij.

De usu omnium fortium pharmacorum.

Quam utendi rationem de prædictis pharmacis dixero, eam ad omnia alia quæcunq; fortem uim habent transferre oportet. Non. n. statim a principio efficacissima adhibere conuenit, sed a debilioribus auspicari. Quin & ipsa fortia pharmaca mitigatoriorum admistione lenita, moderata fiunt. Et ob id ego quædā ex eis muliebri lacte recenti & aqua diluo, & post hoc oleo dulci, deinde betæ succo, & anagallidis, quæ cœruleum florē habet, itidem succo: atq; ita sensim in usu eorum progredior, donec postremum etiam per opobalsamum talia dissoluo. Ac primum quidem lacte admisto adhibeo: quod ubi leuiter ferunt ægri, ēt citra lactis adiectionem admoueo. Porrò parabili sæpe pharmaco usus sum, quod naribus infunditur, melanthio aliquādo quidem aceto acri rigato, ac pridie macerato, deinde sequenti rursus cum aceto trito, & naribus infuso, aut ægro ipsum absorbere in nares iusso. Aliquando uero oleo ueteri idem melanthium contriui, atq; ita intro instillans usus sum, quo modo etiam Archigenes eo utitur in narium obturatione. Priore uero, quod cum aceto infunditur, Crito utitur ad arquati morbum.

De Hemicrania, hoc est dimidiæ partis capitis affectione. CAP. 3.

HEmicrania affectio dolorosa circa dimidiam capitis partem aliqñ dexteram, aliqñ alterā, contingit, quæ iuxta futuram secundum longitudinem eius extensam terminatur: & ut plurimum per circuitum exacerbatur, influxu uaporum, aut humorum siue multorum, siue calidorū, siue frigidorum, causam dolori suggerente. Quidam igitur ipsorum circa temporum musculos uehementer dolitant, & pleraq; sanè ipsorum pars hoc modo affligitur. Quidam uero dolorem ad sublimiora ascendentem habent. Et quidam adeo uehementer dolent, ut neque manuū contactum * facile ferant: in quibus palam est, pelliculam caluam ambientem esse affectam, & neq; cutem ipsam omnino ab affectione immunem existere. Rationabile igitur est uaporum, aut humorum, aut utrorunque influxum, siue per uenas, siue per arterias, siue per utrasque contingere: cum interdum ea sola, quæ intra caluam continētur, hoc est cerebrum, eiusq; membranæ, quod in ipsis redundat foras protrudant: interdum uero corpus infra caput positum uitiatos uapores, aut humores sursum mittat. Quapropter ubi quis hemicraniam curare aggreditur, prius quali purgatione, aut uenæ sectione æger opus habeat, consideret: atque ita deinde ad capitis auxilia progrediendo, tum per digitos suæ manus, tum per linteum, dimidiam frontis partem, & eā maxime, quæ circa temporum musculum est, confricando excalfaciat, atque id ante irritationis tēpus faciendum est. Post exacerbationem uero pharmacis hemicranicis a medicis appellatis utendum, si quidem multa caliditas in doloribus percipiatur, ijs, quæ refrigerans quippiam habent: citra uero hanc, ijs quæ multum excalfaciant. Vtrisque uero aliquid ex ijs, quæ firmitatem ac robur addunt misceatur, quod adstringentem uidelicet habeat facultatem. Demiror autem, quod neque Apollonius, neque Archigenes, neq; Asclepiades quicquā de hemicranicis pharmacis, quæ merito post doloris capitis totius pharmaca subiicienda erant, conscripserunt. Decebat enim ipsos, tametsi nihil priuatim in se habeāt, propterea, ꝙ inter ea, quæ totius capitis dolori destinata sunt, contineantur, id ipsum saltē annotare. Similiter autē & ab Hera & a Critone,

uberior

Auberior de hac affectione tractatio neglecta eſt. Cæterũ per quæ pharmaca inueterato capitis dolori medentur, per eadem conſtat, eos ẽt hemicranicis affectionibus auxiliari. Heras itaq; in medicamentario libro ſtatim a principio in hæc uerba ad capitis doloré pharmaca conſcripſit.

Pharmaca ex libris Heræ ad capitis dolorem.

¶Crocomagmatis partem i, gallæ partem i: trita ex uino fronti ac temporibus illinito. ¶ *Paſtillus ad capitis dolorem egregiè faciens, a tempore ad tempus bis aut ter illitus.* Croci ʒ xv, atramenti ſutorij ʒ x, aluminis ſciſſi ʒ xiij, myrrhæ ʒ iij, opij ʒ iij, omphacij ʒ iij, chalcitidis ʒ iij, gummi ʒ xv. Tritis omnibus uini falerni auſteri quod ſatis eſt affunde, & ut collyriũ tere, indeq; in paſtillos omnia redige. Vſu uero expetẽte, poſca, aut aceto dilutis utere. ¶ *Malagma ad capitis dolorem.* Aeruginis raſilis ʒ iiij, æris uſti ʒ ij, ſquamæ ſtomomatis ferri ʒ ij: cimoliæ ʒ iiij, chalcitidis ʒ iiij, pumicis crudi ʒ iiij: terebinthinæ unc. j, ceræ ʒ xxxvij & dimidiã, olei ueteris cyathos ij. Aridis tenuiſſimè tritis, liqueſcibilia liquefacta affunde, emolli, ac utere. Quod ſi duri⁹ uideatur pharmacum, oleo amygdalino emollito. Hæc quidem pharmaca Heras ad capitis doloré ſcripſit. Vtuntur autem eis quidam ẽt ad hemicranicos dolores, quemadmodum ẽt alijs medicamentis, quæ prædicti uiri ad inueteratos capitis dolores deſtinauerunt. Non tamen per omnem frontẽ pharB macum extendunt, ſed per affectam ſolum partem. Cæterum ex præceptoribus noſtris quiſpiã hoc pharmacum ad inueteratas hemicranias in uſu habebat. ¶Piperis albi drac. ij, crocomagmatis ʒ ij, euphorbij drach. dimidiam: utere. Porrò de euphorbij facultate iam mihi relatum eſt, q̃ cito exoluatur: quare in eiuſmodi pharmaca non uetus conijcere oportet. Dictum etiam recens albidius eſſe, quod uero inueteratum eſt, flauioris, aut pallidioris coloris reddi. Verũ ſi nõ ualde uetus ſit euphorbium, ſed duorum aut triũ annorum, duplum eius adijcies, hoc eſt drach. j. Quemadmodum autem euphorbium recens coniiciendum eſt, ſic itidem ſtercoris columbini drachmæ dimidium, ex columbis montanis, quas in turribus nutriunt, ſibi ipſis uictum quærẽtes, non uelut quæ in urbibus intra domos nutriuntur. At uero & atramenti ſcriptorij æqua portio, hoc eſt, drachmæ dimidium ad columbinum ſtercus iniicitur: atque ad hanc rem noſtrum Pergamenum præſtat, eo enim ſemper præceptor noſter utebatur. Aut igitur illud ipſum ex Pergamo atramentum iniicere oportet, aut aliquod aliud optimè pręparatum. Atque ita omnibus his miſtis, & probè ſubactis, acetoq; acerrimo imbutis, ac dilutis, temporis muſculus, & dimidiũ frõtis, & affecta capitis pars illinenda eſt. *Aliud pharmacum, quod non ſolum in hemicrania, ſed & in omni inueterata capitis affectione illinitur: in capitis quidem dolore, per omnem frontem: In hemicrania ueCrò per mediam capitis partem affecta.* Croci drachmas xv, atramenti ſutorij drachmas decem, aluminis ſciſſi drach. † xiij, myrrhæ drachmas tres, opij drach. tres, chalciteos drachmas tres, omphacij drach. tres, gummi ʒ xv. Omnibus tritis uinum falernum adijce, & rurſus ut collyrium tere, deindeque in paſtillos redige. Vſus uero tempore poſca dilutos, aut aceto, illine. *Aliud ad eaſdem affectiones.* Scammoniæ drach. ſex, croci drachmas duas, comæ hederæ drachmas ſex, ſulfuris uiui, drachmas quatuor, feminis aniſi drachmas octo, feminis apij drachmas octo, diligenter trita cum ocymi ſucco in paſtillos cogito. Hoc pharmacum multo roſaceo diſſolutum capitibus lethargicorum rigandis fit commodum. ¶ *Aliud pharmacum non ijſdem conueniens, ſed & uertiginoſis auxiliare.* Radicis peucedani drachmas quatuor, iridis illyricæ drachmas duas, æruginis drachmam unam, acori drachmam unam, ſpondilij drach. quatuor, piperis nigri drach. duas, & dimidiam, caſtorij drachmas duas, & dimidiam, ſerpilli drachmas quatuor & dimidiã, myrrhæ drachmas duas, baccarum lauri numero xxxv, rutæ uiridis drachmas octo, mentæ uiridis drach. quatuor, opij drachmam unam. Aceto excipe, & in paſtillos redige. Vſu exigente, aceto & roſaceo dilutos illine. Verum cerato roſaceo exceptum hoc pharmacum, ut malagma imponitur. *Paſtillus non ſolum Hemicrania laborantibus commodus, ſed & coxendicum morbo affectis auxiliaris.*

† *In textu eſt ij.*

DThapſiæ drachmas tres, euphorbij drachmas quatuor, laſeris, ſiue ſucci medici drachmas tres, myrrhæ drachmam unam, opopanacis drach. unam. Simul contuſa in paſtillos cogito, quos deinde uſus tempore aceto tritos illinito. Hæc quidem compoſita ſunt pharmaca. Sæpe uero & ex tempore, ac improuiſo pharmaca præparare coactus, ſimpliciter euphorbii illitione uſus ſum, exigua cera compagis acquirendæ gratia adiecta. Sufficit autem in libram olei ſiue ſabini, ſiue alterius ei propinqui, ceræ quadrantem iniicere, & euphorbij unc. j. atque ex hoc dimidiã frontis partem illinere, una cum temporis uidelicet muſculo. Cæterum in quibus ſuſpicionem habueris a calidis uaporibus, aut humoribus, dimidiæ capitis partis fieri dolorem, in his ne admoueris hoc pharmacum: Ijs uero, qui ob frigidas cauſas infeſtantur, commodiſſimum adeo eſt, ut ſæpe ſemel ante balneum illitum, quàm citiſſime affectionem perſanet, ut a balneo omnino ſani ægri euadant. Iuuat etiam os ſi oleum tepidum in aurem inſtilletur, modico euphorbio ad oleũ iniecto: Nimirum ad libram olei unam, euphorbij uncia dimidia, ſi ualidũ euphorbium exiſtat: ſi uero non, etiam amplius iniicere conuenit. Verum in corporibus molli ac tenero ſenſu prędituis, etiam ſi minus quàm dimidiam unciam inieceris, melius res procedet.

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM LOCALIVM SIVE SECVNDVM LOCOS LIBER TERTIVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

Docet medicamenta ad aurium & narium affectiones.

De Aurium affectionibus, & ob quot causas aures dolore affligantur. CAP. I.

AVrium dolores aliqui ex frigiditate fiũt, quos sanè in peregrinationibus a frigidis uentis perflati patiuntur. Aliqui uero ex balneis frigidis, & quibusdam medicatis aquis, oboriuntur, in quibus quidã ob delicias lauant: quanquam sint, qui & ob corporis cõmoditatem id faciant. Fiunt & auris dolores ex inflãmatione, interdũ quidẽ solius circa meatũ cutis, interdũ uero in profundum progressa, qñ uidelicet neruus auditorius, ad inflammatã affectionem peruenit. Qua uerò ratione inflammatio partes inflammatas distendens dolorem producit, iuxta eundem modum etiam flatus uentosus transitum non habens dolorem excitat. At uerò cõsimilis dolor est ex serosis & saniosis humoribus in corpore aurium generatis ei, qui ex mordacium humorum illapsu forinsecus facto contingit. F

De dolore auris ex frigiditate.

Dolores quidẽ igitur a sola frigiditate obortos calfacientia quã celerrimè curant. Atque in hunc usũ quosdã rurales hoĩes magnas cæpas exculpere uidi: deinde oleo eas explere, & in feruente cinere moderatè calefacere, atq; ita auribus infundere. Quosdã uerò nõ cæpas tm̃, sed & alliũ ĩ oleo cõtũdere, uel feruefacere, atq; ita ĩfundere uidi. Ego uero euphorbio oĩno exiguo ad multũ uetus oleũ admisto utor, uelut ẽt pipere exq̃sitissimè trito: auriũ.n. dolores a frigiditate inductos eiusmodi calefacientia magnopere iuuant. Prodest ẽt Amaracinũ oleũ eis infundi, & optimũ nardũ, & quod apud Romanos foliatum, itemq́; quod spicatũ appellatur: prodest eis & Cõmagenum. Atq; si rutã quoq; oleo non adstringenti, ampliusq́; tenuium partiũ incoxeris, uelut est Sabinum, magnopere iuueris. ¶ *De dolore auris ex aqua medicata.* Cum uerò ex aqua medicata quippiã circa auditoriũ meatũ contineatur, oleũ assiduè infundere cõuenit, quo ipsum eluamus: deinde lana molli extergere, rursusq́; infundere. Magnifice aũt eos mitigat oui candidum quo ẽt ad lippitudines utimur, itemq́; lac muliebre. Manifestũ uerò est, quicquid adhibetur, mediocriter calidum esse oportere. Plurimum iuuantur quoq; ex adipe anserino, atq; itẽ vulpino. G A.l.3.f.4.t.1. c.5.fo.235.c

De dolore auris ex inflammatione oborto.

Quod si inflammatio adsit, optimum ad eam pharmacum unguentũ nardinum cũ exiguo basilico appellato pharmaco infunditur: idem ẽt tetrapharmacũ appellatur: & Cõmagenũ quoq; aptum est: & ex adipibus pharmacũ, cuius cõpositionem paulo post describam. Cogẽte uero dolore necessarium est ẽt ijs, quæ sensum stupefaciunt uti, quemadmodum ẽt in ijs, qui colum, aut renes, aut quamcunq; tandem partem affecti uehementi dolore affliguntur, facere cõsueuimus. Miscetur aũt opium muliebri lacti & oui candido, quæ ipsa & per se sæpe aurium inflammationibus profuere: Miscetur & castorio opium. Verum multo ante usum tempore, siue pari pondere, siue duplo, castorio admisceatur, præparatum id esse conuenit, & miscetur quidem in uehementissimis doloribus pari, in minoribus uero duplo. Liquor uero, quo hæc diluuntur, ex musto sapa sit: multo.n. magis q̃ dulcia uina, dolorem hæc sedat. Statim itaq; in principio prædicta pharmaca diligenter trita cum sapa misceantur, castorium quidem diligẽter prius tritum & læuigatum, papaueris uerò succus ipsa sapa dissolutus, atq; ita hæc tria mista probè læuigantur. Deinde uerò usu postulante rursus sapa diluantur in eiusmodi compagem, ut per aurifusoria specilla ad lucernam tepefacta infundi possint. Verum ego nullum pharmacum dolore uexatis infundo, neque ẽt per lanam instillo: utpote qui experientia edoctus sum, q̃ præstat, neq; omnino contingere doloris tempore auditorium meatum: sed per auriculare specillum lana mollissima obuolutum dolore uexatos foueo: pharmacumq́; ita moderato tepore in aurifusorio specillo præparatum inijcio, ut interrogato per nos ægro, num tepidum ei uideatur, & num calidius ipsum ferre possit, ad tantam caliditatem procedam, ut nihil amplius offendat. Tinctum itaq; in hoc modo præparato pharmaco specillum ad principiũ meatus moderate imponito, & in altũ defluere ex eo pharmacũ permittito: & postea iterum, iterumq́; & sępius tingito, idemq́; facito nullo tempore intermisso. Palam est autem cum hoc fit, etiam foris omnino aliquid effluxurum esse, expleto nimirum toto auditorio meatu: hoc igitur quantũ possibile est moderatè excipe, nec aurem contingas. Postquam uero probe foueris, meatum pharmaco expletum sinito, & mollem lanam forinsecus tum meatus osculo, tũ uniuersæ auri imponito: atq; ubi rursus fomenta adhibere oportebit, incumbentem foris lanam leniter tollito: rursusq́ue similiter foueto, quantum possibile H

fuerit

A fuerit diligenter cauens, ne uel auditoriū meatum, uel aliam q̄piam auris partem, attingas. Ad hoc uero præceptum maxime aīum aduertas, utpote quod oīum potiſſimum ſit in aurium cura tione. Fomenta verò fiant per ea, quæ uelut dictū eſt, dolorem ſedant, quale eſt optimum. Nardinū unguentum pauciſſimo in eo tetrapharmaco diſſoluto. Deinde ēt Cōmagenum & Suſinū & pretioſa diuitū mulierclarū unguenta, q̄ ipſæ ſpicata, & foliata appellant. Sunt aūt ſpiſſiora quàm ut infundi queant: quapropter per nardinum vnguentum ea diſſoluere oportet: & æſta tis tempore, & ſi caloris ſenſus ægrum circa inflammatam aurem infeſtet, per roſaceū bonū: aut ſi hoc non adſit, amygdalinum. Memineris aūt quod bonum ſp roſaceum dico, in quo plurimę roſæ maceratæ ſunt; verum oleum, in quo hæ m acerantur, omphacinum ſit ex crudis oliuis, & nec dum penitus maturis expreſſum, citra ſalis additionem præparatum. Immo neque ēt aliud quicquam ad roſas coniiciatur, quemadmodum illi faciunt qui ſpiſſamenta ſtymmata Græcis appellata addunt, quo uidelicet per multum tempus ipſum roſaceum odoratum permaneat.

De Dolore auris ex flatu ventoſo, aut craſſis, & viſcoſis humoribus.

Si uerò flatum uentoſum, aut craſſum aliquem, & uiſcoſum humorem, qui tranſitum non ha beat, incluſum eſſe conieceris, ēt ex pharmacis ab obturatione liberantibus quippiā admiſce.

B Artificioſa.n. coniectura cauſarum dolorem efficientium tibi continget, ſi tum prægreſſa, tum præſentia percunctatus fueris. Frigiditate.n. antegreſſa flatus uentoſus congregatur: grauitate uero capitis, cibisq̄; pituitoſis, & mali ſucci, frigidi, & craſſi humores. His.n. ſi frigiditas accedat dolores cōtingunt, eis nimirum quæ prius diffl abātur p̄ p̄ denſitatem incluſis, & retentis. In his igitur ſpuma nitri, & nitrum ipſum molle, eiuſmodiq̄; aphronitrum, & oleum amygdalinū ap pellatum rationabiliter in auricularia pharmaca miſcētur. Ex hoc genere album item ac nigrū veratrū eſt, & ſtruthium, ac amygdalæ amaræ, & ex tribus ariſtolochiis, quæcunq; fuerit ad ma nū, & iris Illyrica. Inijcies aūt & cinnamomū ſi habueris, aut caſiam illo nō præſente, tum eā q̄ *Gizeres Zigeres, *tum, quæ Metodes appellatur. Item carpeſiū, qđ plurimū in Sida Pamphyliæ naſcit, & ob id uiliſſimo pretio venditur. Quintus ſanè, cū cinnamomi inopia eſſet, carpeſium pro ipſo iniecit duplo pondere, uelut aliqui eius loco caſiam. Cæterum aurium meatus ab obturatione liberant ēt, quæ lapides in renibus atterunt, oīaq̄; inſuper tenuium partium citra mordacitatē, ut ne dolorē exacerbēt. Ex quorum numero eſt ēt cucumeris ſylueſtris radix, itemq̄; bryoniæ, & ari, & dracunculi, ac centaureæ, & polij, & oīno oīum amarorum: citra mordacitatē nāque, & abſq; moleſtia expurgant hęc meatus, diſijciuntque, & diſſecant obturata. Verū ob id multa

C hmōi exempla ſcribo, q̄uis ſane oīa in libris de ſimplicium pharmacorum facultatibus retule rim, q̄ uidelicet oībus terræ locis remediis uos abundare uolo, ut ipſorum memoriam in prom ptu habeatis. Alia.n. in aliis regionibus abundant, & meliora ijs, quæ alibi naſcuntur exiſtunt. Alioqui ſanè ex adipibus compoſitum pharmacum tibi ſufficiet, & ex ſimplicibus quæcunque paulo ante recenſui doloris mitigatiua. Mirari porrò ſubit medicos, qui citra diſtinctionem ad aurium dolores pharmaca quædam conſcripſerunt. Quæ etenim a frigiditate dolent, per calfa cientia celerrime curātur: ſi uerò a mordaci acredine, aut a pulſatili inflammatione, dolor fiat, maximum detrimentum continget, ſi eiuſmodi pharmaca adhibeantur. Atqui moderatæ inflā mationes, & nō pulſatiles ēt per eiuſmodi pharmaca curantur: quale eſt acetum cū roſaceo te pefactum, utriſq; diligenter ſimul commixtis. Sic ēt Glaucium in cote medica cū aceto tritum moderatis inflāmationis doloribus prodeſt. Præſtet aūt paſtillum ex glaucio multę ſane utilita tis pharmacum, prius præparatum hr̄e, qui ſit ex glaucio probe cum aqua pluuiali trito, deinde in paſtillum redacto, & exiccato. Si uero fragilius uideatur glaucium, q̄ ut in paſtillos formari poſſit, parum gummi ei addes: ſufficit aūt id duodecimam, aut quintam, & decimā, glaucii par tem eſſe. Quin, & collyria ex glaucio eodem modo cum aceto trita, eis proſunt auribus inſtilla

D ta, atq; his nihilo minus collyria ex croco. Hęc quidem igitur ſunt doloris, & inflammationis remedia. Cęterum de aliis affectionibus, quæ in auribus oboriuntur, ubi pharmaca, quæ per ex perientiam cognoui, recenſuero, ita deinde ad ea, quę a prioribus medicis ſcripta ſunt trāſibo.

De Vlceribus Aurium.

Vlcera aurium recentia tum Glaucium ſolum cū aceto tritum, ut iam dictū eſt, curat, tum col lyria ex eo oīa, & collyria ex croco, & ex roſis medicis appellata, uelut ēt qđ Nilo inſcribitur. Curat item ea Damocratis collyrium ex myrrha. Quæ uero pure manāt citra dolorem, atq; id moderate patiūtur, per eadē curantur. Verum quę fortiter affliguntur, per eiuſmodi qualis eſt, paſtillus Andronius, & paſtillus Muſę, cum ſapa, & exiguo aceto dilutus. In quibus cōponendis varietas rurſus dicetur. Vbi uero, & hęc a malo uincantur, ſcoria ſiue recrementa ferri ad pluri mos dies in Sole cū acerrimo aceto trita, & lęuigata confidenter utere: ēt ſi prēter rationem ui deatur aurem acerrima pharmaca ſuſtinere poſſe, quā paulo ante dixi neq; molliſſimorū infu ſorum admotionē, & allapſum citra moleſtiā ſuſtinere, ſed & hęc ipſa offendere ipſam uideri.

De Audiendi difficultate, & de ſonitu aurium.

Reſtat itaque adhuc de audiendi difficultate, & de ſono auriū diſſerere, quæ nihil cum dolo ribus & ulceribus commune habent. De quibus deinceps dicam, ubi prius compoſitiones au-

riculares

Aliter. cap. pñi. 104. g

riculares a celeberrimis medicis magnifice laudatas recenſuero, iuxta quam rationem eas E
compoſuerint tandem illi, initio ab ea, quam Heras ſcripſit, ſumpto.

Compoſitio Auricularis, Heræ.

Heras quidem igitur ita ſcripſit. ¶ *Compoſitio Auricularis ad omnem dolorem, omneq; vlcus. hac in febriente quodam vſus ſum, & ob dolores delirante, & fœliciter ſucceſſit.* Myrrhæ 3.i, thuris 3.tres alii vij, ſpumæ nitri 3 tres, croci 3 quatuor alij j, ſucci papaueris 3.tres, chalbani 3 duas, amygdalas amaras delibratas xx: aceto excipito. Vſus uero tpe, ſi quidem dolor adſit, roſaceo diluta inſtillato: ſi uerò audiendi difficultas adſit, aceto. Heras itaq; unum hoc pharmacum ſcribere contentus fuit, ad oẽm dolorem, ac aurium exulcerationem, remedium. Ego uerò dolores per pharmacum ex adipibus conſtans, & per nardinum vnguentũ tetrapharmaco admiſto, leniri dico, vnaque, & affectiones ipſas iuuari, uelut ẽt oui candido, & lacte muliebri: per papaueris uerò ſuccum mitigari ſolum dolores, nihilq; iuuari affectiones. Verùm per accidens, non primario, ẽt affectiones inde opem ſentire quis dicere poſſit: ſedato.n. dolore, & ſomno cõſequeute, natura affectiones dolorem efficientes concoquit. Cæterum ulcera in auribus oĩno cum glaucino ex aceto curaui: quemadmodum ẽt quæ cum fluxione aut purulentia conſiſtunt, per paſtillos a mitioribus auſpicatus, qualis eſt Polyidæ, & poſt eum Andronius, & ab illo Bithynus ap- F
pellatus, cui ſimilis eſt meus, hoc eſt ex charta vſta conſtans, & uelut ego iudico, eo ẽt præſtantior. Minime vero ſemper oĩum vſũ opus habemus, ſed ſufficit omnino unus, ſi quis uti norit, aliqñ quidẽ per ſapã diluto, ſi quidem mitius reddere pharmacum uelit: & rurſus per uinum dulce, deinde per acetum non acre, deinde poſtremo per longe acerrimũ. Quapp cũ per eiuſmodi miſturam alias aliter parabilem, huiuſcemodi pharmaci vehementiam exoluere poſſis, fortiſſimum tãtum præparatum hãe poteris. Verum mirari rite, velut dixi, licet plerosq; medicos, qui citra diſcrimen oĩgena aurium doloris pharmaca conſcripſerunt, eaq; commiſcuerunt, in unum ordinem redacta, quæ uel maxime contrarias hñt uires. Quemadmodum ſtatim (à ueteribus.n. auſpicari præſtat) Apollonius Herophili ſectator, in parabilium pharmacorũ deſcriptione, in principio quidem libri, capitis doloris remedia ſcribens, primum omnium ea, quæ ex ardore oborto conueniunt, locauit: Deinde conſequenter ea, quæ dolori congruunt ex frigiditate: Deinde ea, quæ ex ebrietate, & meri potu oborto medentur, ſic.n. ipſe appellauit. Quarto loco ea, quæ plagæ, aut caſui dolores capitis inducentibus adhibẽda ſunt, ſubiecit. Et poſtremum iuxta illius præſcriptum ea, quæ ad temporum, & totius capitis dolores citra manifeſtam cãm obortos conducunt. Verum in aurium dolore nullam oĩno appoſuit diſtinctionẽ, ſed ſimpliciter, Ad auriũ dolores, titulo præſcripto, deinceps pharmaca recenſet, aliqua calfaciẽtia, aliqua refrigerantia, quædam humectantia, quædam reſiccantia: & iuxta ſecundas facultates ac qualitates, auſtera, acerba, amara, acria, acida, ſalſa: & ad hæc inſuper alia diſcutiẽtia, alia adſtringẽtia & cogentia, ac repellentia influxiones, alia extrahentia è profundo corporis, alia ab obturationibus liberantia, alia repurgantia, & extergentia, alia ſenſum ſtupefaciẽtia. Siquidẽ igr̃ una affectio dolorum eſt cã, rationabile eſt ẽt unam eſſe remediorũ ipſius facultatem: ſi uerò multæ, tm̃ remediorum numerum eſſe oportet, quantus eſt efficiẽtium cãrum. Cũ itaque Herophilus diſtinctiones in tm̃, vt haud ſciã ſi quis alius, laudet: ipſeq; Apollonius capitis doloris pharmaca diſtinctè ſcripſerit: magis utiq; miror, q̃ circa aurium dolores ita indiſcriminatim oĩa tractauit. Et quintum inſuper pharmacorum genus penitus indiſtinctum reliquit, illud. ſ. quod poſtremum ad capitis dolores citra manifeſtam cãm obortos deſcripſit. Quañ & hmõi capitis dolores neceſſe ſit primum communibus generis cauſarum dolores efficientium ſubiectos eſſe, ſolutioni uidelicet continuitatis, aut intemperiei, quemadmodum a nobis eſt demonſtratũ: deinde etiam ijs, quæ has ipſas operantur. Quæ oĩa a me proprio huic rei, & tractationi loco ſunt determinata: Nũc aũt eorum, quæ ad aurium dolores pertinent ſolum mentionem faciã, H
cum omnium poſtrema, uelut ſæpe in methodi medendi libris dictum eſt, hęc tractatio exiſtat. Etenim curandi methodos illic tradens, unum atq; alterum particulare exemplũ appoſui, multitudine pharmacorum quæ ex multis compono, in præſentem tractationẽ reiecta. Quare medendi methodum de ſimplicium pharmacorum facultate libri xj merito præcedunt: poſt hos verò xiiij de medendi methodo rite conſequuntur: his demum de compoſitione pharmacorum libri, quos nunc in manibus habemus, ſuccedunt.

A.l.5.ſu.2.n.3 fol.552.h

Quæ Apollonius ad aurium dolores ſcripſerit.

† *Ex cod. vetuſtiſſimis. Fel uero ipſum cũ porro tum ex inflãmatione obortos dolores augent: tum ijs, q̃ ex acribus humoribus facti ſunt, nullam opem ferunt.*

Quòd uerò Apollonium deliquiſſe dixi, in eo, q̃ non diſtinxerit, in quali aurium dolore unũ quodque eorum, quæ deſcribit pharmacorum utile exiſtat, ne falſo uirum reprehendiſſe coarguar, ex paucis exemplis demõſtrabo. Cum.n. præſcripſiſſet, ut dixi, ad aurium dolorem inſunA.l.1.f.4.c.30.fol.84.d denda, inter eaq; ſcripſiſſet, Anſerinum aut gallinaceum adipẽ liquefactũ ſenſim inſtilla. rurſus deinceps ſcribit, Fel taurinum, aut caprinum cum porri ſucco inſtilla. Adeps quidem igitur horum, quæ dixi, aĩalium maxime mitigat oẽs affectiones dolores inducentes, ſimulq; ipſarũ aliquibus magnifice auxiliatur: † Fel uero ipſum cum porro, tum ex inflammatione, tum ex acribus, & mordacibus humoribus obortos dolores augent: ſolos autem iuuant ob obturationem,

aut

A aut frigiditatem inductos: siue ob nudã intemperiẽ frigiditatis, solidæ partes dolore vexentur: siue propterea q̃ in eiusmodi affectionibus ventosi flatus, & frigidi humores generentur, excerni aũt prohibeantur p̃p continentis corporis condensationem, citra inflammationem factam. Vbi.n. ab hmõi acribus, & calidis pharmacis dolorum causæ fuerint exclusæ, curatio simul, & doloris sedatio contingit. Gallinaceus itaque, & anserinus adeps, si quidem euacuatũ corpus, inuenerint, & humorem, qui inflammatam affectionem excitat, nõ amplius influentẽ, duabus rationibus tum mitigandi, tum curandi, profuerint. Si uero influente adhuc causa adhibeantur, affectioni quidem nihil auxiliantur, leniũt tñ doloris accessionem siue symptoma, quemadmodum ẽt, si ob humorum acredinem mordacitas cõtingat. Verũ fel cũ porri succo nunq̃ in eiusmodi affectionibus quicq̃ commodum efficere põt: quemadmodũ neq; piper: Et tñ eo ẽt me dicũ quendã usum scio in muliercula, ex calidarum naturæ sponte aquarum usu aurem dolente. Cum.n. per oĩa parabilium pharmacorum Apollonij libris fidem haberet, & iã ante fæliciter sæpe ex pipere remedio usus esset, ẽt tunc sperauit, se in auris dolore opitulaturum: uerũ adeo ab ipso exacerbata est muliercula, ut parũ abesset, quin se ipsam strangularet. Scribit itaq; Apollonius in hunc modum: ¶Piper in uino feruefactum terito, & mediocri crassitudine instillato.

Alij 4. pro. lib. 23. ch. B Scribit aũt consequenter post hoc ẽt hæc: Lycio, & papaueris succo, pari pondere lacte muliebri dilutis utere. Et post hoc rursum aliud, hoc. s. Castorij, & papaueris succi par pondus in testa, præcipue quidẽ Attica, sin minus, Romana, torrefacito: & trita passo diluta instillato. Pharmaca igitur ex papaueris succo oĩa sensum stupefaciunt: & ob id sanè necessario cogimur ipsis uti, ubi nullum aliud mitigatiuum opẽ tulit. At uero ex pipere pharmacum alterius generis est: Quemadmodum ẽt q̃d ex adipibus constat: Et uelut id q̃d deinceps scriptum est hoc mõ: Galbanum susino unguento diluito, & mel, ac rosaceum admisceto, atq; lanam sordidã auriculario specillo obuolutam in eis agitando imbuito, & tepefacta instillato. Discussoriũ est citra molestiã hoc pharmacum, inflammationibus conducens, in quas nihil amplius influit. Probe ẽt fecerit in ijs, qui ex frigiditate dolore uexantur. Cęterũ quæret fortassis aliquis, quam ob cãm, cũ non solũ Apollonius, sed alii ẽt quidam celebres uiri, papaueris succũ, & castorium torrefacere iusserint, quo uidelicet uehementia uirium ipsorum minueretur, ego ad priorem meum sermonem id apponere reliquerim, nimirũ supra, cũ auris doloris curandi rationẽ scribebã. Huic ego respondebo in hunc modum: Castorium quidem igitur neq; oĩno torreri operæpretiũ existimo: neque.n. tanq̃ sensus stupefactiuũ ad papaueris succum admiscemus, sed ob contrariam C oĩno rõnem, ut uidelicet uehementiam refrigerandæ facultatis in eo obtundat. Quare qui papaueris succum torreri iubent, probe id faciũt: In castorio uerò oĩno absurde id præcipiunt, ipsum.n. per se cõcoctoriam ægrè solubilium, & in scirrhũ induratarum affectionum uim habet. †Abunde igitur satis esset papaueris succi lenitas, quæ ex eorum cõpositionis perennitate comparatur, torrefactus.n. efficaciam amittit. At si castorio misceatur, perennaret, quippe manet & nunc abunde efficacia, eius uero malignitas obscuratur: ex qua ẽt aliqui læduntur, ut obscurius uideant per multos oĩno dies, & capitis grauitatem sentiant, & neq; probe concoquant cibos: †& ob hanc sanè eius malignitatem pleriq; medici ad torrefactionem confugerunt. Verum cũ rursus in torrefaciendo efficacia ipsius pessundari uideat, id q̃d sæpe sum expertus, melius esse existimaui, intostũ quidẽ misceri, sed post tps aliquod inueterata iam cõpositione in usum adsumi. Hæc itaq; extra rẽ dicta sunt, sed q̃ tñ utilia existant. Cæterũ ut ad id, q̃d propositũ erat reuertamur, non parum noxæ inferũt illi, qui indefinitis pharmacorum descriptionibus fidem p̃ oĩa hñt. Porrò multi alij iuxta eundẽ modum in plerisq; tũ locis, tum affectionibus indefinita pharmaca scripserunt, neq; cognouerunt quantã uim habeat certa distinctio ad artis constitutionẽ. In quibus sane nihil miror, q̃ omnia indiscriminatim confuderunt, quemadmodum in D Apollonio Herophili sectatore mihi accidit: utpote qui norit, q̃ iubeat Herophilus, medicum oĩno anniti dẽ, ut sciat, quæ & qualis, & quãta sit morbi cã, & ubi maxime ea dominetur, quo uidelicet & curationẽ unicuiq; conuenientem faciat: Magis uerò adhuc Archigenem quis miretur, qui & ipse non pauca indefinitè, & indistinctè scripsit cum in aliis curationibus, tum in eis præsertim, quæ ad aurium dolores destinauit. Vna.n. tñ in ipsis distinctione usus est, a uehementia nimirum, & mediocritate doloris. Atqui, & ipsius totam tibi adscribam dictionem.

† *Nullus horũ uerborũ est sensus. Sed & non parua est in græc. cod. uarietas, & corrupti huius loci testimonium.*

†In antiquis additur εἰ πο θείη. i. si bibatur.

Quæ Pharmaca Archigenis ad aurium dolores conscripsit.

In priore de pharmacis ſm genus libro, Archigenes in hũc modum hæc uerba scripsit. ¶In aurium dolore, præcedente alia uictus ratione, quã ad capitis dolorẽ ordinauimus, si quidẽ moderatus fuerit, simplicia unguenta tepida instilla, uelut crocinũ, aut irinum, aut rosaceũ, aut nucum amararum succum, aut casiæ unguẽtum, aut simplicem nardum, aut susinum, aut amygdalinũ, aut rosarũ, aut mali punici, aut papaueris succum cum oleo calido, aut porri semen tritum. Aut ueratrum album cum rosaceo tritum, tepidum per strigilem infunde. Aut opij parum cum lacte muliebri. Aut opij succum eliquatum cum lacte eodem modo. At uerò ubi uehemens sit dolor, aluus per clysterem ualide subducatur, & sanguis a cubito detrahatur, & quæcunq; similia adhibeãtur. Indeq; fomẽtum ex decocto lauri, aut simili quopiam, fiat, aut ex sulfure uiuo in

aquam

aquam inſperſo. Exprimantur aũt uehementer ſpongiæ, auribusq; apponãtur, facillime. n. ab humore ſoluuntur ac laxantur. Quæ ꝑ fomenta ſicca longe commodiora eis exiſtunt, ex ſale videlicet, aut milio, aut delicatis pileis, molliterve effigiatis. Aut rutam feruefacito, eiusq; decoctũ in anguſti oris uaſculum transfundito, lanaq; os eius obturato, & auriculæ admoueto, quo vapor inde per lanam ad aurẽ penetrare poſſit. Quidã in poſca* & exiguo oleo rutam coquũt, atq; ita liquorem in uaſculum infundunt, ex eoq; fomentum parant. Poſt fomẽta uero aurem concutito, & balſamum cũ roſaceo dilutum infundito, aut aliquod ex prædictis unguentis tepidũ. Aut aliqd aliud conueniens ad auris dolorẽ ex iis, quæ mox deſcribentur imponito. Aut papaueris calicem tenuem farina admiſta, & in aqua mulſa coctum. Aut papaueris calicem cum hordeacea farina in uino coctum. Aut fœnugræcum aqua mulſa coctum. Aut ſemen lini eodem modo. Summe auxiliatur ſpongia ocularis melle cocto, atq; adhuc calido imbuta, & impoſita. Aut ceratum ex irino, ſtyrace ad ipſum admiſto. Egregiè facit ad aurium dolorẽ aloe roſaceo permiſta, & mellis craſſitudine infuſa. Aut chalcitis uino diluta. Aut perdicij ſuccus tepidus inſtillatus per ſe, & cum melle, Aut nitrum exigua aqua diluito, admiſtoq; oleo tepidum inſtillato. Aut ariſtolochiæ radicem cum oleo. Aut veratrum album cum roſaceo tritũ tepidũ ꝑ ſtrigilẽ inſtillato. Probe facit, opium in teſta torrefactum, ſimil iterq; caſtorium, pari pondere, cũ roſaceo, & paſſo ad mellis ſpiſſitudinem redacta: in quibus deinde poſt fomentum, ſpecillũ lana obuolutum intingitur, & imponitur. Aut ſuccum fæniculi cum aliquo ex prædictis unguentis in principio inſtilla. Aut anguis ſenectam cum calicibus papaueris coquito, & infundito, aut cum quopiam ex prædictis unguentis. Aut garum Hiſpanum calefactum per ſtrigilem inſtillato. Facit, & acopon fætidum tepidum infuſum. Aut papaueris ſuccus roſaceo, & exiguo crocino dilutus. Oĩbus tñ præſtat Hiera aromatica cum quopiam ex unguentis. Egregie facit, & veratrum album tritũ, cum melle, & roſaceo infuſum, meatu per purpuræ lanam obturato. Præclare facit, & ueratrum cũ irino oleo, uel unguento. Facit, & cedria cum nardino unguẽto infuſa. Seuerus aũt Aſellos in aquarijs uaſis naſcentes, millepedas Latini uocant, cũ unguẽtis tritos ulceratis infundebat. Quidam uero frigidam aquam dolenti auriculæ infundunt; & confeſtim quidẽ longe magis dolitant, paulo poſt uerò perfectè a dolore liberantur. Alij melius faciunt, & in alteram non dolentem aurẽ frigidã infundunt. quemadmodum* Lucius ſolet. Præclare faciunt, & aloe, & crocinũ cũ unguento amygdalino inſtillata. Aut æs tritum cũ aceto, & aliquo vnguento. Summe prodeſt, & Silphiũ cũ roſaceo, ſi exulceratio adſit. Mirabiliter confert in excellenti auriũ dolore porri ſuccus, & caprina urina, & roſaceum, cũ exigua myrrha infuſa. Aut Sciuri adeps in ſtrigili tepefactus inſtillatus. Aut alumen ſciſſum, & mentæ ſuccum, cum paſſo inſtilla. Aut piper album, & ſalem pari põdere, cũ ſapa, ſiniſtra manu ter aut† quater, aut quinquies ſinfunde. Aut cochleã ſiue limacẽ aphricanam putridam cõpungito, & roſaceo impleto, & feruefactum calidius per ſtrigilem infundito. Quòd ſi ex plaga, externa pars auriculę doleat, ad micam thuris lac affundito, ſemelq; atque iterum diffundito, ac tertio macerari in eo ſinito, & agitatum infundito, ſtatim. n. dolorem ſedat. Hæc quidem Archigenes valde indiſtincte ſcripſit: poſſit aũt quiſpiam mente præditus, reuocatis in memoriam ijs, quæ prius dixi, facile aĩo, concipere, quale tandem ex prædictis pharmacis, ſingulis relatis in aurium doloribus conueniat: nimirum ſi memor ſit facultatis eorum: de qua in ſimplicium pharmacorum libris mentionem feci. Verum ego iam ad auriculares compoſitiones ab Andromacho ſcriptas tranſibo.

* Aliter, vel

* Alias. Decius

† *Al. quinquies aut ſepties.*

Auriculares compoſitiones Andromachi numero xxiiij.

Quatuor & uiginti compoſitiones auriculares ex ordine Andromachus cõſcripſit: quarum aliquibus diſtinctionem quãdam, aliquibus nullam, appoſuit. Et prima quidẽ ex eis hoc modo ſcripta eſt: ¶ *Compoſitio Auricularis ex libris Galli, qua vtor.* Myrrhæ ʒ j, ſalis ʒ iiii, thuris ʒ. tres, ſpumæ nitri ʒ iii, croci ʒ iiii, ſucci papaueris ʒ, iii, amygdalas amaras xx, galbani ʒ ii, aceti boni quantũ ſatis eſt. Deſcriptio hæc ad Menemachũ refertur. Multi vſus hãc compoſitionẽ auricularẽ Andromachus ſcripſit, multis ſimul affectionib⁹ aurium deſtinatam. Verũ antea à me dictũ, ꝙ hmõi cõpoſitiones nihil magnopere corrigunt, neq; ẽt error ex earum uſu nobis contingit. Quæ uero uini affectioni cõgruũt, illã ipſam optime curat: aliàs uerò aliqñ ultra hoc ꝙ nihil iuuãt, amplius ẽt exacerbant. Secundam deinceps compoſitionem poſt prædictam ſcripſit hanc.

A. l. 5. fin. fol. 55 ar

¶ *Compoſitio auricularis Aelij Galli ad inflãmationem, & intenſos dolores.* Galbani ʒ octo, * cinnamomi ʒ ii, myrrhæ ʒ. viii, croci ʒ viii, thuris ʒ tres, * ſpumæ nitri, ʒ tres, ſucci papaueris ʒ tres, aceti, ut mellis accipiat ſpiſſitudinem. Oportet autem nitro prius præparare, ne pingue* quicquam adſit, deinde pharmacum ipſum infundere. Et hic rurſus ab obturatione liberantia, & concoctoria, & laxatoria, & diſcuſſoria pharmaca, miſta ſunt, quæ uehementes dolores ſanare non poſſunt, & ob hoc ipſis papaueris ſuccus admiſtus eſt. Tertiam auricularem huiuſmodi conſcripſit. ¶ *Auricularis compoſitio Laodici regis, qua aſſiduè vtor.* Caſtorij ʒ duas, ſucci papaueris ʒ quatuor, opopanacis ʒ. duas, ſpumæ lycij drach. j: paſſo excipe, & tepefactis utere. Hæc eui denter intenſis doloribus conuenit, non tamen alijs affectionibus. Ego uerò, quemadmodum dixi, in unaquaq; affectione proprio pharmaco utor: ſemperq; papaueris ſuccum fugio, neque

* Aliter duas
* Aliter octo

* *Al. ſordidum.*

niſi

A niſi vrgẽte neceſſitate, ad eius vſum peruenio. Quartam deinceps auricularẽ ſic ſcripſit. ¶ *Alia ad inflammationem, & purulentas, ac veteres affectiones.* Fabæ Aegyptiæ internæ amaræ, aluminis ſciſſi, piperis albi, ſpumæ nitri, croci, opii, malicorii, myrrhæ, thuris nardi ſingulorum 3 duas: caſtorii 3 i: aceti, & mellis quantum ſufficit, alii mellis 3 vi, cõiiciunt. In hac compoſitione, pharmaca alia diſcuſſoria, & reſiccantia, & obturatione liberantia ſunt: & quędam ẽt concoctoria, velut myrrha, & thus exiſtunt. Alumen aũt ſciſſile fortiter adſtringẽs pharmacum cum ſit, ad reſiccandum purulenta admiſtum eſt. Adiectum eſt, & opium doloris ſedãdi gratia, oppoſitumq́; eſt ei caſtorium, uelut antea dixi: ſed in eiuſmodi affectionibus non ſolum, ut oppoſitum, ſed & vt concoctorium earum, & tanq̃ reſiccatiuum, merito iniicitur. Quintam deinde auricularem Andromachus ſcripſit his uerbis. ¶ *Alia Xenocratis, qua ſæpe vſus ſum* Spumæ lycii 3. duas, myrrhæ 3 i, croci obolos tres, thuris 3 i, aluminis ſciſſi obolos iii, ſpumæ nitri obolos ii. Trita cũ aceto reponito. Vtere cum aceto. Et hæc multi uſus eſt, nõ tñ in dolore forti conuenit, ut quæ neque opiũ, neq; caſtorium habeat, neq; quippiam ex adipibus ſedãtibus dolorem, neq; galbanum. Sexta compoſitio auricularis conſequenter hac verborum ſerie ſcripta eſt. ¶ *Alia Prytanidis, concordat cum Harpali compoſitione.* Myrrhæ obolos tres, nardi obo. tres, croci obo. tres, æris vſti
B obo. v, opii obo. duos, caſtorii obol. quatuor, aluminis ſciſſi 3 i, & rotundi 3 i. Excipe paſſo, ubi fluxus fuerit: cũ dolor, roſaceo: ubi uero uermiculi generentur, ueratri nigri 3 duas, admiſceto. Probe fecit, q̃ in fine vſum eius adiecit, quem nos ſane dixiſſemus, ſi ipſe adſcribere neglexiſſet. Septima ſimilis præſcriptæ, in hunc modum deſcripta eſt. ¶ *Alia diui Gaij compoſitioni conſona.* Veratri nigri obo. duos, myrrhæ obo. i, & dimidiũ, opii obo. tres, æris uſti ob. iiii, aluminis ſciſſi ob. duos, caſtorii ob. i, croci obo. quatuor, nardi ob. quatuor: cũ paſſo utere. Octaua præſcriptis omnino ſimilis eſt. De nona uero hoc modo ipſe ſcripſit. ¶ *Alia qua vtor in doloris vexatione & ſonitu.* Nitri 3 unam, myrrhæ 3 unam, roſacei cyathum i, aceti cyathum i: ſimul tritis utere. Hoc pharmacum non ad dolorem in inflãmationibus conuenit, ſed ad eos dolores, q̃ ex obturatione, & flatu frigido, ac uaporoſo, ſimiliterq́; ex humore, oboriũtur. Decimam deinde hoc modo ſcripſit. ¶ *Ad aures purulentas Harpocrationis.* Florum mali punici, mali corii, ariſtolochiæ, chalcitidis, miſyos cyprii, gallæ, ſquamæ æris ſingulorum 3 i, myrrhæ, thuris, utriuſq; obo. tres, atramenti ſutorii aſſati, aluminis ſciſſilis, utriuſq; obo. tres. Cum paſſo paſtillos formato, ac utitor. Quòd ſi ẽt ipſe pharmaci promiſſionem nõ præſcripſiſſet, facillimum tñ erat nobis eam animo aſſequi, memoria repetentibus ea, quæ in principio præfatus ſum. Eſt enim aurium purulenta-
C rum reſiccatiuum hoc pharmacum, quod ipſum malum ex fluxione quapiam ex capite delabẽte contingit, ob quam, ſi diu perſeueret, etiam exulcerationes accidere videmus. Vndecimã auricularem ſic ſcripſit. ¶ *Auricularis Compoſitio in multis conſona.* Croci 3 i, myrrhæ 3 i. caſtorii, 3 duas, aluminis ſciſſi, 3 quatuor, *thuris 3 i. Cum paſſo ad mellis craſſitudinem redigito, deinde etiam ſic dilutis utitor. Et hæc moderatas affectiones ſanat, quemadmodum etiam ea, quæ hanc ſequitur. Cæterum quæ deinceps poſt hanc ab Andromacho adſcriptæ ſunt auriculares compoſitiones, eas citra meam expoſitionem adſcribam, cum ipſas per ſe dijudicare poſſint, q̃ prædicta memoria tenent. Verum quarum ipſe cum diſtinctione fecit deſcriptionem, earũ nulla amplius noſtra interpretatione opus hẽt. Deinceps igitur oẽs deſcribentur, ne uidelicet amplius alicuius alterius auricularis compoſitionis, ab aliquo alio medico conſcriptæ, mentionẽ facere opus habeam. In his enim uarietas omnium ipſarum comprehenſa eſt. ¶ *Auricularis vt Solon Diætarius.* Myrrhæ 3 quatuor, aluminis ſciſſi 3 quatuor, caſtorii 3 duas, thuris 3 i, croci 3 vnam, opii 3 i. Cum cretico, aut uino mulſo ad mellis craſſitudinem redige. ¶ *Auricularis compõ Antipatri ad doloris vexationes.* Croci ſextantẽ, alii vnc. i, myrrhæ vnc. i, ſalis ammoniaci vnc. i: aluminis ſciſſi, ammoniaci, thymiamatis, utriſq; vnc. dimidiũ: *fœcis unguenti irini, aut Syriaci
D ſextantẽ. Cum uino mulſo aut cretico ad mellis tenuis ſpiſſitudinẽ redige, ac utere. ¶ *Auricularis alia valde commoda.* Opopanacis 3 ii, ſucci papaueris 3 quatuor, ſpumæ lycii 3 quatuor, caſtorii 3 duas, aluminis ſciſſi obo. tres, croci ob. tres. myrrhæ 3 unam. Vſus eius eſt cum lacte muliebri. ¶ *Ad aures purulentas compoſitio Spenduſæ.* Fellis porci caſtrati partes ii, mellis attici partem i. Vaſe uitreo ſimul indita in feruido cinere, vſq; ad dimidium calfacito, atq; ita utitor. ¶ *Auricularis Harpocratis ad affectiones, & dolores.* Spicæ nardi 3 vi, myrrhæ 3 vi, piperis 3 vi, ſpumæ nitri 3 vi, floris ſalis drach. vi, croci drach. vii, nuces amaras x, ſucci papaueris drach. vii, uini ueteris quantum ſufficit. Stanneo uaſi pharmacum infundito. ¶ *Ad grauitatem auditus, & ſonitus.* Veratri albi drach. i, caſtorii obolum i, ſpumæ nitri ſeſquiobolum. Cum aceto optimo utere. ¶ *Alia ad ſonitus pulchra.* Struthii drach. i, croci cilicii drach. i, caſtorii drach. i, veratri albi 3 quatuor, nitri 3 unam. *Redigito in paſtillos, & uſu expetente, uino dilutis utere. ¶ *Ad aures purulentas.* Alumen ſciſſum uſtum, & myrrham cum melle terito, & præelota auricula pharmacũ lana exceptum imponito. ¶ *Auricularis Chryſanti Gratiani, ad inflammationes, & Exulcerationes.* Blattas detractis pẽnis xii, uini veteris, & mellis utriuſq; ſexũcẽ, * mali punici putamẽ unum, ſucci porri ſeſquicyathũ. In olla noua, donec mali punici putamẽ flaccidũ fiat, coquito: deinde terito, & unguẽtũ Syriaci unciã unam adiicito, picis liquidæ ſeſquiunciam, cæparum quatuor ſuc

*Al. vnam.

*Aliter i.

*Al. iiii.

*Al. libras ij.

cum

cum expreſſum:& contrita ſimul reponito. Vſu uerò expetente tepefacta lana excepta indito. E

Auricularis compoſitio ad inflammata & purulenta. Nardi indicæ 3 i, aluminis ſciſſi drach.ii.opii drac.quatuor,malicorii drac.quatuor,croci drac.tres,myrrhæ 3.quatuor,thuris drac. quatuor, mellis attici 3.quatuor,ſpumæ nitri 3.quatuor,caſtorii drac.duas, amygdalarũ amararũ drach. octo, piperis albi grana xxx,aceti cyath.i,urinæ ſuis ſylueſtris tantundẽ, fabæ Aegyptiæ uiridis internæ amaræ drac.quatuor.Trita ſimul in ſtãneo uaſe reponito.Vſus tpe cũ roſaceo inſtillato,& lanæ purpura infectæ tomentum indito. *Auricularis ad deſperata, uelut Zoilus ophthalmicus tradidit.*[a]†Seminis hyoſcyami ob.tres,aluminis ſciſſi obo.dimidiũ,myrrhæ drac.unam,caſtorii obo.tres,ſucci papaueris obo.tres,gallæ obo.tres,croci obo.quatuor,cinnamomi ob.quatuor, thuris obo.duo,ſpumæ nitri ob.duo,ſandarachæ obo.duo,[b]†opii recentis cochlearia iii,urinæ ſuis feræ maſculæ cochlearia tria,ſanguinis cõchilii ob.tres,ſucci mandragoræ obo.i, mellis attici quantũ ſufficit:cõchylio aurem obturato. *Auricularis alia ad inflãmata & purulenta mirabilis.* Rutæ obo.tres,myrrhæ ob.tres, [c]†baccarũ lauri amotis corticibus obo.tres,ʃ ſucci hyoſcyami drac.unam,opii 3 unã,croci 3 i.Cum lacte muliebri utere,& tepidũ infunde. *Auricularis compoſitio ualde bona & probata, ex Apollonij libris.* Myrrhæ drac.duas, thuris drac.i.nucum amararum drach.unã,ſpumæ nitri 3 i,aluminis ſciſſilis drac.i,malicorii drach.unam, ſpicę nardi 3 unam,F aloes drac.tres,uini mulſi ueteris cyath.tres. Arida trita uino mulſo admiſce, & cocta in ſtanneo uaſe repone:vſu uero exigente tepido utere.

A †Sed hęc compoſitio non conſentit uetuſtiſſimo Venetorum codici. Habet.n. ille opij ob. iiij. de hinc paulo inferius thuris ob. i,ſpumæ nitri obo.i,ſandarachę obo.i.

B †Olei amygdalarum amararum μετόπτον appellati.

C † δαφνίδων ἀλιπλεσμένων τριώβολον.

Compoſitiones Auriculares Ab Aſclepiade in primo Externorum ſcriptæ.

Auriculares cõpoſitiones ad dolores aurium recentes, quibus Niceratus uſus eſt. Inter eas optima hæc eſt. Aſellorum domeſticorum:eſt autem animal multipes in aquariis uaſis,& ſterquilinijs enaſcens,quod ad digitorũ contactũ in orbem ſe contrahit: horũ tres aut quatuor in oleo feruefacito,& expreſſum oleũ auribus infundito.Facit & cucurbitę ſuccus cum roſaceo,aut nardino miſtus & tepefactus.Et perdicii herbę ſuccus cum oleo coctus.Et cẽtaureę ſuccus aqua mulſa dilutus.Et hyoſcyami ſuccus roſaceo miſtus. Facit & papaueris ſucci parũ lacte muliebri diſſolutũ. Et ſeroſus cruor qui à carnibus bubulis dum torrẽtur deſtillat. Has itaq; crudas recẽtes prunis imponere oportet,& crudas adhuc exprimere,& expreſſum liquorẽ calidum in fundere.Facit etiam nucum putrefactarum internarũ liquor aceto dilutus,addito roſaceo:Facit & Aphricana limaca in propria teſta,cũ oleo nardino,aut roſaceo feruefacta.Facit & ſuis,quę nõ peperit,fel pari melle attico admiſtum. *Aliud.* Succi papaueris,caſtorii,utriuſq; oboli duo,paſſo diluito:& pauco roſaceo adiecto tepida infundito . *Aliud.* Succi papaueris,& ſucci peucedani,ęquales G partes diſſolutas infundito.

Ad inflammationes cum exulceratione, Charixeni.

Myrrhę,opii,caſtorii,ſingulorum æquales partes paſſo dilutas tepidas infunde. *Aliud.* Hyoſcyami ſucci,ſucci papaueris,myrrhæ,caſtorij,ſingul.drac.quatuor,piperis, drac.i.paſſi protropi quantum ſatis eſt . *Ad ſiccas & non humentes ulcerationes. Optime conuenit & in peſſo oppoſitum.* Oeſypi 3.quatuor,medullæ ceruinæ 3.quatuor,butyri drach.quatuor,adipis anſerini dra.quatuor,ceræ Tyrrhenicæ 3.iiii,terebinthinæ 3.quatuor, olei cicini cyath.ii,olei amygdalini cyat. ii,olei cyprini cyath.ii,piſſelæi id eſt olei picini cyath.i.Cõponito,& utitor,quantũ ſufficit oleo nardino diluto,& ad mellis craſſitudinẽ redacto.¶ *Aliud ualde commodum. Facit & adneruorum affectiones.* Olei cyprini cyath.ii,roſacei,amygdalini,olei ueteris,ſingul.cyath.ii:piſſelæi cyath. ij,ceræ ſextãtẽ,terebinthinæ vnc.i,adipis anſerini vnc.i:componito & utitor. *Aliud ad abſceſſus in profundo, Antonij Muſæ.* Croci 3.duas,myrrhæ drac.duas,bdellii 3.quatuor, nucũ amararum drac.octo,ſucci marrubii heminæ dimid.paſſi protropi heminæ dimidiũ. Liquores coquito,& admiſtis reliquis excipito.Vtere in paſſo,diſſoluens quantum ſufficit. *Aliud.* Croci,myrrhæ,caſtorii,centaureæ,ſingulorum drach.ii:ſpumæ nitri drach.unam , amygdalarum amararum de- H puratarum drach.viii.ſucci helxines ſeſquiſextarium,paſſi protropi ſeſquiſextarium.Componito,ac utitor ut dictum eſt.¶ *Ad inflammationes cum fluxu, quo uſus eſt Cleon.* Myrrhæ,aloes,thuris, ſucci papaueris, ſingulorum drach.ii:miſtos crudi drach. unam: aceto excipe, & uſu expetente paſſo diluta infunde . ¶ *Aliud Arij Tarſenſis.* Myrrhæ drach.iiii,thuris drach.iiii,miſtyos crudi drach.ii,lycii Indici drach.iiii:aceto excipe.Vſus iam indicatus eſt. Quòd ſi multus fluxus oboriatur,ſubſcriptis compoſitionibus utendum eſt. Croci,thuris,myrrhæ,opii,ſemini uiticis, ſingulorum drach.unam:lycii Indici,florum mali punici, florum roſarum ſingulorum drac.ii. aceti heminam unam. Viticis ſemen,mali punici flores,roſarum flores in aceto coquito:& ubi diſſoluta fuerint, reliquis adiicito: & excepta reponito . Vſus tempore paſſo diluta infundito. ¶ *Aliud ad purulentas aures cum dolore, quo uſus eſt Cimon.* Caſtorii 3 ii : aluminis ſciſſi, croci, myrrhæ,thuris,ſingulorum 3 i . Paſſo,aut uino myrtite excipe :ac utere ad recens malũ cũ uino mulſo,ad inueteratum cum aceto. *Aliud Claudij Damonici ad purulenta, & inueteratas affectiones.* Croci drach.iii,myrrhæ drac.unã,nuces amaras depuratas numero xxx:ſpumæ nitri, nardi ſyriacæ,aluminis ſciſſi,ſingulorũ 3.unam:thuris obolos.iii.Aceto acerrimo excipiuntur, & p ace tum diluuntur. *Ad fœtorem, & Nomen, ſiue ulcus depaſcendo proſerpens, compoſitio Hiſpanorum appellata.*

A *appellata*. Gari nigri, quod Romani, Sociorum appellant, ſextariũ unũ: aceti ſcillitici ſextarium unum, mellis attici ſeſquiſextarium, ad compagem coquito: & in uitreo uaſe repoſitis utitor. In alijs deſcriptionibus ſic legere eſt: Succi cucurbitæ ſextarium unum, componito: facit ad fætorem cum inflammatione. *Charixeni ad corruptiones, & fœtores.* Aluminis † Melij ʒ viii, atramenti ſutorii ʒ viii, aloes ʒ viij, crocomagmatis ʒ viiij, myrrhæ ʒ viii, uini myrtitę ſextariũ dimidiũ. Alumen, & uinum ipſum coquito: atq; ubi in compagem coierint, reliqua aceto diſſoluta iniicito: & repoſitis utitor. *Ad carnium incrementum, quo vſus eſt Heraclides Tarentinus.* Aeruginis raſæ ʒ viii: ſquamæ æris ʒ viii, in alio exemplari ʒ quatuor, mellis heminæ dimidium. Arida trita, ac melle excepta, donec rubefiãt, coquito: & ablatis utitor. *Aliud.* Aeruginis ʒ quatuor, atramẽti ſutorii ʒ quatuor, myrrhæ ʒ quatuor, ſucci marrubij cyath. tres, mellis quantũ ſufficit: p̃para vt dictũ eſt. ¶ **Chalcedonia ad Inueteratas" Affectiones*. Veratri albi ʒ quatuor, croci ʒ quatuor myrrhæ ʒ quatuor, caſtorii ʒ quatuor, thuris ʒ quatuor, opii ʒ quatuor, atramenti ſutorii ʒ xvi, piperis ʒ duas. Myrrhã, opiũ, thus, caſtoriũ, in aceto, cui malicoriũ incoctũ eſt, uſq; ad diſſolutionẽ macerato: deinde veratrũ, crocum, piper, atramentum ſutorium, contuſa iniicito, atque oĩa ſimul diligenter terito: qđ ubi probe factum fuerit, uini mulſi quantũ ſatis eſt affundito, ut ad di

B luti mellis craſſitudinẽ redigantur. Vſu uero expetẽte, tepefacta infundito. Ex huius pharmaci vſu ſępe egregie mihi ſucceſſit, uerũ tpis progreſſu omphacii ʒ i, ad hanc deſcriptionẽ adieci. ¶ *Aegyptia ad eaſdem affectiones, etiamſi ſint connatæ.* Amygdalarũ amararum depuratarum ʒ ii: fabarum egyptiarũ interioris partis amarę, piperis albi, croci, myrrhæ, opii, ſingulorum ʒ duas: thuris ʒ ii, omphacii ʒ iiii, aluminis ſciſſi ʒ iii, caſtorii ʒ duas, atramenti ſutorii ʒ iiii, ſpumę nitri ʒ ii, aceto in quo malicoriũ incoctum eſt excepta, ad limi craſſitudinem redigito. Vſus uero tpe quantũ ſuffecerit ex pharmaco acceptum, ac nardino unguento diſſolutum, infundito. *Ad ſanguinis ex auribus eruptiones, Heraclidæ Tarentini. Facit, vt ne in grumos coeat.* Marrubii ſuccũ *coquito, & admiſto aceto infundito. Aut mali punici in aceto cocti ſuccũ exprimito & infundito. Aut polygonii ſuccũ cũ exiguo aceto. Aut acaciã, aut amurcam, aut lyciũ cũ aceto. *Aliud. Botryos ſiſtit ſanguinis eruptiones.* Succũ rubi, & ſuccũ gallarũ in aceto coctarum, ſimul miſtos infundito.

† *Al. Mileſii libram vnam. al. μιλεσιαν. i. non lauis.*

* *Al. καρχηδονία.*

* *Al. εκθλιψας i. exprimito.*

Quæ Pharmaca Archigenes poſt prius ſcripta ſubiecerit.

Pharmaca ad auriũ dolores ab Archigene ſcripta ſupra relata ſũt. Nũc verò ẽt ea, q̃ ad aliàs affectiones conſcripſit apponã. Humentibus uero polygoni ſuccũ cum pari roſarũ ſucco infundito. Aut crocũ, & myrrham cũ paſſo, & roſaceo tepefacta infundito. Purulentis aũt prodeſt qui

C dem polygonũ cũ roſaceo infuſum. Verũ egregie conuenit eis uinum, in quo conizę tenuia folia habentis folia ſint incocta, inſtillatum. Quidam ẽt thus ad uinũ admiſcent. Aut lycium roſaceo dilutum inſtillato. Aut marrubii ſylueſtris ſemen cum aceto, & roſaceo eodem mõ. Aut cumini, & croci, ęquale pondus cum uino auſtero. Aut croci, & myrrhę utriſq; ʒ ii, nuces amaras decorticatas numero xxxv. Nuces tritas cũ mellis hemina dimidia, & porri ſucci hemina dimidia, cõmiſceto, & reliqua itẽ p̃be trita ijſdẽ liquorib⁹ diluito, ac ſimul deĩde tepefacta ĩſtillato.

§ Eiuſdem § De auribus exulceratis.

Cęterum exulceratis auribus, & cruentis, ac dolentibus, galbanum, & opium cum paſſo, & roſaceo mellis craſſitudine inſtilla. Aut pro galbano peucedani ſuccum admiſce, & magis ſuccedet. Aut cinerulã aſſatam cum roſaceo tritã infundito. Aut lycium cum lacte muliebri. Magnificeopitulatur ẽt ipſum mel per ſe tepidum infuſum, pręſertim ſi fętores ſimul adſint. Quidã aſellos mille pedas appellatos, qui in aquarijs uaſis reperiuntur, cũ unguento quopiam inſtillant, & eximie opem ſentiunt. Aut blattas domeſticas cum roſaceo inſtillato. Probè facit ad omnẽ auris affectionem adeps uulpinus § recens, & § inueteratus, liquatus, & inſtillatur. Aut ſpondylii interiorẽ velut medullã cum melle, & roſaceo infunde. Aut elota, & cõ ſcalpta auricula, porri, aut

D marrubij ſuccum cum melle infunde. Aut lixiuium figularium cum melle feruefactum: Aut thus cum aceto in mali punici putamine feruefactum infunde. § Aut crocum, & alumen ſciſſile cum uino mulſo in mali punici putamine eodem modo feruefactum infunde. § Aut gallam tritã linteolo illigatam in uino coquito, & ex hoc inſtillato, ſtatim a dolore liberat.

§ Eiuſdem § de vermibus aurium.

Porrò in quibus uermes ſunt, veratrũ albũ cum melle immitte, aut aridum inſuffla. Aut rubi ſuccũ infunde. Quòd ſi uero auriculæ os corroſum, § uel pingui humore imbutum ſit, § fiſſura retro aurem impacta, ipſum ſcalpito, deinde urito, ac citra moleſtiam cicatricem inducito.

De ſonitu in auribus.

Sonitus quidam ex flatuoſo ſpiritu generãtur. Quidam ob exquiſitam ſenſus audiendi ſubtilitatem fiunt, quemadmodum in oculis imaginarię ſuffuſiones, p̃p uapores ex ore uentris exhalantes. Cęterum neutrius affectionis certa cognitio in principio haberi põt. Non cõuenit tũ citra artẽ, aut cognitionẽ aut curationẽ auſpicari. Dictũ. n. iam ſępe eſt, atq; ẽt demonſtratum, non unũ coniecturalis ſpei genus eſſe: atq; artificialem quandã coniecturam ex cauſis forinſecus laceſſentibus, procatarcticis a gręcis appellatis, facere licet, ſi quis ipſarũ uires norit, cum alia affectio ex frigiditate, alia ex ardore fiat. Quemadmodũ ẽt ex p̃greſſa plaga, aut tali, uel tali morbo:

morbo:velut,& ex cruditate,aut largo uini potu,aut uiolento,& multo uomitu:aliquãdo,& ob E
pharmacorũ auricularium uſum:ſonitus quidam fiunt.Quin,& ſi uel paulatim congregẽt,vel
coaceruatim irruat ſonitus,id ipſum quoq; ad inuentionẽ affectionis conducit. Inſuperq́; ſi p
interualla repetat,uel continenter hoc ſymptoma perſeueret. Verum certa cognitio tp̃e cõtin
git,poſt uſum pharmacorũ artificiali coniectura exhibitorũ.Si quidẽ igitur in febribus ſonitus A.L.3.f.
fiant,minime interturbandi ſunt:ut plurimum.n.ſtatim ſedantur. Si uero ob flatum uentoſum, c.11.&.13.
cui trãſitus intercluſus ſit,ſonitus fieri ſuſpicatus q.ſpiã fuerit:& ob hãc rem diſſecãtibus,& atte-
nuatorijs,ac diſcuſſoriis pharmacis admotis, nihil profecerit: ſimulq́; apophlegmatiſmis uſus
ſit,& toto capiti proſpexerit:huic merito in hanc ſuſpicionem inclinatus animus erit,ſenſus au
diendi uidelicet ſubtilitatem,ſonitus cãm eſſe, præſertim ſi acuto audiẽdi ſenſu æger p̃ditus ap
pareat.In eiuſmodi itaq; quẽdã,qui p̃dictis pharmacis uſus erat,neq; quicq̃ opis ſenſerat,cum
ego forte incidiſſem,ex ſtupefaciẽtibus ſenſum quippiã admiſcui, uelut eſt mãdragoræ ſuccus,
& papaueris ſuccus:ex eisq́; à ſonitus ſymptomate liber euaſit.Quæ igr̃ a prioribus medicis ad
hmõi ſymptomata,& acceſſoria mala cõſcriptæ ſunt auriculares cõpoſitiones, ex diſcuſſorijs,
& incidentibus pharmacis conſtant.Supra itaq; in Catalogo,& enumeratione cõpoſitionũ au
ricularĩũ ab Andromacho deſcriptarũ,ex eiuſmodi materia cõpoſita,quædã recẽſebãtur,quas F
ipſe ad ſonitus cõuenire ſcripſit: Nũc uero eas,quas Archigenes ad hãc rẽ cõſcripſit recẽſebo.

Compoſitiones ab Archigene ad ſonitus conſcriptæ.

In ſonitibus repẽtinis acetũ cũ roſaceo inſtilla. Aut cuminum,& oleum craſſitudine mellis.
Aut radicis cucumeris ſylueſtris ſuccum. Aut ipſa m radicem oleo incoctam. Si uero ad multũ
tp̃s perſeuerẽt,oĩbus amaris,& acribus,attenuatorijsq́ue,& diſcuſſorijs, q̃ ad dolorẽ ex craſſis
humoribus obortũ deſcripta ſunt,utaris,ſingulis in aceto coctis,& admiſto melle. Aut reclina-
to ægro,& nitro crudo trito in aurem inſperſo,acre acetum tepidum infunde:ac poſtquã ferue
re deſierit,lana ſcalpendo exterge:& nucum amararum ſuccum infunde,& lana obtura. Aut ni
trum,& myrrham probe unita,cum roſaceo,& aceto,ac atramẽto ſcriptorio craſſo inſtilla:aut
pẽna in eis immerſa bis in die inde. Aut caſtorio,ac nardino pari mẽſura cũ aceto, & roſaceo
vtere. Aut aceto,ac nitro,melleq́; miſtis collue.Cęterum quibus ob multam ſenſus ſubtilitatem
ſonitus oboriuntur,caſtorium & cicutæ ſemen cum aceto trita inſtilla. Ex morbo verò obor- A.ibidem.
tis ſonitibus, ubi fomentum ex decoctione abſynthii adhibueris, acetum & roſaceum inſtilla.
Aut raphani ſuccum cum roſaceo:aut aloen optimam cum uino mulſo dilutam. Si verò perdu
rent,veratrum nigrum aceto decoctum adhibe. Huiuſmodi quidem Archigenes ad ſonitus au G
rium conſcripſit:verum Apollonius in primo parabilium ſubſcripta habet.

Quæ Apollonius ad ſonitus,& ſuſurros, ſibilosq́; ac inflationes aurium conſcripſit.

Acetum acre tepidum inſtilla.Oleum,& acetum tepidum inſtilla. Mel atticũ calidũ inſtilla.
Laurinum oleum eodem modo.Porri ſuccũ cum lacte muliebri,aut roſaceo infunde.Cucume-
ris ſylueſtris foliorum,aut fructus ſuccum per linteolum inſtilla. Cucurbitæ ſylueſtris medullã
oleo dilutam infunde.Cuminum tritum cum medulla uitulina inſtilla.Cucumeris ſylueſtris me
† *In antiquo cod. græco hæc reperiuntur Aloen, folia viridia amaranthi,rutam,lulaciem,origanũ, terræ inteſtina, ana partem vnam.Vbi coxeris hæc vna cũ oleo vſque ad complementum horum ex ipſo oleo tepido inſtillo inaurem.*
dullã oleo dilutam infunde.† Glandẽ unguentariã terito,& adipe anſerino,ac reſina parimen
ſura admiſtis inſtillato.Semen lini tritum,& unguento Arabico dilutum inſtilla.Miſy terito,&
unguento roſaceo dilutum inſtillato. Rutam,& cuminum pari menſura trita,& aceto diluta,
admiſto melle infunde.Hyſſopum tritã,& cedrino oleo dilutam inſtilla.Amygdalarũ amara-
rũ oleũ melle miſtũ eodem modo. Quòd ſi efficacius reddere uelis,hoc cum priore cõmittito.
Viticem& ſtellionis caput pari ponderetrita admiſto oleo inſtilla.Nitrum,& reſinã, & adi-
pẽ anſerinum,æquis partibus cum oleo admiſto diſſoluta inſtilla. Cæpas,& allium,& adipem
anſerinũ pari mẽſura trita,& excolata infunde:& aqua collutis prius calida,nitrũ tritũ inſuffla.

Ad aures exulceratas,& purulentas, eiuſdem. H

Primum quidẽ collutiones Apollonius ſcripſit.Scd̃m deinde locum infuſilia hñt.Tertiũ re-
ficcatoria,& quartum quæ inſufflantur,iuxta ſubſcriptã ipſius dictionem.¶ *Collutiones.* Aqua ca
lida aſſidue collue.Lenticulæ decocto eodẽ modo.Aqua mulſa calida ſimiliter.Hederæ cremo
re,aut decocto cũ uino utitor.Malicorii cremore,aut decocto ſimiliter cũ uino.Gallæ plenæ de
cocto cũ uino.Myrteo in uino decocto elue.Vino cum exiguo alumine trito utere.Stæbes ſemi
ne in uino cocto elue.Vrina,& uino miſtis,ac calfactis elue: ¶ *Infuſilia.* Picis ſerum infunde.†
Myrrhã cũ uetere uino contrita infunde.Oleæ folia exuccato,& admiſto melle coquito,ac uti-
tor.Papaueris ſuccũ paſſo dilutum inſtilla.Cæparum ſucco cũ melle utere. Rutæ ſylueſtris ſuc-
cũ cũ uino,& oleo roſaceo in mali punici putamine calfactis inſtilla. ⸗Fel bouis,uel ſuis in puta
mine mali punici tepefactum infunde. Fel capræ,uel ouis,uel marinæ teſtudinis,cum muliebri
lacte tepefactũ infunde.⸗Cardamomũ tritũ cũ melle inſtilla. Peucedani ſuccũ roſaceo dilutum
inſtilla.Aloen,& crocomagma diluta inſtilla.Abſinthio cũ melle trito utere.Myrrhã,& reſinã
ac anſerinũ adipẽ cũ oleo trita infunde. Pinguitudinẽ caſeo in figulinũ uas recẽs coacta ſuper-
ſtãtẽ tepefactã inſtillato. Diphryges tritum cum melle inſtillato. Alumẽ ſciſſum tritũ cum paſſo
& aceto ad mellis craſſitiem coquito,ac utitor. ¶ *Reſiccatoria.* Cedriam melle miſtam inſtilla.

Piperis

A Piperis albi grana tria vnguẽto Aegyptio diluta,& in parua cõcha trita inſtilla. Crocũ & ceruſſam pari mẽſura trita,& roſaceo diluta,infunde. Melanthium & ſulfur pari põdere terito,& roſaceo diluito:& unguẽto irino,adipeq; anſerino pari mẽſura additis,rurſus terito,ac vtitor. Myrrhã & ſulfur æquis partibus trita,& oleo miſta inſtillato. Myrrham,& putamen mali punici dulcis æquis partibus trita,ac melle diluta infundito. Animalcula ex arboribus,velut rubri uermes,trita & oleo diluta inſtilla. Animalculum,quod Inteſtinum terræ appellatur,coctum,& excolatum inſtilla. Reſinam,& mel,ac oleum pari menſura miſta,ac diſſoluta inſtilla. Malũ punicum dulce accipito,& execto eius umbilico acinos eiicito:deinde paſſi cyathum unũ infundito,& atramenti ſutorii triti obolos duos infarcito,& ad mediocrem craſſitudinẽ coquẽdo redigito:ac tepido utitor. ¶ *Quæ inſufflantur.* Gallã tritam inſuffla. Piper rotũdum,cum uino cõtritum inſperge. Eodem etiam magis diluto pro inſuſili utendum eſt. Omphaciũ,& gallam torrefactam æquis partibus trita,inſuffla. Cinerulam cypriam læuigatam inſuffla. Vtendum etiã de ambulationibus,& uentris euacuationibus,& ciborum ſubtractione,& purgatione aurium diligentiore. ¶ *Ad aures humectas.* Cæterum ad aures humore madidas,ita enim Apollonius appellat,ſubſcripta pharmaca commoda eſſe ait. Miſy in linteolo uſtum,& cũ ipſo læuigatum in-
B ſufflato. Galla uſta,ac trita ſimiliter utitor. Spodio trito eodem modo: attamen in teſta torrefactum,& affuſo oleo,tritum inſufflato. Cæterum eadem diligentia circa diætam utitor.

Ad auditus grauitatem.

Porro in ſubſurdis,ſiue grauiter,& difficulter audientibus,aut etiã ſurdaſtris appellatis, utpote qui exiguas uoces penitus non audiunt,magnas autẽ uix percipiunt, hoc ipſum ſymptoma ualde ſuſpectum habere oportet:paulatim.n.augeſcens,temporis progreſſu perfectam ſurditatem inducit. Quapropter per hierã purgandi ſunt,& per catapotia ex colocynthide: pituitaq; eis p apophlegmatiſmos detrahenda,ac caput reſiccandum eſt:omniq; modo curãdum,ut robur ei addatur,quemadmodum iam ſæpe eſt demonſtratum. Vtẽdum etiam attenuatoria uictus ratione. Atque in ipſam auriculam pharmaca coniicienda ſunt,quæ craſſos,& uiſcoſos humores findant,ac ſecent,attenuentque:Quorum ſylua eiuſmodi eſt.

Quæ Apollonius in primo parabilium ad auditus grauitatem pharmaca conſcripſit in hæc uerba.

¶ *Ad auditus grauitatem repentinam, & ex dolore capitis obortam. Fomenta.* Abſinthium cum aqua decoquito,& per ſtipulam fomentum inde facito,quo modo alias p arundinẽ id fieri de
C mõſtrauimus. Baccis lauri,aut foliis eiuſdẽ in aqua decoctis ſimiliter utitor. Similiter etiam origano,atq; itẽ hyſſopo. Aqua quoq; marina,& aceto eodem modo. Eiſdẽ autẽ,& in olla coctis vtendum eſt. Fomentum uero per ollam,quomodo fiat iam demõſtratũ eſt. ¶ *Collutiones.* Aceto albo,& aqua pari menſura cũ nitro trito feruefactis ad plures dies eluito,atq; inde aqua ſimplici calida eluito. ¶ *Infuſilia.* Et ſic ea,quæ ad hãc rem deſcripta ſunt infundito.* Marrubij* ſuccũ, & irinũ unguentum miſta infundito. Fel tauri,& capræ,ac unguentum roſaceum miſta inſtillato. Cæparum ſucco,& reſina oleo dilutis æqualiter utitor. Oleo nucum,& reſina miſtis pariter utitor. Alumen aceto dilutum inſtillato. Mirrhã,& alumen pari põdere trita,& aceto diluta infundito. Adipem anſerinum,& fel bouis,ac laurinũ,pari mẽſura miſta inſtillato. Hederæ ſylueſtris baccarum ſuccum per linteolum expreſſum inſtillato. Veratrum nigrum aceto tritum,mel leq; multum cocto exceptum,in parua collyria ad formã glandis redigito,eaq; meatui indito, ac per dies quinque ſinito. Senectam anguium aceto tritam inſtillato. Eodẽ,& cum felle bubulo,aut caprino,aut teſtudinis marinæ,aut callionymi piſcis,diluta utitor: Naſturtii quantũ ſufficit,& nitri parum,carne ficus reiectis granis excipito:indeq; collyrium auditorio meatui cõgruum formato,ac indito. per triduum autem ipſum eximito. Hoc multas ſordes educit, & cõſe
D ſtim leuius malum reddit. Cæterum reliqui corporis quoque cura habẽda eſt. Deambulationibus itaq; pro uiribus multis utendũ eſt,& capitis,reliquorumq; membrorum frictione. Inſuper & apophlegmatiſmis,& collutionibus,q̃ pituitã extrahere poſſunt. Cibis utendũ eſt copia moderatis,& ex genere eorum,quæ facile exoluuntur,facileq; excernuntur. Plurimum autem auxiliatur in huiuſmodi affectione cõſtitutis ſpõgia tenuiſſime contrita,in orbẽq; conuoluta, meleq; imbuta,& auriculæ indita. Idem remedium cõmodum eſt, & ad carnẽ in auditorio meatu enaſcentẽ. Poſt hæc uero inquit utendum eſſe ollæ fomẽto iam ante à ſe indicato. Indicauit aũt hoc ipſe inter reliqua auditus præſidia:verum ego ipſum uelut à me condemnatum reliqui: ꝓpterea q ad elotionem quidem præſtet in aurium dolore,utilitatẽ ãt de ſe omnino nullam præbeat. Quapropter nunc ipſum apponam:veriſimile eſt enim ſurdaſtros inde iuuari, utpote qui contrariis præſidiis opus habeant his,qui aurium doloribus uexantur. In doloribus enim affectæ partes exquiſita quiete opus habent:Surdaſtri uero uehementi motu:& fere dixerim tranſmutatione in contrariam ei,quæ iam adeſt affectionem,indigent.

Fomenta ad aurium dolorem ab Apollonio his uerbis conſcripta.

¶ Fomentis porro utendum eſt per ſpongias aqua calida imbutas,ac ſufficienter expreſſas. Itẽq; per cucurbitas affixas. Amplius uero,& per uaporem ex arundinibus perforatis allatum.

Oportet autem alterum arundinis extremum concauitati auriculæ congruens esse: alterũ uero E in ollam perforatum operculum habentem,& undiq; obturatum incumbere. Sit aũt in olla absinthiũ in aqua feruefactum,quo uapor inde sublatus ad auditorium meatum perferatur. Simi-
Al.adipem. liter,& per fermentum in ueru assatum fomentum adhibendũ est. Vehementer ẽt subscriptus fomenti modus cõuenit. Vrinam tauri maxime, aut certe bouis uetustissimam,in ollam nouam angusti oris infundito:& aceti tertiam urinæ partem,ac myrtum contusam admisceto: deinde testas pro ollæ magnitudine satis multa,igni candefactas in ollam coniicito: posteaq; hominẽ inclinatum apposita ad aurem olla fomentum admittere iubeto. Circum aurem uero fasciculũ ex lana in orbem circumponito, ne uidelicet circunsitæ partes exurantur. Vtendum & farina hordeacea,ac triticea in uino cocta:itemq; unguento irino calido,gratia fomẽti. Superne uero auriculæ imponendæ sunt lanæ molles,ac puræ,uino & oleo imbutæ. Hordeacea itidem,& triticea farina,aliqñ quidem per se cocta,cum uino,& unguento irino: aliquando uero columbino stercore,& aristolochia tenui,æquis partibus admistis. Confert autem cibi abstinentia, & diæta tenuis,& alui euacuatio larga,& memorabilis. Insuper, & quies, ocium, capitis uelamen. In potu aqua calida,aqua mulsa,ptisanæ succus cum melle, donec remiserint dolores.

Quæ Archigenes ad auditus grauitatem, ac surditatem his uerbis conscripsit. F

¶In auditus grauitate. Succum corticis raphani cum rosaceo,aut cyprino tepefactum instilla. Aut galbanum,cum aceto,& melle feruefactum. Quòd si surditas succedat, Veratrum nigrũ erui magnitudine in cocto melle indito,ac donec,quod impedit,erodat, sinito. Aut ubi absinthij decocto elueris,mel & oleum instillato. Aut collyrio ex nitro ficu,& sinapi immisso per triduum id nõ extrahimus. Postea" uero acutis uocibus assiduis, & uicissim grauibus inclamamus, A.l.3.f.42.c.3.d.2.3.f.d & per turbam sonitu immisso malum depellere conamur. Post hæc, & alphodeli radices oleo ueteri incoctas utiliter infundimus,caprinaq; urina assidue eluimus. Cæterum surditate ex capitis dolore oborta,Raphani succum,cum rosaceo infunde:aut foliorum cucumeris syluestris succum: Aut castorium,cum baccis lauri,& aceto:aut nigrum ueratrum albo aceto irrigatum, sub orobi quantitate cocto melli miscens,glandulasque componens impone.

Eiusdem de corpusculis, quæ auribus illabuntur.

¶Quòd si aqua in aurem illabatur,auxiliatur acetum,& altero pede affectæ auriculę propin quo exilire,aliqualiter seipsum reclinando,hoc.n.modo facile excernitur. Quin & exuctio simplex per os,aut ẽt per stipulã,egregie aquã extrahit:quod ubi factum fuerit, conscalpta per lanam auricula,ex prædictis unguentis aliquod instilla. Si uero calculus,aut faba,aut consimile G quippiã,in auditoriũ meatum illapsum fuerit,eluito:ant lana circa auricularium specillum obuoluta,& resina tincta extrahito. Idem & per glutinosum aliquod pharmacũ fieri potest. Quòd si neq; sic sequatur,sternutatorio in nares iniecto,os,ac nares obturato: facta.n.spiritus cõclusi extensione,id quod incidit efflatur:idq; assidue donec excidat,facito:si.n.intus in arescit,aure in flammata,conuulsiones inducet. Optime ẽt confert ad eorum,quæ illapsa sunt eiectionem,cõcussio. Si itaq; puer fuerit,pede comprehensum,& in caput eleuatũ,cum concussione uibrabis. Si uero perfectæ ætatis quispiam ita fuerit affectus, ipsum in tabulam secundum affectã aurẽ reclinatum,caput ad tabulam firmare iubeto:deinde leuata tabulæ circa caput parte,deferri sinito,idq; sæpe repetito. Mouebitur enim,quod incidit, & ad expeditiores meatus partes progredietur:atq; ita angusta,& concaua specilli parte immissa scitè extrahito. Si uero faba,aut cõsimi le quippiã in aurẽ illapsum,& in ea maneat,madefactũque,& tumefactũ dolores ĩducat,impossibile quidẽ est ipsum integrũ eximere. Quare per specilli cõcauũ industrie partiri, ac diuidere ipsum oportet,atq; ita particulatim extrahere:deinde sapã, aut uinũ dulce calidũ infundere, ac lenire meatũ ex lancinatione offensum. At uero si aĩal aliquod illapsum sit, scammoniã aceto dilutã,aut absinthii succũ,aut peucedani succum,nitrũque,ac sulfur,cũ raphani succo instillato. H

Apollonij de ijsdem

Apollonius aũt de iisdem sic scripsit. ¶ *Ad pulices,& uermiculos in auribus, reliquaq; earum poro illapsa.* Acetũ,& oleũ instilla. Aut capparis succum instilla. Aut amygdalas amaras terito,& oleosum ab ipsis expressum instillato. Veratrũ albũ tritũ inspergito. Aut aristolochiã tritã inspergito. Aut calaminthæ succũ infundito. Aut cinnabarim uiridẽ instillato. Aut ueratrũ albũ cũ uino infundito. Aut aluminis,& seminis cucurbitæ syluestris, siue medullæ eius, æquas partes tri-
* Al. hyssopum. tas cũ oleo cedrino instilla. Aut cæpã tritã,&* œsypum æquis partibus in uino diluito, ac infundito. Aut myrrhã tritã,acetoque,ac melle pariter dilutã,adhibe. Aut chalcitidẽ crudã tritam,ac melle dilutã infunde. In uniuersum uero eximendum est quicquid in meatum incidit,hoc mõ. Per auriscalpiũ nimirũ,aut uolsellã,aut lanã mollẽ specillo obuolutã,& resinatã, aut ẽt q̃ unci-
nũ habeat tenuem appensum. ¶ *Ad aurium sordem.* Nitrum assatum tritũ auriculæ inspergito,& & acetum instillato, ac lana appositа per noctẽ sinito: sequenti uero die aqua, & oleo calido eluito. Cæterum ad aquam in aurem acceptam cæpæ succũ, & adipem anserinum tepefactũ instilla. Aut mali punici nucleo carentis dulcis, & acidi succũ in æreo uase, donec duæ partes supersint,coquito:indeq; duas guttas instillato. Aut myrrham ex aceto,& melle tritam infudito.

Auricularia

Auricularia Pharmaca à Critone conſcripta his uerbis.

A ¶ *Ad ſonitus aurium à morbis.* Abſinthium in aqua decoctum pro fométo adhibe,& roſaceũ cum melle inſtilla. Aut raphani corticis ſuccum cum roſaceo inſtilla. Aut aloen cũ uino,& melle. Aut thus cum aceto,& roſaceo in malicorio ad mellis ſpiſſitudinẽ coquendo redactum. Aut hyoſcyami ſuccum cum roſaceo tepidum. Aut radicum calami uiridis ſuccum cum lacte. Aut rhamni ſuccum,cum celtica nardo. Aut gallam nigrã cum pari myrrha * ex melle. Aut lyciũ cũ uino mulſo inſtilla. Aut vulpis adipem. *Ad dolores aurium* cum humiditate,& purulentia.* Vini veteris ſeſquiunciam, mellis Corſici unc.i, nitri rubri unciæ dimidium, lycii vnc.i. Lycium cũ uino,& nitro tritum læuigato,ac mel admiſceto:& in uitreo uaſe repoſita infundito,hyeme quidem bis in die,æſtate uero ſæpius:& † tomentum lanæ conchylio inſectæ ſindito. *Ad aures purulentas.* Alumen ſciſſile terito, & affuſo aceto ad liquidiorem ſtrigmento compagem redactum lana conuoluta excipito,& reſiccata lana,ex ipſa in aurem indito: aut hoc ipſum pharmacũ liquidum per lanam ſpecillo obuolutam in aurem demittito,eamq; ex eo quotidie illinito. Expedit,& paululum paſſi adfundere,ne pharmacum exareſcat.

* Al. μυρσίνης. i. myrto.
* abſque.
† κροκύδ. κογχυλίου. i. floccum, uel fomentũ lanæ conchylij.

Archigenes ad aurium affectiones extra meatum.

B Cæterum ad affectiones aurium extra meatum auditorium. Archigenes hæc conſcripſit. *Ad aures contuſas.* Myrrham,thus,thuris mannam,terram nigrã,qua aliqui ſe tanq; ſmegmate confricant,cum acri aceto probe unita,cerati craſſitudine imponito,& nequaquam amplius irrita to. Aut ceruſſam,& apii ſemẽ pariter accepta cum melle obline: quidam abſinthium pro ceruſſa ſcribunt: aut ſulfur uiuum,myrrham,& thus,cum pice liquida in ſplenio imponito: aut glutinum fabrile, & aſphaltum ſiue bitumen eodem modo: quidam etiam mannam, hoc eſt thuris micas admiſcent: aut cephalico Aſclepiadeo emplaſtro utere: aut paſtillis pudendis deſtinatis illine. Porro in quibus contuſæ ſunt aures, intrinſecam expeditiorem concauitatem cartilaginem figulina terra*expleto:& ſequenti die,ubi exaruerit, ſolanũ cum ceruſſa illinito,uſquequo in integrum reſtituantur. Verum in auriũ vulneribus, & fixuris cartilagine probe coaptata fibulas imponito: deinde inflammationem arcentibus,& reliquo glutinatorio ductu,utitor. At uero inflammata in aurium puerorum pulpis foramina,oleum, quod in ærea lucerna æruginem contraxerit,illinendo perſanabis. Cæterum Aſclepiades huiuſcemodi ad cõtuſas,& fractas aures compoſitione uſus eſt: Paruas cochleas,ubi cũ teſtis contriueris,& rubrica tinxeris,appone. *Aliud.* Aloes partem unam,glutinis fabrilis cum aceto cocti partem unã miſta imponito: aliqui

* Al. ἐμπλάσας i. emplaſtri more illinito.

C mannam ſiue micas thuris admiſcent. *Epithemata ad contuſas Aures.* Cotyledonis herbę drach. octo,amygdalarum amararum depuratarũ.3.duas,* tragacanthi drach.ii, aceto dilue: & uiſco quercino excepta,& linteolo infarta impone. Aut ceræ 3.viii,galbani 3.viii,†nucum amararũ. 3.viii,uiſci quercini 3,xvi,thuris,3.viii,miſyos aſſati.3,viii: componito,ac utitor. Apollonius aũt hoc modo tum aurium inflammationes in ſuperficie cutis ex humorum impreſſione, aut plaga obortas,tum tumores,ac rubores,curauit. Butyrum recens excolatum inſtilla: aut adipem anſerinum,& lac muliebre miſta inſtilla: aut glandis unguentariæ ſuccum,& reſinam liquidam tepidam affunde: aut adipẽ bubulum, ac anſerinum æquis partibus liquefactos inſtilla: aut ocymi ſuccũ,ac adipem anſerinum æquis portionibus miſce,& inſtilla. *Aliud,quod illini poteſt.* Papaueris ſuccum aqua dilutum penna illinito: aut crocum tritum, & muliebri lacte dilutũ illinito: aut argenti ſpumam,cum aqua,& nardo tenui tritam illinito: aut ceruſſam coriãdri, aut polygani, aut ſolani ſucco dilutam illine. *Cataplaſmata.* Abſinthium tritum ex aqua pro cataplaſmate impone: aut * ſeſamum aqua tritum impone. Lentem in aqua coctam,ac tritam cum melle impone: aut mali punici dulcis putamina cocta,& trita in uino: hoc ualde commodum pharmacũ exiſtit: aut myrrham,& adipem anſerinum,uel butyrum,uel reſinam,& cõchylii partem internam

* Al. iiii.
† κάρυος, *in antiq. cachryos.*
* Al. putamẽ mali granati.

D æquis partibus trita,ſuper aurem,& propinqua tempora impone. Cõuenit autem ad hæc ciborum abſtinentia,alui euacuatio,inſuper quies,& uelamen capitis,& corporis requies. Longe uero remota eſſe debent ardor,frigiditas,balneum,uomitus,clamor & omnis diſtentio.

Eiuſdem ad exulceratas ex plaga in ſuperficie & fractas aures.

Alij.f.4.t.1. cit. f.238.e

Panem "calidũ internum, cum melle tritum impone. Myrrham cum uino ueteri tritã illine. Cochlearũ collã una cum teſtis terito:& dimidiã myrrhæ partem addito,ac imponito. Abſinthii,& apii ſeminis æquales partes tritas cum melle imponito. Picẽ circũline,& ſulfur tritũ,aut thuris micas inſperge. Verũ ne obliges iſta, neq; frequenter repetito epithematũ detractiones.

De Parotidibus. CAP. 2.

PArotides è genere quidẽ ſunt inflammationum: fiunt autem glandulis circa aures affectis: non tñ in ipſis utimur prima parte curationis partiũ inflammatarum. In illis.n.ut plurimum curatione reprimente,ac repulſoria a medicis appellata uti conuenit: atq; id maxime, cũ neq; malignũ ſit,neq; multũ,quod influit,neq; corpus humoribus ex æquo redundet. Sic nanq; ſpõgia ſola ex poſca impoſita incipientes inflãmationes repreſſit, neq; quicquã ex eo totũ corpus fuit offenſum. Verum in parotidibus ipſum contrarium facimus, pharmaca attractoria adhibentes: atq; ſi hæc nihil memorabile efficiant,etiã cucurbitam affigentes, aut fomenta aſſidua adhi

bentes. Annitimur enim,ut affligens humor ex profundo ad cutem attrahatur, præsertim si in E
capite affectio sit firmata,humoribus uidelicet in ipso obfirmatis.Quin & cum citra capitis affe
ctionem in febribus acutis natura superfluos humores ex uasis effundens, ad regionē inter cu-
tē,& subiecta corpora deponit, quando sanè,& glandulæ ex effusis humoribus participant,me
lius utiq; etiam tunc uidetur naturam adiuuare per humorum ex loco in locum impetuosum il
lapsum febres curantē. At uero cum uehementi impetu fluxus illabitur,nihil nos curiosius agē
tes omnia naturæ permittimus.Si.n.siue cucurbitam,siue aliud pharmacum humores ex alto ad
cutem attrahens,admouerimus,uehemens dolor hominem apprehendit: unde & uigiliæ fiūt,
& febres succedunt,ac uires exoluuntur.Mitigare itaque tunc,& non humorum influxui opitu-
lari conuenit,per cataplasmatum maximè lenientium usum:Velut est,quod ex frumēti,aut hor
dei,aut seminis lini farina,cum aqua mulsa,aut fœnigræci,aut altheæ,aut chamæmelorum de-
cocto coquitur: & quæcunque ad hoc quod moderate humectam habent caliditatem, per quā
mitigare dolores ualent,etiam influentes humores concoquere possunt,ac suppurare, quēad-
modum de his in cataplasmatum tractatu sermonem fecimus. Quod si etiam sanguis redunda-
re uideatur,per uenæ sectionem ipsum euacuabimus,præsertim si id uires permittant,Nunc ue
ro ad pharmacorum compositionem progredientes, quam etiam à principio nos tractaturos F
recepimus,qua ratione tum compositio ipsorum,tum usus constet,docebimus.Si itaque tumor
non discutiatur, suppurantibus pharmacis utendum est, uelut ēt frumēti farina cum caricarum
decocto,& oleo.Item,quod ex polline,& quod ex fermento constat pharmacum. Si uero sup-
puratæ fuerint parotides,tunc aut per sectionem pus elicere oportet,ulcusq; uelut in eiusmodi
fieri moris est, ac omnibus notum,curare: Aut sane per pharmacum acre absceſſum rumpere,
quale est Smilium appellatum,& quod ex alliis constat: Aut tentare,ut ipsum per medicamēta
attractoria,& tenuium partium uim habentia discutiamus,bis per diem ijsdem ablatis,& fomē
tis admotis,donec remiserint,& laxati fuerint dolores.Qñ uero iam plurimū puris fuerit discus-
sum,tunc iam primum semel soluere ea medicamenta,& fomenta adhibere oportet, deinde ue
ro,neq; ex re est id facere,sed ipsis pharmacis pmittere,ut si quid reliquū in profundo hæreat,
id ipsum discutiat. Quod si duricies adsit,ea ipsa quoque molienda est: quare hoc tpe ex mista
pharmacorum facultate compositio parabitur,emollientibus uidelicet ad attractoria admistis.
Postquam uero oīs purulentia fuerit euacuata,& adhuc durities aliqua relinquatur,emollien-
tibus pharmacis utendum est:quorum syluæ,siue materiæ, itemq; compositionis uarietatē, in
malagmatum sermone demonstraui.Manifestum autem est,ꝙ moderatas parotidas,in quibus G
neque humorum multitudo redundans in particulas irruit in tantum, ut uehementes dolores
excitet,neque caliditas cum humore adest,facile per hæc sanare possimus:neque.n.ad suppura
tionem festinant,neq; uehementem dolorem inducunt. Verum licet etiam fomentis ex muria
uti,& cataplasmata magis,calefacientiaque,& discutientia adhibere,& medicamenta eandem
facultatem prope attinentia.Cum uero pleriq; medici,& parotidum pharmaca indistinctè cō-
scripserint,si quis prædictis in memoriam reuocatis ad eorum usum accesserit,facilè intelliget,
quibus tandē ad singulas parotidas utendum sit. Verum præexercitabo etiam ego uos ad hanc
rem per exempla,quæ Archigenes in primo pharmacorum secūdum genus his uerbis scripsit.

Archigenis ad Parotidas. Parotidas dissoluere uolentes plantaginem cum sale tritam assiduè
pro cataplasmate imponimus.Aut caprinum stercus ex aceto.Aut rumicis syluestris radices co
ctas in uino.Aut ficum tritam cum atramento sutorio.Aut ficum coctam cum absinthio,& uino
tritis.Aut buccina marina,aut purpuras ustas,melle, aut axungia exceptas imponito, & confe-
stim discutientur. Idem ēt ostreorum testa usta, & cum melle imposita facit. Aut ceratum ro-
aceum siue cyprinum ruta admista,aut sulfure uiuo addito emollitum,aut cimolia cum aceto: di-
scutit maxime ficus aqua marina,aut muria cocta,aut trita imposita. Idem facit,& marrubiū tri- H
tum cum sale.Et lana butyro imbuta,ac imposita inchoantibus parotidibus opitulatur. Quēad-
modum huic postremo loco ab eo relato recte Archigenes discrimen apposuit,incipientes pa-
rotidas è butyro opem sentire testatus, sic conueniebat ipsum etiam circa alia medicamenta u-
tendi tempus adiicere,uelut ego paulo ante feci.Quin & circa hoc ipsum butyrum,non satis est
ex solo parotidum principio facere discrimen,nisi apponatur,nū uehementer,aut molliter con
citatur,& num dolenter,uelut cum pulsationibus, & uigiliis infestet, an cum moderato dolore.
Deinde qui sit morbi status. Num magna omnino laxitate opus habeat, an per minorem iudi-
cari,ac finiri possit: tali nanq; suffecerit butyrum, in corporibus præsertim mollibus eunucho-
rum,puerorū,& mulierum, & eorum qui teneram hñt carnem. Si uero cum uehementi dolore
fiat,cataplasmate dolorem sedante opus habet,simulq; assiduo fomēto, uel per solam aquam,
uel ēt cum exiguo iniecto ad eam sale.Quandoquidem uero primum oīum pharmacū conscri-
psit plantaginem cum sale,ab illo sane ēt nos rursus initium faciemus,plantaginis naturam re-
cordātes ex mistis facultatibus,discussoriaque, & repulsoria compositam esse. Ego uero nunq;
pharmacis ad parotidas destinatis repulsoria admisceri operæpretium existimo, præterquā si
aliquando,raro tamen, ad multam discussoriorū copiam parum quiddā ex eis addatur, atq; id

tum

A tum demum,ubi citra uehementem dolorē parotides irruant. Quod uero deinceps ſcriptum eſt. Stercus caprinum ex aceto inueteratæ, ac induratæ,nullumq; amplius memorabilem dolorem habentis parotidis pharmacum eſſe poſſit, uelut ēt lienis in ſcirrhum indurati. Tertio deinde loco conſequenter, Radices rumicis ſylueſtris in uino coctas tradidit. Si ſane, & qualitatem,& ætatem uini appoſuiſſet,fortaſſis,& ego tentaſſem de eo iudicium ferre: Cum uero non adiecerit,multumq; differat acerbum,aut auſterū,aut acre, aut dulce,aut recens, aut uetus,aut craſſum, aut tenue,aut fuluū, aut album,aut nigrum uinum eſſe, ob id etiā ego nihil habeo, quod de hoc pharmaco dicā. At cum uobis hoc cognitum fit,ꝙ maiori diſcutiendi ui præditum ſit uetus, præſertim ſi ex genere natura calidiorum ſit,uelut ſunt in totum fulua, contraria uero huic ſecundū uires tum auſterū,tum acerbū,huiuſmodi quidē uinum uitare oportet. In fuluo uero, & mediocriter uetuſto,& tenuium partium, rumicis radices coquentes, in parotidibus citra uehementē dolorem obortis,iis uti poteritis. Scribit deinceps,Ficum tritam cum atramēto ſutorio. Diſcuſſoriæ quidē igitur,& concoctoriæ facultatis eſt ficus, præſertim arida: recens uero diſcutiendi quidem uim habet,uerum concoquere non poteſt. Verum atramētum ſutorium nemo ignorat utraſq; facultates fortes repulſiuam,& diſcuſſoriā cōplecti, quapropter etiam uehementia eius
B uitanda eſt. Cocta deinde fico nimirum arida,cum abſinthio, & uino tritis uti iubet. His ſane ēt uos utemini in tempore,ad medias magnitudine,ac tpe inflammationes: quemadmodum etiā buccinis,& purpuris,& oſtreis uſtis, indureſcentibus,ac uetuſtis: eſt enim pharmacū, qđ omnē afflictionē,& acrimoniā mitigat,& diſcutit, nō ſolum ſi melle quis eorum cinerem imbuat,ſed & multo mags ſi adipē ſuillū in ſulſum,uetuſtū,& à fibris depuratum admiſceat: citra omnem. n. moleſtiā oēs inueteratas inflāmationes diſcutit, etiam ſi ex rheumatica affectione ſint obortæ. Deinceps cerato roſaceo * & cyprino cū ruta uti iubet: quod diſcuſſorium quidē pharmacū eſt, * Al. uel.
uerū nihil uehemens,neq; uiolentū in ſe habet. Paulo uero efficacior fit cōpoſitio, ſi ſulfur uiuū pro ruta admiſceamus. Quæ ſequitur deinde cimolia cū aceto,neq; fortē,neq; doloroſam,neq; magnā parotidem curare poteſt. Ficus uero aqua marina cocta in inueteratis iam cōmoda fuerit,utpote diſcuſſoria ui prædita,uelut ēt ſi aquæ marinæ penuria,muria quis utatur. Simile huic eſt,quemadmodum etiam ipſe Archigenes dixit,Marrubium cum ſale. Poſt hæc uero de butyro ſcripſit, cuius ut ultimi circa illius dictionis ordinem paulo ante mentionem feci. Poſt quod rurſus ad generoſum pharmacum tranſiit,Pyrethrum tritū fico excipi iubēs. Deinde calce uiua cum melle trita uti pcipit. Et poſt hoc muſtelæ ſanguinis illinendi meminit. At uero talia tāquā
C curioſa,& ſuperuacanea,& quæ magnam rei medicamentariæ egeſtatē indicent, ſi per alia auAlaſ. 2. c. 3. xilia citra ſanguinis muſtelæ adhibitionem parotidas curare nequeat, neq; in uſum adſumpſi, neq; eorum experimentū habeo. Sed neq; ex amicis noſtris quiſpiam alius uti tentauit. †Verū cerebrum illinire quodcunq; tandē, mediocrum parotidum medela exiſtit. Poſt hoc uero hæc uerba ſcribit: Aceto feruenti perfundito,aut ſpongiam in acida muria imbutā imponito. Foſſorum,ac meſſorum fortaſſis ea fuerit medela,non hominum urbanorū. Deinceps acris mētionē facit pharmaci ex muſtela uſta cuius cinerem cerato irino excipi iuſſit. Verū eiuſmodi pharmacis,qñ diu durant,& in ſcirrhum indurantur,utendum eſt: pleraq; enim ab eo ſcripta ueteraſcētium,& ægre ſolubilium parotidū remedia exiſtunt. Quapropter etiam ipſe ad pharmacū hoc adiecit,ꝙ etiam Strumas probe ſanare poſſit. Poſt hoc uero eiuſmodi dictio inordinate inſerta eſt,tum aſſidua calidæ diſperſio,tum aſſidua crudæ hordeaceæ farinæ impoſitio. Quod ipſum ſi
D ue quis per ſe legat,ſiue prioris dictionis finem,huius dictionis principium faciat,utrunq; male dictum eſt. Manifeſtum uero hoc erit,ubi præcedentis dictionis finem præpoſuerimus, ut totus ſermo eiuſmodi fiat: Mirabiliter diſcutit,& ſtrumas,ſæpe etiam parotidas,tum aſſidua calidę ad ſperſio,tum aſſidua crudæ hordeaceæ farinæ impoſitio. Etenim a perrum mendacium eſt, ſtrumas atq; parotidas mirabiliter ex aſſidua aquæ calidæ aſperſione,aſſiduaq; crudæ hordeaceæ farinæ impoſitione, diſcuti. Si uero de parotidibus ſolum dicatur, certa diſtinctio aberit, quæ doceat nos in qbus,& qualibus parotidibus aquæ calidæ aſperſio, & aſſidua crudæ hordeaceę farinæ adhibitio,conueniat. Non. n. in omni,ſed quā citiſſime uelimus ſuppurari, hæc facienda ſunt,quemadmodum in ſuperiori ſermone eſt indicatū. Hoc itaque uitioſè, ut dixi,interſertum, eſt. Cæterum Archigenes ad cōſequentia tranſgreſſus,rurſus pharmaca ſcribit, non apponēs, quòd induratis,& inueteratis parotidibus ſalutaria exiſtant, cū nos ex materia ipſorū ipſa talia eſſe cognoſcamus. Adſcribam aūt iā uobis ipſius Archigenis dictionē, quę ſic habet: ¶Propriè uero lupinorum amarorum farinā cū melle coctam, exigua calce uiua addita, pro cataplaſmate imponito. Egregie diſcutit, & hoc. Picis brutię, mannę ſiue micarum thuris, ęquales partes: terebinthinę, palmarum Syriacarū non uetuſtarum pinguium carnis puræ, utriuſque duplum: chalbani dimidium mannę: probe unitis utitor: ſi uero dura ſit, reſinam miſceto: Aut nitrum,& rubricę ſinopidis tertiam partem cum unguento cyprino ad ſtrigmentitiam craſſitudinē redacta,ac linteolo inſerta imponito: aut calcem uiuam cum ſtrigmentis eodem modo: aut caricas, chalbanum, nitrum, pari menſura: ſulfuris tertiam partem: terebinthinę, opopanacis, utriuſque parum quiddam: unitis utere: aut calcem uiuam cum aceto tritam impone. Quòd ſi neque per

† τῶδ' ἐγκεφάλῳ καταχρίειν οἷῳ δήποτε &c. eſt in impreſſis, ut tranſtulit Cornar. in antiquis. τῷδ' ἐγκεφάλῳ χρῆσθαι ὁἱῳδήποτε &c. id eſt uerū cerebro utiquo cunq; tādē &c.

hæc discutiantur, adiuuabimus per mutationem in suppurationem per frequẽtia ex calida cru- E
da q; hordeacea farina cataplasmata. Dehinc rursus digerendum per largam, & frequẽtẽ deco
ctũ lauri, aut baccarum eius perfusionem, aut sulfure, uel consimili quopiam in aquam insperso,
siue nitro, siue columbino stercore in ea admisto: aut ẽt cucurbita, cum scarificatione affixa. De
†Vulg. co. gra. καὶ ὁμοτομητέον. antiq. interpres legit. φλεβοτομητέον
inde ad chirurgiam peruenendũ est, & † crudi absessus sectionem: optimum enim in his, ut q̃
celerrime fluxio foras euellatur. Hæc quidem Archigenes scripsit. Sunt autem, & multa empla
stra, quæ parotidas discutiunt, aliqua quidem iam inueteratas, & induratas: aliqua uero eas, in
quibus, sedato dolore, nulla amplius puris suspicio est: quẽ admodum ẽt aliqua, quæ iã suppura-
tas curare possunt. Talia uero inter discussoria emplastra, singula cum uirium suarum profes-
sione conscripta sunt: uelut ẽt ea, quæ simplices parotidas curant, laxatoria appellata, omnibus no
ta sunt. Exempla ipsorum sunt, Emplastrum Mnaseæ, & quod ex succis constat, & quod ex pti-
sana. His etiam præstant, quæ molliora sunt, & cerati forma constant, cum ex butyro, tũ ex cẽsy-
*In græc. & in antiq. legitur, hyssopo, sed mendose.
po * cõflata, ostreis, aut buccinis, aut purpuris ustis additis, cuiusmodi est hæc: Adipis porcini ue
teris insulsi quadrantem, quidam semissem: butyri unciam unam, ceræ sextantem, & unciæ di-
midium, ostreorum ustorum quàm tenuissime tritorum sextantem. Liquescibilia liquefacito,
ostreaque infarcito, ac unitis utitor confidenter. Efficacissimum hoc ad parotidas existit. F

De affectionibus narium. CAP. 3.

EX genere tumorum præter naturam Polypodes in naribus generãtur: ex genere uero ulce
rum Ozænæ. Secundum genus autem excretionum præter naturam, sanguinis eruptiones
fiunt in morbis acutis iuxta rationem earum, quas recentiores medici priuatim superexcretio-
nes appellant, nimirum in quibus natura ad iudicatorium auxilium cõcitata, modũ excessit. Pri-
mum itaq; de ozænis sermonẽ faciã, quæ ex humorum acrium, & putrescibiliũ influxu generan
tur: ita ut si acres solũ sint, ægre curabilia ulcera producere cõsueuerint, nõ tñ graueolentia. Cę
terum cura cõmunis ambobus his est, itemq; polypi, ut videlicet primum caput siccetur, & fir-
metur, cum palã sit, ob uitiatorum humorũ redũdãtiã defluxum ex eo in nares prouenire. Quo-
modo uero caput totum corroborare oporteat, quo nullũ recremẽtum ex eo ad inferas partes
delegetur, sæpe iã dictum est. Cum igitur per illa caput ualidũ reddideris, ad naris progredieris
curationem, scopo in ozænis proposito, ut affecta pars per mistæ facultatis pharmaca tũ repel-
lentia, tũ discutientia resiccetur. Repellunt itaque tum austera, tum acerba, quæ communem ad
stringentium appellationẽ hñt: discutiunt autem calida, & sicca facultate prædita, quorum syl-
ua talis est. ¶ *Archigenis pharmaca ad Ozænas.* Cum ozæna in naribus fuerit, calaminthæ succũ G
funde. Aut ipsam calamintham aridam per fistulam insuffla: aut ueratrum albũ cũ seminis na-
sturtii chema quotidie insuffla, post hoc uero caput perfunde. Obline autem eos chalcitide, aut
atramento sutorio, aut psorico cum melle: aut instillato in narem melle, & per sternutatorium
facta concussione tectoria ulceri obducta excutito: deinde præscriptum ex nasturtio, & uera-
*Antiq. zingiber, & nasturtium cũ melle.
tro pharmacum per narem attrahere quàm plurimum iubeto: & postea * amurcam cum melle
illinito: aut myrrham, & nasturtium cum melle: aut ranunculi succum cũ alumine liquido in na
rem infunde, ægrumq; resupinatum, donec ad os penetret, attrahere iube: atq; id usquequo p
curaueris, idẽtidem repete. Si uero uetera sint ulcera, etiam acetũ uetus admisce, aut sulfur tri-
tũ. Acre itẽ acetum in uasculum anguſti oris fusum ad multũ tps ad respirationem ipsorum ap-
pone: deinde misy cyprium, & dimidium eius nardi Indicæ cum uino chio ad mellis crassitudi-
nem redige: ex eoq; meatus penna obline, & per lanam obtura. *Ad ulcera in naso.* Vlcera in na-
so ex malorum punicorum succo in æreo uase ad medietatem cocto perline. Aut malũ punicũ
dulce integrum in uino coctum terito, & forinsecus imponito: aut æris squamam, & æruginem
cum alba uiola ex aqua affricato: aut rubi succum, & alumen Melium cum aqua diluta eodem
modo. Si uero uetus sit ulcus, cum aceto diluito: aut iridem, & sandaracham, cum melle oblini- H
to: aut adipem uitulinum, & resinam illinito.

De Polypo narium.

Polypus tumor est, qui p̃ter naturã in naribus generatur polypodis carni assimilis iuxta sub-
stantiæ proprietatẽ. Manifestum itaq; est, affectionem hanc ex crassis, & uiscosis humoribus ge
nerari: atque ob id mista materia medicamentaria opus habet, ut uidelicet partim adstringat,
partim secet, & attenuet, partim etiam discutiat, &* condensẽt. ¶ *Archigenis ad Polypodas.* In po-
* Al. exiccet.
lypode nasturtii tenuis chemam, siue drachmam dimidiã, cum ueratri albi obolis duobus nare
attrahere iube. Vbi uero exciderit, linamentis, cum anthera, siue florido emplastro ex melle ute
†Al. duas.
re, aut lycio eodẽ modo. ¶ *Asclepiadæ ad Ozænas, & polypos.* Asclepiades in quinto exterorũ sic
†Antiq. zingiberis.
scripsit. ¶ *Aridũ ad Ozænas.* Aluminis sciffi drachmas† quatuor, † myrrhę drach. iiii, sandarachę
† Al. æris.
drach. iiii, gallæ drachmam unam † atramẽti sutorii ℥sti drachmam unam: Tritis utere, naribus
prius uino odorato elotis, & pharmaco per specilli extremum siue nucleum admoto. *Aliud.* Se-
minis ericæ drach. viii, myrrhæ drach. viii, nitri rubri. ʒ. viii, malicorii. ʒ. viii, seminis tamaricis
drachmã unam, crocomagmatis. ʒ. ii: tritis utere. *Aliud.* Soreos ægyptii friabilis. ʒ. ii, chalcitidis
vstæ. ʒ. ii, seminis tamaricis. ʒ. i, croci. ʒ. i, mirrhæ. ʒ. i, tritis utere. *Aliud.* Chalcitidis ustæ drach. ii,

atramenti

A atramenti ſutorii aſſati.3.ii, miſyos.3.ii, amomi.dra.i, myrrhæ.3. quatuor, croci.3.i, tritis utere. ¶ *Alia compoſitio, quæ flaueſcens appellatur.* Aluminis ſciſſi.3.octo, chalcitidis crudæ.3.vi, ſandarachæ.3.tres, putaminis mali punici.3.ii, atramenti ſutorii uſti.3.ii. miſyos aſſati drac.ii, tritis utere. *Alia.* Atramẽti ſutorii vſti drac. quatuor, diphrygis drac.ii, calcis uiuæ drac.ii, ſandarachæ drac. ii, arida admoue, aut linamẽtum tortum aqua madefactum ac pharmaco imbutum inde. *Aliud.* Miſyos aſſati drach.ii, mannæ thuris drach.ii, chalcitidis aſſatæ drach.ii, ſquamæ æris ſeſquidrachmam, eruginis drach.unam * arida adhibe.

Lamponis ad Ozænas, Aegilopas, Polypodas, & multa alia.

¶ *Ad Ozænas, & Aegilopas, & Polypos, & quæcunq; uelis citra ſectionem, ac uſtionẽ ſubmouere. Dirimit etiam oſſa corrupta. Facit, & ad ulcera ſerpentia, ac putrida inſperſa: & ad ſordida ulcera, linamento excepta, ac indita cum melle.* Scobis æris rubri vnc.i, ſalis ammoniaci ſextantẽ, ammoniaci thymiamatis ſextãtem, aluminis rotundi quadrãtem, aceti acerrimi heminas vi. Arida terito, & affuſo aceto, omnia in uas æris rubri trãsferto, in eoq; ad Solem ſub caniculæ ardore cũ æris rubri radio agitato, donec pharmacum exareſcat: deinde in mortarium translatũ, diligẽter terito, & in fictili recondito. Vſu uero exigente, aquã abſorbendã dato, deinde ẽt in ore continendã: B pharmacũ uero ꝑ fiſtulã iſufflato. ¶ *Scribonij Largi facit ad oẽm extuberationem.* Miſyos uſti, chalcitidis uſtæ, † atramẽti ſutorii uſti, ſoreos, ſquamæ æris, ſingulorũ 3.octo: arida admoueto. Oportet aũt præcedenti die quieſcere, deinde ſequenti pharmacum poſt cibum indere. Illinendæ ẽt nares antea cum bitumine, aut liquida pice, aut myrrha ſtacte. ¶ *Philoxeni" Chirurgi ad Polypodas, Ozænas, omnem Excreſcentem carnem, Hæmorrhoidas, & quibuſcunque cruſtam inducere uelis.* Aeris uſti, auripigmenti torrefacti, miſyos aſſati, ſingulorum.3.* duas: diphrygis.3.iii: chalcitidis vſtæ, atramenti ſutorii vſti, ſquamæ æris, ſingulorum.3.* quatuor: tritis utere. Cæterum poſt pharmacorũ adhibitionẽ ẽt ſternutatoriis utimur, quo uidelicet tectoria ulceri obducta excutiamus, quæ tribus, aut quatuor diebus fere excidere conſueuerunt. Vbi uero exciderint, adipe anſerino, ac butyro cum roſaceo cerato curantur. Verum Aſclepiades in primo pharmacorum exteriorum ſic ſcripſit. *Aſclepiadæ ad Ozænas, quo uſus eſt Meges.* Seminis ericæ.3: iiii, myrrhæ.3.iiii, nitri rubri.3.iiii, putaminis mali punici.3.iiii, croci.3.ii, coſti.3.ii: trita inſufflato, *Aliud.* Aluminis ſciſſi.3.iiii, myrrhæ.3.iiii, ſandarachæ.3.ii, rhois rubri.3:* duas, ſalis foſſilis.3.ii, coſti.3.ii, croci.3.ii: trita inſufflato. Ante curam uero nares uino odorato, & optimo melle eluere conamur.

¶ *Ad narium Polypos, quo uſus eſt Antipater.* Aeris uſti.3.iiii, minii ſinopici drachmam unam, tri C ta per arũdinem inſufflato: Quin, & per ſpecilli nucleum admoueto. ¶ *Aliud Antonij Muſa.* Atramenti ſutorii partem unam, ſandarachæ partem unam, trita inſuffla. ¶ *Aliud Charixenis poſt chirurgiam.* Cornu cerui uſti.3.quatuor, ſquamæ æris rubri drac.iiii, auripigmenti drac.* unam, trita inſuffla. *Aliud.* Bryoniæ radicis uſtæ drach.quatuor, atramenti ſutorii.3.quatuor, ſpumæ nitri drach.quatuor, elaterii.3.quatuor, trita inſuffla. *Ad ulcera in naribus.* Recrementi plumbi, uini ueteris, olei myrtei, ſingulorum æquales partes. Plumbi recrementum, ut q̃ leuiſſimum fiat, teri to: & adfuſo uino, rurſus læuigato: deinde myrteum addito, omniaq; ſimul miſceto, ac conquaſſato: & in figulinum uas coniecta prunis imponito, aſſidueq; agitato: atq; ubi ſtrigmẽtoſum redditum fuerit pharmacum, ſublatũ in pyxide plumbea ſeruato. *Aliud.* Plumbi uſti, & loti.3.octo. uini † roſati quantum ſufficit, olei myrtei, quod ſatis eſt: apparato, & utitor, ut dictum eſt. *Aliud.* Spumæ argenti.3.vi, ceruſſæ.3.octo, malicorii.3.quatuor, aluminis ſciſſilis.3.quatuor, uini aminæi quantum ſufficit, olei myrtei, quod ſatis eſt. Arida tuſa, & cribrata, in mortarium coniecta, cum uino ad ſtrigmẽtitiã craſſitudinẽ redigito: poſtea uero myrteo oleo affuſo conquaſſato: & ablatis in pyxide plumbea reconditis, ut dictũ eſt, utitor. Sint autem myrtei heminæ quatuor, uini cyathi.iiii. *Diogenis Pharmacum accõmodatum.* Adipis anſerini.3.iiii, œſypi ſeſquidrachmã, D medullæ ceruinæ.3.ii, ceræ tyrrhenicæ.3.octo, plumbi uſti, & loti drac.* quatuor, ſtibii uſti, & loti drach.octo, ladani drach.ii, adipis uitulini drach.ii, terebinthinæ.3.quatuor, ceruſſæ.3.ii, ſpumæ argẽti.3.i, roſacei quantum ſufficit. Liquida cum aridis committito, & repoſitis utitor. Vſu autem expetente, quantum ſatis fuerit tollito, & roſaceo dilutum naribus ſublinito. Ex primo de Parabilibus Apollonii, ad affectiones in naribus. *Ad narium exulcerationes, & putredines, ac fœtores.* Mali punici nucleo carentis dulcis, itemq; acidi ſuccum in æreo uaſe, donec duæ partes ſuperſint coquito: ac utitor quàm penitiſſime illinendo. Facit, & malum punicum dulce cum uino coctum, & contritum, & forinſecus impoſitum, atq; intro illitum. ¶ *Ad excreſcentem carnem in naribus, & polypum.* Diphryges tritum admoueto, & linamento nares diſparato. *Aliud.* Veratrum terito, eique origani par põdus tritum addito, ac naribus bis in die inſufflato. *Aliud.* Veratrum nigrum, cum pari ſandaracha terito, & admiſto oleo lana excipito, eoq; narem explento. *Aliud.* Florem æris, & æruginem, ac ſilphii ſuccum, pari menſura, oleo admiſto terito: & ad unguenti craſſitudinem redacta ad dies quinq; naribus ſublinito: deinde per uolſellam eximito. *Aliud.* Auripigmentum, & calcem trita, cum ſpecillo large adhibeto. Vbi uero intumuerit, & eleuatus fuerit polypus, ueratro nigro arido trito moderate utitor: ut plurimum enim in diebus ep:ẽnaſus uacuus redditur. Deinde diphrygis, cum melle uſu expurgato. *Aliud.* Auripigmen-

* aliter ii.

† *Hoc medicamentum apud Scribonium eſt ad polypos, ſed loco atramenti ſutorij ſcriptus eſt aeris flos.*

* aliter j.

* aliter j.

* aliter iii.

* aliter ii.

† *Græc. οἴνου, ꝓο ὄινου. i. ut anti. interp. uini, olei roſati.*

* aliter viii.

tum,& calcem,ac ueratrum album trita cum ſpecillo admoueto.¶ *Ad ea, quæ naribus illabuntur.* E quæ naribus illabuntur,auriſcalpio,aut uolſella extrahito:aut ſternutatorio admoto,os apprehendito,atq; alterã narẽ cõprimito,ſi quidem non in utraq; nare affectio exiſtat. Hæc quidem Appollonius,quibus ipſe uſus eſt,tradidit.† Verum ut ego uſus ſum,& in polypis,ac ozænis narium,probatiſſima reperi ſubſcripta. Ac primum quidem, quod ex malis punicis conſtat pharmacum. Sint aũt pari numero, ac magnitudine ex tribus eorum differentiis accepta: aliqua,n. ex his ſunt auſtera,aliqua dulcia,& quædã acida.Cõtundenda itaq; ſunt recẽtia,& matura,atque integra diligenter confringẽda,quo ſuccus ex eis exprimi poſſit:quem in uaſe ſtãneo depoſitum adſeruare oportet modice coctũ,ſi quidẽ liquidior, quàm oporteat uideatur. Quòd vero ab eo reliquum eſt ſolidũ,& craſſum,rurſus diligenter contundendum eſt,ut a cõtuſione rurſus in pila atteri,ac læuigari poſſit,indeq; collyriorum formæ effingi, q̃ cõgruam ad ægri nares ꝓportionẽ habeant.Induntnr.n.hęc in naris,quã polypus obſedit,meatum,quo citra mordacitatẽ,& conſenſum,qualem acria pharmaca excitare ſolent, per longiorem moram ipſum expurgent. Quòd ſi humectior,& mollior tibi appareat polypus,plus ex auſteris malis punicis conijcies:ſi durior,ex acidis.Qñquidem uero perpetuo tolerare collyrium,moleſtum eſt, ab eius uſu interquieſcere cõuenit,atq; eo tempore,quo ipſum non indis,per expreſſum ſuccũ ęgrum curare,& ſane oris diducto rictu hianti,etiam circa illas partes, iuxta quas naſus ad palatũ perforatus eſt, liquidum ipſum expreſſum pharmacum illinere,uel cum pẽna,uel cũ lana ſpecillo duos nucleos ſiue cuſpides habẽti,obuoluta.Cæterum ex aridis pharmacis diphryge citra mordacitatem aliqñ per multum tempus conſumptum polypum noui: probatur etiam in ipſis prædictũ collyrium ex malis punicis effictum, ſi ubi exaruerit,probe contundatur, cribretur,ac læuigeẽ, indeq; inſuffluetur,aut etiam per ſpecilli nucleum indatur.Omnia autẽ hæc aſſidue facere oportet,ut nunquam ab affecta parte pharmacum abſit,cum facile ab humiditate eluatur. Quẽadmodum igitur in lippientibus,ſic & in his ſemper,ſi poſſibile eſt,pharmacum adhibere oportet:abluitur enim facile,ut dixi,ab influente humiditate. Porro cum Eunuchus quidam nullius pharmaci ferre poſſet adhibitionem,ſed ab omnibus irritaretur,roſis aridis contuſis, ac probe tritis atq; inditis, mirum quã uiderim hominem magnopere citra omnem mordacitatem adiutum, Quare in corporibus mollibus,& humidis,aut quibus ægre ulcera ipſa ſaneſcunt,rurſus eodem pharmaco uſus ſum:contingitq; ex duobus alterum,aut ut nihil noceret,aut omnino citra moleſtiam opus ſuum perficeret:pleraq; enim eorum,quæ polypodas exterunt,eos exacerbant,vbi a ſcopo aberrent.Cæterum ulcera in nariũ meatibus ſemper ꝑ paſtillos curaui, Andronii uide G licet,& Paſionis,& Polydiæ,& Bythini,& per eum quem ego compoſui,his ipſis aliquãdo uino dulci diſſolutis,aliquando auſtero,& quandoque moderatæ ætatis,quandoq; ueteri.Interdum etiam aceto dilui,uel uinoſo,uel ſimpliciter acido,uel etiam acri ualde, & uetuſto, iuxta prædictas indicationes,uſu pharmacorum ſecundum ſymptomata affectionum reperto. In diuite uero quopiam,qui odoratũ pharmacum ſibi adhiberi expetebat in ozænæ curatione, hedychroi uſum excogitaui, ipſumq; uino ſalerno ueteri diſſolui, & mirum quàm breui affectio ipſa ſit curata.Relata eſt hedychroi compoſitio circa theriaces antidoti deſcriptionem.

Heraclidæ ad eruptiones ſanguinis è naribus ad Antiochidem. CAP. 4.

SVfficienter quidem de ſanguinis eruptionibus in curandi Methodi libris dictum eſt, uerum nunc,q̃ ex ſylua uſu cognita conſtant,& prædeceſſoribus noſtris approbata ſunt, referentur. ¶ Vbi grumos ſanguinis eduxeris,lanam ſpecillo obuoluito,eamq; in lycio aqua diluto imbuito,& ſanguine manantem locum illinito. Aut linamẽtum longũ lycio imbutum indito, deinde ſorinſecus cum digitis apprehenſum naſum comprimito,donec cõſtiterit ſanguis. Aut calcitidem mediocriter læuigato, & linamẽtum ex ellychnio contortum in frigidam aquã demittito, deinde in calcitide obuoluito. Aut linamentũ priapi ſiue pudendi forma naribus indito. Aut li- H namẽto fiſſili utitor q̃ penitiſſime intruſo. Prętat aũt digitũ ad palatũ immittere,ne eo linamẽtum fiſſile deferatur. Aut thus cõfringito,& polygoni,aut ſeminis porri ſucco diluito,in eoq; linamentum fiſſile,aut ex ellychnio obuolutum,indito. Aut mentam tritam indito. Aut ſpongiã ſiccam immittito. Aut ſpongiam in acre,& feruidum acetum conjectam imponito: & ſanguine manantem narem ſpecillo ſorinſecus,donec impellatur,apprimito.Præſtat aũt ſpongiæ principium filo per acum trãſmitti, quo facile extrahi poſſit: extrahito autẽ cũ opus ſuum perfeciſſe exiſtimaueris.Si uero inareſcat ſpongia,intusq; agglutinetur, per auricularẽ clyſterem frigidã aquam immittito,ac infundẽdo humectato,atq; ita extrahito. Vtere ẽt cõpoſitionibus uulneratiis,& ſanguinem ſiſtentibus,quæ deſcribẽtur. Accõmodatum eſt,& frontem ſpongiis refrigerate, itemq; partes q̃ ad caput ſunt ſublimes facere: brachia autem,& manuũ iuncturas, ſemoraque,& inguina,atque genua,qua parte contracta ſunt, deligare, quemadmodum in uenarũ ſectionibus facere moris eſt: iubendiq́ue ſunt, ut ea membra moueant, manus quidem confricando,pedes uero ambulãdo:expletis enim ſanguine,quæ in eis ſunt uenis,nares ſanguine manare ceſſant. In potu amplius exhibenda ſunt ea, quæ ad ſanguinis reiectionem conſcribentur. † Aures quoque intensè per linteola,ac ceram obturentur, & in ore aqua pluuialis frigida

contineatur,

† *Al. quibus autem ego vſus ſum.*

† *Græc. cod. habent aures. ſed antiquus interpres legit nares, & melius.*

A cõtineatur. Quòd ſi quid ex ſanguine deglutitum eſſe videatur, ẽt id ipm ubi multa eius ſit copia, per euacuatiuum educito: in ventre.n.& inteſtinis in grumos coactum inflationem facit. ¶ *Pharmaca Aſclepiadæ in quinto Externorum ad ſanguinis narium eruptiones ſcripta, quæ Marcellæ inſcribit.* Platani pilulas collectas in umbra exiccato, & deſiccatas ſuper pannũ aſperũ in diſcũ diffundito, easq; aſpera ipſius panni, ſiue tunicæ parte cõfricato, aut in panno ex pilis, ſiue ſetis cõpoſito obuoluito: ac ſemẽ q̃dẽ pilularũ abiicito, tomenta uero collecta in teſtaceũ uas nouũ reponito. Vſu aũt expetẽte ea ipſa lanuginoſa platani tomẽta in arundinẽ, cuius geniculi reciſi ſunt, indito: & qua parte excauata eſt arũdo, naribus imponito, ac inſufflato: cõpendio hoc uincit ſanguinis eruptionẽ. *Aliud.* Atramentũ ſutoriũ diligenter tritũ reponito: uſu uero poſtulãte raſuram q̃piam linteolorũ in pharmacũ immerſam indito. *Aliud.* Spongiã cruda pice imbutã exurito, ubi uero aliquid huius linamento torto exceperis, indito. *Aliud.* Putaminis oui partẽ j, gallæ acerbæ partem unam, trita linamento torto aqua, aut aceto madefacto excipito, & indito: frõtẽ uero, & naſum gypſo, aut luto figulino integito: aures ãt fortiter continere iubeto. Quidam ſpongiam aphricanã aceto acerrimo incoquunt, deinde exprimunt, eãq; in ignito lapide frequenter obuoluunt: atque ita ſuffitum, & uaporem excitant, quem naribus attrahere iubent.

B *Quæ Andromachus ſcripſit.*

Ad ſanguinis quidem ex naribus eruptiones nihil priuatum Andromachus ſcripſit. Verũ in ter ea, quæ ſanguinem cohibent, pleraq; etiam hæmorrhagias narium ſiſtunt. Quapropter ẽt ego adſcribam eiuſmodi pharmaca, quo modo ab ipſo deſcripta ſunt. ¶ *Compoſitio Iſchæmos, id eſt ſanguinem ſiſtens, qua vtor.* Chalcitidis, miſyos, mannæ thuris, ſingulorum.3.iiii, tritis utitor. ¶ *Flaua, qua utor.* Chalcitidis.3.c, atramenti ſutorii.3.l, miſyos aſſati.3.xxv, *æris uſti.3.xii, & dimidiam: tritis utere. ¶ *Iſchæmos magna.* Miſyos cyprii.3.vii, atramenti ſutorii.3.vii, corticis pini 3.iiii, ſquamæ æris.3.iiii; mannæ, ſiue micarum thuris.3.iiii, alii:3.xv, habent: æris uſti.3:xv, chalcitidis.3.xv: calcis uiuæ.3.xviii, * alii xl. gypſi torrefacti.3.iiii, alii octo.*tritis utere. ¶ *Iſchæmos Aphrodæ.* Chalcitidis drach.vi: mannæ thuris drach.ii: reſinæ terebinthinæ frictæ drach. iiii, alii tres accipiunt: tritis utitor.

* Aliter xii.

* Aliter viii.
*Aliter v.

GAL. DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM LOCALIVM, SIVE SECVNDVM LOCOS

C

LIBER QVARTVS

ARGVMENTVM LIBRI.

Agit de medicamentis, quæ affectis oculis ſoleant adhiberi.

Doctrina affectionum, quæ in oculis fiunt, inter quas etiam de Pharmacis acrimonia carentibus, & meatus obducentibus, & de alijs omnibus. CAP. I.

NOn equidẽ alia eſt cõponẽdi, alia utendi methodus in his pharmacis. Ipſa.n. cõpoſitio uelut ad uſum relata cõficitur, ita ut ii, q̃ pharmaca cõponunt, ſcopum hẽant utilitatẽ ex uſu ipſorũ emergentẽ. Verum quẽadmodum in aliis, ſic ẽt in his affectionibus quidã indefinite pharmacorum uſus ſcripſerunt, verbi gratia: Quòd ad dolorẽ accommodatũ eſt hoc pharmacũ, non apponẽtes affectionẽ, in qua dolor ſit obortus. Quidam vero ẽt affectiones adſcripſerũt, alij q̃dẽ magis iuxta experientiã: alii ãt magis ſecundum rationem: Iuxta experientiam quidem magis, quicunq; ex conſpicuis circa oculos ſignis diſcrimen fecerunt: Secundum rationem uero magis, qui ex obſcure apparentibus, aut neque in totum apparentibus idem fecerunt: Conſpicue itaque apparet fluxus multus, & modicus, mordacitas, & lenitas, ruborq́ plus, aut minus, uelut itidem uenæ pauco, & multo ſanguine plenæ, & inflammationis tumor minor, aut maior. Quemadmodum etiam colores præter naturam uariegati, & oculorum ſordes, ſiue lemæ plures, aut pauciores, aut minores, aut maiores progredientes. Apparent item nobis manifeſtè aſperitates in palpebris oculorum. † Quid uero attinet dicere, q̃ & ulcera, & puſtulæ tum ſecundum locos, tum magnitudine, non paruam differentiam habẽt, itemq́ quæcunque eius generis alia exiſtunt? Quin iuxta alium ſane modum ex eorum, quæ conſpicue apparent, numero ſunt etiam ipſi adeo dolores. Nihil enim intereſt, ſiue nobis, ſiue ægris appareant: etenim quòd dolent, & quo modo dolent, quippe quòd cum compreſſione, aut tenſione, aut obturatione, aut corroſione, aut quibuſdam pulſationibus dolent, nobis aperte denunciant. Cæterum eiuſmodi diſcrimina non apparent (velut aliqui ſcribunt) ad fluxum, qui ab iis, quæ intra cranium, ideſt caluariam ſunt: aut ad fluxum, qui ab iis, quæ extra cranium ſunt: aut etiam per Iouem ad eum, qui ex arteriis, aut ex uenis affertur. Et cum quidam dicant diſtentionem, aut obturationem in profundo oculorum eſſe, humoribus uidelicet craſſis, aut uiſcoſis, aut multis impactis, nullum ſymptoma adeo ægros grauat, uelut uehemens dolor

† *Interpres antiqu. ita legit hanc partem Nõ oportet autem dicere, quniã, & ulcera renum, & inteſtinorum, & ueſicæ ſecundum loca, & magnitudinẽ habent non paruã, &c.*

dolor circa quodcunq; tandē membrū,non ſane circa oculos ſolos, adeo ut mortem aliqui ul- E
tro elegerint,melius fore rati hanc ſemel obire,q̄ unum integrum diem dolorē fere. Ego ue-
ro cum in aliis quibuſdam,tum duodecimo de curandis morbis Methodi in uniuerſum manife
ſte ſcripſi tum de dīria affectionum,in quibus uehementer dolent,tum quæ cā uniuſcuiuſque ip
ſarum exiſtat.Scripſi item in decimotertio eiuſdem operis omnia,quæ neceſſe eſt medicum de
oculorum affectionibus noſſe,& quæ ad ipſam curationes requiruntur. Referam nihilo minus
tamen,& nunc breuibus,capitibus tantum repetitis eorum,quæ ad præſentem tractationē uti-
lia ſunt,hoc eſt eorum,quæ cum materiæ medicæ doctrina cohærent.Nam & liquores,& ſucci,
& ſemina,& fructus, & plantarum particulæ ocularibus compoſitionibus induntur, ueluti etiā
non pauca ex iis,quæ metallica appellantur,aliqua quidem extreme auſtera, & acerba, atque
acria:aliqua uero his moderatiora,& tamen fortia:quemadmodum item aliqua omnis morda
citatis expertia,ac leniſſima per lotionem reddita.

De Pharmacis mordacitatis expertibus,ac lenibus.

Pōpholyx igitur lota nulli pharmacorū mordacitatis expertium inferior eſt: atque ob id ea
utimur ad tenues,& acres fluxiones,capite uidelicet prius,ſimulq; uniuerſo corpore euacuato.
At uero manifeſtū eſt,q̄ per uenæ ſectionē,ac purgationē totum corpus euacuamus, per apo- F
phlegmatiſmos uero caput a pituita uindicamus.Pōt.n.pompholyx lota, quēadmodum ēt ſpo-
dium,atq; amylum,ſimul & moderate humores reſiccare,ſimulq; ne p̄ tuniculas euacuetur ea,
* quæ in magnis*ipſorum uenis ſuperflua humiditas continetur,prohibere. Quare ſi quis prius,
q̄ caput ab humoribus ad oculos defluentibus expurget,obturantibus pharmacis utatur, uehe-
mentem dolorem ex diſtētis tunicis efficiet,& ex multitudine influentium humorum aliqñ ru-
pturam,aut eroſionem ipſorum inducet.Eiuſdem gñis cum prædictis pharmacis ſubtenuis ouo
rum liquor exiſtit,ex redundanti potens humiditates abluere,& exaſperata oblinere. Verū ob
turandi meatus uim cum illis æqualiter non habet,ſicut neq; uim reſiccandi.Atqui fœnigræci
ſuccus,quod ad uiſcoſitatem attinet,ſimilis eſt albo ouorum liquori: diſcuſſoriam autem habet
facultatem,& moderate calfactoriam,atque ob id multos dolores mitigare conſueuit.

De Pharmacis acribus.

Prædictorum pharmacorum ſyluæ ſecundum genus maximè contraria acrium liquorū ma-
teria eſt,ueluti liquoris cyrenaici,& medici,& ſagapeni,& euphorbii, atq; ſimpliciter loquen-
do,omnium uehementer calfacientium citra exaſperationem. Atque hæc ipſa ſylua non ſolū
in liquoribus,ſed & in ſuccis,& ſeminibus,& floribus,& plantarum fructibus continetur. G

De Extergentibus,ſiue repurgantibus.

Tertio conſequenter poſt p̄dictas,fortis facultas eſt extergentium pharmacorū, qualis ſqua
mæ æris eſt,& chalcitidis uſtæ,& ęris vſti,itemq; floris eius,& miſyos,ac ſoreos,itemque ſtibii.

De Erodentibus.

His adhuc aliud quid genus adiacet,erodentium uidelicet,quale eſt auripigmentum,& ſan
daracha,& Aſiæ petræ flos:participat,& miſy paululum eiuſmodi facultate.

De Adſtringentibus.

Eſt & aliud genus pharmacorum,qd̄ in oculares compoſitiones iniicitur,eorum uidelicet,q̄
natura adſtringunt.Quæ igitur mediocriter hanc uim hñt, influxiones repellunt: quæ uero ue-
hementer,ampliorē dolorem infligunt,tunicas exaſperando, q̄ iuuent influxionum impetū re
pellendo. Miſcetur aūt aliqñ utiliter ex eis parum quid in compoſitiones oculorum aciem exa
cuentes,utpote,quæ oculorum ſubſtantiam cogant,& adſtringant.Verum quæ mediocriter ad
ſtringunt,lippitudinibus commodiſſima exiſtunt.conferunt autem,& reliquis fere omnibus af-
fectionibus cum ulcerum,tum puſtularum,tum fluxionum.Sunt uero eiuſmodi,Folia roſarum,
& flores,& ſuccus,ericæq; fructus,& nardi ſpica, ampliusq; & malabathri folium,& crocus, & H
lycium,& quæ hypociſtis appellatur.Porrò uehementiorē his adſtringendi vim acacia habet,
& omphacium,quæ & ipſa in ſuccorum genere numerantur. Item balauſtium,& cytini,& gal-
læ omphacitides,ex genere eorum ſunt,quæ multum adſtringunt.

De Concoquentibus.

Inflāmationes,itēq; alias affectiones concoquunt hæc,myrrha,croc us,caſtorium,& thus,&
fœnigræci cocti ſuccus:q̄ ēt diſcuſſoria ui prædita ſunt,& p̄ſertim ex eis myrrha. Atq; hæc qui-
dem eſt ocularium medicamentorū ſylua;Et quicunq; ſanè naturali intelligentia præſtāt,rōci
nationeq; exercitati ſunt,nihil amplius opus hñt mea inſtructione, potentes nimirum ad ſingu
las oculorum affectiones aptum componere pharmacum.Qñquidem vero pauci tales exiſtūt,
& multorum utilitatis potiorem rōnem habere conuenit, præſtabilius mihi uiſum eſt compoſi
tionis ipſorū rōnem integre recenſere,vbi repetiuero prius,perſpicacitatis gratia,cōem in ge-
nere vim ſingulorum,quorum mention ē feci pharmacorū: Quæ vniuerſim quidem in quinto
De ſimplicium pharmacorū tractatione cōmentario a me relata eſt,& per conſequentes ſex li-
bros particulatim vſq; ad extremum. Vtar aūt appellationibus facultatū in pharmacis,iiſdem
quas in p̄dicta tractatione poſui:Velut exēpli clarioris gratia, quædā ſubſtantia terreſtri dico,

citra

A citra refrigerationem manifeſtam,aut caliditatẽ, in medio quodammodo utriuſq; conſiſtẽtia: atque ex his aliqua quidem parum quid ex frigiditate,aut caliditate complectuntur,aliqua uero in totum nullam eiuſmodi facultatem ex ſe oñdunt: Totũ aũt hoc genus pharmacorum emplaſticum,hoc eſt meatus obducens,& obturans,appellari,contrariam uim hñs ijs, quæ ab obturatione liberantia ecphractica ſunt appellata:qualis eſt Samius aſter, magis tenuiũ partium exiſtens,q̃ quæ ſimpliciter Samia terra appellatur:& põpholyx lota,uelut ẽt cinis eius lotꝰ, & cadmia uſta,ac lota. Vĩ aũt mihi parum quid exterſorium in ipſa cadmia ineſſe, ſiue poſt uſtionem,ſiue citra eam lauetur. Pompholygi uero,& ſpodio parum quid adſtringens ineſt:quẽadmodum ẽt plumbo poſt uſtionem,& lotionem, nam & hoc pharmacum oĩs acrimoniæ expers eſt,parum quid adſtringens hñs:neq; refert,ſiue maſculino, ſiue muliebri gñe pompholygẽ dicere uelis. Eodem modo ẽt amylum habet: quod & ipſum lotũ exquiſite mordacitatis expers eſt,& medium,ut neque adſtrictionem,neque acredinem habeat,hoc eſt neq; frigiditate,neq; caliditate participet. Quin & ceruſſa lota proxime ad facultatẽ uſti,ac loti plumbi accedit:manifeſtumq́; ſignum ſtringenti exhibetur,ꝙ penitus qualitatis oĩs expers ſit,id quod amylum,& ſamius aſter,guſtu,& odore oſtendunt. Vniuerſum igitur hmõi pharmacorum genus,ſiue exi-
B guam in guſtu,aut odore qualitatem exhibeat,ſiue penitus nullam oſtendat,conſimiliter,ut puriſſima aqua qualitatis expers noĩatur,& per ſolam terreſtrem ſub̃am moderate a natura reſiccat. Quapropter ẽt longiori tpe commoditatem ex ſe proficiſcentem ſenſui perceptibilem faciunt,utpote quæ per primos dies nihil iuuiſſe putentur. Adhibentur tñ a medicis tanquã acrimoniæ expertia circa ægrè curabiles affectiones, in quibus ulcus eſt, ſiue ſolum, ſiue cum eroſione corniformis tunicæ,& prolapſu vniformis appellatæ, ſeroſis humoribus lõge mordaciſſimis affluentibus: In his.n. nullum aliud pharmacum conuenire poteſt, utpote cum adſtringẽtia cohibeant effluentes humores,atque per hoc dolorem ex mordacitate ipſorum obortum intẽdant: Acria uero affectionem ſimul adaugeant,ſiue in ſolis oculis affectio ſit,in eiuſmodi malũ habitum partibus perductis,vt quod influit corrumpant:ſiue etiam ipſum,quod influit, vitiatũ ſit,aut p̃p ſolum caput,aut etiam ob totum corpus,tale exiſtens. Vnde etiam affectam partem quò ad curationem apta fiat,præparamus,tum totius corporis purgationibus, tum reuulſionibus,primum quidem ad infernam corporis partem, deinde ẽt ad occiput,& capitis cutem. Vti
Vtiſ. mur etiam ſectionibus arteriarum qñque retro caput,porrectas iuxta aures arterias incidẽtes.
quinq; Excidimus quoq; partem arteriarum in temporibus, tñ ut curemus in tunicis oculorum factã
C affectionem,ob quam etiã bonus ſanguis per venas ad ipſas tunicas delatus corrumpitur. Ad has igitur affectiones ſolas conuenire vĩ prædictorum medicamentorum genus,citra mordacitatem reſiccans in affecta parte uitiatos humores, qui ut dictum eſt, id quod influit corrũpunt. Adſtringentium.n. facultas,neq; reſiccat talem affectionem, cohibetq́; mordacium humorum ſeroſorum effluxus: Calidorum uero,& acrium facultas,non ſolum nihil iuuat, ſed ẽt ſimul auget mordacium humorum qualitatem. At vero relaxantium,ac diſcuſſoriorum pharmacorum vis euacuare quidem põt,quod generatur:verum vlceratum neq; renutrire,aut ad cicatricem perducere põt.neq; quod procidit retrudere,& concludere: Quemadmodum etiam neq; concoquentium facultas id præſtare poteſt,etiam ſi concoquere affectiones non paruum commodum complectatur: Ex eorum uero genere ſunt crocus,myrrha, & thus,quemadmodum dixi. Quid porrò dicere refert de his pharmacis,q̃ acidas,aut amaras hñt uires,ꝙ mordacia,& exacerbatiua eiuſmodi affectionum exiſtant? Verum his adhuc ampliore malitia prædita ſunt,quæ nitroſam,aut ſalſam,aut auſteram vim hñt. Reliquum igitur eſt genus id, quod vlcera cum acri fluxione curare põt,eorum videlicet, quæ paulo ante mordacitatis expertia pharmaca dixi,q̃ longiori tpe affectæ partis vitiatum humorem conſumunt. Appellantur talia a medicis† colly-
D ria lybiana,& cygni,ob dolorem quidem album,qualem etiam cygni habent, prævalẽte in ipſis amylo,& terra ſamia,ac ceruſſa rhodiaca. Nam & aliàs optima hęc eſt,& colore albidior,ac leuior,magisq́; tenuium partium,quàm quæ in alio quopiam loco conficiantur. Cæterũ in quibus alia pharmaca prædominantur,colorem iuxta ſuam ipſorum ſubſtantiam efficiunt, ueluti ſi quis albo colori paucum cœruleum admiſceret. Hæc ipſa uero collyria quidam in cotibus terunt boni ſucci lacte ex nutricum vberibus inſtillato,vt obductoriam meatuum uim,quæ in ipſis ouis eſt euitent,cum in lacte ſeroſa quædam exterſoria vis contineatur, cuius vſus congruẽs eſt ad propoſitam curationem. Relatum enim in tertio curandi methodi eſt,quòd ulcera cum acri fluxione curanda citra acrimoniam extergentibus medicamentis opus habeant. Quòd ſi huiuſmodi lac haberi nequeat,per fœnigræci decoctum collyria terere præſtiterit,utpote quod exterſoriam quandam vim habet,qua oua ipſa in totum carent.

† *Additur in antiquo codi. νεωτέροις, i. unioribus.*

De Aſpritudinibus palpebrarum.

Cũ ægre curabiles p̃dictæ affectiones exiſtant,adhuc moleſtius ſe extendunt, vbi acceſſerint aſpritudines palpebrarũ,a quibus ẽt in lippitudinibus oculorum tunicæ conciſæ dolore affliguntur. Verũ in illis audemus ad inflãmationis ꝓpria pharmaca miſcere paulũ q̃d de extergẽtibus,velut eſt collyrium ex uino aſpritudinibus accommodatum,quò primum ea, q̃ palpebris

fucere-

ſuccreuerint, deprimantur: vbi vero inflammatio oculorũ mitior euaſerit, aſpritudines repur- E
gentur: In his vero, qui ulcus hñt cum mordaci fluxione, impoſſibile eſt eiuſmodi uti pharma-
co: corniformis. n. tunica amplius erodetur, & uniformis magis procidet, & uehemens dolor
hoïem apprehendet, augebiturq́ malignitas fluxionis. In hmõi itaq; affectionum complexu
medici ad conſilij inopiam redacti, ſolum remedium velut in deſperatis reppererunt, ut palpe
bras ipſas inuerſas citra pharmacorum uſum repurgent, & abſtergãt, Aliqui quidẽ ſpecilli cõ
cauo ſuperficiẽ detradentes, deinde molli ſpongia id, qđ defluit excipiẽtes, palpebrasq́ue, qđ
ad reliquũ aſpritudinis, ad æqualitatẽ redigentes: Aliqui uero ẽt marinorum quorundã aĩaliũ
coria in ſuperficie aſpera in eiuſmodi vſum cõgrue adſumunt. Quidam ex præceptoribus meis
ẽt ex pumice collyriũ fecit, atq; eo uerſis palpebris aſpritudines deradebat. Manifeſtũ eſt aũt
pumicem exquiſite læuigatum eſſe oportere, atq; ubi id factum fuerit cum tragacãtha, aut gum
mi in collyrium formari. Cæterum ubi tpis progreſſu per prædicta collyria fluxio fuerit ſe da-
ta, audemus iam pharmaca, quæ extergant, palpebris admouere, parum tñ quidpiã ex eis prin-
cipio admiſcendo: qđ ubi hõ perpeti poſſe uidebitur, paulatim copiã augebimus. Poſtq̃ uero
palpebræ moderate habuerint, & fluxus fuerit reſiccat⁹, caua ulcera collyrio ex thure explere
oportet, ita vt in principio pauxillũ collyrii ex uino ei admiſceamus, & paulatim eius copiã ex F
tendamus, ut ne palpebræ amplius tunicas oculorũ infeſtent, & ulcera mũda reddita exacte im
pleantur, & ad cicatricem perducantur. De his itaq; ſufficienter dictum eſt. Tranſeundi. n. iam
tempus ad reliquas oculorum, tum affectiones, tum pharmacorum ad eaſdem compoſitiones.

De Lippitudine, ſiue Ophthalmia. CAP. 2.

EXordium aũt a frequentiſſima oculorum affectione ſumam, quam ꝓprie ophthalmiã, hoc
eſt lippitudinem, appellant. Eſt aũt velut didiciſtis, inflammatio tunicę os capitis, & calua
riam ambientis. Neq; refert ſi pelliculam quis, aut quocunq; tandem noïe appellare uelit. Vo
cant autem, & membranam agnatam, propterea q̃ aliis, quæ oculum ipſum cõſtituunt, tunicis
forinſecus agnata ſit, ligamentum exiſtens toti oculo ad circumſita oſſa: & ob id oĩa, q̃ circum
circa oculos ſita ſunt vſq; ad malas qñque in vehementi lippitudine ſimul attolluntur. In ꝓpa
tulo itaque eſt, omnia pharmaca hmõi affectionem curantia ſub cõem oĩum inflammatorum
curationem cadere, aſſumereq́; neceſſario quippiam pro partis ipſius natura, quæ excellentẽ
mollitiem, & ad hoc, ut lædatur, aptitudinem ſuper oẽm totius corporis cutẽ nacta eſt, propter
ſenſus ſubtilitatem, & ſubſtantiæ raritatem. Adhibenda " ſunt autem pharmaca repulſoria non A.L.3.f.3.t.1.
exaſperantia, hoc eſt non uehementem ſortita adſtrictionem, ſed quæ tum propria ſua ſu.ba C.c.9.f.222.c
ſunt moderatiora, tũ lenitiui liquoris admiſtione adhuc magis talia fiant. Lenitiuos autẽ liquo
res dixi oui candidum, & fœnigræci decoctũ, & ad hæc amplius ipſum lac: in quo prouidũ eſſe
conuenit, ut iuuenculæ ſimulq́; boni ſucci fœminæ exiſtat, uberibus ipſius in cotẽ, in qua collyrium teritur expreſſis, quo calidum adhuc oculis infundatur. Cæterum hoc in vehementi dolo
re afflictis, aut propter inflãmationis magnitudinẽ, aut ob influentium humorũ acritudinẽ, fa-
cere cogimur. Vt plurimum uero albus oui liquor cum accõmodatis pharmacis lippitudines cu
rare ſufficit, per collyria uidelicet Monohemera, hoc eſt unius diei appellata. Adeo. n. hæc non
parum ſæpe magnas inflãmationes mitigauerunt, ut in veſperã quidem homo balneo uteret:
in ſequẽti uero die nardino collyrio ad inſtaurationem, & corroborationẽ inũgeretur: Admi
ſcere aũt ei circa primã inunctionem minimum quiddã acrium, & fiſtentium medicamentorũ
oportet, & circa ſecundã paulo amplius quiddam priore. Sufficiunt. n. hę duæ pharmaci adhibi
tiones, & deambulatiuncula aliqua nõ multa ante balneum. Porro collyria Monohemera ap-
pellata, quædam priuatim fæculenta dicta multam in ſe habent acaciam: quædã ſiue oĩno exi-
guam, ſiue neq; in totum habent. Complectuntur aũt alia quidem æris ſquamam: alia uero æs
vſtum exiguũ additis multis alijs, q̃ mediocriter adſtringunt, & concoquunt, & diſcutiũt. Talia H
ãt ſunt, crocus, myrrha, lycium Indicum: & caſtorium quidem, & thus citra adſtrictionẽ concoquunt, ſimulq́; diſcutiunt. In quibus igitur adſtringentia prædominantur, plurimũ oui liquorẽ,
& pauciſſimum pharmacũ eſſe oportet, preſertim ſi quid ex metallicis pharmacum in ſe com-
plectatur: In quibus uero crocus, & myrrha, caſtoriũq́ue, ac thus, & lyciũ ꝑualeant, paulo craſ-
ſiore pharmaco vtendum eſt. Fomentum preterea omnino adhibendum eſt ipſis per ſpongiã,
ſi quidem mediocris ſit dolor, ſemel aut bis in die. ſi uero vehemẽtior dolor urgeat, preſtat ter,
aut quater, & ſæpius uti in longis præſertim eſtiuis diebus. Fiat autem fomentum per meliloti,
& fœnigręci decoctum. De lippitudine itaq; ſatis dictum eſt, deinceps de ulceribus dicam.

De Vlceribus oculorum. CAP. 3.

VLcera oculorum eandem ſm genus curationẽ requirunt, quã alia ulcera, eã uidelicet, quã
per longum in tertio, & quarto curatiuę methodi recenſui: verum ob partis naturam q̃ le
niſſima adhibenda ſunt, ex quorum numero id, quod ex põpholyge lota cõſtat, eſſe dixi. Admi
ſcẽtur eis ẽt ſucci quidã nõ ſolum oĩno mordacitatis expertes, ſed qui ẽt vehemẽtiſſimos dolo
res mitigare poſſunt, uelut eſt mandragorę ſuccus. Quidã ẽt polygoni ſuccũ admiſcuerũt, quem
admodum alii ipſorum etiam ouorum candidum. Manifeſtum vero eſt, ꝙ ubi iã propemodũ

inſtat

A inſtat tps præparandi pharmacum, tum demum hmõi admiſcentur, ꝑpea ꝙ facile aceſcãt. Eo dem tpe etiam roſarum additur ſuccus. Cæterum ſylua medicamentorum, quæ proprie ad ocu lorum ulcera pertinet, itidem ſcopum habet, ut vlcus mundum ſeruetur, utpote partium natu ra ipſum explente, & ad cicatricem perducente, quemadmodum in aliis vlceribus eſt p̃dictum. Si itaq; inflammatio adhuc circa oculum exiſtat, aut quiſpiã ẽt dolor, collyria ex thure, & me tallicis lotis, & ſuccis mordacitatis expertibus adhibentur: ubi uero ſordida reddita ex eorum vſu vlcera fuerint, de repurgãtibus quippiã admiſcere oportet, quale eſt Paccianũ ex uino cro ceum, quo vtimur, minimũ quid ex eo p̃dictis pharmacis addentes. Habet aũt hoc plurimum in ſe crocum, vnde ẽt croceum appellatur: habet ẽt ex repurgantibus metallicis aliqua, qua ꝑꝑ ẽt aſpritudines extirpat non paruas modo, ſed magnas, quas ſycoſeis Græci a granorum ficus ſimilitudine appellant: attenuat itẽ pterigia hoc eſt oculorũ ungues. De his itaq; medicamẽtis paulo poſt dicetur. At vero ulcera, q̃ per eroſionem tunicæ corniformis fiunt, ut ẽt ex uniformi quid pronuat, manifeſtũ eſt, ꝙ tum ꝑꝑ ſe ipſa, tum ob prolapſionem repellẽtibus, & adſtringẽ tibus pharmacis opus hñt. Conandum eſt aũt, vt ex ipſis eligamus, quæ nullam aſpritudinẽ fa ciunt. Verum his contraria pharmaca, hoc eſt diſcuſſoria, puſtulæ expetunt, & pus quod intra B corniformem eſt generatum. Recentia igitur, & adhuc inflammata pharmacis ex myrrha, thu re, & croco ſedantur: uetuſtiora aũt ex diſcuſſorijs ẽt quid depoſcunt, quemadmodum itẽ indu ratæ inflammationes tunicarum. In his.n. & per acres liquores hæc ipſa pharmaca in collyrio rum formam redacta proficiunt, & quæ priuatim a medicis inunctiles liquidæ compoſitiones appellantur, quales ẽt in ijs, qui ſuffuſionis principium ſentiunt, apparant. In pterigiis uero, & ſycoſi repurgantia, ut dixi pharmaca adhibentur, partim in collyriorum formam redacta, par tim arida citra alicuius figuræ inductionem: in quibus aliqui etiam ex erodentibus pharmacis aliquid addiderunt. His uicina ſunt, quæ ſcabras in palpebris affectiones perſanant, atq; ob id pſorica appellantur. Fortiſſima uero omnium ſunt, quæ antiquos callos liqueſaciunt, & quæ pterygia dicta curant, ex repurgantibus, & erodentibus medicamentis conflata.

De ocularium Pharmacorum uiribus. CAP. 4.

C POrrò cum iam oĩum fere in oculis affectionum, pharmacorumq́; eorundem, ſecundum ge nus expoſitionem fecerim: relataq́; ſint a me pharmaca ſm genus mordacitatis expertia, qualia ex lotis metallicis componi dixi: melius fore mihi uidetur, ſi etiam aliorum ocularium pharmacorum uires exponam. Ex hoc.n. exiſtimo ad componendum promptiores futuros, & de iam compoſitis fœlicius iudicaturos eos, qui in ipſis fuerint exercitati. Cum igitur mordaci tatis maxime expertia ſint pharmaca, q̃ dixi: ſintq́; acrimoniæ oĩs expertes tres liquores, quo rum primus fœnigræci decoctum erat, alter lac, tertius tenuis ouorũ liquor · in hoc gñe eſſe exi ſtimandum eſt tum gummi, tum tragacantham. Et niſi prædicta tria copiaque, & vſu prõpta, & expedita eſſent, poſſimus parum gummi, aut tragacanthæ in multa aqua maceratum in eundẽ vſum velut illa aſſumere: ita ut per ipſa in medica cote collyria tereremus, & per ſola ẽt infuſa ſeroſos in affectis oculis generatos humores elueremus. Sed tamen ẽt nunc ipſis circa omnia fe re collyria utimur: pauciſſimis enim demptis, omnia poſtquã trita ſunt, moderatè his ipſis phar macis madefacta excipiuntur. Vnum ſane hoc genus ocularium pharmacorũ numeretur, in tri bus liquoribus, tragacanthaque, ac gũmi, & lotis metallicis cõtentum. Alterum uero genus eo rum eſt, quæ exiguã habent mordacitatem, propterea, ꝙ quædam eis admiſta ſunt, quæ parum adſtringunt, & extergent: qualia pharmaca ſunt roſæ, & thus, roſæ quidẽ paucã habẽtes adſtri ctionẽ, thus uero modicã vim extergendi. Et cum thus mediocriter calida vi præditum exiſtat, eam ob rem habet quid cõcoctorium, & quod dolorem ſedat. Ex eodẽ genere cum ipſo, quan tum ad concoctionem, & diſcuſſionem attinet, cenſendus eſt crocus, & myrrha: quæ inter ſe in D eo differunt, quòd crocus moderate adſtringat, myrrha vero citra adſtrictionem nõ ingenero ſe diſcutiat, & reſiccet humiditates. Suntque ſane hæc viribus preſtantiora thure: & ob id etiam maiorem diſcutiendi vim habent: verum exterſoria vi carentia, ad vlcerum curationem thure inferiora exiſtunt. Huius generis medicamentorum, concoctorij inquam, & diſcuſſorij, Lyciũ quoque eſt, & Caſtorium: neque obſcurum eſſe puto, Indicum lycium à me dici, nõ hoc, quod apud noſtros populos prouenit. Proxime vero ad horum facultatem accedit Sarcocolla dicta, quæ concoctorium, & diſcuſſorium eſt medicamentum: atq; ipſa magis adhuc Galbanus præ dictas vires habet. Meliloti vero decoctum ad concoctoriam facultatem aſſumpſit etiam quid adſtrictorium, eiuſdem fere generis, cum croco exiſtens. Injcitur etiam in oculares compoſi tiones lapis Hæmatites appellatus, humores reſiccandi uim habens, velut, & Cadmia. Mitius autem pharmacum lapis ipſe, quàm cadmia exiſtit, vt pote ex humida ſubſtantia, non terreſtri, velut cadmia, generationem adeptus. Hanc enim eius naturam indicat ſolutio, quę fit in medi ca cote, cum per attritionem cum liquore quopiam in ſuccum reſoluitur. Quin & cum ſolus ꝑ ſe citra liquoris alicuius affuſionem teritur, nõ in terrea fragmẽta diſſoluitur, velut cadmia, ſed in ęqualium partium, & cohęrens corpus. Cõſimilis ſubſtantiæ ei eſt, & lapis Schiſtus appella tus, ſed fortiorem facultatem habet. Quòd vero Stibium appellatur, illorum quidem ſortem

ex

ex ſe oſtentat adſtringendi facultatẽ: lotum vero exoluitur, vt propè ad mordacitatis expertiũ E vim accedat. Vehementẽ aũt exterſoriã facultatẽ æs vſtum habet, itemq; ſquama eius, & flos. Neq; minus efficax, ſed min⁹ mordacitatis expers chalcitis uſta eſt. Quòd ſi lauẽtur talia pharmaca, exterſoria quidẽ adhuc manent, tanto aũt efficacia imbecilliora, quantum mordacitatis magis expertia fiũt. Huius gñis ſunt ẽt Miſy, & Aerugo, fortiſſima pharmaca ijs, q̃ ſycoſi, & callis conueniũt admiſta. Quidã vero ipſis ẽt gallas iniecerunt, vehemẽter adſtringens pharmacum: quẽadmodũ aliqui chalcantũ neutro gñe appellatum, atq; ẽt, vt aliqui vſurpant, chalcantum, tum maſculino, tum muliebri gñe, qd̃ ad adſtringendum unà cum acredine uehementiſſimum inter hæc oĩa pharmacum exiſtit. Manifeſtum eſt aũt, ꝙ multo moderatius redditur uſtũ & lotum. Ad hãc ſyluam pertinet ẽt Stomomatis ſquama. At thuris cortex adſtringit quidem & ipſe non ingeneroſe, uerum prædictis oĩbus longe inferior eſt. Atqui & Miſy ipſum tum ad eaſdem affectiones, tum amplius ad ſcabras palpebras quidem in collyria miſcuerunt. Q̃nquidem uero, & mannæ quidam mentionem fecerunt, & vĩ aliquibus nihil a thure trito, ac læuiga to differre, cognoſſe operæpretium eſt, ꝙ mannam proprie appellant, id qd̃ excuſſum eſt a thure circa magna onera confracto: auferũtur. n. ſimul ab ipſo fragmenta q̃dam parua corticis thuris. Quare a thure differt tale pharmacum in hoc, ꝙ parum quid adſtrictorium adſumpſit. Quæ F cunque igitur ex adſtringentibus multam terream compagem hñt, aſpritudines, & ſycoſ⁹s, ac callos cõſumunt. Cæterum, quæ ex ſuccorum gñe ſunt, uelut Omphacium, & Hypociſtis, eluuntur facile in ſublitionibus diffluentia ſimul cum lachrymis. Ex hoc gñe eſt, & Glaucium, & Acacia. Citra mordacitatem uero exterget cerui cornu uſtum, uelut ẽt caprarum. Dictum eſt autẽ & thus ex talium gñe eſſe, uerum hoc, uelut dictum eſt, oĩno exigua participat extergẽdi facultate, doloris ſedatiuum, & concoctorium exiſtens. Cornua uero prædictorum aĩalium extergẽdi quidem uim hñt, ſed neque dolorem ſedant, neque concoctoria facultate prædita ſunt, frigidi nimirum, & ſicci temperamenti exiſtentia. Habet autem, & quod Armenium uocatur, extergendi uim, quemadmodum & atramentum Indicum appellatum, & ob id ſane ulceribus inflãmatione carentibus citra moleſtiam adhibetur. Miſtæ uero quodammodo facultatis eſt aloe, ueluti etiam roſa: habet enim quid in ſe amarum, quod extergendi a natura aptitudinẽ habet, ineſt autem ei etiam quid adſtrictorium, ut committat, & ad cicatricem ulcera perducat.

Quæ ad ſcabras affectiones conueniant.

Ex pharmacorum ad ſcabras in palpebris affectiones conuenientiũ numero ſunt Sales ammoniaci: & Lapis Aſius tum ipſe, tum flos ipſius: & quod pſoricum appellatur, nõ ſimplex, neq; G ſponte naturæ productum, ſed præparationis modum quendam habẽs: quẽ ẽt Dioſcorides cõſcripſit, & alii fere oẽs, qui de medica materia commentati ſunt. Admiſcetur his, & Miſy uſtum, & ſandaracha, & quod a ueteribus Græcis Arrhenicum, noſtro uero æuo Arſenicum appellatur. Ex medicamẽtis uero aromaticis, id eſt odoratis Caſia, & Malabathri folium. Quin & amomum, & cinnamomum quidam ocularibus compoſitionibus admiſcuerunt, cum diſcuſſoriam quidem uim habeat cinnamomum, reliqua uero etiam adſtringendi facultate participent. In communi porrò de omnibus repurgantibus, ſiue extergentibus, & rhypticis a Græcis appellatis medicamentis, id noſſe oportet, tum eis, quæ moderata ſunt, tum eis, quæ ſycoſ⁹s, & callos conſumunt, quòd hęc omnia etiam ad cicatrices craſſas conueniant. Attenuant enim ipſarum craſſitudinem, & ſubſtantiam ſuperficiei deradunt, ac remouent.

Quæ induratis auxilientur.

Cõpoſitiones, q̃ ad induratas oculorum tunicas conueniunt, ex ſuccis cõſtant, & ammoniaco thymiamate, quemadmodum ẽt antea dixi. Miſcentur aũt eis moderatiora quædam, quæ uiribus eorum tamen non obluctentur, myrrha uidelicet, & thus, & galbanum, aliaq; conſimilia.

Quæ Suffuſis conueniant. H

Ad ſuffuſos uero quidã medici liquida pharmaca cõpoſuerunt. Ac prima fere oĩum cõpoſitionum eſt, quæ ex fœniculi ſucco, & hyænæ felle, ac melle attico conſtat: quidam uero ẽt caprinum fel addiderunt. Verum poſtea alius aliud fel admiſcuit, alius galli, alius uiperæ, alius teſtudinis marinæ, alius callionymi piſcis. Nunc uero in pretio eſt Pharmacum ex felle ſcarorũ: quemadmodum, & quod ex myrrha ſtacte conſtat. Promiſſiones itaque omnium horum pharmacorum magnæ ſunt, uerum effectus aliquando nullus, aliquando ualde exiguus.

De Aridis medicamentis oculis conducentibus. *CAP. 5.*

EX p̃ſcripta materię medicæ ſylua cõpoſita ſunt a medicis pharmaca arida, q̃ priuatim ab ipſis arida collyria appellantur. Quorũ aliqua quidem callos, & ſycoſ⁹s cõſumunt, excreſcentẽ itẽ iuxta naſi angulum carnem, encanthida appellatam, & pterygia, quæ ẽt ungues dñr. Aliqua uero ſcabris palpebris conueniunt, & ad palpebrarũ defluuia, quæ Mylphę appellãtur, conducunt: uerum aliam ab acribus collyrijs facultatem hñt, unde ẽt a quibuſdã medicis Apodacrytica, id eſt delachrymatiua, & repulſoria appellãtur, uelut ẽt ipſa collyria uiſa ſunt appellari. Ex his aũt pleraq; ẽt obtuſe cernentibus, ſiue per ætatem, ſiue craſſitudinem, aut frigiditatem humorum in oculis, aut ẽt flatus caliginoſi redundantiã, id contingat, non parum proſunt.

Aliqua

A Aliqua deinde ex aridis pharmacis affectionē aliquā in oculis cōgregari ꝓhibent, impediēdo videlicet influxiones humorū, ex quibus oculi lædi conſueuerunt. Præſtantiſſimū vero horum apparuit, & experiētia iudicatum eſt, qđ ego cōpoſui, & ob id apud multos in vſu eſt, ac fere ꝑ oēs gentes, quibus imperant Romani. Ac primum ſane ipſius cōpoſitionem ſcribā, cum ꝑſtantius putem eſſe nullis oīno affectionibus corripi, q̄ eas, quæ iam præoccuparūt, optime ſanare. Q̄uero ēt Aſclepiades plurimamque, & optimā tum aridorū, tum liquidorum collyriorū conſcripſit ſyluam, ab aridis primum initio facto: & ego ſane mihi recte facturus videor, ſi cōſimili ſcribendi ordine utar. Quare ubi meū aridum adſcripſero, deinceps oīa, q̄ Aſclepiades hēt in primo externorum, quē Marcellæ inſcribit, iuxta ipſius ordinē ſubiungā. Et poſt hæc cataplaſmata oculis accōmodata, agglutinatoriaque, & inūctilia pharmaca ab Aſclepiade deſcripta adijciā. Præſtabilius. n. mihi vī & iſtorū ordinē in ſcribēdo ſeruare, atq; ita ad collyria, ac liq̄da pharmaca tranſire, omnibus appoſitis, velut Aſclepiades ipſe recenſuit, illius ipſius uerbis.

Pharmacum aridum ad tuendum oculorum valetudinem à me compoſitum.

Vtiliſſimum ſanis oculis ꝑſeruatiuum ego cōpoſui pharmacum, quod oēs iā in vſu hūt. Vritur Lapis Phrygius in minutas partes confractus, ut maior tū ſit nuce, q̄ pontica a quibuſdam
B vocatur, ab aliis nux parua. Modus vrendi idem, qui in alijs eſt, lapide in ollulā nouā coniecto, deindeq̄; ollula forinſecus luto circūlita operculum perforatum, vel in ſolo uertice: uel qđ melius eſt, ēt circa alias plures partes imponim⁹, quò ꝑ ipſa foramina fuliginoſæ, & fumoſæ eorū, q̄ vruntur, exhalationes facilius efferantur. Poſtq̄ uero totus lapis ignitus factus fuerit, tū ſane ollulā in purū quoddā uaſculū euacuare oportet, butyrūq; infundere non uetuſtum, & circumagitare vſq; lapidis partes, donec oēs extinguantur, atq; tunc ceſſare: Et ſic rurſus eaſdē in ollulam coniectas urere, rurſus prunis cādefactis ab igne ollulā imponēdo, vt nihil fumoſum in ſe hēant: uentilatione ēt eaſdē excitare cōuenit, quo citius uſtio ꝑficiatur: Deinde cum iā igniti facti fuerint lapides, & nulla amplius fuligo efferī, rurſus eoſdē eximere oportet, & uino falerno extinguere, aut aliquo fluuo, & odorato, uelut eſt tmolites, ariuſiūque, & lesbiū: Deinde rurs⁹ in ollulā cōiectos tertio urere: & poſtq̄ ignitus fuerit lapis, rurſus extinguere melle attico nō multo: reddetur. n. pharmacum non aridum, ſed uiſcoſitate aliqua ꝑditum. Cæterum pluribus diebus trita, & ꝑlęuigata in promptu hīre oportet, ita ut in tenuiſſimum puluerem redacta ſint ſubſcripta. Aeris uſti unc. j, qđ eſt. ʒ. viii: piperis albi tantundē: folij malabathri tantundē: ſtibij hemiolium, qđ eſt. ʒ. xii: his admiſce lapidis vſti lib. j. Et poſtq̄ oīa probe fuerint lævigata, & repo
C nere medicamentum uelis, adiice opobalſami Syriaci ſeſquiunciam, quod totū. ʒ. xii, facit. Si vero opobalſamū tenue, & pellucenti compage, quod craſſum, quēadmodū ſolet in uaſis circa fundum conſidere, ac ſpiſſari: quod. n. ita craſſum eſt, ariditatē pharmaci impediet. Porro vſu ipſius ad ſolas palpebras cōpetit, cū ſpecillo inducti, citra tunicarū ipſius oculi contactū. Vt plurimū itaq; ſufficit circa ſolam infernā palpebram ſpecillum inducere. Nihil uero uetat etiā ſupernam palpebram ſimiliter illinere, ubi præſertim pharmaco op⁹ fuerit, hoc eſt ubi iā manifeſte perturbationem quandā perceperit oculus: non tamen expectare conuenit donec id fiat. Verum præoccupare oportet circa primū affectionis ſenſum, in omni tpe diei, ēt ſiquis biberit, & cœnauerit. Et plane frequēs eius cōpetit vſus cū cautione, ut dixi, ne tunicæ oculorū eo contingantur. Oportet aūt, & eū cui inducitur pharmacum palpebras exertas, & extentas exhibere, & cum inungitur nequaq̄ cū ipſis nictare. Hoc ſane pharmacum à me compoſitum eſt, non permittens eū, qui ipſo recte vtatur oculorum lippitudine apprehendi. Deinceps vero quæ ad affectiones commoda ſunt medicamenta conſcribam, initio ab iis, quæ Aſclepiades ſcripſit facto.

Arida Pharmaca ad oculos ab Aſclepiade conſcripta. CAP. 6.

D IN primo libro Pharmacorum externorum, quæ Marcellæ inſcribit, in hunc modū hęc uerba ſcribuntur. *Aridum ex pſoricis Heraclidæ ad circumroſos oculorum angulos.* Spodii cyprii. ʒ. iiii, omphacii aridi. ʒ. duas, *nardi obolos tres, piperis fricti grana* quindecim: tritis utere. *Pſoricum Aelij.* Cadmiæ. ʒ. iiii, æris uſti. ʒ. ii, cum aceto in Sole terito, & reſiccato: rurſumq̄; lęuigatis, & repoſitis utitor. *Aliud.* Cadmiæ. ʒ. i, æris uſti drac. i, nardi indicæ, ʒ. i, piperis fricti obolos duos: tritis utere, ut pharmaco vehementer commodo. *Aliud.* Chalcitidis partes duas, cadmiæ partem vnam, tuſa & cribrata terito in Sole, adiecto uino ſufficienti: deinde reſiccato, & lævigatis repoſitis utitor: *Ex libris Philoxeni aridum Achariſton.* Cadmiæ. ʒ. ii, chalcitidis drac. octo, aloes obolos ii, æruginis obolos duos piperis grana x, florum roſarum drachmā vnam: tritis utitor. *Eiuſdem ad lippitudinem ſiccam, & Sycoſin, putreſcentia, & excreſcētem carnem.* Cadmię drach. decem, chalcitidis drach. octo, piperis grana xv, nardi celticæ drach. unam. Cadmiam, & chalcitidem, cum uino terito: atq; ubi exaruerint, nardum, & piper inijcito, ac in puluillum redactis utitor. *Aliud.* Cadmiæ drach. *uiginti, chalcitidis drach. *quadraginta, nardi indicæ drac. duas, myrrhę torrefactæ drach. duas, piperis grana triginta quinque, cum aceto acerrimo ꝓparato. *Capitonis ad lippitudines ſiccas, & oculos humectos, ac angulos cicumeroſos, & palpebras ſicoſas.* Cadmiā cypriam ad polentæ magnitudinem cōfringimus, deinde attico melle ſubactam in uaſculum ficti le coniicimus. Huius autem ore obturato, ac luto circumlito, foramen iuxta medium oris faci

mus,

*Al. vnam.
*Al. octo.
*Aliter octo.
*Aliter duas.

mus,quò id,quod aſſatur inde tranſpiret.Ipſum uero vaſculum intra prunas erectũ ſtatuẽs,ſuc E cenſis prunis vrimus.Atq; ubi exignitum fuerit,exha lationũ per foramẽ elatarum animaduerſionem habemus:quæ ſi nigriores efferãtur,amplius vrimus:cum uero albidiores apparuerint, aſſationem ſufficientem factam putamus:ablatoq; uaſculo,& dẽpto operculo,cadmiã uino Italico extinguimus,& in pilam translatũ terimus,reſiccatamq; ad pharmaci cõfectionem reponimus,q̃ hoc modo hẽt.Cadmiæ.3.viii,æris vſti drach.viii.ſtibii drach.viii, tritis,& ablatis utere, cum ſpecilli extremo palpebris mane,& ueſpere ex eo ſublitis. *Aliud.* Cadmiæ uſtæ uelut prædictum eſt,drach.viii,æris uſti drac.viii,ſtibii drach.iiii,armenii drach.ii:tritis & repoſitis utitor. Nosc admiã,& reliqua adipeuipere excepta aſſauimus,deinde uino extinctis,ac tritis uſi ſum⁹.

Pharmaca ex lapide hæmatite ad ſcabras palpebras accõmodata,Capitonis ocularij. Cadmiæ cypriæ drach.xxiiii.lapidis hæmatitæ drac.vi.in alio exemplari drac.xv:æris uſti drac.xxiiii. Arida ad polentæ magnitudinem contunduntur, melleq; excepta uelut prædictum eſt, aſſantur,ac uino extingũtur:deinde reſiccata læuigantur. Vſus demonſtratus eſt. *Aliud.* Cadmiæ drach.xx,æris vſti drach.x,lapidis hæmatitæ drach.x,tomentorum purpuræ laconicæ drach. viii: melle excepta,& uſta componito,ut dictum eſt. *Soſandri ad palpebrarum defluuia, & inueteratas affectiones.Facit,& ad excreſcentem iuxta naſi angulum carnem.* Cadmiæ,ſtibii,chalcitidis crudæ,miſyos F peregrini,ſingulorum drac.viii:cõtuſa,& melle excepta uelut dictum eſt,aſſato:deinde uino extincta,tritaque,& reſiccata reponito,ac utitor. *Aliud.* Chalcitidis crudę,cadmię,ſtibii,miſyos peregrini ſingulorũ.3.viii,nardi indicæ.3.ii,croci torrefacti.3.ii,piperis.3.i.Metallica melle ſubiũguntur,ac vruntur,ut dictum eſt,deinde uino extinguuntur,& teruntur:adijciturque his nardus, & crocus torrefactus,itemque piper:poſtea vero ſimul læuigatis,ac repoſitis utimur. *Pharmacum callublepharon exornandis palpebris accõmodum.Facit & ad inueteratas lippitudines.* Stibii uſti, ac uino extincti.3.xvi,plumbi uſti,& loti.3.viii:fuliginis thuris,ſpicæ nardi,myrrhæ torrefactæ, croci,ſquamæ æris,ſingulorum drach.i. Omnibus tritis,ac repoſitis utitor. *Aliud ex croco.* Croci vnc.i,glaucii unc.i,ſarcocollæ unc.i.Ego etiam opii vnc.i.adieci. *Aliud Seuerianum.* Cadmiæ vſtę,& lotę ſextantẽ:† ſalis ammoniaci,piperis albi,vtriuſq; ſextantem:ξ folii, drachmas ii:probe tritis utitor. *Aliud pueris maxime commodum.* Stibii drach.xvi,plumbi drach.octo,ſquamę æris drach.i,croci.3.i,florũ roſarum.3.unã,myrrhæ drac.unam:nardi indicæ,thuris maſculi,piperis albi,ſingulorum drachmam unam,palmularum officula decem.Omnia in figulinum uas conięcta diligẽter aſſato:deinde in pilã trãslatis,ac tritis opobalſami cochlearia duo adiicito: conquaſſato,& reſiccato,utitor.¶ *Aridum philoxeni ad pruriginoſos,ac circumroſos angulos:Facit,* G *& ad obtuſum viſum.* Cadmia drachmas quatuor,ſalis ammoniaci.3.ii,piperis albi drach. a** unam:tritis utere. *Ego hæc ita adparo.* Cadmiæ.3.octo,croci.3.ii,piperis albi drac.i,ſalis ammoniaci.3.ii.nardi indicæ.3.i,tritis utitor.

† Al ſali s ammoniaci unc.j. piperis albi ſextãtẽ.

A * Aliter duas.
B * Al.vnam.
C* *Al.γλυκέως οἴνου. i. dulcis uini.*

D † Al. iiij.
E. Aliter unam.
F † Codex antiquiſſ. Venetorũ hanc compõnẽ habet. Ammoniaci thymiamatis.3.viii,æruginis.3.vi,floris lapidis aſij 3.ii,obo.ii, alcyonii. drach. i. obo.v. radiculæ.drac.i, obol. ii. Aliud, Ammoniaci.3.i. obo.quatuor.opii ſeſquidrachmam, myrrhæ ſeſquidrachmã; componito, & vtitor,ut prædictum eſt.
Alii codic. habent. Ammoniaci thymiamatis.3.octo, æruginis drach. vi, floris lapidis aſii 3.ii, obo.ii, alcyonii.3 i.ob v, ſtruthii.3.i,obo. ii,ſalis ammoniaci 3.i, obo. ii, opii,&c.
G * Al.iii obol. iiii.
H. Al. iij.

Liquidæ Oculares compoſitiones ad ficoſas eminentias,ac omnem extuberantiam carnis.Facit & ad carnem circa naſi angulum excreſcentem, & ad incipientem lippitudinem.

Compoſitio qua vſus eſt Philippus in Cæſaria. Miſyos aſſati drach.octo,myrrhæ drach.iiii,cadmiæ drac,viii,croci drac.ii,ſalis ammoniaci drac.ii, nardi indicæ, piperis albi, utriuſque drach.unã:mellis attici cyathum unũ. *Aliud.* Myſios aſſati.3.vi,atramenti ſutorii drachmas quatuor,myrrhæ drach.iiii,æris uſti drac.unam,mellis attici cyathum unum. *Panchreſtos,id eſt omnifarij vſus, Eraſiſtrati,ad aſpritudines,ac omnes lippitudines,auresque purulentas,& ad vlcera ægre recipientia cicatricẽ,& ad nomas,hoc eſt vlcera ſerpentia oris.* Aeris uſti,drach.b* duas,myrrhę drac. unam,piperis obolos duos,myſios aſſati.3.unã,croci obolos iii,uini Chii heminam unã,c* paſſi cretici heminæ dimidium. Arida terito affuſo uino:atq; ubi imbibitum fuerit uinum,affunde ẽt paſſum:& conquaſſata in æreum uaſculũ transferto,ac ad lentum ignem coquito:deinde in py H xidem æream reponito. *Ad callos,& omnem eminentiam.* Aeris uſti drach.ii,myſios uſti drach. unam,myrrhæ drach.unam,croci 3.unam,omphacii drac.unam, uini Chii cyathos duos, mellis attici libram dimidiam:utitor. *Philoxeni Liquida viſum exacuens,cicatrices,& callos exterit.* Ammoniaci thymiamatis.3.iiii.æruginis drach.ii,uino diluta,& contrita melle attico excipito. *Aliud.* Ammoniaci thymiamatis drac.d† xii, æruginis drach.vi,myrrhæ drach.ii,componito, ut dictum eſt. *Aliud Phædri Rhinion id eſt limula.* Ammoniaci thymiamatis drach. e* quatuor, æruginis drac.unã, alcyonii torrefacti drac.unã,floris lapidis aſii obolos tres:componito,ac utitor ut dictũ eſt. *Aliud.*f† Ammoniaci thymiamatis drach.viii,æruginis drac.octo, floris lapidis aſii drach.ii,obo.ii,alcyonii drach.unam obo.ii,opii ſeſquidrachmam,myrrhæ ſeſquidrachmam. componito,ac utitor, ut dictum eſt.ξ *Aegyptia ad callos, & albugines, aufert etiam pelliculas confeſtim.* Aeruginis Corinthiæ drac.vi,ammoniaci thymiamatis drach.vi,obo.iiii,ſalis foſſilis.3.v, medullæ colocynthidis drac.g* quatuor,fellis taurini drac.h† ii.nitri nigri ſeſquidrachmã, piperis albi grana quadraginta,mellis attici cyathos ſex.Componito,ut dictum eſt, & in pixyde illi cea repoſito utitor. *Alia Aegyptia ad callos,& albugines,ac inueteratas affectiones.* Aeruginis drac. vi,ammoniaci thymiamatis drach.vi,medullæ colocynthidis drac.iii,fellis taurini drac.ii,nitri

nigri

A nigri drach.ii, excipe mellis attici cyathis ſex, & utere. ¶ *Compoſitio exacuens uiſum, faciens & ad glaucedinem, Antonÿ muſæ.* Fellis perdicis ſylueſtris partem unam, in alio exemplari ſucci herbæ perdicii, aliqui ſucci centaureæ partes iii, mellis attici tantundē. *Aliud.* Fellis gallinæ ueteris partem unam, ſucci centaureæ partem unā, mellis attici partes tres. Facit ad glaucedines. *Compoſitio Largi exacuens uiſum.* Succi fœniculi radicis partem unam, mellis tantundem. Reponito in pyxidem æream, ac utitor. *Aliud.* Succi radicis fœniculi partem unam, ſucci chelidoniæ tantundem, mellis attici tantundem. *Aelÿ Galli ad ſuffuſiones.* Fellis teſtudinis marinæ.ʒ.viii, mellis attici tantundem, fellis taurini.ʒ.ii, croci.ʒ.ii, opobalſami.ʒ.ii: contuſis utere. *Caßÿ ad ſuffuſiones.* Fel taurinum in æream pyxidē euacuatum per dies decē ſinito: deinde myrrhæ, croci, utriuſque ʒ.ii: opopanacis.ʒ.ii, opobalſami.ʒ.ii, piperis grana xii, mellis attici duplum omniū accipite: omniaque cum felle miſceto, & in æreo uaſe coquito: deinde in ǣrea pyxide repoſitis utitor. *Liquidā Baſilis hoc eſt regina: hāc reparatricē appellamus.* Omphacii.ʒ.ii, myrrhæ.ʒ.ii, fellis aq̄læ.ʒ.ii, opobalſami.ʒ.ii, lachrimæ oleæ.ʒ.ii, ammoniaci thymiamatis drach.i, fellis hyænæ.ʒ.ii: excipe melle attico. *Aliud.* Omphacii drac.ii, myrrhæ drac.unam, ſalis ammoniaci.ʒ.i, croci.ʒ.unā, opobalſami.ʒ.i, lachrimæ oleæ.ʒ.i, ammoniaci thymiamatis.ʒ.i, fellis hyænæ.ʒ.viii: excipe attico

B melle. In alio, olei ueteris cyathos duos. *Antonÿ Muſæ.* Fellis hiænæ.ʒ.*unā, fellis urſi.ʒ.ii, opo *Aliter iiii.
balſami drach.ii, ſalis foſſilis.ʒ.i, croci drachmā unam, myrrhæ drachmam unā, mellis attici cyathos duos, ſucci fœniculi cyathos ii. *Philoxeni.* Fellis hyænæ ſeſquidrachmā, adipis uiperæ ſeſ- *Aliter ii.
quidrachmam, croci.ʒ.*unam, omphacii.ʒ.i, myrrhæ drac.dimidiū, opobalſami.ʒ.i. mellis attici ʒ.viii. *Tinctura albuginum.* Gallam tritam ac læuigatam in prompto repoſitam ſeruato: uſu uero expetente, cum ſpecilli nucleo calfacto adhibeto: deinde atramentum ſutoriū aqua dilutū admoueto. *Aliud.* Malicorium tritum adhibeto indeque atramentum ſutorium aqua dilutum admoueto. *Aliud.* Miſyos, atramenti ſutorii, gallarum omphacinarum ſingulorum æquales partes, contuſas & cribratas reponito. Vſus uero tempore aridum adhibeto. *Ad Glaucos oculos, quo pupillæ nigræ reddantur.* Malicorii dulcis ſuccum infundito: deinde poſt temporis interſtitiū hyoſcyami florem cum uino, aut hyoſcyami ſucco tritum inſtillato. Verum hæc opportuno tempore colligere & reponere conuenit. *Aliud.* Acaciæ fructum, & gallarum parum quid diligenter trita

† phernii ſucco excipito, & ad mellis craſſitudinē redigito. Deinde expreſſum per linteolum li- † *Anemones.*
quorem reſeruato, ac utitor ut dictum eſt. *Ad pilos pungentes in palpebris enaſcentes, Trichiaſin appellant Græci, Antonÿ Muſæ.* Fel auiculæ, quæ cinædus appellatur, & aconiti dimidiū eius, miſta

C reponito. Vſu uero exigente, euulſo pilo locum ex pharmaco illinito. *Aliud.* Fel piſcis phagri, & aconiti dimidium, cū ſquama ferri lota, adipe ſubijcito: atq; his amygdalini olei parum adijcito, & ſanguinis ueſpertilionis quantum ſuffecerit. Deinde miſtis & repoſitis utitor ut dictum eſt. ¶ *Agglutinatoria pilorū, Heraclidæ Tarentini.* Ceræ drach.*unam, picis.ʒ.unam, lithocollæ drach. * Aliter ii.
unam ſimul liquefacta reponito. Vſu uero poſtulante, ſpecilli ſummum candefacito, & quod ex pharmaco diſſoluto adhæſerit, adhibeto, eoq; pilos agglutinato. *Aliud.* Reſinæ ſiccæ, picis ſiccæ utriuſque.ʒ.* unam, ſulfuris uiui.ʒ.unam, bituminis drachmam i, ceræ.ʒ.duas: liquefactis utitor. * Aliter iii.
¶ *Ad paruos inſtar hordei oblongos circa pilos palpebrarum abſceſſus, Crithas & Poſthias Græci appellant, Antonÿ Muſæ.* Galbani partem unam cum exiguo nitro miſtam imponito. *Aliud.* Ceram & miſyos crudi paulum admiſceto. Faciūt & ficus aridę ī uino mulſo coctæ & tritę, exiguo ſimul galbano contrito. Facit & farina hordeacea in uino mulſo cocta trita, itidem exiguo galbano ſimul contrito. ¶ *Dioniſii Mileſii ad pilos palpebrarum pungentes.* Leporem marinum in figulino nouo urito, & cinerem tritum caninarum muſcarū ſanguine excipito, & repoſito in carnea pyxide uititor euulſis antea pilis. *Aliud.* Salamandræ uſtæ cinerem, terreſtrium erinaceorū felle excipito, ac utitor ut dictum eſt. Quidam caſtorio uſi ſunt cum melle miſto. Aut caſtorio & hiru

D dinis uſtæ cinere. Aut cicutæ ſemen tritum, ac Thunnæ ſanguine exceptum, præuulſis pilis illeuerūt. ¶ *Ad Crithas i. hordeolos & Chalazia hoc eſt inſtar grandinis in palpebris tubercula.* Sagapeno cum aceto trito utitor. *Aliud ad Aegilopas.* Succi illecebræ, ſucci ſolani, utriuſque libræ dimidium huris drac.octo, maſtiches quadrantem, galbani libram dimidiam. Succos cum thure coquito, atque ubi diſſolutum fuerit galbanum, iniicito: maſtichen enim improbamus. *Aliud.* Thuris drachmas viii. ladani drachm. iiii, aluminis ſciſſilis drachmas iii, myrrhę drachmas viii, ceræ drachmas iiii, ſpumæ nitri drachmas iiii, coaguli leporis drachmas iiii. Contunditur hoc pharmacum, & cum unguenti irini fæce mollitur.

Cataplaſmata in eodem libro primo Externorum, ab Aſclepiade ad oculos deſcripta, itemq; agglutinatoria, & inunctilia.

¶ *Cataplaſmata lippiētium, ad doloris uexationes ac maximas epiphoras, quibus uſus eſt Heraclides Tarentinus.* Roſarum uiridium, aut ſiccarum dachmas iiii, croci drachmam unam, opii drach. unam, excipe meliloti decocto, aut paſſo. *Aliud.* Roſarum, uiolarum albarū, meliloti, capitū papaueris, ſingulorum drach.ii, croci drachmā unam, opii.ʒ.unam, myrrhæ drach.unā, oui aſſati uitellum: tritis & paſſo ſubactis utere ut dictum eſt. ¶ *Illitiones ad dolores, quibus uſus eſt * glaucus.* Aloes, lycii indici, roſarum uiridiū, croci opii, myrrhæ, ſingulorū æquales partes uino ſubactas

in paſtillos formato, eosq; in umbra ſiccato. Vſu uero exigẽte, paſſo dilutos oculis illinito itẽq; E
fronti ac temporibus. *Philoxeni ad fluxionem multam & dolores.* Foliorum roſarum recentium
3.ii, ſeminis hyoſcyami.3.viii, thuris.3.*tres, myrrhæ.3.iiii, farinæ polentarum acetabulum, oui
*Aliter ſex. aſſati anius quod intus eſt, ſucci mãdragoræ drac. iiii, croci.3.ii, opii.3.iiii, uini auſteri quantum
ſufficit. In paſtillos redigito, ac utitor ueluti dictum eſt. *Illitio Antera eadem hora iuuans.* Cro-
ci drach.*quatuor, thuris drach.ii, cinnabaris drach.iiii, gummi drach.ii, uino excipito. Vſus tem
*Aliter ii. pore ubi triueris, & ad ſolidum redegeris, pauxillum mellis adiicito. *Aliud Lychnium inſcriptum.*
*Aliter i. Croci drach.i, thuris drach.ii, opii drach.*duas, gummi drach.ii, cinnabaris. 3.ii, aqua pluuia ex-
cipito. Alii habent croci roſas ſpecie referentis.3.iiii, cinnabaris drac.ii: myrrhæ, opii, utriuſque
drach.ii: aqua pluuiali excipito. *Illitiones mordacem quæ è ueſtigio fluxionem cohibent. Faciunt &
ad lippitudinem ſcabram, ac aridam.* Aeris uſti drach.iiii, croci drach.iiii, piperis albi drach.ii, opii
drachmas ii, gummi.3.iiii: cum aqua pluuiali forin ſecus illinuntur. Relidit hoc pharmacum ma-
ximas epiphoras: cæterum cauere oportet ne quid ex eo in oculum præter labatur. *Aliud, Phlo-
ginum hoc eſt flammeum ſcriptum.* Aeris uſti & loti drach.duodecim, croci drach.vi, piperis albi
drachmas iiii, myrrhæ drach.iii, opii drach.iii, gummi drach.duodecim, uino aminæo excipito.

Agglutinatoria quæ fluxione cohibent. Pollinis partem unam, myrrhæ partem unam, mãnæ F
thuris partem unã, cãdido oui excipe: deinde in linteolum impacta impone tẽporibus ac fronti.
Aliud. Seminis hyoſcyami drach.ii, opii drach.i, croci drach.*unam, pollinis drach.iiii, ouorum
*Al. duas. aſſatorum uitellos duos caſtorii drach.i: omnibus ſimul coactis utitor. *Collyrium ad Epiphoram,
& dolores, ac fluxionem multam, quo Moſchion familiaris uſus eſt.* Glaucii drach.ſedecim, ſarcocol-
læ drachmas viii, croci drac.iiii, gũmi drac.ii, tragacãthæ drac.ii, ſucci mandragoræ drac.ii, opii
drach.i, aqua pluuiali excipito, ac utitor cum ouo. *Heronis ophthalmici Pſittaces, ad dolores, & flu-
xum largum, e ueſtigio ſomnum inducit.* Glaucii drach.ſedecim, croci drach.viii, ſarcocollæ.3.viii,
opii.3.iiii, ſucci mandragoræ drach.ii. tragacanthæ drach.viii, aqua pluuiali excipe. *Ad prædi-
ctas affectiones, Neapolitæ.* Glaucii drac. quadragintaocto, ſarcocollæ drac.xxiiii, croci drac.xxiiii,
† Al. opii 3.iiii, ſucci mandragoræ 3.ii. lapidis hæmatitæ drach.duodecim, † opii drach.xii, ſucci mandragoræ.3.octo, ʒ gummi drach.
ſedecim, tragacanthæ drach.duodecim, excipe aqua pluuiali. *Sergij ophthalmici Babilonij.* Glau-
cii drach.uiginti quatuor, ſarcocollæ drac.ſedecim, croci drac.duodecim, opii drach.iiii, lapidis
hæmatitæ drach.vi, gummi drach.duodecim, excipito aqua pluuiali. Illinito per unũ atque alte
rum diem: atque ubi affectio nõ ſoluatur, ad inſequentes illitiones tranſimus. *Aliud, Diaſmyr-
num Glaucidanum inſcriptum.* Glaucii drach. quadragintaocto, ſarcocollæ drac.xlviii, croci.3. G
*Aliter viii uigintiquatuor, opii drach.ſex, myrrhæ drach.*ſex, hæmatitæ drach.vi, tragacanthæ drac.xlviii,
† Al. Gau i. 3. viiii. ſarcocollæ 3.xxxii, croci 3.xxiiii, opii. 3. vi. myrrhæ 3.vi, hæmatitæ 3. vi, tragacanthæ. 3. xvi, gũmi 3. xii. aqua pluuia excipe, ac utere cum ouo. ¶ *Diaſmyrnum ex Hæmatite.* † Glaucii drac.lxiiii, ſarco-
collæ.3.trigintaduas, croci drach.duodecim, opii drac.viii, myrrhæ drac.vi, hæmatitæ drac.xvi,
tragacanthæ drach.† xlviii: gummi drach.xvi, in alio exemplari drach.xlviii ʒ excipiuntur aqua
pluuiali. Vſus eius eſt cum ouo. ¶ *Phoſphorus ad doloris uexationem, omnemq; inflammationem,
& intenſas epiphoras.* Glaucii.3.uigintiquatuor, ſarcocollæ.3.octo: croci, opii utriuſque.3.octo:
myrrhæ.3.octo, miſyos uſti.3.octo gummi drach. *nouendecim, excipe aqua pluuia; utere cum
ouo. ¶ *Euchorum ideſt boni coloris, excellentis & mirabilis efficaciæ.* Glaucij.3.uiginti, ſarcocollæ A.l.c.fo.xxx
*Al.lxviij. dra.vii, croci.3.ſeptem, myrrhæ.3.ſeptem, opii.3 ſeptem, miſyos uſti.3.ſeptem, gummi.3.duode fol. 551.b
*Aliter xij. cim, excipe aqua pluuiali: utere cum ouo. ¶ *Pharmacum ex ſuccis, dolorem ſedans. Facit ad omnem
doloris uexationem, ſomnũ e ueſtigio inducit.* Glaucii drac.xlviii: ſarcocollæ, tragacanthæ, utriuſq;
3 xvi: croci, 3.octo, opii.3 quatuor, ſucci roſarum.3 quatuor, lycii indici.3.quatuor, hyoſcyami
3.quatuor, ſucci mandragoræ.3.quatuor, ʒ ſucci cicutæ.3.quatuor ʒ gummi.3.octo: excipiunt me-
liloti decocto. Componuntur autẽ hoc modo, meliloti libram unam. & aquæ pluuialis heminas
xii, ad tertias coquito: & excolato liquore, ad pharmaci compoſitionem utitor. *Aliud.* Glaucii, 3. H
xlviii, ſarcocollæ.3 uigintiquatuor, croci.3 uigintiquatuor, opii.3 xii, lycii indici drach.xii, ſucci
hyoſcyami.3. duodecim, ſucci cicutæ drach. duodecim, roſarum uiridium reſectis extremitati-
*Al.xviii. bus drach.xlviii, gummi drac.*quadragintaocto, aqua pluuiali excipe: utere cum ouo. ¶ *Pharma
cum Phæon ideſt fuſcum inſcriptum accommodatum ad doloris molestias.* Cadmiæ drac.duodecim,
aut xvi, æris uſti drach.vi, myrrhæ drachmas iii, opii drac.iii, acaciæ.3.vii, excipito aqua pluuia,
uelut demonſtratum eſt. *Aliud Phæon ad omnem fluxum, & omnem lippitudinem. In alio Pæd-
con, id eſt puerile legitur.* Aeris uſti.3.duodecim, cadmiæ.3.xxxii, gummi drach.trigintaduas, aca-
ciæ drac.trigintaduas, myrrhæ.3.iiii, opii drach.iiii, aqua pluuia excipe. *Aliud ex libris Philoxeni.*
Spodii cyprii, id eſt cinerolæ cypriæ drach.xii, æris uſti & loti drac.tres: opii, myrrhæ, utriuſque
drach.*tres: acaciæ, gummi utriuſque.3.*ſeptem: aqua pluuiali excepta cum ouo in uſum ueniũt,
*Aliter xvi. ut dictum eſt. *Pharmacum Berytium inſcriptum, quo uſus eſt Stration Berytius ad maximas epipho-
Aliter il ras: e ueſtigio auxiliatur. Aeris uſti & loti drac.xvi, acaciæ drac.xvi, ſpodii põpholygis drac.xvi,
*Aliter xii. opii drachmas*ſedecim, gummi drac.xvi, croci drac.xii, myrrhæ drach.ii, aqua pluuiali excipe:
*Aliter xii. utere cum ouo. Oportet hoc aſſidue infundere. *Aliud ad eaſdem affectiones.* Spodii pompho-
lygis drach.xvi, opii drachmas xii, myrrhæ drach. xii, gummi.3.xvi, æris uſti & loti drach.xvi,

aqua

A aqua excipito pluuiali, ac utitor cum ouo. ¶ *Pharmacum Acharistum inscriptum, ad maximas epiphoras. Huius solius usu medici Agyptij fælicter medicantur, in agrestioribus præsertim corporibus.* Cadmiæ drach.xvi, acaciæ drac. viii, æris usti & loti drach. † viii, opii drach.iiii, fructus ericæ.3. iiij, myrrhæ drach. iiii, gummi.3.xvi: aqua excipito, ac utitor cum lacte muliebri. Temperatura media est: ubi uero circa oculos affectio sit, ab hoc collyrio abstinere oportet. ¶ *Quo ipse usus sum, sic habet,* Cadmiæ.3.xvi, fructus ericæ drach.ii, æris usti & loti drach.iiii, opii drac.ii, myrrhæ drac.unam, acaciæ.3. † vi, gummi.3. viii: aqua excipito, usus indicatus est. *Aliud.* Cadmiæ drachmas vi, fructus ericæ drac.iiii, opii drach.vi, thuris drach.ii, myrrhæ.3.viii, lapidis sciffilis.3.ii, acaciæ, 3. viii, æris usti & loti drach.iiii, gummi drach. xx: componito, ac utitor ut dictum est. † *Aliter iiij.* † *Aliter iij.*

¶ *Nictarium Marci, facit ad incipientem lippitudinem, facit & ad illationem fluxus tenuis, ad Chemoseis, tumores, pellicularum eminentias, & fere ad omnem lippitudinem facit, & ad palpebras crassas.* Oportet autem præ omnibus fomentum adhibere, deinde ipsum infundere, in principio quidē fluxionis cū aquoso oui liquore: ubi uero processerit hæc curatio, paulatim hanc temperaturam extendere, & augere oportet. Cæterum ad palpebras asperas collyrio cum aqua utimur. Apud alios Sphragis appellatur. Aeris usti, & loti drach.iiii: cadmiæ drac.iiij, acaciæ drachmæ iiij, croci drachmas ii, opii drach.ij, gummi drach.vi, aqua excipe ac utere ut indicatum est. ¶ *Sergi ophthalmici Monohemerum inscriptum, hoc est una die efficaciam suam commonstrans.* Cadmiæ ustæ & lotæ.3.iiii, spodii, pompholygis usti & loti drach.iiii, æris usti & loti.3.iiii, croci drach.ii, opii.3.ii, acaciæ drach.vi, gummi drach.vi: aqua pluuialj excipe, ac utere cum ouo. Temperatura est aquosa. Postquam lachrimæ proiectæ fuerint, candidum oui infundere oportet, & rursum sublinere. ubi uero morsus consequeretur, fomentum adhibendum est, rursumq; oui candidum infundendum: postea uero collyrio nigro inscripto illinito. *Sphragis Neapolitæ.* Cadmiæ drac.viii, æris usti & loti drach.viii. acaciæ drach.viii, spodii cyprii drach.iiii, croci drach.iiii, opii.3. *quatuor gummi drach.xii, aqua excipe: usus indicatus est. *Sphragis Paccij.* Cadmiæ ustæ, & lacte caprino siue muliebri extinctæ ac lotæ, & in umbra siccatæ, drachmas x, æris usti & loti. 3.x, acaciæ drach.x, opii drach.vi, croci drach.vi, gummi drach.xv. aqua pluuiali excipito. Zoili Sphragis cū Paccii concordat. *Philotæ Aphroditarium inscriptum.* Cadmiæ lotæ drachmas xxiiii, acaciæ drach.xxxvi, æris usti, & loti drach.xii, croci drach.xii, opii drach.xii, spodii cyprii loti drach.xii, gummi drac.xlviii, excipe aqua pluuiali: ac utere cum ouo assiduè infundendo. Post curationē uero lauari iubeto. Hoc assiduè usus sum in maximis epiphoris. *Aliud Neapolitæ, facit ad maximas Epiphoras, maxime in oculis, qui ægrè rigantur, & subalbicant circa inflammationes, vt simile quidā chemosi apparet. Hoc nos usi sumus, post illitiones ægris lauare iussis.* Lapidis schisti drach.viii, thuris drach.vii, æris usti & loti drach.viii, opii drach.viii, myrrhæ drach.iiii, gummi.3.viii, excipeuino, ac utere cū ouo. Temperamentū est aquosum. Sæpe uero hoc infundere oportet, & post interuallum ab illitione lauari iubere. ¶ *Fuscum Olympionico inscriptum, facit ad maximos dolores. facit & ad Chemoseis, & omnino ex accommodatissimis collyrijs est, nam statim liberat.* Cadmiæ ustæ & lotæ drach.viii, acaciæ.3.viii, stibii usti & loti.3.viii, aloes indicæ drach.viii, croci.3.iiii, myrrhæ drach.iiii. opii drach.iiii, gummi drach.viii, aqua excipe, ac utere cum ouo. Temperamentum est crassum. Ego etiam pompholygis, ac thuris utriusq; drach.iiii. adieci. ¶ *Aliud Zosimi inscriptum Odorum, facit dolores, & recētes affectiones.* Cadmiæ ustæ & lotę uino Italico, hoc est extinctæ.3. viii, aloes drach.viii, stibii drach.viii, æris usti & loti. 3. viii. aut ii, croci drach.duas, myrrhæ drachmam unam, nardi indicæ drachmam vnam, opii drachmam unā, acaciæ.3. *nouēdecim, gummi drac.duodecim, aqua pluuiali excipe. ¶ *Hermiæ ophthalmici Lutron, ideſt balneum appellatum, ad maximos dolores, eadem die ad summum auxilians. Facit & ad inueteratas lippitudines.* Aloes.3. viii, æris usti & loti.3.xvi, opii drac. * sedecim, myrrhæ drac. * duodecim, croci drach. octo. cadD miæ drachmas quatuor, thuris drachmas tres, gummi drach.xvi, uino mendesio excipe, ac utere cum ouo. Temperatura est aquosa. Oportet hoc per interualla trium aut quatuor horarū infundere, & usq; ad mali depulsionem sinere: atq; tunc lauari iubeto. ¶ *Theodotion Phlacianum, Harpocratium inscriptum, ad maximas epiphoras & dolores: liberat citra uenæ sectionem.* Succi acaciæ.3. uigintiquatuor, cadmiæ.3.octo, æris usti & loti.3.octo, stibii drachmas xvi. aloes drachmas quatuor, croci drach. tres, myrrhæ drachmas tres, lycii indici drachmas duas, castorii drach.i, opii drachmas duas, gummi drachmas uigintiquatuor, aqua pluuiali excipe, ac utere cum ouo. Tēperatura est crassior. Hoc collyrium tumorem palpebris inducit. ¶ *Scylacium" Pharmacum accommodatum eadem die curans. Euestigio soluit inflammationes.* Stibii drachmas xl, acaciæ drac.xl. cadmiæ drac.xvi, æris usti & loti drac.xiii, cerussæ drac.viii, myrrhæ drachmas quatuor, nardi indicæ drachmas quatuor, croci drachmas duas, lycii indici drachmas quatuor, castorii drach.duas, aloes.3.duas, opii.3.duas, chalcitidis assę drachmas duas, gummi drachmas *duas, excipe rosarū decocto, ac utere cum ouo. Temperatura est crassior. ¶ *Neapolitæ Phanion ideſt lampus seu facula, ad maximas epiphoras & doloris molestias. Facit & ad affectiones.* Cadmiæ lotæ drachmas octo, aca ciæ drachmas [a]** octo, æris usti & loti drach. sex, stibii loti drachmas [b]* uiginti, † psimmythii.3. [c]** sex, myrrhæ.3.duas, aloes.3.[d]*duas, nardi celticæ sesquidrachmā, opii sesquidrachmā, croci drach.

Aliter ii. *Aliter xii.* *Alieer x. *Aliter xvi.* *Aliter xl. A* Al.xx. B * Al. ñ, & aliter viii. * Ceruss. C* Al.ii. D* Al.viii.

Al. f.fo.2.t.a lib.15o.e

drac.unam, caſtorii drahmæ dimidiũ, gummi drachmas uiginti, aqua pluuia excipe, utere illi- E
nendo. *Aliud Phanion Serapiacum inſcriptum.* Acaciæ drach.xl, ſtibii drach.xl, cadmiæ drac.xvi,
æris uſti & loti drach.duodecim, aloes drach.tres myrrhæ drachmas quatuor, ceruſſæ drac.duo-
decim, opii drach.ii, croci drach.ii, caſtorii drach,ii, nardi indicæ ſeſquidrachmam, gummi drac
mas xxv, aqua pluuiali excepta illinito. *Malabathrinum noſtrum, facit ad doloris uexationes, &*
affectiones in declinatione. Cadmiæ drachmas xvi, acaciæ drac. xl, æris uſti & loti drachmas xiiii,
opii drachmas duas, lycii indici drac.ii, myrrhæ drachmas quatuor, malabathri drac,ii, nardi in
dicę drach.ii, caſtorii drach.ii, croci drach.ii, aloes drach.ii, ceruſſæ drac.viii, ſtibii loti drachmas
viii, gummi drach.xl; aqua pluuiali excipe; & utere cum ouo in principio affectionum, & in de-
clinatione facta illitione pharmaci pãchreſti appellati. Deſcriptũ hoc inter mordacia collyria
habetur. ¶ *Aliud Philadelphium inſcriptum, facit ad declinationes inflammationum, & ulcera ſordida*
& puſtularum eruptiones. Eueſtigio auxiliatur. Stibii uſti & loti. ʒ.xx, plumbi uſti & loti drach. x,
* *Aliter viij.* cadmiæ drac.viii, acaciæ drac.ii, *æris uſti & loti drac.iii, aloes drac.iii, ceruſſæ drach.*iii, lycii in
* *Aliter ij.* dici drac.ii, & dimidiam, myrrhæ drac.ii, & dimidiam, nardi indicæ drachmas ii, croci drac.ii, ca
ſtorii drac.unam, opii drac.i, gummi drac, viii, aquam, & ad exceptionem candidum ouorum x.
Collyrium album ad epiphoras & affectiones. Inſcribitur Trypherum id eſt delicatum. Cadmiæ F A.l.3.f.3.2.
lotæ.ʒ.xvi, ceruſſæ drachmas viii, amyli drachmas iiii, gummi drachmas iiii, tragacanthę.ʒ, qua 6.5.fol.22.4.
tuor, opii drachmas ii; excipe aqua pluuia: uſus eſt cum ouo. *Collyrium ex terra ſamia Terre-*
Aliter xij. *num inſcriptum, ad epiphoras & affectiones.* Cadmiæ lotæ drac.†xii, ceruſſæ drach.duodecim, ter
ræ ſamiæ drach.duodecim, opii drac.i, gummi drach.iiij, aqua excipe ac utere cum ouo. *Aliud,*
dolorem ſedans, ad fluxum omnis generis, ulcera, dolores, papulas, & tubercula, prolapſus, chemoſeis, &
omnigenas affectiones. Ceruſſæ drachmas viii, terræ Samiæ drachmas viii, ſpodii pompholygis
drach.xii, tragacanthæ drach.ii, opii drac.ii, gumm.ʒ.iiii, aqua pluuia excipe, ac utere cum ouo.
Aliud Diocleum inſcriptum, ad doloris moleſtias, & epiphoras, ad ſuppuratos oculos, ulcera, puſtulas.
Hoc pharmacum delicatius exiſtit. Tragacanthæ.ʒ.viii, gummi drachmas quatuor amyli.ʒ.qua-
tuor, ſpodii pompholygis.ʒ.xvi, ceruſſæ drachmas octo, opii torrefacti drachmas duas: aqua
pluuiali excepta admoue cum ouo. *Pharmacum ex thure, accommodatum ad fluxiones, & chemoſeis.*
Cadmiæ drach.xx.thuris.ʒ.xx.ceruſſæ drach.xl.opii.drach.vi, gũmi.ʒ.vi, aqua pluuiali excipito.
Cæterum nos ſic apparauimus: Cadmiæ drac.x. põpholygis drach.x.thuris drach.decẽ, ceruſſę
drach.xl, opii drach.vi, gummi drac, vi: aqua pluuia excepta admoue cũ ouo. *Aliud Trypherõ*
id eſt delicatum inſcriptum ad inuſtiones epicaumata Græce dictas, puſtulas, Chemoſeis, maxime in iis, G
qui nullam mordacitatem perferre poſſunt. Cadmiæ lotæ.ʒ.xx, amyli.ʒ.uiginti, thuris drach.viii.
ceruſſæ drachmas xlviii, opii drach.ſex, gummi drach.xvi, aqua pluuia excipe: uſus indicatus eſt.
* Aliter xii. *Cygnus inſcriptus Reginæ, ad maximos dolores & affectiones.* Cadmiæ drac.*ſedecim, ceruſſę lotæ
drachmas octo, amyli drachmas duas, tragacanthæ drachmas duas, acaciæ drachmas duas, opii
drachmas duas, gummi drach.duodecim, excipe aqua pluuiali, & ad excipiendum adiice ouo-
rum crudorum recentium candida quatuor. *Aeſianum Diomedi inſcriptum, collyrium accommo-*
datum ad epiphoras, & ueteres affectiones, itemq; recentes. Spodii, pompholygis drachmas octo, ce-
* Aliter viii. ruſſæ drach.*uiginti, æruginis drach.iiii, myrrhæ drac.xiiii, thuris drach.iii, opii drach.tres, gum-
mi drachmas octo, excipe aqua pluuiali, ac utere cum ouo. ¶ *Cygnus ex terra Samia, ad ulcera om-*
nis generis, ad epiphoras, dolores circum circa moleſtantes, ſuppuratosque oculos. Spodii loti drachmas
xvi, ceruſſæ lotæ drachmas octo, terræ Samiæ drachmas quatuor, amyli drach. quatuor, acaciæ
drach.quatuor, opii drac.iiii.gummi drach.iiii, tragacanthæ drachmas duas, aqua pluuiali exci-
* Aliter xxxii. pe, ac utere cum ouo. *Aliud Dyoniſio inſcriptum.* Ceruſſæ drach.*triginraocto, æruginis uermicu-
latæ drach.xvi, ſucci papaueris drachmas octo, gummi drach. quatuor, excipe aqua pluuia, ac
utere cum lacte. *Aerianum pharmacum noſtrum, ad ueteres ac recentes affectiones accommodatum.* H
Ceruſſæ drachmas uiginti quatuor, cadmiæ uſtæ & lotæ drach.x. ſtibii uſti & loti drach.x. thuris
* Aliter viii. drach. x. ſquamæ æris drach.v. opii.tres, myrrhæ.ʒ.tres, gummi drach. duodecim, excipe aqua
pluuiali, ac utere cum ouo. *Collyrium Gennadij.* Ceruſſæ drac.,*octodecim, ſtibii drachmas duo
decim, myrrhæ drachmas duodecim, ſquamæ æris drach. duodecim. opii drac.vi, gummi drac.
uiginti quatuor, excipe aqua pluuiali. *Collyrium ex terra Samia, Paccij ophthalmici ad affectiones*
intenſas. Cadmiæ drach.xvi, ceruſæ.ʒ.ſędecim, terræ Samiæ drach.quatuor, opii drach.duas, thu A.l.5.ſa.222
ris drac.duas, ſtibii drach.quinque, gummi.ʒ.v, excipe aqua: ac utere cum ouo. *Therinum id eſt* fol. 55o.
† Aliter viii, acaciæ ʒ xx. *æſtiuum inſcriptum.* Cadmiæ uſtæ & lotæ.ʒ, uiginti, acaciæ.ʒ.duas, terræ Samiæ drach. † uiginti,
† *Aliter viij.* ceruſſę.ʒ.†uiginti, ſquamæ æris uſtæ & lotę. ʒ. *duodecim corticis thuris.ʒ.duas, tragacanthi: ʒ.
† *Aliter viij.* v, gummi drachmas xvi, aqua pluuiali excipe, utere cum ouo. *Collyrium Hygidion appellatum.*
* Aliter ii. Cadmiæ drac.viii, myrrhæ drach.octo, acacię drach.vi, opii drach.ii, æris uſti & loti drac.ii, gum
mi drac.vj, fructus ericæ drachmam unam, aqua pluuiali excipito. ¶ *After Anicetus, hoc eſt inexu*
perabilis, ad doloris uexationes; puſtulas, ſtaphylomata, ulcera ſordida, & ſerpentia. Facit & ad inuete-
ratas affectiones, & cicatrices exterit. Cadmiæ uſtæ & lotæ drach.xvi, ceruſſæ lotæ drachmas xvi,
amyli drach.xii, ſtibij uſti drac.xii, ſpodii.ʒ.viii, plumbi uſti ac loti drac.viii, terræ Samiæ.ʒ.viii,

myrrhæ

A myrrhæ drach.ii, opii drac.ii, tragacanthæ drac.viii, excipe aqua pluuiali. *Lybianum, ad puſtulas, inuſtiones, rupturas, concauitates, oculos purulentos, Chemoſeis, ſtaphylomata. Facit & ad circummolestantem dolorem, & affectiones: & cicatrices exterit.* Cadmiæ uſtæ & lotæ drach.xvi, ceruſſæ lotæ drac.xvi, ſtibii uſti & loti drach.* ſedecim, plumbi uſti & loti drac.viii, amyli drach.xii, ſpodii pompholygis drachmas octo, myrrhæ drachmas octo, terræ aſteris drach.viii, tragacāthæ dra. viii, opii drachmas duas: aqua eſto pluuialis, & ad exceptionem ouorum albumina decē. *Aliud. Libyanum.* Pompholigis drachmas octo, cadmiæ uſtæ & lotæ drach.* ſedecim, † ſtibii uſti & loti drachmas duodecim, ceruſſæ lotæ drach.ſedecim, amyli drach.duodecim, terræ ſamiæ drac. viii, plumbi uſti & loti drach.viii, myrrhæ drach.ii, opii drach.ii. tragacanthæ. 3.ii: excipe aqua pluuiali. ¶ *Collyrium ex cornu ceruino, ad ulcera, puſtulas: cicatrices exterit.* Cornu ceruini uſti & loti drach.iiii, thuris drach.quatuor, plumbi uſti & loti drach.iiii, ſquamæ æris lotæ drac.ii, opii drachmam unā, gummi drac.quatuor, excipe aqua pluuiali. ¶ *Aliud ex cornu ceruino, Neapolitæ.* Plumbi uſti & loti drach.xvi, cornu cerui uſti drach.xvi, thuris drach.viii, acaciæ. 3. viii, ſpodii cyprii drach.viii. amyli drach.iiii, opii drach.ii, ſquamæ æris drach.ii, croci drach.viii, myrrhæ drach.iiii, tragacanthæ drach.i, gummi drac.viii, hyoſcyami cremore excipito. ¶ *Viride ad affe-*

B *ctiones.* Spodii cyprii drach.xvi, amyli 3. ſedecim, croci.3.octo, ſtibii drac.octo, opii.3.quatuor, gummi 3. quatuor, excipe aqua pluuiali, ac utere cum ouo. *Aliud uiride Zoili ophthalmici, id eſt ocularij.* Spodij cyprij drac.octo, croci 3.octo, amyli drach.octo, opii drac.duas, ſtibii drac.octo, gummi drachmas quatuor: anagallidis ſucco excipito. Aliud alia exemplaria ita habent. *Zoili uiride.* Cadmiæ uſtæ ac lotæ, & uino Italico extinctæ 3.octo, croci drach.quatuor, ſtibii uſti & lacte extincti drac.iiii, amyli drach.* unam, gummi drach. duas. excipito ſucco anagalidis quæ cœruleum habet florem. *Ex libris Scribonij Largi, Pſittacinum inſcriptum, ad doloris moleſtias, puſtulas, inuſtiones, cicatrices reſolutas, prolapſus, confuſiones, et ubi multus ſanguis æſtate ſuffunditur. Commodat etiam ad alias affectiones, & præſertim in oculis molli ſenſu præditis, in quibus tenuis lachryma profluit.* Cōpoſitio hoc modo habet. Cadmię drach.viii, croci drach.viii, ſtibii.3.viii, amyli recentis drach. vii, opii drac.iii. gummi.3.quatuor. aqua pluuiali excipito, utitor cum ouo. *Nau-*

Alia.2.3 myrof *cratitæ pharmacum affectionibus accommodatum.* Cadmiæ drac.duodecim, croci drac.duodecim, opii drach.vi, ſquamæ ſtomomatis purgatæ drach.v, ſquamæ æris drach.vi, ſucci roſarum drac. xvi. plumbi uſti & loti drach. v, myrrhæ drach.iii, nardi drachmas duas, acaciæ drac.duas, gūmi drach.duodecim, excipito aqua pluuiali. *Antæi uiride.* Cadmiæ drach.xlviii, myrrhæ drach.

C uigintiquatuor, croci drach.xlviii, opii. 3. uigintiquatuor, plumbi uſti & loti.3. viii, ſquamæ æris drac.vi, nardi indicæ drach.vi, acaciæ drach.vi, gummi drachmas uigintiquatuor, aqua pluuiali excipito. *Pharmacū ex galbano, quo uſus eſt Nicetes, ad dolores & lippitudines.* Cadmiæ drachmas octo, ſpodij cyprii drach.viii, æris uſti & loti drchmas octo, opii drachmas octo, myrrhæ drach. octo, chalbani drachmas octo: aqua pharmacum excipito. Ex ualde approbatis eſt, recipitq; amplius gummi item drachmas octo. Alia exemplaria ſpodium non habent. *Aliud.* Cadmiæ drac. xvi, æris uſti & loti drach.viii: myrrhæ, chalbani, ſingulorū drach.octo: opii drach.octo, atramenti ſutorii drach.vi, gummi drach.vi, aqua pluuiali excipito. ¶ *Collyrium Diarhodon Nili ex roſis, velut Andreas tradit, ad doloris moleſtias, fluxum uberem ac tenuem, puſtulas, prolapſus.* Foliorum roſarū reſectis extremitatibus drach.quatuor, croci drach.duas, opii obo.j, nardi indicæ obol.i: gummi drach.iii, alii drac.unam habent: aqua pluuia excipe, ac utere cū ouo. Temperatura diſſoluta eſt. ¶ *Aliud ex roſis Nili, quo uſus eſt Gallio ophathalmicus id eſt ocularius.* Roſarum drac.iiii, croci drac.ii, acaciæ drac.i, opii obol.i, nardi indicæ obol.i, gummi drac.iii, aqua pluuia excipe: utere cum ouo. Temperatura eſt diluta. ¶ *Aliud ex roſis Horæum, id eſt tempeſtiuum appellatum, ad eaſdem affectiones.* Roſarum reſectis unguibus drac.xxiiii, croci drac.xii. amyli drac.vi, balauſtii

D drachmas quatuor, opii dra.quatuor, tragacanthæ drach.octo, hyoſcyami foliorū ſucco excipe. In præceptoris & Ioannis libro ſcriptum erat, cupreſſi ſucco. *Aliud.* Roſarum drach.octo, croci drac.quatuor, æris uſti & loti drach.unam, gummi drach.unā, aqua pluuiali excipe, ac utere cum ouo. ¶ *Aliud Diarhodon ex roſis Terentij, conſtans ex pompholige.* Roſarum recentium drach.xii, ſpodii cyprii drac.quatuor, croci drac.quatuor, opii drac.quatuor, nardi drach.quatuor, gūmi drac. quatuor, excipito aqua pluuia. *Aliud Diarhodon.* Roſarum recentium drach.duas, croci drac.vi. ſpodii cyprii drac.duas, amyl i drac.ii, acaciæ drachmam unam, nardi indicæ drac.unā, gummi dra.ii, tragacāthę.3.ii, excipito aqua pluuiali. ¶ *Diarhodon Euelpidium; Diaſmyrnum appellatū.* Roſarum drac.c, croci drac.l, opii drach.octo, myrrhæ * ſeſquidrachmā, gummi drach.l, uino odoro excipe, ac utere cum ouo. *Aliud Diarhodon.* Roſarū.3.c, croci drac.l, opii drac.viii, myrrhæ drach. octo gummi dra.l, uino odorato excipe, ac utere cum ouo. Ego hoc apparaui pro folijs roſarum florum earundem drach.c, inijciens, atq; fęliciter ſucceſſit. ¶ *Diarhodō ex roſarum lxxij drachmis Magnū appellatū. Hoc uſus eſt Leucius præceptor ad doloris moleſtias, puſtulas, inuſtiones, ſtaphylomata prolapſus, ad oculos purulētos, ad fluxiones antiquas, inueteratas lippitudines, & affectiones ægre cedētes.* Roſarum uiridiū reſectis unguibus drachm. ſeptuagintaduo: cadmiæ uſtæ ac lotæ. 3. xxiiii, croci.3.ſexaginta, opii.3.iii: ſtibii.3. iii, (alii.3.vi:) æruginis.3.ii, (alii iii:) ſquamæ æris.3.* duas, nardi

* Aliter xii.

* Aliter xviii. † Non eſt in qui buſdam antiquis exemplaribus.

* Aliter ii.

*Al.3.ii.ß

* Aliter lii. * Aliter vi.

indicæ drach.ii,myrrhæ drach.vi,(alii iiij)gummi drach.uigintiquatuor,excipito aquâ pluuiali. E
Aliud ex drachmis lxxij. Roſarũ.3.lxxii, cadmiæ uſtæ & lotę drach.uigintiquatuor:croci.3.vi(alii viij)opij drach.iij, ſtibij,drach.iii, myrrhę drach.iii, ſquamę æris drach.duas, æruginis.3.duas: nardi drach.unam,alii ii:gũmi.3.uigintiquatuor,excipe aquâ pluuiali,ac utere cũ lacte. *Pharma cum ex uiolis albis,accõmodatum ad epiphoras & affectiones.* Acaciæ drach.xlviii,ſucci uiolarum al-
* Aliter xxiiii. barum drac.xlviii, ſpodii cyprii drach.uigintiquatuor, croci.3.uigintiquatuor,myrrhæ.3.*qua-
*Aliter xl. tuor:opij.3.iiii(alii vi)ſucci hyoſcyami drac.iiii,æris uſti & loti drac.iiii,gummi drac.*quatuor, excipe uino falerno. ¶ *Collyrium quo uſus eſt Phlorus,in Antonia Druſi matre,quæ parum abfuit ut ab alijs medicis excæcaretur.* Acaciæ drac.xlviii, roſarum ſiccarũ drach.xlvi,melilotorum.3.xlviii, A.l.5.fu.2.2.3 fol. 55.c
*Aliter xii. ſpodii cyprii drach.uigintiquatuor,malorũ mandragoræ drac.*duas,croci drac.uigintiquatuor opii.3.vi:ſemi.hyoſciami acetabula ii, alii.3.uigintiquatuor:myrrhæ.3.quatuor, æris uſti, & loti 3.quatuor,gummi 3.xl.uini falerni,aquæ pluuialis,utriuſq; heminas tres. Vinum & aquã miſceto,eisq; roſas,melilotũ,ſemen hyoſcyami, mandragoræ mala,aut ſi hæc non adſint,corticẽ inij cito,& ad dies tres,aut v,macerari ſinito:deinde expreſſo liquore ad pharmaci compõnem utitor: probatiſſimũ hoc exiſtit. *Melinum delicatum, commodum ijs qui nullam penitus pharmacorum mordacitatem perferre poſſunt. Facit ad puſtulas,prolapſus,fluxum acrem & uberem,inuſtionesque, & F ad recentes affectiones.* Cadmiæ uſtæ, ac lacte extinctæ. 3. xvi, ceruſſæ lotæ. 3. octo, croci drach. quatuor,opii drac.unã,tragacanthæ drac.duas,aqua pluuiali excipito,ac utitor cum ouo. *Aliud ad inuſtiones,puſtulas,prolapſus,dolores.* Ceruſſæ drac.uigintiquatuor, amyli drac.xii,cadmiæ lotæ drach.x,thuris drach.x,croci drach.viii,opii drach.viij.gummi drach.x, tragacanthæ drac.ii, excipe aqua pluuiali, & utere cum ouo. *Diarhodon inculpabile.* Cadmiæ uſtæ & lotæ drachmas uigintiquatuor, ceruſſæ drach.xii, opii drac. vi,florũ roſarum drach.vi, croci.3.vi,lapidis ſchiſti
*Aliter ix. drach.*duodecim,gummi drach.† x,excipe aqua pluuiali:ac utere ad ulcera ſordida cũ lacte,ad
†*Aliter vi.* munda cũ ouo. *Aliud.* Cadmiæ uſtæ & lotæ 3.uigintiquatuor, ceruſſæ.3.xii,lapidis ſchiſti drach. iiii,florum roſarum drach.vi, croci drach.vi,opii drach.vi,gũmi drach.vi,excipe aqua pluuiali: ac utere ad ſordida ulcera cum lacte,ad repurgata cum ouo. *Croceum,pædicon id eſt puerile,inſcriptum,ex pompholyge,ad epiphoras,& moleſtias doloris,& ad affectiones ex plagis.* Spodii pompholygis drach.xvi,croci drach.xvi,opii drach.xvi,tragacanthæ drac.viii.excipe aqua pluuia,adhibitis ſimul albuminibus ouorũ iiii. *Collyrium* Gaij ophthalmici id eſt ocularij.* Spodii cyprii drach.
* *Al.Gallij.* *quatuor,amyli recentis drach.xii,croci drachmas duas,myrrhæ drachmã unã,ſucci mãdragoræ
* Aliter xvi. drachmam unã, gummi drach.iiii, excipe aqua pluuiali ac utere cum ouo. *Atimetri* Lyſipo-* G
* *Al.Atmeti.* *nion hoc eſt ſoluens dolorem.* Atramenti ſutorii crudi drach.xl,pompholygis crudæ drachmas xl, ceruſſæ drach.uigintiquatuor,opii drachmas duas,croci drac.iiii. Crocus in aquam conijcit ac maceratur,& ex cremore hoc collyrium apparatur: quod uero reliquum ex croco teritur, reli-
* *Al.xxxviij.* quiſq; admiſcetur,additis item gummi drac.*triginta duabus. ¶ *Diomedis lyſiponium ad dolores.*†
† *Additur ex quibuſdã cod. græcis, ſtatim ſoluit dolores.* Atramenti ſutorii crudi drachmas triginta duas, ceruſſæ drachmas*triginta unã, ſpodii põpholygis drach.ſedecim,croci drach,xvi, thuris drach.vi,myrrhæ drach.duas, gummi drach.xvi,aqua pluuiali excipito,ac utitor cum ouo, præclarũ eſt hoc collyrium. ¶ *Zoili pharmacum faciens ad lip*
*Aliter xxxvi. *pitudines antiquas, myocephalos, ſtaphilomata, & fluxiones antiquas.* Cadmiæ drac.viii, æris uſti
* *Alij, & alter viij.* drach.viii,ceruſſæ drachmas quatuor, aloes ſeſquidrachmã:foliorũ croci,chalcitidis aſſæ,atra-
* Aliter ii. menti ſutorii, opii lycij ſingulorum.drach.* unã:myrrhæ drachmas ii,acaciæ.3.*uiginti, ſpicæ nardi ſeſquidrachmã,gummi drachmas uiginti, caſtorii drachm. quatuor, ſtibii uſti drachmas vii,excipe,aqua pluuiali. ¶ *Aſclepiades Pacij,ad dolorum vexationes, fluxum tenuem & multum,*
* Aliter xlii. *inuſtionem. puſtulas, pellicularum eminentias,aſpritudines,inueteratas affectiones, & eos qui à multis illitionibus læſi ſunt: confeſtim opitulatur.* Compoſitio ſic habet. Cadmiæ drach.*duodecim,æris H
uſti drach.xii,croci drach.xii,ſquamæ æris.3.xii, myrrhæ.3.quatuor, nardi indicæ drach.iiii,roſarũ ſiccarũ drachmas quatuor, opij drachmas quatuor, lapidis hæmatitæ drachmas quatuor, piperis albi grana xxiiii,gummi drachmas duodecim,uini chij quantum ſufficit:utere cum ouo. Aliud exemplar habet roſarum drach.iii:piperis grana xxv. ¶ *Pharmacum accommodatum nectarium inſcriptum.* Cadmiæ.3.xii,ſquamæ æris cypriæ lotæ.3.xii, croci.3.xii, opij.3.iiii.æris uſti & loti drach.xii,myrrhæ drac.iiij,lapidis hæmatitæ.3.iiii,roſarum ſiccarũ drach.iiii,ſpicæ nardi.3. quatuor,miſyos aſſi drach.iiii,caſiæ fiſtulę drach.iiii, piperis albi grana xxv, gummi.3.xii. vino exceptis utere. *Antigoni croceum leontarium,hoc eſt leunculus, appellatũ,propterea quod leonis imago ei imprimeretur. Facit ad epiphoras,moleſtiam doloris,inueteratas affectiones. Eſt & aſpritudinibus commodum. Cicatrices & callos exterit, maximè vero pueris commodum eſt.* Spodii cyprii drach.xlviii,
* Al.xlviii, * *Al.viij.* croci drach.vigintiquatuor,myrrhæ drach.xii. lapidis hæmatitæ drach.octo, opii drach.xii, pi-
* Al. duas, & peris albi grana xxxvi, gummi drach.* octoginta, vino falerno excipito. *Aliud.* Spodii cyprii
aliter viii. drach.lxxx,croci drach.xl,myrrhæ drachmas†viginti,opii drachmas*viginti,lapidis hæmatitę drach.duodecim,piperis grana.lx,gummi drach.lxxx,vini falerni quantum ſufficit. ¶ *Ex libris*
* Aliter xvi. *Scribonij Largi Aſclepios Machaonis,ad veteres affectiones,& oculos ſuppuratos.* Spodii,põpholigis drach.trigintaduas, æris vſti.3.trigintaduas, croci ſiculi.3.xvi,myrrhę.3.* ſex,lapidis hęmatitę drach.

A drach.x,nardi indicæ drac.vi,opii drach.vi, piperis grana.xl,gummi drach.xl,uino chio excipito. In libro de Athenippis Aſclepiis,opii drachmæ octo habentur. ¶ *Euemeri ad dolores,& affectiones.* Aeris uſti & loti.ʒ.trigintaduas,ſpodii pompholygis.ʒ.xvi,croci drachmas xvi, myrrhæ drach.viii, lapidis hæmatitæ uſti & loti.ʒ.viii, ſpicæ nardi drach.iiii.miſyos uſti drac.* quatuor, opij torrefacti drach.iiii,gummi drach,xvi,uini Italici quod ſatis eſt. ¶ *Diaſmyrnum odorum ſine rotis,pharmacum accommodatum adinueteratas affectioues. Facit & ad Rhœadas hoc eſt angulos eroſos,& ægilopas.* Cadmiæ lotæ.ʒ.uigintiocto, lapidis hæmatitæ uſti & loti drach.*uigintiquinque, ſpodii cyprii drachmas uigintiquatuor,myrrhæ.ʒ xlviii.ʒ.croci dra.* quatuor,opii hiſpani dra. octo,piperis albi grana triginta,gũmi.ʒ.vi, uino Italico excipito:utitor cũ ouo in recentibus affectionibus. Temperatura aquoſa eſt. Aliqui croci dra.duodecim,inijciũt. ¶ *Hæmatinum ſynerotis aſpritudinibus commodum,facit adueteres affectiones,ad ficoſa,& adomnem extuberantiam ſi cum odoro ſynerotis cõmiſceatur.* Aeris uſti & loti.ʒ.uigintiquatuor,lapidis hæmatitæ.ʒ.*unã croci. ʒ. iiii.opii drachmas iiii,gummi.ʒ.xii, excipe aceto acerrimo. *Aliud.* Aeris uſti drach.xlviii,croci drach.uigintiquatuor,opii.ʒ:iiii,gummi Thebaici.ʒ.uigintiquatuor,pompholygis.ʒ.xviii,myrrhæ drach.xviii,ſalis ammoniaci.ʒ. duodecim, lapidis hæmatitæ drach.*unam,æruginis.ʒ.iiii: B uino excipito. ¶ *Hieracis ad aſpritudines.* Miſyos uſti drach.viii,croci drach.octo,opii drach.viii, lapidis hæmatitę loti drac.viii,eris uſti & loti drach.duodecim,myrrhę drac.duodecim,gũmi.ʒ. xii,aceto acerrimo excipito. ¶ *Apollonij phæni collyriũ† Hieracium ad aſpritudines. Per hoc Catulo egregiè medicatus eſt. Facit & ad palpebrarum defluuia,& inueteratas affectiones.* Lapidis hæmatitæ uſti & loti drach.trigintaduas,æris uſti & loti drach.xvi,æruginis raſilis drach.xvi,opii drach. viii,(alij,vi.)cadmiæ botrytidis drac.quatuor, chalcitidis aſſatæ drachmas quatuor,gũmi drac. xi. excipe aqua pluuiali. *Phœnix Apollonij aliter, uelut Arius Aſclepiades inſcripſit, in libro, quo propria pharmaca coaceruauit.* Lapidis hæmatitæ.ʒ.uigintiquatuor,lapidis ſchiſti uſti & loti drac. uigintiquatuor, cadmiæ.ʒ:xii,æris uſti drach. duodecim,opii drach.viii:chalcitidis aſſatæ.ʒ:iiii, alii.ʒ.viii. in alio exẽplari ẽt æruginis:ʒ.duodecim,gũmi.ʒ.ſedecim,excipe aqua pluuiali. *Aliud collyrium ad aſpritudines.* Chalcitidis uſtæ.ʒ:duodecim, miſyos uſti & loti.ʒ.viii:croci,opij, utriuſq; drach.vi:lapidis hæmatitæ drach.viii,gummi.ʒ.duodecim,acerrimo aceto excipito. ¶ *Collyrium ad ſcabricies orbiculares. Cicatrices,& callos detergit. Facit & adueteres affectus.* Aeris uſti & loti.ʒ.xxiiii, ſpodii, pompholigis.ʒ.xvi, myrrhæ.ʒ.ſedecim, ſalis ammoniaci.ʒ.*duodecim,lapidis hæmatitæ.ʒ.xxiiii,opii drac.iiii:piperis grana xii,alij xvi,gummi drac.*octo:uino excipito ac C utitor. ¶ *Euemeri,cicatrices, & callos exterit. Facit & adinueteratas affectiones.* Cadmiæ drach. lx,croci drach.l, ſpicæ nardi.ʒ.uiginti,ſquamæ æris torrefactæ & lotæ.ʒ.l.myrrhæ.ʒ.l,opii.ʒ.triginta,æris uſti.ʒ.lx,miſyos crudi.ʒ.l,gummi drac.ſeptuaginta,excipe uino chio. ¶ *Aliud Pyrami, cicatrices & callos exterens,deprimit omnem exturberantiam.* Cadmiæ cypriæ drach.xl,lapidis hę matitæ drach.xl,æris uſti drach.xl.miſyos.uſti drach.[a]uiginti, croci.ʒ.[b]uiginti, ammoniaci thymiamatis drac.[c]uiginti,ſquamę æris uſtæ & lotæ drac.[d]uiginti,opii.ʒ.[e]uiginti,mirrhæ.ʒ.[f]xx,gũmi libram unam, cum acerrimo aceto tere. *Aliud Euemeri ad eaſdem affectiones.* Aeris uſti & loti.ʒ.uigintiquatuor, ſpodii põpholygis.ʒ.duodecim,myrrhæ drac.viii, ſalis ammoniaci drac. duodecim, lapidis hæmatitæ.ʒ.iiii, [g]† piperis drac.[h]duodecim,gũmi drac.viii, uini chii qđ ſatis eſt. *Lynceus,ad affectiones calloſas,exacuit uiſum,& cicatrices & callos exterit.* Cadmiæ drac.duodecim,æris uſti & loti drach.duodecim,ammoniaci thymiamatis.ʒ.duodecim,myrrhæ.ʒ.[i] xvi, lapidis hæmatitæ drach.vi,opii drach.vi,aloes drachmas iiii, fellis taurini drac.iiii,galbani.ʒ.iiii, æruginis drach.i,opopanacis drac.iiii, ſalis ammoniaci drac.ii:gũmi drac.vi, (alii ii:) aqua pluuiali excipito. *Collyrium Rhinema, hoc eſt lima,inſcriptum,facit ad calloſas affectiones,cicatrices exterit.Facit & ad ſuffuſiones.* Cadmiæ drac.xlviii,ammoniaci thymiamatis drac. xlviii, æris uſti D ʒ.xlviii.opii drach.ſedecim,æruginis cypriæ.ʒ.ſedecim,aloes.ʒ.ſedecim,myrrhæ.ʒ.ſedecim,lapidis hæmatitæ.ʒ.uigintitres, chalbani.ʒ.xvi, opopanacis drach.xviii, felis taurini drach.octo, ſalis ammoniaci drach.iiii,gummi.ʒ.lx,aqua pluuiali excipe.Tẽperatura aquoſa eſt. *Collyrium Harmatium id eſt currus,inſcriptum,quo uſus eſt Ptolemæus Rex exterſua facultate præditum.Exterit cicatrices, acuit uiſum, eſt aſpritudinibus commodum.* Aeris uſti & loti drach.viii, ammoniaci thymiamatis.ʒ.viii,lapidis hæmatitæ.ʒ.octo,corticis thuris.ʒ.octo gummi. ʒ.octo, excipe aqua pluuiali,ac utere cum aqua. Alia exemplaria ẽt æruginis.ʒ.duas habẽt. *Collyrium Oxydercicum hoc eſt viſum exacuens, ex hæmatite, & cicatrices & callos exterit.* Ammoniaci thymiamatis drac. uigintiquatuor,eris uſti & loti drach.uigintiquatuor, lapidis hæmatitæ drach.xxiiii,gũmi drac. uiginti quatuor,æruginis drac. viii, excipe aqua pluuiali. *Collyrium Artemontum inſcriptum quo Baſſus ſodalis meus uſus eſt. Facit adfluxiones antiquas, aſpritudines palpebrarum ad putreſcentes, & eroſos angulos,ad oculos humectos, & membranarum extuberantias. Cicatrices & callos exterit,& quod uaximum in eo eſt, poſt illitiones oculos imperturbatos conſeruat.* Stibii drachmas.iiii,eris uſti, drac.*duas,ceruſſę drachmas ii,croci drachmam unã, myrrhæ.ʒ unam, corticis thuris.ʒ.unam, æruginis uermiculatæ drachmam unam,gallarum omphacinarum drachmã unã, piperis albi † drachmam unam,gummi drach.*unam,uino excipe: utere cum aqua. *Aliud pharmacum accommodatum*

Aliter.viij.
Aliter xxviij.
Aliter xxiiij.
Aliter iiij.
Aliter iiij.
Aliter xvj.
Aliter xij.
A Alit.viij.
B Aliter viij.
C Aliter viij.
D Aliter viij.
E Aliter viij.
F Aliter viij.
G † Addatur ex antiquis ὀωίου ⊰ δ,ι.opij drachm.iiij.
H Aliter iiij.
I Aliter vi.
Aliter viij.
† Al.drach.ij.
Aliter iiij.

commodatum. Cadmiæ drach.viij, ſtibij drach.viij, ceruſſæ drach.viij, æris uſti drach.iiij, corticis E
thuris drachmas duas, croci drachmas ij, myrrhæ drachmas ij, æruginis uermiculatæ drach.ij,
gallarum omphacinarum drachmas ij, piperis albi drachmam i, gummi drach.iiij: excipe uino.
¶ *Collyrium Indicum Aerianum inſcriptum, præoccupat ac præripit omnes lippitudines. Facit ad obtuſum uiſum, & ſcabras affectiones, ac eroſos angulos. Cicatrices exterit, & quod maximum eſt, poſt illitionē oculos imperturbatos conſeruat.* Ceruſſę rhodiacæ drac.xlviij, cadmiæ cypriæ drach.xxiiij,
atramenti indici 3 ** octo,[b] † opij drac.[c]* octo, piperis albi drach.viij, aut vi, opobalſami drach.
A Aliter v. viij aut vi, gummi drac.xvi: cinnamomi drach.ij, alij xij: aqua pluuiali excipito. ¶ *Hermophyli*
B † *Additur ē antiquo cod. græco,* ἀρμενιοῦ λεπ. ψωρικοῦ ξηρ. σμύρνης ἑκάστου λεπ. ι. *eollyrium Thalaſſerum, accōmodatum ad ſuffuſiones, & ad oēm hebetudinem uiſus. Facit & ad incipientem ſuffuſionem, eſt q̄ odoratiſsimum pharmacum.* Cadmiæ drach.xvi, atramenti indici drac.xvj, pi-
armenij drach.v, pſorici drachm. v, myrrhæ drach. v. ōphacij drac-chmas v. peris albi drach.viij, æruginis.3.iiij, ſucci medici drac.iiij, opobalſami.3.iiij, gummi drac.xij, a-
qua excipe, utere cū aqua. T ēperatura diuerſa eſt iuxta affectiones. ¶ *Pomponij Baſſi, facit ad inci-*
C * Aliter. *pientem ſuffuſionē.* Cadmiæ drach.xxvii, atramenti indici.3.xvi, ſpicæ nardi drach. [d] xvi, piperis
D *Aliter xiij.* albi drach.xij, ſucci cyrenaici drac. [e] v, opobalſami.3.vi, ſpicæ nardi drach.vi, ſagapeni.3.v, opo
E *Aliter viij.* panacis drach.v, opij drac.iiij, euphorbij drac.i, cinnamomi drac.i, gummi drac, triginta, fenicu
F Al.3.iiij. li ſucco excipito. ¶ *Indicum Baſilicon, id eſt regium inſcriptum. Facit ad incipientē fuffuſionem, & oēm* F
uiſus hebetudinem. Cicatrices exterit. Cadmiæ uſtæ, & loræ librā unam, & trientem, atramenti in-
G Aliter 3.vi. dici vnc.ſex, ceruſſæ [f] trientē, piperis albi [g] ſexuncē, fel hyænæ integrum quāticunq; ponderis,
H Aliter 3.i. fel ſcarorū decem, fel perdicū quatuor, ſucci papaueris [h] vnc.i, opobalſami [i] ſextantem, opopa-
I Al.3.iiij. nacis ſextantē, ſagapeni [k] ſextantem, gummi libr.unā: excipe ſucco fœniculi, aut herbæ heracleæ
K Al.3.viij. appellatæ. *Enſtacton ideſt inſtillatitium, Pacij, ut Themiſon.* Cadmiæ drach. [l] ſexagintaquatuor,
L Aliter lx. miſyos.3.trigintaduas, atramenti ſutorij.3.trigintaduas, ſtibij 3.trigintaduas, piperis albi.3.tri-
M Al.xxxii. gintaduas, opij.3.xvi, æruginis.3. [m] xvi, opobalſami.3.vij, gummi. 3.lxiiij: excipe aqua pluuiali.
N † In cod. impreſſis græc. eſt. opij ſolum, in aliis æruginis ſolum, in aliquib⁹ ſunt utraque. *Collyrium Chelidonium inſcriptum.* Cadmiæ, 3. xlviij, ſtibij.3 xij, miſyos, 3.octo, piperis albi.3.
vj, atramenti ſutorij.3.vj, [n] † opij.3.vj. æruginis.3.vj, opobalſami.3.quatuor, g mi 3. xxiiij, exci-
O Aliter vi. pe aqua pluuiali. *Hieracium, ad obtuſum uiſum, & ſcabras affectiones.* Ceruſſæ 3.xvi, cadmiæ.3.
P Aliter iiij. octo, æruginis.3.ii, piperis albi.3.ii, omphacii, ideſt ſucci vuæ acerbæ.3.ii, opii.3.ij, gummi.3.vi.
excipe aqua pluuiali, ac utere cum aqua. *Aliud. Cicatrices & callos exterit.* Cadmiæ drac. [o] xvi,
ceruſſæ.3.octo, piperis albi drach.quatuor, æruginis drachmas [p] duas, opobalſami drach.ii, om
phacii drac.ii, gummi drac.iiii, excipe aqua pluuiali. *Collyrium fuluum panchreſtum, ab omnimoda utilitate inſcriptum, accommodatum ad ſcabros, & circumroſos angulos, ac intenſos pruritus, & pal-* G
pebras ficoſas. Cadmiæ drac.octoginta, chalcitidis uſtæ drac.xl, piperis albi drac.xl, gummi drac.
xl, aqua pluuiali excipito. In alio exemplari æqualis omniū apponderatio habetur. *Aliud.* Cad-
miæ drach.octoginta, chalcitidis uſtæ drach. xl, piperis albi drach.xl, croci drach.xii, myrrhæ
drach.xij, gummi drac.xl, aquæ pluuialis quod ſatis eſt. ¶ *Tryphonis orbiculare Sphericū dictum.*
Cadmiæ drac.xlviij, ſquamæ æris drach.trigintaduas, æris uſti & loti drac.trigintaduas, piperis
albi drachmas trigintaduas, opii drach.viii, myrrhæ drac.viii, opobalſami drachmas iii, gummi
drachmas trigintaduas, excipe aqua pluuiali. ¶ *Collyrium Galli Oxydercicum.* Cadmiæ.3.xlviii,
chalcitidis uſtæ drach.uigintiquatuor, piperis albi 3.vi, ſquamæ æris drach.viii, opii drach.vi,
[q] Aliter ij. omphacij drach.iiii, myrrhæ.3.ii, opobalſami drach.*iiii, gummi drach.xii, aquæ pluuialis quan
tum ſufficit. *Collyrium aromaticum appellatum.* Aeris uſti & loti drach.xvi, æruginis drach.iiii,
myrrhæ drach.iiii, opii drach.iiii, piperis albi drach.iiii, nardi drach.ii, croci 3.iiii. opobalſami
drach.iiii, gummi drach.iiii, aqua pluuiali excipito. *Heraclidæ Aromaticum croceum ex hæmatite.*
Aeris uſti & loti. 3.xlviii, cadmiæ: 3. uigintiquatuor, croci. 3. uigintiquatuor, lapidis hæmatitæ.
drach.uigintiquatuor, opij. 3. duodecim, myrrhæ drac.xii, piperis albi drach.xii, gūmi.3.xxiiii,
uino falerno excipito. *Croceum Aſcleptum oxydercicum.* Aeris uſti drach.xlviii, croci drac.xii. H
omphacij drach.iiii, opij.3.duodecim, myrrhæ drachmas ii. opobalſami.3.iiii, gummi.3.xii, pipe
ris albi.3.x, aquæ pluuialis quantum ſatis eſt. *Collyrium Iſochryſon hoc eſt auro compar, ad corroſos*
[r] Al.xvi. *angulos, ſcabras affectiones, inueteratas lippitudines, aſpritudines, ficoſas eminentias. Cicatrices & cal-*
los exterit. Cadmiæ.3. [r] * ſex, lapidis hæmatitæ drac.xvi, myrrhæ drach.xvi, opii. 3.xvi, croci.3.
uigintiquatuor, piperis longi.3.xii, piperis albi. 3.uigintiquatuor, gummi drac.lxiiii, uini Italici
† *In impreſſis eſt,* κιννα-βάριον ἀξυοῦ. *in antiquis quibuſdā,* κιννα-βάριν ναξίου. quantum ſatis eſt. ¶ *Collyrium* † *Cinnabarium celebris ophthalmici Stoli Britannici, ad corroſos angu*
los, lippitudines ad malum habitum perductas, intenſos pruritus, & inueteratas affectiones. Pſorici
drach.xxiiii, cadmiæ.3.uigintiquatuor, croci.3.xvi, piperis albi.3.ſedecim, cīnabaris.3.ſedecim,
opii drachmas duodecim, gummi. 3.xxiiii. aquæ pluuię quod ſatis eſt. *Aliud.* Pſorici.3.xxiiii, pi-
peris drac.xxiiii, cadmiæ drach.xxiiii, croci drac.xxiiii, ſandarachæ drach.viii, opij.3.viii, cinna-
baris drach.viii, gummi drach.viii. aqua pluuiali excipito. *Melinum Atarachum à perturbationi-*
[s] Aliter xxiiii. *bus amoliendis appellatum. Facit ad omnem oculorum hebetudinem & ad affectiones antiquas. Cicatri-*
ces & callos exterit. Cadmiæ.3.uigintiquatuor, omphacij.3. duodecim, ſalis ammoniaci.3. [s] * iiii,
ammoniaci thymiamatis.3.duodecim, opij.3.xiiii, gummi 3.tredecim, ceruſſæ.3.uigintiquatuor,
croci.3.ſedecim, piperis albi.3.uigintiquatuor, aquæ pluuialis quantū ſufficit. *Lucij præceptoris,*

Melinum

A *Melinum, adſcabros, & corroſos angulos, intẽſos Pruritus, oculos humectos, ad omnem viſus hebetudinem. Cicatrices, & callos exterit.* Ceruſſæ.3.xxiiii, croci.3.xxiiii, ammoniaci thimiamatis.3.vj, ſalis ammoniaci.3.vj, nardi indicæ.3.vj, opii.3.vi, myrrhæ.3.vi, omphacii.3.vi, gummi.3.xxiiii, excipe aqua pluuia. ¶ *Aliud collyrium Proteus, cui nullum conferri poteſt. Facit ad incipientem ſuffuſionem, & ad omnem viſus obtuſitatem. Cicatrices & callos exterit.* Cadmiæ drac.xl, chalcitidis crudæ.3.xl, ceruſſæ.3.xl, piperis albi.3.xxx, ſucci cyrenaici.3.xx. croci.3.xvi, opii.3 xii, ſagapeni.3. xii, ſachrymæ oleæ.3.xii, auripigmenti.3.viii, myrrhæ.3.xii, gummi drach.[a]xx, opopanacis.3 [b]xx, opobalſami.3.[c]xii: apparato cum aqua pluuiali, ac utitor cum aqua. ¶ *Hygieni collyrium aureum, ad corroſos angulos, & Scabras affectiones.* Sandrachæ 3.xxiiii, piperis albi grana xii, myrrhæ.3.vi, croci.3.vi, gummi.3.[f] duodecim: cum aqua pluuiali apparato, *Aliter aureum collyrium.* Sandarachæ.3, xvi, croci drac. xvi, piperis.3.xvi, myrrhæ.3.quatuor, gummi.3.xii, vſus oſtenſus eſt. *Aliter.* Sandarachæ.3.xiiii, piperis.3.xii, myrrhæ.3.vi, croci.3.vi, gummi.3.xii, aqua pluuiali excipito. ¶ *Euemeri Pſoricum, facit ad corroſos angulos, & ſcabras cicatrices, ac callos exterit. Facit, & ad inueteratas affectiones, & lippitudines ad malum habitum perductas, itemq; ad aſpritudines.* Pſo rici.3.vigintiquatuor, croci.3.duodecim: opii, ceruſſę, utriuſq;.3.quatuor, piperis albi.drac, qua-

B tuor, omphacij.3.quatuor, gummi drac.quatuor: uino falerno excipito. ¶ *Baſilidion, hoc eſt regineum pſoricum.* Pſorici.3.xlviii, croci.3.vigintiquatuor, opii.3.viii, floris lapidis aſij.3.viii, ceruſſæ.3.viii, piperis.3.vi, opobalſami.3.quatuor, omphacii.3. quatuor, gummi.3.xvi: vino falerno excipe. ¶ *Pancreſtum* Athenipion.* Pſorici.3. lxiiii, croci.3.xvi, chalcitidis uſtæ.3.xvi, ſandarachæ.3.viginti, myrrhæ.3, viii, piperis albi.3.xvi, caſiæ fiſtulæ.3.viii, foliorum malabatri.drach. quatuor, opii.3.xvi, omphacii 3.quatuor, miſyos uſti.3.duas, gummi.3.uigintiquatuor: excipe aqua pluuiali. ¶ *Ptolemæi familiaris pharmacum, accommodatum ad ſcabros, & corroſos angulos, intenſos Pruritus, defluuia palpebrarum, hebetem viſum.* Pſorici.3.xl, ſandarachæ.3 triginta, chalcitidis vſtæ.3.uigintiquatuor, croci.3.uigintiquatuor, myrrhæ.3.duodecim, opii.3 duas, caſiæ fiſtulæ.3.duodecim, piperis.3.quatuor, *piperis albi.3.vii, omphacii.3.vi, miſyos vſti.3.tres, foliorum malabathri.3.i, gummi.3.triginta ſex, aquæ pluuiæ quantum ſufficit. ¶ *Collyrium* Malabathri oxydercium, facit ad corroſos angulos.* Stibii.3.uigintiquatuor ξcadmiæ.3.uigintiquatuor ξacaciæ.3.uigintiquatuor, piperis albi.3.uigintiquatuor, nardi indicæ.3.duodecim, opii.3.vi, croci drach.vi, myrrhæ.3.vi, omphacii.3.vi, gummi.3.triginta ſex: aqua pluuiali excipito. *Aliud.* Stibii uſti, & loti.3.xl, acaciæ drach.xlvi, nardi* celticæ drach.vi, myrrhæ drach.viii, croci drach.

C viii, omphacii drach. undecim, opii drac.vi, cadmiæ drach. triginta ſex, gummi drach. triginta duas, aquæ pluuialis quod ſatis eſt.

A *Aliter viij.* B *Aliter viij.* C *Aliter viij.* D *Al. Hypini.* E Aliter xvj.

* *Al. Athenipion.*

* Aliter xiiij.

* *Al. μέλαν id eſt nigrum.*

* *Al. indica.*

Remedia ad affectos oculos, ab Archigene in primo pharmacorum ſecundum genus conſcripta. CAP. 8.

IN fluxionibus circa oculos in principio conuenit cibi ac potus parcitas, aquæ potus, & maxime oĩum rei uenereæ abſtinentia. Aluus ipſa ſubducatur, & facies aſſidue primum multa frigida, deinde ẽt aceto admiſto, proluatur. Quidam atramentum ſutorium aqua dilutũ proluẽdum exhibent. Fugiant odores acres, & pulueres, fumumq́ue, & tũ ſolis, tũ lucernarũ ſplendorẽ. Ad noctem lanas puras ex uino, aut ſordidas ex aqua frigida, imponãt: mancq́ue, uelut dictum eſt, ſe proluant. Quòd ſi augeſcat fluxio, accedatq́; dolor, uenæ ſectio congrua eſt, & perfecta cibi abſtinentia, ac ſitis, niſi exurantur, & malũ inde augeſcat. Conuenit & ſolutio uentris ualida, ſiue per purgatorium conueniens medicamentũ, ſiue per clyſteres robuſtos. Poſt hæc uero circa frontem impoſita aſſidue uitis folia uiridia auxiliantur. Aut myrti, lentici, aut rubi ſuccus: aut braſſicæ, aut uitis folia cũ flore farinæ polentæ. Aut cupreſſus, ſampſuchus, ocymũ, ſiſymbrium

D œnanthe, crocus hortẽſis, itemq́; agreſtis, portulaca, mali punici ſatiui flores cytini appellati, uitex, folia recentia mali cotoneæ, ſingula cũ uino, & flore farinæ polentæ. Super ipſos uero oculos lana pura oui cãdido madefacta imponatur. Aut oui aſſi luteum. Aut melilotum in paſſo coctum. Aut aſphodeli radix cum uino, & flore farinæ polentæ. Aut iris cõtuſa cũ uino, & flore farinæ polentæ. Aut mali punici ſuccus cum flore farinæ polentæ. Aut ipſum malum in uino maris experte coctum. Aut iuniperi baccæ tritæ cũ uino & flore farinæ polentæ fronti imponãtur, aut ẽt ſuper ipſos oculos adhibeantur. Ad hæc uero eryngii, & fœniculi ſylueſtris radix trita ex aqua, & cicutæ ſemen eodem modo apparatũ, opitulãtur. Caſeus itẽ mollis, & † nuper ſalſus ξcũ apii foliis cataplaſmatis mõ impoſitus. Aut papauer ſylueſtre paſſo coctum ac tritum impoſitũ. Similiter & melilotum paſſo coctum, exiguo croco, & papaueris ſucco admiſtis. Panis itẽ ex uino, roſaceo admiſto mirabiliter auxiliatur. Aut tribulum recẽtem per ſe imponito: immo, & polenta admiſta egregie opitulatur. Et ut ſummatim dicam, oĩa ex adſtringentium genere, & repulſoria, in principiis proſunt, uelut eſt cicuta, & pſyllium, apium, ſolanum, lentes paluſtres, ſerpyllum, ſampſuchus, folia uitis, coriandrum, portulaca, ſemperuiuum, folia papaueris, urtica. Quæ ſingula ex uino trita imponantur: pſyllium uero ex aqua, eodemq́; mõ paluſtris lenticula,

† Al. *νεοπαγὴς* .i. nuper coagulatus.

Ad fluxionem calidam.

¶ Braſſicam tritam cum polentæ flore ex aqua imponito. Aut ocymi folia eodem modo.

Aut

Aut rutæ folia cum adipe anſerino:aut ſampſuchi folia:aut halicacabum tritam. Cæterũ largũ E fluxum ſiſtunt papaueris capita,& hyoſcyamus cum polentæ flore ex uino: oportet aũt fomentum prius adhibere,atq; ita imponere.Poſtquam uero ſtatus,& uigor præterierit,& cũ non amplius opportunum eſt adſtringentibus uti, non incommodum fuerit, tum oculorum, tum capitis,fomenta adhibere. Magnifice uero auxiliatur,inflãmationesq; ſoluit,& ſi qua diſtẽtio adſit, eam laxat,linteolum molle butyro madefactum,ac oculis ſuperpoſitum.

De chymoſi hoc eſt vtriuſque palpebræ diſtortione,ex inflammatione oborta.

In quibus uero chymoſis fortis contingit,oui luteum cum muſcæ carne terito:atq; ubi ad cerati formam deducta fuerint,linteolo excepta impone:confeſtim ſedant.

Oblitiones oculorum.

¶Panis purus uſtus,acaciæ,& hederę permiſtus cũ aqua.Verum ad doloris uexationes roſas virides,aut aridas paſſo maceratas terito,& admiſto oui aſſi uitello,ac croco ſufficiẽti,cũ paſſo utitor.Aut crudam hordeaceã,vel triticeã farinã paſſo coctam adhibeto. Si vero maior dolor fuerit,papaueris folia recentia admiſceto,aut corticem papaueris capitum.Aut hyoſcyami folia drachmarum iiii pondere cum oui uitello. Aut ſiſymbrium aqua coctũ terito ſufficienti affuſo uino,& imponito. Aut papaueris albi capita paſſo cocta,ac trita imponito. Aut apii recentis F coma,itemq; pulegio recenti ſimiliter utitor. Aut peponis,aut cucumeris carne:aut oui aſſi luteũ cũ exiguo croco,ac pauco uino tritum imponito.Cæterum dolentes ex inflammatione oculos,cũ panace,& pulegio uino ſubactis integito. Præclare facit,& pini cortex, & polenta cũ uino: aut hyoſcyami folia, & opiũ trita imponito: aut papaueris cortices terito, roſisq; ac meliloto,myrrhaq; admiſtis,albumine oui diluito, atq; ita imponito. Aut aloẽ ac opium cum aqua diluta,linteoloq; excepta,in emplaſtri morẽ appone,uitãdo ne quid in oculũ prẽterlabatur.Cẽterũ in his,qui dolore uexantẽ,crocum bonũ cũ lacte inſtillato.Verum ad vehementes dolorum moleſtias coriãdri ſuccus cũ muliebri lacte oculorum angulis inſtillatus: ſimiliterq; papaueris ſuccus torrefactus auxiliatur.Folia itẽ platani trita cũ farinæ polẽtæ flore oculis ſuperpone,em plaſtri more appoſitã.Cataplaſmata uero in fluxionibus conueniunt, cupreſſus uiridis cũ uino. Aut paliuri folia, §aut ſpinæ folia.§ Aut portulaca trita cũ adipe anſerino, & croco: aut iris ſicca cũ melle:aut micas thuris,& myrrhã cũ oui candido lana excepta fronti imponito:aut apium cũ polenta,aut ſeſelis flores uino maceratos imponito. Aut papaueris folia recentia adglutinato.Qũ ſi uigiliæ inſtẽt,mãdragoræ radicẽ,& ſuccũ,papaueris folia, & polentã ęquis partibus in maſſam cogito,eãq; odorandã exhibeto,& obdormiſcẽt.Porrò in magnis fluxionibus, pulegii G recẽtis ſemẽ,& maxime fuluũ,cũ aceto ad malagmatis formã redigito,ac ſincipiti imponito,lanis ſupernè additis,ac leni uinculo cõſtrictis.Aliqui ẽt papauer recẽs ei admiſcent,aut opii minimũ q.d,aut roſas,aut melilotũ coctũ. Aut amylo ex uino, aut oui cãdido oculos ipſos integito.Præclare faciũt ad fluxionẽ uberem,tenuẽ,ac uetuſta,itẽq; ulcera,põpholygis.ʒ.iiii,opii torrefacti † ob.iii.§gummi.ʒ.iiii:aqua pluuiali,aut fontana excipe. ¶ *Agglutinatorium ad fluxionem.* Similaginẽ,& mannæ thuris dimidium eius,cum oui albumine ad emplaſtri formã redigito,& in principio fronti in linteolo imponito: aut oui aſſati uitellũ cum thure: aut cochleã cum teſta ſua,& oui candido ad ſtrigmentitiã formã redactã in ſplenio à tpe altero ad alterum extendendo imponito. Sua ſponte decidit, ubi reſtiterit fluxus: aut Moſchi malagma,aut Barbarum emplaſtrum,aut uiride,aut aliquid aliud eorũ,quæ aceto conſtant,ſplenio inditũ fronti imponito.

† Al. drach. iii, & oboli.iij.

† *Ita græc. καὶ μᾶλιστα ἐκ τῶν ἁπαλῶν πτερῶν. antiq. interp videtur legiſſe ἐκ τῶν ἁπαλοπτέρων et ideo trãſtulit, ex iuuenibus columbis nec male. nam vt ἁπαλοσαρκὸς dicitur qui carnem teneram habet ſic & auis quæ teneras habet pennas. nimirum iuuenis dicitur ἁπαλόπτερον.*

Ad Hæmalopas, & hypoſphagmata,i.cruentatos oculos,& ſugillatos.

¶ Ad plagas oculis illatas,& ad oborientes ex eis cruentas ſuffuſiones,ſtatim in principio tũ ad inflammationẽ,tum ad dolorem cõpeſcendum facit columbinus ſanguis inſtillatus, & præſertim is,qui ex † teneris pennis exprimitur.Candidum ẽt oui eodem modo in oculũ inſtillatũ, atq; amplius pura lana exceptum,& ſuperne impoſitum. Prodeſt ẽt oui aſſi luteum cum uino im H poſitum,aut melilotum coctũ cũ uino eodem mõ.Inſuper & folia roſarum, ac flos per ſe,& cum uino trita,itemq; cum flore farinæ polentæ:aut braſſicæ folia in cataplaſmate.Vbi uero diutius cruentatio perſtiterit,thure & bitumine æquis portionibus acceptis ac miſtis oculum ſuffito: aut hyſſopi comam tritam lineo panniculo illigatã in feruentem aquam demittito,oculoq; admoueto. Sequitur.n.cruor adeo, ut ex linteolo compreſſo exprimi queat.† Aut nitrum, & terram Aethiopicam,ac myrrham, pari pondere cum aqua illinito: aut foliorum oleæ uiridium ſuccũ ſublinito: aut ammium, & hyſſopum cum lacte bubulo terito, agitato, ac ſublinito: aut ſemen lini tritum cum butyro per linteolum exprimito,ac ſublinito: caput uero frigida perfundito.

† Aliqui tñ cod. hñt. Aut nitrũ. & Aethiopi am myrrham pari, pondere, &c.

Curatio Tumorum.

Ad tumores ex plaga circa oculos obortos ualde conuenit fomentum per mollem ſpongiã aſſidue factũ,ita ut noua ſpongia poſtea aceto diluto madefacta imponatur. Conuenit inſuper ſinapi vetuſtum ex aqua tritum,aſſidue circũpoſitum* & ablatum.Similiter & naſturtium,ſi poſt eorum ablationem loci aſſidue calida aqua foueantur.

* *Al. προστιθὲμενον. i.appoſitum.*

Ad Oculos ſcabros ac aridos.

Ad oculos propter ſolem, aut omnino puluerem, ſcabros atque aridos factos, aqua multa æſtate

A æstate quidem frigida,hyeme uero calida affusa,commodat. Cõuenit & spongiæ calida,aut lẽtis decocto imbutę fomentum.Ipsis uero oculorum angulis,rubi,lentisci,myrti,rosarũ succum, vnumquemq; per se cum aqua adhibeto. Aut rosas aridas tritas cũ uino:aut earum florem. Aut uinum maris expers,ac oleum uetus,maxime ubi dormire voluerint,admoueto.Conducit præterea his,ut a salsis,acribus, ampliusq; acidis omnibus abstineant. Porrò ad inueteratas,& callosas circa palpebras affectiones amurcam coctam cum oleo tritam illinito.

Ad Glabras ,simulq; nascentes alias palpebras ptilos græcis dictos.

In ijs,qui glabras,simulq; nascentes alias palpebras,quiq; pilos non habent, egregie facit, ac pilos producit,hoc medicamentum. Acaciæ. 3. ii:atramenti librarii aridi,aut si fieri potest memphitici. 3. v: succi porri heminas quatuor,uini maris expertis heminas iiii : coquito donec strigmentitiã formam inducant,& repositis in pyxide utitor.Aut muscerdas,& caprarum stercora usta pari mensura,cineris calami Græci duplum,cum melle attico illinito . Hoc uero ẽt palpebrarum defluuia emendat.Aeruginis tritæ partem unam,ammoniaci thymiamatis tantundem,trita adhibeto.Facit idem & egregie ad scabros oculos.Aut cadmiam tritam melle subactam in ollula urito, ac assato:deinde æris usti tantundem admisceto,ac tritis utitor.

B *Ad Pilos inutiles,& pungentes in palpebris enascentes, Trichiasin hoc malum Græci appellant.*

Pilos inutiliter in palpebris supernascentes euellito,& sanguinem cimicum illinito,& non enascentur.Papias Laodicẽsis Autolyci medicus multa in his tentabat: euellebat primum ipsos pilos,deinde locum diligenter cum dropace irritabat, & cũ chamęleone albo trito uiridium ranarum sanguine permisto (sunt aũt ranæ,quæ in arundinibus degunt) illinebat:neq; n.postea enascũtur. Potes & euulsis prius pilis cedriam cum tellinarũ cinere mistam ac tritam illinere. Ad eandem quoq; rem auiculæ cinædi appellatæ felle utitor:aut phagri marini piscis itidẽ felle:aut ricini a cane fęmina adempti sanguine.Egregie facit hoc.Fellis,& sanguinis erinacei terrestris pares partes,fellis chamęleonis tantundem,castorij parum,ad formam squamularũ pisciũ reducito:& pilis radicitus euulsis utitor, squamulam unam oris saliua matutina dilutam illinendo,locumq; ad dimidium horæ obligando. Dolitãt equidem ex medicamenti huius usu, sed pili amplius non enascuntur:aut felle hyænę fœminæ mox ab euulsione illinito:aut tellinarũ tenuissimũ puluerẽ oblinito : aut euulsis pilis,cicutæ folium , & cedriam æqualibus partibus cũ uespertilionis sanguine,illine,illitumq; donec exarescat tene: si.n.hoc oculũ contingat, eius humorẽ corrumpit:aut ab euulsione,capræ fel cum brassicæ succo illinito : aut capni siue fumaC riæ herbæ succo palpebræ alã siue summitatem illinito:deinde pilos euellito, rursusq; illinito. Testatus est & Hermeas spumã aquæ post dropacum adhibitionem illitam summe conducere.

De Staphylomatis siue uuis,& albuginibus.

Staphylomata tolles cantharidum succo illito.Albugines uero cito sanat nitrum cũ oleo uetteri diligenter tritum,& illitum:aut lacertæ stercus illine,& tolles: aut nycticoracis ouum illine, & tinges ipsas:aut croci,piperis,ęquales partes,cũ felis felle in collyria formato,ac illinito:aut sepiæ testam tritam melle subigito, ac urito,& læuigato,postea pharmaco hoc sublinito.

Curatio Obfuscationi uisus, & suffusionis.

Obfuscationẽ oẽm, aut ẽt incipiẽtẽ suffusionẽ persanat vulturis fel cũ marrubij succo,ac melle attico:aut myrrhæ,& piperis partes æquales cum melle: aut solanum nigrum illine.Facit,& Cyprus in ærea pyxide repositа : aut fœniculi succum,& fel taurinum liquidum, paribus partibus,mellis attici duplum,illinito . Aut croci,& piperis æquas portiones felle taurino excipito, atq; in collyria redigito, ac illinito:aut populi nigræ liquorem cum duplo mellis attici illinito.

De Humorum suffusionibus.

Fellis testudinis marinæ partem unam,mellis attici quadruplum illinito.Fel ipsum etiam perD se sufficit cum aqua illitum.

Ad Pterygia.

In pterygijs oculorum,atramenti sutorii,salis ammoniaci,æquales partes, gummi dimidiũ, cum aceto in collyria formato, ac illinito : aut populi nigræ liquorem cum duplo mellis attici mistum,ac tritum illinito.

Ad Glaucos oculos, & nyctalopas hoc est luscioſos.

Solani succus instillatus glaucos oculos denigrat.In luscios uero,hepar hircinum assato, ipsumq; inter assandum distillantem cruorem coadunato,atq; hoc quidẽ ipsos illinito:ipsum uero hepar edendum præbeto.Auxiliatur,& columbinus sanguis illitus,& fel capræ:aut hepar caprinum coquito, eosq; obuelatos in ollam intendere iubeto, quo elatum inde uaporem oculis susceptent.Ipsum uero hepar assidue edẽdum dato:ex hoc.n.cito auxilium sentient: aut elaterii obolum,seminis portulacę. 3. i. cum melle inunge:aut stercus asini recens exuccato ac illinito.Vescatur æger beta,vulturis iecore assato,eiusq; felle illinatur.

Ad Crithas.i.instar hordei oblongas circa palpebrarũ pilos abscessus, qui itẽ posthiæ Græcis appellantur.

Abscessus circa palpebrarũ cilia crithas ab hordei similitudine Græcis appellatas ceræ albę fomento discuties : aut muscæ caput auellito, ac reliquo corpore abscessum ipsum confricato.

GALENI

GAL. DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM LOCALIVM SIVE SECVNDVM LOCOS LIBER QVINTVS

ARGVMENTVM LIBRI.

Ad reliquas faciei, dentium, gingiuarumq; affectiones, medicamenta.

De ſugillatione ſub oculis. Hypopion Græci dicunt. CAP. I.

QVòd" Hypopion ſub oculis fiat, nomen ipſum indicat: idē.n. eſt uelut ſi quis hypophthalmium dicat, quod ipſum ſub oculis ſonat. Eſt aūt ex gñe effuſionum, ecchimomatum appellatarum: appellant ita ‖Hippocrates, & alii multi medici, circa cutem affectionē, cum tenuibus in ipſa uenis contuſis ſanguis per fiſſuras effunditᵗ, nō uno loco aceruatim, ac ſtatim ita excretus in grumos coiens, ſed poſtq̄ per perſultationem, hoc eſt diapedeſin, ut ipF ſi appellāt, effuſio ipſa facta eſt. Cōtingit ſanè aliqñ ubi ita coierit, tpis progreſſu liueſcere, & denigrari, paruis nimirum grumulis ex diſperſo in multas cutis partes ſanguine coactis. Quare merito ad eius curationem ſtatim feſtinant medici, prius q̄ denigreſcat, ſcopum medēdi habentes, ut ſanguis diſcutiatur, cum ſciant id, quod in grumos coierit ex ſanguine, ægerrime diſcuti poſſe. Cum uero tunicula uenarum, ex quibus ſanguis exilit, rumpatur, parum quiddam ex adſtringentibus ad diſcutientia admiſcetur: ſi.n. ex ſola ſimplici facultate diſcuſſoria pharmacum à principio adhibeatur, non ſolum quod effuſum eſt diſcutiet, ſed, & per fiſſuras aliquid attrahet ex ſanguine in contuſis uenis contento. Poſtquā verò in ſuam naturam redierint uenulæ, ad diſcuſſoria pharmaca citra adſtringētium admiſtionem opportune tranſimus. Quemadmodum autem in aliis affectibus pleriq; medicorum indiſtincte auxilia conſcripſerunt, ita & in his citra eas, quas iam recenſui diſtinctiones, ſimpliciter ſugillatorum remedia prodiderunt. Porrò ſi uos eorum, quę in libris De ſimplicium pharmacorum facultate didiciſtis, memores fueritis, facile deſcernere poteritis, quasnā ſugillationes ſola diſcuſſione digerere oporteat, abſq; adſtrictione, & in quibus admiſcere conueniat quippiā ex parce adſtringentibus. Quin, & ex ipſis diſcuſſoriis imbecilliora primum adhibenda eſſe maG niſeſtum eſt, fortiora uero" inueteratis & denigratis admouēda. Exemplii itaq; loco primum ea quibus ipſe utor indicabo, inde ad ea, quæ probati medici tradiderūt, progreſſurus. Appellatur aūt collyrium Nili ex roſis diarhodon, multis iam annis præclarum, & celebratum, cuius † compoſitionem proximo libro tradidi: hoc ipſum in ocularium coticula ex aqua contero, atque ſugillationi illino, ſertulę campanæ, ac fęnigręci decocto prius pro fomento admoto, deinde ēt collyrio ex eo decocto diſſoluto, poſtea ēt ipſius ſolius fęnigræci decocto. Quòd ſi reliquię quæpiā affectionis reſiſtēt, in fęnigræci decocto collyria ex myrrha, diaſmyrna appellata, ſoluo, ac illino. Cōducit aūt bis in die pharmacū hoc illinere, ſimulq; fomētum decoctorum calidorū per mollē ſpongiā prius admouere, ita ut primū ex ambobus fęnugræco, & meliloto decoctum fiat: inueterato aūt malo, ex ſolo fęnugræco. Hic curādi modus ut plurimū perfecte ſugillata ꝑſanat paucis oīno ſubterfugientibus, eumq; reſpuentibus: in quibus collyriū ex ſandice cōmodū eſt, & ex pharmacis ad ſugillata a medicis deſcriptis, ea, q̄ generoſe diſcutiendi uim hñt. Initiū aūt faciam ab eis, quæ Archigenes in primo pharmacorum ſcd̄m genus conſcripſit, propoſiturus quidem ipſius uerba: poſtea uero ſi quid ab eo ad diſtinctionē pertinēs relictū eſt, appoſiturus.

A. l. 4. f. 72. c. 6. fol. 111. e

A. ibid. f

H

Archigenis Pharmaca ad ſugillata, iuxta ipſius dictionem.

Sugillata e ueſtigio ſanat raphanus impoſitus: auferes aūt ipſum poſtq̄ mordere inceperit. Recte fecit in eo, quod adſcripſit, tollēdum eſſe, vbi mordere cęperit: ſi enim diutius maneat, uenulas contuſas commordendo oſcula ipſarum aperiet. Quapp, & a principio eo utēdum non eſt: ubi uerò inueteratæ fuerint ſugillationes, & iam denigratæ, ēt ſi quis longiori tpe incūbere ipſum ſinat, magis iuuabit. Facit, & caſeus recens ſalſus impoſitus. Ipſe quidē caſeus uim obſtruendi meatus hēt, uerum recens ſalſus, & nondum inueteratus miſtam facultatem habet, obductricem ex ſe ipſo, diſcuſſoriam uero, & aliqualiter adſtringentē ex ſale: quare nihil abſurdi eſt, eo & in principio uti. Aut ceratū cum abſinthio, uel raphani ſucco ſubactum. Aut hyſſopi coma læuigata eodem modo. Siue cum abſinthii coma trita, ſiue cum ſucco ceratū ſubactum adhibeas, eandem uim demonſtrabit: uerum ad tactum mollius reddetur pharmacum, ſi ſuccus cum cerato committatur. At uero raphani ſuccus, aut hyſſopum cerato addita efficacius reddunt pharmacū, q̄ ut a principio ſtatim adhiberi conueniat, niſi iā plane liuida, aut nigra facta ſit ſugillatio, qd ēt ipſe deinceps dicet. Summe facit ad recentia & liuida ſugillata ſpongia muria tincta, & aſſidue impoſita, ac ablata: poſtea, uero ſomētum aſſiduum ex calida aqua prodeſt. Quemadmodum raphano in principio uti minime tutum eſt, ob eam quā dixi cauſam, ſic etiam muria:

quapropter

De iis quæ ī me dicatr. ſi. com. 3. tex. 30. 7. 219. c. Et de Liqd. uſu a principio. Et de tract. com. 2. tex. 28. 7. 235. g. De Artic. 4. 68. 292. e

† *Antiq. interp. cuius compoſitio hæc eſt. Roſarū drac. iiij. croci drac. ij. acacia. 3. i. opij Scrup. i. nardi indicæ Scrup. i. gūmi arabici drac. iij s. miſce cum aqua pluuiali.*

Aquapropter ẽt poſt eius uſum calidæ fomentum probat, quo uidelicet acrimonia exmuria inducta cõpeſcatur. Neq; vero in oĩbus ſugillatis in principio fométo ex muria uti conſulit, ſed in ijs, quæ ſtatim liueſcunt. Breui itaq; tẽpore in ijs, muria utẽdum eſt: in quibus uero cruentus, aut ſubflauus, aut ſubpallidus eſt color, fugere muriam oportet. Cataplaſmate aũt utere faba freſa contrita, abſinthio, hyſſopo, origano, raphani cortice, vua paſſa exacinata, unoquoq; per ſe cũ melle, aut aceto, aut aqua. Imperfecte primum hæc remedia conſcripſit, cum non apponat, ad ſermonem coctione, an crudis uti iubeat faba freſa, & abſinthio, & hyſſopo. Vſ autẽ crudorum uſum præcipere: nam ad finem ubi dicit, cum melle, aut aceto, aut aqua, ſingulis prædictis utendum eſſe, tum quidem coctis appoſuiſſet. Quin, & eo ipſo ſermone tria uiribus inæqualia medicamenta tradens, minime recte mihi vſ præcipere, cum hoc, vel cum illo eſſe utẽdum. Aqua.n. ſcalida ſ acrimoniæ oĩs expertiſſima eſt, nõ in cute tm̃, ſed ipſis ẽt ulceribus. Mel uero ulceribus mordax eſt, cutem autem non offendit. Acetum uero utriſq; mordax exiſtit. Neq; uero raphani cortex vuæ paſſæ uiribus par eſt, ſicut neq; abſinthium, ac hyſſopum, & origanum: fortia enim hæc ſunt, & diſcuſſoria ui prædita: moderata autem eſt vua paſſa, & omnis acrimoniæ expers. Et bulbus albus cum ouo, & melle. Bulbum flauum, vt acriorem in principio ſtatim adhibere,
B recuſat. Scimus autẽ mel diſcuſſoriæ facultatis eſſe, quapropter ouum ipſis admiſcere videtur, ꝙ mitigandi facultate multum præſtat. Cyclaminos per ſe, & cum vua paſſa. Neq; hic paruum eſt, quod intereſt inter cyclaminum: & vuam paſſam. Quare haud ſcio, qua ratione per ſe cyclamino vtatur, & admiſta vua paſſa, etenim per ſe uehementiſſimum eſt medicamentum: at cum vua paſſa cõmiſcens, tm̃ auferet facultatis, quanta fuerit admiſtæ vuæ paſſæ moles. Aut nitrum cum hyſſopo, & vua paſſa melle exceptum. Hic ſermo priore rectior eſt, in quo etiam ſolius cyclamini uſum permittebat. Nam ſi etiam nunc hyſſopũ ipſum per ſe adhibere conſuluiſſet, non apponendo, inueteratis ſugillationibus id conuenire, ſimiliter utique deliquiſſet. Myrtum cum ſale, & aqua. Dictum etiam antea a me eſt, ꝙ ex diſcuſſoriis medicamentis, in principio præſtantiora ſunt, quæ exiguam adſtringendi uim complectuntur, qualia ſunt roſæ, & melilotum, & crocus. Non tamen ex eiuſmodi pharmacorum numero eſt myrtus, utpote uehementer adſtringens: quapropter ego nunquam ipſa uti audeam, preſertim ſi iam liuidus ſit color ſugillationũ. Sinapi cum adipe ouillo. Inueteratis, & nigrefactis ſugillationibus ſolum hoc medicamentum conuenerit, & maxime ſi non omnino paucum ſit ſinapi adipi admiſtum. Myricæ folia & fructus trita cum aqua, per ſe & ſimul miſta. Et hoc pharmacum non ſolum diſcuſſoriam, ſed & cõ
C tractoriam quandam vim habet: quare inueteratis, & nigrefactis ſugillationibus non conducit. Facit, & ſpongia, & linteolum, aceto, ac melle imbuta, & appoſita. Hoc remedium in principio adhibitum non ualde acri aceto opus hẽt: in progreſſu autem temporis liquefacta, aut denigrata ſugillatione nihil profuerit, abſque acerrimo aceto præparatum. Aut fabam freſam commanducatam imponito cum melle. Quin, & fabæ lomentum ẽt citra manducationem cum melle ſubactum liuida diſcutit: ex manducatione autem ſumme diſcuſſorium redditur, nimirum uiribus a ſaliua adſumptis. Oui uitellum eodem modo. Si mel ad oui uitellum miſcuerimus, velut ante dixi de faba freſa, ſimile faciemus prædicto medicamento tũ in apparatu, tum in facultate. Aut porci pulmonem calidum imponito. Hoc remedium non tolerarit uir mundiciem amans. Aut myricæ decocto prolue. Non ita longe ante de myricæ facultate dictum eſt: aut cardamomum cum myrrha impone. Diſcuſſorium quidem pharmacum eſt myrrha, uerum acre cardamomum. Hæc ſane ſufficere uidentur mihi ex Archigenis ſcriptis exempli gratia prolata, oſtenſo ſimul modo examinandi pharmaca, qualia .ſ. in principio conueniant antequam liuida, aut nigra ſugillatio fiat: & qualia liuidis, aut iam nigrefactis, & inueteratis ſint adhibenda. Quare, quæ conſequuntur apud eum deinceps, ea ſola per ſe adſcribam ipſius Archigenis uerbis: Aut
D ceruſſæ, & ſpumæ argenti, æquales partes cum melle terito: & admiſta faba freſa ad cerati formam reducito, ac utitor: aut anguium ſenectam cum aqua marina tritam illine: Aut cuminum linteo illigatum, & in feruenti aqua tinctum pro fomento adhibe: Aut ſinapi cum cerato impone: Aut fœniculum tritum impone: Aut thus, & thapſiam æquis portionibus cũ cerato roſaceo: Aut mentã, & argenti ſpumã pari pondere impone: Aut hordeaceam farinam cum aceto mulſo coctam: aut fabam uino maceratam donec tenera fiat, tritã ſplenii modo impone: aut cicer eruinum uocatum eodem modo: aut furnorum fuliginem cum pari ceruſſa ex uino odorato illine: aut thapſiam, & eruinæ farinæ triplum eodem modo: Aut crudum ſalſamentum, omotarichon Græci uocant, exprimito: deinde in uino odorato tritam imponito. Cæterum ad uetuſtiores ſugillationes ſmilacis fructus cum vua nigra tritus facit: Aut thapſiæ radix tuſa, & ſuccus eius adipe exceptus, ac aſſidue appoſitus. In uetuſtis exemplaribus non uetuſtiores comparatiue ſcriptũ eſt, ſed uetuſtiſſimas ſuperlatiue. Dictum eſt porrò à me ſtatim in principio, ꝙ in eiuſmodi ſugillationibus pharmacis forti diſcuſſoria ui præditis uti oporteat, qualia ſunt ſane ab eo his uerbis deſcripta, & quædam itẽ ex ſuperioribus, uelut eſt indicatum. Atque hæc quidem Archigenes prodidit. Verum Apollonius diligentius, & cum pluribus diſtinctionibus in primo parabilium in hunc modum ſcripſit.

Pharmaca

Pharmaca ab Apollonio conſcripta ad ſugillata recentia, ac liuida.

Spongiam in aqua marina feruente tinctam aſſidue locis pro fomento adhibeto. Aut ſpongia in acri muria tincta ſimiliter foueto. Aut in aceto feruenti, & pariter in uino. Imponendū eſt & ſplenium melle, & aceto madefactū, aut lana, aut ſpongia. Cataplaſmate aūt utere, abſinthio trito cū melle: aut † hyſſopo læuigato cum melle: & faba freſa eodem modo. Origano ſimiliter: raphani cortice cum melle. Bulbis tritis per ſe, aut cū mẹlle, & oui uitello. Lini ſemine & ſalibus tritis cum oleo, & oui uitello. Silphio trito cum oleo, & uino. Sampſucho trito cum melle: myrto, & ſale tritis cum aceto: fęniculo trito cum cerato: hyſſopo, & nitro cum melle, & aceto: calce uiua cum cerato: ſinapi trito cum adipe uitulino, aut cum cerato. *Ad ſugillata inueterata.* Ari radicem raſam, ac melle ſubactam in linteolum illitam imponito: vtere ēt diſcuſſoriis facultatibus, & compoſitionibus, quæ ex deſcriptionibus commentariorum apparantur. *Ad ſugillata cum tumore.* Spongiā aceto imbutā imponito, & præmonſtratis fomentis frequentius utitor: cataplaſmatis loco farinā hordeaceā ex aceto mulſo coctam imponito, donec locus ſugillatus humilior reddat: de cætero uero ſubſcriptis cataplaſmatis utitor. *Ad ſugillata cum inflammatione.* Aqua calida foue, & pro cataplaſmate lenticulam coctam tritam cū melle impone. Aut cochleā ægyptiam contuſam impone. Vbi uero inflāmatio remiſerit, tunc iam ēt aliis pharmacis utere. *Ad ſugillata cum pertuſione.* In ipſam quidē pertuſionis fiſſuram ex medicamentis, quæ cruentis vulneribus conueniunt, inde: circunſitis uero partibus cataplaſmata ex medicamentis ad ſugillata citra pertuſionem cōſcriptis impone. Præſtabat fortaſſis hic iam ſermonem de ſugillatis deſinere, verū cum ea, q̄ ex conſentiēte experimento indicata ſunt, aliis ſtabiliora exiſtant, uiſum eſt mihi ēt ea, q̄ Crito in tertio de ornatu ſcripſit apponere, q̄ ſane iuxta illius dictionē ita hāt.

† *Deeſt ī græc. cod. & in antiqua interp.*

Quæ Crito ad ſugillata recentia, medicamenta ſcripſit.

† Cicutam tritam ex aqua impone. Abſinthium tritū ex aqua, & in linteolū infartū imponito: q̄ ſi tenera ſit cutis, parum mellis adiicito. Hyſſopum Cilicium ex aqua tritum, & in linteolum ligatum in globulos cogito, atq; his in feruentem aquam tinctis ſenſim foueto. Bryoniæ radicē tritam cum melle imponito: aut roſaceo cerato exceptam adhibeto. Muriam acrē facito, ſpongiisq; in ea madefactis foueto: & poſt hæc raphani corticem tritum cum melle, & linteolo infartū imponito. Aut ſinapi tritum cerato exceptum, & exiguo adipe uitulino addito, in linteum infartum imponito. Et de his quidem in tantum. Quòd ſi inueteratæ ſint ſugillationes, aut etiā appellati liuores, † ſubſcriptis compoſitionibus utendum eſt. *Ad Liuores, & ſugillationes profundas.* Tordylii partes duas, terræ ſamiæ partem unam aceto excipito, paulumq; mellis ſimul cōquaſſato. Animaduertere autem oportet diligenter, ne cutis exulceretur. *Medicamentum deterēs ſugillata, Ariſtarchi.* Hyſſopi cilicij. ʒ. i, radicis thapſiæ tantundem, thuris integri non ſecti tantundem, ceræ tyrrhenicæ. ʒ. ii, reſinæ terebinthinæ. ʒ. i. Arida cū liqueſcibilibus cōmittito, deinde linteolo infarta imponito, animaduerſione habita ne locus exulceretur: & ob hoc ſane frequenter tollere oportet. *Aliud.* Radicis thapſiæ ʒ. xii, aut ſucci. ʒ. vi, thuris inſecti. ʒ. viii, veratri albi. ʒ. duas, abſinthij. ʒ. i, cerati roſacei. ʒ. xvi: mollita repone, ac linteolo infartis utere. Oportet etiam hoc aſſidue amouere. *Aliud.* Viticis albæ obolos tres, ſtruthii tantundem, glandis ægyptiæ tantundem, pulmonis caprini uſti tantundem, radicis aſparagi tantundem, bdellii tantundem, ſucci thapſiæ tantundem: aceto mulſo exceptis utitor. *Aliud.* Seminis uiticis albæ. ʒ. iii, radicis ſtruthij tantundem, nitri rubri tantundem, ſucci raphani tantundem, hyſſopi cilicij tantundem, farinæ fabarum tantūdem, glandis unguentariæ. ʒ. xl, myricæ. ʒ. xl, pulmonis* caprini uſti ʒ. xl, bulborum* rubrorum. ʒ. xl, radicis thapſiæ. ʒ. xl, thuris. ʒ. xii: excipe cerato roſaceo, ac utere, ut dictum eſt.

† *Græc. πάχνειον λεῖον antiq. interp. legit κυμῖνον, & ideo interpretatus eſt cimi-num.*

† *Al. προγεγραμμένας. i. ſupraſcriptis.*

* *Al. βόλον.*
* *Al. agnini.*

Medicamentum ab Hera conſcriptum ad ſugillata.

Aufert, ut inquit Heras, tribus horis: q̄ ſi inflāmatio fiat, cataplaſma ex uiridi caleo probat, & fomentum ex pane. Succi cicutæ obolos duos, croci drachmas ii, myrrhæ drachmam unam, acacię drachmā unam, opii. ʒ. duas, ſucci thapſię drachmas duas, gummi drachmam unam, cum aqua cogito. Hoc quidem Heras ſcripſit. Ego" uero nucem per ætatem iam oleoſam factam ex pertus ſum aliquando ad cruentatos facientem. oportet autem ipſam nucem diligenter terere, atque ita imponere homini ſupine reclinato, quo ad horas duas, & tres pharmacum adhæreat: ubi enim ſic feceris, etiam ſi poſtea ſurgat, ad multum tempus adhæret: oportetq; priore delapſo aliud ſtatim imponere † *Eiuſdem Heræ ad Aegilopas.* Maluæ folia cum ſale, & melle trita imponito: deſtruit hoc, ac extirpat ægilopas. Alicam etiam in aceto coctam incipienti ægilopi imponito. Aut myrti recētiſſimas baccas cataplaſmatis modo adhibe, ubi uidelicet fluxio infeſta uerit. Similiter facit, & lemnia terra, ſi illinatur.

A. l. 4. ſ. 22. c. 6. fol. 114

† *Hic incipit, Caput 2. in antiquiſſimo codi. græco.*

De Aegilope. CAP. 2.

A. l. 3. ſ. 22. c. 14. fo. 211

INter" naſi os, & magnum iuxta oculum angulum, paruum quoddam abſceſſui ſimile tuberculum oriri ſolet: & rumpitur ſanè ſæpe in angulum, ut ægrè curabile reddatur, niſi mature occurratur. Mederi igitur oportet ipſi cum diſcuſſoriis medicamentis, quæ citra mordacitatem efficacia ſunt: coafficitur enim oculus ab acribus, atq; ita ēt affectæ partis inflammatio augetur.

Verum

A Verum affectio ipſa non ob id ſolũ ægre curabilis eſt, ſed & propterea, q̃ cũ multa liquida pharmaca in experimentum adſumi poſſint, ea non tolerat locus ipſe: neceſſario.n. ex eis in oculum quid influit. Neq; verò adhærere eiuſmodi queant citra obligationem, quæ totum oculum complectatur, quam impoſſibile eſt tot diebus aliquem perferre poſſe, quot ad mali curationem requiruntur. Ob hãc igitur cauſam Apollonius nulla pharmaca ad ægilopas ſcripſit. Archigenes uero paucis enumeratis, deinceps ad curationem ipſorum per chirurgiam progreditur, quanquam res ipſæ nõ manuariæ operæ, ſed pharmacis ſecundum genus, ſit ſubiecta. Itaque totam ipſius dictionem adſcribam hoc modo habentem.

Quæ Archigenes ad Aegilopas ſcripſit in primo pharmacorum ſecundum genus.

Aegilopas, qui circa oculorum angulos oriuntur, eruo cum melle integimus: aut cinere uitis cum aceto ſubacto. Probe facit & thus cum columbino ſtercore recenti impoſitum. Aut ſuccum herbæ ægilopis, auenam noſtri dicunt, cum melle illine. Cæterum in nondum perforatis, ſtaphidem ſylueſtrem, & ammoniacũ thymiama cum melle ueluti ſplenium, impone: Aut alumen ſciſſile cum terebinthina ſpleni forma impone. Aut lanæ tomentum ſanguine marini leporis tinctũ inde: aut melanteriam tritam adhibe. Quòd ſi neq; ſic ſanentur, diuiſo angulo, & eum
B tenui perforato terebello, continuis foraminibus incuſſis diſparato, capitale emplaſtrum adhibeto: diſcedent.n. ſquamæ, & ſanabuntur. Aut oſſe denudato, cauterium amoue, & ſic ſquamulæ diſcedunt, ac ſanantur. Quidam diuidentes angulum, oſſi, qua parte perforatum eſt, anguſtũ infundibulum admouent, ac plumbum liquefactum infundentes, vrunt, atque hoc modo optime ſanant. Hæc quidem Archigenes ſcripſit.

Quæ Aſclepiades ad Aegilopas conſcripſit.

Porrò Aſclepiades in primo exteriorum hæc prodidit. Succi illecebræ libram* dimidiam, ſuccí ſolani lib. dimidiam, thuris. 3. viii, *maſtiches. 3. tres, chalbani libræ dimidium. Succos cum thure coquito, & ubi diſſolutum fuerit chalbanum iniicito, maſtichen vero dimitte. *Aliud.* Thuris. 3. viii, myrrhæ. 3. viii, ladani. 3. iiii, ceræ drach. iiii, aluminis ſciſſi, coaguli leporis, utriuſque. 3. iii, ſpumæ nitri drach. iiii, pharmacum contundito, & emollito irini unguenti fęce.

* Aliter i.
* Al. uncias.

De Varis, CAP. 3.

TVmor paruus, & durus in faciei cute orit, Varus Latinis, Græcis Ionthos appellatus, a craſſo videlicet ſucco congregatus, demonſtransq; ſui ipſius curationẽ rationabiliter per pharmaca emollientia, & diſcuſſoria futuram. Etenim durities ipſius emollientibus, tumor uero præ
C ter naturam diſcutientibus, opus hẽt. Cum igitur iam ſæpe tum in ſuperioribus libris, tum in de ſimpliciũ pharmacorum facultate cõmentariis, prædictæ ſint mihi materiæ tum diſcuſſoriorũ, tum emollientium medicamentorum, compoſitio ſane ipſorum particularis per experientiam iudicata utilis erit ad rectum relatorum uſum, quæ uidelicet paulo poſt referentur, ubi ſaltem prius determinauero, quæ ſimiles ſint uaris affectiones, & aliqua parte ab ipſis differentes.

De Ficoſis tumoribus, CAP. 4.

VNa quædam hæc affectio eſt ex iis, quæ in mento enaſcunt, differẽs a uaris in eo, q̃ nõ ſolũ craſſus ſit, q̃ hos tumores efficiat humor, ſed, & ſeroſa tenuitate participet: ob quam ẽt citò exulcerantur, ſi non ut debẽt curentur: & ob id magis reſiccantibus pharmacis, q̃ uari opus hñt.

De Lichenoſis, impetiginoſis ue tumoribus. CAP. 5.

ET hæc affectio ex miſto quopiam generatur humore, ſeroſis nimirum, ac tenuibus, & acribus ſuccis cum craſſis permiſtis: qua p̃p ẽt facile in pſoram, i. ſcabiem, & lepram trãſit: indigetq; ẽt ipſa pharmacis fortiter reſiccantibus. Poſtq̃ uero in pſoram, aut lepram tranſierit, ultra hoc, q̃ reſiccantibus indiget pharmacis, etiam repurgantia, & exterſoria expoſtulat.

De menti eruptionibus. CAP. 6.

D HOc eruptionum, ſiue, ut Græci dicunt, Exanthematum nomen quidam in cõi uſurpant, de affectionibus uidelicet ulceroſis, & aſperis in mẽto ſua ſponte prouenientibus, quemadmodum etiam Archigenes facit. Indiget autem & hæ ipſa affectio reſiccantibus medicamentis,

De Furunculis. CAP. 7.

FVrunculi Dothienes Græcis dicti ex ſimilibus humoribus, ueluti uari, generãtur per uniuerſum corpus, duplices exiſtentes, aliqui quidẽ, ut ita dixerim, uaroſi, duri, & ægre cõcoctiles: aliqui uero inflãmati, in quibus aliqñ ẽt febres conſiſtunt, & tumor in magnitudinem excreſcit, & in pus tranſmutatur: unde curatio ipſorum ut plurimum eadem, quæ inflammationis exiſtit.

Ex Critone ad varos.

Crito in tertio de ornatu hæc uerba ſcripſit. *Ad varos in facie.* Mellis attici cyathum unum ſiue drach. xii, aceti acerrimi tantundem, miſceto diligenter & pharmaco uaros illinito, digito affricando. *Aliud.* Spumæ argẽti chemam ſiue. 3. tres, terebinthinæ puræ ad fabæ Aegyptiæ magnitudinem, addito olei albi parum: atq; ubi prius faciem deterſeris, ex medicamento hoc paulum digito excipe, deinde ambabus manibus terendo uaros obline. Hoc pharmacum etiam à rugis liberam & mundam faciem conſeruat. *Aliud.* Amygdalas amaras aceto dilutas, ac probe tritas faciei obline. *Aliud.* Alumen ſciſſum probe læuigatum terebinthina excipe, & emol-

litum

litum impone. *Aliud*. Coſtum Indicum tuſum & tenuiſſimo cribro cretum felle caprino excipe: E ac ad cerati craſſitudinem redactum, uaris circa ueſperā illine: mane uero vbi ſurrexerit, lacte ægrum faciem proluere iube. Inueteratis porro uaris ſubſcriptis compoſitionibus utendum eſt.

Ad uaros calloſos.

Saponis gallici. 3. iiii, ammoniaci thymiamatis drac. i, thuris drac. i, aqua diſſoluito, & cerati ſpiſſitudinem facito, eoq; illinito, & poſt horæ interſtitiū tepida abluere iubeto. *Aliud*. Nitri rubri, hyſſopi, pulegii, ſalis foſſilis æquales partes tūdito, & per tenuiſſimum cribrum cribrato, ex ceptisq; cerato roſaceo utitor. *Aliud*. Seminis ocymi, nitri rubri, pulegii uiridis, aluminis ſciſſi, coſti indici, ſingulorū æquales partes, tuſas, & cribratas adipe anſerino ſeu gallinaceo excipe, ut cerati fiat craſſitudo: ex eo uero in linteolum infarcito, & imponito donec penitus perſaneſcant. *Aliud*. Salis aſſati, pulegii: hyſſopi, ammoniaci thymiamatis, rhois coriarii, ſingulorūpar pondus, roſaceo cerato exceptum donec perſanentur, imponito.

Ad affectiones eminentiores, & in facie pruritum, ac principium Elephantiaſis.

Gummi albi, ſpumæ nitri, thuris, ſulfuris uiui, ſingulorū æquales partes, aceto dilutas, ac probe triſtas in paſtillos redige, eosq; in umbra exicca. Vſu uero expetēte aceto dilutos illine, atq; ubi reſiccati fuerint, ſubſcripta cōpoſitione deterge. Saponis Gallici librā unā, ammoniaci thy- F
* Al. drach. iij. miamatis tātundē, thuris quadrātē, maſtiches quadrātē, ſpumæ, nitri* quadrātē. Saponē, & ammoniacū in uas fictile conjecta, & aquæ ſextarijs duobus affuſis coquito: atq; ubi diſſoluta fuerint, arida contuſa, & cribrata adiicito: deinde in mortariū trāslata, ac probe cōquaſſata, uaſe ui treo reponito. Vſu uero poſtulante, faciē ex eo ſmegmate inquinato, & poſt modicū tpis ſpatiū larga aqua molliter perfricando abluito. Vtendū eſt hoc ſmegmate per oēm uarorū curationē.

Ad Ficoſas menti papularum eruptiones.

Crito in tertio de ornatu in hunc modū de eis ſcripſit. *Ad ficoſas in mento eruptiones, velut Leucius præceptor tradit*. Spumæ argenti, miſyos crudi, æquas partes tritas inſperge. *Aliud*. Thuris,
* Aliter iiij. drach. duas, ſpumæ argenti. 3. quatuor, ſalis foſſilis. 3. octo,* ſandarachæ, 3. duas: trita inſperge. *Aliud*. Ceruſſæ. 3. quatuor, myſeos crudi. 3. quatuor, ſalis foſſilis. 3. duas, ſandarachæ. 3. duas: trita inſperge. *Aliud*. Atramenti ſutorij. 3. ii, fulfuris uiui. 3. duas, æruginis drac. j. nitri rubri drac. iii: trita inſperge. *Aliud*. Elaterij. 3. quatuor, ſalis foſſilis. 3. quatuor, atramenti ſutorii drach. ii: miſta inſperge, & cum ſpecilli humecti extremo admoue, quo videlicet pharmacum ipſum adhæreat. Cæterum poſt pharmaci impoſitionē ſemine lini ex aqua trito utēdum eſt. Porrò ubi humidiora fuerint ulcera, ut ab ipſis aqua pura uelut a fonte defluat, ſubſcriptis compoſitionibus utēdū G erit. *Paſtillus ad ficoſas menti Papulas. Vſus eſt eo Artemidorus. Reprimit oēs tumores, qui accidunt ijs, quibus cicatrix male inducta eſt, veluti in ijs, qui ſutura vſi ſunt, contingit. Compoſitio hæc eſt.* Squamæ æris. 3. iiii, atramenti ſutorii. 3. ii, aluminis ſciſſi. 3. ii, glutini fabrilis perlucidi. 3. ii. Arida tunduntur, & cribrantur, glutinum verò aceto maceratur, & tritis affunditur: rurſusq; læuigatur, & formantur paſtilli, quos uſus tempore aceto dilutos illinimus. Hoc medicamentum ēt fiſtularū callos extirpat. *Alius Magni Clinici*. Aluminis ſciſſi, æruginis corinthiæ, rubricæ ſinopidis, chalcitidis, glutinis fabrilis, ſingulorum æquas portiones: componito, ac utitor, vt dictum eſt.

Alius Arÿ Aſclepiadei. Milti ſiue rubricæ ſinopis, æruginis corinthię, aluminis ſciſſi, gallæ omphacitidis, malicorij, æquas ſingulorum partes, gummi duplum: aceto excipito, ac utere ut dictum eſt. ¶ *Alius Apollonij, vt Charixenus tradit*. Squamæ æris, miſyos aſſati, arupigmenti, ſingulorum. 3. duas, diphrygis. 3. tres, æris uſti. 3. quatuor, chalcitidis uſtæ. 3. quatuor, glutinis fabrilis 3. iiii, aceto diluito, & paſtillos formato: quibus uelut ſuperioribus utitor. *Andronis pharmacum accommodatum*. Atramenti ſutorij drach. ii, myrrhæ drach. ii, thuris drach. iiii, aluminis ſciſſi drach. iiii, malicorii drac. viii, gallarum drach. octo, ariſtolochiæ drach. octo: uino auſtero exceptis ut prædictis utere. H

Critonis, ad Lichenas in mento.

Cōſequenter uero Crito ad lichenas menti ſcripſit hoc modo. Ad mēti lichenas quæ iniucūdiſſima eſt affectio. Nā & pruriginē inducit, & affectarū partiū circūtentionem, & periculū non modicum: proſerpit. n. aliqñ per totā faciē, oculosq; contingit, & ferme extremæ fœditatis cauſa exiſtit. Quapropter diligentiore cura utendū eſt, inſpiciendo tū paroxyſmos. i. irritationes, tū interualla & remiſſiones, ita ut etiā ab inueteratis recentes diſparemus: in quibus conueniet uti reſiccantibus medicamentis. Cū verò in pſoram aut lepram tranſierint, ſupra reſiccantia etiam exterſoriorum, & repurgantium erit uſus, & poſtea ſane ſubſcriptarum item compoſitionum.

Criſpi amici ad recentes in mento, ſiue alia faciei parte lichenas.

Tritici grana multa in incudem imponito, deinde laminam æris igni candefactam tritico ſuperponito, & reſolutū ab eo liquorem calidum adhuc auferto, ac ſuper lichenas linito. Hoc ſolo multos curatos ſcimus. *Aliud*. Maluæ agreſtis ſemen tenerum adhuc colligito, mundato, ac tundito, ſuccumque reponito, atq; eo aſſidue illinito. *Aliud*. Portulacæ ſuccum aſſidue illinito. *Aliud*. Oleæ æthiopicæ lachrymā cum aqua terito, & pauco adiecto ſtyrace miſceto, & imponito. *Aliud*. Vlmi lachrymam aqua diſſolutam imponito. Quòd ſi inueterati ſint lichenes, ſequentes

Aquentes cõpoſitiones adhibendæ ſunt: Albuci radicẽ aceto coctam, & tritam illinito. Viticis folia trita cum aceto imponito. Capparis folia trita cum aceto imponito. Rumicis hortenſis radicis cortícem ex aceto tritum, loco prius cũ nitro præparato imponito: Chamæleonis radicem aceto coctã, & tritã imponito: Cæterùm cùm ad lichenum curationẽ multa, & uaria medicamina exiſtant, particulatim de ſingulis tranſigam, initio è paſtillis ſumpto. *Paſtilli Lichenici.* Glutinis fabrilis drach. quatuor, alij duas habent: ſulfuris uiui drac. ij. chamæleonis drach. quatuor, thuris drac. ij. aceti heminæ dimidium: glutinum aceto diſſoluitur, deinde aridis adijcitur. Vſus tempore, quantũ ſatis eſt, aceto diſſoluito, calidumque imponito. In alijs exemplaribus ſingulorũ par pondus cõtinetur: *Alius.* Chamæleonis, ſulfuris uiui, utriuſque. ʒ. iiij. lachrymę oleæ æthiopicę ʒ. ii. thuris ʒ. i. aceti quantum ſatis eſt, iuxta alios, Alcyonij ʒ. ij: chamæleonis nigri ʒ. iii: pyrethri ʒ. ij. ſulfuris uiui. ʒ. iiii. thuris ʒ. iiij. glutini. ʒ. iiij. aceti acerrimi heminas iiij. *Alius.* Lachrimæ oleæ æthiopicæ. ʒ. iiii. ſulfuris uiui. ʒ. iiij. alcyonij. ʒ. viij. ſpumæ nitri ʒ. viij. alicæ aceto coctæ ʒ. viii. aceti, quod ſatis eſt. *Alius:* Alcyonij vſti ʒ. ij. chamæleonis nigri ʒ. iiij. radicis albuci. ʒ. iiij. ſulfuris uiui. * ʒ. ij. thuris ʒ. ij. pyrethri ʒ. ij. ſpumæ nitri ʒ. ij. glutinis ʒ. iiij. aceti, quod ſatis eſt. Porrò extenta iam affectione, & calloſa reddita, ſequentibus utendum eſt medicamen- * Aliter iiii.

B tis. *Humida ad Impetiginum affectus.* Miſyos peregrini, thuris, myrrhæ, aluminis ſciſſi, ſingulorum ʒ. *octo. aloes, ſulfuris uiui, utriuſque. ʒ. iiii: excipe paſſo, ut ſtrigmentitiam ſpiſſitudinem accipiant, & bis, aut ter in die præfrictis, illine: forinſecus autem conſeruandi pharmaci gratia, ve ſicę pelliculam, aut oui teſtam, aut uiridia folia quãtum ſatis eſt impone. *Aliud.* Miſyos ʒ. iiii. acaciæ ʒ. ii. ſquamæ æris. ʒ. iiii. ſulfuris uiui ʒ. vi. chalcitidis ʒ. viii. gummi ʒ. viii. aceti, quod ſatis eſt: in quo, ubi gummi diſſolueris, reliquaq; admiſcueris, amurcam iniice, & probè conquaſſata reconde, ac utere, ut dictum eſt. *Aliud.* Sulfuris uiui, thuris, myrrhæ, atramenti ſutorii, miſyos crudi, ſingulorum ʒ. ii. gummi ʒ. iiii. aceto, & cedrino oleo, quod ſatis eſt diſſoluito, eodẽque utere modo. *Ex ſcriptis Zeuxidis, Aliud.* Chalcitidis crudæ, miſyos crudi, myrrhæ amineæ, ſulfuris uiui, ſingulorũ æquales partes: gummi duplũ aceto diſſolutum: excipe oleo cedrino. Verùm cedrinum prius coquere oportet, uſq; ad mellis craſſitudinẽ. *Aliud Diodori.* Lachrymæ oleæ æthiopicæ ʒ. xx. gummi ʒ. xl. atramenti ſutorii ʒ. xvi. ſulfuris uiui ʒ. x: thuris ʒ. x. æruginis ʒ. x. acaciæ ʒ. x. myrrhæ aminææ: ʒ. x. aceti, quod ſatis eſt. Et ubi diſſoluta fuerint ſingula, ac læuiſſima reddita, excipe amurca condenſata, & repoſitis utere. Adnectantur porrò, & aliæ compoſitiones. *Illitio cocta ad Lichenas inueteratos, quæ citra vlcerationem perſanat.* Atramenti ſutorii, * *Al.* καρδάμου † *Aliter* προαπονίπτων αὐτοὺς, *i. prius ipſos abluens.*

C fœnigræci moliti, *cardamomi, ſingulorũ. ʒ. ii. melanthii ſeſquidrac. foliorũ caprifici ſeſquidra. aceti acerrimi, quod ſatis eſt, Lęuigata ad mellis ſpiſſitudinẽ reducito, deinde coquito, & poſtq; nigrum factum fuerit, & condenſatum pharmacum, tollito, illinito, † inſuperq; lichenas abluito. *Heraclidæ Tarentini illitio Lichenica, ſanat citra vlcerationem.* Polentarum ʒ. viii. glutini ʒ. vi. atramenti ſutorii ʒ. iiii. chalcitidis ʒ. iiii. ſulfuris uiui. ʒ. iiii. ſpumæ nitri ʒ. vi. alcyonii ʒ. iiii. myrrhæ aminęæ. ʒ. ii. aceti heminas iiii. *Dionyſii condiſcipuli, ſanat citra vlcerationem.* Farinæ hordeaceæ ſextarium unum, atramẽti ſutorii vnc. i. corticũ radicum rumicis ſylueſtris ſextarium unum, ſulfuris uiui vnc. i. myrrhæ ſeſquiunc. gummi vnc. i. aceti heminas vi. Rumicis radicem coquito, & ubi diſſoluta fuerit, extractam terito: hordaceã uerò farinam in reſiduũ liquorẽ coniecta coquito: atq; ubi rectè habuerit, reliqua iniicito, & ablatis utitor, *Illitio Socrationis cocta.* Farinæ alicæ ſextarios * ſex, ſulfuris uiui ʒ. xvi. miſyos peregrini ʒ. xvi. cimoliæ ʒ. xvi. chalcitidis ʒ. xvi. ſpumæ nitri ʒ. viii. alcyonii ʒ. viii. aluminis ſciſſi drach. viii. radicis albuci vnc. viii. myrrhæ drach. octo, thuris drach. octo, lachrymæ oleæ drach. octo, ammoniaci thimiamatis drach. octo: aceti * heminas tres. Alcyonium, & albucum in aceto coquito, ubi uerò ad dimidias redactum fuerit * Aliter iii. * Aliter ſextarios.

D pcolato, & in colamento ammoniacũ, myrrhã, thus, oleæ lachrymã, diſſoluito: deinde terito, aridaq; iniicito: alicã uerò in reſiduo liquore coquito, & diſſolutã reliquis adiicito, ſimulq; terito, ac utitor. *In alijs Collectaneis ſic habet.* Sulfuris uiui, miſyos peregrini, chalcitidis, ſingulorum ʒ. xvi. nitri, aluminis ſciſſi, alcyonii, radicis albuci, thuris, lachrymæ oleæ, terræ cimoliæ, ammoniaci thymiamatis, ſingulorũ ʒ. viii. aceti heminam unam. *Alia ualde efficax.* Aceti acerrimi ſextarios vi. farinæ hordei ſextar. * duos, mannæ ſextarium i. radicis rumicis agreſtis ʒ. xx. † ueratri albi ʒ. x. alcyonii drach. xv. cardamomi drac. iiii, terræ cimoliæ drac. viii, glutinis, ʒ, xvi, ſpumæ nitri drach. xvi. halicacabi uirgultorum viridium manipulum. Componito. Quandoquidem uerò multi pharmacorum, quæ illinuntur compoſitiones recuſant, amantq; magis emplaſtrorum impoſitiones, utpote quæ neque ſudoribus obortis diffluunt, neque reſiccata cutem circuntendunt, meritò etiam ipſorum præparationes ſubiungimus. * Aliter unum. † *In textu ſunt quinque, aliter octo.*

Emplaſtra Lichenica, quæ citra exulcerationem liberant.

Ceræ, picis coctæ, thuris, terebinthinæ, ſulfuris uiui, ſingulorum libræ dimidium: liquabilia cum aridis committito, *Aliud.* Thuris drach. viii. aluminis ʃ rotundi ʃ drach. viii. atramenti ſutorii drach. octo, ſulfuris uiui drac. iiii, glutinis ʒ, iiii. radicis chamæleonis ʒ, iiii: ceræ drach. octo, picis crudæ, heminas duas. Picem, & glutinum coquito, atq; ubi condenſata fuerint, cerã iniicito, aridisq; affundito, ac repoſitis utitor. *Aliud, Facit ad Lichenas eleuatos, adeo, ut reprimat ea, quæ*

quæ reſidua putantur. Mannæ thuris, picis, utriuſque. 3. octo: bituminis. 3. octo: ceræ. 3. octo, reſinæ E
pinus. 3. octo, ſulfuris uiui. 3. viij, olei cyprini parũ. Coquito ut dictũ eſt, & ſublatis utitor ĩ linteo
*Aliter lib. i. lũ, aut pelliculam tenuem infartis. ¶ *Aliud, citra ulcerationem remouet.* Picis brutiæ liquidæ † ſex-
tariũ unum, ℥ mannæ lib. i, ſulfuris uiui lib. i, farinæ lupinorũ. lib. i: pro conſuetudine componito,
deinde chalbani ſextantẽ adijcito. Eſt hoc ex valde probatis. Alia exemplaria farinã nõ habẽt,
neq; chalbanum. *Emplaſtrum Lichenicum Philotæ, citra ulcerationem ſanans. Exhibitum eſt à philota*
ſodali per uerſus ſcriptum. Chalcitidis aſſatæ, chryſocollæ, miſyos aſſati, ſquamæ ęris, diphrygis,
*Aliter vi. ſalis ammoniaci, terræ heretriæ, ſingulorum drach. * quatuor: ſulfuris uiui. 3. xii: atramẽti ſutorij,
floris lapidis aſij, ęris uſti, ſingulorũ. 3. vi: ſoreos drach. v, aluminis liquidi drac. iiij. Hęc omnia te
rito, deinde aceti heminis xij. affuſis, per dies v. ſub canicula Soli expoſita itidẽ probe terito, do-
nec pharmacum redditũ fuerit ęruginoſum, ficcumve. Porrò in alio mortario thuris uncia una,
myrrhæ ſextãs, aloes unc. j, ladani quadrãs, opopanacis * quadrãs, aceto diſſoluta ad ſtrigmenti-
* Al. ſextans. tiã craſſitudinẽ præparẽtur, atque ubi recte habuerint, ad ea, q̃ in Sole ęuigata ſunt, abiiciantur,
* Al. 3. iii. ruſuſq; teranť, addaturq; ariſtolochię rotundę & longę, utriuſque tuſę, & tenuiſſimo cribro ex
cuſſæ *. 3. j. Poſtquam uero iam trita emplaſtri formã acceperint, liqueſcibilia prius liquefacta
* Aliter vnc. i. aliter. 3. ii. & frigefacta inijcito. Sunt autem hæc ceræ. 3. cx, terebinthinæ. 3. xx, chalbani. 3. x, olei hemin. i. & F
probè emollitis ac repoſitis utitor. Hoc pharmacum duplicem aſpectum uidentibus exhibet. Cę
terum ſi affectio pertinacius perſeueret, & pharmacorum impoſitionem reſpuat, excoriatorijs
appellatis remedijs utendum erit: promptè enim ſuperficiem auellunt.

De excoriatorijs Lichenum.

Excoriatorium Lichenum, quo Pamphilus Romæ uſus plurima lucratus eſt, cum in urbe Mentagra
appellatus morbus inualeſceret. Squamæ æris drach. vj, auripigmenti drach. iiii, ſandarachæ drac.
iiij, æris uſti ſeſquidrach. ueratri albi ſeſquidrachmam, uentrium cantharidũ ſeſquidrac. Singu
la per ſe terito: deinde ſimul miſta, cedria excipito: & ad ſtrigmenti dẽſitudinẽ reducta, pyxide
æris cyprij reponito. Vſu autẽ expetente, nitro & aceto exiguo perfrictis lichenibus, pharmacũ
hoc cũ ſpatula illine, ac affrica: deinde interiecto ſpacio derade, rurſusq; pharmacũ impone: de
inde ubi bis uel ter hoc feceris, quo facilè deradi poſſit, rurſus imponere tẽta, illitis locis cũ ueſi-
cæ bubulæ, aut alterius cuiuſdam animalis pellicula intectis, hæc enim pharmacũ ne defluat cõ-
ſeruat, & alias leuis eſt: poſt pelliculæ autem impoſitionẽ, faſciola leuiter obligatum ſinito. Præ-
ſtiterit quidem per noctem adhærere, aut ſaltẽ ad aliquot horas, uſquequo bullas excitet ſaniẽ
complectentes craſſam & glutinoſam. Deinde uero lauare præcipimus, & in balneo morari: nã G
& hoc ad hanc curationem auxiliatur: ſit autem calidius balneum. Quo ſi quid uti prohibeat, fo-
mẽtum aquæ multæ calidæ adhibendũ eſt: quo deterſo panis ex aqua mulſa ſubactus cataplaſ-
matis modo imponatur. Porrò ubi ſordida iam facta fuerint ulcera, ſplenium emplaſtro uiri
di imponito, exigua parte de excoriatorio adiecta. Cæterum ſanie excluſa & nulla cruſtula ulce-
ri incumbente, ſplenium albũ imponito: atq; hac curandi ratione donec cicatrix penitus indu-
catur utitor, ſingulis diebus fomentum adhibens, & nouum ſplenium imponens. Poſt cicatricẽ
plene inductam, ſi qua ſuſpicio reliqua ſit eodem curationis ductu utendum eſt. Ante quam ue-
rò excoriatoria imponantur, circunſitas & vicinas licheni partes pharmaco aliquo inflãmatio
nẽ arcente in ſplenio excepto, integere, ac tueri oportet, nimirũ lichene ſua extrema linea ſem-
per parum quiddam ex ſanis corporibus effricante & inuadente. Hæc communis mentagræ cu
ratio eſt. *Aliud Excoriatorium Axiorij.* Squamæ æris drachmas ſex, atramenti ſutorij drach. qua-
tuor, cantharidum ſeſquidrachmã, ueratri albi ſeſquidrach. ſandarachæ drach. i. excipe cedria.

† *Al Phthuſci.* *Altud Apij * Phaſci, ad Mentagras, quod citra cicatricis ueſtigium ſanat. Facit & ad Alopecias inue-*
teratas. Cæterum alopecias in Sole, aut ad ignem illinito, & bulla excitata, ea acu perpungito,
ac humore excluſo, cum ceratis curationem perficito: poſt inductam enim cicatricem enaſcun- H
tur pili. Atq; hæc quidem in alopeciis: in lichenibus uero uelut prædictum eſt utitor. Pharmacũ
ipſum hoc modo hẽt. Sandarachæ. 3. ii. auripigmenti. 3. ii. ſquamæ æris. 3. ii. ueratri nigri drac. i.
elaterii drach. i. uentrium cantharidum. 3. i. excipe cedria. *Aliud.* Cantharidum drac. i. & dimi-
diam, ueratri albi tantundem, auripigmenti drac. duas, ſquamæ æris tantundem, atramenti ſu-
torii. 3. i. ſcammoniæ. 3. duas, * excipe cedria. *Aliud.* * Auripigmenti vſti drach. ii. ſquamæ æris
Aliter i. cyprij drac. vi. chryſocollæ drach. i. atramenti ſutorij drac. i, ueratri nigri drach. i. aluminis ſciſſi
*Aliter æris. drach. i. ſuccithapſiæ drach. i. ſcammoniæ drach. i. cantharidum drach. i. cedriæ, quod ſatis eſt.
Emplaſtra uiridia Lichenica. Poſt excoriatoriorum uſum emplaſtra uiridia, & alba imponere
oportet, quare rationabile eſt, & illorũ præparationes adſcribere. *Emplaſtrum uiride Pamphili.*
*Al. quadrantẽ. *Hoc vſus eſt Pamphilus in Mentagra poſt rupturam bullarum.* Ceræ lib. i. æruginis raſæ * ſexuncẽ, re
ſinæ frictæ lib. duas, olei cyath. iiii. aceti acerrimi quantũ ſufficit. Aeruginẽ cum aceto in Sole te
rere oportet: liqueſcibilia autem liquantur, & refrigerantur, ac deraduntur, liquidisq; adiiciun
tur. *Viride Demoſthenis.* Ceræ lib. ii. reſinæ frictæ lib. i. æruginis raſę trientem, mannę trientẽ, olei
æſtate cyath. iiii, hyeme cyath. vi. aceti quantum ſufficit. *Viride Herophili.* Aeruginis drach. ii.
mannæ drac. iiii. adipis uitulini drach. xii. chalbani drac. iii. ceræ drach. lxxx. reſinæ drac. uiginti.

aceti

A aceti, quod ſatis eſt. *Tryphonis antiqui emplaſtrum Euchorum à bono colore dictum.* †Aeris uſti trien tem, aluminis rotundi ſextantē, æruginis raſæ ſextantē, ſalis ammoniaci ſextātē, mannæ ſextan tem, ceræ lib.ij. reſinæ frictæ lib.ij. olei ſextantem, aceti, quod ſatis eſt. *Antonini emplaſtrum. Hoc Timocrates poſt Lichenas excoriatos imponit.* Ceræ. 3. c, colophoniæ. 3. cc. ſquamæ cypriæ. 3. xii. aluminis rotundi. 3. xij. æruginis. 3. xij. mānæ. 3. xii. chalbani. 3. xij. olei heminā * vnā, aceti, qđ ſatis eſt. Annectendæ his ēt emplaſtrorū alborum p̄parationes: nam his poſt uiridia utendum eſt mundis iā factis ab excoriatione ulceribus. Etenim cura habenda eſt, ut citra callū cicatrix in ducatur, atq; ea gratia eiuſmodi pharmaca in uſum ueniunt, q̄ multā ad tactum lenitatē inducunt.

* Al. Aeris uſt 3.iiii, alumiois rotūdi 3.iiii, æruginis raſæ. 3. ii, ſalis ammoniaci. 3.lj, mannæ &c.
* Al. heminas duas.

Emplaſtrum Album aquoſum appellatum. Hoc Magnus circulator uſus eſt poſt Lichenas excoriatos. Spu mæ argenti lib.j. ceræ tyrrhenicæ lib.i. olei ſextarium.j. ceruſſæ lib.j. aquæ ſextarium.j. Spumam argēti, ceruſſam, & aquā terito, atq; ubi læuigata reddita fuerint, paulatim oleū adſtillato, aſſidueq; terito: & poſtquā unita fuerint, in uas fictile trāslata igni imponito, aſſidueq; agitato: & ab ſorpta iā aqua, cerā inijcito, qua diſſoluta, in mortarium transferto: & emollitis repoſitis utitor.

Emplaſtrum Pancratiaſtarum, ſiue athletarum, Trypherum, idēſt delicatum appellatum. Facit item ambuſtis, ut citra cicatricis ueſtigium ſanentur. Spumæ argenti. 3. xxv. ceruſſæ. 3. xxv. plumbaginis

B lotæ. 3. xxv. ceræ. 3. xvi. terebinthinæ. 3. xvi. olei heminā unam, aquę tantundem: cōponito, ut dictū eſt. *Megetis chirurgi.* Ceruſſæ lib.ij. cerę lib.j. terebinthinę vnc.i. † ſpumę argenti lib.j. olei lib. iij. aquę ſextarios ij. componito.

† *Aliter ij.*

Diophanti ad ambuſta, & intertrigenes. Conſeruat & faciem roſaceo diſſolutum. Spumę argenti *torrefactæ. 3, xij. medullę ceruinę. 3. xvi. ceruſſę *torrefactę. 3, xij. cerę. 3. octo, terebinthinę. 3. octo, thuris drach. octo, olei heminas iiii. pro more componito.

* Al. ablutæ.
* Al. Ablutæ.

Manna emplaſtrum, medicamentum accommodatum. Spumę argenti. 3. c, ceruſlę. 3. c, cerę. 3. l. terebinthinę drach. xxv, mannę drach. xvi, aluminis ſciſſi drach. † xl, olei heminas ij, & dimidiam: compo nito, & repoſito utitor. Affrictis porrò, & extritis lichenibus à quocunque tandem medicamento, præſertim uerò ab excoriatorijs, ſubſcriptis utendum eſt.

† *Aliter viij.*

Compoſitio Menecratis, quæ Proteus excoriatorium appellatur.

Picis brutię pellucidę ſiccę, & electę drach. ij. & dimidiam, reſinę pinus pellucidæ lib.j. * & qua drantē, ceræ ponticæ tantundem, chalbani * quadrantem, aceti heminam unā. Liqueſcibilia ad ſplendidum ignē, donec non inquinent, coquito, deinde chalbanū adiicito: atq; ubi diſſolutum fuerit, ab igne ablatis, acetum paulatim inſtillato, aſſidueq; moueto, animaduerſione habita ne ebulliat: & inſumpto iam aceto, pharmacum in magnū mortarium transferto, ac diligenter te-

C rito, donec ad melinum colorem reducatur: deinde in pelliculam albam inſpiſſatam repoſitum ſeruato. Vſu uerò exigente, in pelliculas quantum ad integendos affectos locos ſatis, infartum imponito, & tertio quoque die ſoluito: nonnunquam uſque in diem duodecimum imponito, ita ut quatuor fiant ſolutiones. Hoc pharmacum ſquamas diſcedere facit, & corpora attenuat, ac ſolida facit ad conuenientes excoriationes.

* Aliter uel.
* Aliter 3.iii.

Quæ Archigenes in ſecundo Pharmacorum ſecundum genus Pharmaca ſcripſit ad Papularum in mento eruptiones, † & ad ficoſas eminentias.

Papularum in mēto eruptiones, ex myrti baccis, malicorio, argēti ſpuma, æris flore, paribus partibus exceptis, cum uino obline: in ficoſis uerò menti papulis, mentagris appellatis, & ab aliquibus lichenibus agreſtibus, ſiue feris, faciūt quidē robuſtiora ex ijs, q̄ ad lichenas relata ſunt: amplius aūt, & q̄ ad pſoras, & lepras deſcribentur. Mirabiliter uerò hæc compoſitio conuenit: atramenti ſutorij drac. j. ueratri nigri drac. j. auripigmenti drac. i. uentrium cantharidum drac. ij. quidam etiam obolos tres inſuper addunt, tritis utitor cum oleo, aut cedria, aut roſaceo, prę-

† *Aliter, tum alias tum ficoſas.*

D frictō prius loco: Fiunt. n. bullę, quibus per ſpecilli cuſpidē ruptis, rurſus affricato, quo penetrare pharmacum poſſit, & mordere: deinde poſt horam fomento adhibito, ceratum roſaceum imponito, hoc uſquequo ad cicatricem perueniat facito. Quod ſi primum non *expueret, iterū iterumq; illinito. Facit & ad lepras, & leucas, alopeciasq́ue, & pſoras, excellēter: *Heraclidæ Tarentini, ex libris ad Antiochidem, ad capitis, & menti ficoſos tumores, atque etiam alijs partibus eminentia ulcuſcula.* Elaterij, & ſalis pares partes miſceto, ac utitor: ſupernè uerò lini ſemen crudum ex aqua imponito, aut ficus paruas tritas. Eodem etiam ad *tubercula utendum eſt.

*vinceret.

*Aliter ſtaphylomata.

De Dentium affectionibus. CAP. 8.

EX dentium affectionibus aliquę ſanè omnibus euidenter apparent: Quemadmodum cùm perforati ſunt, aut denigrati, aut detriti: aut neq; frigida ferunt, neq; calida, ſed ex utriuſq; aut altero ſolo dolor eis contingit: Quędā" uerò nō manifeſtè apparent in ipſis affectiones, uelu ti cùm ipſe æger ſe ſentire dicit circa corpus dentis dolorem in profundo obortum. Quidam. n. contradicunt aſſerentes, cùm os ſit dens, eum citra dolorem affici, ueluti cùm aliquando prominentiores per limulam deterere cogimur, aut etiam ob aliā quampiam cauſam, de quibus paulo poſt mentionem faciam. Nunc enim citra rationalem, & naturalem demonſtrationē teſtimonium his perhibere uolo, qui ipſum dentem dolere aiunt. Etenim cùm ego aliquando dolerem, diligentē ſuper me ipſo animaduerſionē habui, utpote, qui iam audieram de hac dubitatione: percepi manifeſtè non dolentem modò, ſed etiam pulſantem dentem, quemadmodū carnoſæ

partes inflammatione uexatę conſueuerunt. Quare mirum mihi uidebatur, quod & hęc affectio E
quã phlegmonem, ſiue inflãmationem appellamus, in dente oriri poſſet, qui lapidem, & duram
ſubſtantiam habet. Atqui cùm ẽt alio tempore dentem dolerem, manifeſtè ſenſi non ipſius dẽ
tis, ſed gingiuarum dolorem eũ eſſe, inflammatis uidelicet ipſis, ut etiam citra coarctationem do
lerent: quin, & ob uicinitatẽ dentium natura durorũ, aucto dolore ob coarctationem. Quapro-
pter utriuſq; doloris ſenſum expertus, aliũ quidem in gingiuæ, alium in ipſius dentis ſubſtantia,
eſſe clarè ſcio: & id aſſerentibus teſtimonium præbeo, ꝙ ipſi aliquando dentes dolent. At uerò
nerui, qui ad radicẽ dẽtis enatus, & ſubſtratus eſt, dolorẽ aliquando fieri, neruo imaginationem
cõſuſam, & indiſcriminatã incertamve apud pleroſq; exhibente, tanquã ipſe dens doleat cõſen
taneum rationi eſt: nam & huius rei manifeſtum periculum aliquando in me ipſo feci. Et ſanè, ꝙ
remaneat adhuc parua doloris portio exempto dente, innaſcitur ob nerui inflãmationẽ, cùm
dolor nerui leuior tm̃ reddatur cũ ob id, ꝙ non amplius tendatur ob cohęrẽtiam oſſis extenden
tis, tum ꝙ liber factus reſpirationem quandam habeat, eumq; remedia, q̃ adhibẽtur, cõtingere
poſſint. Neq; enim per contactum, neq; per diſtributionẽ, poſſibile fuerit inflammatum neruũ
curare, utrinque à dentium locellis coarctatũ, & ab anteriori parte ab ipſo dente. Si uero liuidi
per oẽm ſuã ſubſtantiam facti appareant dentes, nihil mirum eſt ipſos quid inflammationi ſimi F
le pati. Cui rei ex eo quis amplius fidẽ habeat, ꝙ ex nutrimento ferè per omnẽ animantis ætatẽ
incrementũ accipiant. Id quod euidenter ſæpenumero apparet in ijs dẽtibus, qui exemptis op
poſiti ſunt, utpote qui ſemper augeſcunt: quantum uero augeſcunt, tantũ in ciborum manſu de
teruntur. Cum uero impoſſibile ſit incrementum accipere citra nutrimentum, omnino duabus
affectionibus, & his contrariis obnoxij erunt, inopiæ uidelicet, & redundantiæ alimenti, qđ eis
ſuppeditatur. Inopia igitur aridiores & macriores, alimentumq; non ſentientes, & ob id tenuio
res eos reddit: redundãtia uero conſimilẽ in eis affectionem excitare poteſt, qualis eſt circa car-
noſas partes inflammatio. Eius igitur curatio fiet iuxta eundem ſcopum, quẽ habent propoſitũ
qui inflãmationes curant: qui ſanè eſt ut redundantia euacuetur, partim diſcutiendo, partim eã
repellendo. Cæterum tenuitatis dentium ob alimenti inopiam remedium nullum eſt: laxari.n.
tunc & moueri ipſos neceſſarium eſt, compage ipſorum laxiore facta, cum non ſolum ipſi den-
tes, ſed & locelli eos cõplectentes ſint attenuati. Hæc itaque affectio † ſenibus accedit citius aut
ſerius, uelut etiam magis aut minus: quæ uero proportionem ad inflãmationem habet magis iu
uenes corripit. Auxiliari tm̃ etiam ſenibus oportet, auxilio gingiuis exhibito: ita autẽ appellantur
carnes quæ dentes comprehendunt, ubi primũ è locellis emergunt. Ipſas itaq; adſtringentibus G
medicamentis robuſtiores, & magis circa dẽtem adſtrictas, facere oportet, tanquã q̃ & ipſæ ali-
quid faciant ad ſtabilitatem, ac firmitatem dẽtium, quæ ob exactam compagis ipſorũ congluti-
nationem contingit. At uero foramina dentium ex humorum acrium, erodentium influxu per
ficiuntur, uelut ulcera in cute citra externã cauſam. Verum in cute id aſſidue & multis: in oſſibus
raro cõtingit, quanto uidelicet minus, quã cutis, noxæ expoſita ſunt ob duritiẽ naturalẽ. Mani-
feſtum igitur quòd eroſorum corporũ medela erit per reſiccationem uitiati influẽtis humoris:
qui ſi paucus fuerit, localibus auxilijs ex reſiccantibus pharmacis cõtingere medela poteſt: eorũ
uero materiã paulo poſt dicemus. Si uero multus influens humor fuerit, uniuerſi capitis ratio ac
prouidentia habenda eſt: atque ſi ipſum quandoque propter totum corpus affectum ſit, ẽt reli-
qui corporis cura habẽda erit. Porrò eroſos dentes, qui id mali p̃ mollicie, perpeſſi ſunt, redde
re oportet duriores & affectioni minus obnoxios, atq; id ꝑ auſtera & acerba medicamẽta. Cæte
rum liuidos redditos per reſiccantia curare oportet, ut qui ex humorum uitiatorum influxu id
patiantur. Simili igitur curatione indigent cum perforatis.

† *Additur in antiqs,* ἐξανά γκης, *id eſt ex neceſſitate.*

De Gingiuarum curatione. CAP. 9.

GIngiuis ex inflammatione dolentibus optimum pharmacum eſt oleum lentiſcinũ calidita H
te temperatum ore retentum. Sit autẽ recens, nam uetuſtius tanto recẽtiore peius eſt, quan
to ætate antecellit. Imponatur autem uaſculum, in quo calefit lentiſcinũ, in aliud maius uas, qđ
ſatis aquæ calidę complectatur: Maximopere itaque inflãmationi gingiuarũ hoc conducit. Nec
uero minus etiam ſi iuxta aliam quandam partem, cum pelliculæ linguam ambientis, tũ ſuccin
gentis totum os, aliquis dolor ob inflammationẽ oriatur, dolorem ſedat lentiſcinum: repellit.n.
citra moleſtiam & abſque aſperitate, quam pleraq; auſterorũ habẽt: diſcutitq; citra mordacita-
tem, cuius rei inflãmatis præcipuus uſus exiſtit: Quidã uero medici cõmuni quadã falſa ratioci-
natione utentes inflãmata lædunt. quare ea re ſemel perpenſa de cætero uitare oportet. Exiſti-
mant.n. ſi adſtringentia ſolũ, id quod influit repellendo, inflammatis proſunt, atq; aliquando ẽt
quid ex contento circa inflammatam partem, ad uenas membrũ ipſum nutrientes exprimẽdo,
ueriſimile ob id eſſe, id quod amplius adſtringit, amplius prodeſſe: eodem modo etiã id quod
magis digerẽdo diſcutit, magis auxiliari opinantur, quã ea, quæ moderate idẽ præſtant: nõ ani
maduertẽtes, quod alterum ipſorum intenſum inflammatis doloroſum exiſtit. A uehemẽter.n.
adſtringentibus partes ſimile quiddã contuſioni perpetiuntur, nimirum cum ſubſtantia ipſarũ
uiolenter condenſetur: ab acribus uero eroſioni quid ſimile contingit. Merito igitur moderatũ

in utraq;

A in utraque facultate immoderatis præfertur. Hæc igitur ſufficienter mihi præfatus uideor, Cæterum de affectionibus citra dolores deinceps narrabo. In dolore dentiũ citra gingiuarum inflãmationem, aliquando in ipſo proprio dentium, ueluti dixi, corpore, aliquando uerò in neruo dolorem fieri contingit. Vehementiſſimis igitur opus medicamentis, ſiue quis repellere, ſiue diſcutere uelit doloris cauſam, ſiue humor ſit, ſiue flatus uentoſus. Et propterea ſane pleraq; ipſorum ex acerrimo aceto præparantur. Adſcribam autem ex ordine, quę aliorum relatione nobis tradita ſunt, initio ab iis, quæ Archigenes tradidit ſumpto.

Quæ Archigenes ad dentium dolores conſcripſit.

¶Dolentes dentes colluant acri aceto calido cũ galla. Aut halicacabi radice, cũ aceto, & galla: Aut pinguibus tædis in aceto feruefactis: Aut myrti remulis, & galla cũ pice in aceto tepefactis: Aut hyoſcyami ſemine, & foliis cum aceto: Aut cedria, uel ꝓpoli, uel nardo, uel ſolano. Aut ſucco eius, uel cappari, uel aliis, uel myrti ramulis, ſiue in aceto, ſiue uini fęce calida feruefactis. Aut polii folijs, uel ipſa herba, uel agreſtis cucumeris radice, uel marrubio, ſingulis cũ aceto, pipere, & nitro: Aut radice chamęleontis eodẽ modo: Aut hyſſopo, uel ſtaphide ſylueſtri, uel ruta cum uino: Aut pulegio, cũ aceto mulſo: Aut platani pilulas, uel roſas aridas, in uino albo ad ter-
B tias coquito: & uinum in fictili ſeruato, eoq; aſſidue dẽtes colluito. Eodẽ modo utere pẽtaphylli ſiue quinquefolij, quæ ab aliquibus eupatorium dicitur, radice cocta ex uino, aut pulegii large cocti decocto: Aut cornu cerui in poſca coctum colluito: Aut braſſicæ cauliculos tres, & foreos 3. ij, in aceti ſextario uno ad tertias coquito, & colluito. Egregie uero facere fertur ranæ in aqua & aceto probe coctæ decoctum diutius ore retentum. Mirifice facit dens caninus uſtus, & tritus, deinde cũ aceto coctus, & ore retẽtus: Aut malicorio, & galla aceto incoctis utitor: Aut ſquilla ex aceto calido: Aut ſquillæ medullã in minutas partes diſſectã ſub libræ unius põdere, & in aceti ſextarium iniectam, in uaſe fictili condito, ac inueterari ſinito, uaſe in aſinino ſtercore ad dies xxx defoſſo, & utitor: Aut aſinino lacte colluito: hoc & eos, q̃ mobiles ſunt corroborat: Aut halicacabi corticis, & tædę in aceto extinctę, decocto large ĩcocto colluito. Aut cornu cerui in acido garo incoctum colluito: aut idẽ ex aceto colluito: Aut tithymali radicẽ in uino ad dimidias coctã colluito: Aut hyoſcyami radicẽ aceto mulſo coctam colluito: Aut tædarum ramenta, mali corium, alumen rotundum ſiue ſciſſum, in aceto, ad tertias coquito, ac tepidũ colluito: Aut helxines radicẽ in aceto ad tertias coctã in ore detineto: at ubi os ſaliua refertum fuerit, eo aperto effluere ſinito: Aut allium, & arũdinem alexandrinam acerrimo aceto feruefactam colluito.
C Aut hyſſopum, aut thymum, aut origanum, per ſe, & ſimul aceto cocta colluito: Aut pyrethrum cũ hyſſopo, & colocynthidis medulla, ſimiliter in aceto coquito: liquoremq; ex eis longo tẽporis ſpatio in ore contineto: Aut colocynthidẽ uino calido macerato, & diutius ore teneto: multã enim pituitã ducit, & dolorẽ leuat: Aut alliorũ, & erucæ ſeminis, ac nitri decocto collue: Aut ranunculũ in uino coquito, & præmundato prius dente colluito: aut ſycamini hoc eſt mori, arboris lac in uinũ infunde, ſimulq; lanas ſuccidas in ipſum exprime, tepefac, & p lanas ſordidas maxillæ infunde: extrahit pituitã, & dolorẽ tollit. In his oĩbus Archigenes catalogũ fecit pharmacorum incidendi, diſcutiendi, ac calefaciendi ui præditorum. raro aliquid ex acerbis admiſcẽs, quale eſt ipſa galla. Porrò cũ ſemel tm̃ ſolanum poſuerit, miratus ſum cur id admiſceri uelit cum nulla ratione iuuare poſſit, præterq̃ ea, iuxta quã colica pharmaca proſunt, ſtupefaciendo uidelicet doloris ſenſum. Quid igitur amplius parabilium Apollonij relationem faciam, cũ parum abſit quin oĩa comprehenderit Archigenes? Q̃quidẽ uero Apollonius ipſe quibuſdã à ſe traditis teſtimonium præbet, tanquam è ueſtigio ſedantibus dentium dolores, uiſum etiam mihi eſt illa ipſa adſcribere ſecundum ipſius Apollonij uerba, quæ hoc modo habent.

Apollonij, e ueſtigio dolores dentium ſedat.

D ¶Alliorũ nucleos v, thuris maſculi obolos iij, myrti ramulos lõgitudinis duorum palmorum duos, ex his folia decerpta per ſe terito, ſimiliter & alliũ, & thus: deinde ſimul oĩa in nouã ollã conijcito, & aceti heminã i, ſuperfundito: ac coquito ſpatula ex tęda agitando, donec ad dimidias redigat: atq; ita tepido utitor. Oportet ãt liquorẽ hũc in dolẽte parta ad multũ tps tenere, donec lquor ipſe cõſumat: Cõmodũ eſt, & ante hoc balſami ſuccũ colluere, aut corticem impone re ſuper dolẽtẽ dentẽ: qui ſi nõ adſit, panacis ſucco contuſo, inde defluentẽ liquorẽ inſtillare.

Poſt prædicta, Archigenes remedia perforatorum dentium cum dolore & abſq; dolore conſcripſit in hæc uerba.

Oblitionibus porro, & epithematis eiuſmodi utitor. ¶Sory ægyptiũ reſina terebinthina exceptum obline, idemq; cauernæ inde: Aut compoſitionem ex duobus piperis generibus inde, nardino, aut roſaceo diſſolutam, & maxime amygdalino: quin & in aurẽ eiuſdẽ partis inſtilla, ſumme facit. † Aut gallam læuigatã, aut lycio, aut reſina terebinthina exceptam, obline præpurgato dente: Aut pulegij comam tritã denti indito: Cæterum in maximis dẽtium doloribus ſum me facit hoc: Anguis ſenectam exurito, & cum oleo ad mellis ſolidi ſpiſſitudinẽ redigito, ac dentẽ prępurgatum ex eo integito, omniaq; circũſita oblinito, itemq; cauernis indito: aut ſenectam anguis non uſtam dentibus apprimito, & excident. Aut uermes terrenos toſtos cauernæ

† *Hæc omiſerat interpres. Aut ſulphur ignem non expertum cum lycio exceptum, cauernæ inde, aut obline, præpurgato dente.*

præmundatæ inſperge.aut araneorum oua unguẽto nardino diluta inde. Aut melanthium tor- E
refactum cum oleo obline:atq; ubi parum per concluſo ore tenuerit, pituitã collectam reiicere
iube:Aut piper,uel canchry,hoc eſt roriſmarini ſemẽ,opio exceptum in cauernam inde.Porro
ubi ueluti inflãmatione correpti fuerint,nitrum rubrum,& oſſium perſicorum nucleũ unita re-
ſina excipe dẽtẽ ex eis intege,ac donec*deciderint ſine:in cauernam uero piper,ſpumam nitri,
*Al.ἀποτακῆ. i. liquata fae-rint. & chalbanum,cum melle inde:Aut ſtrigmenta,cum pipere eodem modo:Aut pyrethrum cum
myrrha:*Aut ſuccũ cyrenaicum,& piper æquali põdere,cũ chalbano:Aut melanthiũ, & allii di
*Al.myrto. midium eius,ac parũ ſalis ſimul trita obline:dolorem tollit: aut blatæ piſtrinariæ auulſo capite
adipem cum roſaceo calefactum, & in aurem inſtilla, & in cauernã inde:aut gallã tritam cũ ce-
dria adhibe:Aut in aurem denti uicinã oleum ſeſaminũ,in quo uermes terreni cocti ſunt, inſtil-
la.Verum ipſo dolente dente hyoſcyamũ conterant:aut hederæ albæ cacumina quinq; cum ro-
ſaceo terito:& in mali punici putamine tepefacta,bis aut ter in die in aurem uicinam inſtillato.
Quin & ipſe fructus, cum uino tritus, denti illitus iuuat. Cæterum his relatis Archigenes etiam
hæc ſubdit.Summe facit cruentatis gingiuis,alumen liquidum duplo aloes pondere addito ad-
motũ:aut alumen ſciſſum,& myrtum tenuiſſime trita affricato. Vbi uero reſtrictæ fuerint, melle
ipſas illinito:Aut nucleorum oſſium,ſiue macherarũ perſicorũ partes ij, myrrhæ partẽ i,p̃mun- F
dato denti indito:à dolore liberat. At uerò perfractis, & dolentibus dentibus cauterium ignitũ
admoueto. ¶ *Apophlegmatiſmi pituitam extrahentes*. Poſt prædicta uero Archigenes ita ſcripſit.
Apophlegmatiſmi optimi ſunt in dentium dolore.Staphis agreſtis per ſe, & cum pulegio man
ducata:aut quod intra gallam eſt nigrum,dolenti dente cõterat,ſinatq; pituitam effluere:in op-
poſitam autẽ aurẽ duos hederæ corymbos cum roſaceo tritos inſtilla: aut myricæ fructus. ʒ.ii,
ſpumę nitri.ʒ.j,aluminis paulũ,alliorũ nucleos v,myrti folia pauca,cum aceto ad dimidias co-
que,ſpatula extæda agitando:idq; decoctum colluendum,ac ore continendũ præbeto: deinde
hiante ore pituitam effluere permittito:& poſt hoc,roſaceo ore colluto, ptiſanã ſorbendã exhi
beto,Si uero ex colluendo aliqua circa os ulcerata fuerint,croco,& roſarum ſucco inungito.
De Fomentis.Fomenta ad dentiũ dolorem faciunt,forinſecus ex ſale torrefacto, & milio in ſac-
culos cõiectis:aut per ſordidos panniculos probe calfactos.Quin & Epithemata conducunt ci-
tra aquam apparata,uelut ſunt,quę ex hordeacea farina fiunt,ſiue ex ſemine lini.Ipſius uero do
lẽtis dentis fomentũ hoc mõ adhibeatur. Origani aridi ramulũ in feruẽs oleum tinctum dolenti
denti ſuperne affricato:Aut ricini cauliculũ eodẽ modo: Aut ſtaphidẽ agreſtem ſtilo cuipiã acu
to infixam,eodem modo: Aut cera dolenti dẽti impoſita,ſpecilli extremũ calidiſſimum aſſidue G
adhibe:Aut opopanacẽ,& peucedani ſuccum unita linteolo illigato,& in feruenti oleo liquefa
cito:cum uero inceperit feruere pharmacum,denti imponito,& cum ſpecillo apprimito: utere
manè,& ueſperi. At in vniuerſum oĩ fomento cũ forinſecus,tũ intrinſecus ante cibum, nec non
poſt cibum,haud admodum multo temporis ſpatio ad cibum rurſus ſpectãte,utere.Cæterũ ſpe
cies fomenti,& hæc eſt:Dentẽ ualde bene prępurgato,& ęgro contecto,ac hiare iuſſo,hyoſcya
mi ſemine ſuffito:Quod ſi ad nullum prædictorum malum ipſum cedat,& dolor uehementer p
ſeueret, tenui terebello dentẽ perforato, ac dictis remediis utitor:hoc.n.modo magis prodeſſe
conſueuerunt.Si uerò neq; ſic profeceris,& uideatur dens tollẽdus eſſe,citra dolorẽ tollere poſ
ſis ualde conuenienti pharmaco hoc:Pyrethrum acerrimo aceto ad dies xl cõdito,terito,& re-
ponito:uſu uero exigẽte,reliquis cera obturatis, & probe munitis, ipſum dolẽtem p̃mundatum
hoc pharmaco integito:deinde hora ĩterpoſita digitis extrahito,aut ſcalpello exigito:Aut ſori,
cum acerrimo aceto ad multos dies imponito,& excidet:aut plumbaginem tritam cerato exce
ptam imponito.Educunt fortiter tithymali ſuccus,& ſori cum chalbano impoſita.

De ijs quæ Apollonius ſcripſit in primo Parabilium.

Primũ quidẽ eorũ caput,ſunt collutiones dentium doloribus conferentes,quę nihil amplius H A.l.3.fol.54. f.148.c
habent ijs,quæ Archigenes tradidit.Secundo loco refert,quæ ad eroſos dolentes dentes impo-
nantur,& indantẽ.Tertiũ locũ obtinent fomenta,& uſtiones.Quartum ſuffitiones ad dẽtiũ dolo
res.Quinto habẽtur cõmanducationes,& purgationes.Sexto gargariſſationes.Septimo poſtre
mum capite ea ſcripſit,quæ in dolore dentium auribus infunduntur:quorum nullius mẽtionem
facere uolui,cum ſi quis ea expetat ex libro illius petere poſſit,qui nõ adeo difficulter parabilis
exiſtit.Ego ſane ijs,quę Archigenes prodidit contentus fui,Cum uero Apollonius,quę naribus
infunduntur conſequenter tradat,uiſa ſunt mihi etiam ea ipſa apponenda eſſe.

Quæ in dolore dentium naribus infundantur, ex Apollonio in primo parabilium.

¶Radicis betæ ſuccũ per ſe in naſum inſtillato,& ſolues dentiũ dolorẽ.Cumini quantũ tribus
digitis apprehendi poteſt,& myrrhæ magnitudinẽ fabę,& duplũ interioris cucumeris terito,&
lacte muliebri miſta in collyria redigito,eaq; in utrãq; narẽ indito:atq; ita attrahere iubeto,do
nec quis quinq; ſtadia percurrere poſſit:deinde pharmacũ emungat.Idẽ ad auriũ dolorẽ facit.

Ne eroſi dentes uacillent, neque fœtorem faciant.

¶Veratrum nigrũ erui magnitudine melle cocto exceptũ cauernis inde. ¶ *Ad dentes denigra-*
*Al. καλβάνην. *tos*. Teſtam* Callainam aſſatam,ac tritam dentibus affricato. Hoc etiam gingiuas corroborat.

Aliud

A *Aliud.* Sal foſſile melle ſubactum in teſtula torreto,terito ac modica myrrha admiſta ſimiliter affricato. *Aliud.* Pulegij partem unam,ſalis tantundem,melle ſubacta in eodem,donec in carbonē tranſierint,torreto,ac trita dentibus affricato. *Aliud.* Caricas exurito,ac terito,modicaq; nardo,ac melle admiſto utitor: hoc & gingiuas comprimit. *Aliud.* Polentam acerrimo aceto ſubactam exurito,ac tritam dentibus affricato: hoc & gingiuas fortificat. *Aliud.* Alabaſtri uſti.ʒ.viij, pumicis uſti.ʒ.quatuor,ſalis torrefacti.ʒ.tres,tritis eodem utere modo. Ab horum uſu colluſione utendum eſt,uino odorato,in quo ad multum tempus iris ſicca fuit macerata.

Quæ Aſclepiades in primo Externorum ad dentes ſcripſit.

Heraclidæ Tarentini ad motos dentes.

¶Vtendum eſt ſpodio cyprio,ut per id gingiuæ cōprimantur: itemq; uerba ſci radicibus coctis: poſtea ablutio fiat ex aqua myrti,aut rubi,aut lauri: deinde ſpodio rurſus admoto,quies præcipiatur. *Aliud.* Veratri nigri manipulum,radicis mādragorę.ʒ.iiij,radicis hyoſcyami.ʒ.iiij,in uas fictile conijcito,& uini chij, aut coi quàm optimi heminas tres ſuperfundito,ac ad prunas lucu-
lentas ad dimidias coquito,indeq; liquorem excolatum ore retinendum præbeto. *Aridum ad motos dentes.* Terebinthi fructuū torrefactorum.ʒ:octo,*aluminis ſciſſi uſti.ʒ.†viij, balauſtij.ʒ.ii, * Aliter ii.
B gallarū.ʒ.i,croci:ʒ.i,myrrhæ.ʒ.i.tritis utitor. *Aliud.* Cornu cerui uſti.ʒ.viii,rhois rubri,ʒ.iij,om- † *Al.ij.*
phacij ʒ.ii.balauſtii.ʒ.iiii, corticis pinus.ʒ.i, myrrhę Amineę.ʒ.i:tritis utere. *Collutio ad Molarium dolores.* Radices ſmyrnii,cum aceto mulſo coquito,& excolatum liquorē ore tenēdum exhibeto.¶ *Aliud.* Rumicis agreſtis radicē,& platani pilulas ex aceto mulſo coquito, atq; ut dictū eſt exhibeto.¶ *Commanducationes ad Molarium dolores.* Canchryos.ʒ.ii,origani.ʒ*ii.piperis albi. *Aliter.j.
ʒ:i,myrrhæ drach.ii,uuę paſſę albę,aut alterius quam pinguiſſimę ſextarij dimidium. Vuam paſſam diligenter tundito, myrrham uero melle diſſoluito:arida autē tūdito,ac tenui cribello cernito:poſtea vuę paſſę,ac myrrhę adijcito,miſcetóque,ac inſtar malagmatis emollito. Vſus uero tēpore,nucis ponticæ magnitudinem commanducandam præbeto. Poſtquam uero collecta pituita fuerit,ægrum hiare,ac pronuere oportebit,quo liquor facile profluat: quo facto,uinū colluere iubeto. *Aliud.* Vuæ paſſæ pinguis exacinatæ ſextariū dimidium,piperis albi acetabulum, grani cnidij.ʒ.ii,ſpicæ nardi.ʒ.ii,caſiæ.ʒ.unam, pyrethri.ʒ.ii,myrrhæ.ʒ.ii,apparato,ac utitor,ut dictum eſt. *Ad corroſos dentes præſeruatiuum. Per huius uſum conſeruaui eroſos dentes abſq; dolore.* Zingiber,cum aceto mulſo coquito,ac probe terito:indeq; in cauernā indito,foris dentē ex eo integito: *Aliud.* Hederæ lachrymā chalbano miſceto,aut tithimali, ſiue ficus ſylueſtris,ſucco diſ
Alſo a.t. C ſoluito,ac utitor,ut dictum eſt. *Aliud" dolorem tollens, ad dolentes, & eroſos dentes, Conducit itidem tuſsi.* Succi papaueris.ʒ:ii,piperis albi tuſi,& cribrati.ʒ.i, myrrhæ drach.ii, ſtyracis.ʒ,ii,chalbani drach.i,paſſi,quod ſatis eſt his excipiendis: contundito ſimul,& catapotia formato,dentiq; circumponito,& cauernæ indito. *Aliud.* Succi hyoſcyami.ʒ.ii,myrrhæ.ʒ.ii,opii.ʒ.ii,chalbani.ʒ.ii.ſtyracis.ʒ.ii, zingiberis.ʒ.ii, piperis drach.i,ſucci ſyriaci tantundem, paſſi quod ſatis eſt: præparato,ac utitor ut dictum eſt.

Molare emplaſtrum bonum, quod in multis miraculo fuit.

Lachrymæ oleæ.ʒ.unam*myrrhæ.ʒ.ii, ueratri nigri.ʒ.i,balſami liquoris.ʒ.i, ſtyracis.ʒ.i,piperis.ʒ.i,hyoſcyami.ʒ.i,ſucci papaueris.ʒ.i, caſtorii ob.iiii, chalbani.ʒ.vi, ſucci cyrenaici.ʒ.i, ſucci carpaſi.ʒ.i,panacis.ʒ.i,ſagapeni obolos iiii,pyrethri obol.quatuor, ſtaphydis ſylueſtris.ʒ.ii,cedriæ quod ſatis eſt,quo emplaſtri formam acquirat. *Aliud,* Sulfuris uiui.ʒ.iiii,bituminis drach.ii, amurcæ olei drach.iiij,picis liquidæ.ʒ.octo,cedriæ.ʒ.xii,piperis longi drac.*quatuor,opii.ʒ.iiii, *Aliter.ij.
pyrethri.ʒ.iiii,ſtaphydis ſylueſtirs drachmam unā,ueratri nigri drac.i,grani cnidij drac.i,opo panacis drach.i, picis aridæ lib.i. Arida aceto excipito, deinde liquida affundito, ac ablatis utitor. Ex pharmaco hoc molaris dens eſt integendus.

D *Ad dentes, qui peſſum eunt, ut citra dolorem excutiantur.*

Pyrethrum in acetum coniectum ad dies iii,aut iiii.ſinito,deinde terito,& male affecto denti imponito,uicinis dentibus optime præmunitis,eodemq; diligenter præmundato,ita ut p duos aut tres dies dentem ex hoc pharmaco integas:ita enim citra dolorem excutietur. *Aliud.* Cucumeris ſylueſtris radices eodem modo,ut pyrethrum præparato,ac utitor,ut dictum eſt.

De Mobilibus dentibus, ac prominentibus.

Relatum à me etiam ante eſt,q̄ ob ſenilem ætatem aliqui dentes reſiccati mobiles fiunt,modicum oīno auxilium ex adſtringentibus pharmacis, quibus gingiuæ coarctantur, ferentes. Refertur autē,& nunc,q̄ aliqui ex plaga mobiles fiunt. Quidam uero etiam citra plagam:in quibus coniecturam facio neruum, qui ad radices ipſorum adnatus, & ſubſtratus eſt,per multam humiditatem rigatum,laxatum eſſe,& ob hoc reſiccantibus medicamentis ad curationem opus eſſe. Poſtquam autem motos dētes reliquis prominentiores factos,uidebam & maxime cum ex plaga id eſſent perpeſſi,uiſum eſt mihi eos lima atterendos eſſe in tantum,quantum ſuper reliquos prominent,ne ſcilicet oppoſitos ſibi offendant tum in loquendo,tum in manducādo:atq; ſane repperi experimentum mihi fauens,ac teſtimonium præbens. Ferream itaque limulā,quo celerius opus ſuccederet,feci, multæ enim aggreſſiones dentē mobilē faciunt:cui quiete,& minimo

motu opus eſt, ſi ſaltem ſtabiliri debeat: Quandoq; igitur eminentiæ inæquales apparent in den E
tibus, & iuxta aliquas tantum partes lima opus habent. Aliqñ uero æquales ſunt extremitates,
& æquali ſimiliter lima indigent. Oportet aũt gingiuis lenteolum molle uſq; ad radices dentiũ
circũdare, deinde cum digitis ſiniſtræ manus leniter amplecti, ſimulq; tute, & citra cõpreſſionẽ
ne cõcutiatur cui limã adhibemus, atq; ita chirurgiam aggredi. Quòd ſi dolorem percipiat, dũ
limula admouetur, & affecta pars digitis uehementius non contingitur, quieſcere quidẽ ab ope
re ſtatim conuenit: Vbi uero ex pharmacis † quæ poſt referentur, § interea aliquid * exhibuerimꝰ,
rurſus, ut dictum eſt aggredi, iterumq; modice ceſſare, donec extremitates circa dentes deteran
tur: atque id non prima tñ die bis ter, ſed etiam ſequenti faciendum eſt: ac imperandum ægro
ut neque loquatur, neq; durum aliquem cibum accipiat: Vtatur autem alimento ſucco ptiſanæ,
& ſorbitione ex alica, & pane madido, atq; aliis ad hunc modum mollibus. Cæterum materiei
ſylua, quæ motis dentibus commoda eſt, talis exiſtit.

* *Aliter dixit quæ dicta ſunt.*
* *Intulerimus.*

Ab Archigene ſcripta, quæ mobiles dentes corroborant.

† *Aliter lentiſci.*

¶ Mobiles dentium ſtabilire uolens, myrrhæ, pompholygis † aluminis ſciſſi, § amyli, æquales
ſingulorum partes tritas admoue. Aut oliuarum albarũ ſuccum, & rutã, melle miſta affrica: de-
inde nardum, cum alumine liquido obline. Aut alumen rotundum cum duplo ſale dentibus ad- F
ſperge. Aut aluminis ſciſſi, & miſyos æquales partes, cum cedria ad cerati liquidi ſpiſſitudinem
redactas dentibus obline, & pituitam defluere ſine. Quo facto, aſininum lac colluant calidum,
aut acetum, aut uinum in quo malicorium, & galla ſunt incocta.

Ad debilitatos dentes tum alios, tum molares.

¶ Mel, ceram, æquis portionibus ad Solem calida aqua diluito, & picis dimidium admiſceto, ac
ad emplaſtri formam deducito, atq; manducanda exhibeto. Quòd ſi aridum ſit pharmacum, pa
rum olei addito. Summe facit, & maſtiche chia commanducata.

§ Adſtuporem dentium §

¶ Cæterum in dentium ſtupore portulacam manducent. Aut oleum calidum ore contineant.

De Dentitione puerorum, ut Archigenes ſcripſit.

¶ Infantibus qui dentiunt, ſi doluerint, canino lacte gingiuas obline. Aut ſi leporino cerebello
infantis gingiuas illeueris, cito dentes proueniunt.

Amuleta dolori dentium reluctantia, quibus fidem deberi putant, hæc ſunt.

Si batrachii ſiue ranũculi folia ei, q̃ dẽtẽ dolet, in eiuſdẽ partis brachiũ impoſueris, dolore q-
dẽ liberabit: brachiũ aũt exulcerabit, cuius curã prout conuenit facies. Si verò infans cui dentes G
* παλαιοῦ. aliter παλαϊκου. ꝓuenire incipiũt, dolores habeat, * veteris cochleæ cornu pelliculæ illigatũ ꝓ amuleto appẽde.

De Doloribus gingiuarum.

Gingiuis dolentibus colluliones fere eædẽ faciunt, quæ ad dolores dentium ſunt deſcriptæ:
Magis tamen proprie facit acetum, cui hyoſcyami radix eſt incocta. Verum inflãmatis gingiuis
alumen, cum ſalis quarta parte tritum admoue: poſt morſum uero perceptum, uino, aut foliorũ
oleæ decocto ipſas colluant. At uero fluxione laborantibus gingiuis, & corroſis, cum tumore, &
dolore, & per nomen depaſtis, p̃clare cõducit fomentũ, qđ ſit ꝓ auriſcalpium, cui lana obuolu-
ta eſt, in feruens oleum tinctum, & gingiuis uſquequo exæquentur admotum, & donec circum
circa albæ reddantur: ita.n. ſiſtitur nomẽ, & ex ſana carne id, qđ corroſum eſt, cõnutritur: poſtea
uero affrictionibus utere, & iis, quę ad dentes ſunt deſcripta. Proprie aũt conuenit galla tenuiſſi
me trita acetabuli menſura, cum myrrha magnitudine fabæ: tritis itaque, ac læuigatis utitor.
Quod ſi enaſcens dens difficulter oritur, & pungit gingiuam, cyperum, cum butyro, & unguen-
to ſuſino iuxta exortum illinito. Cæterum in epulide, hoc eſt ſupercreſcente ex inflammatione
carne, atramentum ſutorium, cum pari myrto, & modico alumine ſciſſo admoueto. Faciunt ple
ræque etiam ex Antheris, id eſt floridis appellatis compoſitionibus. H

Quæ Dentes præſeruent.

A.l.3.f.72.b fol.248.b

Quin, & doloris dentium præſeruatiua Archigenes his uerbis tradidit. *In dentium" doloribus præſeruantia à dolore conueniunt eiuſmodi.* Tithymali radices in uino ad dimidias coquito, &
bis in menſe colluito, ac nunquã dolebis. Optime conſeruat citra dolorẽ, & fortes dẽtes, ſi fabã
ægyptiã, reiecto interno amarulento, triueris, ac dentibus, & gingiuis ſemel in anno affricueris.
Aut alumine ſciſſo, cum modica myrrha confricato, & nũquã erodentur: ſi uero adſtringat hoc
nimiũ, melle utitor. Aut granorum iuniperi paruorũ, & cupreſſi foliorũ parem portionẽ, & gal-
lę parum, melle cocto excipito, & in paſtillos drachmæ pondere reducito: ac utitor, unum ex his
cõmanducando, inſuperq; uino odorato colluendo. Aut iridis illyricæ nucis ponticæ magnitu-
dinem mande, ſimiliterq; collue. Aut ſali gallã omphacinen ideſt acerbam, in uino odorato co
ctã, miſceto, & mandito. *Optime præterea tum ad præſeruandos à dolore dentes, tum ad corroborandos eoſdem, ac pariter gingiuas, amplius q̃, ad decorem, faciunt ſmegmata ſubſcripta.* Lanas ſuccidas lin
teolo illigatas exurito, deinde ſalis tertia parte addita affricato. *Aliud.* Aut daſypodis caput uſtũ
tritum. *Aliud.* Aut ſalem, & mel ad cerati formam terendo redigito, deinde mundo linteolo illi
gata exurito, & admiſta iride illyrica modica dentes confricato.

Quæ

Quæ Andromachus ſcripſit ad omnes dentium dolores.

A ¶ *Compoſitio Molaris eadem hora dolorem ſedans.* Piperis, pyrethri, ſucci tithymali, chalbani, ſingulorũ ʒ. unam: galbano excepta in cauernã inde. ¶ *Molaris antiphanis, etiamſi non præmundaris indito, & dentem ex ea integito.* Seminis hyoſciami, opij, nitri, myrrhæ, pyrethri, piperis, ſingulorum drach. unam, galbani drach. ij. tritis ex uino utitor. ¶ *Alia molaris, quã utor.* Aluminis ſciſſi drach. j., piperis albi drac. duas, opopanacis, aut piperis lõgi obolos quatuor, ſoreos obolos quatuor, gummi aqua macerati drac. ii. ceræ duplum totius ponderis omniũ, cætera conterens in aqua calida miſceto, atque ita utitor. ¶ *Alia Chæreæ.* Myrrhæ drac. unam, ueratri ſeſquidrachmã, pyrethri ſequidrachmam, iridis illiricæ ſeſquidrachmã, aluminis ſciſſi obol. iij. aqua terito, & dentem oblinito, ac ſupernè ceram imponito. ¶ *Alia Molaris ex libris Aphrodæ.* Aluminis ſciſſi drac. quatuor, myrrhæ obolos tres, piperis grana quinque: ego obolos tres accipio, & melius facit: reſina excipe, & præmundatæ cauernæ inde, & ſplenium illitum ſuperimpone.

Alia Molaris eiuſdem. Etiam non præmundatæ cauernæ hanc inde, & ſupernè ſplenũ ex pharmaco item impone, & probè faciet. Seminis hyoſcyami, ſucci papaueris, myrrhæ, nitri, pyrethri, piperis albi, ſingulorum partem unam, chalbani †partes duas: ʃ cum aceto tritis utitor. *Al. parte unã.

B ¶ *Alia ex libris Aphrodæ.* Succi peucedani drachm. unam: ſucci papaueris drachm. unam. tithymali myrſinitæ, ſucci cyrenaici, ſingulorum drac. unam: galbani drach. unam, & dimidiam, galbano excipe, & in cauernam inde, & ubi præpurgaris dentem, in ſplenium illine: in una hora dolorem ſedat.

Molaris bona. Sciſſum alumen papaueris ſucco exceptum indito, & oblinito. *Alia, ut Ariſtocrates.* Papaueris drach. duas, *ſagapeni ſeſquiobolum, ſucci cyrenaici tantundem, piperis drac. unam, ſphondylij tantundem, myrrhæ tantundem: galbani, pyrethri, croci, ſingulorum tantundem: mel quò ſtrigmentitiam ſpiſſitudinem accipiat. *Aliter j.

Ad dolores dentium, gingiuarum, aliaq; multa Ariſtocratis grammatici.

Mellis libram unam, aceti acris ſextarium unum, aluminis ſciſſi ſexuncem, alij liquidi trientem habent, coquito donec nigreſcat. ¶ *Ad dentes motos.* Aluminis ſciſſi partem unam, mannę partem unam: tritis utere, conſpergendo motum ex eis dentem.

Ad Eroſionem, & dolorem dentium.

Quinque folij radices in uino coctas à cœna colluendas præbe: coquito autem ad tertias. *Aliud.* Rumicis radices cum uino, aut aceto coquito, & modicum auripigmenti triti inſpergito, ac liquorem ore retinendum exhibeto. Coquatur itidem ad tertias. *Ad gingiuas madore laC xas.* Pyrethri drach. tres, thymi drach. ii. aluminis ſciſſi obolos tres, iridis illyricæ drach. unam: tritis utere, ac gingiuis impone.

Pythÿ, ad motos dentes, gingiuas humore grauidas, & ſubcorruptas.

Alumen ſciſſum chartæ inuolutum uritur, deinde tritum: rubrica coloratur, atque ita gingiuis admouetur: ſimiliterque ſubcorruptis inditur.

Dioclis medici ad dentium dolores.

Galbani, opii, piperis, ceræ, ſtaphydis ſylueſtris, grani cnidij, ſingulorum drachmam unam: trita, cera excipito, & illinito.

Aliud commodum ad corroſos dentes.

Succum ſilphii indito, aut ipſam radicem. Aut chalbanum cum pipere. Aut opium cum chalbano. Facit & opopanax in cauernas infartus. *Ad dentium dolores.* Soreos drac. ii, aluminis ſciſſi drach. ii. miſyos drach. unam: aridis utitor.

Smegma dentium quo utor, gingiuas contrahit.

Cornu cerui uſti libras ii. lanæ ſuccidę tenerę quadrantem, ſalis ammoniaci trientẽ, piperis albi ſextantem, coſti unc. j. aluminis ſciſſi *ſextantem: lentiſci, & perdicii herbæ uſtę cum lanis, * *Al. drach. ij.*

D aut per ſe ſolum, utriuſq; quartã libræ partem: ʃ foliorũ malabathri unc. ij. contuſis ſimul utere.

Quæ Crito ſcripſit ad omnes dentium affectiones. Quædam ex eis etiam gingiuis conferunt, & ad fœtorem oris, & nigros in ſuperficie dentes.

Hordeũ, & ſalem melle, ac uino ſubacta in charta ligato, ac urito, & ex lęuigatis gingiuas cõfricato. *Aliud.* Atramentũ ſutorium, alumen, putamina mali punici dulcis, æqualibus partibus trita, ac lęuigata, gingiuis in ieiunio affrica: deinde uino adſtringente collue. *Aliud ad gingiuas ulceratas.* Nitri uſti, cyperi uſti, hordei uſti, cuiuſque pares partes, læuigatas cum melle illine. *Aliud ad gingiuas, & dentes motos.* Iridis trientem, corticis pinus trientem, aluminis ſciſſi unciam unam: aridis utere. *Aliud ad motos dentes.* Lentiſcinum, myrtum, gallam, in uino cocta colluenda prębeto. *Aliud.* Salis partes duas, aluminis ſciſſi uſti, & acri aceto extincti partem unam: tritis utitor, deinde uino colluito. *Ad motos dentes ſtabiliendos.* Atramentum ſutorium cum oleo terito, & cum lana dentium radicibus admoueto. Facit & ad eroſos dentes cera exceptum, & inditum. Item cum myrto pari tritum, ac melle exceptum. *Aliud.* Vlmi corticem in uino coquito, & decoctum ore tenendum exhibeto. Item cerui cornua in uino cocta. *Ad corroſos uero dentes.* Capparis radicem cum acri aceto ad dimidias coquito, ac tepidum colluito. Cortice item eodem utitor modo. Item ad dolores facit. *Fomentum dentium corroſorum, & dolentium.*

Sulfuris

Sulfuris uiui partem unam, butyri partem unã liquefacito, & cum his per auriſcalpium foueto. E
Aliud. Dentes ex ſale præfricato, & lixiuium tepefactum mediocri tempore in ore contineto.
Oportebat hic apponere, in gingiuarum dolore hoc conuenire:

Compoſitio Molaris, eadem hora ſiue die dolorem ſedans.

¶ Piperis, pyretri, ſucci tithymali, chalbani, ſingulorum drach. unã, terito, & chalbano excepta
* Aliter drac. j. in cauernam indito. *Alia.* Piperis ſeſquiobolum, grani cnidii tantundem, chalbani* ſeſquidrach
mam, ſpumæ nitri obolos duos, croci ſeſquiobolum, iridis ſiccæ ſeſquiobolũ, roſarum tenerarũ
drachmę dimidium: trita melle excipe, & ad emplaſtri formam redactis, molarẽ dentẽ intege.
¶ *Ad corroſos molares.* Melanthium torrefacito, & ex acri aceto terito, indeq; molarium cauer-
nam integito, & non amplius erodetur, ſed manebit ut eſt. Quidam ẽt nitri drachma una cum
*ἐκ τοῦ. alit. ἀπο῀. i. ſucci. * Aliuer erui. acri aceto utuntur. *Ad idem.* Caſtorii, pyrethri* torrefacti, chalbani, ſingulorũ æquales partes mi-
ſtas indito. ¶ *Vt molaris citra dolorem tollatur.* Farinæ* cicerum purę drachmas duas, ſucco tithy-
mali exceptas denti imponito, ſupraq; hederæ folia addito, & ad horã ſinito, tollito, & ſua ſpõ
te in minutas partes frangetur. Facit idem ad eroſos, uerũ uſus tpe ceram emollitam circum-
ponito. ¶ *Aliud, ut dens digitis tollatur.* Præmundato antea circumcirca dentem: & foreos, gallæ
omphacines, ſtaphydis ſylueſtris, aluminis ſciſſi, ſulfuris uiui, piperis longi, ęquales partes læui- F
gatas, cedria excipe, & impone, ceraq; liquefacta dentẽ egregie circumline. Eiicit ipſos ẽt pyre
thrum, & tithymali myrſinitæ ſuccus cum farina erui ad maſſæ fermenti modum coactus, &
impoſitus. Aut pyrethrum ad dies †xl, aceto maceratum & denti circumpoſitum. ¶ *Aliud ad**
† Aliter quatuor. * Al. βεβρωμένους. i. eroſos. *Sauciatos.* Caſtorii, pyrethri, opii, chalbani, ſingulorum æquas portiones miſtas indito.

De Dentifriciorum compoſitione, quibus utor.

Quędam ex dentifriciis à me compoſitis experimẽto comprobata, & generoſa efficacia prędita, digna mihi uiſa ſunt, quę conſcriberẽtur, & primũ ſanè ea, quę frigidas dentium affectio-
nes curant, ſiue ob immoderatam frigidæ aquę potionem, ſiue ex fructibus per niuẽ frigefactis,
ſiue ex quibuſdam aliis eduliis, aut potionibus, ſint productæ: inſuperq; ſi ꝑp frigidum humo-
remè capite in ipſos defluentem ortum habeant. Dentes igitur ob humorem refrigeratos ma-
gnifice iuuat opophlegmatiſmus, quomodo uero hũc pręparare oporteat, alio capite priuatim
conſcriptum habes. Eos uero, qui citra humorem frigefacti ſunt, per ſolum medicamentũ hoc
quod nunc referetur, curare decet. Præſtat eo etiã poſt apophlegmatiſmum uti, ut non ſolũ no-
xium euacues humorem, ſed etiam generatã ab ipſo affectionem perſanes. *Compoſitio pharma-*
ci hoc modo habet. Accipito herbas duas, quarũ altera ſideritis, altera perdicias, appellatur: eas- G
que domi ſenſim citra Solis admiſſionem ſiccato, ut neq; humidæ amplius, neq; ſiccæ adeo ex-
tẽt: & urito in tm̃, ut ubi primum contuſioni, & ſectioni aptæ fuerint, ab urendo ceſſes: uileſcit. n.
& corrumpitur uis earum, ſi diutius urantur. In alia porro ollula ſal foſſilis uratur, cum alumine
ſciſſo, attico melle ſubactus. Deinde hæc aliis permiſta tundantur, & per anguſtiſſimũ excreta
cribrum, rurſus in mortario terantur: melius enim erit pharmacum, quãto diligentius fuerit læ-
uigatum. Vtendum autem eo eſt ſolum ad dentes confricandos, citra gingiuarum circunſitarũ
contactũ, niſi humore fuerint prægnantes. Cum enim reſiccandi uim habeat pharmacum, aptũ
quidem eſt gingiuis humentibus, inimicum uero ſiccis: attamen ipſas dẽtium radices poſt gin-
giuas ſitas, eo confricare oportet itidem, ut ipſos dentes. Cæterum eorum, quæ in compoſitio-
nem miſcentur, eiuſmodi ponderum proportio eſſe debet: Herbarum quidem poſt uſtionem
drachmæ xvi: ſalis uero, cum alumine uſti drachmæ xi. Ante uero uſtionem, utriuſque herbæ
par põdus miſceatur: ſal autem quadruplici aluminis pondere admiſceatur. Aliarum autem re-
rum nihil uratur, ſed arida iniiciãtur iuxta ſubſcriptam appõderationem. Comæ origani drac.
* Aliter ii. * Aliter iiij. ii. piperis drach. * nouem, pyrethri drach. ii. coſti drac. iii, ſeminis apii drac. iii. iridis illyricæ dra-
v. mentæ ſiccæ drach. ii, cornu cerui, ut capræ uſti drac. * duas: ſeſeleos, hyſſopi, utriuſq; drach. H
ii. Si odoratum eſſe uelis, caſiæ, aut amomi drach. ii, admiſceto. Si uero in Regis uſum præpara-
ueris, cinnamomi drachmam unam addito.

Ad mobiles dentes aliud, quo utor.

† Al. ſextarii. j. Seminis callitrichi† libram unam: ʒ aluminis ſciſſi & rotundi, utriuſq; quadrãtem: ſpicæ nardi
ſextantem, malabathri foliorum unciam unam, piperis albi unciam unã, pyrethri*. ʒ. v, cõtun-
* Aliter unc. dito, & cribrato ſimul omnia, ac gingiuis uſq; ad radices dentium admoueto. *Timocratis Den-*
tifrictum, ad gingiuas madore laxatas, putreſcentes q́, ac cruentatas: mobiles molares, concuſſos dentes,
Oζænas, putrefactiones, parulidas, & omnia oris uitia, ac dentium dolores. Accipito herbæ perdicia-
lis modium Italicum, alii minam habẽt: ſalis albi tenuis ſextarium unum, mellis exagium. Con-
tundito, ut maſſa friabilior reddatur: qua in ollam nouam conięcta, ollam luto figulino obtura
to: operculum aũt adaptetur circa medium perforatum, quo per ipſum foramen rudicula im-
miſſa pharmacum ſuper prunas poſitũ agitetur, donec neq; fumoſum quidpiam, neq; uaporo-
ſum efferatur. Deinde ab igne tollito, & refrigerato. Et ſumito ex hoc toto. ʒ. xiiii, piperis albi. ʒ.
* Al. drach. ij. quinque, piperis nigri drac. ſex, pyrethri drachmas ſex, aluminis ſciſſi uſti, & uino auſtero extin
cti. ʒ. ii, pumicis, myrrhæ, hyſſopi, ſeminis apii, pulegii, ſingulorum * ſextantem: mentæ, iridis

illyricæ,

A illyricæ, utriusque.3.iii. Hæc omnia in Sole præsiccata tundito, & cribrato, ac reliquis ex olla læuigatis admisceto. *Aliud.* Perdicij recentis.3.x, mellis.3.iiii, aluminis scissi.3.iiii, iridis illiricæ 3.iiii, piperis albi.3.octo, *nigri.3.iii, pumicis.3.ii, myrrhæ.3.iii, pyrethri.3.ii, mentæ siccæ.3.iii, hyssopi.3.ii, pulegij.3.ii, seminis apii.3.ii, herbæ sideritidis.3.iii, salis fossilis.3.xiii. Perditiam, & sideritidem, ac mel & salem mista urito: alumen uero per se ustum uino extinguito: deinde simul omnibus contusis utitor. *Aliud.* Salis assati cum melle, & perdicio.3.xiiii: aluminis scissi assati, & uino austero extincti, iridis illiricæ, utriusque.3.iiii: helxines, myrrhæ, mentę siccæ, singulorum.3.iii: pulegij sicci, pumicis, pyrethri, hyssopi, seminis apii singulorum.3.ii, folii malabathri.3.ii, †piperis albi.3.v, nigri.3.vi. Tusis & cribratis utitor. *Aliud.* Salis tosti cum melle, & perdicio.3.xiiii, pulegii.3.ii, aluminis scissi usti, & uino austero extincti drach. quatuor, iridis illyricæ drach. quatuor, piperis albi drach. quinque, nigri drach. vi, pumicis drach. ii, myrrhæ drach. tres, mentæ.3.tres, pyrethri drach. ii, hyssopi drach. ii, seminis apii.3.ii. Sal lotus melle *probè subigitur, tritusque in ollam nouam mittitur: deinde etiam perdiciũ inditur sale undiq; cõspersum: quo facto, operculum ollę imponitur, ipsaq; luto oblita in clibanum datur: indita torrentur, & exempta simul cum aliis teruntur: oportet enim ualde lęuigata in usum adsumere.

*Aliter v.

†*Aliter xij.*

*καλῶς. *Aliter attico.*

B ¶ *Smegma dentium, quo albi, & odorati redduntur, & ab erosione adseruantur.* Nitri unciam unam, testę sepię unciam unam, myrrhæ unciam unam: tritis utitor. ¶ *Dentifricium optimum.* Aluminis scissi sexuncem, *mastiches unciam unam, comæ rosarum quadrantem, *iridis trientem. *Tritis utere, indeque aquam tepidam colluendam prębe.

*Al. drach. vj. *Al. drach. iii. *Al. drach. iiii.

Dentifricium Damocrati inscriptum.

Libellus paruus extat Pythici appellatus, quem Damocrates Pythicum inscripsit, ab eo qui ipsi pharmacorum ori destinatorum compositiones tradidit, appellatione ducta: in quo sane libello iuxta finem etiam hæc conscripta reperiuntur.

Si dentifriciis uoles uti bonis,
Quæ candidos custodiant, immobiles
Dentesq́; reddant: oris & graueolentiam,
Laxasq́ue gingiuas sedent, & comprimant:
Album hoc parabis optimum sic pharmacum.
Cerui″cape cornu sic quater usti quàm optimè,
Quartam libræ partem, salis solam libram.

C *In alio exemplari sic repperi.*

Cerui″cape cornu sic quater usti quàm optime
Libram mediam, rursus salis uncias duas,
Ammoniaci sicci, nec amari hinc amplius,
Alicæq́ue, mastiches chiæ solam libram:
Costi quadrantem, aut paululum quid amplius:
Albiq́ue iunci tantum, & albi mox piperis
Vnam unciam, malabathri at uncias duas.
Contusa, cribrata omnia hæc mortario,
Vtenda præbebis modo quem dixero.
Quòd si uelis parare quando ad phlegmonas,
Et utile gingiuis cruentis, sauciis,
Carnemq́ue callosam simul promentibus,
Aluminis coniungito his scissi libram.

Aliud Damocratis dentifricium.

D Verum magis parabile hoc fortasse erit,
Et promptius factum, minus nec commodum,
Admista, & hoc quadam simul dulcedine.
Multum sideritin uiridem capito herbulam,
Magnam in nouam quam tu patinam mox inditam,
Miscebis hordeo recenti sed modico.
Sic hordeo ut posito sequatur fasciculus
Herbæ, sal hinc, herba atque iterum, mox hordeum.
Fiantq́ue tam diu uicissim hæc omnia,
Donec patinæ omnem expleris amplitudinem,
Vt mox supernum rursus herba habeat locum.
Furnoq́ue mox calente, uel clibano indita,
Torrenda per noctem sines, uel sic potius
Vrenda, quo teri queant ita promptius,
Cribroq́ue mox sed arctiore hinc excuti.
Odoris addes gratia his, parum tamen

Albi

Albi piperis, thurisq́; mox item modicum,
Hinc iunci odori plus, cyperiq́ue optimæ. E
At omnibus mistis probe, & iam sepositis
Plus mastiches aridæ chiæ coniunxeris,
Dabis sed hinc in uesperam uolentibus,
Maneq́ue rursus maxime puris uiris.
Sed colluant a pharmaco mox Bromium
Lymphis sociatum, & maxime hoc in uesperam,
Sed mane acetum mulsum aquosum præstiterit
Oris leuandis turpibus fœtoribus.

¶ *Aliud Aurelij.* Alumen in testa ærea, aut figulina urito, ac uino austero extinguito, eiusq́ue dodrantem accipito: & mastiches sexuncem, thuris unciam unam, folij malabathri.3.iiii, cyperi drach.iiii, misceto, ac utitor. *Aliud quo utor.* Cornu cerui usti drach.ii, † marmoris unciam j,3 origani drach.quatuor: utitor.

† Al. malabathri drach.j.

Compositio Pharmaci dentes præseruantis.

¶ Tragorigani.3.ii, hyssopi.3.iiii: herbæ perdicii † seu perdicialis, ʒ melle & sale tenui subactæ, F & in olla exustæ donec in prunas redigatur, quadrantem: piperis.3.iiii, tundito, & cribrato: & post usum reponito. Neq; dolebunt dentes, neq; findentur, neq; parulides producentur, neque gingiuæ superflua carne redundabunt, neque fluxione infestabuntur. Habebis autem os odorum, & splendidos dentes. Quidam* salsamenta in olla exusta ad pharmacum addũt, aut etiam cybum: siquis enim eorum cinere per se utatur, dentis dolorem non percipiet.

† τῆς τιβερίας.

*τρίχους, est in cod. græc. impressis asterisco notatum. Aliqui habent ταρίχους, salsamenta. Alij βατράχους. id est ranas, in olla exustas.

GAL. DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM LOCALIVM, SIVE SECVNDVM LOCOS LIBER SEXTVS

ARGVMENTVM LIBRI.

Declarat medicamenta, quibus succuritur affectibus, qui in ore contingunt.

G

De Affectionibus in ore, & de Pharmacis ad eas commodis. CAP. I.

Erus profecto sermo est, quem pleriq́; artifices in ore hñt, Quòd non idẽ sit neque simile a uiua uoce discere, & ex libro legere: at uero industrii, & natura prudẽtes hoĩes non uulgarẽ sępe utilitatẽ consequunt̃, si in libros incidãt non obscure conscriptos. Itaq; cũ sciã non paruã utilitatẽ ex hac tractatione, primũ quidẽ amicis, ac sodalibus accessurã esse, qui uidelicet ẽt per opa cognouerũt, quãtã uim hẽat rõnalis methodus ad medicamẽtorũ copiã parãdã: deĩde uero ẽt aliis singulis, q̧ in optimarũ rerũ studiose fatigare nõ cessant, rẽ gratã facere uolẽs: ad huius operis explicationẽ ꝓgressus sum, nõ festinabundo, & cõpendiario docendi mõ in hoc instituto, sed ꝓlixo, & longiore, quali ẽt in sermonibus, quos frequẽter citra scriptũ ad amicos habeo, uti soleo. *Præstat .n. rõnalis auxiliorũ inuentio experimentatrici, quẽadmodũ ẽt ante iã mihi in sermone* de sauciatis neruis dictũ est, in cognitione uniuersali facultatis pharmacorũ, quorum usus circa singulas affectiones cõtingit. In pharmacis itaq; ori destinatis, ob id stomaticis appellatis, uelut est, H qđ ex moris cõstat oĩbus notũ, primus medendi scopus est coĩs oĩum partiũ inflãmatarũ: deinde consequenter alter scopus priuatim ex ea, q̃ curat̃. Quæ igitur sit affectio inflãmatorũ, prius nosse oportet, si ex ipsa indicationẽ quandã auxiliorum accipere uelimus. Prædidicimus aũt, & prius demonstratum hẽmus, inflammationes ex calidi sanguinis influxu fieri. Didicimus ẽt, ꝙ hunc ipsum influxum in principio quidem reprimere, ac repellere oporteat, præterq̃ si ad partem aliquam principalem recursurus sit, atq; aliud quoddam grauius malum effecturus. Verum nunc adeo nihil opus habemus eiusmodi determinationibus: si nos.n. ubi ad memoriam reuocauerimus, qũo totum corpus præparare ad curationem affectuum circa quãcunq; partem consistentium oporteat, ad institutum progrediemur. Etenim uenæ sectione utimur, & purgatione, & clysteribus, & inedia, ubi totum corpus apparuerit, aut multitudine humorum refertum, aut eorundem malitia uitiatum. Si uero neutrũ horum adsit, statim ad curationem per localia remedia perueniemus. Qũo igitur inuenire ipsa oporteat eum, qui oris inflammationes rite curare uelit, præsens sermo statim te docebit: & quomodo inuentis conuenienter uti porteat: Sodalibus aũt in memoriam reuocabo, cum ij me sæpe uiderint, pharmacis eorum medicorũ qui me in consiliũ aduocarent, curantẽ eas affectiones, quarum gratia uocatus fui. Impossibile enim

*διηφέρει.
*deest in antiquo.

A.l.3.f.9.10. f.264.d

A enim eſt pharmaco rite uti eum, qui uim ipſius non noſcit, iuxta cuius efficaciam auxiliatur. Eodē igitur modo in inflammationibus in ore conſiſtentibus, communis ſcopus omnium ipſarū ſi adſumpſerit ex natura particulę indicationem, reperiet primum, quidem genus pharmacorū, quibus uti conueniet: Deinde conſequenter ēt particulares ipſis differentias, ſi quidē præcognouerit ſimplicium pharmacorum facultatem, uelut iā ſæpe eſt demonſtratum. Genus igitur repellentium pharmacorum in principio inflammationum, in refrigerantium materia ſitū eſt. Hæc aūt ipſa cum duplicia exiſtant, ut didicimus, quæcunq; adſtringendi natura prædita ſunt, efficaciorem uim habēt ad influxum citius repellendum. Ineſt autem ipſis ſtatim etiam uis cogendi, & denſandi ſuperficiem corporis, cui adhibentur. Communis igitur ſcopus hic eſt prohibendi incipientes inflammationes, ab ipſius affectionis indicatione inuētus. Alter uero a particulæ, quæ curatur natura ipſi accedit, cum ſciamus rariorem eſſe, ac molliorē ſuperficiē tunicæ oris non paulo, q̄ eſt cutis, quę totum corpus ambiit. Ineſt autem, & aliud quiddā particulis oris, atq; id duplex, quod non adeſt ipſi cuti. In ſuauitatem enim medicamentorum, quæ adhibentur ſentiunt, & duos meatus ſubiacentes habent, per quos in uentrem, & pulmonem defluere quippiā ex ſtomaticis pharmacis poteſt, quale eſt, & quod per atramentum ſutorium conſtat. Et ſa-
B ne medicus quidam, ſiue imprudens, ſiue inexpertus facultatis pharmacorū, ubi hoc miſcuiſſet pharmaco ori deſtinato, multo quidem fortius ipſum reddiderat, uerum uehementer lædens, ſi quidem ad gulam, aut aſperę arteriæ extremum quidpiam forte fuiſſēt præterlapſum: atq; hæc quidem, ut ſtatim occurrentia, per ipſa uero, & uentrem, & aſperam arteriā, & pulmonem. Ad eſt autem pharmaco ipſi circa guſtum inſuauitatis, quæ tum uſus tempore moleſta eſt, tū per totam perſeuerat diem, adeo ut etiam in cibis accipiēdis iniucunda ſit. Huiuſmodi itaq; fortibus, & quæ ueneno ſam habent facultatem non cōuenit uti ad affectionum oris curationē, niſi magna neceſſitas urgeat. Neq; uero de inflammationibus ſolum hunc ſermonem intelligere oportet, cum neq; ex harum indicatione ipſum inuenerimus, ſed communē eſſe de omnibus oris affectionibus intelligendum eſt, ut qui indicationē ex ipſa particulæ natura habet. His igitur conſideratis ab eo, qui pharmacum ex ſucco mororum cōpoſuit, primum quidem ipſum, cum melle coxit, quo repoſitum in prōptu haberet per totum annum, non illo tempore ſolum quo expreſſo fructu, ſucco uti licet. Melior enim ſolus eſt incipiētibus inflammationibus, ideoq; me ſæpe ipſo in huiuſmodi inflāmationibus uti uidiſtis. Magis idoneus autem eſt priuatim cum melle apparatus. Appellaui autem magis idoneum, non ſolum, q̄ cito corrumpitur citra coctūrā cū
Ali.f.4.c.2. C) melle repoſitus, ita ut ſequenti anni tempore eo uti non poſſimus: ſed etiā propterea, q̄ utilior
fin.h eſt, ad ſequētia inflāmationis tempora, uſq; ad perfectā curationē. Quemadmodū enim in principio commoda ſunt pharmaca, id, quod influit, repellentia, ſic poſt principium uſque ad finē. pharmaco opus eſt ex utriſque miſto, repellente uidelicet, & diſcutiente facultate prædito: ac primo quidem tēpore adſtringens præcellere oportet, ad finē uero diſcutiens, interpoſito uero tempore æquales utrorunq; partes eſſe conuenit. Quando uero uelut induratum quiddam de inflammatione relinquitur penitus nō cōuenit adſtringens ad diſcuſſorium admiſcere, ſi quidē totum corpus ſit euacuatum. Atqui neq; in principio bonum eſt diſcuſſorium adſtringenti admiſcere. Cæterum qui pharmacum ex ſucco mororū compoſuit, parum ex croco, & myrrha ei cōmiſcuiſſe uidetur, q̄ communem habeant facultatem concoctoriam inflammationum: priuatam uero utrunque, crocus quidem, q̄ adſtringat, myrrha autem, q̄ calfaciat in tantū, ut ſufficienter diſcutiat. Penetrat enim magis in altum corporum myrrha, q̄ crocus, utpote ſubſtantiam tenuium partium habens: atq; ex hoc duplicem utilitatem exhibet, ſimul introducens quidem ſecum uires admiſtorū, & perſanans uſq; in altum inflammata. Et tñ adiuuant ſe mutuo crocus, & myrrha in penetrando in profundum, crocus quidem uelut impellens myrrham: myrrha uero
D uelut dux præcedens peditem, ſequentem crocū, ſi ita dicere liceat, deducens. Quemadmodum enim crocus ob adſtringendi uim, minus habet ſubſtantiam tenuium partiū, q̄ myrrha, ſic myrrha ſubſtantia tenuiorum partium prædita, citius quidem uim ſuam in altum tranſmittit: citius autem etiam ad cutem recurrit, ſimul ſecū efferens ea, quæ in profundo ſunt attenuata. Hāc igitur recurſus eius uelocitatē impediunt adſtringentiū miſturæ: non enim hoc ſolus facit crocus. Eſt itaq; in pharmaco ſtomatico ex moris appellato, tum mororum ſuccus, qui non modicā hēt adſtringentem qualitatem, & facultatem, tum alia quædam etiam admiſcentur, ubi quis forte pharmacum reddere uelit. Hæc igitur adſtringentia deducuntur quidem per myrrham, quæ uiciſſim ab illis compellitur, atq; ita ſe mutuo adiuuant, quo uis ipſorū amplius progrediatur. Vidiſtis autem ſæpe me ad pharmacum ex moris in principio quidem rhois ſuccum, aut uuæ acerbæ ſuccum, quem priuatim omphacium appellant, admiſcere. Si uero hæc nō adſint, florē roſarum, aut ipſas roſas ſiccas, balauſtium, cytinos, & malicorium aridū, & gallā omphacitin appellatam; amplius autem, & pini corticē, itemq; thuris, & tum hypociſtidis, tum lentiſci ſuccum: & ut cōpendio dicam, omnia adſtringentia, præter ea, quæ corrumpentē habent facultatem, quā ueneno ſam uocāt, & lethalium ſpecies quædā exiſtit. Didiciſtis enim, quòd non omne lethale ſtatim etiam eſt ueneno ſum. Quemadmodum autem in principio inflāmationis harum rerum

miſtura

miſtura fortius efficit medicamentum ſtomaticũ,ſic cum reſtiterit,quod influit,nullo eiuſmodi E opus hẽt ſolo:ſufficit enim tunc id pharmacũ, quod crocum, & myrrham aſſumpſit ad inflammationẽ concoquendam.Nam ubi iam fuerit concocta,addimus etiã aliquid ex diſcuſſoriis,ue lut ſæpe uidiſtis me iniicere ſpumã nitri, & aliquãdo ipſum nitrum,quod tenuium partium exiſtit,& iam ab omnibus Berenicium appellatur: ultra hoc ẽt ſulfur uiuum uocatũ, aliqñ ẽt ſapã, origano qñq; incocto, interdum ẽt hyſſopo, aut alio quopiã ſimili,pulegio uidelicet,thymbra, thymo,calamintha hortenſi, ac agreſti.Hoc igitur mõ quis recte utetur pharmaco ex moris, ſi iuxta indicationum uniuerſalium quantitatẽ ipſius uſum permutet. Quouſq; enim quicquã influit,id ipſum repellere cõuenit:ubi uero reſtiterit,cõcoctoria afferre,& deinde cõſequẽter diſcuſſoria.Manifeſtum enim,q̃ per huius nethodi uſum,nemo qui ſimplicium pharmacorum facultatem nouit,unq̃, auxiliorum inopia laborabit,ſiue per montes uenetur,ſiue quid operetur in agro,ſiue in peregrinatione: qñq; præparatis careat medicamẽtis,uelut Eraſiſtratus ſcripſit, qui ſe ipſum curauit ad rubri ſuccũ progreſſus,cum in illo loco Andronius paſtillus præſens nõ eſſet. Cum enim ſciret paſtillum Andronium in aſtringendo curandi dominiũ habere,materiã adſtringentẽ perquiſiuit,non uelut Serapion, & Menodotus aiunt,empirica trãſitione ad ſimile uſus.Iuxta hanc,n.uobis demonſtraui plurimam diſſimilitudinem ſucci rubi ad paſtillum An- F dronium eſſe, pauciſſimam uero ſimilitudinem iuxta unum ſolum, uim uidelicet adſtringendi. Verum qui generalẽ facultatẽ,quam uniuerſalem uocãt, nouit,in quacũq; materia ea reppererit,confidenter ea utetur. Huiuſmodi autem materiarum ingens eſt aceruus, quibus omnibus uti licet, ita ut ſolum fugiamus,quæ uim quandã iniucũdam,aut uenenoſam hñt.Sic igitur etiam ego pharmacum ex ſucco nucum uiridium præparaui,nullo doctore uſus,neq; aliquod præſcriptum ſecutus. Cuius uim expertus ſum multum aliorum ſtomaticorum facultatem excedentem: alia autẽ dico,id quod ex moris conſtat:& id,quod ex ſucco rubi morborum præparatur, ita.n. rubri fructum appellãt: & tertium,quod ex muſto:& quartum,quod ex punicorũ ſucco:& quintum,id quod per adſtringentia mala componitur,ex quorum numero optima ſunt cydonis, & ſtruthia appellata,& poſt hæc ad præſentem uſum, quæ ceſtiana à Romanis appellantur.Cæterum compoſita ex multis talibus ſunt,quæ ex fructibus præparantur.

De Stomatico medicamento ex nucibus.

Ego autẽ qñ primum ex Alexandria patriam meã redii, agrum pertranſiui, & inueni quendam hortulanum ab uua,& tonſillis,ac glandibus fere ſuffocatũ:utebatur aũt collutione aquæ mulſæ roſis in ipſa incoctis. Cũ igitur uidiſſem fructum nucum in uigore eſſe, iuſſi detractum ab G eis externum corticem, quo ẽt tinctores uideram utentes, ſtatim in mortario contundi, & ſuccũ eius per linteum excolari, nondum ſciens quo modo iuxta craſſitiem,aut tenuitatem haberet. Cum uero repperiſſem aquoſum,& cõpage tenuem,gargariſſare eum iuſſi ipſum hortulanum. Poſtq̃ uero ualde tenuis apparebat,præcoxi,&mel commẽſuratè,uelut in eo,quod ex moris fit, fieri ſciebam,admiſcui:atq; ubi iã compage mellis redactum eſſet,hortulano utendum reliqui. Porro cum uiderẽ celerrimã utilitatem ipſi inde oboriri, præſtabile ratus ſum in multis experiri:atq; ex hoc ſufficiente experimento accepto de facultate eius pharmaci, ſemper ipſo utor,uelut noſtis.Merito itaq; mirandum,nullum ex prioribus medicis aliquid de hoc pharmaco mẽte concepiſſe,ut tum parabili, tum generoſo hoc ſucco uterentur, maxime cũ uiderint quo modo etiã manus inficiantur eorum,qui uirides nuces decorticãt. Ex his enim apparet qualis ſit earũ ſuccus,& quod ægre elui poſſit ipſarũ adſtringendi uis,adeo ut neque per fortiſſima exterſoria elui queat.Amplius aũt adhuc miratus ſum de medicis, quòd non cogitauerint fortem eſſe ipſarum uim, cum etiam tinctores uideant eiuſmodi nucum corticibus uti. Niſi enim in profundum manuum deſcenderet,& niſi per omnem ſubſtantiam lanarum penetraret,nõ certe ęgre eluibilis eſſet;cum uero deſcendat,indicat plane ſubſtantiam ſucci tenuium partium eſſe.Rationi au- H tẽ conſentaneũ eſt, adſtringendi uim maxime proficere,ubi in eiuſmodi ſubſtantia contineat: etenim quæ ex adſtringentibus craſſas partes habent,per adſtrictionem cogunt,& condenſant ſuperficiem corporum,quibus adhibentur,& à progreſſu in altum ipſorum corporũ ſeſe impediunt:quibus.n.etiam alias ob ſubſtantiæ craſſitudinem impoſſibile erat progredi in altum,his ſane amplius impoſſibile fuerit,dẽſato corpore,iuuare id,quod totum eſt inflammatum. Optimum itaq; eſſe nucum ſuccum perſuaſus,ut qui etiam coctum cum melle guſtarim nihil inſuaue habentem,eum in quatuor partes diuido: & ad primã ſtatim aliquid †ex adſtringentibus inii cio,ad ſecundã ex croco,& myrrha,ad tertiam ſulfuris quiddam, ac nitri addo: quartam uero ſolam ſynceram ſeruo,pueris utilẽ futuram ob dulcorem,immo etiam uiris ob delicias mente fractis,& mulierculis.Ego quidem igitur à ratione inductus inueni,quemadmodum neruorum ſauciatorum curationẽ,ita etiam hoc pharmacum,quod omnibus præſtat. Eſt equidem, id qđ ex rubi moris conſtat,fortius eo,quod ex moris fit:quemadmodũ hoc eo, quod ex muſto paratur: Omnibus autem his præſtat id, quod ex nucum ſucco inuenimus, in principiis quidem inflãmationum,cum his,quæ fortiter adſtringunt confectum:in uigore uero croco, & myrrha additis:quanquam etiam ſolum aliquando moderatas inflammationes ſanare queat.Quando ue

ro

†antiq.interp. aliquid uim ſtipticantis.

A.l.3.f.9.c.ii i.fol.255.

A rò humorem, qui inflammationem produxit impactum digerere, ac diſcutere oportet, cũ acriũ miſtura cõmodum exiſtit. Verum dixerit fortaſſis quiſpiam mihi ex medicis pauperioribus, ſe amplecti quidem ipſum medicamentum, ſi unam pyxidem expleri iubeam hoc pharmaco ſemel præparato: Me autem præcipere, aut ſtatim a principio quatuor facere cõpoſitiones: aut unam ex melle, & ſucco cõpoſitam reponere, atque uſu expetente ei admiſcere, uſque quo qui dẽ influxerit quippiam inflammatis, ea quæ uehementer adſtringunt: poſtquam autem quieuerit fluxus, concoquentia: ubi uero euacuationẽ poſtulauerint ea, quæ influxerunt, diſcutientia: Operoſum autem hoc eſſe, & difficile iis, qui domi non habent ſupellectilem omnium ſimplicium pharmacorum: Immo neque ad peregrinationes me commodam confectionem exponere, in quibus impoſſibile ſit quatuor uniuſcuiuſq; medicamenti differentias circunferre. Ob id igitur excogitata ſunt, tũ mihi, tũ aliis etiam prioribus medicis pharmaca medias facultates habentia, & ad peregrinationes idoneas futura, & pauperculis medicis utilia. Quæ uerò hæc ipſa ſint, paulo poſt referam. Nunc autem pauperum medicorum ſermoni reſpondere uolo. Quẽad modũ enim ipſi exilẽ apparatum laudant, ſic oportet etiã diuitibus permittere, ut confectiones pharmacorũ pro opulentię ſuæ dignitate cõparent. Satis enim ſcio etiã ipſe, non ſolum multos
B pauperes eſſe medicos, ſed & qui ab ipſis curantur: quibus ſatis eſt, ubi ægrotent, alicã cũ aqua mulſa accipere, & mundũ panem habere, aut aliquã farinam utilem ad cataplaſma. Verum eũ qui curandi tractationem ſcribit, omnis materiæ meminiſſe operæpretium eſt, quo tũ diuitibus copia ſit ipſis artificioſe utendi, tum pauperibus electio ſit illarum tantum, quibus unuſquiſque pro opportunitate abundet.

De mediorum pharmacorum compoſitione.

Dicamus igitur iã aliquid de compoſitione mediorum pharmacorum, initio ab eo, quod ex moris conſtat ſumpto. Cõmune eſt autem omnibus mediis, ut congruens modus mellis ad ſuccum ipſum decernatur. Inuenitur autem hic modus per experientiam. Vbi enim ſuccum ipſum cũ melle miſcueris, ac guſtaueris, ſi quidẽ apparuerit moderate habere, rurſus ſimiliter ipſa miſcebis: ſi uero deficere quid uidebitur, addes. Velut exempli gratia, in mororum ſucco ſi quinta pars mellis addatur, mediũ fuerit temperamentum, ut hoc modo coctum pharmacum plurimis ualde placeat: & hanc miſturã pauci reprehendant, alii quidẽ uelut dulciorem, alii uero, ut auſteriorem. Quẽadmodum enim aliqui aquã mulſam dilutiorem, aliqui dulciorem, libentius bibunt: ſic etiam his pharmacis utrique delectantur iuxta propriam naturam. Quando igitur ali-
C quis pharmacũ ſibi præparari poſtularit, ſemper utique uidiſtis me ei, qui dulcioribus delectatur, plus mellis iniicere, qui uero contrariis, minus. In pharmacis igitur, quæ deglutiuntur, maxime coniectare oportet naturã eorũ, qui ipſa ſument: quod.n.cũ moleſtia, aut iniucunde acceptum eſt, ſtomachum ſubuertit: In pharmaci autem ſtomaticis eiuſmodi diligentiam aliquando contemnere licet. Mediũ itaque temperamentum, uelut dixi, ſucci ad mel, quintuplum habeat multitudine ſuccũ. Audito autem me, diligenter animaduertens, quibus utor uerbis in ſymmetria ſeu cõmenſuratione medicamentorum, quæ inuicem miſcentur. Iam etenim præcepi quintuplũ eſſe debere multitudine ipſum ſuccum ad mel, quod nihil differt ab eo ſi dicã, mole quintuplũ eſſe ipſum oportere: utrouis enim modo dicatur, menſurare oportet pharmaca permiſcẽda. At uero ſi pondere iubeam quintuplũ eſſe hoc pharmacũ, per lancẽ utique facere oporteat ſymmetriã grauitatis ipſorum. Cæterum ad permiſtionem ſucci ad mel, non eſt neceſſariũ heminę, aut cyathi meminiſſe, ſed ſufficit dicere, quintuplum eſſe oportere ſuccũ, mellis reſpectu. Si uero, quid aliud his admiſcendũ ſit ex dictis paulo ante, neceſſarium eſt dicere, quota quantitatis mole ipſis exiſtentibus, quantũ addendũ ſit illorũ in lance appenſorũ. Velut in ipſo adeo pharmaco ex moris, in Heræ Cappadocis medicamentario libro, mellis quidẽ coniicitur libra
D una, ſucci autẽ mororũ libręſex: admiſcet autem ipſis croci drachmã unam, myrrhæ duplũ: par etiam croci pondus coniicit ex ſucco uuæ acerbæ, qui omphacium appellatur, atque eius dimidiũ ex alumine ſciſſo. Mihi uero placet quintuplum ſuccũ ad mel coniicere: par autem pondus croci, & myrrhæ, utriuſque drachmã unã, & dimidiam, ita ut ex utriſque tres drachmæ conflentur. Quòd ſi quis omphaciũ addat, & uini auſteri itẽ heminã unã, uelut Heræ uidetur, recte ſane drachmam unã omphacii addet. Si uero citra uinum præparetur, multo plus de ipſo coniicere conuenit, ſi quidẽ medium temperamento pharmacũ efficere uelis, unciam unam: ſi uero auſterius, ut in principiis conueniat, nihil peccaris ſi omnino duas, aut tres admiſcueris. Quòd ſi non ſit omphaciũ, pro ipſo rhois ſuccum iniice: & ſi uolueris par pondus utriuſque indere, neque ſic quicquã deliqueris. Heras tamen in ſymmetria huius pharmaci etiã hoc adſcripſit, hoc modo: Quidam autem, & heminam unam dulcis uini. Muſtum eum uelle indicare palam eſt: prædixit enim uini auſteri maris expertis heminam unam. Mihi uero non placet, ſufficiente melle iã conIecto, una cum hoc quod, & heminam auſteri uini addidit, rurſus aliam miſceri uini heminam: reddetur enim ualde uinoſum medicamentum. Coquunt autem hoc ex moris medicamentum, aliqui quidem à principio miſcẽtes ſuccum mororũ, aliqui uero modice præcoquentes. Heras autem uidetur uelle ſuccum ſolum diutius coquẽdum eſſe. Scripſit igitur hoc modo, Succi mo-

rorum

rorum heminas ſex ad ſtrigmentitiã craſſitudinẽ coquito: deinde trita admiſceto croci drach. E mam unã,& reliqua uidelicet iam dicta. Quin & ego cenſeo ſuccum ipſum ſolum per ſe præcoquendũ eſſe,deinde uero adiiciendum mel:atque ubi iam cacabũ ab igne auferre uelis,reliqua admiſcenda eſſe:uerũ Heras uidetur ſimul cum melle etiam alia admiſceri iubere. Et uinũ quidẽ rationabiliter quis tunc admiſcuerit, myrrham uero, & crocũ melius eſt in fine cocturæ iniicere,eouſque ſaltẽ, cum aliis coquendo,aut olla in terram poſita mouendo,donec omnia probe uniantur. Amplior autẽ coctura ipſorũ deſtruit facultatẽ aromaticorum medicamentorum. Spuma argenti equidẽ,& plumbago,atque alia multa metallica per cocturã meliora fiunt,Crocus autẽ,& myrrha, multaque alia aromata in decoquendo uires amittunt.Itaque medii facultate pharmaci,& ſymmetria,& coctura,moderatis inflammationibus congrua, ampliusque in maiorũ uigore,atque inſuper in principiis,& augmentis eorundẽ conueniens,iã relata eſt.Cæterum ad induratas inflãmationes, cum iã præterierit uigor, & nihil amplius influxerit,uenerit autẽ tẽpus diſcutiendi, admiſcere cõuenit ad ſtomaticum pharmacum aliqua diſcuſſoriorum. Talia autẽ ſunt ſpuma nitri,& ipſum nitrũ molle,aſiæque petræ flos,& ſulfur uiuũ.Sufficit porro ad prædictã medii pharmaci cõmenſurationem admiſceri, nitri quidem unciam dimidiam ſulfuris autẽ †uncias duas. ¶ Quod ſi neque ſic præparatum habeas ipſum, neque præſto ſit tibi, F nitrum, aut ſulfur,aut aſię petræ flos:origanũ in ſapa,quam alii ſireon,noſtri omnes hepſema uocant,feruefacito,ſtomaticũque pharmacũ addito,ac gargariſſare iubeto.Si uero neque ſapa adſit,in aqua mulſa origanum coquito. Nihil autẽ refert etiã, ſi hyſſopum coniicias pro origano, aut pulegium, aut thymum , aut thymbram,aut calaminthen, aut myntham odoram,quam ueteres*hedyoſmon appellãt. At uero in uigore inflammationum,non ſolum nihil ex eiuſmodi pharmacis adhibere oportet,ſed etiã cõtrariũ totum:atque raro quidẽ ſtomaticis medicamentis uti,collutionibus autẽ, & gargariſmis mitigatoriis concoquere inflammationẽ:cuius generis eſt,decoctũ pinguium caricarum, & oleum lentiſcinum in duplo uaſe tepefactum. Quin,& ipſum ſtomaticũ pharmacũ in uigoribus gargariſſare conuenit , aqua mulſa dilutiore permiſtum,aut calida ſapa:quæ ſi non adſint,aqua calida Pręualere enim oportet, tunc mitigatoriũ, concoctoriũ* ductum,uelut in declinationibus diſcuſſorium ,qui ex fortioribus conſtat medicamentis . Porro meum pharmacũ ex ſucco nucum omnium aliorum eſſe fortiſſimum opere experti eſtis.ad uos enim ſodales loquor,in quorũ gratiam maxime ad hanc tractationẽ progreſſus ſum.Quòd uero etiam omnium uiliſſimum, & parabiliſſimum ſit, nemo ignorat:proiiciunt enim hortulani uiridium nucum cortices, ubi ipſas decorticarũt,ut uel maximos corbes nobis G explere liceat gratis.Mel igitur ſolum,ut pauperibus medicis(nam,& illis oporteat nos ea,quæ narramus cõmunicare)deficit,cũ eius fuerit penuria, nihil uero aliud, niſi quis ultro adeo aliud uelit.Sæpe enim hoc modo confectũ pharmacũ nihilo deterius apparuit eo, quod ex moris cõſtat,in quod tũ crocũ, tum myrrham, indebamus. Quin etiã ſi alumen ipſi addere uelimus,non eſt neceſſe ſciſſum iniicere.Sufficienter enim adſtringit etiam liquidum,quod aliqui phorimon appellant, quod uilis pretii, & maxime parabile in omnibus regionibus exiſtit: tenuitate tamẽ partium a ſciſſo deficit, & ob id etiam minus efficax eſt. At uero ſi hortulanus aliquis, aut ruralis hoc pharmacũ ſibi præparare uelit, habuerit gratis quos coniiciat Cytinos aridos contuſos & cribratos:nominatur autem ſic primogenita punica. Quo tempore enim arbor florere deſinit,fructus ipſius apparet figuratus in ſpeciẽ punici mali:quem ablatum,& reſiccatum adſeruare licet ad tẽpus fructus nucum.In fine enim ueris cytini generantur : deſinente autem æſtate ad perfectionem ueniunt nuces.Quin & in terrã decidunt multi cytini,aut à uento decuſſi, aut alio quopiã modo:quos collectos ſiccare licet: ut neque hac parte egenos medicos quicquã impendere opus ſit.Noſtis autẽ acidorum,& acerborum punicorum(quorum fructus parum abeſt, ut eſitari nequeat)cytinos meliores eſſe: quare etiã ſi ex arboribus eos auellas,aut nemo penitus H te prohibebit,aut certe uiliſſimũ pretiũ ſibi dari pro eis poſtulabit.Cæterum Balauſtium appellatum penitus cibis non conuenit: & ſi quis colligere id uelit,quemadmodũ origanũ, & thymbram,ac thymum, atque alia huiuſmodi, gratis licebit . Itaque ſi balauſtium uelit quis crudum tuſum, ac cribratũ iniicere iuxta proportionem , quã antea dixi, pari omphacio pondere, utile pharmacum efficiet. At uero,& cortices punicorũ malorũ,ualde parabiles res ſunt,adſtringendi uim ſufficientiſſimã habentes,& qui ad prædicta ſtatim in principio coniici queant. Optimũ autẽ pharmacum reddetur,ſi iuxta id tempus,quo punica nondum perfecte matura ſunt,non tamen longe à perfectione abſunt,eos cortices detractos cõieceris,atq; id ſtatim in principio cocturæ ſucci. Oportet autem prius in mortario tundere, quo ipſorum uis uniuerſa citius in medicamentum,quod paras,diffundatur.

†Al.3.xviij,qui dã ét 3.ii, ueluti etiam uetus interpres.

*Al. πολλοὶ .i. multi.

*inſtitutum.

De confectione pharmaci,ex malis punicis,& Malis,aliyſq; ſtomaticis.

Cum uero tres ſint punicorũ malorum differentiæ:aliqua enim ipſorum ſunt auſtera,aliqua uero dulcia,& quædam acida:ſi quidẽ ſola auſtera iniicias,magis adſtringens pharmacum reddetur:ſi uero dulcia, ſuauius: quemadmodũ ſane fortius fiet , ſi acida tantum indas. Ego autem conſueui par pondus uniuſcuiuſq; generis admiſcere. Nã & alias ipſa ſola matura punica mala integra

A integra vna cum corticibus tũdo, deinde ſuccũ exprimo, ac cũ melle coquo: & non ſolum ſtomaticum pharmacũ ori cõmodum habeo, ſed & ad multa alia vtile, veluti rurſus dicetur. Atque fit hic ſuccus ad oĩa præſtantior ex tribus punicorum ſpeciebus, aut generibus, aut differentijs, aut quomodocunq; quis appellare uelit. Miſcemus autem, & ruborum fructus, quos aliqui quidem à planta denominant, batina, hoc eſt rubina appellantes: aliqui autem compoſita appellatione mora appellant, apponentes, quæ à rubis producuntur. Ex quibus ſanè ſuccus ſimiliter ſucco mororum præparatus, melius illo pharmacum redditur: ſed minus validum eo, q̃ ex nucũ ſucco paratur. Quin, & malorum cotoneorum, & pyrorum ſylueſtrium, ac meſpilorũ ſuccus ſimiliter præparatus, ſtomaticum pharmacum efficitur, deuorariq́; aptũ, cum hoc, quod ex nucibus cõſtat, deuorare non liceat: quanquã.n. noxium non ſit, velut atramẽtũ ſutoriũ, tñ ſtomacho non eſt cõmodum. Manifeſtum verò, quòd, & ex punicis conſtans pharmacũ, aptum eſt fracto, & cibos faſtidienti ſtomacho: deficit tamen ab eo, q̃ ex malis conſtat. Innocuus eſt etiam rubi mororũ ſuccus deuoratus, uelut etiam ipſorum mororum: ſed ſuccus rubi mororum habet quid quod ſtomachum corroborat, quod ipſorum mororum ſuccus non habet. Porrò mel his oĩbus ſuccis nõ eadem proportione inijcitur. Plurimo. n. nucũ ſuccus opus habet, & poſt eũ rubi mororũ: mo-

B dico autem malorum, & punicorum, & pyrorum ſylueſtrium: medius autẽ inter hos eſt meſpilorum ſuccus. At vero, & ex cornis ac † brabylis, & prunis apud nos appellatis, præparãtur apud nos ſtomatica pharmaca eodẽ modo, quem in principio de moris recen ſui, in quorũ omnium confectione rationem quandam communem referam hanc. Si quidem craſſus apparuerit ſuccus, ſtatim mel admiſcere oportet: ſi uero liquidior ſit ſuccus, præcoquatur. Suſcipit autem pyrorum, ac malorum ſuccus, amplius uero etiam plurimorum fructuum, parem ſibi ipſis menſuram mellis: ſuccus uerò eorum, quæ multum acerba ſunt, uelut eſt corni fructus, aliqñ duplum, aliqñ triplum mellis adſumit. Omnia igitur hæc citra noxam deuorantur: ſi uero atramentum ſutorium admiſtum ſit, non valde deglutire oportet confectũ pharmacũ, præterq̃ ſi iuxta ſtomachũ, aut aluum vlceroſam affectionem fieri ſuſpicemur. Quin & ſi in ipſo ore maligna vlcera fiant, præſtant ex atramento ſutorio medicamenta. Sufficit autem drachma ad prędictã compoſitionem admiſta, in qua vnam mellis libram conijci eſt relatum: ſed & plus qñq; recte inijcitur ad vlcera putrefacta. Singula porrò, quæ dixi, inijcere licet aliquando, & muſto vuarũ auſterarũ, quas Aminæas appellant. Præſtat autem vltimum muſtum in hunc uſum: quod.n. in principio fluit, liquidius eſt, & aquoſius. Inijcienda vero ſunt ex prædictis pharmacis acerbiora, quema-

C modũ ſæpe vidiſtis me, aut punica mala, aut balauſtiũ, aut cytinos, aut ægyptiæ ſpinæ fructũ, aut corna, aut aliud q̃d ex huiuſcemodi adſtringẽtibus, admiſcere. Maxime vero aptus eſt rhus, ſiue maſculino, ſiue muliebri genere, ipſum uelis nominare. Eſt autẽ duplex: alter obſonijs inſpergitur, ſtomacho cõmodus: alter à tinctoribus coriorum expetitur. Vterq; uero muſto incoctus ſtomaticum efficit medicamentum, cui admiſcere licet etiã alia iuxta eandem proportionem, uelut in eo, quod ex moris conſtat, relatum eſt. At uero citra mellis miſturam, muſtum ſolum per ſe in mellis cõpagem redactum, exemptis etiam quæ aliàs induntur, bonum ſit pharmacum in principijs, augmentis, & uigoribus: ad declinationes autẽ, ſi tædas addideris pingues: aut etiam in tenuia fruſtula contuſas, & fractas, eaſdem una cũ rhoe in muſtum conieceris, deindeq́; interpoſita una die coxeris, donec ſuam ipſorum qualitatẽ in ipſum muſtum tranſmittant. Tunc enim tædas quidem eximere, ac proijcere oportet: muſtum uero uſq; ad aptam cõpagem coquere, quo uidelicet illiniri commodè poſſit. Quæcunq; aũt prius ex adſtringentibus inijci dixi, in id quod ex nucibus præparatur medicamentum, ea omnia etiam accipienda ſunt, recte in muſtum addi. Quòd ſi uero pretioſius efficere pharmacum uelis, inijcies ẽt caſiæ corticem, aut nardum indicã, aut malabathri foliũ æque.n. ut pauperibus, ſic etiam diuitibus nos pharmaca ſcribere oportet.

D Eadem etiam prædictis ſtomaticis pharmacis miſcentur. Sufficit autem drachma una ſingulorũ ex his tribus ad tantam medicamenti ſymmetriã, ac commenſuratiõnẽ, iuxta quam libra mellis una conijcitur. Nihil uero læſeris, ſi ad ſingulas drachmas, adhuc dimidiã apponas, ut in totũ quatuor drachmæ, & dimidia fiant. Cæterũ ad induratas inflammationes conijciuntur, quæ generoſius diſcutere poſſunt, tuſa uidelicet, & cribrata. Tempus autẽ indendi ipſa non eſt principium, ſed ubi prope perfectè coctum fuerit pharmacum, aut etiã penitus coctum, olla iam in terram depoſita. Sunt autem hæc, coſtus, amomũ, & quod macer appellatur: nominatur autem ſic cortex quidam aromaticus, qui ex India affertur, multũ calefaciens, & adſtringens. Quin, & cyrenaicus ſuccus ad diſcutiendas induratas inflammationes aptus eſt, quemadmodum etiam medicus, aut aliquis eorũ, qui poſtea celebres facti ſunt. Pauperibus porrò pro ſumptuoſis diſcuſſorijs pharmacis, aut dictamum, aut acorum, aut meon, aut pyrethrum, aut cardamomi quippiam, & ſinapi æquale inijcendum cenſeo, ita ut ad trium drachmarum pondus, eorum miſtorum moles perueniat, ad prędictam in principio ſtomaticorum pharmacorum ſymmetriam, in qua mellis libra habebatur. Si uero quatuor, aut quinq; drachmarum pondus ex his explere uelis, magis diſcuſſorium pharmacũ habebis. Semper enim pro conſtitutionis affectuũ proportione, augeri ac minui pharmacorum uehementiam oportet.

† βράβυλα ſylueſtria ſunt pruna. vide Athenæum. 2. dinoſ. cap. 8.

De confectione pharmaci ex muſto, in quo etiam parabilia diuerſa.

In pharmaco ex muſto, ad decem muſti heminas, tres inijcimus heminas rhois coriariorum, A
aut eius qui obſonijs inſpergitur: ſi vero vtrunq; inijcimus, vtriuſq; vnam, & dimidiam, aut pau
lo plus ſumimus: iuxta proportionem verò ēt ex diſcuſſorijs, cuiuſcunq; quidē ſuppetat facul-
tas. Quòd ſi vnū tm̄ habeamus adſtringendi vim habens, quod in principio inijciamus, aut vnū
ſaltē diſcuſſorium, quod iuxta finē indamus, ex illo totum pondus immittimus, quod ex oībus
aliàs conflaretur. Quæ igitur dicta ſunt in medicamentum ex nucibus conijcienda, ea omnia ēt
in pharmacum ex muſto indantur. Quin, & quæ iſtic nō dicta ſunt, amplius inijcere licet, uelut
gallam omphacitin appellatā, aut extremitates mollis rubi, aut rubi canini, & corni, cuius etiam
fructum diximus inijci oportere, uelut ēt pruna, & myrti baccas, & fructū myricæ, ac ſpinæ ægy-
ptiæ fructum, omniaq; adſtringentia, præter ea quæ medicamentariam vim habent, ne uideli-
cet deuorata lædant. Omnia porrò ſtomatica pharmaca, qūocunq; parata iuxta propria tempo
ra opportuna accomoda fiunt. Si quidem: n. auſteriora fiant, in principijs, & uehemētibus in-
fluxionibus conueniunt: ſi uero moderatiora, in uigoribus: ſi autem magis diſcuſſoria prædi-
ta, in declinationibus. Quare etiā ſi non ipſi præparauerimus quid, neq; ſymmetriam iniecto
rum nouerimus, ſed tantum ipſum compoſitum pharmacum guſtauerimus, cognoſcemus qūo B
eo ſit utendum. Hæc igitur ſi memoria conſeruabitis, qñ neceſſitate aliquando vrgente eorum,
quæ experimento conſtant, pharmacorum copia non ſit, ex parabili illius loci materia, uos ipſi
extempore aptum medicamentum componere poteritis. Non ſolum autem in hanc rem uti-
lis fuerit prædictorum memoria, ſed etiam ad iam inuentorum conuenientem vſum. Si enim in
ipſis adſtringentem qualitatem præualere inueneritis, in principijs eis utemini: ſi uero mitigato
riam, & laxatoriam ac concoctoriam, in doloribus, & uigoribus inflāmationum: ſi uerò obdura
tū quippiam, & ægre ſolubile inflammationis relinquatur, in declinationibus. Eodem modo ēt
in mediis temporibus, media relatorum pharmacorū medicamenta offeretis, ab repulſorijs ad
diſcuſſoria paulatim tranſeundo, atq; ſi unum duntaxat uobis præſto ſit medicamētum, id ipsū
per aquæ ſimplicis miſturam exoluētes, & per additionē parabilium intenſius reddentes. Sunt
aūt parabilia ex adſtringentibus roſæ, myrti baccæ, & myrtus, & lentiſcus, & rubus, & rubus cani
nus, & galla omphacitis appellata, & ægyptiæ ſpinæ fructus, omniaq; aluminis genera. Poſt hæc
parabilia ſunt rhus culinarius, & coriarius, & ſuccus qui ex Syria affertur: atq; hic quidem per
ſe admiſcetur, culinarius aūt, & coriarius rhus aqua prius decocti, utiles miſtura fiunt. Eſt autē
glaucium ex parabilibus, & omphaciū, & cytini, & balauſtia. Ex diſcuſſorijs autē parabilia mo- C
derata ſunt caricarum, & furfurum decoctum: & aqua mulſa, in qua origanū, aut hyſſopum, aut
thymus, aut calamintha, aut pulegium, aut mintha odora, quam hedyoſmum uocant, ſint inco-
cta. Fortiora autem ſunt, etiam hęc, ſi diutius coquantur: amplius autem, & nitri ſpuma, aut ipſum
adeo nitrum uſtum: fortius uerò his eſt ſulfur uiuum.

Stomaticorum Pharmacorum compoſitio, in quibus etiam quæ ex Moris conſtat, Heræ.

Proprie quidem Stomatica appellantur, quæ ad uuas, tonſillas, ac omnes quæ in ore fiūt de
repente inflammationes, conueniunt, componuntur autem per prædictam materiam, ex qua ſa
nè multæ particulares compoſitiones à medicis ſunt confectæ. Ego uerò etiam hic celebriū tan-
tum mentionem faciam.

Cumpoſitio Pharmaci ex Moris iuxta Heram.

Pharmacum ex Moris ſtomaticum, faciens ad tonſillas, & uuas, atq; alias in ore inflammatio
nes, tum illitum, tum gargarizatū, velut eſt predictum. Præparat autem ipſum Heras hoc modo.
Succi mororū heminas. vi, ad ſtrigmentitiā ſpiſſitudinē coquito: deinde tritas croci. ʒ. i, myrrhæ
ʒ. ii. omphacii. ʒ. i, aluminis ſciſſi obo. iii, mellis heminā unam, addito. Ipſe aūt Heras ſe etiam ali
A. iii s. aliter vi. ter præparare ipſum ait, hoc modo, ut croci drachma dimidia iniiciatur, & paſſi hemina una, & D
vini maris expertis auſteri hemina una. Coctura autem fit uſque ad compagem melleam.

Andromachi deſcriptio pharmaci ex Mortis.

Andromachus aūt de pharmaco ex moris in hæc uerba ſcripſit: Succi mororū heminas. vj,
accipito, & in ipſum gallas. v. conijcito, radicis autem dulcis. ʒ. xx, vini chij heminā. i. & inſolato,
aut coquito: deinde ubi coactum, & ſpiſſatum fuerit pharmacum, radices tollito, ac proiicito:
gallas autē tritas admiſceto, & myrrhæ drac, j, croci. ʒ. j, aluminis ſciſſi. ʒ. j, omphacii drac. ii: qui-
dam autem aluminis. ʒ. ii, mellis attici heminam unam. Manifeſtum autem eſt, q̄ hoc pharmacū
magis adſtrictorium eſt, q̄ preſcriptum, maxime ſi alumen adſumat. Sufficientes enim erant gal
læ, & omphacium, ut multum adſtringens redderent pharmacum, uerū ubi alumen amplius ad-
ditur, plurimum in ipſo adſtrictoria uis augetur. Recte tamen in eius confectionem admiſta eſt
dulcis radix, quæ exaſperata lenit, & propterea aſperitatē ex adſtringentibus inductam lenire
poteſt. Cœterum pro mororum ſucco coniicitur etiam mororum rubi ſuccus, alijs qūocunq; ue
lis appoſitis, ſiue ut Heras, ſiue ut Andromachus ſcripſit. Relatum autem à me antea eſt, quomo
do liceat ipſum uariare, per eorum quæ adiiciuntur admiſtionem. Dictum eſt etiam, quòd per
ſuccum nucum componi queat hoc pharmacū, reliquis eodē modo iniectis. Quin, & per puni-
corum

A corum malorum ſuccũ ſimiliter præparatur,tum ſucco ſolo cum melle præparato,tum iam dictis iniectis. Sic vero,& rubi fructus cũ melle confectus ſufficienter adſtringens ſit pharmacũ,quem admodũ ſane,& qđ ex nucũ ſucco paratur,veluti prius eſt dictum. At vero étuaria compoſitione pharmaca ex punicorum ſucco à medicis conſcripta ſunt,velut etiã ab Andromacho his verbis.

Stomaticon ex malis punicis Andromachi.

Punicorum dulcium nucleis carentiũ partes, ij, & acidorũ partem.i.ſucci in æneum vas congij menſurã exprimito: deinde excolatum ad lentũ ignem ad tertias coquito. Sint aũt læuigatæ myrrhæ minaæ.3.viii,crocomagmatis.3.viii,omphacij.3.viii,illyridis,3.viii,aluminis.3.iiii,gallæ.3.viii:vbi ſolueris,hæc per liquoris affuſionẽ læuigato, & ad melleã ſpiſſitudinẽ coquito:rurſus per proiectionẽ in pilam læuigato:ac vtitor,quandoq; cũ melle,quandoq; ſyncero. Hic non ſimul coquit mel cũ punicorum malorum ſucco, ſed poſtea cum paratũ eſt,dupliciter pharmaco vti iubet,aliquando quidẽ ſyncero,ad inflammationes videlicet adſtrictionis indigas: aliqñ vero cum melle,cum diſcuſſione indigent. Multitudinem autem ſucci congium eſſe iubet,hoc eſt ſextarios ſex Romanos. Cum.n.Romæ medicatus ſit,ſemper eius urbis menſuris utitur. Injcit autem in ipſum myrrham,& crocomagma,& gallam,& iridem illyricam,ipſam.n.illyrida appel-
B lare ſolet:amplius autem ad hæc omphacium:omnium quinque numero,ſingulorum vnc.i,octo enim drachmæ vnciam efficiunt:ex alumine verò ſciſſo vnc.dimidiam. Scripſit porrò deinceps Andromachus etiam id quod ex muſto fit ſtomaticum,ſic in hæc verba.

Andromachi Stomaticum ex Muſto,quo vtor.

Gallas † triginta,rhois coriarij ſextarios.ii,muſti ſextar. vi. Gallas confractas cum rhoe per- † *Aliter i.*
diem & noctem in muſto macerato:deinde coquito,donec ex toto quarta pars ſuperſit:& per linteolũ colato, exprimito,& in olla ad mellis craſſitudinem ſpiſſato: deinde trita addito,aluminis ſciſſi,3 .† i,croci.3.i,myrrhę.3.i,permiſta reponito,atq; vtitor. De muſto nihil manifeſte retulit, † *Aliter ij.*
ex quali vua ipſum ſumi uelit,num ea, quę auſterum vinum fundit, an quę dulce,an quæ mediũ. Nos igitur noſſe oportet,quòd pharmacum ex dulci confectum magis mitigatorium, & moderatum erit,ac minus efficax. In quibus autem opus eſt vti vehementiore adſtrictione,id quod ex acerbis vinis fieret,vehementius quidem adſtringit,leniendi autem vim non habet. Palàm eſt autem ex medio vino paratum,etiam mediam facultatem habere.

Critonis Stomaticum ex malis punicis.

Crito pharmacum ex ſucco punicorum his verbis deſcripſit. *ſtomaticum ex Punicis ad vlce-*
C *ra & aphthas oris.* Succi punicorum dulcium* heminas ſex,in ęreo vaſe ad tertias coquito: dein- * *Al. cyathos.*
de cinnamomi. 3. i, caſię. 3. i, myrrhę. 3. i, omphacij obolos tres, croci obolos tres nardi indicę obol.iii,terito:eisq; mellis heminã.i.admiſceto:atq; ita adinfuſo ſucco, ad lẽtum ignem moueto, ac donec ſpiſſetur,coquito,ac vtitor. Scribit autem, & aliam compoſitionem pharmaci ex punicis huiuſmodi. Malorum punicorum dulcium vna cum corticibus * tuſorũ, ac expreſſorum ſextarios vi. mellis boni ſextarium. i,in ollã conięcta coquito ad ſpiſſitudinem mellis:deinde aluminis ſciſſi * vnciam vnam,myrrhę vnc.dimidiam,terito,addito,ac miſtis vtitor. Magis adſtringẽs * *Aliter drac.*
ſcripſit certe hoc pharmacum Crito, q̃ prędcedens. Ridicule igitur quidam faciunt interrogantes,vtrum ipſorum altero melius ſit,alterutrum enim in proprio tempore,altero melius eſt:atq; hoc quidem poſterius ad ea, quę vehementi adſtrictione indigent:ad ea vero quę diſcuſſione, prius, maxime cum & cinnamomum iniecerit in ipſum, diſcuſſorium medicamentum. Scripſit autem,& ex muſto medicamentum Crito hoc modo.

Critonis Stomaticum ex Muſto.

Stomaticum ex Muſto,facit & ad aurium, & ſedis vlcera. Muſti ſextarios ſex,ad ſextarios.ii, de * *Codi. multi*
coquito:deinde rhois coriarii:3.4.alii,* drac.ii, miſceto:& gallarũ.3.iiii,alii verò gallas triginta: *habent ſextarios.*
D croci.3.ii,alii.3.i: aluminis ſciſſi.3. ii: quidam etiam myrrhę drachmam vnam, mellis ſextarium unũ,mixtis utitor. Multa vero alia pharmaca ex prædictis ſuccis à multis medicis ſcripta ſunt,iuxta commenſurationem uariantia,cùm aliqui quidem omnia prędicta coniiciant,quidam verò auferant,alius aliud, & alius plus,aliud minus. In quibus, velut dixi, inſpicere oportet quid redundet,an adſtringens & repulſorium, aut lenitiuum & concoctoriũ,aut diſcuſſorium: ita enim rectiſſime ipſis vtemur. Quare relinquam particulares eorum, quæ ſcripſerunt, differentias: Tranſibo autem ad alia pharmaca citra hos ſuccos præparata.

Stomatica pharmaca citra ſuccos compoſita,ex aceto & gallis.

Stomaticũ pharmacũ ſcripſit tũ Andromachus, tũ Crito, eandẽ habens ſymmetriã. Sufficiet itaq; deſcriptionem Andromachi referre hoc modo habentẽ his verbis. ¶ *Stomaticum Ariſtoclis ad Synanchas,quas anginas Latini vocant,& reliquas in ore affectiones. Hac & Antipater vſus eſt.*

Gallas numero.xxx, aceti albi ſeſquicyathum, alij cyathos.ix, myrrhæ drac.viii, nardi indicæ drachmam vnam, rhois culinarij ſeſquicyathum,alij cyathos.ix:aluminis ſciſſi drachmã vnam, piperis grana viginti:mellis attici cyathos.ii,alii ſeſquicyathum. Coquũtur gallę in aceto donec * *Aliter 3.i. anti*
flaccęſcant,deinde tritæ melli miſcentur tempore vſus. Quidam etiã ſeminis mandragorę,† vn *qua trãſlatio habet.3.i.s.*
ciam vnam ξ addunt. Hęc quidem Andromachus ſcripſit. Fortaſſis autem dubitauerit quiſpiã, * *Al. partẽ vnã.*

propter quid, cum ſcripſiſſet, aceti ſeſquicyathum, mox adſcripſerit, alij cyathos ix. multum. n. E
mẽſura altera alteram excedit: quemadmodum etiam rurſus cum ait, rhois culinarij ſeſquicya-
thum, alij cyathos ix. Singulatim ita q; vtrunq; expenſum dubitationẽ affert: ſi vero inter ſe com
plicentur, conuenienter ſcripta ſunt. Si etenim cyathos ix. iniecerimus, iniiciemus etiã rhois cu-
linarij eoſdem ix. cyathos: ſi vero aceti ſeſquicyathum, ſufficiet etiam rhois culinarij ſeſquicya-
thus. Quare in pharmaco plus aceti habente, diuturnior coctura facienda eſt: in minus habente,
breuior: præſtat autem diutius fieri coctura, ita enim gallæ molles reddentur. Conſpicuum ve
ro eſt, generoſum eſſe hoc pharmacum ex contrarijs compoſitum: gallæ enim, & acetũ, & rhus,
magis adſtringentia ſunt, & maxime repellunt: valde autem diſcuſſorium eſt piper, ſed miſtæ fa
cultatis eſt nardus. Myrrha vero diſcuſſoriam habet vim, ſed & lenem, ac mitigatoriam una cũ
hoc, quòd etiam concoquit. Diſcuſſoriæ facultatis eſt etiam mel, ſed citra mordacitatem earum
affectionum, quæ in ore fiunt, cum in oculis mordax exiſtat. Verum de aceti viribus iam ſæpe
mentionem fecimus, quòd & ſecat, & diſcutit, & repellit. Album autem in deſcriptione addidit,
vt videlicet tenuium partium indicet. Quidam vero tum aceti quinque cyathos, tum rhois eoſ-
dem inijciunt, medium quodammodo apprehendentes inter eos, qui plurimum, & qui mini-
mum, de vtroque conijciunt. Manifeſtum igitur eſt eos medium quoque pharmacum iuxta fa- F
cultatem præparare, quemadmodum ſymmetria ipſa media exiſtit.

Stomaticaillitio ex Beſaſa, hoc eſt ſeminerutæ ſylueſtris.

Celebre eſt & hoc pharmacum ab Andromacho hac verborum ſerie deſcriptum. ¶ *Stomati-
cum ad anginas ex beſaſa, faciens ad deſperata, quo utor.* Seminis aniſi, ſeminis apij, ſeminis ammij,
floris iunci odorati rotundi, aluminis ſciſſi, iridis illyricæ, beſaſa, quod aliqui harmala vocant,
cinnamomi, myrrhæ troglodyticæ, ariſtolochiæ longæ, ſingulorum vnc. vnã: caſiæ, roſarũ ſicca
rũ, vtriuſq; vnc.* j: crocomagmatis vnc. j: coſti, cineris hirundinũ recentis. vtriuſq; quadrantem
croci ſeſquiunciã: nardi indicæ, amomi, vtriuſq; vnciæ dimidium: gallas viij: tritis cum melle vte
re. Verum vſus tempore tandem mel adde. Hoc ipſum pharmacum et Heras ſcripſit, vt parum
abſit quo minus penitus idem ſit: ſolas enim roſas variauit, & non ipſas conijcit, ſed florem ipſa- A l. 3. fol. 9. c.
rum, & ad finem addit: quidam etiam caſiæ ſuluæ vnc. j. De hirundinibus autem ambo obſcu- 11. fo. 255. f
re tradiderunt, quanq; alij clare ſcripſerint, niſi quòd inter ipſos non conuenit. Alij. n. nidũ vre-
re iubent, ex ſtercoribus hirundinum maxime compoſitũ: alij ipſas hirundines: alij ipſarum pul-
los: Hi vero obſcurius ſcripſerunt: & Andromachus quidem, cineris hirundinum recentis: opor-
tebat autem ipſum apponere vſtarum: tale enim quiddam cineris vox ſignificat, niſi nidum ip- G
ſum terere, ac læuigare iubet: Heras autem, hirundinum recrementi, non apponẽs, uſi. Forte igi
tur neuter vult comburi debere hirundinum recrementum, quemadmodum alij. In quibuſdam
tñ exemplaribus ſic ſcriptum eſt. Hirundinum tenerarum vnciam * j: quemadmodum in alijs,
hirundinum à trabibus. Palam eſt autem, quod acre, & diſcuſſorium eſt hirundinum excremen-
tum, quemadmodum etiam alia oĩa omnium animalium ſtercora, aliqua magis, aliqua minus:
velut etiam ipſorum animalium vſtorum cinis. Dictum eſt etiam nobis de beſaſa in ſimplicium
pharmacorum tractatu, quòd tertij ſit ordinis calfacientium. & nunc ſanè quòd eiuſmodi admi-
ſtum eſt etiam prædicto medicamento, quod plurima diſcuſſorię facultatis in ſe habet, quemad
modũ aliqua ex alijs ſtomaticis, adſtringentis & repulſorię. Etenim iam relata pharmaca valde
diſcuſſoria ſunt, & ad hęc amplius cinnamomum ſuper omnia vim tenuium partium, & diſcuſſo-
riã habens. Quin & ſemina aniſi, apij, & ammij, diſcuſſoria ſunt: & iris, & ariſtolochia, ex diſcuſ-
ſorijs ſunt, velut, etiam myrrha. Miſtę autem facultatis eſt diſcuſſoria & adſtringente eſt caſia, &
crocus, & nardus, & amomum, & coſtus: præcellit autem in ipſis calfactoria & diſcuſſoria, & ma-
xime in coſto, Miſtæ facultatis eſt & iunci rotundi odorati flos, ſed vtraq; imbecilli, tum adſtrin
gente, tum calfaciente. Gallæ uero clarum eſt quòd (de omphacitidũ genere loquor) ex adſtrin
gentibus multum ſunt pharmacis, velut etiam alumen ſciſſum. Roſæ autem rurſum debiliſſimã H
habent adſtringendi vim. Ex contrarijs igitur facultatibus particularium pharmacorum, hoc
medicamentum propoſitum iam conſtat, & non ſolum contrarijs, ſed etiam vtriſque fortibus: at
que velut dixi antea, multo fortioribus diſcuſſorijs, quàm adſtringentibus. Quando vero con-
fectionem eius clare conſcripſerit Heras, viſum eſt ob id etiam illius verba in commune propo
nere, ac adſcribere, quæ hoc modo habent.

Stomaticum ex beſaſa, Herę.

¶ *Stomaticum faciens ad anginas, & inflammatas tonſillas, ac ulcera facta in ore. Conuenit etiam Sto
machicis & dyſentericis ſumme, in frigida exhibita magnitudine fabæ. Eſt & arteriaca bona, & dolo-
rem ſedat.* Aniſi vnciam i, ammij vnc. i, apij ſeminis vnciã i, coſti ſeſquiunciã, floris iunci odorati
vnciam i, iridis illyricæ vnciã i, aluminis ſciſſi vnciã i, gallas omphacitidas mediæ magnitudinis
octo, crocomagmatis vnciã * vnam, croci ſeſquiunciam, myrrhæ †vnciæ dimidiũ, ʒ floris roſarũ
vnc. duas, ariſtolochiæ longæ vnciã i, ſeminis beſaſa vnc. i, cinnamomi vnciam i, ſpicæ nardi ſeſ
quiunciam, amomi racemi vnciæ dimidium: quidam etiam caſiæ ſuluæ vnc. i, cineris hirundi-
num recrementi vnc.* vnam. Myrrhã cum melle terito, reliqua vero omnia contuſa & cribrata
in mor-

* *Aliter ij.* * *Aliter ij.*

*Ant. co habẽt ζυττικῆς. quã uocem etiã habuit vetus interpres. impreſſi tamen codi. græci habent diaphoriticæ, ſeu diſcuſſoriæ.

* Aliter ij. †*Al. vnc. i.* * Aliter ij.

A in mortarium conijcito: atq; vbi miſcueris, per piſtillum myrrham cum melle moderato agito, vt pharmacum melle craſſius reddatur. Vſus vero tempore melle dilutum illine, atque ex aqua gargarizandum præbe, aut ex aqua mulſa, vel ſucco ptiſanæ. Cęterum pharmacum hoc in ſtanneo vaſe reponitur ac adſeruatur.

Aliud Stomaticum ex hirundinibus abſq; Beſaſa, Aſclepiadæ.

Scripſit etiam Aſclepiades ſtomaticam illitionem his verbis. ¶ *Aliud ſtomaticum. Facit, & ad Anginas.* Hirundinum ſylueſtriũ vſtarũ cineris. 3. iiij, croci. 3. i, nardi indicæ. 3. j, melle excipe. Miſtura fit cum iam ſub manibus ſunt affectiones. Hirundines porrò urũtur hoc modo. Pullos ſale conſperſos unà cum pennis in fictile conjcimus, obturatumq; prunis imponimus. Gratia habẽda eſt Aſclepiadæ ob id, q̃ tã diligenter deſcribit, quo modo hirundinum pullos vri iubeat: & q̃ ipſa animalia, & non eorũ recrementa, in pharmaci compoſitionem præparanda cenſeat. Scripſit vero etiam Andromachus ſtomaticum pharmacum ex hirundinibus, hoc modo.

Stomaticum ex hirundinibus ad anginas, vt Harpocras.

Pullorum hirundinum vſtorum numero xi: mellis cyathum j, alij cyath. ij, habent: ſucci myrti viridis cyathum j, alij cyath. ij: myrrhæ obol. iij: pullos vrito, omnibusq; miſtis, ac tritis utitor.

B Clare etiam hic hoc loco pullos comburi iubet. Hæc itaq; duo præſcripta pharmaca ex hirundinibus ſunt, abſq; beſaſa. Alia autem duo ſtomatica, hæc præcedentia ex hirundinibus, unà cum beſaſa conſtant. Eſt autem, & tertia coniugatio pharmacorum eiuſdem generis, in qua ea quæ ex beſaſa citra hirundines præparantur, continentur.

Aliæ ſtomaticæ illitiones Andromachi.

Præſtat autem opinor, atq; aliàs relinquere oris illitiones, quæ ſanè laudantur ab ijs, qui de pharmacorum experientia ſunt curioſi, maxime cum multorum ex eis etiam ipſi experimentum fecerimus, partim quidem ex noſtro vſu, partim uero eorum qui nobiſcum ſunt medicati. Incipiam autem ab ijs, quæ Andromachus ſcripſit, ipſas compoſiturus iuxta illius verba.

Ad Columellam laxatam.

Mellis lib. j. aluminis liquidi lib. j, florum roſarum libram dimidiam, ſucci hypociſtidis quadrantem. Alumen in melle coquito, deinde ſicca inſpergito, atq; ita vtitor: coquito autem modicè. Vere bonum eſt hoc pharmacum, eoq; tribus modis vti oportet, quemadmodum uidiſtis me plurimis ſtomaticis pharmacis uti. Vnus vtendi modus eſt, & maxime in principio, ut diſſoluatur per aquam calidam, aut aquam mulſam, ac gargarizetur: nam & mitigatorium eſt hoc, & quod conuenit efficit. Interea autem dum eo ſic vtimur, etiam ſyncero pharmaco uti conuenit, partim quidem cum digitis illinendo, partim uero per cochleare admouendo,

C una cum hoc q̃ reprimamus, & intrepide foras columellam ipſam ducamus. Confert enim q̃ maxime ad linguam ipſam uergere, & à rectitudine ſecedere, quam habet ut plurimum ad ipſius aſperæ arteriæ extremum.

Aliud Stomaticum eiuſdem Andromachi ad omnia vitia oris.

Crocomagmatis. 3. ij, iridis drach. iiij: ſandarachæ drach. dimidium, hoc eſt obol. iij: terebinthinæ drach. ij, lycij indici drach. j, vuæ paſſæ drach. octo, aloes drach. j, omphacij drach. j, nucũ pinearum toſtarum drach. † octo, ſucci glycyrrhizæ drac. j, aluminis ſciſſi drac. j, balauſtij drach. j, floris roſarum drach. ij: mellis heminas duas, & dimidiam, in quibuſdam exemplaribus ſeſqui hemina habetur. Ipſe quidem Andromachus ſic ſcripſit, nõn oſtendens, quomodo mel miſcere oporteat, num crudum, aut coctum, aut deſpumatum tantum. Ego uero deſpumatum miſcendũ eſſe cenſeo. Scripſit etiam alias ſtomaticas illitiones Andromachus omnes bonas: quare mini mè relinquendas putaui: ideoq; ſubſcribam omnes deinceps, quemadmodum ipſe præſcripſit.

† *videſt viij, eſt in cod. impreſſis, in aliquibus n. i. xx.*

Stomaticum, quo ipſe ſe vti dicit. Floris roſarum drach. ij, nucum pinearum drach. j, croci drac. i, excipe melle. *Aliud, quo item ſe vti dicit.* Iridis illyricæ drach. vij: croci drach. octo, alij iiij: florũ

D roſarum drach. iiij: excipe melle. *Aliud.* Miſyos cyprij drach. viij, iridis illyricæ drac. quatuor, myrrhæ drach. † ij, croci drach. j: excipe melle. *Aliud odorum, tenerum, ad inflammationes, & cruſtas commodum.* Nucum pinearum drac. iij, amyli drach. ij, aluminis ſciſſi drac. j, floris roſarum 3. j, croci obo. tres: excipe melle. Hæc ex ferula Cratippi eſſe ait. *Aliud ſtomaticum Menecratis.* Croci drach. iiij, balauſtij drach. iij: florum roſarum drac. j, alij * dimidiam: fructus ericæ drac. j, malabathri drach. j, nardi indicæ drach. j, nucum pinearum numero xx: excipe melle. *Aliud, quod ex libris * Meliti eſſe ait.* Rhois rubri drac. ij, florum roſarũ drac. j: coſti, croci, vtriuſq; obol. iij: excipe melle. Hanc etiam gargarizari cum paſſo, aut aqua mulſa ait: neq; ſcio cur hoc hic adſcripſerit, cum omnia gargarizari poſſint. *Aliud ſtomaticum quod etiam ipſe laudat.* Floris iunci rotundi odorati, myrrhæ, croci, caſiæ, aluminis ſciſſi, illyridis, ſingulorum drach. iiij: nardi indicæ drach. unam: excipe melle cocto. Hic quidem igitur cocto adiecit: in prioribus uerò ſemper ſimpliciter melle dixit, permittens nobis, quomodocunq; præparare velimus. Ego autem velut dixi, melle deſpumato vtor.

† *Aliter viij.*

* Aliter ſeſquidrachmam.

* Al. Memphyti.

Aliæ illitiones ſtomaticæ, quas Aſclepiades ſcripſit.

Illitio ad putredines oris Aſclepiadæ. Rhois rubri drach. iiij, acaciæ drach. j, medullæ drach. iiij: vino Pramnio diſſoluta excipe melle cocto, & utere ad illitionẽ. Haud ſcio, quomodo reliquerit

adſcribere ad medullam,num ceruinam,an vitulinam,conijci velit.Quando igitur non adſcri- E
pſit,tutius eſt ceruinam adijcere: forte. n. eſſe vult medicamentum, fortior autem eſt medulla
ceruina,quam bubula. *Alia.*Succi hypociſtidis.3.duas,balauſtij.3.j.lycij:3.j.acaciæ,3.j:excipe oli
uæ immaturæ ſucco,& melle ſubactis vtere.

Illitiones oris,aptæ eis, quæ medicamentarias qualitates ægrè admittunt.

Porrò de mulierculis quid attinet dicere,& maxime diuitibus,quæ præ delicijs ſtomatica me
dicamenta egre admittunt?Iam uero ẽt viri quidã non ſolum prę delicijs,ſed etiam natura quo
dam modo malum ſtomachum habentes,eiuſmodi pharmaca non ferunt.Et ſane præterlaben
tia ſæpenumero in ſtomachum,non ſolum iniucunda aliquo modo ſunt,ſed etiam noxia.Man-
ſuetiſſima igitur ex ipſis crocum hñt,& myrrham, & alumen. Melius igitur eſt aliquas ſtomati-
cas compoſitiones abſq; his factas habere. In moderatis itaq; inflammationibus aut tonſilla-
rum,aut uuæ,aut alterius alicuius partis,ſufficiunt ſucci ſoli fructuum iam dictorum,uelut rubi,&
mororum, punicorumq́; malorum,& cotoneorum.Quin, & ſuccus nucum , ubi cum ſolo melle
paratur,ſuauem guſtum habet: itemq́; muſtum ex acerbioribus vuis , ex quibus amimæum uinũ
funditur,ſi in ipſum rhus addatur : hoc enim uelut adſcripſit optimum fit pharmacum , coctum
vt dictum eſt . Ad eas vero inflammationes, quæ multa adſtrictione indigent,illitiones ſtoma- F
ticas huiuſmodi paraui. Auſterorum punicorum ſuccum , aut auſterorum cotoneorum , aut ẽt
vtrorunq; ſimul,iuxta prædictam proportionem cum melle miſcui,atq; ſufficiens erat. At ue-
rò mororum ſuccus debile pharmacum eſt.Sed inter hunc,& prędictos, medius eſt iuxta adſtrin
gendi vim,ſuccus rubi mororum.Fortis autem eſt nullo minus ex corticibus nucũ, quamquàm
non ſit etiam in guſtu acerbus.Vnicuique uero ex his licet uuas acerbas expreſſas miſcere,ſi qui
dem uehementius efficere velis, eadem menſura : ſi uero non , omnino tamen dimidium ſucci
ipſarum addes. Vehementiſſimum autem reddetur pharmacum,ſi punica integra tundas vna
cum corticibus, indeq́; ſuccum exprimas, atq; hoc magis ſi fuerint acerba. Amplius uero acer-
biſſimũ ex his fiet,ſi ad punicorum auſterorum ita tuſorum ſuccum, vuæ acerbæ ſuccus ſuperad-
datur cũ moderato melle. Præſtantius adhuc erit, ſi tota contuſa punica mala paſſo cocta exco
les. Licebit etiam ex ſolis dulcibus punicis pharmacum præparare , vt debilius, ita ſuauius, &
magis ſi ex ſolo ſucco citra cortices compoſueris. Ego vero ſæpe tria punicorum genera per-
miſcui,auſtera,acida & dulcia: ne uero valde exaſperet, admiſto glycyrrhizæ ſucco, optimum
pharmacum efficies . Quin , & ex fructibus factum per ſe ſolum optimum eſt medicamentum,
tum ijs qui gargarizando colluere , tum qui illinire oris inflammationes uolunt: eſt autem , & G
hoc partim auſterius, partim moderatius in adſtringendo , diceturq; de compoſitione ipſius
paulo poſt. Quando vero non ſolum repulſorium pharmacum nos habere oportet, ſed etiam
diſcuſſorium , ſi quid appareat induratum , in hunc modum ipſum parabis. Iis, quæ medias
facultates habent ex prædictis, inijcies aliquid dum coquuntur , ex pulegio , aut thymo,aut ori-
gano, hyſſopo, mintha , aut calamintha: deinde colabis , & habebis optimum medicamentũ:
ſi uero calidius efficere uelis , piper addes. Præparaui qnandoque etiam ſine pulegio, aut thy-
mo,aut aliquo huiuſmodi, id quod ex ſuccis conſtat , ſolo pipere in ipſum coniecto . Omnibus
aũt ſi glycyrrhizæ ſuccus addatur,melius pharmacum efficietur. Quòd ſi pro opulentis compo-
nas,etiam amomi quid miſcebis. Quantitas autem huiuſmodi rerum eadem tibi ſeruetur cum
ijs,quæ crocum,& alumen ac myrrham adſumunt, uelut præſcriptum eſt: pro illis enim tibi hic
amomum erit. Quin,& maſtichen chian quandoq; inieci, poſt factam uidelicet colaturam, &
poſtquam ea quæ incocta ſunt fuerint exempta.

De cruſtis in ore. CAP. 2.

IN calidis,& humidis corporis locis,quale eſt os,cito putredo accedit, ex quacunq; tandé cau-
ſa fuerit exulceratum. Confert ad hanc rem etiam id,quod nihil penitus in ipſo ex pharmacis H
incumbere queat,uelut in alijs ulceribus poteſt: eluuntur enim omnia à ſaliua. Qua propter etiã
fortiſſimis pharmacis ſæpe ad ea uti cogimur . Fortiſſima autem ſunt quæ cruſtam, eſcharan
Græcis dictam, efficiunt ad modum cauteriorum. In externis igitur vlceribus, ubi parti curan-
dæ cruſta fuerit inducta,à fortibus pharmacis deſiſtimus,ad ea quæ cruſtas tollunt tranſgredié-
tes, quæ manifeſtum eſt exterſoriæ qualitatis,ac facultatis eſſe: in ijs uero,quæ in ore fiunt,pro-
pter loci naturam , tutius mihi eſſe uidetur admiſcere ad exterſoria pharmaca quædam fortia,
quæ ſingulatim admota cruſtas infligunt.Ob hanc igitur cauſam melli uehementiſſima extergẽ-
di vi prædito pharmaca admiſcemus ipſas cruſtas efficientia. Quemadmodum ſane in ſordidis
vlceribus in cuticula obortis diximus admiſceri oportere melli, quæ parum extergent , thus,
eruum,iridem , ariſtolochiam,& quæcunq; alia huiuſmodi,eadem ratiocinatione contraria ap-
ponentes,velut Hippocrates dixit:una.n.eademque ratiocinatio in utriſq; eſt,ut uidelicet exter
ſorium pharmacum moderate habens ad affectionem adhibeatur . Habebis autem commode-
ratum pharmacum ipſum mel,in ulcerum quidem ſorde,debilibus exterſorijs permiſtum:in qui
bus autem ob loci naturam, putredinis acceſſionem formidamus, ex fortioribus quippiam ad
ipſum mel admiſcemus.Rationabiliter igitur ad oris ulcera arida medicamenta cum melle cõ-
miſcuerunt,per quæ cruſtas inducimus . Quædam igitur ex huiuſmodi pharmacis prius recenſui

in eo

A in eo loco, quo ad nomas oris medicamenta ſcripta ſunt: eadem enim ēt ad cruſtas conuenire dixi, ſi mel ipſis addatur: quin etiam nunc de ipſis ſcribam, omnia tametſi bis dici cuipiam videā tur. Quæ igitur ab Andromacho ſcripta ſunt paulo ante, in memoriam ſaltē me reuocare oportet ex eo loco, in quo docuit, quæ pharmaca ad nomas oris conueniant: apponam autem principia ipſorum tantum. Vnum igitur pharmacum ſic conſcripſit. Andromachi ſtomaticum odorum, tenerum, ad inflammationes, & cruſtas commodum. Compoſuit aūt ipſum ex nucibus pineis, amylo, & alumine ſciſſo, flore roſarum, ac croco, melle admiſto. Alterum autem hoc modo ſcripſit. Paſtillus ad affectiones in ore, cruſtas, ac nomas, quo etiam ipſo cum melle vtitur. Quin & omnia alia ab ipſo ad nomas deſcripta, etiam ad cruſtas commoda ſunt cum melle.

Quæ Crito ad Cruſtas conſcripſit.

Quæ vero Crito ad cruſtas ſcripſit, illius ipſis verbis ſic habēt. ¶ Miſy crudum è ueſtigio tollit: in alio exemplari cum melle toſtum habetur: ad oris vero cruſtas aqua diluto, ac modico vtere. Sint autem miſyos torrefacti. ʒ. iii, mellis boni cyathi ſex, commiſce ac vtere. Similiter facit & chalcitis aſſata cum melle, vt ſtrigmentitia ſit ſpiſſitudo.

Quæ Archigenes ad cruſtas ſcripſit.

B Archigenes autem de his ſic tradidit. ¶ In cruſtis, quæ eſcaræ Græcis appellantur, priuatim commodum eſt ſtercus caninum cum melle illitum. Aut atramentum ſutorium purpuræ marinæ tomento inuolutum vrito, neque agitato: deinde cum melle tritum illinito. Aut pice liquida cum pari melle, pauxillo autem cedriæ admiſto, vtitor: Aut rhois coriarij quantum ſatis ſit irrigati aqua, donec ſtrigmentoſa euadat, vbi coxeris, melli miſceto & utitor. Facit & Syriacus rh⁹ cum melle. Aut hirundinum vſtarum, & ſtercoris humani, parem modum cum melle illine. Aut hepatis lupi aridi cochlearia duo trita bibenda præbe. Horum pharmacorum maximam partem laudo: quod vero ex rhoe conſtat damno, cum adſtringentis ſit facultatis, quæ nequaquam cruſtis conueniet. Verum de lupino hepate non habeo quod dicam. Ad hepaticas enim affectiones ſcio hoc pharmacum tum per ſe, tum pharmaco ex eupatorio miſtum, bibi: an vero etiam ad cruſtas in ore potum conueniat, iuxta aliquam totius ſubſtantiæ proprietatem, per ſolam experientiam iudicare oportet: de qua non eſt quod dicam, ut qui hoc non ſim vſus in huiuſmodi affectionibus. Caninum autem ſtercus, vbi oſſa comederint canes, per omnia optimum eſt: nā & magnopere auxiliatur, neque vllam in ſuauitatem exhibet vtenti: humanum vero tanquam abominandum ſemper deteſtatus ſum. Vſus eſt itaque ipſo quidam non prædicens, ſed latere conatus. Accepit autem non vulgare, ſed pueris dabat in cibo panem cum leguminibus, quæ lupini vocantur, atque ita reſiccatum habebat in promptu ad quæcunque eo vtique opus eſſet.

C Quin & Muſa plurimum vſus eſt primus adeo ſtercore canino, album ſemper adſumens. Scribit igitur in præſenti affectione ſimiliter eodem canino ſtercore ſe vſum, his adeo verbis.

Muſa ad anginam.

¶ Ad anginam ſtercus caninū album accipito, ac reſiccato, tritumque cribro modico cribrato, & in promptu habeto. Vſus tempore melle diluito, atque tunc ut deuoretur illinito. Hæc cum ſcribat Muſa, merito ei adſtipulamur: hoc enim pharmaco fortius nullum nouimus, neque in angina, neque in magna tonſillarum inflammatione, aut iis quibus ex glandulis ſuffocationis periculum imminet. ¶ *Ex Sorano.* Experti ſumus etiam Sorano ſcripta pharmaca probe facere, quæ his verbis tradidit. † Chalcitidis toſtæ, mellis attici, quod ſatis eſt: chalcitidem cum melle terito ad ſtrigmentitiam craſſitudinem, ac vtitor. ¶ *Aliud ad cruſtas faciens, & humore prægnantes gingiuas, itemq; fœtētes.* Miſyos vſti. ʒ. viii, iridis illyricæ. ʒ. iiii, croci. ʒ. i: hæc trita ac miſta in pyxide lignea reponito, & tum per ſe, tum cum melle, vtitor. Conſequenter vero etiam hæc hoc modo prodidit. ¶ *Aliud pharmacum Anthera, ad prædicta faciens.* Iridis illyricæ, ſandarachæ, cyperi, ſingulorum. ʒ. iiii: aluminis ſciſſi. † croci, crocomagmatis ſingulorum. ʒ. ii: his tritis ac miſtis vtere.

D Quidam verò & florum roſarum, & gallæ, vtriuſque. ʒ. ii. adiiciunt. Vtere autem ad putredines, & diſparatas per abſceſſum, ac cruentas gingiuas arido, ad cruſtas cum melle.

† *Additur in quibuſdā cod. Ad eſcaras ſeu cruſtas ſtomatica.*

† *Additur in quibuſdā, myrrha.*

Quæ Heraclides Tarentinus ad cruſtas in ore ſcripſit.

Heraclides Tarentinus in ſcriptis ſuis ad Antiochidem in hunc modum ſcripſit, de putredinibus in ore. ¶ Facit quidem & Anthera ſicca admota. Si vero validior ſit putrefactio, appoſita eſt hęc compoſitio. * Libri vſti partes iii, auripigmenti partem i. tritis, miſtis vtitor: & ſupernè linamentum † conuulſum impone, roſaceo tinctum, ac expreſſum. Quidam * libri partes viii, capiunt.

* βδελλίου, *i. bdellij eſt in impreſſis, licet in manuſcriptis ſit* βίβλου, *i. libri.*

† *non eſt in græco cod.*

¶ *Aliud ad robuſtas putrefactiones oris, ac reliqui corporis.* Chalcitidis partem vnam, calcis uiuæ tantundem, auripigmenti partem dimidiam: tritis, miſtis vtere. ¶ *Aliud ad putredines in ore, & gingiuarum abſceſſus.* Florum roſarum drac. iiii, aluminis ſciſſi drach. ii, gallæ drach. ii. myrrhæ drach. i: trita melli miſceto ac vtitor. Verū ad ulcera leuiter cruſtoſa, iniice aluminis. ʒ. quatuor, myrrhæ obo. iii. gallarū drac. i. *Aliud.* Aceti acerrimi heminam unam accipito, in ipſumque tantū ſalis, donec non amplius liquetur, cōiicito, deinde donec ſiccetur coquito, & ex illo accipito, atq; aceti cyathum vnum affundito, ac ore detinendū exhibeto per ſatis multum tempus: deinde iterum, atq; iterum idem facito ter, aut quater per diem, reſpectu habito ad ſubiectas partes.

In pueris vero lanas circum ſpecillum apponito, intingitoq;, ac locum confricato, ea corporis E figura ordinata, ne ipſam deuoret. Quidam vero arido ſale vtuntur, terentes ipſum cum aceto, & reſiccantes. Faciunt, & alumen rotūdum, ac ſory, pari pondere. Oportet autem colluere lentium decoctum modico admiſto melle, aut roſarum cremorem cum melle. Quòd ſi non exuperetur per hæc putrefactio, vrere iube, munitis & contectis in orbē circumſitis locis. Si autem candens ac pellucens cauterium, quod admoueatur, donec nullus humor amplius defluat, & locus videatur exuperatus. Poſtea colluenda prædicta, & anthera compoſitione vtendum ex melle, vſquequo cruſtæ circunrūpantur: atq; tum ſanè melle uteris. ¶ *Aliud odorum, tenerum ad inflammationes, & cruſtas commodum.* Nucum pinearum drachmas iij, amyli drachmas duas, aluminis ſciſſi, drachmam j, florum roſarum drachmam j, croci obolos iij, excipe melle. Hoc medicamentum ex Ferula Cratippi ſumptum dicit.

Ad Columellam ſiue gurgulionem. CAP. 3.

CArnoſa quædam particula in ſummo ore apparet dependens, ſi quis aperto plurimū ore toto linguam deprimat. Hæc ipſa caruncula duobus nominibus appellatur, à veteribus Græcis, gargareon & cion, hoc eſt gurgulio, & columna: cæterum poſteriores medici ferè omnes non ita, ſed cionidem id eſt columellam, uocant. Nam qui ſtaphylen, id eſt vuam, ipſam F appellant, eorum neq; meminiſſe præſtat. nos. n. non particulam ipſam, ſed vnam aliquam eius affectionem, ſtaphylen ſiue vuam, nominamus. Raro autem hæc affectio circa columellam contingit: verum valde ſæpe inflammatur. Et ſane quemadmodum in alijs omnibus, in quibus ex humorum influxu contingit morbus, ita etiam hic prima auxilia reprimunt fluxum. Adſtringentis igitur facultatis hæc eſſe oportet: & ſi quidem moderatus ſit influxus, moderate adſtringentis, quam auſteram priuatim dicunt: vbi vero vehementior fuerit influxus, acerbæ: ambæ enim adſtringunt, ſed debilius auſtera, uehementius autem acerba. Relatæ ſunt autem ſæpe ambarum materiæ: verum præſtat, & nunc meminiſſe, quo in paruis inflammationibus debiles, in magnis vehementes, adhibeatis. Collutiones itaq; moderatæ ſunt ex palmulis, aut phœnicobalanis, aut quomodocunq; appellare velis, decoctis quandoq; ſola aqua, quandoque modico melle iniecto. Huic conſimilis eſt collutio ex decocto roſarum pampinorum vitis, rubi, rubi canini, lentiſci, hederę, cypri, terebinthi, rhamni, a ſpalathi, cyperi, ac cytinorum, item ſiliquarum, & radicum mori, hypociſtidis, malorum auſterorum, & pyrorum acerborum, ac ὄων, id eſt ſorborum, quæ, multi apponentes ad primam nominis ſyllabā υ, ὄυα appellant, vt nominis quidem tres ſint in vniuerſum literæ, tum ο, tum υ, tum α: apud græciſſantes vero cum ο tum α. His for- G tiora ſunt myrti ac baccarum eius decoctum, & ex acerbis cotoneis malis, & virgultorum tenerorum ilicis, arbuti, ſimilacis, ac phagi, & ipſarum glandium, meſpilorum item, & cornorum, & fructus * memæcyli. Generoſiſſimum autem eſt decoctum gallarum, & rhois culinarij, ac coriarij, ac fructus myricæ, & ſpinæ ægyptiæ. Ex his ſingula tum per ſe, tum etiam miſtim, cocta ex aqua gargarizare oportet: mirum. n. quam miſturæ ipſorum vtiliores ſæpe fiunt ipſo ſimplici vſu. Quin, & aridis tritis columellam contingere oportet, ſenſim quodammodo ad ſupernam regionem, & externam, ad linguam videlicet ducendo. Verum trita arida pharmaca cochleario excipiantur: & melius eſt vt ipſum cochlearium ad finem in obliquā lineam deſinat, q̄ in rectam. Et ex his ipſis, moderatæ quidē ſunt roſæ, & flos ipſarum, & virgulta iam enumeratarum plantarū, hypociſtis, rheon: lapis quo ſutores muliebria calciamēta expoliunt, uocatur autem Ageratus, velut non ſeneſcens; aloeq;, & cyperus, & iunci rotundi odorati flos, radix † nardi indicæ, ac noſtræ montanæ. Fortiora his ſunt, & citra manifeſtam aſpritudinem adſtringunt, fructus ſpinæ ægyptiæ, rheon, & quod diphryges appellatur, rhus obſoniorum ſiue culinarius: & ex acerbis balauſtium eſt, cytini, malicorium, galla, et magis exacte cùm omphacitis fuerit. Adſtringunt ēt eximiè omnia aluminis genera: ſciſſum vero inter ea tenuiorū partium eſt, & ob id vtilius. Atramē- H tum vero ſutorium uehementem habet adſtringendi uim, ſed non expers eſt calfaciendi, & propterea putredinoſis ulceribus conuenit: & tñ exacerbat columellam, ēt ſi iam ſit in ſcirrhum indurata. Succi porrò adſtringentes ex omnibus dictis plantis ſunt, & fructibus ipſarū conſimiliter: dictum eſt de ipſis inter illitiones ſtomaticas, quarū aliquæ ex muſti, aliquæ ex mellis, miſtura præparantur: corrumpuntur. n. ſucci omnino ſi abſq; melle reponantur, aut rurſus reſiccantur ſi plurimum fuerint cocti. Quidam uero ſucci etiam ſi ad Solem æſtiuum ſiccentur ad moderatam ſpiſſitudinem, per tempus tñ exareſcunt: & ſi ad plures annos durarint, in eam perueniunt ariditatem, ut conteri queant in modum cytinorum, & balauſtiorum. Tales ſunt hypocyſtidis ſuccus, & uuæ acerbæ, ac glycyrrhizæ, & centaurij. Et, ut in ſumma dicā, omnes ſucci etiam ſi abſq; melle diutius fuerint cocti, nō quidē corrumpuntur, uerum tempore fiunt aridi: & quidam ſanè uelut dixi, conteri poſſunt: quidam uero natura uidelicet tenaces, & uiſcoſi, in laminam magis abeunt, quam ut conterantur. Atq; hæc quidem ſimplicia commoda exiſtunt. Compoſita autem ex ipſis iuxta duplicem utilitatem fiunt: unam quidem ex ijs, quæ eiuſdē generis ſunt: quando uehementi molle admiſcemus, carentes ſcilicet medio, uelut florem roſatum aut ipſas roſas, cum galla aut alumine permiſcentes, & unum quodque ex prædictis lenibus pharmacis cum uehementi complicantes. Non pauca enim numero iuxta huiuſmodi permutationem erūt. Immo

& iuxta

* *Al.* κοκκομήλων. *quam dictionem interpres inferius tranſtulit prunum.*

† *Legitur in antiquis, nardi tum celticæ tum indicæ.*

A & iuxta miſturam ipſam ex duabus factam plura pharmaca fient, cum aliàs alia quantitate miſceantur: velut ſi duplus ſit roſarum flos quantitate aluminis, aut vice verſa duplum alumen ad florem roſarum. Poſſit autem non ſolum duplum, ſed & triplum, & quadruplum, alterum alteri miſceri: neque clam eſt etiam par pari, atq; hoc quidem medium fuerit inter ſumma ſiue extrema: reliqua vero omnia partim propius molliori accedunt, quæ videlicet plus roſarum habent: partim autem vehementiſſimo, quæ ſcilicet plus aluminis capiunt. In vtriſque vero non obſcurum eſt magis, & minus. Cum enim duo ſunt pharmaca, forte quidem eſt, in quo alumen roſas excellit: * fortiſſimum autem eſt, in quo triplum alumen continetur, quàm pharmacum quod duplum habet. Quod igitur ſemper me dicere audiuiſtis, etiam nunc dicam. Stulti ſunt, qui inter duo eiuſdem generis pharmaca, vtrum ipſorum melius ſit, quærunt, aut quod tantundem omnium optimum exiſtat. Perinde.n. faciunt, ac ſi quis quærat, præſtetne alicam, aut ptiſanam ægris exhibere: aut, num vinum, an acetum mulſum, aut aliquod purgatorium medicamentum: aut num melius ſit ueratrum album, an nigrum: aut ſi in uniuerſum quis de omnibus auxilijs interroget, quod ipſorum optimum exiſtat. Omnia.n. reſpectu ad aliquid, tum emolumentum, tum detrimentum, in ſe habent quod ‖ ipſum etiam cum Hippocra- lib. de Alimento iuxta finem.
B tes dixerit primus omnium, quos ſciam, ij qui poſt ipſum fuerunt, inſequuti ſunt: ex recentioribus autem medicis aliqui, quemadmodum alia multa nugantur, ſic etiam talia. Vidiſtis porrò ſæpe opere perfectã quam dico veritatem. Intempeſtiue nãq; aliqui, pharmacis, quæ habebãt, vſi, deinde q̃ exacerbari affectionẽ his viderent, ad alia citra methodũ tranſgreſſi, & neq; his qc quam efficientes, ad tertiam deinceps tranſitionem, aliquando ẽt quartam, præter rationẽ delati, & affectum iam malignum eſſe iudicantes, me in conſilium adhibuerunt: quibus oñdere mihi iuſſis pharmaca, quæ habebant, id quod commodum eſſet ad præſentem conſtitutionem indicaui. Atq; cum ipſi dicerent per pharmacum, quod ego conſulebam, ęgrũ exacerbatum eſſe, & ob id ſe eo uti formidare, uerum ẽt ſic perſuaſos a me, ad ipſius vſum compuli, & tum illis, tum nobis utrunq; quod Herophilus dixit, verum eſſe oſtendi. Siue .n. dixeris pharmaca nihil eſſe ſola per ſe ipſa, recte dices: nihil. n. ſunt, niſi utentem eis recte fuerint adepta. Siue rurſus pharmaca veluti deorum manus eſſe dixeris, ẽt hoc recte dices: iuuant. n. maxime, ſi is qui eis vtitur, in rationali methodo fuerit exercitatus, & cum hoc natura prudens: quidam.n. haud ſane præſtantiores exiſtentes, de ſapientia cũ prudentiſſimis contendunt. Miſtura itaque medicamentorum eiuſdem generis, mediorum pharmacorum vſus gratia fit. Et ob id ſp duo cõtraria facultatibus
C pharmaca in unoquoq; affectu uos hr̃e operæpretium duco: permiſcendo.n. ipſa, omnino multis medijs pharmacis abundabitis. Vna igitur miſturæ eiuſdem generis pharmacorum cauſa hec eſt, iam uidelicet relata. Vna uero alia miſtura ex diuerſi generis pharmacis hmõi ratiocinatione cœpit. Raro quidem inuenerit quis affectionem aut diſcuſſorijs tñ, aut repulſorijs, indigentem. Paruæ etenim, & affectionis nomine uix a medicis dignatæ, confeſtim ſedantur. Vbi uero generatus affectus maiorem habuerit cauſam, impoſſibile eſt ipſum per repulſoria perfecte ſanare, & maxime ubi ęgri corpus fuerit humoribus * multis refertum, aut particula affecta natu- * Al. vitioſis.
ra debilis. Ob id igitur cogimur ſæpe quidem in principio, ſæpe vero paulo poſt, admiſcere q̃p piam ex diſcuſſorijs: ſi uero dolor affuerit ſimul vehemens, ẽt ex mitigatorijs addere. Itaq; tunc opus eſt unicuique prædictorum pharmacorum aliquid ex diſcuſſorijs addere. At uero cum hæc omnino multa ſint, a mollioribus auſpicandum erit: ab acribus.n. inflammata exacerbãtur. At ea gratia cõpoſita medicamenta in uſum uenerunt, cũ ad aliarum partium inflammationes, tum gurgulionis: ueluti cum * alumeni iridem illyricam admiſcemus, aut farinam eruinam, aut thus, aut myrrham. Cum.n. adſtringentia ſint multa, & non pauca citra acrimoniam diſcutientia, uarietas pharmacorum ad columellas inflammatas merito multiiuga facta eſt. Cæterum tu
D perſpecta inflãmationis magnitudine, ac caliditate, & cõſiderata influxus quantitate, ampliusq; copiam humorum in toto corpore per coniecturam aſſecutus, pharmaco, in quo, aut adſtringentium, aut diſcutientium uis excellit, uteris. Adſcribam aũt rurſus ẽt hic pharmaca, quæ ab expertiſſimis tradita ſunt, aliqua quidem cum proprijs diſcriminibus, nõ pauca uerò ẽt citra diſtinctiones. In quibus ſane ego, uelut etiam in alijs, quę ſupra tradidi, propria diſcrimina apponam.

Quæ Archigenes ſcripſit ad Gurgulliones inflammatos.

Ad propoſitam affectionem ſic ſcripſit Archigenes in primo pharmacorum. Vua laxata ſuccum diſſolutum admoue, aut gallam tritam cum ſale, aut ipſum ſal diſſolutum, aut lycij radicem tritã, aut omphacium cũ melle. Si uero fortius uelis, atramẽti ſutorij, ſquamæ æris, aluminis ſciſſi, miſyos, myrrhæ, gallæ, æquas partes tritas, ac uino exceptas illine. Si ſola hæc archigenes tradidiſſet, & ſic ceſſaſſet, haud iniuria ipſum reprehenderim citra diſcrimen ſcribentem pharmaca facultatis penitus contrariæ: qm̃ vero in his, quę deinceps ſcribuntur, corrigit interdum ipſam horũ indiſtinctionem, recte facit. Quòd uero indiſcriminatim hæc dicta ſint, hinc diſcere licet. Vuæ inquit * laxatæ ſuccũ diſſolutum admoue'. Oportebat quidem ẽt hic apponere, qualem ſuccum dicat; uerum cum omnibus iam perſuaſum ſit cyrenaicum ſuccum optime facere, ad columellam inflammatam, non appoſuit cyrenaicum, & ob id igitur, quiſpiam haud ipſi ſuccenſuerit. At uero quòd acerrimum, & maxime calfactorium pharmacum, ipſum cyrenaicum ſuccum

cum

cum contrarijs ſcripſit, non apponens diſcrimen, neque oſtendens qñ ipſo ſucco vti conueniat, E
& quando aſtringentibus pharmacis, in hoc perperam fecit. Atramentum ſutorium enim, &
ſquamam æris, & alumen ſciſſum, & miſy, & gallam, omnia æquis partibus in vino terere iu-
bens, ampliuſque ad hæc myrrham pari pondere addens, hoc modo compoſito pharmaco vuã
illinit, quod fortiſſima adſtringendi facultate præditum eſt. Verum huius ſcripturæ indetermi-
natam incertitudinem mox mitigauit, præſcribendo videlicet hæc verba pharmaci cõpoſitio-
ni, ſi vero fortius velis. hoc enim ſcripſit tanq̃ ſcientibus nobis, qñ fortibus vtendum ſit. Porrò
miſtum pharmacum eſt & hoc, vbi ſcripſit, aut gallam tritam cum ſale. Galla.n. vehementer
adſtringit: ſal vero diſcutit cum modica adſtrictione. In principio vero ſale non eſt priuatim
utendum, ſicut neque ſucco, ſed indurata iam & diuturna columellæ inflammatione: ipſe autem
non columella ſcripſit, ſed vua laxata, cum vulgo exiſtimans columellæ inflammationem v-
uam appellari. Et quid mirum hoc putandum, quando etiam ex noſtratibus quidam, ob atticiſ
mum ſupercilioſus, & iactabundus, vuam ipſam particulam appellari exiſtimauit? Maior enim
huius, quàm Archigenis ignorantia fuit, quanquam tum ex alijs veteribus huius appellationis
com. 3. tex. 25. 4. 209. c. vſus parabilis ſit, tum ex Hippocrate conſtet, ex his adeo ‖ in Prænotionum libro, verbis: Gur-
guliones cum periculo exciduntur, vruntur, ac reſiccantur, quandiu rubri fuerint, & magni:
nam & inflammatio ad hoc conſequitur, & ſanguinis eruptio. Verum tales graciles reddere ,,
alijs artibus hoc tempore oportet. Hæc præfatus Hippocrates, deinceps ait: cum uero totũ fue- F
rit ſeparatum, quod ſane vuam uocant, & extremum gurgulionis maius, & liuidum fuerit fa- ,,
ctum, ſuperior vero pars tenuior, in hoc ſane tempore tutum eſt manus admoliri. Præſtiterit ,,
autem aluo prius euacuata manum adhibere, ſi tempus hoc permittat, & non ſuffocetur homo. ,,
Manifeſtius autem adhuc Dioclesinterpretatus eſt, qualis ſit affectio vua appellata, & poſt eum ,,
Praxagoras, & Mantias, & quicunque concomitantia affectus conſcripſerunt. Quidam vero
τῆς ϛαφυλῆς. etiam ob id affectionem vuam appellatam eſſe dixerunt, quòd † vuæ fructui ζ extremum gurgu-
lionis ſimile apparet. Quæ porrò deinceps ab Archigene ſcripta ſunt, recte dicta ſunt, diſcri-
mina nimirum vſus ipſorum eo adſcribente. Habent autem ſic. ¶ *Commune pharmacum columel-*
læ, & tonſillarum. In commune tum tonſillis, tum columellæ inflãmatis, aut exulceratis, in prin-
cipio conuenit quies, inedia, & conſequens diæta, gargariſmi ſimplices leniter adſtringentes,
poſca dilutior tepida, aut aqua mulſa: aut palmularum, aut uitis pampinorum, aut malorum
cotoneorum, aut meſpilorum, aut pyraſtrorum, aut roſarum decoctum: ita ut ad auſtera deco-
cta parum mellis admiſceatur. Pulchre hic adſcripſit, auſteris oportere mellis pauxillum miſce
re, uerum paulo ante cum aqua mulſa per ſe vti iuſſit in principio inflammationum, non recte
fecit. Nihil enim adſtringens habet aqua mulſa, ſed rectiſſime quis ipſam exterſoriam dixerit: G
& ſi ſimul diſcuſſoriam dicat, nihil deliquerit. Quæ uero deinceps ab eo ſcripta ſunt, recte ha-
bent in hunc modum. Facit, & acaciæ ſuccus aqua dilutus. Illinenda ſunt etiam conſimilia
ſtomatica medicamenta, velut eſt quod ex moris conſtat ſimplex. Rhois itẽ ſyriacæ, ac coriariæ
cremore cocto ad ſpiſſitudinem, cum melle miſto utere. Aut punicorum dulcium, atque acido
rum ſuccum ad mellis craſſitudinem decoquito, acutitor. Aut uuæ acerbæ ſuccum expreſſum
adhibeto. Aut rubi, aut lentiſci, aut terebenthi, aut myrti, aut roſarum ſucco cũ melle utere. Et
poſtea forinſecus alumen ſciſſum cũ dimidia aloes parte, ac modica acacia cum ſucco ſolani im-
ponere conſulens, hæc uerba infert: Quòd ſi moretur inflammatio, acetũ tepidum per ſe garga
rizet, aut galla trita admiſta, aut rubi, aut agreſtis oleæ radice. Aut cyperi decoctum cum mel-
le. Aut paſſum cum aqua. Aut ſycites uinum calidum. Aut maluæ decoctum. Manifeſtum eſt
enim hæc auxilia communia eſſe, uelut prædictum eſt, tum columellæ, tum tonſillarum. Verum
non recte uidetur mihi paſſo cum aqua confidere, ut pote imbecilli ad talia medicamento: quẽ-
admodum etiam uino ſycite, & maluæ decocto, priuſquam ad ſuppurationẽ perueniat affectus:
oportebat autem hoc ipſum ab eo indicari. Connectit deinde Archigenes ad prædicta ſic ſcri-
bens illinito & ea, quæ ſupra ad vlcuſcula in naribus ſcripta ſunt. Priuatim autem picem cum H
oleo aut melle. Aut crocomagma cum modica galla, & melle. Aut alumen rotundum cum flo-
re roſarum tritum, aut roſas aridas, aut florem ipſarum, trita inſperge: aut tum tonſillis, tum uuæ
inſuffla. Aut cyperi radicem, vel myrtum, aut lentiſcum, uel rubum, aut gallam, aut ſalem tenuẽ,
ſimiliter inſperge. Aut omphacium, uel alumen ſciſſum, cum melle illine. Aut florem roſa-
rum, uel crocum cum mali punici ſucco. Hic rurſus adſtringentia ad diſcuſſoria citra diſcrimen
permiſcuit. Nihil enim ſimile eſt inſpergere ſalem tenuem, aut roſas ſiccas, uel florem ipſarũ:
aut pice cum oleo uti, quod pharmacum eſt calfactorium ac diſcuſſorium: aut galla, & alumi-
ne, quæ pharmaca ſunt maxime adſtringentia. Cæterum ſeneſcente, atque indurata iam in-
flammatione recte pix liquida adhibeatur, aut arida oleo liquefacta. Tunc vero etiam ſal com-
modus fuerit, corpore videlicet prius euacuato. Incipiente uero, aut augeſcente, & cum multa
caliditate uigente, maxime contrarium auxilium eſt pix cum oleo, eademq; ratione etiam ſal.

Conſequenter autem recte deſcripſit Archigenes ad uigentem affectionem auxilia. Indicat
autem ex eo, augeſcens, & nihil opis ſentiens ex præſcriptis malum. Habet ſermo eius hoc mo-
do. Si uero in uigorem peruenerit affectio, aut aluus ſubducatur, aut furfurum loturam calidam

gargarizet,

A gargarizet, aut ptiſanæ ſuccum, aut paſſum tepidum, aut radicis dulcis decoctum cum paſſo, & hyſſopo, aut ficus uino incoctas, aut ptiſanæ ſuccum, in quo uuæ paſſæ ſunt incoctæ. Magnopere iuuantur ſi amygdalinum oleum in aures infuderis, forinſecusque ſpongijs expreſſis leniter foueris. Quin & diſſolutum crudum ex hordeacea farina imponendum, aut ex farina ſeminis lini, aut fœnigræci, aut ēt miſtura ex his oībus facta. Si ita prope ſuppurationem fuerint tonſillæ, coadiuuare aſſidue per ficuum decoctum oportet, & ferme indelinenter id ad gargarizandū exhibere, ſimiliterq; aquam mulſam calidam. Si uero nihil tale apparuerit, augeſcat tamen malum, ita ut ægre tranſglutire poſſint ægri, & ſuffocationis principium ſit nobis ſuſpectum, aluus forti clyſtere, aut glande ſubducenda eſt, & uena cubiti ſecanda, cucurbitæq; cum ſcarificatione collo, ac mento affigendæ: fomentis ēt ac cataplaſmatis frequentius, & robuſtius utendū, & aſſiduis gargariſmis. Quòd ſi ad nullum horum præſidiorum cedat, ſed augeatur, venæ ſub lingua ſecentur, aut iuxta angulos oculorum, atque ea, quæ in fronte eſt. Illinatur autem aſſidue fel tauri, & elaterium cum melle, aut ſal, & oleum uetus cum melle, & aceto. Aut centaurea cum melle. Aut abſinthium cnm nitro, & melle. Aut hirundines integras una cum pennis uſtas, ac tritas cum melle illinito. Aiunt aliqui ēt ſumme facere hirundinum pullos teneros ualde, ſiue recen-

B tes, ſiue ſale conditos, aſſatos, & in cibos exhibitos: ſtatim.n. leuant ſuffocationem. Siue autem pueri ſint, ſiue ſenes, ſulfur, & iridem cum melle delingenda dato. Quòd hæ communes medelæ ſint utriuſq;, velut in principio dixit, uuæ videlicet, & tonſillarū, manifeſtum fecit ex his, quæ conſequenter infert, cum ait: Aliqui angina prehenſis, quos tum ſynanchicos, tum cynanchicos Græci appellant, elaterij, & fellis tauri, utriuſque obolos duos, cum aqua mulſa tepida bibēdos præbent. Quidam uero aſellos ſub aquarijs uaſis naſcentes in potu exhibent, aut delingendos dant, aut dolentibus, & affectis partibus illinunt, & ualde ſe iuuari teſtantur. Quin, & per uaporem intra os receptum hoc modo fomentum adhibetur. Origanum, aut hyſſopum, aut ſatureiam, cū ſufficienti aceto diligenter in olla feruefacito obturata. operculum aūt circa medium habeat foramen: deinde arundinem ad foramen operculi, ac os ægri adaptato, ac fomentum admittito. Si vero os à feruore arundinis comburatur, ouum vacuum vtrinque perforatum ægri in ore contineant, & per ipſum arundo inferatur. Mollius fit fomentum, ſi pro aceto aqua ſumatur. Quidam nitrum, & origanum, & naſturij ſemen, ac oleum, in poſca trita miſcent, & ſimiliter pro fomento adhibent. Aut cinerem pullorum hirundinum implumiū illine. Aut ſolani ſuccum, & butyrum, æquis partibus cum roſaceo cerato mento impone. Eis vero, qui ſuffocantur,

C picem cum aqua & nitro in potu præbe. Hæc quidem Archigenes ſcripſit. Ego uero nunquam tentaui ulli alicui, ea, quæ bibuntur pharmaca, in eiuſmodi affectionibus exhibere, qualium ſane tum ipſe, tum alij: quidam, meminerunt. Itaq; hoc, quod ad finem ſermonis præſcripti habetur his uerbis: Eis uero qui ſuffocantur, picem & nitrum cum aqua in potu præbe, non poſſum mihi perſuadere, qua ratione ſit dictum. Immo neque ex præceptoribus aliquem, neque alium vllum, eo utentem uidi, neque etiam ipſe in uſum aſſumere tentaui. At uero uenam ſecare eis, qui ſuffocantur, & eluere forti atque acri clyſtere, & purgatoria exhibere, gratia euacuandi uniuerſum corpus, & transferendi infra humorum momentum, qui ad affectas partes feruntur, rationabile eſt, & multa experientia iudicatum, ac cognitum. Similiter etiam poſt totius corporis euacuationem, & diuerſionem ad infernas partes, pharmacis acribus multum diſcuſſorijs, uti rationi conſentaneum eſt, & experientiam teſtem habet. Picem uero cum aqua, & nitro in potu præbere abſtinui, utpote cum neque alium utentem uiderim, neque rationem ad hunc uſum ducem habeam.

Quæ Apollonius in primo parabilium tradidit.

D Apollonius in primo parabilium ſic ad uerbum ſcripſit. *Ad Inflammatam Columellam Illitiones.* Sale trito, & melle illinens reprimes columellam. Picem illinens per digitū apprimito. Succum cyrenaicum aqua diluito, & columellæ adhibeto. Chalcitidem tritā ſimiliter admoueto. Omphacio trito cum melle utitor. Hæc Apollonius. Licet autem nobis uidere in his, quæ abſque diſcrimine ſcripta ſunt. Quòd ſi quis non uniuſcuiſque indefinite ſcripti facultates nouerit, quo in opportuno tempore eis utatur, maximum omnino nocumentum infert. Scriptum eſt itaq; hic primum oīum, ſale trito & melle utendum eſſe: poſtremum autem, Omphacio cum melle. Contraria autē facultas eſt omphacii ad ſalem. Quare ſi quis in principio ſale utatur, maxime ſi humores in corpore ex æquo abundent, aut etiā circa caput hæreant, extreme ægrum lædet. Omphacium uero in principio commodiſſimum eſt, non trahens, neq; euellens ad ſe ex alto, uelut ſal cum melle, ſed repellens. Sales autem cū melle diſcuſſoriam uim habēt, modica adſtrictioria ui ſali commiſta, quæ ſane per admiſtionem mellis penitus euertitur. Cæterū id quod expice conſtat inueteratis inflammationibus, & iam in ſcirrhum, ut ita dicā, induratis, conuenit: quemadmodum etiam cyrenaicus ſuccus non incipientibus, ſed ubriā quod influit per adſtringētia repreſſum eſt, prodeſt. Chalcitis uero in totum inepta eſt, præterquam ſi ualde inueterata, & ægre curabilis ſit affectio: eſt enim medicamentū mordax, ſi cruda adhibeatur: quapropter ut uim ipſius diminuamus, uſta frequentius utimur. Deinceps Apollonius hæc ad uerbum ſcripſit:

¶ *Gargariſmi*

¶ *Gargarismi ad pendulam columellam.* Origanum tritam aceto, & aqua affusis feruefacito, & E cum caricarum succo misceto, ac utitor ad gargarizandum. Aut hyssopum terito, & caricarum coctarum succo misceto, ac utitor uelut origano. Mentam, ac rutam, & coriandrum lacte asinino trita gargarizanda præbe. Apium, & lauri folia trita, & uino, aut lentis decocto diluta gargarizato. † Noui quendam qui omnibus ab Apollonio scriptis indiscriminatim utitur, in principio inflammationis gurgulionis uno ex his usum esse, & ægrum extremè læsisse: præter alia enim neque sciebat quid pendula columella esset, cum uelit Apollonius valde laxatam absque inflammatione, gurgulionis affectionem ostendere: quam etiam resecare consueuimus: atque in hac re uera pituitam detrahentia & calfacientia pharmaca commoda existunt, nam in totum subalbida fit, & exanguior. Deinde Apollonius hæc subdit. † Lotium asini plurimum, & calidissimum bibendum præbe. Idem etiã in angina. Miror equidem eiusmodi auxilia tradentes: certe enim scio omnes homines paucis omnino exceptis, citius mori uelle, quam urinam asini bibere: uerũ hic etiam plurimam addit. Et alias uelut antea dixit, absurdissimum est curantem oris inflammationem pharmacum potabile exhibere, nisi si ex purgantium numero existat: hæc enim alterius usus gratia dãtur. Ex alijs sufficiunt quæ citra transglutitionẽ auxiliari possunt. Quin, & quod postea scriptum est ab ipso pharmacum, quod itidem bibere iubet, similem habet absurditatem. F scribit itaque sic de ipso: Lauri folia trita exuino & aqua, bibenda præbeto.

† *Additur in aliquibus cod. græc.* ταῦτα μὲν ὁ Ἀπολλώνιος ἔγραψεν, *i. hæc quidẽ Apollonius scripsit.*

† *Additur in aliquibus cod. græc.* πότιμα πρὸς τὴν αὐτὴν διάθεσιν, *i. potio ad eandem affectionem.*

Quæ ab Hera tradita sunt.

Heras igitur multo melius, quàm Apollonius scripsit hoc modo. ¶ *Ad columellam laxatam.* Gallæ omphacitidis partẽ vnã, aluminis scissi partẽ unã, salis ammoniaci partẽ unã: vtrumque per se, ac simul terito, & expleto inde cochleario, vuam cõtingito. Aut lapidem ageratum appellatum, quo sutores ad muliebria calciamenta expolienda vtuntur, deradito, exindeq; cochlearium expletum uuæ adhibeto, Ex his duobus pharmacis, alterum posterius omni molestia caret, neq; nocere potens, neq; magnopere iuuare, quocunque tandem tempore quis eo utatur: fortius est prius. In principio itaque, & cum ualde rubent, minime aptum est · si uero præuacuato toto corpore, & post repulsoriorum pharmacorum vsum adhibeatur, vbi non valde rubeus sit gurgulio, iuuare potest: ex contrarijs enim fortibus componitur facultatibus, repulsoria, & discussoria. Quare non recte fecit Heras indiscriminatim ipsa tradendo.

Quæ Heraclides Tarentinus tradiderit.

Tarentinus porrò Heraclides in libris ad Antiochidem, ad inflammatas columellas sic scripsit. Omphacium siccum terito, & admisto sufficienti melle adhibeto. Aut gallam tritam cum G melle: aut alumen scissum eodem modo. Aut succum cyrenaicum cum melle. Aut melanteriam qua sutores utuntur. Aut Andronium pastillum, quem in vulnerarijs medicamentis referam, cum vino. Oportet autem post hæc lentium decoctum gargarizare. Recte ad finem hoc adscripsit: Vehementia enim sunt omnia præscripta ab ipso pharmaca, acerba qualitate prædita, & ob id exasperanti: itaque aspritudinem ab ipsis inductam mitigare vult per lentium decoctum. In moderata inflammatione non est necesse talibus uti: quemadmodum neque vbi columellæ ualde rubræ fuerint, & calidam inflammationem habent: immo neque in declinatione earum, tunc enim discussoriorum medicamentorum uim prædominari oportet.

Ab Asclepiade prodita.

Asclepiades ad easdem sic scripsit. *Siccum ad laxatas columellas.* Anethum una cum semine, & radicibus quod satis est accipe, & in vas fictile coniectum, cuius os sit subobturatum, & ipsum vas luto oblitum, in furnum, donec vas ignescat mitte: deinde ex furno extractũ anethum vstum tere, & sublatum repone. Vsu vero expetẽte, anethi partes duas accipe, iridis illyricæ in tenuissimum puluillum redactæ partem vnam admisce, ac per arundinem insuffla. *Aliud.* Rosarum sic- H carum sextarium* vnum, nardi celticæ vna cum radicibus, & adhærente terra fasciculum unum, nidi hirundinũ syluestriũ aridi drachmas tres, myrrhæ drachmas octo, gallas omphacitidas numero quindecim: contusa, & trita insuffla, & cum digitis adhibe. Ex his duobus pharmacis prius penitus nihil ex repulsorijs hẽt, sed est totum discussorium. Alterum vero ex contrarijs mistum est facultatibus, multã. n. discussoriam uim habet syluestrium hirundinum nidus, adstringentem autem gallę. Medię vero potentię est myrrha, & mistę nardus celtica, ita ut tum discussoria, tum adstrictoria facultas, ambę in eo sint moderatę. Cęterum per arundinem eiusmodi pharmaca insufflari valde improbo: defertur. n. ex ipsis multum tum in gulę summum, tum in ipsam gulam. Pręstat itaq; cochleario indita apprimere quemadmodum ego uti soleo, ut uidistis. Quin, & tertium pharmacum Asclepiades post prędicta duo conscripsit his verbis. *Siccum ad laxatam columellam, & tumentem, Neapolitæ.* Piperis albi drach. vnam, myrrhę drach. vnam, aluminis sciss. 3. duas, gallę omphacitidis drach. duas: trita admoue. Hoc pharmacum a principio, vsque ad finem vtile esse poterit, prętęrquam in vehementer rubentibus: in his. n. vitare oportet acrium ac mordacium ualde mistu ram, quale hoc loco piper existit. Aliud deinceps eiusdem facultatis scripsit ad tumentes columellas ex his compositum. Lapidis agerati drachmas quatuor, floris lapidis asij drachmas quatuor, terrę samię drachmas quatuor, aluminis sciss drach. duas, croci

* Al. hexagium

torrefacti

A torrefacti drachmas duas, gallarum omphacitidum drac. duas: tritis utere. Hoc & nos vſi ſumus ſæpe vt optimo, & quod omni tempore iuuare poſſit, præterquam velut in præcedenti dixi, ſtatim in principio, & cum ruber, & calidus fuerit inflammationis tumor. In inueteratis autem iã, corpore euacuato, poſt unum vſum ſtatim magnam commoditatem exhibet: ſunt enim vehementer adſtringentia, ac diſcutientia, & ea, quæ mediæ materiæ ſunt, in ipſo temperate miſta.

Critonis pharmacum hoc modo ſcriptum ad columellas.

Hoc pharmacum ad ipſam temporis opportunitatem apparato. Oſſium palmularum, nucũ tenerarum, immaturarum, ſiccarum, utrorunq; drachmas quatuor, vrito, ac in puluillum terito. Vtere arido admoto. Et in hoc pharmaco oſſium palmularum vis ſatis diſcuſſoria eſt: nã & in alijs affectionibus eorum experientiam habemus, q̃ eiuſmodi viribus ſint prædita. Nucum vero tenerarum ſiccarum cinis diſcuſſoriam vim habet vna cum adſtringente.

Sorani ad columellas.

Quin, & Soranus pharmacum indiſcriminatim ſcripſit, non apponens in quibus priuatim faciat. Habent autem verba eius hoc modo. ¶ Radicem dulcem contundito, & mel, & dulcem aquam pari menſura affundito, deinde coquito, & ſuccum gargarizandum præbeto. Peccauit B in hoc, quòd non adſcripſit, maxime mitigatorium hoc pharmacum eſſe, quod in uigore inflammationum magnopere auxiliari poteſt. Huius vſus commodus etiam eſt, vbi ex acerbis pharmacis immoderatius quis irritarit, & exaſperarit columellam inflammatam: hanc enim lenit hoc pharmacum.

De Pharmacis ad vlcera oris Aphthas appellata. CAP. 4.

Al. 3. 6. c. 3. fol. 246. f.

VLcerationes in ſuperficie oris obortas Aphthas appellãt, habẽtes quippiam igneæ calidi tatis. Fiunt autem vt plurimum pueris lactentibus, cum aut uitioſum fuerit lac nutricis, aut non probe ipſum concoxerit infans. Curantur facile, ut pote, quæ ex moderate adſtringentibus ſedantur. Quandoque tamen diuturnæ fiunt, ac ægre ſolubiles, & progreſſu temporis putredinoſum quid acquirunt, quod a medicis nome, id eſt ulcus depaſcens, appellatur. Scripta itaq; ſunt, & ad ipſas medicamenta moderata quidem ad eas, quæ nihil maligni habent: fortia vero ad eas, quæ iam quid putredinoſum, & ſerpendo depaſcens habẽt. Mentionem faciam eorum, quę recentiores coaceruarunt: nam ex ijs, quæ ueteres conſcripſerunt, optima cũ magna C ter, & Menecrates librum optimorum pharmacorum inſcripſit, ex quibus plurima ipſe inuenit, quemadmodum, & Cappadox Heras: Andromachus autẽ duos, & tertium in quo oculorũ pharmaca continentur. Plures autem libros compoſuerunt Antonius Muſa, & poſt eum Aſclepiadę duo, & poſt hos Crito. Verum hi quidem tres poſt Andromachum nati ſunt, Heras autem ante Andromachum, & ante ipſum etiam Muſa, ac Menecrates. Longo uero tempore etiam hos præceſſit Heraclides, & præceptor eius Mantias: uerum Mantias uelut ab initio Herophili ſectator fuit, ita etiam per omnia manſit: Heraclides autem ad medicorum empiricorum ſectam declinauit, optimus medicus tum circa alias artis partes factus, tum plurimorum pharmacorum expertus. Cum itaque aphthæ (de his enim ſermo inſtitutus eſt) malignæ euadunt, fortioribus medicamentis egent, qualia etiam alias in tonſillis, ac ore affectiones ſanant. Prædicto igitur ſcopo compoſitionis eorum, nihil amplius opus habeo de ijs dicere, ſed ad narrationẽ progrediar præcognitorum, initio ſumpto ab his, quæ Andromachus ſcripſit, quemadmodum conſueui aduerbum ipſa tranſcribere.

Quæ Andromachus ſcripſit ad Aphthas.

Non ſolum Andromachus, ſed & alij multi duo pharmacorum genera ad aphthas cõſcripſe- D runt, ad eas quidem, quæ nihil maligni habent, moderata uiribus pharmaca componentes: ad iam malignas vero fortiora. Adſcribunt autem in his ipſi aliquãdo, q̃ ad aphthas, & ulcera hoc pharmacũ conuenit: aliquando, q̃ ad aphthas putredinoſas. Cum uero ſimpliciter, ad aphthas, ad ſcripſerint, ſimplices indicãt, & nihil maligni habẽtes. Andromachus igitur ad malignas aphthas ſic ſcripſit. *Ad Aphthas in ore, & vlcera.* Aluminis ſciſſi uſti. ʒ. duas, fructus ericæ drachmam unam, oleo excipito, & per digitum locis apprimito. *Aliud.* Aeruginis drachmas duas, aluminis ſciſſi † partes duas ʒ gallæ in puluillum redactæ partem unam: terito, & per linteolum con- † Al. partẽ vnã. cernito: deinde digitum oleo madefacito, ſiccumq; excipito, & tonſillis extergendis apprimito: item palato, & uuæ. Diſparat pelliculas, & tollit aſperitates circa ipſum os, callos excoriat, & ulcera ad cicatricem perducit. Cæterũ ad aphthas in ſuperficie hærentes ſic ſcripſit. Ad aphthas lycium indicum uino tritum circumlitum facit, & ericæ fructus tritus, aut roſæ ſiccæ cum melle. Hæc præfatus, infert: Si verò nigræ ſint, & malignæ, uuæ paſſæ puræ partes tres, aniſi tantundem, trita cum melle illine, deinde collue.

Quæ Crito ad Aphthas ſcripſit.

Crito uerò ſic aphthas ſcripſit. ¶ Portulacam in melle tinctam manducet. Aut oleæ foliis in uino coctis os colluat: aut foliorum myrti albæ decocto ex uino. Aut eruginis uermiculate

obolos

obolos tres, in uini heminæ parte quarta tritos colluat. Quin, & galla in acri aceto contrita illinitur. In pueris autem, tedulas, bouinamq; medullã vbi coxeris, minutim conciſas porrige. Faciunt & amygdalæ amaræ cum melle. Nigre factas autem aphthas, vua paſſa exacinata, & aniſo tritis cum melle illine. Tarentinus autem Heraclides, vbi exterſeris, ait, farina erui cum melle, gallam cum melle adhibe. Conuenit, & rhus obſoniorum cum mentæ ramulis. Sit autem rhois copia quantum tribus digitis prehendi poteſt, mentæ vero ramuli tres, & roſarum folia ſeptem, & nuces pineæ ſeptem: his omnibus cum melle tritis vtitor: Aut lycio ex aqua. Conuenit, & fœx uini dulcis illita cum melle. Aut alumen, & malicorium punici dulcis, æquis portionibus terito, & adipe anſerino miſta illinito, atq; aquam calidam frequentius colluendã præbeto, ampliusq; adipem anſerinum admoueto. *Aliud Muſæ.* Fructus myricæ drachmas ſex, aluminis ſciſſi drach. duas, oleo excepta admoue. *Aliud maxime in pueris.* Rhoen rubrum tritum melle miſtum illine. Aut adipem ſuillum, & mel liquefacta. Præbeto eis etiam gargarizandum lac aſininum. Quòd ſi multa ſaliua feratur, gallam & ſolanum aceto diluta gargarizare facito: aut violas albas ſiccas, cum melle tritas illinito. Hæc cum ſcripſerit Crito, merito quis ei ſuccenſeat, velut etiam alios ſemper reprehendo, qui ex ordine indiſcriminatim auxilia recenſent, non apponentes, an incipiente affectione, aut progrediente, aut decedente, aut vigente, aut decreſcente, conueniant: & num parua exiſtente affectione, & manſueta, aut adeo maligna, ut iam putredinoſum quid habeat. Ex his. n. quæ ſcripſit aliqua ſimpliciſſima ſunt, in pueris maxime conuenientia, nullam affectionem habentibus. Velut cum adipem ſuillum, & mel liquefacta aſſumit: & multo magis cũ aſininum lac colluere præcipit. Simpliciſſimũ pharmacum eſt, & portulaca melle tincta, & manducata: & collutio ex folijs oleæ, ſimiliterq; ex myrto alba. Fortiſſimum verò quod ex ærugine, & vino conſtat. Quemadmodum ẽt galla, acri aceto trita, ac illita: valde. n. forte hoc pharmacũ, velut ẽt id quod ex ærugine conſtat. Verum in illo pauciſſima eſt ærugo, obolos. n. tres dixit in vini quarta heminæ parte terendos eſſe, ac colluendos: debiliſq; fit copia miſturæ uini exoluta. Galla vero aceto acri trita, vt craſſa fiat, & illitioni apta, valde vehemens eſt pharmacũ: Quemadmodum ẽt quod ex alumine, et malicorio punici dulcis componitur: q̃ niſi ad adipem anſerinum admiſtum eſſet, ad putrefactiones fortes cõgruens eſſet. Forte eſt, et quod ex myricæ fructu, ac alumine cõſtat, ſed non adeo velut id, quod ex galla, et aceto. Semel porrò tantum recte fecit apponendo in verborum ſerie ſic, Quòd ſi multa ſaliua feratur, gallam, et ſolanum aceto diluta gargarizare facito: multam. n. ſaliuam ferri, maiorem affectionem eſſe ſignificat. Præſtabilius autem fuiſſet ſtatim dixiſſe, Quòd ſi paſcendo proſerpat affectio, aut vlcera profunda fiant, aut eiuſmodi quippiam, adſcripſiſſe.

De ijs, quæ Aſclepiades ad Aphthas ſcripſit.

Recte igitur fecit Aſclepiades, tametſi non multa pharmaca ad aphthas conſcripſit. Veruntamen in duobus, quæ in principio tradidit ſic, ad aphthas citra nomen, id eſt non paſcentes, deinde poſt duo rurſus adſcribens, ad aphthas depaſcentes. Lenia. n. ſunt duo pharmaca, alterum quidem prius in quo ait, medullam bubulam melle miſtam, ac tepefactam illinito, maxime vero pueris infantibus eſt commodum: alterum vero eſt, adipe ſuillo melli admiſto vtitor. Cæterum ad depaſcentes aphthas, gallarum decocti cyathum vnum, ac mellis tantundem miſcere iubet, et feruefacto vti. Verum ego tum hoc pharmacum, tum alia tria poſt ipſum tradita, paulo ante in pharmacis ad nomas præſcripſi: neq; enim referre puto, ſiue ex aphthis, ſiue ex alio quopiam, tranſitio ad nomen, id eſt ulcus depaſcens, contingat.

Quæ ab Apollonio ad Aphthas ſcripta ſunt.

Apollonius autem Herophili ſectator, in primo parabilium pharmacorum ſic ſcripſit ad verbum. ¶ *Ad Aphthas albas.* Chalcitidem oleo tritam penna illinito: hoc e veſtigio ſedat. Poſtquam vero pura facta fuerit, myricæ fructum tritum, & aqua mulſa, aut vino dilutum, illinito: maxime in fantibus eſt ex uſu. Deinceps autem aliud ſcribit, & maxime ad nigras aphthas. Vuam paſſam exacinatam, & aniſum trita cum melle illinito. Et rurſus aliud, atramento ſutorio trito cum melle utitor. Videtur ſane in malignis, eiuſmodi pharmacis iubere uti. Adſcripſit itaque ad primum, ad aphthas albas. Ad ſecundum, ad nigras, oſtendens per id colorem præter naturam, et magnitudinem affectionis. Conſequenter adſcribit, et collutiones ad aphthas hac verborum ſerie. Vino nigro auſtero, et ſubadſtringente colluito. Oleę folijs in vino coctis colluito. Myrti albę foliorum decocto cum uino ſimiliter vtere. Hę collutiones citra diſcrimen ſcriptę nullum detrimentum inferunt: nam, & in moderatis, et in maioribus, & in maximis affectionibus conueniunt. Recte uero deinceps aliud valde efficax ſcripſit: æruginis vermiculatæ obolos tres, in uini quarta heminæ parte gargarizandos præbe: deinde etiam uinum colluendum præbe. Hoc enim in fortioribus conuenit, quemadmodum etiam quod conſequenter ſic ſcriptum eſt: Muriam oliuarum, & acetum pari menſura miſta colluenda dato, indeque uino colluito, poſtea etiam aqua mulſa, et deinde aqua: In pueris autem oleum colluendum præbe. Poſt hæc, duo pharmaca ſcribit diuerſis formis, ac ſpeciebus aphtharum congrua. Hyſſopum enim tritum ad calidas, & eroſas affectiones, itemq; puras maxime contra-

rium

A rium eſt: congruit autem ſordidis, & inflammatis aphthis. Omphacium vero cum vino aptum eſt puris, & mordacitatem ſentientibus, ac eroſis. Iubet autem omphacium cum uino tritum colluí, hyſſopum uero cum uino, aut aqua mulſa. Validum ualde eſt, quod ab his ſequitur pharmacum, ut iam * paſcendo proſerpentibus aphthis conueniat, quod ipſum componit, myricæ fructum coquens cum aceto. Validum eſt, & quod deinceps ab eo ſcriptum eſt, in quo ait, Gallam tritam in acri aceto colluendam præbe. Hoc uerò, quod poſtea ſequitur, in quo ait, Succo ſilphij diluto ſimiliter, utitor: & poſtea oleum colluendum dato: etiam ipſum acre, & mordax eſt, ac diſcuſſorium, nõ adſtringens. Non recte itaque adſtringentia, & acerba, ac repulſoria, diſcuſſorijs admiſta ſunt, ac acribus, atque hoc nullo diſcrimine adiecto. Quod uero ſequitur ex aceto apparatũ generoſum eſt. Quoniam autem ad acetum non appoſuit acre, & quoniam per ſemẽ lini, moderatius euadit, adiecit autem ipſi etiam lolium, pharmacum multũ diſcuſſorium: atque propterea ipſum ad linguæ tumores conuenire ait: Verum adſcribam omnem ipſius dictionem, Semen lini, ac lolium, æquis partibus aceto trita colluito. Hoc itidem ad linguæ tumores facit. Longe lenius his omnibus pharmacum deinceps ſcripſit hoc modo. Folia pruni contuſa, ac lacte permiſta colluito. Cum enim adiecerit ſermoni, colluito, manifeſtum eſt, quòd multo lacti
B pauca folia admiſcet. Nam ſi folia cum lacte trita pro pharmaco inunctili eſſe iuſſiſſet, palã utique eſſet, quòd multa folia, paucum uero lac, eſſe iuſſiſſet. Deinceps porrò etiã, quæ manſa aphthas iuuent, annectit. Mandendæ ſunt oliuæ muria conditæ. Manifeſtũ eſt leniſſimum hoc pharmacum eſſe. Et rurſus. Portulaca melle tincta manducetur. Et hoc ſimiliter mite eſt. Differunt hæc duo inter ſe in eo, quòd oliuæ muriã conditæ, & adſtringunt, & diſcutiunt, plurimam verò in ſe adſtringẽdi uim habent: portulaca uerò cum melle imbecillius eſt pharmacum. Conſequẽter probè fecit, cum ait in pueris conuenire, quæ dicturus eſt medicamenta. Scribit uero de eis in hæc uerba. Vbi puerulus aphthas habeat, ſimilaginem, & medullam bubulam, ac farinam coquens, infanti mande, ſi iam ipſe ab vberibus mandere nequeat. *Aliud.* Lienem bubulum in vino coquens, & cum melle terens mande. Hoc pharmacum ſuperuacanem eſt, & plus æquo curioſum. Deinceps recte ſcripſit, Abſtinendum circa diætam, ab acribus, & ſalſis, & acidis, tũ edulijs, tum potibus. Deinde haud ſcio, quo modo in hanc ſententiam ſcribit, Atramentum ſutorium tritum † cum melle illinito. Hoc enim medicamentum ſuperius ſcribere oportuit cum alijs fortibus pharmacis.

† κεκαυμένην. *i. uſtam, additur in multis cod. antiquis.*

Quæ Archigenes ſcripſit ad Aphthas.

C Quædam ex his, quæ Archigenes ad aphthas ſcripſit, eadẽ ſunt cum præſcriptis. Verum viſum eſt mihi ex ordine omnem ipſius ſermonem adſcribere, ita vt nihil ex eo relinquam. Scribit igitur ſic. *Ad Aphthas collutiones faciunt,* Foliorum oleæ decoctum. Aut foliorum myrti albæ eodem modo. Aut aqua oliuæ colymbadis appellatæ, ſhoc eſt muriæ innatantis.ſ Facit, & amurca, & marrubij ſuccus, aut lentis decoctum, ſeu rubri, aut † cypri. Aut æruginis vermiculatæ obolos tres, in uini cnidij quarta heminæ parte diſſolutos, colluat. ¶ *Illitiones autem faciunt pleraque ex deſcriptis ſtomaticis medicamentis: priuatim autem congruunt hæc.* Aluminis ſciſſi, florum roſarum, æquales partes, fructus myricæ duplum: utere ſiccis. Aut thus, & glycyrrhizæ ſuccum æquis portionibus: gallæ, myrrhæ, aniſi, ſingulorũ parum quid: cum uino protropo illine. *Aliud.* Mannam, & ſalem pari pondere ſicca, per pennam adhibeto. *Aliud.* Fæcem uini dulcis cum melle illinito. *Aliud.* Miſy, & alumen, & rhoẽ cũ melle, aut chalcitidem cum oleo, per pennam illinito: vehementer bonum eſt. Aut oleæ folia cum oleo illinito. Poſtquàm uero repurgatæ fuerint, myricæ fructum cum aqua mulſa, aut vino illine. Aut ubi cum erui farina, & melle exterſeris, gallam cum melle adhibe. Aut myricæ ſemen, & aluminis tertiam partem cum oleo illine. Hoc etiam ad nomas facit. Aut adipem ſuillum, aut anſerinum manna inſperſa illi-
D nito. Aut gallam tritam cum oleo. Aut liquidum alumen dilutum. Aut † Cypri folia manducent. Aut lycij radicem aridam adhibe. Aut oleæ germina trita ex melle. Aut gallam cum ſale. Si verò extendatur affectio, & ſerpendo putredinoſe depaſcat, collutionibus quidem & gargariſmis utendum eſt ad aphthas deſcriptis fortioribus: priuatim autem muria frequentius colluenda eſt. Aut herbam ſacram aqua, aut uino incoctam colluendam, aut gargarizandam dato. Illitionibus etiam ad aphthas deſcriptis fortioribus utantur: Priuatim verò cornu cerui tritum affrica. Aut atramentum ſutorium toſtum tritum cum melle. Aut æruginem æris, ſiue ſquamam cum melle. Summè facit ad nomas, fœniculi radicis vſtæ cinis. Hæc ad aphthas Archigenes in primo de pharmacis ſcripſit, quæ parum abeſt, ut omnia etiam alijs ſint ſcripta. Quid igitur operæpretium duxi eadem bis ſcribere, quamuis cauerim ne hoc facerem? Quòd ſanè, & Archigenem, quem ſcimus maiore quàm alios dignitate, etiam communia cũ proprijs diſcriminibus ſcribere poſſe, uidebam nũc ipſum in pluribus eiuſmodi doctrinæ negligentẽ. Nunc enim omnia confuſim proijcit auxilia, una cum hoc quòd continenter inter ſe ſcribendo cõmiſcuit leniſſima, & acerrima. Quid enim ſimile habet ærugo ad lentis, & rubi, ac cypri decoctum? quid galla ſimile adipi anſerino, aut ſuillo? Acre enim, & erodẽs, fortiterq; reſiccãs pharmacum eſt ærugo: rubus autem & † cyprus, & lens pauciſſimam habent adſtringendi facultatẽ.

† *Al. cyperi.*

† *Al. cyperi.*

† *Al. cyperus.*

Sic

Sic etiam galla fortiſſime adſtringens,contrariam vim habet ſuillo,ac anſerino adipi. Quin,& A deinceps ab eo ſcripta, planeq; omnia quorum mentionem facit, eandem confuſionem pturbati ordinis habent. Præſtabat autem,uelut ſemel alicubi in ſermone apponendo dixit,hoc ēt ad nomas facit,eodem modo etiam alia diſtinxiſſe,ut adſcriberet videlicet,hoc quidem infantibus, ac pueris conuenit, hoc vero perfectis: & hoc incipientibus, aut moderatis aphthis, hoc autem vigentibus,& fortibus:maxime vero omnium,aut inflammatis,& calidis, aut magis frigidioribus: & ex inflammatis, hoc quidem rubicundioribus, hoc uero flauioribus: aliæ enim ex ſanguine,aliæ ex flaua bile inflammationem habent:quemadmodum illæ rurſus non inflāmatæ pituitoſæ in totum exiſtunt: quemadmodum aliquæ ex inueteratis, humoris atræ bilis malignitatem acquirunt. Cognoſcentur hæ omnes facile uiſu ſimul,& tactu. Viſu quidem ex coloribus,quemadmodum etiam nunc dictum eſt:rubicundiores enim ſanguineum humorem præualere oſtendunt: flauiores autem amaram bilem:quemadmodum rurſus albeſcentes pituitoſiorem,liueſcentes,& nigreſcentes,atræ bilis ſuccum. Qui enim hæc rite diſcreuerit,noueritq; amplius ſingulorum ſimplicium pharmacorum facultatem, quemadmodum in libris de ipſis a me F ſcriptum eſt, is in vnaquaq; aphtæ ſpecie, tum ſimplicibus, tum compoſitis vti ſciet, uelut iam ſæpe eſt prædictum. Conſiderabit autem ſimul,& corporum naturas,num molles ſint,& humidæ,velut in pueris, eunuchis,& mulierculis:an duræ, & aridæ, velut in piſcatoribus, ac nautis, & venatoribus:atq; agricolis.Fortioribus enim corporibus fortiora adhibebis pharmaca,debi

† *In antiquiſſimis cod. græcis hoc in loco additur hæc uerba,* οἷς ἐγὼ χρῶμαι πρὸς ἀφθας *id eſt. Quibus ego medicamētis utor ad aphthas, ut hic incipiat caput nouum, atq; hæc ſit veluti inſcriptio.*

lioribus molliora. † Ego porrò infantibus, quibus nutrices cibum mandunt, lentem cum modico pane,& medulla cerui,aut uituli,præbeo. Admiſceo etiam cibis, ex malis cotoneis,atque alijs,quæ adſtringunt,uelut Romæ ceſtiana appellata. Quin,& ex pyris addo, ſorbisque,ac mespilis,& cornis.Quandoq; etiam de lactuca,& ſeride,ac ſolano,& portulaca,in cibos,qui manduntur permiſceo,ſi aphtha fuerit inflammata. Quòd ſi nō adhuc quid mandi queat,nutricem eiuſmodi uictu alo,eique ſimul bonam concoctionem proſpicio. Verumtamen etiam infantes pharmacis illino,ſi quidem ſubrubras uidero aphthas,in principio quidem ijs,quæ moderatiſſime adſtringunt,ac frigefaciunt:deinde uero ijs,quæ citra mordacitatem diſcutiunt.Si vero ſub flauas uidero,ijſdem quidem utor,ſed magis refrigerantibus. Si uero pituitoſiores,adſtringentibus.Si nigreſcentes,diſcuſſorijs generoſioribus. Cæterum in maioribus pueris,eiuſdem generis facultatibus pharmacorum utor,auctis tantum uiribus ipſorum. Quemadmodum ſanè etiā G in perfectis,& duris corporibus,ſingulis relatis facultatibus fortiſſimis utor. Placebat autē mihi in his per omnia miſyos vſus cum uino adſtringente, quod tum intendit, tum remittit uim ſuam,prout magis, aut minus uinum fuerit adſtringens, & prout craſſius, aut liquidius efficitur pharmacum ex miſyos,ac uini miſtura. Quòd ſi ſordida appareat aphtha,miſy cum uino mulſo tero. Ijs uero,qui fortioribus quàm miſy eſt,pharmacis opus habent,ærugo ſimiliter cum uino,& uino mulſo utilis exiſtit.Illinendæ autem ſunt ex his pharmacis affectæ oris partes:Commodū eſt etiam pharmacum ad hanc rem, chalcitis oleo trita. Atque hæc quidem efficaciora. Moderata uerò,& maxime ad incipientes affectiones omphaciū cū uino, & uino mulſo. *Similiter etiam rhus.*In pueris ſufficit roſarum flos,& ipſæ roſæ ſiccæ,& collutiones moderate adſtringentes,pro ætatis,& naturæ eiuſmodi corporum ratione.Et in ſumma moderatæ aphthæ maxime in teneris corporibus moderatis pharmacis opus habent: fortes uero, & maxime in duris corporibus,a fortioribus curantur. Fortia pharmaca dico,tum quæ fortiter adſtringunt,tū quæ mordent:ſicut ſanè moderata,quæ haud omnino quidem mordent, parum autem adſtringūt. Fiunt porrò etiam in his,uelut in alijs prius dictum eſt affectionibus, compoſita medicamenta, A.l.3.fol.24.fol.24.b & ſæpe etiam ex cōtrarijs,quale eſt,quod ex oleo,& chalcitide cōſtat. Ipſum" equidem oleum per ſe infeſtiſſimum eſt aphthæ affectui,uelut etiam chalcitis: quandoquidem alterum quidem H humectat,& ſordidum facit, mordet autem uehementer chalcitis: uerum miſtura ipſorum, vbi fuerit moderata,optimum pharmacum efficit.Quemadmodum igitur ex cerato, & ærugine, in carnans effici pharmacum oſtenſum eſt, cum tamen ambo incarnationi contraria exiſtant: eadem ratione ex oleo,& chalcitide aptum medicamentum efficitur. Si uero in putredinem aphtha uertatur, & exulcerationes faciat,neq; aphtham amplius affectionem nominare conuenit, neque pharmaca eiuſmodi affectiones curantia, inter ea quæ aphthis commoda ſunt, connumerare.Quemadmodum neque inter eryſipelata ſanantia,recte connumerantur ea,quæ præclarè diſcutiunt liuidas,& duras partes, ex frigidiorum medicamentorum adhibitione tales factas,& iam ad induratam in ſcirrhum affectionem ex eryſipelate delapſas. Profecto enim,qui eiuſmodi ſcripturarum indiſcriminata incertitudine decepti, eryſipelatis calida, & diſcuſſoria medicamenta, aphthis autem ea,quæ putrefactis conueniunt,adhibent,non parum detrimenti inducunt.

GAL. DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM LOCALIVM SIVE SECVNDVM LOCOS LIBER SEPTIMVS

ARGVMENVVM LIBRI.

Oſtendit quæ medicamenta congruant affectis partibus, per quas uox editur, ac reſpiratio.

De affectionibus circa partes reſpirationis contingentibus. CAP. I.

B MOs eſt recẽtioribus medicis arterię pharmaca, arteriacas appellare, nõ apponẽtes, num antidotos dicant an iuxta aliud ſignificatum: quidam uero electa nominant ipſa, non apponẽtes pharmaca: & quidã penitus nullũ diſcrimen ipſis adſcripſerunt: aliqui uero raro addiderunt: alij, ad uocẽ interceptã: alij adhuc generalius, ad uocẽ læſam: ſunt qui & ad exaſperatã arteriã, & ad exulceratã, ſcripſerũt: adeo ut rõnabile ſit eos, qui arteriacis appellatis pharmacis ĩdiſcriminatim utũt, aliqñ ſęliciter eis uti, aliqñ uero nihil penit⁹ ęgros iuuare, ſed maxime lędere. Palã eſt aũt, ꝙ aſperã arteriam in huiuſmodi affectionibus criminantur. Quondam igitur, qñ nõdum eas, quæ ſimiliter ut cor pulſant, arterias ſic nominabant, in ſolã eã, q̃ ex pulmone in laryngẽ emergit arteriã, ipſum arteriæ nomen inferebant, uenas appellantes in totũ, uelut alia, quæ nõ pulſant, ſic ẽt pulſantes. Poſtea uero cõſuetudine obtinẽte arteriæ appellationẽ in pulſantibus dici, ꝓpter æquiuocationẽ, aſperã nomen apponentes, eã quæ ex larynge in pulmonẽ deſcendit arteriã, aſperã arteriã appellauerunt, una cum hoc, ꝙ ipſam etiam bronchum uocãt, quãdoquidem cartilaginoſa corpuſcula, quæ plurima eius pars ſunt, bronchia appellãt. Ambit autem ipſam arteriã intrinſecus †craſſa pellicula, ꝙ quã ob craſſitudinem aliqui tunicam uocant. Cũ igitur affectio aliqua aut circa hãc, aut circa laryngis (qui ſumma arteriæ pars eſt) muſculos cõtingit, arteriacas appelãt curantes ipſam, nõ apponẽtes, uelut dixi, antidotos. Diſſimiles aũt facultatibus ſunt ab ipſis deſcriC ptæ, & ob id cõtingit utentes ipſis abſq; diſcrimine, à ſcopo aberrare. Quòd uero multa ſit differentia earum, quæ in medicamentariis libris ſcriptæ ſunt, ex tribus exemplis diſcere licet, quorũ primum omnis acrimoniæ expers eſt, & exquiſite meatus obturat, læuigans aſperitates: alterum huic cõtrariũ eſt, acrimoniæ mordacis nõ parum habens, ut ſi ſanę particulæ adhibeatur, ipſam ● exaſperet: medium deinde inter ambo dicta aliud genus arteriacorum pharmacorũ eſt, lenis & citra acrimoniã extergentis facultatis. Id igitur quod meatus obducit, ex paſſo cretico, & gũmi, & tragacantha, ac radice dulci apparat: Acre uero & pipere, & calia, & cinnamomo, & chalbano, ac reſina terebinthina: Medium autẽ amborum ptiſanæ conſtat ſucco, & amygdalis, & fabis freſis elixis, & alijs huius generis. Inter medium autẽ & utrunq; extremum plura pharmaca ſunt, partim magis partim minus, à medio ꝓgreſſa: de quibus deinceps determinabo, eos quidẽ, qui diſcrimen aliquod addiderunt laudaturus, qui uero ſimpliciter protulerunt, neq; admiſſurus. In horum medio locandi ſunt, qui diſcrimina non tñ integra fecerunt, qualia ſunt eorũ, qui ſcripſerunt: Arteriace ad interceptam uocem, aut rurſus. Arteriace ad raucam uocem. Etenim uox intercepta, hoc eſt non poſſe loqui, ad plures cauſas ſequit, partim quidẽ ad deſtillationes a capite diuturnas: partim uero ſuppuratis pectore, ac tabidis: & ijs qui ex magno & multo clamore læſiD ſunt, & deinde non probe curati ſunt: aut etiam affectionem, q̃ adhuc generatur, habent. Eodẽ modo etiam raucoſa uox fit ob eaſdem cauſas, & amplius ob frigidi aeris inſpirationẽ. Affectio itaq; intercepta ac raucoſæ uocis eiuſdẽ generis eſt. Magnitudine tñ differunt inter ſe hæc mala. Cũ enim uocis organa ab humiditate uehementius, & ut ægrè ſolui poſſit, fuerint madefacta, uox intercipitur: quando uero moderatis ſunt humecta, raucedo oboritur: organa uocis cum dico, arteriam accipite, & eius ſummũ, aut fauces. Qui igitur ex uehemẽti clamore uocem amplius oblæſam habẽt, his ſimilis quædã affectio cõtingit ei, quæ manibus, & cruribus, & lumbis, & ſpinæ, & muſculis, ubi plurimũ laborẽ pertulerint, accidit. Vocant autẽ aliqui exercitiorũ magiſtri eiuſmodi affectionẽ muſculorũ, in quibus cõſiſtit, laſſitudinẽ inflammatam. Itaq; iuxta arteriã intrinſeca ipſius pellicula, aut tunica, aut qũocunq; quis nominare uelit, a ſpiritu in magnis uociferationibus extra prolato perculſa, in affectionẽ inflammatã deuenit: atq; hoc multo magis ſi ad magnitudinẽ uocis, acumẽ quoddã acceſſerit. Iuxta arteriæ uero sũmũ ultra hanc plagã, ẽt muſculorum ipſum mouentium actio offenſa, maiorẽ affectionem efficit. Porrò curationis ipſarum genus in omni particula ſecundum materias euariat. Etenim crura, & manus, & ſpinã, per oleũ confricare facile licet, cum per cutẽ in * adiacentes ipſi muſculos uis ipſius olei penetrare poſſit. Iuxta aſperam uero arteriã cartilagines poſt cutem ſitæ, prohibent in ſubiectam pellicu-

† ἰσχυρὸν ὑμέν. *i. fortis membrana, eſt in antiquis.*

Alij f. 10. t. 2. lib. 263. n.

* ὑποκειμένους *i. ſubiectos, eſt in manuſcriptis.*

lam tranſitum facultatis emollientium unguentorum. Quemadmodum enim oleum ſic etiã alia E
multa compoſita pharmaca eandẽ utilitatem præbẽt. Quin & ea, quæ in principio Acopa tantũ
appellata ſunt, hoc eſt laſſitudines emẽdantia, paulatim appellationẽ ſuam à ſe ipſis extenderũt
ad ſimilia cõpage medicamenta, etiã ſi gratia uehementer calfaciendi aſſumãtur. Cæterũ cõmu
nis materia auxiliorum ad uocis organa, præter reliqua, eſt quæ ex balneis contingit: manifeſtũ
eſt autem, ꝙ dulcium aquarum dico. Marina enim balnea, & ſulphurea, & aluminoſa, & atramẽ-
tum ſutoriũ olentia, ac bituminoſa, propterea, ꝙ fortiter reſiccant, inepta ſunt. Et ſanè ita faciũt
phonaſci, qui magno uocis exercitio utuntur, cum contendendo oblæſerint uocem (ſunt autem
hi citharœdi, & præcones, & tragœdiam, ac comœdiam perſonati repræſentãtes) balneis enim
multis utuntur, & cibos lenes, ac laxantes edunt. Si uero etiã aſpritudinẽ percipiant, cibos qui
infarciuntur particulis, quas contingunt, aſſumunt. Vna enim eſt tunica ſibi ipſi coherens, & cõ-
tinua, quæ ſummo gulæ, ſummo aſperæ arteriæ: gulæ ẽt, atq; ipſi aſperæ arteriæ, intrinſecus præ
tenditur. Quòd ſi ex uictu, ac balneis oborta affectio non ſedetur in organis uocis, ad arteriacas
tranſeunt, per totũ hoc tempus cibis utentes, qui ex lacte, amylo alica, ouis, & dulciarijs libis cõ-
ponunt. Si uero per hæc non curentur inuenta ſunt à medicis pharmaca ſub lingua tenenda,
inde etiam hypoglottides appellata. Sunt autem ea eiuſdem cũ arteriacis inflammationẽ arcen F
tibus facultatis, ex uino theræo, & gummi, ac tragacantha, & glycyrrhiza, cõpoſita, q̃ ut dixi, læ-
uigant, ſimulq; remittunt aſperitates: quicquid uero reliqui eſt in partibus inflmmationis, hoc
ταχέως. i. cito, eſt in impreſſis τελέως. id eſt perfecte, eſt in manuſcripto. concoquunt, & cito perſanãt. Induſtrium porrò eſſe oportet, qui pharmacũ linguæ ſubdit, quo
eo paulatim liqueſcente, ſummum aſperæ arteriæ id, quod in ipſum defluit ſuſpiciat, renitendo
oborienti tuſſi. Oblυctantes enim, ut ne tuſſiant, permittent quippiam ex pharmaco in arteriæ
ſummum, ipſamq; adeo arteriam demanare. At uero ſic curatos claram uocem habere impoſſi-
bile eſt, citra uſum pharmacorũ abſq; acrimonia extergentiũ, quale eſt faba freſa elixa, & ptiſa- A.l.3 f.10.2 c.6 fol. 2.8.b
na, & ſemen lini torrefactum: huiuſmodi enim medium obtinent inter ea, q̃ media facultate p̃-
dita ſunt, & ea q̃ meatus obducunt pharmaca. Magis autẽ quã hæc abſtergunt, reſina terebinthi
na thus, mel deſpumatum, ac amygdalæ amaræ. Quemadmodũ etiã & his rurſus fortiora ſunt,
† Legitur in antiq. καὶ γλυκεῖς εἶον ὁ κρητικὸς .i. dulcia, quale eſt creticum. oroborũ farina, hormini ſemen, iridis, panacisq; ſemen. Cæterũ his oĩbus uina mollia, † & paſſum creticum, & theræũ, ac ſcybelites apta ſunt: & ad hæc haud ſcio, quomodo neglectum id, ꝙ
à Græcis in noſtra Aſia hepſema appellatur § Latini ſapã dicunt. § Verũ atticiſſantes ipſum ſiræũ
uocãt. Quẽadmodũ alij caricarũ decoctũ ſiræũ appellãdũ cẽſent, pugnantq; inter ſe, utrũ ipſorũ
ſiræum uocare: oporteat. Eſt ſanè, & hoc ipſum ſiræum, quod pinguibus caricis in aqua decoctis G
fit, mediæ facultatis, quam lenem & citra acrimoniam extergentẽ appellauimus. Muſtum quidẽ
igitur coctum § hoc eſt ſapa ipſa, § leniſſimum pharmacum eſt, & maxime meatus oblinens: cari
carum autẽ decoctum magis diſcutit & exterget. Quemadmodum igitur in præcedentibus dixi,
omnium ſimpliciũ medicamẽtorũ uires exquiſite noſſe oportet eum, qui compoſitũ quoddam
ſit facturus: atq; hic ipſe etiã ab aliis compoſitis recte utetur, & maxime ubi indiſcriminatim fue
rint conſcripta, quẽadmodũ plures arteriacæ habentur. Palam eſt etiã, quod hic ipſe ijs, quæ cũ
diſcrimine prodita ſunt, rectius utetur. Etenim iuxta exactã rationẽ, in quantum apparatus affe-
ctionũ trãſmutat, tantũ etiam commodum ipſi pharmacum permutare oportet: hoc ipſum uero
ſolus is, qui ſingulorum ſimplicium pharmacorum uim nouit, exacte præſtabit, ad primũ phar-
macum parũ quid dã ex ſequenti ordine apponẽdo. Velut exempli gratia, in laſſitudinibus inflã
matis cũ in ſummis ipſius aſperæ arteriæ muſculis fiũt, in principio q̃dẽ leniſſima edulia conue
niunt, pharmaca uero meatus obducẽtia: Cõſiſtente aũt inflãmatione, parũ quid extergentiũ ad
dendũ eſt: deinde conſequenter amplius: deinde rurſus aliud illo præſtãtius, quo paulatim com
poſitio ad mediũ exterſorium perueniat, & rurſus ſecundum eundẽ modum ab hoc magis di-
ſcuſſorium, ac exterſorium: ita progreſſu ad uehementiſſimum facto, ubi diutius uelut in ſcirrhũ H
indurata affectio in uocis organis perſtiterit. Primi itaq; ordinis eſt tragacantha, & gũmi, & ſa-
mius aſter, amylũque, & ex alica, ac trago probe coctis ſorbitio. Quin & lac aptũ eſt, & dulcia-
rij panes, & oua ſorbilia, ac nuces pineæ, quas nunc omnes Græci ſtrobilos uocant, quõdã autẽ
apud Atticos coni uocabantur, ſeſama etiam ex hoc genere ſunt. Ab his autem deinceps eſt bu-
tyrũ, quod etiam butyros maſculino genere Græcis appellatur: & decoctum radicis dulcis ad
craſſitudinẽ attici mellis liquidi redactum. Atqui radicem dulcem, quam glycyrrhizam uocãt,
præſtat in primo tempore in aqua, uelut dixi, coctam, ad ſiræum ſiue ſapam ex muſto paratã ad
miſcere: ad paſſum item Creticum idem decoctum miſceri poteſt. Siue autem cum ſapa, ſiue cũ A.l.3.f.102.2 c.3. fol. 282.f
paſſo cretico fuerit permiſtum, rurſus poſt miſturam decoquendum eſt. Hæc igitur in affectio-
nibus inflammatis iuxta arteriam, eiusq; ſummum, commoda in principio ſunt, donec inflãma-
tio moderata fiat: & præ omnibus a uini potu hoc tempore abſtinendum. Cum uerò moderatior
facta eſt inflãmatio, uinum dulce therẽũ, aut ſcybelite bibere licet, aut ex noſtra Aſia caryinum,
& deinde *therinum appellatum, deinde etiam dulce tmolite. Eo tempore etiam butyrum aptũ
eſt, & ſorbitio ex amygdalis, ſorbitio itẽ ex lacte, & melle diuti⁹ coctis, amylo iniecto: & ſi amy-
lum non adſit, ſiligine Romanis appellata iniecta. Manifeſtum eſt autem, quòd per huiuſmodi

victum

A victum, inflammatio, tum pellicularum, tutm musculorum, circa arteriam, eiusq; sum mũ sedatur. Relinquitur aũt humiditas multa, ob quã impossibile est clarã uocem proferri. Quare trãsire tũc cõuenit ab his edulijs ad oĩa ex melle cocta, & ad fabam fresam elixatã, & ptisanã, ac brassicam, & porrum probè coctum. Pharmacorum porrò usus idoneus est, quo tẽpore, aut inflammatio, aut aspritudo præualescunt, eorũ, quæ sub lingua detinentur, de quorum compositione dicam: post hæc magis exterforia, & resiccantia damus: & deinde rursus his ipsis adhuc magis exterforia, & magis resiccantia, vsquequo ad ea, q̃ aliq̃d acredinis hñt perueniamus: ita ut etiã in his à moderatioribus initio facto, ad uehemẽtiora paulatim transeamus. Itaq; qualem formam esse conueniat uictus, antea dictum est, quemadmodum etiam simpliciũ pharmacorum species est relata. Cæterũ composita ex ipsis pharmaca multiformiter, alij iuxta aliã symmetriã, & cõmensurationẽ conscripserunt. Et quibusdã sanè ex tribus, aut quatuor simplicibus cõpositum pharmacum suffecit: quidam uerò in maiorem numerum extenderunt. Et quidam, uelut dictũ est, ex mollissima, & lenissima materia arteriacas cõfectiones cõposuerunt: alij uice uersa ex acri, calida, extergente, ac multũ resiccante: sunt & qui tertium genus medium inter ambo ista fecerunt. Post hos uerò, alij medij generis inter medium, & mollissimũ, alij medij generis inter mediũ, &
B acerrimum: & iuxta eandẽ rursus rationem, quidã magis, quidã minus, à medijs facultate pharmacis digressi, diuersas cõpositiones fecerunt: Quibus oĩbus solus is rectè utetur, qui singulorum simplicium pharmacorum uires nouit: ipse.n. sciet, & ordinem pharmaci, & quanta distantia sit à medijs digressum. Porro eiusmodi pharmaca scripserunt ẽt qui ante Mantian, & Heraclidem, & qui post hos, uixerũt: uerum multo p̃stantiora à p̃dictis uiris tradita sunt per libros, quos nobis reliquerunt, & in quibus medicamentariam artis partem auxerunt, partim ipsi cõponentes, partim ab alijs composita transcribentes. Progressu uero t̃pis, tum hæc, tum etiã priora, exacta, & longa experientia cognita, à uiris electa, & coaceruata sunt, quorum iam sæpe in hoc opere mẽtionem fecimus: sunt autem hi, Asclepiades, Musa, Andromachus, Heras, Crito, & Menecrates: quin & multa alia pharmaca Archigenes, & Philippus scripserunt: Vt nullo amplius ex uetcribus opus habeamus. hi.n. omnia ab antiquioribus inuenta optimè, uelut dixi, tradiderunt.

De Arteriacis ab Andromacho descriptis. CAP. 2.

PLurimas arteriacas confectiones scripsit Andromachus, ut promptum sit a debilissimis ad fortissima paulatim per media transitu facto progredi, siquis ipsorum differentiam nouit: ipse enim Andromachus indiscriminatius ipsas ꝑdidit. Verum ego discrimina apponã, in memo
C riam reuocatis iis, q̃ paulo ante dixi. Quòd enim, circa simplicium pharmacorum tractatum p̃exercitatum esse oporteat eum, qui dicenda assequi uelit, sæpe a me dictum est: citra.n. singulorum simplicium exactã ac certam cognitonem impossibile est cognoscere, ex quo ordine eiusdem generi medicamentorum compositum sit, num ex mollissimo, an uehementissimo, aut medio, aut aliquo inter hunc, & alios intermedio.

Primam ita Arteriacã confectionem non longè a principio libri, in quo affectionum corporis internarum curationem tradit, hoc modo in hæc uerba scripsit. *Arteriaca, quatuor*: Thuris drac. i. (alij iiii:) myrrhę. 3. j. (alij iiij.) croci. 3. i. (alij iiii.) scyllę. 3. ii. assi cretici sextar. iii. Scylla in passo coquĩt, donec passum spissetur, deinde scylla abiecta, reliqua inspergũtur. Hoc pharmacũ si scyllam non reciperet, inter exactè molliſſima numerandũ esset, utpote in tres passi cretici sextarios, pauciſſimo thure, ac myrrha, & croco cõiectis, ut parũ absit, quo minus totũ passum creticũ existat. Manifestum est aũt, q̃ pharmacum hoc, eclecton hoc est delingibile, efficitur: uocant autem huiusmodi etiam sub fœminino genere eclectas, hoc est delingibiles, confectiones.

Consequenter ad p̃scriptã, alteram addidit Andromachus hoc modo. *Arteriace Diacodyon .i. ex capitibus papaueris.* Capita papaueris uiridia mille, & ducenta, mellis attici lib.* iiij. croci ci-
D licij. 3. v. (alii x.) succi hypociſtidis. 3. x: acaciæ. 3. x. aquã pluuiã ad capita papaueris. Aqua quidẽ pluuia additur, quò minus putredini obnoxiũ sit pharmacũ: hẽt aũt & adstringẽs quippiam in se hæc aqua; scopus est p̃dicto pharmaco cõcoquere affectionẽ circa arteriã, † qđ sanè continget, ‡ per somnũ, & cõcoctoria cũ adstringendi ui nõ adeo multa. Cæterum simplex pharmacũ ex papaueris capitibus, vt ego facere cõsueui, sola capita hẽt in aquam coniecta: atq; ubi flaccida reddita fuerint, ipsa quidẽ proiicimus, aquã uero ipsorũ ad solum mel atticum admiscemus, usq; ad cõpagem delingibilis pharmaci facta coctura, qũo sanè ego apparare consueui. Quãtam autem copiam aquæ, itemq; mellis miscere oporteat in huiusmodi pharmacorum præparatione, in sequentibus dicam eo loco, † quo talia uerba scripturus sum: ‡ Confectio ex capitibus papaueris.

Tertiam deinceps confectionẽ arteriacã Andromachus hanc prodidit. *Arteriace, quatuor, Blasti ad tabescentes valde bona.* Nardi celticæ. 3. iiii. amomi. 3. viii. cinnamomi. 3. x. malabathri. 3. iiii. nardi indicæ. 3. iii. floris iunci rotundi odorati: 3. ii, casiæ. 3. viii. thuris. 3. iii. myrrhæ, 3. i. costi. 3. iiii. fæcis vnguenti malabathrini. 3. vi. succi glycyrrhizæ. 3. iii. succi mandragoræ. 3. v. mastiches chiæ. 3. iii. croci. 3. vi. Palmulas in uino mulso, aut ꝑtropo coq̃to: deinde in ipsum decoctũ nuces pineas. xx. conijcito, ac terito. Postea ex pharmaco ad nucis põticæ magnitudinẽ, aut paulo minus, accipito: & ad aliquot dies cum hoc decocto utitor: deinde ẽt simplici pharmaco utaris. Po-

* Aliter v.

† Al. quęcunque ea sit.

† *Vbi in codi. impressis Gracis legitur.* ενθα γραφὴν ποιήσομαι τοιαύτην. *Antiqui habẽt* ἐνθα προγραφὴν ποιήσομαι τοιαύτην, *i. quo præscriptionem, seu titulum faciam talem.*

ſtea aũt ad duos,uel tres dies hiera ex aloe uteris,cochlearij mẽſura ex aqua in diem data. Vtere E
pharmaco ẽt cũ lacte in ijs, q̃ arteria affecti ſunt,ad gargariſſandũ:& rurſus facto interſtitio,utere pharmaco fabæ ægyptiæ magnitudine. Cum uero fortis fuerit fluxio, opiũ & caſtoriũ in antidotum miſcemus,utriuſque parum quid: In his autẽ qui ſtomacho malè affecti ſunt, ea ipſa uitamus. Manifeſtum igitur ex ipſis uerbis, quæ ſcripſit Andromachus, quod in fluxionibus partium thoracis,& pulmonis,ac arteriæ,præſcripta confectio confuſæ eſt facultatis. Dixit enim ipſe,cũ fortis fuerit fluxio,opium & caſtorium in antidotum miſcemus,utriuſq; modicam partem,reſiccare nimirum fluxionem & ſanam reddere uolentes. Varium autem eſt pharmacũ, & ex multorum miſtura conſtans,ut ad omnes conueniat affectiones, quæ ẽt diuturnæ, & malignæ exiſtũt, ac ægrè curabiles,etiam ſi ulcus ſit circa arteriam, aut eius ſummam extremitatẽ,laryngẽ Græcis dictam,& multo magis ſi iuxta pulmonẽ.Talia enim fortibus adeo opus habent pharmacis, quo ad longius tempus ſufficere queant tabidam affectionem habentes.Cum enim obtigerit eis regio ſicca,& in conuenientis uictus pharmacorum uſu perſeuerarint,quam diutiſſime reniten-tur,conſuetas actiones moderate obeuntes. Hãc igitur confectionem non cenſuerim admiſcendam eſſe ijs,quæ priuatim Arteriacæ appellantur.

Quartam deinceps cõfectionem Andromachus,ſic ſcripſit.¶ *Altera eiuſdem.* Blaſti uidelicet F
dicit,de quo circa p̃cedẽtẽ arteriacã ſcriptũ eſt,Arteriaca Blaſti qua utor. Cõpoſitionẽ aũt eius talẽ facit.Aloes ſextantẽ,croci vnc.i, maſtiches vnc.i.Palã eſt hoc pharmacũ ex eorum numero eſſe,q̃ priuatim ſtercorũ eductiua appellãtur,una cũ hoc,q̃ cõcoctoriũ quiddã habet crocus: At uero cum concoctorium dico,intelligere oportet eius affectionis,cuius gratia exhibetur.

Quintam ex ordine compoſitionem Andromachus talem ꝓdidit. *Confectio ſedans dolorem, eiuſdem.* Opij quadrantem,croci vnc.i,myrrhæ ſextantem,acaciæ unciæ dimidium,ſucci radicis dulcis.ʒ.iiii.excipe melle.Hæc Andromachus. Verum ego non auide recipio eiuſdem compoſitionem pharmacorum,ubi non oſtenditur affectio,in qua ea ſit utendum.Scimus etenim cõponendi ſedantia dolorũ ſcopũ,cum ſomnum uidelicet inducere uoluerimus,& uehementem dolorem ſtupefacere. Acaciæ autẽ miſtura uelut ad ulcus eſt,quemadmodum radicis dulcis ſuccus ad lenienda exaſperata.Crocum autẽ & myrrham in compoſitiones dolorem leuãtes miſcere plurimis placuit:uidentur enim ipſis omnes affectiones ſufficienter concoquere poſſe.

Sextam conſequenter confectionem Andromachus hoc modo ſcripſit. *Arteriace eiuſdem.* * Aliter ij.
Thuris vnc.i,ſucci radicis dulcis vnc.i.myrrhæ.ʒ.iiii, tragacãthæ.ʒ.vi,nardi drac.* unã, amomi ʒ.iiii,croci.ʒ.iiii.mellis attici, quod ſatis eſt. Non obſcurum eſt ẽt hanc ad reſpirationis organo G
rum affectiones compoſitam eſſe ex concoctoriis,mitigatoriis,adſtringẽtibus,& extergentibus. Myrrha enim,& thus,& crocus,affectiones concoquunt. Radicis dulcis ſuccus exaſperata mitigat:idem etiam tragacãtha facit. Amomum fortiter reſiccat cũ modica adſtringendi facultate. Mel autem calfactoriam,& exterſoriam uim habet.

† *Quid ſit interpreti lutum emercum, non cõſtat,niſi margã pinguis terræ ſpeciem intelligat.* *Sed græ.eſt χύτραν ἐγκεκαινισμένην. ollam innouatã.quaſi dicas ollã nouam hic præcipi ſumendam. Suſpicari & iã licet cũ doctiſs. Viſſe Aldrouã do ueram lectionem eſſe, ἐγκεκονιαμένην,calci illam; aut, quod magis hoc loco probarim, ἐγκεχωνισμένην, picatam.fuiſſe enim ueteribus morem pice calce ve interiorẽ ollæ ſuperficiẽ in uarios uſus illinire non eſt obſcurum.*

Septimã poſt relatas compoſitiones Andromachus ſcripſit ex multis ualde medicamẽtis cõſtantem,quæ omnes ferme facultates habent:nam & adſtringentia,& mordentia,& attenuãtia, & mitigantia,& læuigantia in ea cõtinentur: quin & ſoporifera uis,& diſcuſſoria, ac exterſoria in ipſa habẽtur.In quibus omnibus multifariã miſtis facultatibus communis ratio eſt, quemadmodum etiam antea dixi, q̃ uidelicet quiſpiã ex omnibus pharmacũ quoddã cõponere uoluit, ſpe faciendi unum medicamẽtũ ad omnes eiuſdem generis affectiones cõmodum. Verum ex ipſis aliqua quidem per experientiam cognita ſunt maligna,& propterea relicta:aliqua uero fœliciter pro ipſius componentis coniectura, efficacia euaſerunt,& ob id recepta. Quin & præparandi ipſam modũ Andromachus adſcripſit,quanq̃ hoc facere alias nõ ſoleat.Quod uero ex pharmacis compoſita ſit,eas,quas dixi facultates cõplectentibus,præſtat meminiſſe eos,q̃ hos libros in manus ſument:ſi tñ non promptã habeant memoriam,eo ſanè tempore quo huiuſmodi phar H
maca diſcunt, ſextum & ſeptimum ac octauũ de ſimplicium pharmacorum facultate librum legant:in illis enim omnem pharmacorum materiã conſcripſi,qua radices,& folia,& flores,& ſemina,& fructus,& liquores,& ſucci omniũ ex terra naſcentium plantarum exiſtunt. His itaque præmiſſis iam animum ad ea, quæ Andromachus de hoc medicamento ſcripſit aduerte. *Arteriaca,qua utor.* Radices filicis craſſiſſimæ lauantur donec puriſſimæ fiant, & omne terreum deponant: deinde per diem unum perfrigerantur, & in fruſta magnitudinis trium digitorũ ſecta conquaſſantur:atque ex eis libræ.x.in ollã† emerco luto oblitã,aquę dulcis ſextarios decẽ conplectentẽ,injiciuntur,& ad dimidias,hoc eſt,ut ſextarii v.reliqui fiant,coquuntur:exprimuntur, & liquor quidem in duplũ uas diffunditur,& aromata craſſa,ac integris partibus addũtur:nardi indicæ. ʒ.iiii, cinnamomi.ʒ.vi, radicis dulcis. ʒ.vi ,caſiæ.ʒ.iiii, rhei põtici.ʒ.iiii, balauſti.ʒ.vi: roſarũ ſiccarum drac.iiii,(alij vi)Hæc ſimiliter ad dimidias coquuntur,ac exprimuntur:& ad decoctum, mellis attici ſextarius unus additur: ſit autem mel præcoctum, & in duplici uaſe priuatim ſpiſſatim, uſquequo manus non inquinet:adijciuntur & terebinthinæ pellucidæ drac.tres. chalbani drach.ii,croci drach.v,ſucci hyoſcyami drac.i,ſucci hypociſtidis drac.i,mandragoræ ſucci oboli iii,piperis albih drac.*octo.

Octauam

A Octauam deinceps confectionē ſcripſit, ſumma facultatis ipſius indicata, quod ipſum in omnibus feciſſe oportuit. Habet autem ſic. ¶ *Arteriace laudata Mithridatis, ad thoracis collectiones, ſubpurgat, & læuigat.* Irionis torrefacti. ʒ. xx: in quibuſdam exemplaribus fabæ freſæ ſcriptū eſt: ſunt aūt ambo exterſoriæ potentiæ. Seminis lini toſti. ʒ. xx: & hoc exterſoriam uim habet. Nucis pineæ. ʒ. xx: hæ læuigandi uim habēt. Vuæ paſſæ exacinatæ. ʒ. iiii: & hæc ob id, q̄ modice ſubadſtringat, ſimulq̄; cōmodus corpori cibus ſit, merito admiſta eſt: habet autē & paſſi facultatē, qualem in quarto de ſimplicium pharmacorum uiribus indicauimus. Croci obol. ij: minimum quid ex croco cōiecit, qui pharmacum compoſuit, ut propè nihil ſit aliorū proportione: diximus de croco, eum concoquendi uim habere una cum adſtrictione: dictū eſt etiā q̄ adſtrictio corpora cogit, conſtringit, & corroborat. Adiecit autē etiā mellis † heminas iiii, ſ à uino dulci ac ſapa digreſſus: uult. n. hoc modo præparatū pharmacum uelut præfatus eſt, in pectore hærentes collectiones depurgare: cæterū in huiuſmodi pharmacis ea, quæ craſſos ſuccos habent, impediūt repurgationē. His admiſcuit tragacanthæ. ʒ, iiii: quod pharmacū læuigat exaſperata: prædictū eſt autē, quod uult hoc propoſitum medicamentum repurgare, & lęuigare ea, quæ iuxta thoracē hęrēt: ſcopus. n. huiuſmodi eſt, attenuare, & abſtergere, ac ad eductionē ſuperne aptas facere col-

†Cod. tñ impreſſi græci habent, quartam partē heminæ.

B lectiones in thorace: uerum ſedandi doloris gratia, & ne nimiū tuſſiant partes exaſperatæ, læuigantia apponuntur. Maximum hoc eſt, atq; ipſius per omnia meminiſſe oportet, nimirum quod ſæpe unus ſcopus ſit, in quem pharmacum componitur: ne uero hoc ipſum aliquo modo offendat, utraque miſcentur, primum utilitatis ſcopum nequaquam habentia.

Nonā arteriacem poſt has Andromachus his uerbis tradidit. ¶ *Arteriace Marini.* Croci vnc. i, gummi ſextantem, tragacanthæ vnc. i, mellis attici ſextariū i: coquito donec, cū diffundit, non inquinet. Hoc pharmacum medium eſt facultate: eſſetq; exacte mitigatoriū, ac dolorē ſedans, ſi neque crocum haberet, neque mellis ſextarium, ſed pro ipſo theræum uinum creticū: aut ſapam ex muſto cocto factam, quam nos Aſiani, ut dixi, hepſema appellamus. Verum hoc loco importune inter relata fortia pharmaca locatum eſt, utpote quæ ſuppuratis & tabeſcentibus conueniunt.

Decimam conſequenter recēſet, quæ inter exacte læuiſſimā, ac mediam, qualē ſane eſſe dixi præcedentē, intermedia eſt. Ex gummi igitur hanc, & paſſo cretico, ac aqua componit, melle ēt admiſto, & gummi quidem injicit beſſem, paſſi ſextarium unum, mellis libram unam, diſſoluere cū aqua iubens ipſum gummi, copia eius non expreſſa. Itaq; ob gummi, & paſſum, & aquam, penitus nihil exterſoriū habet ob mel uero, à leuiſſimo & læuigante eſt digreſſa: ſcimus enim exter

C ſoriū eſſe mel. Coqui autē ſuper prunas oportere ipſum dixit, hoc eſt ad mollem, & nō fumantē ignē. Melius uero feciſſet, ſi etiā ad alias omnes hoc adſcripſiſſet. Ego itaq; ſic ipſum p̄paro, & neque ad prunas adhuc ardentes cocturā facio, ne uidelicet inde quid acre, & fumoſum ſublatum, acrimoniā non neceſſariā medicamēto ipſi affricet. Mellis quidē acredinē toleramus, quanquā ea nō ſit uehemens, propter aliam ipſius utilitatem, uerū fumi nulla eſt utilitas. Quare fugiendus eſt fumus, inquantū poſſibile eſt, circa omnium huiuſmodi pharmacorum præparationem. Præſtat autem, & in ijs, quæ meatus obducunt, lignis, fumum non edentibus uti.

Vndecimam confectionem ſic prodidit. ¶ *Arteriaca alia bona:* Cinnamomi, thuris utriuſque vnc. i, ſucci radicis dulcis vnc. i, myrrhæ. ʒ. iiii. tragacanthæ. ʒ. * ſex, nardi indicæ. ʒ. iiii, amomi. ʒ. iiii, croci. ʒ. i: melle attico excipe. Recte dixit bonā hanc arteriacem eſſe, uerū deeſt ſermoni, ad quas affectiones bona ſit: dictū enim in principio eſt, & per uociferationē, & per diſtillationē lędi arteriam, ampliusq; propter ulcus & inflammationem obduratam. Hæc autē confectio quā nūc Andromachus deſcripſit, etiam ad tabidos aptum pharmacum eſt, & ſimpliciter omnes in ueteratas thoracis, ac pulmonis affectiones. Cinnamomi etenim natura tenuiū partiū, & reſiccatoria etiā induratas affectiones ſanare pōt. Ab eo proximū locū amomi facultas habet, ſimulq;

†Aliter iij.

D adſtringens quippiam habet. Verum ob horū actionē uehementē rationabiliter admiſta ſunt, thus, & radicis dulcis ſucc⁹, & tragacātha, pharmaca exaſperata lenire à natura apta. De croco & myrrha ſæpe dixim⁹, eſſe uidelicet cōcoctoria, & modice reſiccatoria huiuſmodi affectionū.

Al. ſuccū, a fol. 553. a

Duodecimā arteriacā Andromachus, hoc modo ſcripſit. *Alia ex libris Galli ad arteriā affectā, ulcera pulmonis, purus & ſanguinis reiectiones, & fluxiones in thoracē, & ad ea, quæ ægre educi poſſunt, uehementer efficax.* Reſinæ terebinthinæ. ʒ. iiii, croci * cilicij. ʒ. iiij, thuris. ʒ. iiii. myrrhæ troglodyticæ. ʒ. iiij. cinnamomi. ʒ. iiii. amomi. ʒ. iii, nucis pineæ drac. iiii, radicis dulcis eiecta medulla. ʒ. iiii, nardi ſyriacæ. ʒ. ii, & dimidiā, caſiæ nigræ. ʒ. ii, tragacāthæ. ʒ. iii, palmularū ſyriacarum carnis drac. iii, aſteris ſamij. ʒ. iiii. chalbani puri obol. iiii: coſti. ʒ. iiii, (alij. ʒ. i:) mellis attici heminas iiii. Mel & reſina in duplo uaſe coquūtur, atq; ubi ſpiſſari cœperint, chalbanum miſcetur, donec nō inquinent: deinde refrigeratis reliqua trita admiſce, & ſic utere. Recte fecit in hoc pharmaco, tū quod ad quas affectiones conueniat, tum quod quomodo præparare ipſum oporteat, adſcripſit. Ratio autem compoſitionis ex ſuperioribus conſtat.

* *Al. corycij.*

Decimam tertiam arteriacē Andromachus his uerbis tradidit. ¶ *Arteriaca Galli, eadem etiam antidotus eſt ad eadē efficax.* Nardi ſyriacæ. ʒ. iiii, myrrhæ. ʒ. iiii, croci. ʒ. * quatuor: coſti. ʒ. iiii, (alij drachmā unā:) piperis albi grana xxx, radicis dulcis drachmā unam, nuces pineas centum, ſtyra

* Aliter ij.

cis drach.i.tragacanthæ.3.i.cinnamomi drach.i.amomi.3.i.thuris.3.i.obol.iiij.cabæ fiſtulæ.3.i.ba E
lauſtij drach.tres, obol.iij.mellis attici, aut paſſi cretici heminas duas.Paſſum in duplo uaſculo
coquitur ad ſpiſſitudinem mellis, atq; ita ad arida trita affunditur:tragacantha autem,& ſtyrax
per diem antea in ſufficiente protropo macerantur,& ita ad reliqua admiſcentur:reponitur py
xide argentea, aut uitrea. Rectè fecit,& hic,℘ tum ea,quæ promittit hoc pharmacum,tum quo
modo præparatur,adſcripſit.Ego uero propterea omnes ab ipſo deſcriptas arteriacas appoſui,
ne quis alium ſcriptorem requirere cogatur: omne enim facultatum genus in ipſis continetur,
mollium,fortium,ac mediorum.

Decimaquarta arteriaca eius eſt, de qua ſic prodit. *Arteriaca ex libris Aphrodæ, Moſchionis. Eſt eius facultas non modicè medias tranſgreſſa ad fortes. Habet uim ſecandi, & attenuandi, ac calfaciendi ex multis pharmacis, quibus etiam lenta quædam admiſta ſunt ob eam, quam dixi cauſam.* Compoſitio eius hæc eſt:Rubricæ lemniæ, thuris, myrrhæ,nardi,amomi,caſiæ rufæ,croci,iridis illyricæ, floris iunci odorati, ſingulorum 3.ii.cinnamomi.3.iiii.reſinæ terebinthinæ.3.iiii.floris roſarum.3.iiii.opobalſami.3.ii.mellis heminam unã, aut paſſi cretici heminæ dimidiũ,ampliusq; quartam eius partem:liquorem & reſinam,donec fulua reddãtur,coquito,deinde ab igne ablatis reliqua addito,ac conquaſſato. Datur in thoracis,& arteriæ affectionibus fabæ græcæ ma- F
gnitudine,cum aqua quarta heminæ partæ reliquis forma eclegmatis deligendum.

Decimamquintam arteriacã,ſic ſcripſit. *Arteriace ad Gutturis,ſiue arteriæ aſpritudinem, uocem interceptam: & ſanguinem reiectantes, qua utor. Ex libris Apollonij, & Alcimionis.* Tragacanthæ
† *Aliter iiij.* 3.vi. † gummi.3. vi.thuris.3.i.obol.j.myrrhæ.3.i.obol.ii.croci.3. i.obol.ii. ſucci radicis dulcis. 3.i.
*Aliter ij. obo.iii.aut radicis ſeſquidrac.piperis albi grana xxv.palmularũ pinguiũ carnis.3.(iii alii palmu
* Aliter. 3. v. & aliter. 3.ij. las.v.aut tres hñt)Tragacanthã paſſo maceratã,ac tritã reliquis aridis tritis committe,ex eisque oĩbus catapotia fabæ magnitudine effice,ſub linguaq; tenenda exhibe. Huiuſmodi cõfectiones hypoglottidas medici ab eo,qđ ſub linguã dantur, appellant:iubentq; id, qđ à diſſoluto pharmaco defluit, ſenſim in aſperæ arteriæ ſummum excipere, obnitendo ſimul ne tuſſis excitetur.

Decimaſexta ex ordine, ſic ſcripta eſt. *Arteriace delingibilis ad omues internas affectiones, maxime tabeſcentes, & ſuppuratos, ad Hydropas incipientes, tuſſes ueteres. Datur per diem, & noctem, cochlearij menſura.* Succi ſcyllæ ſextarios iiij.paſſi cretici ſextar.iii.uini falerni ſextar.viii.mellis attici ſextar.iii.myrrhæ trientẽ,croci ſextantẽ,thuris ſextantem,ariſtolochiæ dactylitidis minam
† Al.ſextantem. unã,& dimidiã,glycyrrhizæ minam.j.radicis eryngij ſextantem, caſiæ unc.j.nardi celticæ † vnc.
† Al. ſextantem. j.ʒxylobalſami*beſſem.Ariſtolochiam,eryngium,glycyrrhizã,xylobalſamum,caſiã,nardũ,in G
craſſas partes contuſa in uini ſextarijs viii. macerato ad triduum:deinde ad lentum ignẽ ad tertias coquito,atq; ita exprimito:& recremẽtis abiectis,paſſum,mel,& ſcyllæ ſuccum committito, & ad mellis craſſitudinẽ coquito. Crocum uerò,thus, & myrrham cũ uino terito: atq; ubi optimè habuerit pharmacum,addito: & ubi modicè fuerint liquata,ab igne tollito,& repoſitis utitor.Rectè facit & hic Andromachus, ℘ quæ promittit,& quomodo præparetur,adſcripſit.

Decimaſeptima cõfectio talis ab eo traditur. *Arteriaca alia,ut Heraclides Tarentinus.* Succi ſcillæ ſextarios iii. paſſi cretici ſextar.iii. mellis attici heminam.j.croci trientem,alij ſextantẽ:
*Aliter vnc.j myrrhæ quadrantem, tragacanthæ unc.j.ſucci radicis dulcis*ſextantẽ,thuris vnc.i.opobalſami ſexuncem:utere p̃parato.Iuxta hanc confectionẽ, neq; quæ promittat, neq; quomodo præparetur, tradidit, tanquam iam ante ſententiam ipſius legẽtes intelligere queant.Ex eo enim,quod dicit:Alia Arteriaca,ſimilia præſcriptæ ipſam promittere,nos intelligere conuenit.Præparationem autem ex antea relatis computare oportet.

Decimaoctaua confectio,ſic tradita eſt. *Arteriaca ex libris Perigenis, ad omnes arteriæ affectus.*
† *Aliter iiij.* Croci unc.i. vuæ paſſæ exacinatæ. 3.i.† amygdalarũ.3.viii.myrrhæ obol.iiii.tragacanthæ.3.iiii. piperis albi obol.iiii.mel coctũ.Vua paſſa torretur,amygdalæ excorticãtur: tragacãtha in aqua H
maceratur per diẽ unũ,& teritur,ac reliquis admiſcetur. Et hic recte ab eo factum,eo,℘ tũ promiſſionem,tum cõpoſitionem eius adijcit. Cæterum mediæ facultatis pharmacũ exiſtit, quare ad omnes affectus ipſum commodum eſſe ait: eſt enim mediorum pharmacorum natura talis: Vnde etiam ipſis medijs affectionibus proprie, & primariò conuenit:iis uero,qui mollibus,aut fortibus opus habent,neque emolumentum,neque detrimentum magnum affert.

Vltimam omniũ arteriacam,hoc modo deſcripſit.Vini mulſi ueteris ſextarios iii.ad unum decoquito: deinde nucum pinearum toſtarum heminã adiicito,piperis albi ſextantem:acutitor. Eſſet ſane hoc pharmacum ex molliſſimis, ſi non piper acceſſiſſet:hoc verò addito,ad mediam facultatem peruenit:propterea etiam eiuſdem generis cum præſcripto eſſe ratus,ſubſcripſit.

Arteriacæ à Critone conſcriptæ quatuor numero.

Ex arteriacis à Critone cõſcriptis quatuor ꝓduxiſſe ſuffecerit. De prima ſcribit in hæc uerba. *Ad uocem interceptam ob contentionem.* Ficum & eryngiũ probe coquito, & ad decoctũ gummi miſceto,ut melle durior cõfectio fiat: dato ad noctem. Facit & ammoniacum. Ob in ſane pharmaci huius mentionem feci,℘ in principio apta eſt hæc præſcripta confectio, ſuper eryngium præparetur: ammoniacum autem inueteratis commodũ,forte enim pharmacum exiſtit.

Non

ANon recte igitur Crito fecit, q̃ cum moderato fortiſſimum pharmacũ indiſcriminatim tradidit. ſi enim ab uſu duri immutaueris, nõ ſolum nihil iuueris, ſed etiam lædes hominem. Alterã arteriacam ſcripſit Crito mediam facultate, concoctoriam & lenem his uerbis. ¶ *Alia faciens maxime ad Phonaſcos, & aſperam arteriam, & tuſsis irritationes, dolorem aurium, ulcera in auribus, ac pudẽdo. Concoquit etiam deſtillationes.* Thuris obol. iiii, myrrhæ. 3. ii. paſſi cyathos iii. paſſum ad mellis ſpiſſitudinẽ decoquito, deinde myrrhã & thus trita cũ paſſo ſemicocto ablato, adijcito. Facit etiã ad dyſentericos, cœliacos. Quidam croci etiã drachmam addunt, & fit auribus cõmoda, atque oculis inflãmatis. Hæc Crito perſpicuè & probè ſcripſit: neq; opus eſt me eiuſmodi pharmacorum expoſitionem apponere, ut qui ſæpe iã de his dixerim. Porrò alias duas prædictæ quidẽ ſimiles, uerum moderatiori facultate & ſimpliciſſimas ſic ſcripſit. ¶ *Eclegma Fauſtianum appellatum.* Vini falerni ſextariũ i, mellis attici lib. i. in duplici uaſe coquito, rutæ ramulo agitando. Alterum pharmacum tale eſt. ¶ *Eclegma ex uino ſcybelite quo utimur.* Vini ſcybelitis ſextarium i. gummi quadrantem, mellis dodrantẽ: coquito in duplici uaſculo, gũmi prius macerato, ac diſſoluto. Hoc ſolũ loco appoſuit in duplici uaſculo, hoc eſt diplomate, cocturam fieri debere. Rectiſſimè autem fecerit, qui omnes arteriacas, quæ mitigatoriam, cõcoctoriam, & lenitoriã uim habe
B re prædicant, in duplo uaſe coxerit, quod diploma Græcis uocatur, quomodo ſanè unguentarij unguenta præparant: nimirum calidam aquam in magnum quendam lebetem infundentes: ac poſtea uaſculum, quod pharmacum coquẽdum in ſe habet, imponentes: & ſic præuſtas prunas, aut ligna fumum non edentia ſuccendentes.

Confectio Diacodyon, id eſt ex capitibus papaueris, iuxta ueterum traditionem.

Quin & circa huius compoſitionem ueteribus indiſcreta diſcordia fuit. Quidam enim ex ipſis ad capita papaueris cxx, aq̃ ſextarios. xx. infundendos cenſent, ut quælibet ſextarij menſura ſex papaueris capita recipiat. Quidam uero in lxxx. ſextarios octingenta papaueris capita inijciũt, ut ſinguli ſextarij capita x. accipiãt. Quidam ita temperauerunt, ut ſextario uni. viii. capita tribuerentur. Quidam autẽ haud ſcio qua ratione, in aquæ ſextarios tres, capita papaueris lxxx. conijciunt. Alij capita cxx. in eoſdem tres ſextarios addunt: uerum mihi uidetur ualde pauca aqua eſſe ad tantam copiam capitum.

Confectio ex capitibus papaueris, Andromachi.

Andromachus igitur uelut ſupra in arteriacis præſcriptum eſt, alteram ex ipſis præparans ſic ſcripſit: Capita papaueris uiridia mille ducenta: deinde ad finem: aquam pluuiam. non appo-
C nens aquæ quantitatem.

Confectio ex capitibus papaueris, Critonis.

Crito uero ſic. *Confectio ex capitibus papaueris. ſimplex.* Capita papaueris agreſtis octingenta, aquæ ſextarios lxxx: coquito ad tertias, atq; expreſſis addito mellis lib. x. Si uero uariã efficere uelis, adde croci, myrrhæ, ſucci hypociſtidis, ſingulorum. 3. xii: thuris. 3. vi, acaciæ. 3. xii: Rectè uidetur mihi ad ſingulos ſextarios capita x. conijcere: ita enim contingit, cum ſcribat ipſe, capite octingenta in aquæ ſextarios lxxx indendos eſſe. Et ego ſanè hoc modo præparo, non apponẽs, neque crocum, neque myrrham, neque aliud quicquam: optima eſt enim ſimpliciſſima.

Confectio ex capitibus papaueris, Heræ.

At uero heras ad capita cxx, aquæ pluuię ſextarios iii. infundit, modicã omnino quantitatem: tametſi in quibuſdam exemplaribus non numerus capitũ papaueris cxx. ſcriptus ſit, ſed pondus totidem drachmarum. Adſcribam autem totam ipſius dictionem ſic habentẽ. Capita papaueris uiridia. cxx. in uas conijcito: & affuſis aquæ pluuiæ ſextarijs tribus, ad triduũ madeſcere ſinito, deinde ad tertias coquito: & ablata ab igne exprimito, ac colato, admiſtoq; mellis ſextario, in duplici uaſe coquito: atq; ubi ſpiſſari cœperit, acaciæ rufæ. 3. i, ſucci hypociſtidis. 3. i, adijcito.
D Cæterum cum ipſa capita coxerit in aqua, croci. 3. i, linteolo illigatam ſimul coqui permittito. Quidam. n. myrrhæ. 3. i, addunt, ipſaq; cũ modico paſſo terunt, atq; ita indunt: ac ſimul coquunt, donec aliquãtulum fuerit confectio inſpiſſata. Quòd ſi tamen non medicamentariã confectionem facere uelis, cum capitum decocto ad tertias redacto mel coques, reliquis non adiectis.

Confectio ex capitibus, Damocratis.

Hoc pharmacum primum à Themiſone præparatũ eſt, inquit Damocrates in libro, Damocratis Philiatrus, ἢ hoc eſt rerum medicarum ſtudioſus, ἢ inſcripto. Scimus autem ex uerſibus eum conſtare. Aiunt Themiſonem hoc pharmacum primum præparaſſe ad tuſſes humidas, dolorẽ arteriæ, & gulæ, ſpecies fluxionum ſimpliciter omnium, quæ circa thoracẽ conſiſtunt & ad uigilias, quarum ſanè illæ exiſtunt cauſæ.

Papaueris, quod nominant ipſi agricolæ
Agreſtis (nam ſponte neum eſt nec conferitur)
Capita uirentia & recentia, integra,
Semen rubens, nondum nigrum gerentia,
Centena bisq; dena magnitudinis
Mediocris, in nouam ollulam ore amplo indito.

A. l. 5. fu. t. t. fol. 539. d

Infunde tres pluuia de aqua sextarios:
Macerato in his totam diem noctem simul: E
Dein coquito lento igne ac diutiusculè,&
Omnem liquorem expressum in ollulam excipe,
Et mellis attici libras tres addito.
Decoquito rursus leniorem ad flammulam.
Dum non liquentis mellis instar duruerit.
Mox frigefacta in uitreum uas condito.
Sic nos quidem. At Themison, prior qui prodidit
Vsum, addidit myrrham, acaciam, & rubens crocum, &
Hypocistidis succum. Ast ea obsoleta iam,
Simplex enim parata commodissima est,
Iucunda ualde, lenis atq; uiribus.
Ex hac datur mystri minuti quantitas,
Aliquando plus sub noctem, & ad diem minus,
Vt hanc in ore quis breui sic detineat, F
Iussus liquentem sensim ita ut post deuoret.
Quod si uoles aluum morandi gratia, &
Sistatur ut pulmonis, & stomachi fluor,
Eruptioq; sanguinis septum supra,
†Paiaricæ. Facere, & eupatoricæ, aut tu potius hinc ponticæ.
Addes rhois succi simul drachmas duas,
Tantundem, & acaciæ bonæ, non ueteris:
Auferre iam uolens ab igne pharmacum,
Diluta passo ambo hæc simul confundito,
Paulatim adhuc in ollula feruentibus,
Quo ferueant parum simul: mox uasculo
Refrigerata indantur inde uitreo.

Confectio ex capitibus papaueris, Sorani.

Soranus porrò ita præparãdam censet. Capitũ papaueris numero cl, aquæ sextar. xx, in lebetem nouũ coniecta ad dimidias coquito: & reiectis capitibus, mellis sextar. ii. addito: postea uerò G myrrhæ, croci, hypocistidis, & acaciæ succi, singulorũ drac. i. obolos tres, linteolo illigato: & in ollam siue lebetẽ suspendito, quo simul cum melle coquantur: postq̃ uero crassescere inceperit fasciculum colligatum tollito, & in mortarium coniectum cũ passi cyathis iii. terito: indeq; in lebetem coniectum, lente simul donec spissetur, coquito. Verum mitior est confectio quæ ex solo melle & capitum papaueris cremore constat. Efficacior autem redditur si in fascisculum linteoli pro adstringentibus melilotum, & radicem dulcem addideris.

Confectio ex capitibus papaueris, Galeni.

Cæterum uelut ego compono confectionem ex papaueris capitibus, ita ea utendum censeo, Etenim cum de prædictis confectionibus experimentũ sumpserim, præstãtior ea uisa est, in qua ad unũ aquæ sextariũ capita decem inijciuntur, quemadmodum Crito scripsit: aut ad duos sextarios quindecim capita, uelut Soranus: in medio autẽ horum amborum terminorum est, ubi octo aut nouem capita in unum sextarium conijciamus. Præmacero" autem ea non ad triduum, uelut Al. 3 f. 10.23 c. 3. fol. 175. Heras, sed neq; statim ablatas coquo, sed si quidem humidiora & molliora fuerint, ad unũ diẽ. Accipienda est autẽ in omnibus huiusmodi sermonibus etiam nox: quemadmodum ẽt annum dierũ ccclxv esse solemus dicere. Si uero duriora & sicciora sint, etiã longiori tempore ipsa macero: prestat autem accipere nondum indurata. Manifestum uero, ꝙ etiã ualde mollia abijciẽda H sint; sicciora enim exiguum succũ habent: humectiora uero* crassum quidem, sed crudum adhuc & aquosum ac debilẽ: quapropter ex humidis, ac palustribus locis accepta fugienda sunt. At uero numerũ quẽ dixi inijci oportere iuxta proportionẽ aquæ, de mediocribus intelligere oportet. Cum enim quædam maiora moderatis, quædam minora existant, quædã uero inter hæc media, quemadmodum ut plurimum esse solent, ex his prædictum numerum ad sextariũ conijcere oportet. Terminus aũt cocturæ sit nõ ut tertia, aut quarta, aut aliqua talis pars aquæ fiat reliqua, uerum ubi primum in totũ flaccida fuerint facta: succũ enim ipsorum exprimere uolumus, hoc uero sufficienter continget ipsis flaccidis factis: superuacuum igitur diutius coquere. Cæterum mellis dimidiam mensuram huic succo admiscendam censeo, & coquendã simul ad lentũ ignem ad compagem attici mellis. Verum in aqua pluuia quidem capitum cocturã fecerunt, ne uidelicet ipsa ad aliam putredinosam qualitatem transmutetur: tibi uero etiã fontana sufficiet, pluuia non præsente: satis est & ipsam mundam esse, & omnis misturæ exortem, ob quam rem ea, q̃ per plumbeos canales deriuatur, fugienda erit, limus enim quidã ex plumbo in ea continetur. Vnde etiam qui aquæ eiusmodi fæcem combibunt, dysenterici euadunt.

* Al. multum.

De Vsu

A *De uſu confectionis ex papaueris capitibus.*

Vſus eius eſt in iis qui ſomno opus habẽt, quibus etiã ex opio conſtantia ſæpe exhibere cogimur. Opus habent maxime huiuſmodi pharmacis ii, quibus tenuis fluxus à capite ad aſperã arteriã deſtillat, nõ permittẽs dormire ob cõſequentem tuſſim. In talibus ego etiam ex ſapa pharmaci confectionẽ parare ſoleo. Dictum aũt à me antea eſt ſapam, id eſt heſpam, à nobis appellari muſtum coctum: quod etiam ſiræum quidam medici uocant. Sufficiens coctura eius ad huiuſmodi eſt, ubi capita papaueris ad medietatem aquæ fuerint decocta. Quin & per paſſum, aut thæreum Creticum, melius eſt quàm per mel coctura fieri, ubi fluxus ualde tenuis extiterit: ſcimus enim attenuantis facultatis mel eſſe: fugiendum igitur tunc, tenues enim fluxiones auget. Miſcenda etiam huiuſmodi pharmaco, dum coquitur, radix dulcis, quo ſimul coquatur: ubi uero hæc non adſit, ſuccus qui ex Creta apportatur. Si uero circa pulmonem conſiſtat copia fluoris à capite delati, confectio ex melle melior eſt. Quemadmodum enim ſomno opus habentibus, ea quæ ex ſapa conſtat: ſic reiectione per ſputum indigentibus, ea quæ ex melle fit, commodior exiſtit. Contra urgenti igitur renitendo, ubi in ſomnum uertitur æger, aut quod ex mel
B le cõſtat, aut quod citra hoc apparatum eſt, pharmacum exhibebis: aliquando etiam ambobus permiſtis, ſcopum habens ipſum urgens, circa miſturam, ex utro amplius coniicere oporteat: appello autem urgens, id quod maiori auxilio opus habet. Datur commoderata menſura duorum cochleariorum ſatis magnorum copia. Augebis autem, & minues hanc copiam ad magnitudinem corporis, cui exhibiturus es, reſpiciens item ad ætatem, & anni horam, ac regionem: in omnibus enim his, frigidioribus minimum dabis, calidioribus amplius. Quòd uero etiã multitudinis, ac qualitatis ipſius deſtillationis reſpectu, aut plus, aut minus dabis, manifeſtũ exiſtit: commune enim hoc in omnibus auxiliis eſt. Suffecerant equidem præſcriptæ arteriacæ, uerum apponere amplius mihi uiſum etiam eas, quæ Aſclepiades in ſecundo Interiorum ſcripſit. Aliquæ enim ex eis penitus eædem ſunt: quædam præſcriptis ualde uicinæ, ut & ex eo certitudo deſcriptionum confirmetur. Quin ultra hæc præparandi, & utendi modus, diligentius ab ipſo Aſclepiade traditus eſt.

Arteriacæ ab Aſclepiade conſcriptæ in ſecundo internorum, quæ Mnaſoni inſcribit. Antonij muſæ, ad uocem interceptam.

¶ Braſſicæ uiridis caulículos depuratos manducandos præbe, & quod inſtar palearũ exuccũ eſt, expuere iube, ſuccum uero deglutire. *Alia.* Braſſicæ ſuccum, cum melle coctũ delingendum
C exhibe: auxiliatur confeſtim. *Alia.* Succi eryngii in aqua cocti heminas duas excipito, & ſucci ficuum in aqua coctarum tantundem: his adde gummi ſubtiliſſime diſſoluti drac. viii. coquito diligenter ad arteriacæ ſpiſſitudinẽ, & inde cubitum ituris ad cyathi menſuram delingẽdum præbe. ¶ *Alia arteriaca Charixenis, facit ad ſonum uocis fractum, deſtillationes in arteriam, uocem interceptam, & raucoſam, ad interceptiones uocis ex diſtenſione.* Croci drac. ii, ſucci cyrenaici drac. i. mellis attici cyath. vi: mel coquito, & ubi ſpiſſatum fuerit, reliquis admiſceto: ac utitor uelut dictum eſt, pilulis inde formatis, quæ ſub lingua detineantur. *Alia.* Galbani drac. ſex, piperis. 3. i, nitri. 3. i, mellis attici cyathos ſex: galbanũ, & mel coquito, & denſata reliquis unito: utitor ut dictum eſt. *Alia ad exulceratã arteriam Charixenis. Facit Phonaſcis ante, & poſt certamen data. Facit ad oculorũ dolores forinſecus impoſita, lana ex ea made facta. Facit & ad internas affectiones linctu accepta.* Gummi, tragacanthæ, utriuſq; drac. ſex: thuris, myrrhæ utriuſq; drac. i, obolos tres: croci, hypociſtidis ſucci, utriuſq; drac. unam: paſſi ſcibelitæ, aut theræi ſextarios ſex. Gummi, tragacanthã, myrrhã, thus, una cũ hypociſtidis ſucco macerato, affuſa ipſis paſſi portione: atq; ubi diſſoluta fuerint, diligenter terito, & ad paſſum miſceto, aſſidueq; mouendo coquito. Crocum uero ſacculo ſtupa cõtexto {κροκυφάντιον uocant, alii κροκοφαντὸν} initiis in ſublimi contentis inditum, una cũ
D pharmaco coquito: deinde exemptum paſſo dilutum, ac tritum ad pharmacũ coniicito: & repoſitis utitor. *Alia.* Succi radicis dulcis, tragacãthæ, utriuſque. 3. tres, croci, myrrhæ utriuſq; drac. i: thuris, ſpicæ nardi, utriuſq; obolos tres: protropi ſextarios tres: utere. ¶ *Alia Lyſiæ ad eaſdem affectiones.* Croci, myrrhæ, ſucci radicis dulcis, thuris, caſiæ, ſingulorum drac. i: piperis grana xxiiii, paſſi cretici ſextarios tres, mellis attici cyathos vi utere. ¶ *Alia Charixenis.* Croci drac. tres, myrrhæ drac. unam & dimidiam: thuris, ſucci glycyrrhizæ, utriuſque drac. unam: paſſi Cretici ſextarios tres. Facit ad ſonum fractum, deſtillationes in arteriam, interceptam uocem, tonſillas inflãmatas, facit etiã ad phonaſcos ante, & poſt certamẽ data. Iuuat perfrigeratos, facit ad recẽtẽ, & ueterem tuſſim, ad ſpuentes ſanguinẽ, eundemq; ſurſum reiectantibus prodeſt, & cœliacis. Cõ
A.l.5.ſu.a.i.5 fol.553.f ducit item ad ſpiritus fœtorem. *Alia' Hypoglosſis, ſub lingua tenenda, facit ad arteriã exaſperatam, & uocem interceptam, itemq; reliquas affectiones.* Tragacanthæ, gummi thebaici, utriuſq; drac. tres: myrrhæ, thuris non ſecti, utriuſque drachmam unam obolos tres: croci drac. unam, ſucci glycyrrhizæ obolos tres, phœnicobalanorum trium carnẽ, paſſi protropi, aut theræi, quod ſatis eſt his excipiendis: decoquatur ad craſſitudinem mellis. Datur fabæ ægyptiæ magnitudine ſub lingua tenenda, & diſſoluta tranſglutienda. ¶ *Alia hypoglosſis Dioſcoridæ.* Croci myrrhæ, tragacanthæ, radicis dulcis ſucci, ſingulorũ drac. i: nuces pineas repurgatas numero ſexaginta, amygdalas

las mundatas totidem:excipe melle cocto. Datur nucis pōticæ magnitudine ſub lingua tenēda. E
Alia Scriboniꝰ Largi hypoglosſis, facit ad uocem interceptam. ¶ Croci, terebinthinæ, ſingulorum drac. octodecim: iridis illyricæ drac. ſedecim, tragacanthæ drac. octo, piperis grana cccl x: excipe mel le cocto, & terebinthina ſimul cocta, utere ſub lingua nucis ponticæ magnitudine. ¶ *Alia Scriboniꝰ Largi hypoglosſis, facit ad uocem interceptam.* Glycyrrhizæ. 3. octo, myrrhæ. 3. uigintiquatuor. terebinthinæ. drac. triginta duas, tragacanthæ drac. triginta octo. Arida ſingula per ſe tundito, ac cribrato: reſinam autē in pilam cōiectam tundito, arida ad ipſam inſpergēdo: deinde ex unitis omnibus paſtillos formato fabæ ægyptiæ magnitudinis, quos in umbra ſiccato: atque uſus tem pore unum, aut duos ſub lingua tenendos dato, ac liqueſcentes deuorandos. Oportet autē hoc pharmacum confeſtim in paſtillos cōformare. Quo tempore igitur paſtillos cogis, eodē etiam tundes, reſiccantur enim cito: & ob id paſtillos ex eo formantē ad manū ſimul tundere oportet ¶ *Alia Aromatica Mithridatis, facit ad arteriæ affectiones, pulmonis ulcerationes, ſpuentes ſanguinem, tabeſcentes, ſuppuratos, & peripneumonicos.* Croci drac. duas, & dimidiam: myrrhæ, reſinæ terebin thinæ, utriuſq; drac. ii: thuris ſeſquidrachmam: nardi, cinnamomi, caſiæ tragacanthæ, ſingulo- rum drac. unam: mellis attici heminam. i. Mel & reſinam coquito, ut tractilia fiant, ac fibroſa, & non inquinent in frigidam aquam inſtillata: dein cum aridis committito, ac probe contundito, F & reponito. Vtere nucis ponticæ magnitudine ſub lingua detenta, ut prædictum eſt. ¶ *Alia Mithridatis.* Mirrhæ, croci, utriuſque drac. iiii, nardi indicæ, terebinthinæ, utriuſque drac. duas: thuris, caſiæ, cinnamomi, ſingulorum drac. unam: paſſi cretici heminas tres. Paſſum & terebin- thinam ad perfectam compagem coquito, & cum ſiccis committito: indeque ad nucis ponticæ magnitudinem ſub lingua tenendum dato. ¶ *Alia ex filice Andromachi aromatica: Prodeſt hæmoptoicis, pleuriticis, tabeſcentibus, ſplenicis, hepaticis, ictericis. Facit & ad affectiones circa uterum, & ueſicam.* Radices filicis quàm craſſiſſimæ lauantur diligenter, donec omne terreum ab eis decedat:
* *Aliter xij.* deinde perfrigerantur ad diem unam: & ex ipſis libræ † x, in fruſta digitalis magnitudinis ſecā- tur, & conquaſſantur, ac in uas figulinum coniiciuntur. Infunduntur deinde aquæ dulcis ſexta- rii x, & ad ignem poſitæ coquuntur. Cum uero ad dimidias deuenerint per cocturam, eas tollimus, & in duplum uas unguenta riū excolamus. Et radices quidē expreſſas proiicimus: in aquā uero craſſo modo contuſa coniicimus, Balauſtii drac. vi: nardi indicæ, roſarum ſiccarum, utri- uſque. 3. iiii: cinnamomi drac. tres, glycyrrhizæ drac. vi, caſiæ drac. quatuor, rhu pontici. 3. quatuor. Deinde rurſus ad ignem admota coquimus: & ubi ad dimidias peruenerint, rurſus in
* Al. lignoſa. aliud paruum uas unguētarium excolamus: & arida* quidem expreſſa reiicimus, ad aquam uero G mellis attici heminas quatuor addimus, probeq; miſta, & igni adhibita rurſus coquimus: & cū inſtillata in frigidam non inquinarint, his reſinæ terebinthinæ drac. tres, chalbani nō lignoſi tā tundem, admiſcemus. Hæc uero liquefacta ad ſubſcripta deplemus: ſunt autem hæc, Croci, ſucci hyoſcyami, ſucci mandragoræ, piperis albi, ſucci hypociſtidis, ſingulorū drachma una. Omnia hæc tenuiſſime trita, & cum primo filicis ſucco unita habeto, ut ſtrigmentitiam craſſitudinē habeant. Poſtquam igitur inuicem permiſta, ac orobe conquaſſata fuerint, in uitreum, aut argen- teum uas reponimus. Datur ex pharmaco cochlearium. Maxime iuuat uocem interceptam. *Aliá Panacea Mitridatis, ad phonaſcos ante, & poſt certamen. Facit & ad glandularum inflāmationes,* A. l. 5. ſum. t. 5. fol. 553 *laxatas columellas. Facit ad gingiuas humore prægnantes, & nomas in ore, & motos dentes. Prodeſt deſtillationibus, recenti ac ueteri tuſsi, Hæmoptoicis, empyicis, & anaphoricis.* Vtor pharmaco hoc quan doque puro, quandoque paſſo diſſoluto, aut uino ſcybelite, & aqua calida. Etenim ad tonſilla-
* Aliter libras. rum inflammationes diſſoluto pharmaco utendum eſt: ad affectiones uero in profundo, puro. Compoſitio ſic habet. Capita papaueris agreſtis numero cl, filicis lotæ* drac. iiii, ſymphyti de- purgati, corticis mandragoræ, rhu pontici, roſarum ſiccarū, iridis, chalcidoniæ, glycyrrhizæ pō
* Al. drach. iii. ticæ, balauſtii, ſingulorum trientem*: cinnamomi drac. ii, nardi celticę ſeſquidrachmā, aquę plu H uiæ ſextarios xv. Prædicta in craſſas partes contuſa in uaſe duplici unguentario ad triduum ma- cerātur: ſequēti deinde die ad tertias coquuntur: & poſtea in quallū cōiecta exprimimus ab ip- ſis in aliud uas unguentariū liquorē: & res decoctas abiicimus quidē, uerum de expreſſo liquo- re quantum ſufficit accipientes, ſubſcriptas res in ipſo diſſoluimus: ſunt autē hæ, Gummi, traga-
* Al. uncia. i. canthæ albæ, utriuſque libra una: myrrhæ, ſucci radicis dulcis, ſucci hypociſtidis, ſingulorū* ſex- tans: croci, maſtiches, utriuſq; unc. i. Hæc diſſoluta diligenter terimus, paulatim de expreſſo li- quore adſtillantes: poſtea ad pharmaci confectionē uino ſcybelite, aut theræo, aut pramnio uti mur: ſint autē eius ſextarii xxiiii. Paſſum in uas fictile diffuſum coquimus: atque ubi mellis ſpiſſi- tudinem acceperit, ipſi diſſoluta, & trita pharmaca adiicimus, rurſusq; coquimus ad cōpagem: & ſublato in uas uitreum, aut argenteum utimur, quemadmodum dictū eſt antea. Aliam ad de- ſtillationes, & omnes tuſſiculoſas affectiones Aſclepiades in ſecundo internorum ſic tradidit. ¶ *Ad deſtillationes pharmacum, quo uſus eſt Comon philoſophus: auxiliatur ſtatim.* Pyrethri, coſti utriuſq; drac. ii, piperis albi. 3. i, tuſa, & cribrata reponito: uſu uero expetēte naribus admouere, & pharmacum attrahere, iubeto. *Alia.* Piperis albi drac. unam, ſeminis urticæ tantundem: coſti. myrrhæ, croci, ſingulorum obolos tres: præparato, ac utitor, ut dictum eſt. *Alia dolorem ſedans,*

Antoniꝰ

A *Antonÿ Muſæ. Facit ad deſtillationem, & uocem interceptam.* Opii, myrrhæ, ſeminis hyoſcyami, ſingulorum drac. duas: ſingula in cicutæ decocto macerato, ac diligenter terito: & ex miſtis catapotia erui magnitudine formato, & duo ex ipſis ante ſomnũ dato. *Alia facit ad hæmoptoicos.* Seminis hyoſcyami albi. 3. octo, nardi indicæ drac. ſex, croci drach. iiii: opii, amyli, aniſi, ſingulorum drac. duas: rubricæ lemniæ drac. unam: cum aqua catapotia erui magnitudine formato, ac utitor, ut dictum eſt. *Alia delingibilis, ad tuſſes extremas, & inueteratas.* Vini falerni ſextarium unũ, mellis attici libram unam, coquito aſſidue agitando cum ramulis rutæ: dato inde myſtrum. Facit & ad ſtomachicos. *Alia Petini, ad ulcerationes & ſuppurationes in profundo.* Vini mulſi ueteris † ſextarium unum: ℥ axungiæ ueteris ſextantem (alii unciam unam) Axungiam probè cum uino mulſo terito, ac diſſoluito, indeq; in uas fictile transferto, & ad prunas ramulis rutæ agitãdo coquito: & ubi dẽſata fuerint, in uaſe uitreo reponito: ac myſtrum delingendũ, ut prædictum eſt, exhibeto. *Alia Origeniæ.* Glycyrrhizæ ponticæ drac. duas: ſeminis urticæ toſti, ſeminis lini toſti, utriuſque drac. unam: myrrhæ, croci utriuſque obolum unum: mellis attici, aquæ, utriuſque cyathos ſex. Glycyrrhizã aqua coquito, deinde expreſſo liquore, reliqua terito, & melle cocto excipito, ac delingenda præbeto. *Alia.* Ari toſti drac. unam: ammi torrefacti, nucum pinearum to- *Aliter ii.

B ſtarum, irionis toſti, ſingulorum drach. unam: excipe melle cocto. *Alia Placentula, hoc eſt copariũ ad tuſsientes.* Seminis lini torrefacti cõtuſi, & cribrati, vuę paſſæ pinguis citra acinos, utriuſq; ſextarium unum: nucum pinearum toſtarum, nucum ponticarũ depurgatarum, utrarunque heminam unam: piperis albi ſextantem: myrrhæ, croci utriuſque vn. i, mellis attici libras quatuor: cõtuſa, ut oportet, tritaq; reponito. Semẽ lini, cum melle coquito, & ubi dẽſata fuerint, reliquis addito, miſceto, ac contundito. Datur nucis ponticæ magnitudine. *Alia, facit, & ad thoracis affectiones.* Farinæ fabaceæ tenuiſſimæ toſtæ heminã unam, iridis illiricæ cõtuſæ quadrantẽ, nucum pinearum toſtarum* ſextantem, pulegii aridi contuſi ſeſquidrachmã, ſeminis urticæ drach. † Al. dra h. ii.
unam, piperis vnc. dimidiam, mellis boni ſextarios ii: farinam cum melle ad dẽſitatem coquito. Seminis lini etiam tuſi, toſti, & cribrati heminã unam, in prõptu habeto, & adiicito. *Alia ad tuſſim, & ſpiritus prolationem, ualde probe expurgans.* Hyſſopi, pulegii, utriuſq; ſextantem: iridis, ſeminis ſinapis, cardamomi, ſingulorum unciam unam: aniſi, piperis utriuſq; unciam unam: tuſa & cribrata melle cocto excipito. Datur cochlearii boni menſura. Si vero hyems ſit, & accepturus nõ febriat, piperis ſextantem, & pro aniſo fœniculum, aut cuminum, & pro cardamomo ſinapi
duplũ, coniicito. *Catapotium ad tuſsim recentem, Panacea pharmacum dolorem leuans, inducens ſom-*

C *num, facit ad hæmoptoicos, ad empyicos & anaphoricos.* Styracis. 3. octo: opii, myrrhæ, utriuſq; drac. quatuor: diluta paſſo in catapotia cogito, & erui magnitudine cubitum euntibus dato. Alia exẽplaria par pondus omnium habent. *Aliud Platoni inſcriptum: e ueſtigio auxiliatur.* Styracis, myrrhæ, opii, galbani, ſingulorum par pondus: paſſo diluta in catapotia redige. *Aliud Baſſo inſcriptum, pharmacum accõmodatum: auxiliatur ſtatim. Facit hæmoptoicis, ſanguinem reÿcientibus. ſuppuratis.* Galbani, ſtyracis, iridis illyricæ, corticis pinus ſingulorum* drac. duas: enulæ, opii, utriuſq; * Aliter vnc.
3. unam: excipe melle cocto, & præbe ciceris magnitudine ex aquæ mulſæ cyathis iiii. *Confectio ex marrubio Platonis.* Myrrhæ, ſtyracis, opii, ſucci marrubii, galbani, croci æquales partes: ẽpara, ac utere melle exceptis cocto. *Catapotium dolorem ſedans, pharmacum accommodatum ad inueteratas affectiones. Facit ad deſtillationem, dolorem capitis. Aegre ſpirantes, peripneumonicos, ad ueſicæ, & uteri affectiones. Inſcribitur Panacea accõmodata, ab aliquibus Sticus.* Myrrhæ, piperis, cardamomi, opii, ſtyracis, caſtorii, galbani, æquas partes excipe paſſo: fac catapotia, & utere. *Aliud pharmacum ualde bonum: inſcribitur Harmonia. Facit ad deſtillationes, & inexuperabilem defluxum.*
Styracis, caſtori, piperis, cardamomi, ſingulorũ drac. iii: opii, myrrhæ ſeminis hyoſcyami albi, ſingulorũ. 3. iiii: excipe paſſo, reduc ĩ catapotia, data ciceris magnitudine ad ſomnũ. *Aliud.* Cro-

D ci, ſulfuris uiui, myrrhæ, opii, ſingulorum drac. quatuor: ſeminis hyoſcyami albi, cardamomi, piperis albi, ſingulorum drac. octo: mellis cocti quincuncem, aut quod ſatis eſt. Vſus præmonſtratus eſt. Datur cubitum euntibus. *Confectio Proxeni, ad tuſſes inueteratas, & ualde diu durantes humectas affectiones, appellatur Symphonos, & Lexopyretos ideſt optime ſedans febrem. Hac uſus eſt Antonius Muſa.* Piperis albi, opii, cardamomi, ſingulorũ drachmas octo: croci, ſulfuris uiui, myrrhæ, ſeminis hyoſcyami albi, ſingulorum drach. quatuor, mellis cocti ſexuncem. Datur nucis ponticæ magnitudine, cum aquæ mulſæ cyathis tribus.

Confectiones ad tuſsim ab Andromacho libro ſecundo De confectionibus internis conſcriptæ. CAP. 3.

POſtquam multas ad tuſſim Andromachus ſcripſit cõfectiones, deinceps omnes ſoporem inducentes, & ob id ſoporiferas appellatas, tradidit. Cæterum hæ omnes tenues fluxiones inſpiſſare poſſunt reſiccantes ſimulq; refrigerantes, & propterea aliquæ non tantum opium, ſed & mandragoræ ſuccum, aut radicis corticem, aut hyoſcyami ſemen, aliquæ etiam duo, aut tria, aut etiam omnia huiuſmodi habent, quemadmodum aliæ ſtyracem, & crocum. Rationabiliter autem his aliis partim calfacientia admiſcuerunt, partim cum modica aſtringendi ui aromatica, & reſiccantia, itemque ſemina quædam familiaria, uelut aniſi, fœniculi, apii, dauci, ſeſelis,

utpote

utpote, quæ tum pharmacorum iniucunditatem, ac uim obtundunt, tum urinam ẽt prolectant. E
Quædam uero ẽt aſpritudines læuigant, uelut ſunt tragacantha, glycyrrhiza, & uina dulcia. At
uero ex iis, quæ minus de aromaticis complectuntur, eas etiam tabeſcentibus præbent. *Confectio ad tuſsim ex duobus piperis generibus.* Cinnamomi. 3. unam, ſucci papaueris drac. unam, myrrhæ obolos tres, piperis nigri obolos tres, coſti obolos tres, caſtorii, obolos tres, piperis albi ob. tres, chalbani obolos tres, croci dimidium: redigito in paſtillos, dato cum melle, aut paſſo. *Alia ad tuſsim excellenter efficax. Eadem febres ſedat.* Seminis hyoſcyami vnc. dimidiã: unum exẽplar
* *Aliter vnc.* vnc. unã habet: cardamomi* drac. unam, ſucci papaueris vnc. unam: myrrhæ, ſulfuris uiui, croci, ſingulorum unciam dimidiam: piperis albi iuxta Heram ſeſquiunciam, mellis attici, quod ſatis eſt. *Aliud ad tuſsim ſiccam.* Styracis partem unam, ſucci papaueris tantundem, croci partem dimidiam: contundito ſimul, & catapotia inde exhibeto. *Confectio ad tuſsim, qua utor, Sacrificuli bona.* Succi papaueris drac. decem, ſeminis lactucæ drac. xx: caſtorii drac. xviii, (alii xvi:) rutæ hortenſis aridæ drac. xiiii, ſeminis lini drac. ſedecim, panacis drach. triginta ſex, myrrhæ drac. quatuordecim: croci drac. vii, (alii unciam unã:) excipe melle. Datur pro uiribus ægyptiæ fabæ magnitudine, febrientibus ex aqua, febre carentibus ex uino, ad noctem. A.l. 5. ſum. 2. t. 5. fo. 553. *Catapotium ad tuſsim quo utor.* Styracis, myrrhæ, opii, ſingulorum. 3. quatuor: opobalſami, croci utriuſque drac. duas: F
ſimul trita excipe, ac utere. *Ad tuſsim ſiccam.* Succi radicis dulcis drach. ii, ſtyracis drac. unam: opii, croci, myrrhæ, ſingulorum obo. tres, excipe paſſo, aut aqua, & ad fabæ græcæ magnitudinẽ redigito, ac utitor. *Potio, qua utor ad Phthiſicos, Rhipali, multis commoda, appellatur Menodorios, & Ambroſia. Facit ad febres per circuitum repetentes.* Nardi, croci, myrrhæ, coſti, caſiæ, cinnamomi, iunci rotundi odorati, piperis nigri, & albi, caſtorii, galbani, terebinthinæ, ſtyracis, ſucci papaueris, ſeminis hyoſcyami ſingulorum drac. tres, aniſi drac. unam, apii ſeminis drac. unam, tragacanthæ drac. ſex, mellis, quod ſatis eſt, uini falerni heminam unam: tragacantham uino ſufficiẽti macerato, & reliqua ſimul cum melle committito. Datur febriẽtibus ſeſquidrachma ex aqua mulſa: febre carẽtibus uncia dimidia, cum melle, & aceti cochleario uno, & uini falerni cyathis duobus. *Apollonij confectio, facit ad multa præſertim ad tuſſes, egregiè.* Cardamomi drac. octodecim, myrrhæ drac. duodecim, hyoſcyami drac. duodecim: opii drac. decem, alii duodecim:
* *Aliter xviij.* ſeminis petroſelini drac.* duodecim, croci drac. quindecim, malorum mandragoræ. 3. x, zingiberis drac. viii, ſulfuris uiui drac. vi, ari drac. ſex, thuris drac. vi, coſti drac. vi, piperis albi drach. ſex, mellis attici. *Alia ad internos abſceſſus probe repurgans.* Sagapeni drachmas ii, myrrhæ drach. ii, cardamomi drac. quatuor, alii drac. unam: caſtorii drac. unam, piperis albi obolos tres, opii. 3. G
* *Aliter i.* duas: cum aqua in paſtillos formato duorum obolorum ponderis. Dantur cum aqua. *Iſotheos ad tuſsim, ad tabem, ad omnes internas, & per circuitum repetentes affectiones.* Nardi drac. duas, myrrhæ drac. unam, croci drach. unam & dimidiam, coſti drac. unam, piperis albi drach. unam, fæcis opobalſami drach. duas, cinnamomi drach. duas, ſucci mandragoræ drac. i, caſtorii drach. duas, ſeminis dauci drac. unam, & dimidiam, opii drach. * duas, amomi ſeſquidrachmam, caſiæ nigræ ſeſquidrachmã, mel coctum. Facit ad dolores ſtomachi, hepatis, pulmonis, oculorũ, ſanguinis reiectionem, abſceſſus: prodeſt dyſentericis, uoluulioſis, nephriticis, iſchiadicis, a grè ſpirantibus: urinæ ſuppreſſæ, doloribus laterum, præcordiorum: fluxui muliebri, & uteri ſtrangulationi. Admiranda eſt antidotus ad lethalia uenena, ante & poſt cibum ſumpta, ad omnẽ ſanguinis eruptionẽ, cũ frigida: & ad morſos à uipera, & percuſſos à phalangiis, in uini cyathis tribus. Quartanariis prælotis dantur ante horam acceſſionis oboli duo, ex uini cyathis tribus. *Potio ad tuſsim, Dyſpnœam, & alia multa, Antipatri, qua utor.* Styracis drac. vi, terebinthinæ drac. quatuor, opopanacis drac. duas, chalbani. 3. duas, iridis illyricæ drac. duas, myrrhæ drac. duas, ſeminis hyoſcyami albi obolos quatuor, ſpumæ nitri obol. quatuor, piperis albi obolos quatuor. A.l. 5. fo. 8
opii obolos v. Datur quantitate fabæ ægyptiæ ad ſomnum. Quidam opii obolos tres, alii drac. H
unam, coniiciunt. *Eclegma ad tuſsim.* Nucleorum nucum pinearum. 3. duodecim, ſeminis lini toſti drac. octo, tragacanthæ drac. duodecim, carnis palmularum drac. octodecim, iridis illyricæ drac. duodecim, amygdalarum dulcium drac. ſedecim, mel coctum. Dato delingendum bis per diem, mane & ueſperi. In quibuſdam tragacantham aqua pluuia diſſolutam primum, cũ melle coquito. *Catapotium ad tuſsim, Criſpi liberti.* Myrrhæ, piperis albi, galbani, caſtorii, ſtyracis, croci, opii, ſingulorum par pondus: ſtyracis dimidium. Dato inde catapotia ii. ad noctem.
Scribonij, ad tuſsim. Seminis apii drach. duas: floris iunci odorati, nardi celticæ, ſtyracis, croci, ſingulorum drac. unam: balauſtii obolos tres, ſucci papaueris drach. quatuor: mellis quod ſatis eſt. Datur magnitudo fabæ non febrientibus ex aceto mulſo, febricitantibus, cum aqua. *Aſclepiadæ, ad tuſsim.* Rhu pontici, croci cilicii, ſucci papaueris, ſpicæ nardi, thuris, myrrhæ, ſingulorũ
* Aliter. vnc. B* *Al. vnc. v i* C* *Aliter ij.* E* *Aliter. ij.* [a] drac. unam: * radicis nardi celticæ ſextantem, ſtyracis [b] quãdrantẽ*. Datur. 3. i, cum uino mulſo.
Theſpiana Apollonij, ad internos abſceſſus. Seminis apii drac. tres, ſucci papaueris drachm. tres, melanthii drach. tres, iridis illyricæ drach. [c] ſeptem *, caſtorii drach. duas, ſeminis dauci drach. [d] ſeptẽ*, ſinopidis rubricæ drach. ſeptem: excipe melle cocto, & dato nucis põticę magnitudine ex aqua. *Catapotiũ reſiccatorium, ad fluxiones thoracis, ad molæ dolorẽ, & affectiones per circuitum repetentes,*

A *petentes, & percussos à Scorpio.* Succi papaueris, seminis hyoscyami, utriusq; par pondus: cũ passo, aut melle ad fabæ græcæ magnitudinem formato. Dato ad noctem; somnum inducẽdo prodest. *Confectio finiens febrem, Pamphili pharmacopolæ bona.* Seminis hyoscyami vnciam unam, cardamomi exenterati unciã unã, succi papaueris vnc.i, sulfuris uiui vnc. dimidiam, croci vnc. dimidiã, myrrhæ vnc. dimidiã, euphorbii. 3. ii, costi 3. iii, iridis illyricæ. 3. iii, piperis albi. 3. quatuor, & dimidiã, mellis, qd̃ satis est: utere. *Catapotium ad tussim, & alia multa commodum, & præsertim ad tussim humidam.* Iunci odorati. 3. sex, opii drachmas quatuor, galbani drach. sex, styracis drach. quatuor: fiant catapotia, *araci magnitudine, dentur ad somnum. *Alia sedans febrem Darij. hac antidoto usus est ad omnia, ad tonsillas, Tusses, & Anginas.* Croci *vnc. unam, piperis quincuncẽ, myrrhæ unciam unam, succi papaueris vnc. unam, thuris tantundem, seminis hyoscyami tantundem, cardamomi tantundem, costi. 3. quatuor, iridis illyricæ drac. tres, aristolochiæ drach. ii, melle attico excipito. *Aliud ad omnem tussim expertum.* Anisi drachmam *unam, costi obolos tres, myrrhæ. 3. unam*: castorij, chalbani, piperis albi, seminis hyoscyami, opii, succi radicis dulcis, singulorũ. 3. unam: excipe passo, redige in catapotia ciceris magnitudine. Dato in noctem.

Aliter. *Aliter.ii.* *Aliter.ii.*

B *Catapotium concoctorium ex libris Perigenis, ad tussim, & destillationem.* Styracis obolos duos piperis grana uiginti, myrrhæ. 3. *duas, & dimidiam, seminis hyoscyami obolos quatuor, euphorbii. 3. duas, iridis illyricæ. 3. ii, opopanacis drac. ii, croci obol. tres, opii obolos tres, terebinthinæ drachmam unam, piperis albi obolos tres, galbani. 3. duas: trita excipe galbano, ac resina, opioque, & styrace. Datur, prout sunt uites. *Aliter.i.* *Apollonij confectio ad tussim commoda.* Foliorum malabathri. 3. octo, croci. 3. sex, opobalsami drach. unam, spicæ nardi drac. unam: rosarum siccarum, floris iunci odorati, singulorum drachmam unam: costi, casiæ, styracis, myrrhæ, mei, singulorũ. 3. tres: uuæ passæ mundæ drac. sedecim, succi mandragoræ drac. sex, mellis quod satis est: Vuam passam in cretico passo per noctem, & diẽ macerato, deinde admistis aridis terito, & mel miscето, ac reposito utitor. *Potio ad tussim ex libris Apollonij, item ad muliebrem fluxum.* Seminis hyoscyami drachmas tres, myrrhæ. 3. tres: * croci, succi mandragoræ, thuris singulorum drach. tres: piperis *albi, & nigri, utriusque drachmas quatuor: uiticis drach. tres, opii. 3. tres, mellis, & uini chii, quod satis est. Datur magnitudo fabæ. *Al. corticis.* *Al. μακροῦ id est longi.*

C *Ad tussim, incipientem phthisim, Hæmoptoicos, ac Fluxiones.* Seminis hyoscyami. 3. quatuor, radicis nigræ mandragoræ drac. quatuor, rhu. 3. tres, corallii. 3. tres, opii. 3. tres, lycii. 3. duas, balaustii. 3. tres, thuris drach. quinque, tragacanthæ drach. duas, croci drac. tres*; cum aqua pastillos triobolares formato. Datur hæmoptoicis ex posca, reliquis in aqua. *Potio prodita à Cletio Abascanto, ad tabescentes, quam utor abunde; uerum incepta est ad sanguinis reiectationem.* Aristolochiæ dactylitidis drac. uiginti, sulfuris uiui drac. uiginti, corticis mandragoræ drac. uiginti, thuris drach. quadraginta, gentianæ drac. xxx, seselis drac. xxx, opii drac. quadraginta, seminis hyoscyami albi drac. quadraginta, myrrhæ. 3. quadraginta: croci. 3. octo, piperis albi grana c, euphorbii. 3. decem, baccarum lauri drach. septem, & dimidiam, costi drac. septem, & dimidiam, cardamomi drac. septem*. Euphorbium, & myrrham in uino tundito, opium uero, & hyoscyamum in uino mulso: reliqua priuatim tundito, ac simul miscето ad mel coctum. Vtere pharmaco non recenti. Rectè apposuit Andromachus ad hoc pharmacũ, ꝙ sit ad sanguinis reiectationem ineptum, ob sulfur uidelicet uiuum, & euphorbium, partim etiam ob lauri baccas. *Aliter v.* *Aliter x.*

Catapotium ad tussim, statim auxilians. Iridis obol. quatuor, croci cilicii sesquiobolum, myrræ obol. duos, cinnamomi obolos quatuor, casiæ obo. quatuor, seminis hyoscyami albi obolos duos, seminis † papaueris nigri obolos duos, seminis cicutæ obolos duos, ʒ seminis lactucæ nigræ ob. ii. ʒ redige in pastillos obolares, aut semiobolares, cum passo, & præbe in passi quarta heminæ parte. *Aliud. Ad omnem tussim, & fluxionem, & Abscessus internos, ut Apollonius.* Sagapeni, gentianę, myrrhæ, opopanacis, piperis albi, singulorum. 3. ii: baccarum lauri mũ darum drac. quatuor: trita cum aqua reduc ad magnitudinem fabæ græcæ. Dato autem ischiadicis paulo plus ex uini diluti cyathis tribus. *Ad Phthisicos aliud, quod à Flauiano* Cretensi assecutus sum.* Succi hypocistidis. 3. octo myrrhæ *. 3. octo, castorii drac. sex, thuris. 3. octo, succi rhois drac. ix, sagapeni drac. sex, succi papaueris drac. octo, anisi drac. nouem, seminis apii drac. octo, liquoris panacis drac. v, seminis hyoscyami drac. octo, styracis drac. octo, croci drac. † x, liquoris cyrenaici drac. unam, seminis dauci drac. octo, marrubii drachm. i, corticis mandragoræ drac. x, piperis longi drac. octo, & albi drac. quinque, & dimidiam: uerbenacæ supinæ drac. unam, mel coctum. *Catapotium* album, ut Prytanis, & Apollo.* Myrrhæ, seminis hyoscyami albi, opii, styracis, singulorum æquale pondus: formato catapotia quanta deuorari possunt, hæc ipsa uua passa, aut passo, aut palmularum carne excipiens. *Catapotium ex libris Perigenis, Ad tussim.* Seminis hyoscyami, castorii, myrrhæ styracis, singulorum par pondus: dato magnitudinem fabæ, cum passo, aut aqua mulsa. *Catapotia ad tussim humidam ex libris Perigenis.* Styracis, chalbani, ammoniaci thymiamatis, castorii, opii, singulorum æquales partes: in catapotia erui magnitudinis redigito, ex eisque duo exhibeto.

D *Al. c. sum 2. c. 3. tol. 553. g*

† *Al. θρίδακος μελαίνης. id est lactucæ nigræ.* † *Aliter ix.* *Al. Critone.* *Al. myrti.* *Al. ad tussim.*

De reiectatione sanguinis. CAP. 4.

IN reiectatione sanguinis primum periculum est, ne immoderata eius euacuatio fiat. Secundum

dum uero poſt ſuppreſſum ſanguinem. Curatio autem eius quidem, quæ ex apertione oſculi ali E
cuius uaſis contingit, per obturationem fit oris dilatati: eius uero, quæ ex uaſis ruptura, per eiuſ-
dem conglutinationem: quemadmodum eius, quæ ex eroſione, per renutritionem eroſorũ. Ob
turatur igitur oſculum dilatatum per adſtringentia: conglutinatur autem ruptum per eadem, &
quæcunq; ipſis in cõpoſitione miſcentur citra mordacitatem reſiccantia, & glutinoſum quiddã
habẽtia: uelut eſt lemnia terra, ſphragis appellata, & ſamius aſter. Renutriuntur aũt corroſa per
cibos boni ſucci, & pharmaca carnem gignẽtia, ſarcotica Græcis appellata: de quorum faculta
te dictum eſt in ſecundo opere huiuſce tractationis. Iuxta primam quidẽ igitur rationem, ex ta-
libus pharmaca componuntur ad reiectationẽ ſanguinis curandam conuenientia: iuxta ſecun-
dam uero, in iis, qui ex pulmone, aut thorace, aut arteria, aut ſumma arteriæ parte, ſanguinẽ re-
iectant. Miſceantur enim prædictis congruenti menſura, tum calida, tum tenuium partium exi-
ſtentia, quæ infeſtiſſima ſunt prædictis tribus affectionibus, apertioni uidelicet oſculorum, ruptu
ræ, & corroſioni. Cuius rei gratia itaque miſcentur? diſtributionis nimirum ipſorum in corpus.
Etenim adſtringentia, & uiſcoſa, ac tenacia ſibi ipſis uias præcludunt: quare opus habent facul-
tate ipſi uiam ſtruente, ac præparante. Porro cum ex locis circa ſtomachũ, aut aluũ, aut aliquod
inteſtinum, ſanguis educitur, huiuſmodi pharmacorum miſtura non eſt opus. Verum rurſus in- F
feſtiſſimum his eſt hoc genus pharmacorũ, quæ in tantum refrigerant, ut affectionem ſtupefa-
ciant: & tamen etiam hæc admiſcentur medicamentis ad hæmoptoicos conuenienter paratis,
ut quæ altiorem ſomnum, ac ſoporem inducãt: & commodiſſima ſunt iis, qui à tuſſi lãcinantur,
ſiſtentia nimirum ſanguinem, qui ad affectum uas defertur, atq; hoc per ſuam frigiditatem. At-
que hi quidem ſunt componendi ſcopi. Copia autem materiæ pharmacorum, quæ ſufficiẽtem
experientiam prioribus medicis, qui circa curatiuam artis partem diligenter uerſati ſunt, exhi-
buerunt, deinceps referetur.

Quæ ab Andromacho ad ſanguinis Reiectationem ſcripta ſunt.

Primum ex iis, quæ ſanguinem reiicientibus conueniunt pharmacis, Andromachus ſic tradi-
dit. *Ad ſanguinis reiectationem, quo ego utor.* Acaciæ drachmas octo, roſarum ſiccarum. 3. octo, ba- A.l.5. ſu. 2.c.
lauſtii. 3. octo, gummi drac. ii, tragacanthæ drac. i: cum aqua paſtillos facito drachmæ unius: 5.fol.553.
dato ex aqua pluuia. *Aliud Apollonij.* Seminis hyoſcyami drac. octo, opii drach. octo, thuris.
3. octo, terræ ſamiæ drac. viii, amyli drac. ii, rubricæ lemniæ drac. ii: aut ſi hæc non ſit, ſinopi-
cæ. 3. iii. corallii. 3. quatuor, coſti drac. quatuor: floris balauſtii obolos tres, (alii. 3. ii:) excipe ſuc
co polygoni, ac redige in paſtillos triobolares, quos ex frigida præbeto. Quidã cicutæ ſeminis G
† *Aliter iij.* 3. † ii, adiiciunt. *Aliud, quo utor.* Cytinorum. 3. vi, ſpinæ ægyptiæ. 3. vi. ſucci papaueris drachmas
quatuor, hypociſtidis †. 3. vi. balauſtii drachmas vi, acaciæ drach. vi. lycii indici. 3. quatuor, myr-
† *Additur in antiquis χυλοῦ. ſucci.* rhæ drac. duas: excipe myrti baccarum decocto, & fac paſtillos drachmæ unius. Ex eodem de
cocto præbe bibendos. *Aliud ſiſtens ſanguinem.* Croci cilicii, myrrhæ, iridis, nardi indicæ, thuris,
acaciæ, ſingulorum unciam unam: ſucci papaueris, coſti, piperis, ſingulorum unciam dimidiã:
roſarum ſiccarum trientem: melle excipito. Datur fabæ ægyptiæ magnitudo. *Aliud. Fluxiones*
A Al. dimidiam.* *ſiſtens: Prodeſt fluxionibus internis, tonſillarum, & uuæ, & ad exulceratam Arteriã gargariſſatum: &*
B Al. vnciam.* *ad ſanguinis fluxum ex aqua frigida. Pluribus expoſca magnitudine pontica nucis. Cõgruit etiam min-*
C Aliter. i.* *gentibus ſanguinem, & Fluxui muliebri, potum & appoſitum.* Myrrhæ unciam unam, nardi indicæ
D Aliter. i.* unciam unã, cinnamomi unciam[a] * unam, thuris unciam unam, croci unciam dimidiam, piperis
Ec Aliter ij. 3. quatuor, ſucci acaciæ. 3. quatuor, coſti. 3. iiii. ſtyracis. 3. quatuor, iridis illyricæ ſextantem, roſa
F Aliter ij.* rum ſiccarum ſextantem: excipe melle cocto. *Aliud ſiſtens fluxiones ex libris Galli. Facit probe*
G † Additur in antiquo codice græco, corally torrefacti obolos tres, thuris obol. ij. acaciæ obo. ij oui unius albumen tertio, & gummi obolum unũ admiſceto. Totius huius dimidium dato ad aquæ cotyles quatuor parte ad bibendũ, ad ſanguinis reiectationẽ ualde bonũ. *& ad ſanguinis reiectationem.* Croci, myrrhæ, iridis, nardi ſyriacæ, caſiæ nigræ, rhu pontici, ſingu-
lorum[b] * drachmam unam: ſtyracis, piperis albi, utriuſque unciam dimidiam: roſarum ſiccarum
quincuncẽ: tritis mellis attici, quod ſatis eſt, affunde. Datur nucis põticæ magnitudine ex aquæ H
cyathis tribus. ¶ *Aliud ad Hæmoptoicos, ex libris Apollonij.* Succi hypociſtidis. 3. duodecim: balau-
ſtii, acaciæ, cytinorum, ſingulorum. 3. duodecim: gallæ. 3. duodecim, ſucci papaueris. 3. vi, croci.
3. vi: redigito in paſtillos triobolares. *Aliud ad hæmoptoicos.* Succi papaueris obo. [c] * duos, amyli
obolos tres, gummi obolos duos: dato ex aqua. ¶ *Aliud ad ſanguinis eductionem, & omnem Sangui*
nis eruptionem ex aqua potum. Succi papaueris drachmam unam, cinnamomi drachmam unam,
caſtorii drachmam unam: coſti, piperis longi, & rotundi, myrrhæ, ſingulorum obolos [d] * tres,
croci, ſeſquiobolũ, corallii obolos ii, balauſtii drac. [e] unam *, aniſi drachmã [f] unam * gũmi drac.
unam: ex tritis paſtillos formato, ac utitor. ¶ *Aliud ad ſanguinis reiectationem.* [g] † Rubricæ ſinopi-
cæ. 3. quatuor, thuris. 3. octo, aniſi, drach. i, ſeminis cicutæ drach. quatuor, ſucci papaueris drach.
quatuor, lapidis hæmatitæ dra chmas quatuor, ſeminis hyoſcyami. 3. octo, terræ ſamiæ. 3. tres:
dato pharmacum ieiunis ex aqua. *Aliud.* Succi hypociſtidis drachmam unam, opii obolos tres,
balauſtii drac. i. acaciæ drac. unam: ex aqua. ¶ *Aliud ad ſanguinis eductionem, ut Herpohilus.* Ra-
dicis ſymphyti quadrantem, terræ aſteris unciam unam, thuris ſextantem, balauſtii unciã unam,
hypociſtidis unciam unam, croci obolos tres, myrrhæ. 3. ii, opii. 3. i, rubricæ lemniæ quadrantẽ
& obo. tres, gummi drac. i: excipe ſucco polygoni, aut plantaginis. ¶ *Aliud ad Hæmoptoicos, Boni*

præceptoris

A *præceptoris.* Balauſtii. 3. ii. acaciæ drac. ii, tragacanthę drachmas quatuor, ſucci hypociſtidis drac. quatuor, florum roſarum drach. quatuor, opii drach. duas, thuris drac. tres, myrrhæ. 3. duas, ſeminis hyoſcyami obolos quatuor: excipe ſucco ſanguinariæ, quæ Græcis eſt polygonũ. *Aliud ſanguinem reĳcientibus, ut Acacius.* Terræ ſamiæ drachmas quatuor, corallii. 3. quatuor, rubricæ ſinopicæ drac. ii, balauſtii obolos tres, opii. 3. quatuor, amyli drac. xii, thuris drac. octo, ſeminis hyoſcyami drac. octo: cum polygoni ſucco paſtillos triobolares formato. Dato in poſca, ſi fluxio ſit multa, cum uitello oui aſſato, & * aqua plantaginis. *Aliud ad Hæmoptoicos, & dyſentericos.* Floris roſarum, opii, acaciæ, gummi, balauſtii, hypociſtidis, ſingulorum quadrantem: gallę unciam unam: ſeminis plantaginis, eiuſdemque ſucci, utriuſque ſextantem, lycii indici unciam unam, ſucci roſarum unc. i: redigito in paſtillos drachmales. Quidam etiam omphacii unciæ dimidium addunt. Dyſentericis etiam infunditur. *Aliud ad Hæmoptoicos, Carteri robuſtiſſimum.* Seminis cicutæ. 3. duas, ſeminis hyoſcyami. 3. unam, amyli drac. unam, nardi obolos tres, rubricæ lemniæ obolos tres, alii quatuor: aniſi obolos quatuor, alii tres: croci obolos tres. Dato cum uitello oui aſſati, ex aquæ lactoſæ cyathis tribus. Facit, & ad deſtillationes. *Aliud ad Hæmoptoicos, magni Philadelphi.* Corallii obo. ii, aſteris ſamii obo. iiii, ſucci ſanguinarię, cyathos ſex. Dato hoc B totum pro duabus uicibus in potu.

* ſucco.

Vſus Prædictorum Andromachi pharmacorum.

Iam ante quidem palam eſt ex iis, quæ in principio ſermonis de reiectatione ſanguinis dixi, qui ſit uſus præſcriptorũ pharmacorũ, uerũ maioris lucis gratia, repetam ẽt nunc id, quod primum omnium ex acacia, roſis ſiccis, balauſtio, gummi, tragacanthaq; eſt cõpoſitum. Manifeſtũ autem eſt acaciã, quidẽ, & roſam, balauſtium, adſtringentia habere, gummi uero, & tragacantham uiſcoſa, & glutinatoria. Igitur impoſſibile eſt ipſum uſq; ad thoracem, & pulmonem per ſe deferri, ſi nõ habeat, quæ adſtringentia, & uiſcoſa, ac tenacia deducant. Et quod his amplius ac cedit, neq; mellis quicq̃ eius cõpoſitor addidit: ſed per aquam pluuiam, quæ & ipſa adſtringentẽ uim habet, tum cõpoſitio ipſius, tum exhibitio tradita eſt, ut ad ſanguinis ex ſtomacho, & uentre eductiones conuenire poſſit. Quin, & ſi poſſibile ſit ex inteſtino ieiuno aliquid per nauſeã eferri, ad hoc etiam commodum pharmacum fiet. Contrariã autem uiciſſim ad præſcriptũ pharmacum compoſitionẽ habet quintum ex ordine ſcriptum, itemque nonum: nimirũ cum cinnamomum, & piper, & coſtus, & myrrha eis ſint admiſta. Reliqua uero omnia, media quodã modo inter hæc ſunt, neq; exactè adſtringentia per totam ſui cõpoſitionem, neq; fortiter calfaciẽ C tibus permiſta. Cæterum opium, & hyoſcyamus, & cicutæ ſemen maxime quidẽ iis, qui à tuſſi, aut etiam aliàs lancinantur, apta ſunt: quanq̃ omnibus quomodocunque ſanguinem reiiciẽtibus cõueniant. Quare ipſa miſcere licet, tum in iis, qui ex nutritiuis organis ſanguinem ſurſum educunt, tum quibus ex ſpiritalibus organis idem contingit.

Al. 5. 15. t. 1 cap. 337. c

Quæ Aſclepiades ad Hæmoptoicos ſcripſit ad uerbum.

Ad ſanguinis reiectationem. Radicis ſymphyti ſexuncem, balauſtii. 3. ii, aut iiii, aquæ ſextarium unum: coquito ad tertias, & expreſſo liquori hæc addito: Amyli. 3. i, gummi thebaici tantundẽ: dato in potu. *Aliud.* Cucumerum ſatiuorũ lib. i. in tenuia fruſta diſſecato, & aquæ potabilis ſextarium unum affundito, ac ad tertias coquito. Expreſſo deinde liquori terræ ſamiæ ſeſquidrachmam inſpergito, ac bibendum exhibeto. *Charixenis pharmacum accõmodatum.* Radicis polygoni manipulum, radicis ſymphyti tãtundem, rhois rubri acetabulum, aquæ ſextarios iii: coquito ad tertias, & expreſſi liquoris cyathum unum dato, cum gummi tenuiſſime triti, ac diſſoluti. 3. una. *Pharmacum Arrhabiani, quod Ponticum dicitur.* Vuæ urſi libras xvi, aquæ pluuiæ ſextarios xvi: coquito ad tertias, & expreſſum liquorem reponito. *Aliud.* Mororum rubrorum nondum maturorum libras xvi, aquæ pluuiæ ſextarios xv. coquito ad tertias, & expreſſum liquorem re- D ponito. *Aliud.* Fructus corni libras xvi, aquę pluuialis ſextarios xvi: fac eodem modo. *Aliud.* Palmularum thebaicarum lib. xvi, aquæ pluuiæ ſextarios xvi: coquito ad tertias, & poſtquàm expreſſeris liquorẽ, ad prius expreſſos liquores infundito, omnesq; probe miſtos ad tertias coquito, & in fictili uaſe reponito: & inde cyathum unum ante cibum dato. Pharmacum hoc eſt valde bonum, & regenerationem prohibens. Oportet autem ſingula ſuo proprio tẽpore præparare, & ad pharmaci confectionẽ reponere. *De Vrſi uua.* Quæ urſi uua appellatur, in Ponto naſcitur. Planta eſt humilis, & fruticoſa, folio memæcyli, fructum ferens rubrum, & rotundum, guſtu auſterum, quem urſi uuam appellant. *Medicamentum, quod inſpergitur Græcis* κατάπασον *ad Hæmoptoicos.* Corticis thuris, terræ ſamiæ, amyli, ſingulorum drachmas quatuor: tuſa, & cribrata reponito. Vſu uero expetẽte, cochlearium unum in aquæ frigidæ * cyatho dato. *Aliud.* Balauſtii, terræ ſamiæ, corticis thuris, gummi, ſingulorum ęquale põdus: tuſa, & cribrata exhibe, ut prædictũ eſt. *Ad ſanguinis reiectationem Eclegma Amaranti, pharmacum accommodatum.* Vini falerni ſextarium unum, mellis attici libram unam, in uas fictile coniecta, & conquaſſata ſuper prunas poni to: & ubi arteriacæ acceperint ſpiſſitudinem, ab igne ablata refrigerari ſinito: eisque contuſa, & cribrata addito gummi cochlearia quatuor: balauſtii, thuris, terræ ſamiæ, ſingulorum drachmas duas: & rurſus ad ignem admota, & calefacta reponito. Dato, ut prædictum eſt. *Aliud*

Al. duobus cyathis.

Origę-

Origenia. Succi gentianæ, ſucci ſymphyti, balauſtii, ſingulorum. 3. octo, croci, myrrhæ, ſucci ra- E
dicis dulcis, ſingulorum drac. viiii: protropi, aut theræi, aut ſcebelitæ, ſextarios vi: præpara, ac
exhibe, ut dictum eſt. *Catapotia ad ſanguinis reiectionem, dolorem ſedantia. Vſus eſt Carixenes.* Suc
ci hypociſtidis, balauſtiorum, opii ſingulorum drachmas iiii: excipe uino myrtite, & fac cata-
potia. Dato ex his trioboli pondus. In aliis exemplaribus opii drachmæ duæ habentur. *Aliud.*
Succi hypociſtidis, ſucci acaciæ, ſucci rhois ſyriacæ, ſingulorum. 3. iiii, balauſtii, gummi, ſingu-
lorum. 3. iiii: uini myrtitæ, quod ſatis eſt. Vſus oſtenſus eſt. *Paſtillus Hæmoptoicus, pharmacum ac
commodatum, inſcribitur Trypherum, hoc eſt delicatum.* Amyli, balauſtii, terræ ſamię, ſucci hypoci
ſtidis, gummi, croci, opii, ſingulorum. 3. ii: excipe ſucco plantaginis, & exhibe. 3. unam. Liquor
ipſe huic affectioni ſit conueniens. *Aliud.* Amyli ʒ. 3. iiii: ʒ terræ ſamiæ hypociſtidis, ſingulorum
drach. duas: opii, croci, balauſtii, tragacanthæ, ſingulorum. 3. unam: excipe ſucco plantaginis.
*Paſtillus ex ſuccino, facit Hæmoptoicis, diuturnæ, & recenti tuſsi, Phthiſicis. Anaphoricis, ſuppuratis,
Cœliacis, Dyſentericis, & inflatis. Eſt etiam Auricularis bona.* Pſyllii mundi. 3. xlv: iridis illyricæ,
maſtiches, ramentorum ſuccini, croci, ſingulorum. 3. xxx: opii drachmas xv. Pſyllium in aquam
calidam coniectum macerari ſinito: atq; ubi uiſcoſum, ac glutinoſum de ſe in aquam depoſue-
rit, liquorem exprimito, & cum eo pharmacum præparato, in paſtillos ipſum cogendo: ex qui- F
bus obo. iii, ad ſomnū euntibus dato. Sint autem aquæ ſextarii iii. In aliis exemplaribus pſylliū
ad triduum madeſcit, deinde ter donec ebulliat coquitur, & ab igne ademptū rurſus ad triduū
ſinitur, atq; tunc liquor ad pharmaci confectionem ſegregatur. *Paſtillus Neapolitæ, facit Hæmo-*
* *rheumaticis.* *ptoicis, ſuppuratis, Phthiſicis. Affectionibus *fluidis.* Seminis hyoſcyami albi, ſucci mādragoræ, utri
uſque, 3. v: thuris maſculi, opii hiſpani, ſtyracis, coaguli hinnuli, ſingulorū drac. x: maſtiches. 3.
† *Aliter.* †xx: ramentorum ſuccini, iridis illyricæ, croci, ſingulorum drac. xxx: pſylii. 3. xlv, aquæ ſex-
tarios. iii: præpara, ac utere, ut prædictum eſt. *Paſtillus ex Corallio, ut Niceratus.* Corallii, terræ ſa-
miæ, utriuſq; drach. viii: balauſtiorum, amyli, terræ lemniæ, ſingulorum drachmas iiii: ſeminis
hyoſcyami albi, opii, hypociſtidis, ſingulorum drac. ii: excipe ſucco arnogloſſæ, coge paſtillos,
ac exhibe. *Aliter Dioclis Chalcedonij.* Corallii drac. viii: ſucci hypociſtis, balauſtii, ſucci acaciæ,
* *Aliter rheu* rhu*pontici, terræ ſamiæ, opii, thuris, ſucci ſymphyti, ſingulorum. 3. ii: excipe ſucco plantaginis.
Aphrodiſiacum" Clidion, pharmacum accommodatum. Facit Hæmoptoicis, Cœliacis, Dyſentericis, & A.l.5 ſum.a.
qui ſtomachi fluxionibus laborant. Cytinorum, ſpinæ ægyptiæ, balauſtiorum, ſucci hypociſtidis, t.5.fo.554.b
ſucci acaciæ, ſingulorum. 3. vi: lycii, rhu pontici, opii, ſingulorū drac. iiii: myrrhæ drach. ii. contu-
ſa, & cribrata diligenter baccarum myrti decocto excipe, & paſtillos coge. Exhibe pro uiribus G
cum roſarum decocto, aut baccarum myrti, aut aqua frigida. Forinſecus ſpongiam poſca imbu-
tam imponito. Poſtq; uero fluxus conſtiterit, pectus, & fluxione infeſtatos locos omphacio, cū
aceto diſſoluto illinito: tepefiat autem ad cinerem calidā, donec aliquantulum ſpiſſetur. *Philip-
pi Pharmacum accommodatū Dyſentericis, & Hæmoptoicis.* Balauſtii, acaciæ, hypociſtidis ſucci,
opii, rhois, thuris, myrrhæ, croci, gallæ, lycii, aloes, rhu pōtici, baccarū myrti nigrarū, malicorii,
ſingulorum. 3. iiii: excipe uino Italico, & redige in paſtillos triobolares. Dato febrientibus ex
aqua, non febrientibus, cum uino.

*Confectiones dolorem ſedantes, tabeſcentibus, & ſanguinem reiectantibus com-
modæ, itemq; aliis quibuſdam accommodatæ, præterquam colicis.* CAP. 5.

IN iis equidem, qui ſanguinē reiectant, nōdū tñ exacte tabe apprehenſi ſunt, hoc genus phar-
macorum dolorē ſedantium priores medici compoſuerunt, ipſumq; anodynō appellauerūt.
Conueniens & iis, qui ſanguinem reiiciunt, & qui tum hoc perpetiuntur, tum etiā iā tabeſcunt:
itemq; ad alios dolores, & affectus, qui circa pulmones, arteriam, thoracem, atque alias quaſ-
dam partes conſiſtunt, colicis tantum exceptis. Differunt enim hæc pharmaca ab iis, quæ priua
tim colica appellantur, aromatum, & odoratorum, ac urinam cientium ſeminum, miſtura. Coli- H
cæ.n. confectiones his uehementiores ſunt, ſtupefactoriam uim prædominantem habentes ex
multitudine refrigerantium pharmacorum: quale eſt hyoſcyami ſemen, & cicuta, & papaueris
ſuccus, & cortex radicis mādragoræ: his nanq; in colicis uti cogimur ob magnitudinē doloris.

Quas Andromachus ſcripſit ad prædictas affectiones.

† *Additur in antiquis, ἀνα-δυνοι. i. dolorē ſedantes.* *Confectio ſedans dolorem, ad omnes internos affectus, & pleuritidas, qua utor.* Radicis panacis, ſe-
minis dauci, utriuſque. 3. iiii: caſtorii drachmas iiii, alii drac. ii: ſeminis hyoſcyami, opii, utriuſq;
drach. iiii, (alii drach. ii:) mellis, quod ſufficit. Dantur oboli quatuor, cum aquæ cyathis tribus.
Alia ſedans dolorem, Marcellini. Aniſi drac. ii, ſeminis hyoſcyami, drac. ii, ſucci papaueris. 3.
i, ſeminis apii drach. ii, croci obo. iiii, roſarum ſiccarum drach. i, myrrhæ drac. i, amomi drach. i:
trita cum aqua in paſtillos trigintaduos redige. Dato ad ſomni tempus, cum aquæ cyathis duo
bus, aut tribus. *Alia ſedans dolorem, ex ſeminibus.* Seminis apii drach. viii, opii drach. ii, ammii. 3.
viii. aniſi drach. iiii, fœniculi drach. iiii, caſiæ nigræ drach. ii: cum aqua fac paſtillos triobolares.
† *Aliter. vi.* Dato ex paſſo, ſexta, & decima herminæ parte, aut ex aqua. *Alia Achilli Compunctoris.* Aniſi. 3. †
octo, ammii drach. octo: ſeminis fœniculi, ſeminis apii, ſingulorum drach. iiii: opii drac. ii, nardi
indicæ drachmas ii, myrrhæ drach. ii, piperis drach. i, caſiæ nigræ drac. ii. fac paſtillos triobola-

res

A res,q reſiccati põderent obol.ii.Dato ut reliquos. ¶ *Alia dolorem ſedans vt Xenocrates, qua utor maximè ad tormina & dyſentericos.* Seminis apii.3.i.aniſi.3.i.piperis albi.3.i.myrrhæ obo.iiii.caſtorii obol.iiii.opii obol.ii.croci obol.iii.gentianę.3.ii.Fac paſtillos triobolares,&uarie exhibe. ¶ *Alia Sphragis dicta,ſedans dolorem,reſiccans fluxiones,& tormina,ac tuſſes,qua utor.* Myrrhę obol. v.alii vi.corticis mandragoræ.3.iiii, ſucci papaueris.3.v.ſeminis hyoſcyami.3.iiii,alii.3.ii. thuris drach.v.croci drach.v.excipe uino.Exhibe ꝑ uiribus aliquibus fabæ ægyptiæ magnitudine,aliquibus obol.ii. ¶ *Alia, Aſter appellata,ſiſtens dolorem,qua utor ad omnem fluxum,dolorem,& omnes internos affectus,& deſtillationes,ad ueſicam,ad ſuffocationes,fluxum muliebrem,ſtomachi fluxionem, dyſentericos,ſanguinem reÿcientes,facit,& ad reſolutos.* Croci obol.iii.ſeminis hyoſcyami drach. vi,ſeminis apii drach.vj.aniſi drach.iiii.ſtyracis drac.iiii.ſeminis dauci drach.iiii.caſtorij.drach. ij.opij drach.ii.myrrhæ drach.† ii. quidam ēt mandragoræ ſucci drach.iiii.vt uero Xenocrates, etiam piperis albi 3.vi.cum aqua fac paſtillos triobolares. Dato ex aqua. *Alia ſedans dolorem, Lycomedis.Reſiccat deſtillationes arteriæ, & fluxiones oculorum.* Seminis hyoſcyami drach.ii.ſeminis apii drach.ii.opii drac.ii.aniſi drac.i. croci obol.iiii.roſarum ſiccarum drac.ii.myrrhæ drach. unã,alii drac.ii.cum aqua redigito in paſtillos triobolares.Vtere quēadmodum Trigono appel

B lato. *Alia ſedans dolorem,reſiccatoria,facit & ad hæmoptoicos, cœliacos,dyſentericos,rupta,& conuulſa.* Aniſi drach.iiii.ſeminis apii drach.iiii.opii drach.iiii.croci drachm.i.ſeminis hyoſcyami drach.iiii.ſtyracis drach.i.floris iunci odorati drach.i.balauſtii obol.iiii.quidam drach.vii.foliorum roſarum.drac.i.nardi indicæ obol.iiii.cũ aqua formato paſtillos diobolares.Dato ex uino, aut aqua,aut protropo. *Alia dolorem ſedans potio,Rufi,qua utor.* Corticis mãdragoræ drach.iiii. thuris drach.v.piperis albi drach.ii.& dimidiam,croci drac.v.ſeminis hyoſcyami drac.iiii.ſucci papaueris drach.v. myrrhę drac.v.nardi obol.iiii. caſiæ nigræ drach.ii.trita cũ paſſo in paſtillos drachmales cogito,ac reponito ne humecti fiant.Dantur ex aquæ calidæ cyathis duobus,cholericis,hoc eſt, bilioſa ſupernè & infernè reddentibus,ex frigida. *Alia ſedans dolorem,ad omnes internas affectiones,qua utor.* Caſiæ nigræ,myrrhæ,opii,ſtyracis,croci ſingulorũ drach.unam,qui dam drach.i.& obol.iii.cogito in paſtillos trium,aut duorum obolorum.Præbe febrientibus ex aqua,non febricitantibus in uino:hepaticis in aqua mulſa,itidem & pleuriticis.Efficax eſt & ad tuſſim. *Alia Trigonos uocata,reſiccatoria,& ſedans dolorem.* Seminis hyoſcyami drach.iiii.ſeminis apii.3.iiii.aniſi.3.ii.opii drac.ii.cum aqua paſtillos formato.Dantur cum frigida,mane & ueſperi,unus prouice. *Alia ſedans dolorem, Aſcleptadæ,ad omnes internos affectus.* * Seſelis, chamæpi-

C tyos, herbæ ſaluiæ, ſeminis rutæ ſylueſtris, ſeminis dauci,ſingulorum drac.vi.ſeminis hyoſcyami,opii utriuſque drach.viij.caſtorij.3.vigintiquinque, rhen pontici 3.xiiii.excipe melle. *Alia, ut Charicles.* Tordilii drach.viii. chamæpityos drach.viij.*rhu pontici drac.vi.caſtorii drac.xii. & dimidiam, herbæ ſaluiæ drac.viii.ſeminis rutæ ſylueſtris drach.viii.ſeminis dauci drach.viii. opii drach.iiii,ſeminis hyoſcyami drach.iiii.croci drach.v.quidam addunt mel atticum,reliqua ipſo excipientes. *Alia dolorem ſedans, Iucunda appellata.Facit & ad tabeſcentes, & inflatos.* Illyricæ 3.xxx.ſuccini,croci,maſtichés chiæ,ſingulorum drac. xxx. pſyllii drac.xlv,aut xxx.ſucci papaueris drach.xv. cum aqua pluuia paſtillos drac.i.& obol.iii.ponderantes formato, ac exhibeto.Pſyllium per diem & noctem aqua pluuiali macerato,deinde coquito & exprimito,atque ſic cum reliquis committito. *Alia potio ſedans dolorem, ex libris Aphrodæ, ad omnem dolorem in neruis,utero,coxendicibus.* Succi papaueris drac.i.opobalſami drach.i.aut carpobalſami.3. obolos duos:myrrhæ,ſeminis hyoſcyami,caſtorii,ſtyracis,ſingulorum drac.v nam: excipe paſſo,& fac paſtillos oboli unius, & dimidii. Dato ex aquæ calidæ cyathis duobus,aut tribus. *Aliud ſedans dolorem Catapotium ex libris Aphrodæ,ad omnes internos affectus, & ad quartanarios, qui interualli tempore inediam ferunt,& deinde accipiunt.Facit & ad calculoſos,dyſentericos,ſtomachicos,& iam de*

D *ſperatos,atq; anxios.Eſt & oculis ualde commodum.* Seminis hyoſcyami,ʒ ſeminis apii,ʒ aniſi,ſtyracis,ſingulorum.3.iiii.croci,opii,utriuſque.3.iii.caſtorii.3.ii.fac catapotia,ægyptiæ fabæ magnitudine. Præbe ex aquæ cyathis duobus. *Alia dolorem ſedans,ad omnes internos affectus, & ſanguinis reiectationem undecunque feratur:etiam ſi ex uulnere prodeat quibuſdã prodeſt.Facit & ad nephriticos & hepaticos. Hanc ne prius dideris quàm mercedem acceperis.* Cinnamomi,caſiæ, utriuſque.3. duas:myrrhæ.3.i.piperis albi,drac.i.& longi drac.i.chalbani.3.i.opii.3.ii:trita cum melle pauco in catapotia redige,partim magnitudine fabæ, partim quantitate araci. Dato pro uiribus cum aqua, aut pro iudicio tuo. *Alia dolorem ſedans ad omnia interna.* Seminis apii.3.ii.aniſi.3.ii.piperis longi drach.ii.nigri drach.i.caſtorii obo.iiii.myrrhæ,opij,utriuſq; obo.iiii.panacis,gentianæ, utriuſq; obol.iiii. cinnamomi obo.iii.ſucci radicis dulcis obo.tres: fac paſtillos triobolares: dyſentericis drachmæ unius. *Alia ſedans dolorem,Crateri,ad tabeſcentes,& ſanguinem reÿcientes.* Myrrhæ drac.vi.mandragorę 3.quatuor,ſeminis hyoſcyami drac.iiii.opii drac.v.croci, thuris, utriuſque drachm.v,rhu drach.v.ſeminis cicutæ,ſtyracis,utriuſque drach.v.excipe uino mulſo.

Alia ſedatiua doloris myſterium appellata,ut Niceratus.Ad phthiſicos,tuſſientes,cœliacos,dyſentericos,deſtillationes:confeſtim auxiliatur. Croci, coſti,caſtorii,aſari,ſeminis hyoſcyami,opii,ſtyracis,ſingulorũ.3.i.quidam hyoſcyami ſeminis. 3.dimidiã:excipe melle,ac utere. *Alia doloris ſe-*

† Aliter iij.

* Aliter piperis

* rheu.

† Aliter iiij.

datiua ad deſtillationem conueniens. Seminis hyoſcyami,ſucci papaueris,amyli,ſingulorum. ʒ.ii. E aniſi drach.†i,ſpicæ nardi.ʒ.i.croci.ʒ.i.rubricæ ſinopicæ obolos † iii. aut lemniæ drac.i.formato paſtillos triginta.Dato duos in noctem cum aqua,

† *Aliter iy.*
† *Aliter uij.*

Quæ ab Aſclepiade ſcripta ſunt ad eaſdem affectiones.

† *In Aldino codi. & quotquot uidi manuſciptis, legitur*, ἐκλειχτὸν, φάρος καλούμενον.οἴνου &c. *i. Medicamentum quod lingitur, Pharos uocatum. Vini ſextarij &c. ut Pharos ſit nomẽ medicamenti. ut etiam infer ius pag.200.a.conſidera.*

† *Eclegma.*Farris Cluſini appellati ſextarii dimidium,decocti marrubii uiridis ſextarium unũ, Hæc in uas uitreum coniecta per diem & noctem macerari ſinito.Sequẽti die pharmacum mollito,quemadmodum alicam maceramus: atq; ubi penitus diſſolutum fuerit,exprimito liquorẽ, eiq; pinguedinem aliquam addito:& igni admota aſſidue mouens coquito,donec ſpiſſata mellis craſſitudinem acceperint.Ex hoc myſtrum datur ante cibum,& poſt cibum tãtundem. *Aliud.* Foliorum marrubii tenerrimorum manipulum cum ſufficienti aqua in fictili coquito:& ubi exoluta fuerint,eximito ac terito: & decocto diluta rurſus coquito pollinis acetabulũ inſpergens,& pinguedinis arietinæ probe ſubactæ quadrantẽ addens:& ubi coctura recte habuerit, ueluti reliquæ ſorbitiones præparantur.Ablata ab igne,& modico ſale conſperſa,ſorbenda exhibe.Amplius abſorptum amplius iuuat. ¶ *Aliud Nicerati,facit ſuppuratis,dyſpnoicis,ueteri tuſsi, viſcoſum ac glutinoſum reiectantibus,& ijs,quæ à partu non purgantur,ſecundas deducit. Prodeſt etiam infantibus alimentum non ſentientibus,ſi nutricibus præbeatur.* Succi marrubii ſextarios ſex,uerũ probe F hunc ſuccũ colligere oportet à recenti marrubio tuſo expreſsũ: uini falerni ſextar.i.mellis attici tantundẽ:piperis albi,myrrhæ,thuris,ſingulorum.ʒ.octo,uinum & ſuccum ad tertias coquito,deinde mel addito:quibus inſpiſſatis arida inſpergito:& diligenter miſta in uitreum uaſculũ tranſferto.Cato myſtrum ante cibum. ¶ *Aliud, Scribonij Largi.*Succi marrubii ſextarios vi.ſucci ſemperuiui tantundẽ:mellis attici ſextar.iiii.alii ſextar.i.uini Italici ſextar.i.picis liquidæ brutiæ tantundẽ:nardi indicę,croci,myrrhæ,thuris,piperis albi ſingulorũ.ʒ.octo:præpara,ac utere ut prædictum eſt. *Aliud phthiſicis, & ad fluxiones thoracis.* Seminis cucumeris hortenſis decorticati drach.octo,amyli drach.iiii.ſeminis lini,ſeminis papaueris albi,utriuſq; drach. ii. tuſa & cribrata excipe tragacanthæ cremore,& in drachmales paſtillos redige.Dantur oboli tres, nõ febriẽ tibus ex uino & myrthi cremore,febrientibus cum rhois ſucco. *Aliud.* Amyli drach.iiii.ſeminis cucumeris ſatiui toſti,ſeminis papaueris albi toſti,amygdalarum depurgatarum,ſingulorũ.ʒ.ii. tragacanthæ drac.i.obol.iii.croci drach.i.excipe tragacanthæ cremore,& poſtea ẽt uino ſcybelite octo. Vtere eodem modo. ¶ *Aliud Scribonij Largi Catapotium, Phthiſicis, ſanguinem reiectantibus, ſuppuratis, educit Pellicullas, repurgat ſufficienter. Verum immorari pharmaco oportet.* Sagapeni,myrrhæ,utriuſque.ʒ.ii.opii,cardamomi, utriuſq; drac.iiii.caſtorii ʒ.†iiii:piperis albi obol.iii. G excipe paſſo,fac catapotia.Da ex aquæ calidæ cyathis iii.¶ *Alia confectio* Theſpeſiana, facit ſuppuratis,& ad abſceſſus occultos.* Seminis apij,opij,melãthij,† ſingulorũ.ʒ.iii.caſtorii dra.ii.ſeminis dauci,ſinonis,iridis ſingulorũ drach.vi. excipe melle cocto:præbe nucis ponticæ magnitudine ex calidæ cyathis iii. *Alia* Coſi, ad humores ægre eductiles, ſuppuratos, peripneumonicos. Maxime autem ijs, qui craſſa & glutinoſa educunt, utilis eſt.* Mellis attici cocti ad glutinis compagem librã unam:piperis contuſi & cribrati,myrrhæ,utriuſq; vnc.i.myrrham & piper trita melle cocto excipe, & nucis põticæ magnitudine in pilulas diuidens deuorãda præbe.In aliis exẽplarib⁹ hñt. Mellis lib.i.piperis vnc.i.myrrhæ,opopanacis,utriuſque.ʒ.vi.p̃para,ac exhibe ſimiliter ut p̃dictũ eſt. ¶ *Paſtillus ex Mandragora, inſcribitur ſphragis. Facit ad hæmoptoicos, anaphoricos, Empyicos. Reſiccat omnem fluxionem.* Radicis mandragoræ,corticis drach.iiii.†ſeminis hyoſcyami.ʒ.iiii.§ thuris maſculi,ſucci papaueris,croci,myrrhæ,ſingulorum drach.v.trita redige in paſtillos obolares,& præbe conuenienter iuxta affectiones. ¶ *Aliud Ptolomæi familiaris.* Styracis, opii,thuris, croci,ſingulorum drac.v.corticis mandragoræ,ſeminis hyoſcyami albi,dauci cretici,ſingulorũ drach.iiii.caſiæ.ʒ.duas, excipe uino aminæo, ac præbe obolum cum aquæ calidæ cyathis duobus. ¶ *Aliud ad eaſdem affectiones.* Styracis drach.vi.myrrhæ,opii,ſeminis hyoſcyami,irionis H torrefacti,ſingulorum drach. iiii:corticis mandragoræ, opopanacis,utriuſq; drach.ii,piperis albi,ſpumæ nitri,uiriuſque drachmam unam: excipe melle cocto. Dato magnitudine ciceris.

¶ *Alia confectio Panchreſtus ab omnimoda commoditate dicta. Facit ad tuſsim antiquam, ſuppuratos, orthopnoicos, tabeſcentibus. Prodeſt Hypochondriorum hoc eſt præcordiorum diſtentionibus, & ad omnem inflationem. Mulieribus menſes, & quæ à fœtu corrupto, aut à partu relinquuntur, ſecundas deducit. Liberat etiam ab affectionibus circa veſicam.*Terebinthinæ drach.viii.ſtyracis.ʒ.vi.myrrhę.ʒ.v. croci,iridis,chalbani,ſingulorũ.ʒ.iiii.ſeminis hyoſcyami, corticis mãdragoræ, irionis torrefacti opopanacis,ſingulorum drac.ii.piperis, ſpumæ nitri,utriuſq; drachmam unam:excipe paſſo.

¶ *Charixenis, facit, peripneumonicis, phthiſicis, Anaphoricis, empyicis, hæmoptoicis, ac ueteri tuſsi.* Myrrhæ,corticis thuris:in alio exẽplari opii,mãdragoræ,ſagapeni,ſeminis hyoſcyami albi opopanacis,dictamni cretici,pilularũ marrubii,ſingulorum drach.iiii. ſubigito cũ aqua, & in paſtillos cogito. Dato ex his obol.iii.ex aquę mulſę cyathis tribus.¶ *Alia Aſclepiadæ, qui* Philophyſic⁹, à naturalium rerum ſtudio, appellatus eſt, pharmacum accommodatum.* Corticis mãdragoræ,ſeminis apii,utriuſq;.ʒ.quatuor:myrrhæ,croci aniſi,ſeminis dauci,ſucci rhois rubri,ſeminis hyoſcyami, piperis albi,caſtorii,ſagapeni,opopanacis,ſingulorũ drachmã.i.excipe melle cocto. Dato pro uiribus.

* Græci cod.antiqui ita habent ſeminis hyoſcyami albi ʒ. iiii,lauri cretici ʒ.iiii.

* *Aliter philoſophicus.*

† *Aliter i.*
* *Al. Theſpiana.*
* *aniſi. additur ĩ antiquis.*
* *Al. Coſti.*

A uiribus. Liquor uero ex quo exhibetur, sit conueniens affectioni. ¶ *Antidotus Thespesiana, phthisicis, sanguinem reiectantibus, suppuratis. Facit & ad alias internas affectiones, & præ omnibus cibi appetentiam excitat.* Seminis apii.3.xii. myrrhæ, anisi, opii, singul.3.vii. piperis albi.3.v. petroseli- ni, nardi, piperis longi, singu.3.iiii. castorij, floris iunci odorati, croci singulorum.3.iij. cinnamo- mi.3.ii. casiæ aromaticæ.3.iiii. excipe melle cocto. Dato nucis ponticæ magnitudine ad noctem cũ aquæ cyathis tribus. ¶ *Antidotus Aristarchi, compositio admiranda, hanc Paulinam appellamus Facit Hæmoptoicis, tussientibus, phthisicis, suppuratis, peripneumonicis, ad conuulsa, rupta, ad stomach subuersionem, & bilem uomentes ac secernentes, cœliacos, dysentericos. Facit ad affectiones circa uesicã suffocationes uteri, febres per circuitum repetentes, una hora ante exacerbationẽ exhibita. Facit in malum habitum delapsis, cibum non sentientibus, & ad lethalia pharmaca, ac plagas uenenum iaculantium bestiarum.* Cinnamomi, costi, chalbani, castorii, succi papaueris, piperis nigri & longi, styracis, singulorum unciam unam: mellis sextarium unum: arida tunduntur & cribrantur per angustissi- mum cribrum: chalbanũ coquitur cum melle, & ubi dissolutũ fuerit, mel excolatur, ipsiq; reliqua adduntur, & tunduntur: deinde in pyxidem uitream aut argenteã reponuntur. Vsus est ad prædi ctas affectiones. Dat fabæ ægyptiacæ magnitudine, cũ aquæ mulsæ cyathis duobus, irroratis de
B digito guttis aceti nouem. ¶ *Alia Antonij Musæ Panacea. Vsus est ea* Diotas Iatraliptes. Facit ad eos, qui per circuitum à rigore infestantur, delet febres antiquas. ac reliquos morbos. Facit ad tussim ueterem, phtisicos, sanguinem reiectantes, suppuratos, dispnoicos, conuulsa, rupta, inueteratas inflammationes, splenicos, hydropicos inueteratos, cœliacos. Extrahit lapides è renibus, probè cit urinam. Prodest omnium reptilium plagæ, & ad lethalia uenena, & ad omnem materiam uenenosam, ac corruptoriam uim habentem.* Piperis albi aut lõgi.3.viii. feminis hyoscyami albi, cinnamomi, cardamomi, myr rhæ, thuris, singulorum.3.xii. opii, croci utriusque.3.x. sulfuris uiui.3.vi. costi, aristolochiæ longæ, corticis mandragoræ, aut ipsorum malorum, uel foliorum, euphorbii, singulorũ drach.iij. mellis attici cocti quod satis est. Datur iis, qui per circuitum infestantur, magnitudine nucis ponticæ, reliquis pro uiribus. ¶ *Alia Cerusiana, data est à Philippo Tralianis. Huius usu phthisicos, & suppuratos liberabat.* Piperis albi, succi cyrenaici, syriaci, succi papaueris, singulorum quadrãtem: myrrhæ, croci, sulfuris uiui, feminis hyoscyami albi, singulorum vnciam dimidiã: malorum mandragoræ drac.ii. cardamomi vnc.i. mellis attici libram unã. Datur pro uiribus, ut dictum est. Porro alterum exemplar sic scriptum habebat. Piperis quadrantẽ, succi cyrenaici vnc.j. succi papaueris unc.dimidiam, succi syriaci vnc.dimidiam, croci vnc.*unam, sulfuris uiui vnc.dimidiã, myrrhæ
C unciam dimidiam: feminis hyoscyami albi, malorum mandragoræ, utriusq; drac.ii. cardamomi unc.i. mellis attici lib.i. Datur pro uiribus, ut dictum est.

† *Al. Thespia na.*

* *Al. Diogas.*

* *Al dimidiam*

De Orthopnœa, seu Asthmate. CAP. 6.

Alij.1.10.t.2 cap.1.61.a.

QVi circa febrem dense respirant, qualiter faciunt, qui uelociter cucurrerunt, ab accessione hac medicis Græcis asthmatici, ꝧ Latinis anhelosi ꝧ appellãtur. Eosdẽ etiam ab alia acces- sione orthopnoicos uocant, propterea quòd thoracis corpus penitus rectum habere coguntur, ob timorem suffocationis: quin & stratum circa supernas partes, ad quas thorax reclinatur, si- bi ipsis erectius faciunt, ne dormientes strangulentur: minus est enim quod inspirãt, quàm pro usu respirationis, quamuis thorax plurimum ipsis dilatetur. Ex quo manifestum fit, intrinsecus ipsis coarctationem locorum factam esse præter naturam, quam etiã ægri ipsi non obscuro sen su perceptant. Fit equidem & suppuratis locorum coarctatio ob coaceruatum inter thoracem & pulmonem humorem. Fit etiam peripneumonicis, ob pulmonis inflãmationem. Restant autẽ adhuc duæ affectiones, quæ locorum coarctationem efficiunt in uijs, per quas aer inspiratur, cum sane, aut humorum crassorum, ac uiscosorum multitudo pulmonis brõchiis fuerit infarta: aut tumor abscessui similis in ipso constiterit. Cæterum curatio ambarũ affectionum aliquid cõ
D mune habet, aliquid priuatum, & alteri tñ proprium. Commune quidem utriusq; est, ut redundantia humoris affectiones generantis expendatur, & consumatur. Proprium autem affectioni uiscosorum, ac crassorum humorum, ut per attenuantia, & extergentia pharmaca consumantur: ei uero, quæ propter tumorem abscessui similem contingit, ut per attenuantia, & resiccantia ea dem cõsumptio fiat: quæ curatio rursus omnibus in profundo corporis abscessibus cõis existit. Vini itaque potus ambabus conuenit, tenuis substantia. Omnis aũt potus modicus sit in ijs, qui alicubi abscessum habent: multus contra in iis, quibus bronchia uiscosis, ac crassis humoribus sunt obturata. Etenim pharmaca, quæ eiusmodi ipsorum humores abstergunt, necessario quidẽ tusses mouent, non uero facile per sputum reijcitur, quod absterssum est, ob crassitudinem uidelicet: quapropter humectatione multa opus habent, quo facile efferatur. Porro quemadmodũ in aliis pharmacis plurimi medici, sic etiã in iis, quæ ad ambas has affectiones commoda sunt, de- linquunt, indiscriminatim ipsa tradentes, cum tamen composita sint, quædam pharmaca, alteri affectioni commoda, quædam rursus alteri, quædam uero sic ut ad ambas quidem moderate conueniant, uerum nihil operæpretium efficiant. Quare recensendo pharmaca alicuius pretii à prioribus medicis prodita, indicabo iuxta singula, quali facultate prædita sunt, initio ab iis, quæ Asclepiades scripsit secundo Internorum, facto.

Aſchlepiadæ pharmaca ad Dyſpnoicos conſcripta.

¶ *Eclegma ad dyſpnoicos, Antonij Muſæ.* Aſellorum ſub hydriis naſcentium ſextarium unum in uas fictile cõiicito, & ad prunas torreto: inalbatos aũt terito, ac melle cocto excipito: & ante cibum myſtrum delingendum dato. *Aliud.* Scillæ crudæ ſuccum exprimito, eiq; parem mellis attici menſuram addito, & ad prunas admota coquito. Dato inde ante, & poſt cibũ myſtri menſuram. ¶ *Aliud Charixenis.* Origani.3.viii: comæ thymi, iridis illyricæ, calaminthæ ſiccæ, piperis albi, aniſi torrefacti, ſingulorum tantundem: tundito, & per anguſtiſſimum cribrum concernito, ac melle cocto excipito. Dato nucis ponticæ magnitudinem. *Aliud.* Piperis albi librã i, libyſtici trientem: calaminthæ ſiccæ, aniſi toſti, pulegii ſemen non gerentis, ſingulorum quadrantẽ: ſemi nis apii, comæ thymi, utriuſq; unciam unam: excipe melle, & præparato utere, ut prædictum eſt. ¶ *Potiõ ad Dyſpnoicos, Chariclis pharmacum accommodatum: auxiliatur confeſtim.* Vuæ paſſæ rhodiæ exacinatæ acetabulũ, fœnigræci loti tantundem, aquæ pluuiæ ſextariũ i: coquito donec diſſoluantur, & liquorem excolatũ reponito. Ex hoc præbeto aſſidue, & iuxta ſingulas irritationes cyathi menſuram calefactam. *Alia Potio.* Abrotoni partes duas, vuæ paſſæ pinguis tantundem ſummitatum rutæ partẽ unã, aquæ pluuialis ſextarios iii: coquito ad tertias, & exprimito liquorem; eiq; mellis vnc.i. addito, rurſuſque coquito: ac dato, ut prædictum eſt. ¶ *Catapotium Dyſpnoicis, & Aſthmaticis.* Abrotoni, uirgultorum rutæ, comæ abſinthii, ſingulorum drac.iiii. tuſa & cribrata, aceto ſubigito: & catapotia xii. formato. Dato ex aceto mulſo. ¶ *Aliud Nicerati.* Caſtorii, ammoniaci thymiamatis, abrotoni ſingulorum drac.ii. abſinthii, cumini æthiopici, utriuſque.3.i. aceto ſubigito, ac catapotia formato: ac dato ad ciceris magnitudinẽ. ¶ *Pharmacum ex ſulfure viuo Dyſpnoicis.* Aniſi, ſulfuris uiui, utriuſq; quadrantem: ammoniaci thymiamatis, caſtorii, melanthii, ſingulorum.3.iiii. aqua diluta in catapotia cogito: unumq; in aceti mulſi cyath.iij. dato. *Aliud.* Seminis rutæ ſylueſtris.3.iiii: ariſtolochiæ, abrotoni, abſinthii, ammoniaci thymiamatis, ſulfuris uiui, ſingulorum tantundẽ: aceto ſubigito, & catapotia ciceris magnitudinis formato: ex quibus duo cũ aceti mulſi calidi cyathis tribus exhibeto. Hæc oĩa pharmaca ab Aſclepiade conſcripta, iis, qui propriè dyſpnoici, hoc eſt ęgrè ſpirantes, appellantur, cõueniunt. Vocant aũt ſic eos, quibus bronchia pulmonis craſſis, & uiſcoſis humoribus ſunt obfarta: in quibus uelut dixi, ultra hoc ꝙ craſſitudinem, & uiſcoſitatem humorũ neceſſerio ſecamus, atque attenuamus, humiditatem quandam cum pharmacis, tum uictui, adeſſe oportet. At uerò abſceſſus, qui attenuantibus, & reſiccantibus opus habent maxime gaudent aromatum facultatibus: quas omnes oſtendimus tenuium partium eſſe, & reſiccatorias, unà cum hoc ꝙ calfaciant. Quare iis, qui propriæ orthopnoici, & aſthmatici appellantur, pharmaca" conuẽiant ſecantia citra calfactionẽ: & ob id maximè eos iuuat acetum ſcylliticum appellatũ, atq; ipſa adeo ſcilla, & acetũ mulſum ex eiuſmodi aceto confectum. Cæterũ aſellorum, ſub hydrijs naſcentiũ meminit inter ea, † ut quiꝫ attenuatoriam, & diſcuſſoriã uim habeant: verum quo conſilio ad uſum ipſorum peruenerit, nõ habeo quod dicã. Quemadmodum aũt in hac affectione uehementer cauendum eſt, ne calfaciamus, propterea ꝙ uiſcoſi, & craſſi humores non ſolum nihil ab his auxilii ſentiunt, ſed ẽt offenduntur: eodem modo ẽt quæ ualde refrigerant uitanda ſunt: omnia.n. craſſefaciunt, & cogunt, ac coagmentant humores, eosq; ęgre eluibiles reddunt. Et ob hanc rem ſanè rectè fecerunt, qui eiuſmodi pharmaca compoſuerunt, ꝙ neq; papaueris ſuccum, neq; mandragoræ ſuccum, aut radicis corticem, aut hyoſcyami ſemen, aut cicutæ, aut pſyllij, aut ſemen † lini, admiſcuerunt: & multo magis, ꝙ neq; ex adſtringentibus quippiam pharmacis addiderunt: maxime enim contraria ſunt eiuſmodi affectionibus, ut palam uidetis.

A.l.5.ſu.2.c.5 fol.554.c

A.l.3.f.10.t.1 c.40.fo.261.d

† *tanquam.*

† *Suſpicor abũ dare, & ob id expungenda eſſe, ſiquidẽ multum abeſt ut lini ſemen interualde refrigerantia, reponatur, cũ potius moderate calidum ſit, atque a Dioſc. uitia pectoris extra here dicatur: accedit & antiqui interpretis auctoritas, apud quem ea uerba minime leguntur.*

Quæ Pharmaca Andromachus ad huiuſcemodi affectiones conſcripſit.

Ad Dyſpnœam. Sulfuris uiui drachmam i, ſeminis rutæ ſylueſtris drach.ii: ariſtolochiæ, abſinthii, ammoniaci thymiamatis, abrotoni, ſingulorum 3.iiii. trita cum aceto, ad catapotia magnitudine fabæ redige. Dato mane tria, & ueſperi totidem. *Aliud ad Dyſpnœam, vt Alcimius.* Colocynthidis carnis obolos iii, panacis obol.iii, aniſi obolum unum: fac cum aqua catapotia iiii: & reſiccatorum † obol.i. ⅋ præbeto. Præcedente autem die æger ſimplici euacuatorio euacuetur. *Aliud.* Colocynthidis ſeſquidrachmam, iridis illyricæ drach.ii: radicis * opopanacis 3.ii. abrotoni drach.unam: nitri drach.i (alii obol.iii) excipe aqua, & redige ad fabę magnitudinem. Dantur catapotia quatuor, & poſt ſemihoræ ſpatiũ datur aquæ mulſæ hemina dimidia. *Aliud.* Sinapis drachmam unam, ſalis communis obol.iii: elaterii obol.iii. alii obol.i. & dimidium: terito cum aqua: fac paſtillos viii: dato alternis diebus cũ hydromelite. *Aliud.* Ammoniaci thymiamatis drach.i, abrotoni drach.ii, ſulfuris uiui drach.i. formato cum aqua paſtillos, & cum aquæ mulſæ cyathis tribus præbeto. ¶ *Aliud ad Orthopnoicos.* Elaterii oboli dimidium, aſellos ex ſterquilinijs.iij, terito ſimul: & dimidium ex aquæ cyatho uno dato. *Aliud vt Philinus ad Anhelos & dyſpnœam.* Cardamomi.3.iii. iridis ſeſquidrachmã, panacis ſeſquidrachmã, caſiæ ſeſquidrachmam, ſtruthii ſeſquidrachmam, ſtyracis.3.ii. thymi 3.viii. ſeminis rutæ ſylueſtris drach.viii. abrotoni drachm.viij. ariſtolochiæ clematitidis, ſulfuris uiui, ammoniaci thymiamatis, ſingulorum drachmas viii. cum acri aceto ad cerati craſſitudinẽ redige: præbe fabæ ægyptiæ magnitudine

† Al. τὸ ὅλον. i. totum.

* Al. παν άκος. i. panacis.

A dine ex aquæ cyath.iiii. ¶ *Ad Orthopnœas,ut Apollonius.* Scyllæ partem unam:ſulfuris uiui,bitu minis,ſingulorum partem unam. Dantur oboli tres in aceto mulſo. ¶ *Ad Orthopnœam,Soſicratis.* Opopanacis.ʒ.i,myrrhæ. ʒ. i,piperis grana xl, rutæ faſciculũ quantus duobus digitis apprehẽdi poteſt:ex tritis catapotia xx formato. Dato mane, itẽq; ueſperi unũ,febricitãtibus in aquæ cyathis duobus, aliis ex uino. ¶ *Ad Orthopnœam, Andronici.* Sulfuris uiui obo.iii, ammoniaci thymiamatis ʒ.i.aniſi,myrrhæ,caſtorii,ſingulorũ.ʒ.ii:cumini ęthiopici.ʒ.i† cum aqua paſtillos cogito ſcrupulorum trium aut quatuor. Dato ad noctem ex aquæ cyathis duobus. ¶ *Ad Orthopnoicos,tuſsientes,peripneumonicos,tabeſcentes, ægre ſpirantes,hepaticos, vt Eugenius.* Croci.ʒ.viii,miſyos.ʒ.iiii,baccarũ lauri.ʒ. ii:piperis albi, & longi, utriuſque.ʒ.i:opii.ʒ.iii,coſti obol.iii,terebinthinę obol.v,chalbani obo.iii,ſucci radicis dulcis obo.ii,gummi obol.i,mellis lib.dimidiã.Dato cochleariũ unum cũ aquæ cyathis duobus aut tribus:ſi res urgeat,ante & poſt cibum. ¶ *Ad Orthopnoicos,Valẽtis.* Opopanacis.ʒ.ii,carnis colocynthidis.ʒ.i.Tm̃ datur ad ſummum. ¶ *Aliud* Onetri.* Caſtorii.ʒ.i,ammoniaci thymiamatis.ʒ.ii.Detur dimidium ex aqua mulſa. ¶ *Ad Dyſpnœam,Podanitæ.* Sinapis.ʒ.i,ſalis.ʒ.i,nitri obol.iii:redigito in catapotia viii.Dato ex his duo ad noctem & intermittens diem, † poſtea etiam ſex deinceps dato: ʃ aqua excipe.

† *In quibuſdã antiquis codi. addatur, ut antẽ ego, pro cumino, melanthij drachmã unam.*

* *Al. Oneteris.*

† *In cod. græci aſteriſco notantur, εἶτα καὶ ἓξ δίδου. in manuſcriptis εἶτα καθεξῆς δίδου. i. poſtea conſequenter dato, id eſt poſt diem dato duo, & ita conſequenter.*

B

GAL. DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM LOCALIVM, SIVE SECVNDVM LOCOS LIBER OCTAVVS

ARGVMENTVM LIBRI.

Refert ea Medicamenta, quæ facere ad Ventriculi, ac Hepatis affectiones prodita ſunt.

De pharmacis Stomacho congruis. CAP. I.

C QVod ſemper dico,etiam nunc proloquar,nimirum perſuaſum me habere,q̃ difficillimũ ſit ad ueritatem reuocare eos,qui ſectæ alicuius ſeruituti ſe addixerunt. Verum qui prudentes ſunt,ſimulq; ueritatem ſyncere amant,eos ſpero cuſtodituros eſſe ea, quæ ueluti iudicandi inſtrumenta nobis à natura data ſunt, ad actionum uitæ cognitionem, experientiam dico,& rationem . Quæ quidem utraque ex æquo quibuſdam conferunt ad artem,quibuſdam uerò alterum altero amplius: & tamen tanquam ſemper ad perfectionem alterum altero opus habeat. Sic ſanè ad reſiduum ſermonis,& doctrinæ huius abſoluendum progrediar. Falſæ etenim opiniones animas hominum præoccupantes,non ſolum ſurdos, ſed & cæcos faciunt, ita ut uidere nequeant, quæ aliis conſpicuè appareant. Quod ipſum uel maximè circa affectiones oris uentris uidere contingit,præſertim cum fuerit inflammatum. Eius enim,itemq; iocineris inflammationes adſtringentium complexu opus habent:ſi namque per laxatorium medicationis ductum,citra admiſtionem facultatis robur addentis,curentur,periculum incurrunt de ipſa uita. Atque hoc ipſum cum omnes empirici medici per experientiam edocti ſint,& omnes dogmatici in ipſis artis operibus obſeruent,non pauci tamen huius temporis methodici (neque enim de omnibus dico) innumeros quidem ſtomachicos ipſi in † animi deliquium ʃ inducunt, omnes uero hepaticos occidunt: nullum enim ego uidi ſeruatum ex iis, qui in eiuſmodi medicum inciderunt. Quidam tamen ex ipſis quanquam pauci, oleo eos fo-

A.l.3.f.13.t.4 t.3.fo.300.c

* *Syncopen.*

D uent, in quo abſinthii coma eſt feruefacta, & lanam nardino unguento imbutam obligant. Quidam uero etiam maſtichen chiam, aut aloen admiſcent,aut etiam pro nardino melinum adhibent. In diuitibus uerò mulierculis foliatum, & ſpicatum ab eiſdem appellata unguenta admouent:atq; cum hæc faciunt, laxatorium ductum ſe ſeruare putant,tantũ ſcilicet habent experimenti facultatis pharmacorum. Malim autem ego omnes ſic indoctos eſſe,quàm quòd adſtringentia quæ ſint, ſciant, uſum tamen ipſorum uitent. Quæcunque igitur adſtringentia in fomenta,& cataplaſmata miſceãtur in hepatis,aut oris uentris,quod ſanè,& ſtomachũ uocãt,affectionibus,non eſt præſentis ſermonis explicare. Quæcunq; uero in emplaſtra,& ceratiformia medicamenta,quæ forinſecus imponuntur, commoda ſunt,quæcunq; utiliter deuorantur,hæc ipſa indicabo,ea,quæ inflammatis proſunt primum tradendo,quandoquidem etiã in ipſis ægri maxime perclitãtur. Ceratum igitur quo aſſidue utor,ex aloe, & maſtiche, & cera pontica amara, atq; unguento nardino,cõſtat. Componitur autem hyeme,ad viii.drachmas ceræ,uncia i.menſurali Romana unguenti nardini coniecta: Aeſtate aũt ad vii,eadem unguẽti proportione. Optimum autem unguẽtum eſſe oportet,quale antea,quidem in ſola Laodicea Aſiæ præparabatur: nunc uero ẽt in aliis multis Aſianis urbibus ſimiliter componitur. Cera ſi non pontica amara tibi in promptu ſit,aliam ponticam coniice:& neq; illa præſente,eam,q̃ tyrrhenica appellatur:

ſi uero neq; hæc adſit, aliam aliquã odoratam & pinguem: ſi neq; talem habeas, eã quã habere E
potes, lotam adde. Liquefiat autem in duplici uaſe, atq; ita refrigeratũ & eraſum ceratum cum
tritis reliquis probè permiſce, cum aloe uidelicet & maſtiche. Sit autẽ utriuſq; drach. j, & qñque
plus, non tñ ut ſeſquidrachmam tranſgrediaris. Quòd ſi ampliori opus ſit adſtrictione, nimirum
debilitate tanta exiſtente, ut cibũ retinere non poſſint, omphaciũ pari pondere addatur, ut triũ
ſingulorum drachma ſit una, aloes una, maſtiches una & tertia omphacii. Cęterũ in cerati prępa
ratione primum omphacium miſceatur, deinde etiam alia his uniantur. At uero quemadmodũ
omphacium, ſic etiam abſinthij ſuccum admiſceto qñq; etiam ambo, & tertiũ inſuper hypociſti
† *Additur in aliquibus cod. græcis, ἄνθος ἤ i. florem uel.* dis, & quartum œnanthes: ſic autẽ appello uitium ſylueſtrium † germẽ unà cũ floribus, ex quo
ſuccedẽtibus diebus ua fit: quin & rhois ſuccum nõ raro admiſcui. Sed & cerati nardini copiã
augere oportet iuxta ꝓportionem numeri reliquorũ pharmacorum, ita ut ſi quatuor drachmæ
aliarum rerum accumulẽtur, triens ſit nardini cerati, ſextans quidẽ ceræ, ſextans itẽ nardini un-
guenti, hoc eſt utriuſq; drach. xvi. Porro ſi inueterata fuerit inflãmatio, & iam obdurata, magis
uaria pharmaca adhibere oportet, & quæ ex aromaticis quippiã habeant, ac mollientibus, & di
† *Hypochondria.* ſcuſſoriis: quale eſt quod fit ex meliloto. Eſt aũt cõpoſitio ipſius multiformis, propterea ꝙ om-
nibus iuxta † præcordia inflãmatis conuenit; non magnis adeo dĩijs euarians, ita ut aliqua ipſis F
præparatio inflammato hepati ſit cõmodior, alia ſtomacho, aut aluo, aut ſpleni, aut quibuſdam
iſtius loci muſculis, quæ oẽs communi deſcriptione comprehenſæ ſunt in malagmatum compo
ſitionibus. Verum in præſenti loco ea, quæ prioribus medicis ad omnes ſtomachi affectiones
ſcripta ſunt, & nõ ſolum forinſecus impoſita, ſed etiam in potu accepta auxiliantur, omnia con-
ſcribentur: quædam uero ex ipſis communia ſunt etiam affectionibus uentris.

Stomachi affectibus ſine inflammatione.

Sępenumero iã dictum eſt, ꝙ medici in more habent, os uentris, ueluti cardian, hoc eſt cor ſic
etiam ſtomachum appellare: verum quondam frequentior cardiæ appellatio: nunc autem ab
ea adhuc reſtãt, cardioſſon, id eſt corde dolere, & cardialgia, ideſt cordis dolor: quibus uocibus
non cordis, ſed oris uentris, dolores ſignificantur. Particulam aũt ipſam ſtomachum uocant æ-
* *Legitur in antiquis* αὐτὸν. *i. ipſum, i. os uentris.* quiuocè cum illa particula, quæ cibum ex ore in* ipſam defert. Scripſerunt igitur priores medici
pharmaca ad affectiones in ipſo, cùm alias, tum ſubuerſiones ab ipſis appellatas: uidẽtur aũt ſic
uocare, tum appetitus perditionẽ, tum nauſeoſas diſpoſitiones, in quibus aliqñ quidẽ uomitus
contingunt. Fiunt autẽ & morſus quidam in ipſo, quemadmodum ẽt magnæ famis, & anxioſæ
affectiones. In quibus omnibus cõis quidam adſtringentium pharmacorum uſus inuentus eſt: G
admiſta autem ſunt pleriſq; ipſorum calfacientia & reſiccantia. Fiunt & aliæ affectiones rario-
res, humectantibus, aut refrigerantibus, aut utriſq; ſimul, opus habentes. Cæterum qui ab expe-
rientia citra rationalem methodum auxilia inueniunt, merito ea, quæ ſæpe iuuerunt, in memo-
riam reuocant, & in uſum conuertunt: eorum. n. quæ ſæpe eodem modo facere uiſa ſunt, obſer-
uationem & memoriam, ſuam ipſorum experientiã eſſe aiunt. Quemadmodum autem in ore
uentris, ſic etiam circa ipſum totum, ſingulaq; inteſtina, & ut comprehenſim dicam, circa omnẽ
corporis particulam, eædem intemperaturæ obortæ, actiones ſimilariũ partium offendunt; quas
ſi quis nõ eſſe morbos ipſarum credet, nihil circa cognitionem efficiet, qua ignorata, neq; cura-
tionem inueniet. Habent autem non modicam coniecturam cognitiones ipſæ affectuum in pro
fundo corporis conſiſtentiũ: & ob id utiliſſima medicæ artis pars eſt, quæ cognitionẽ docet eiuſ
modi affectionum: quas neq; qđ primæ & maximæ ſunt, pleriq; ex vulgo medici ſciunt: quare
merito neq; cognitionem ipſam, neq; curationẽ inueſtigarunt. Coguntur igitur, etiam ſi dogma
tici ſint, † in rationalibus methodis ad ſolam experientiam peruenire: ut iuſte miremur qđ, cùm
† *Cod. manuſcripti græci habent* τὰς λογικὰς ἀφέντες μεθόδους. *i. rationales methodos prætermittendo, ad ſolam &c.* abſq; febre, & inflãmatione abſceſſuque, & ulceratione quiſpiã debiliter concoquat, aut penit⁹
non concoquat, promiſſione facta ſe inuenturos curationem, quærant an cõtritione ciborũ cõ H
coctio fiat: & deinde ubi hoc ut maximũ inuenerint, edulia quæ facile conterantur exhibẽt, neq;
quod promptiſſimum eſt intelligentes: quod etiam quiſpiam rei medicæ rudis, aliàs autem pru-
dens uir me interrogauit: Quomodo prodeſt ſcire per contritionem ciborum fieri cõcoctionẽ
ad hoc, ut quis affectionem uentris ſanet, in qua debilitatur ad concoctionem ciborũ? cum nõ
per exhibitionem alimẽtorum, quæ facile cõterantur curatio fiat, ſed læſio tantũ euitetur, uelut
etiam per paucũ alimentum ac inediam. Quemadmodum enim qui inediã perfert, in concoctio
nis quidem debilitatem nõ incurrit, non tamen ab affectione hoc modo curatur: ſic neq; qui in
cibo accipit ea, quæ in totũ nulla cõtritione opus habent: quale eſt lac, ptiſanæ ſuccus, & ſorbi-
tiones ex alica. Hæc quidem igitur in libris De curandi methodo ſufficienter tradita ſunt, & non
obſcurum eſt, præſentem doctrinam utilem eſſe iis, qui ſe in illis præexercuerunt. Quemadmo-
dum autem in aliis, quæ prius tradidi, reuocatis in memoriam ſingulis illic mihi præmonſtratis
capitibus, ad pharmacorum compoſitionem progreſſus ſum ſic etiam nunc faciam. Cum octo
ſint in ſingulis partibus corporis intẽperaturæ, atq; hæ oẽs, aut circa ſolas nudas qualitates, aut
cum alicuius humoris complexu fiant, intemperiem quidem ſiccam humectare oportet, humi-
dam autem ſiccare: ſic & calidam refrigerare, frigidam calfacere: ſimiliter uerò etiam compoſi-

tas

A tas intẽperaturas aut calfacere & ſiccare, aut humectare & calfacere, aut refrigerare & humecta re, aut ſiccare & refrigerare oportet. Qñ uero uelut dixi, plurimæ intemperaturæ hominibus ex redundantia humorum magis, q̃ ex inopia fiunt, pharmaca reſiccãtia pleroſq; magis iuuant. At uero cum reſiccãtia partim quidem adſtringant cogendo, ac adſtringendo ſubſtantiam eorum quæ contingunt: partim uerò diſcutiant, & in hoc ſubſtantiã ipſorum diſſoluant: ob hoc ipſum ſanè plures ſunt, qui adſtringentibus indigent: uerũ ſi humida intemperies cũ frigiditate fiat, læ duntur qui per ſola adſtringentia curantur, quæ frigidæ facultatis exiſtunt. Quapropter merito plurima pharmaca per experientiam inuenta, ex miſta materia componuntur, adſtringente uidelicet, & calfaciẽte. Verum ipſorum differẽtiam cognoſces, ſi ſimplicium pharmacorum facultatem memoria tenueris. Dictum.n. iam mihi ſæpe eſt, neminẽ poſſe rationabiliter, & ſecundum methodum uti his, quæ in hoc opere cõſcripta ſunt, ſi non memoria teneat, quæ in duobus operibus, ante hoc opus editis prodita ſunt, de ſimplicium pharmacorum facultate, & curandi methodo, dico. Quidam.n. abſq; diſcrimine pharmaca ad eiuſmodi affectiones ſtomachi, & uẽtris conſcripſerunt: quidam uero aliqua diſcrimina attigerunt à ſymptomatis, id eſt accidentibus, quæ omnibus apparent. Quò igitur & uos cognoſcere ſciatis facultates uniuſcuiuſque pharma
B ci per experientiam longam approbati, etiam ſi non inueneritis differentias affectionũ, in quibus conueniunt, adſcriptas, primum quidem ea, quæ Andromachus prodidit, adſcribam: deinde, quæ Aſclepiades: & poſt hæc ſi ita uidebitur, etiam alia quædam.

Confectiones Stomachicæ Andromachi. CAP. 2.

ANdromachus poſt quam præſcripſit, Stomachicæ, poſt hanc præſcriptionẽ, ſic auſpicatur. ¶ *Ad' Stomachicos Hiera, qua utor.* Et deinceps totam eius compoſitionem adſcribit in hunc modum. Floris iunci odorati, xylobalſami, maſtiches, croci nardi indicæ, aſari, cinnamomi, ſingulorum. ʒ. vi: aloes lotæ. ʒ. c: ſimul trita repone. Præbe ieiunis cochlearia duo, alij unũ præbent cum aquæ frigidæ cyathis quatuor, aut calidæ. Hæc quidẽ Andromachus ſcripſit, neq; quos ſtomachicos nominet oſtendens, ac declarans: neq; an omnibus ipſis hoc pharmacum conueniat, an pluribus. Itaq; id mihi neceſſariũ eſt dicere: cum ex iis, qui ſtomachici dicuntur, aliqui quidem ſtatim magnopere ex prædictæ hieræ uſu iuuentur, aliqui uerò lædantur. pleriq; quidem uulgo homines eos, qui appetẽtiam perdiderunt, ita uocant: & quibus poſt acceptum cibum uentris os grauatur, atq; opprimitur, & quandã ægre tolerabilem anxietatem habet. Appellant eodem mo do etiã illos, quibus nauſea contingit, & maxime ſi ad uomitum impellat: & ad huc magis ſi ſimul
C cibi corrumpantur, quandoq; acidi, qñq; nidoroſi facti, qñq; ẽt aliam uitiatam qualitatem adepti. Et præ his omnibus adhuc magis illos ſtomachicos nominant, quibus ructus eiuſmodi cum moleſtia quadam & anxietate, ac ſubuerſione contingunt ſæpe, cum nondum cibum acceperũt. Quin etiam ſi per plurimum tempus cibi in ore uẽtris morentur grauantes, & uix deſcendentes, hos itidem ſtomachicos appellant. Alios item appetitum caninum appellatum habentes, ut & plurima edant, & maxime grauati paulo poſt reuomant, ſimiliter uocant. Alios rurſus, qui fortiter exoluuntur, ubi diutius inediam pertulerint: &, ſi non citius cibum accipiant, in ore uentris morſus percipiũt. eodem modo ſtomachicos uocãt. Horum ipſorum uero aliqui facile nauſeoſi fiunt, ſ niſi ſ citius potum, ac cibum acceptent. Itaq; qui ſecundum naturalem methodum auxilia inueſtigat, ad affectionis inquiſitionẽ procedit: qua inuenta, abundaturum ſe ſperat propriis ipſi auxilijs. Qui uero per ſolam experientiã auxilia accumulat, ipſe ſuã fortuitam occaſionem expectat, & à prioribus tradita relegit. Cum uero plurima ab ipſis indiſcriminatim prodita ſint, & in pleriſq; etiã inter ſe differant, ac diſſentiant, merito ẽt ipſe alias aliud ſentit, maxime ubi ab ipſis auxiliis aliqñ quidem iuuari ſtomachicos uidet, aliqñ uerò lædi: Quẽadmodum in propoſita hiera contingere ſolet: quã quidem oẽs, qui nunc Romæ medicantur, picrã, hoc eſt amaram, no
D minant, quãdoquidem Hieræ appellationẽ pharmaco ex colocynthide, id eſt, ex cucurbita ſylueſtri, cenſuerint adſcribendam. Verum qui ante nos Romæ medicinam exercuerunt, ambo ea pharmaca hieras appellarunt, & diſtinctionis gratia, alteri ex colocynthide, alteri ex aloe appoſitionem addiderunt, ſic ſcribentes: Hiera ex colocynthide: Hiera ex aloe. Hiera itaq; ex aloe dupliciter præparatur, ab aliquibus, uelut Andromachus deſcribit, ad centum aloes drach. ſingulorum aliorũ drachmis ſex admiſtis: ab aliquibus uerò non ſex, ſed octo. Quidam uero in octoginta aloes drachmas, ſex aliorum addunt. Plurimi aũt ad pharmaca, quæ aloe miſcentur, & ſex numero ſunt, ẽt florem iunci odorati apponunt. At uerò ipſam aloen Andromachus quidem lotã, aliqui uero ex aliis etiam ſic, aliqui uerò illotã adiiciunt. Verum noſſe operæ pretium eſt ad uentris ſubductionẽ illotam aloen aptiorẽ eſſe: multum uero de medicamẽtaria ui deponere lotã, quã ẽt febricitantibus dare aliquis audeat, ſi non uehemens, ſed ualde debilis, ſit febris. Quidã uero ẽt ex illota aloe pharmacum multis ſic febricitantibus exhibuerunt, deindeq; cũ nihil manifeſte læſiſſent, in aliis rurſus magnam experti ſunt cladẽ. Infeſtiſſima eſt.n. aloe, etiam lota, iis qui citra uitiatos humores ex intẽperie calida, & ſicca affliguntur. Proximam ab his cladẽ percipiunt, qui ſiccã intẽperiẽ hñt cũ frigiditate implicata: & in uniuerſum qui ex ſola qualitate particulã aliquã affectã, ac læſam habent. Etenim in humoribus intẽperaturæ, pharmacis ipſas euacuantibus

cuantibus egent: quæ uero abſque his conſiſtunt, penitus in tabē deueniunt ex pharmaci huius E
ex aloe conſtantis uſu. Itaq; ubi humiditas uitiata tunicas uentris perrigat. Picra ex aloe utilis
eſt expurgans humiditatem: o ĩno autem ſic affectis acceſſio nauſeæ plus, aut minus adeſt. Eua-
cuatio igitur affligentis humoris per ſolã aloen contingit, quæ purgatoriam uim non fortē ha-
bet, ſed ut ea, quæ circa aluum ſunt, quæ etiã contingit, purgare poſſit. Et ſi aliquando ampliori
pondere exhibeatur, uſq; ad locos circa hepar conſcendit: non tamen totius corporis purgato-
ria aloe exiſtit. Cæterum ex iis, quæ ei admiſcentur, maſtiche, ut ſtomacho cõmodat & odora, &
quæ medicamentariam aloes uim frangere queat, admiſcetur. Cinnamomum uerò eadem gra-
tia: & propterea q; tenuiſſimarum partium, ut aperire uentris meatus poſſit, extergereque ac at-
tenuare, ſi quid uiſcoſum aut craſſum in humoribus feratur: craſſos enim humores, ob purgato-
riæ facultatis imbecillitatem, aloe trahere non poteſt. Quapropter bilioſarũ uẽtris affectionum
optimum pharmacũ eſt, adeo ut in uno die ſæpe multos ſtomacho, ita affectos credita ſit perſa-
naſſe. Iuuat autẽ, & hos, & alios omnes affectus ex uitiatis humoribus ortos cinnamomum admi
ſtũ, utpote quod alterantem habet facultatẽ uitioſarum qualitatum in id, quod ſecundum naturã
habet. Quare ſcire oportet affectiones in humoribus uitiatis circa uentrẽ, & ſtomachum, maxi-
me per medicamenta ex aloe iuuari: in maximũ uerò detrimẽtum peruenire ex adſtringentium F
eduliorũ, potuum, ac pharmacorum uſu: quemadmodum uice uerſa, in quibus humiditas multa,
& uelut mador quiſpiã eſt circa affectã partẽ, citra uitiatos humores, qui ipſe ſola quantitate, &
copia affligat, & uelut irriguũ uentris os reddat, utiliſſimus adſtringentium eduliorum, potuum,
ac pharmacorum uſus exiſtit, languida nimirum, & exoluta tunc reddita affecta particula ad mo
dum laxatorum articulorũ: in quibus ipſis etiã adſtringentium uſus corrigit affectionem. Cæte-
rum picra confectio (de hac enim nobis ſermo eſt) uelut cinnamomum, ſic etiã alia partim, ut ſto
macho commoda, partim ut tenuium partium, & extergentia, aſſumit: quæ robore quidem mul-
tum à cinnamomo deficiunt, idem uero facultatis genus habent. Secundum" à præſcripta cõpo- A.l.5.ſu.1.t.1
ſitione Andromachus, ſic ad uerbum tradidit. *Aliud ut Lampon Peluſiota.* Cinnamomi, calami fol.531.g
aromatici, caſiæ nigræ, xylobalſami, floris iunci odorati, palmæ elates, ſingulorum quadrantẽ,
alii unciã unam: omnia in craſſas partes tuſa in ollam nouã coniice: & aquæ pluuiæ ſextariis tri-
bus infuſis, donec dimidiũ ſuperſit coque, & excola: & accepta aloes indicæ libra una, aquã plu
uiã ſufficientem ſuperfundito: & ſub caniculę ęſtus donec reſiccetur tertio: atq; ubi primum per
hanc aquã aloen ipſam edulcaris, poſtea eam, q̃ ab aromatis excolata eſt, aquam affundito, & in
Sole, donec reſiccetur, terito: indeq; trita hæc quæ ſequuntur admiſceto: croci, myrrhæ, maſti- G
ches, ſingulorum quadrantẽ, alii vnciã i: conterito ſimul omnia, & reſicca reponito: atque in po-
tionibus ad conuulſa, rupta, plagas internarum partium, incipientes laterum dolores utitor: itẽ
ad inflatos, dolentes ſtomachũ, tarde cõcoquentes, reiectantes ſanguinẽ, & iſchiadicos. Datur
ad ſummmum obolus unus, aut duo, ex aquæ cyatho uno: reliquis pro uiribus præbeto. In uulne
ribus & inflãmationibus, dilutum aceto mulſo utiliter imponitur: in oculorum inflammationi-
bus ſucco mentæ, aut calaminthæ, aut ſolani, aut alicuius conſimilis. In podicis inflammationi-
bus cum roſaceo, aut uino aminæo. Vtere ẽt in unguiũ abſceſſibus, paronychias Græci uocant,
ſicco, ſuperne linamento cũ roſaceo impoſito: Et ad ſanguinis eruptiones ſicco cũ aceto. Et ad
cruſtas in ore, ex paſſo gargariſſandum dato. Hoc pharmacum quod Peluſiotæ Lamponis eſſe
ait, ad multas affectiones cõmodum eſt, polychreſta, ob id, talia Græci appellant: de quibus etiã
ante aliquid dictum eſt, q̃uidelicet deficiant ab ijs, quæ unũ quoddam optime faciunt, ob multi
tudinẽ eorum, quæ promittunt. Apparantur autem cum unum habere uiginti affectionibus con-
gruum malumus. ſi tot numero alia: cum tñ ad ſingulas affectiones, unũ aliquod deſtinatum eo,
quod ad plures paratum eſt, melius exiſtat. Facultas aũt ipſius per quã in prædictis efficax eſt, te- H
nuium partiũ exiſtit, & calfactoria, ſecans, extergens, & aperiens, & ob id diſcuſſoria redundan
tium in quibuſdam partibus ſeroſorum ſuccorum ac humorum. Et propterea etiam prædictis in
ſermone affectibus conuenit, diſcutiens, ut dixi, uitioſos & ſeroſos ſuccos, ac humores affecta-
rum partium. Quare ẽt prædictas alui affectiones, in quibus picra confectio moderatam purga
tionẽ operatur, curauerit per modicã reſiccationem, non per coaceruatã euacuationem. Præſtã
tior igitur eſt ad huiuſmodi affectus picra compõ prima deſcripta. Tertium poſt prædicta phar-
macum Andromachus ſic deſcripſit. *Ad Stomachicos, & cœliacos paſtillus amarus, mollit aluum, facit ad ſomnum. Eſt autem ex libris Aphrodæ. Facit & ad ueſicam, & coli affectus.* Seminis apii, 3i
vi, aniſi drach. ſex, piperis albi ſeſquidrachmam, caſtorii drach. duas, myrrhæ ſeſquidrachmã,
nardi celticæ floris ſeſquidrachmam, opii ſeſquidrachmam, cinnamomi ſeſquidrachmam, co-
mæ abſinthii, drachmas tres, aloes obolos tres, maſtiches drachmam unam: cum aqua paſtillos
formato triobolares aut drachmales, & dato cũ aquæ cyathis tribus. Neq; in hoc pharmaco ad
ſcripſit Andromachus, quos nam ſtomachicos dicat ex iis, qui quidpiam patiuntur: uerum ex
eo quòd compoſitioni additum eſt opium, manifeſtum fit, compoſitorem huius pharmaci in-
tentionem ſuam eo direxiſſe, ut reſiccatorium ſimul & doloris ſedatorium pharmacum effice-
ret, ſomnumq; aliquem induceret, non tamen contentioſe cõtra unam aliquam ex prædictis af-

fectionibus

A fectionibus inſtando, quo videlicet breui ipſam excideret. Quartum deinde pharmacum Andromachus ſcripſit, neq; ad unã aliquã affectionẽ contentioſe compoſitum, neq; ad multas moderate. Habet deſcriptio hoc modo. *Ad Stomachicos Hiera Antipatri.* Aloes bonæ. 3. quatuor, maſtiches. 3. duas, aſari drach. quatuor: roſarum ſiccarum, iunci odorati, mei, phu, caſiæ, ſingulorum ſemiunciam. Vtere arido trito quemadmodum in hiera ex aloe. Quintum poſt hæc pharmacum, quod ex plantaginis ſucco præparatur, & ipſum Apollonii eſſe ait, tale eſt. Succi plantaginis aridi drach. tres, maſtiches, 3. duas, myrrhæ. 3. i, mentæ. 3. i, zingiberis. 3. unam. Videtur mihi Apollonius hanc compoſitionem experimento cognouiſſe in ſtomacho calidiorem affectionem habente, atque ita ipſam indiſcriminatim extuliſſe, non potentem frigidis affectionibus conuenire: refrigeratorius enim eſt plantaginis ſuccus. Porro, quæ ſequitur uidetur mihi compoſita eſſe ab eodem autore, in prioris uſu ſucceſſum non ſentiente, & recognoſcẽte pharmacum refrigeratorium ſe effeciſſe, & ob id caſtorii modicum, & aloes quippiam apponente, quæ euacuare poteſt: & maſtichen, ut ſtomacho commodam: ac crocum, & myrrham, ut quæ concoquere queant. Quapropter neque hoc, neque præcedẽs pharmacum adhibuerim in ſtomachica affectione, cũ nullam probe curare poſſint, præterquàm multum calidam. Scripſit de
B ea hoc modo. Succi plantaginis ſicci. 3. x, aloes Indicæ. 3. i, maſtiches. 3. i, croci obolos duos, opii obolos tres, caſtorii obolos tres, myrrhæ. 3. i: formato ad magnitudinem ciceris. Similiter autem neque conſequenter ſcriptum citra diſcrimen recte quis adhibuerit in alia affectione, q̃ quæ moderata ſiccatione, & adſtrictione opus habeat, in humoribus quidem modicis, qualitate uero non uitiatis: componitur. n. ex ſuccino, & maſtiche, ſic ipſo Andromacho prodente. Succini: maſtiches chiæ. Succini plus coniice. Dato cochlearium unum ex aqua tritum. Cæterum quod ſequitur pharmacum, hac deſcriptione, Stomachica Galli, affectioni, quæ calfieri, & ſecari poſtulat, utilis exiſtit, ex fœniculo, aceto, & melle conſtans, quod ipſum Andromachus his uerbis tradidit. *Stomachica Galli.* Corticis radicis fœniculi libræ dimidium, aceti acris ſextariũ unum eiusq; dimidium, aloes quadrantem, mellis attici libram i. Radices lotas ad triduum aceto macerato, deinde coquito: atque ubi coctæ fuerint, expreſſas proiicito, & affuſo ad acetum melle ſimul coquito: deinde aloen inſpergito: & cochlearia tria cum aqua dato. Alcetius ſophiſta ad hanc deſcriptionem addidit rutæ, & apii, ſemina gerentium, utriuſq; manipulum, iubens cum radicibus macerari, ac coqui: & aceti † ſextarium dimidium, ʒ & mellis libras duas cõiicit: atq; hanc laudat. Poſt præſcripta pharmaca Andromachus ſic ait. *Stomachica, vt Nicoſtratus.* † Quidã legunt, ſextarios ſex.

C Succini, maſtiches chiæ puræ, iridis illyricæ, ſingulorum triẽtem: floris roſarum ſextantem. Dato aridi triti cochlearia duo, cum aqua lactoſa: ſtatim. n. dolorem leuat. Reponatur in corneo uaſe. Et hoc pharmacum palàm eſt adſtringentius quodammodo eſſe: optatq; affectionem humidiorẽ in humoribus non multis, neq; ualde mordacibus: in quibus ſane experimentum pharmaci feciſſe eius authorẽ opinor: aut certe aſſiduo eius uſu ægrum a dolore leuaſſe, atque inde uniuerſalem pronunciationem ipſi appoſuiſſe, q̃ uidelicet ſtatim ægrum dolore leuet, cum non poſſit id in multis preſtare. Poſtremum deinceps pharmacum ab Andromacho ſcriptũ hoc modo eſt. *Ad Stomachicos.* Corticis radicis fœniculi drachmas duas, uini cyathos tres, coquito ad tertias, ut vnus cyathus ſuperſit: ac totum præbeto. Et hoc ex calfacientibus eſt, opusq; habet affectione, quæ calfieri exoptat.

Stomachica pharmaca ab Aſclepiade in primo Internorum conſcripta. CAP. 3.

ASclepiades porrò de Stomachicis ſcripturus, de ipſis ſic ordiẽ: Ad ſtomachi ſubuerſiones. Quas uerò ſubuerſiones dicat, non manifeſte indicauit. Põt enim, & appetitus perditionẽ ita appellare. Poteſt ẽt nauſeoſas affectiones ab accepto cibo fientes: aliquando enim hoc unũ ſolum ſymptoma accedit accepto cibo, ut ſi paulo fortiori motu moueantur, ſtatim uomãt: ap-
D pellant igitur aliqui ẽt tales ſtomachicos, & ſtomachũ ipſis ſupinũ reddi aiũt. Sequitur aũt hoc
Alj.f.13.t.1 ſymptoma qñq; ad ſolã oris uentris debilitatem, q̃ cibos amplecti, eisq; obuolui non poteſt, ue
6.31.f.288.h lut tota uentris amplitudo ſolet. Qñq; uerò, & cum uitiatæ alicuius modicæ tñ humiditatis cõplexu: etenim multa, quemadmodum ẽt ualde uitiata etiam citra cibum, nauſeam efficit. Cæterum, quæ a multis vulgo ſupinitas ſtomachi appellatur, contingit quidem iuxta intemperiem quãcunq; tandem citra uitiatos humores. Fit ẽt per humiditatẽ multam quidem, nõ tñ malignæ qualitatis: irriguus. n. ſtomachus per largam humectationem ſimiliter, ut ligamenta neruorum, laxatur. Facillime itaq; curabilis hæc eſt affectio ex oĩbus fere aliis, pharmacis indigẽs, quæ ſiccare humiditatem, & coagmentare & conſtringere laxatum corpus, ualent. Vbi igitur per profundum fuerit extenta humiditas, craſſaq; ſit, & uiſcoſa, opus eſt miſtura pharmaci attenuatorii, & ſi ita dicere libeat, perroſiui, quale eſt acetum, & acetum mulſum. Si uero neq; talis ſit humiditas, neq; in altũ extenta, adſtringentia ſola ſuffecerint ad curationẽ. Propoſitũ igitur in ſermone pharmacũ non moderatarũ ſupinitatũ, ſed fortiorũ, eſt curatiuum: eſſet autẽ & moderatarum ſanatiuũ, ſi adſtringentia ſola quis miſceret, aut ẽt ex calfacientibus quippiam, ſi frigidã eſſe affectionem ſentiret. Sufficiens autem ſignum eſt frigidæ affectionis, ſi æger ſe non ſitire p̃cipiat: ubi enim neque ſiticuloſus fuerit, neque ardorem ſenſerit in ore ventris, palàm eſt affectionem

ctionẽ non calidam esse. Idonea itaq; sunt ad huiusmodi ventris affectus quatuor pharmaca ab E
Asclepiade conscripta, quæ etiã ego nunc scribam, ipsius Asclepiadæ, & verbis, & ordine seruatis. *Ad Stomachi subuersiones.* Nucleorum mali punici acidi tusorum succi sextarios tres, succi mentæ sextarium unum, mellis attici sextarium unum, in vas fictile conijcito, ac coquito assidue agitando: & ubi densata fuerint, ab igne ablata reponito. Tempore usus dato mystrũ unum aut duos ante cibum. *Aliud, facit ad Dysentericos, & vomentes cibum.* Radicis mali cotoneæ libram unam, uini myrtei sextarios tres, coquito ad tertias: deinde exprimito liquorem, & mellis attici sesquilibram addito: rursusque coquito assidue mouendo. Dato ex reposito uelut dictum est. *Confectio ex fructibus, facit ad stomachi subuersionem, Cœliacos, & Dysentericos.* Mala co-
* *Aliter xij.* tonea numero * decẽ, sorba numero quinquaginta, mespila quinquaginta, rhois rubri sextariũ vnum, aquæ congios septẽ. Fructus tusos, & in aquam coniectos diligẽter coquito: & ubi dissoluti fuerint, liquorem exprimito: ac rursus coquito electo eo, quod ex fructibus instar palearum exuccum reliquum est: cum uero tertia pars liquoris superfuerit, mellis attici libras quatuor addito, & ad prunas assidue agitando coquito, ac spissata reponito. Vsus ostẽsus est. *Aliud pharmacum.* Sorborum maturorum sextarium vnum, baccarum myrti nigrarum sextarium unũ, rhois syriaci sextarium unum, prunorum sylue-strium sextarium unum, mespilorum sextarium vnum, F
phœnicobalanorum Thebaicorum libras duas, mala cotonea decem, mala punica integra vna cũ nucleis decem, musti aminei sextarios xlviii. Præpara pro consuetudine, & expressum liquorem rursus diligenter coque, donec spissetur. Vtere ut dictum est. Porrò post præscriptas confectiones quintam scripsit Asclepiades hoc modo. *Catapotia ad stomachi subuersiones, Origeniæ, bona, & valde probata.* Florum rosarum. 3. viii, baccarum myrti nigræ exacinatarum acetabulum, seminis hyoscyami acetabuli dimidium. Terito simul diligenter, sufficiente protropo paulatim instillato: deinde his palmularum passarum, patetos Græci uocant, decem numero, carnẽ addito: & ex contritis catapotia ciceris magnitudine formato: & tres aut quatuor cum aquæ mulsæ veteris dilutæ cyath. ii, exhibeto. Et hoc pharmacum in ijsdem affectionibus commodum est, in quibus quatuor præscripta. Voluit autem author huius pharmaci per seminis hyoscyami misturam, doloris sedationem & somnum inducere una cum reficcatione. Manifestum est aũt refrigeratorium quippiam hyoscyami semen habere, uelut etiam papaueris semen habet: quare ad calidos affectus facit. Simile præscripto pharmacum deinceps proditum ab ipso est his uerbis: Rosarum recentiũ delectis unguibus. 3. viii, seminis papaueris albi. 3. quatuor, seminis hyoscyami. 3. duas, aloes obo. iii, asari obo. iii: cum aqua diluta in pilulas redigito, & ciceris magni- G
tudinem præbeto. Septimum post prędicta pharmacum Asclepiades scripsit, appositio discrimine a symptomate palàm apparente: ait enim, ardori stomachi ipsum conuenire, & ꝓpea Adipson. i. sitim extinguens, appellat, compositionem ipsius sic tradens. *Ad Ardorem stomachi Adipson catapotium.* Seminis cucumeris satiui. 3. octo, seminis portulacæ. 3. octo, tragacanthæ drach. quatuor. Tragacantham ouorum crudorum recẽtium candido dissolue, & probe tritis aliis adde: & ex mistis catapotia forma, eaq; in umbra resicca: atque unum sub lingua tenendum præbæ, ac liquorẽ inde solutum deuorare iube. Quin, & quod postea sequitur, refrigerat, ac corroborat stomachum madore prægnãtem, & qui humidam, ac calidam affectionem hẽt. Scribit autem de ipso Asclepiades hæc uerba. ¶ *Aliud, facit ad stomachi subuersionem, maxime commodum est ardorem multum perferentibus, & qui stomacho exuruntur.* Foliorum rosarum uiridium drach. sex, glycyrhizæ. 3. quatuor, nardi indicæ drachma quatuor. Excipe uino dulci, aut protropo, & redige in catapotia: ex quibus unum sub lingua tenendum præbe: aut ciceris magnitudinem cum frigida aqua dissolue, & in potu exhibe. Nonum deinceps pharmacum Asclepiades scripsit hoc modo. *Ad singultum, & stomachi debilitatem, & cibi reiectionem.* Reiectio itaque, hoc est vo-
mitus ex genere est supinitatum. Quando enim os uentris fortiter afficitur, hoc autem uelut di- H
xi, ob uitiosos humores, quos uenter abrumpere conatus, propter debilitatem nauseæ symptoma perpetitur, atque hanc etiam tum ante acceptionem cibi, tum post ingestũ cibum, ob extremam debilitatem perfert. Supinitates igitur ex uitiatis humoribus obortas picra confectio, quã celerrime curat, nempe uitiatos humores expurgans. Vomitus uero ob imbecillitatem grauati stomachi oborti curantur per intemperaturæ correctionem. Non parum sæpe contingit etiã non solum stomachum, sed & uentrem, ob debilitatem ferre nõ posse ciborum onus, atq; ideo reijcere, aliquando quidem ad infernam partem, ubi illis robustior sit stomachus: aliquando uero sursum ob stomachi imbecillitatem, quando sane hic debilior fuerit infernis partibus. Hoc itaq; uomitus symptoma unum quidem est, sequitur autem ad multas affectiones diuersam medelam exigentes. Similiter & singultus stomacho interdum ob frigiditatem, aut repletionem accidit: interdum ob mordacitatem humorũ acrium, & medicamentaria qualitate præditorum. Impossibile itaque est pharmacum inuenire omnibus dictis affectionibus aptum. Cæterum quæ deinceps scripsit Asclepiades duo pharmaca, ostensa sunt substantiam habere multum ab humana natura diuersam, quæ ipsa maxime omnium inter reliquas corporis partes stomachus non fert ob excellentiam sensus, qua præditus existit. Magnopere igitur affligitur stomachus etiam

A etiam vbi ex ſtomaticis pharmacis, quippiã in ipſum fuerit præterlapſum, maxime quę atramẽtum ſutorium, aut tale quid, in ſe hũt. Quod.n. ex fructibus conſtat, ex comeſtili materia compoſitum eſt: uerum atramentum ſutorium contrariæ penitus homini naturæ eſt: quemadmodum ẽt mandragora. Fugienda itaq; ſunt hæc duo pharmaca ex chryſobalano, & radicis mãdragoræ cortice compoſita: apponã tñ ẽt ipſorum cõpoſitionẽ. Et prioris quidem deſcriptio hæc eſt. Chryſobalani libram i, maſtiches chiæ libræ dimidium, corticis radicis mandragoræ quadrantẽ: tuſa, & cribrata excipe mentæ ſucco, & redige in catapotia. Da inde obolos tres cum aquæ frigidæ cyathis tribus. Poſterioris aũt deſcriptio hæc eſt. Maſtiches chiæ lib. i, tragacanthæ albę lib. unam, corticis radicis mandragoræ ſextantem: tuſa, & cribrata reponito. Vſu exigente, dato cochlearium inſperſum aquæ frigidæ cyatho uni. Poſt præſcriptas cõfectiones Aſclepiades ſic ſcripſit. Ad uoluuloſas ſtomachi ſubuerſiones. Coniectarit quiſpiã, ipſum uoluuloſas appellare fortes: quemadmodum.n. in uoluulis ſubuerſiones fiunt cum magna contentione, & uiolentia, adeo ut ſtercus ẽt euomant, ſic ẽt alios uomitus concitatos quis appellare voluuloſos poſſit: ſequuntur autẽ hmõi uomitus, ubi affectæ partes a medicatis ſeroſis humoribus magnopere fuerint afflictæ. ſi uero etiã imbecilliores fuerint, duplicatur malum. Erit itaq; ob id curationis ſco-

B pus, ut ſimul ad affectas partes odoratas qualitates opponamus, quales aromatum ſunt, & quorundã ſeminum in ciborum uſum uenientiũ, uelut eſt aniſum, apium, daucus, cuminum, & ſeſeli. Iuxta hanc itaque rationem Hippocrates in pleuriticis purgatiuum exhibens medicamentum, miſceri aliquid ex his iuſſit, ſic ſcribens: ‖ Si uero ſub ſepto tranſuerſo ſit dolor, & ad clauiculam non ſe extendat, mollire uentrem oportet ueratro nigro, aut peplio: ad ueratrum quidem dauco, aut ſeſelide, aut cumino, aut aniſo, aut alio quopiam odorato addito. Apparet.n. q̃ in his miſcendis maxime odorem ipſorum reſpiciat, quo medicamentariã uim, quæ hominis naturæ cõtraria eſt, mitiget, & obtundat: quemadmodum.n. graueolentia oĩa ſtomachum ſubuertere ſolent, ſic odorata corroborare. Si uero ultra hoc ẽt in ciborũ uſum ueniant, multipliciter auxilian tur ſtomacho ob uitiatos ſeroſos humores ſubuerſo. Atque iuxta hanc ratiocinationem autor propoſiti pharmaci aniſum, & apium admiſcuit: abſinthium uero propterea, q̃ a natura uim habet extergendi, ac repurgandi, & ſubducendi, uitiatos ſtomachi humores, ampliusq; denſat, & conſtringit, ac robur addit parti affectæ. Cinnamomum autem addidit, ut quod oĩbus fœtidis, & putredinoſis ſeroſis humoribus, ſe opponat iuxta utranq; facultatem ſuam, alteratiuã, & diſcuſſoriam: non paruam.n. ex odore ſuo exhibet utilitatem oĩbus* malis affectionibus. Opij ue-

C ro parum pharmaco immiſcuit, ſenſum ſtomachi hebetare uolens: qua ratione ẽt cęliacis ipſum damus, ut quod profundum quendam ſoporem inducere poſſit. Quo uero uehemẽtem opii frigiditatem cõpoſitor ipſe corrigeret, caſtorium ipſi adiecit, oppoſitum ferme ipſi in facultate: eadem ratione ẽt piper admiſtum eſt. De myrrha uero operæpretium eſt ſcire, q̃ in quantum facultas ipſius eſt concoctoria humorum præter naturam, & uitioſorum, in tantum conuenienter admiſcetur: in quantum autem medicamentaria eſt, non conuenienter: uerum paucitas eius ad concoctionem quippiam confert, qualitatis aũt peregrinitas non apparet, utpote uicta ab odoratis. Ego itaq; hoc pharmacum ẽt ſine myrrha præparare conſueui, ad ſecuritatem perducere ſemper tentans uſum omniũ pharmacorum, præſertim ubi in acuta febri tale quid exhibetur. Cum igitur cinnamomum habeat hoc pharmacum, & ſemina calida urinam cientia, ac piper, & præterea caſtorium, ac opium, merito multis affectionibus commodum eſt, quandoque cum uino ſtomacho grato datum, quale protropum eſt: quandoque cum myrti baccarum decocto, uelut in dyſentericis: aut cum aceto mulſo, uelut in ſplenicis: in cholera uero & bilis uomitu, ac effluxu, cum frigida, uelut Aſclepiades ſcripſit, ſed addito diſcrimine, ſi fiticuloſior eſt nunc, quàm antea, aut nauſeæ calidæ ſenſus circa os uentris ipſi contingat, aut frigidam bibere ſanus

D conſueuit. Ego ſane hoc medicamentum ad ſecuriorem uſum perduxi, myrrhamq; dimiſi, & piperis quantitatem auxi. Cum uero plurimum cinnamomum accipiat, neceſſarium nobis eſt, ubi cinnamomo caremus, caſiam optimam conijciamus, aut plus, quàm duplo cinnamomi põdere, aut omnino non minus. Cæterum commenſuratio, ac apponderatio pharmacorum, quæ ipſum conſtituunt, ab Aſclepiade his uerbis proditur. *Ad' Voluuloſas ſtomachi ſubuerſiones paſtillus Amazonum. Facit ad inflatos, ardorem ſtomachi, & vomentes cibum. Facit, & ad internas affectiones.* Seminis apij drachmas ſex aniſi. 3. ſex, abſinthii drachmas quatuor, piperis drachmas duas, myrrhæ drachmas duas, cinnamomi drachmas ſex, opii drachmas duas, caſtorij drachmas. ii, Cum aqua paſtillos formato, & ſummum drachmam unã dato, ſtomachicis cum protropi diluti cyathis tribus: cholericis, & uomentibus cibum, cum frigida: cęliacis, & dyſentericis cum baccarum myrti decocto: ſpleniticis cum aceti mulſi cyath. iii. Aliud pharmacum deinceps ſcripſit Aſclepiades, non ſolum ad voluuloſas ſtomachi ſubuerſiones ipſum cõuenire promittens, ſed & ad intenſos ſingultus, & ſtomachicos, qui ardorem, hoc eſt multam caliditatem percipiũt. Dictum autem iam ſępe a me eſt, impoſſibile eſſe inuenire pharmacum ad multas affectiones optimum: inuenitur enim in unaquaque ipſarum id, quod proprie ipſis deſtinatum eſt præſtantius eſſe. Verum iis, qui unũ pharmacum ad multos affectus habere uolunt, etiam horũ præparatio,

ac

2. de Rat. vict. a u. text. 11. 7. 117. h

* κακαῖς. aliter κακοχύμοις.

ac compoſitio utilis exiſtit. Continetur tamen ambiguitas quædã in huiuſmodi pharmacorum promiſſionibus, qualẽ Aſclepiades nunc de propoſito pharmaco fecit. Putabunt enim fortaſſis aliqui ex ignaris, tum ſingulorum trium ſymptomatum curationem promitti, tum duorum ſimul coincidentium, aut omnium ſimul: velut cum lancinatur vehementer nauſeans eger, & ſingultit, & multæ anxioſæ caliditatis ſenſum circa ſtomachum percipit. Et de tali ſane affectione primo dicam, in qua tria hæc mala ſimul hoĩem infeſtant, nimirum ardoris ſenſus, & ſingultus, & affectio uoluuloſa ‖ Hippocrates quidẽ igitur conuulſionem fieri dixit ex repletione, & euacuatione, & additum eſt ad aphoriſmum, ferme, in oĩbus exemplaribus, Sic autem & ſingultus. Ego uero in conuulſione tertiam aliquam cauſam ſupra euacuationem, & repletionem nondũ repperi: Singultum″ aũt ſine his fieri uideo, acribus humoribus, aut† ſeroſis, & medicatis, ſtomachum mordentibus, quos ubi uomitu reiecerint, ſtatim ſingultu liberantur. Quin, & multi deuorato pharmaco ex tribus piperis generibus conſtante, ſi ſtatim uinum inſuper bibant, omnino ſingultiunt, ex quorum numero etiam ego ſum. Amplius autem, & cibo in mordacem qualitatem corrupto aliqui ſingultiunt: & quod a uomitu ſtatim liberantur, omnibus notum eſt. Quidam ẽt ex rigore oris uentris ſingultiunt. Verũ pueros maxime frequenter ſingultire contingit, tum ob corruptionẽ alimenti in uentre, tum ob partis * frigiditatẽ. An uero, & ob nimiam euacuationem fiat ſingultus, veluti ẽt conuulſio, dignũ conſideratione eſt. Verum ſi in præſens hac conſideratione relicta, eos, qui ob frigiditatem, aut ciborum copiam, aut mordacem acredinẽ, grauantur, intueamur, uomitum reperiemus ſufficientem medelam eorum, qui ob copiam, aut morſum ſingultiunt, caliditatem uero eorum, qui ob frigiditatem. Alio autẽ modo reperiemus ẽt ſenſus ſtupefactionem per refrigerãtia, & permutationem, ac diſcuſſionem mordacium per attenuantia, & reſiccantia. Componitur aũt ex hmõi ipſum pharmacum. Opium enim, & roſæ, & pſyllij ſuccus, ex refrigerantibus ſunt. Spica nardi uero, & chryſobalanos, ex diſcutientibus, & corroborantibus. Aſarum autẽ per urinam deducit uitioſos humores. Aloe vero uitiatos humores expurgat, & inferne per uentrem euacuat. Crocus autem concoquit, & roborat partes, per temperamentum quidem caliditatis concoctionẽ efficiens, per adſtringendi uero uim, quę ipſi adeſt, robur addẽs. Coſtus aũt ſufficienter calfacit, moderate uero adſtringit, quod & ex guſtu eius percipitur. Ex his porro compoſitum pharmacum aptum eſt ſingultientibus: aptum eſt & iis, qui ad uomendum lancinantur: † & qui circa præcedens pharmacũ dicti ſunt, uerum non ſimiliter ut illud, neq; aliquid aliud ex odoratis hẽt, neq; cinnamomum. Refrigerantium aũt in ipſo miſtura ſtupefacere ſenſum potens, mitigãdo moleſtiam ex mordacitate ſeroſorũ, & aliorum ẽt humorum obortam, uere aptum pharmacum efficit ad nauſeoſæ affectionis imminutionem. Qñquidem uero ẽt ad ſtomachi ardorem conuenire pharmacum dixit, repugnat aũt huic ſermoni calfaciens coſtus, operæprætium fuerit, & de eo dicere. Quemadmodum in antidotis colicis appellatis, & a quibuſdam, dolorum ſedatoriis, qualis eſt Philonis antidotus, ſcopus cõponendi pharmacum eſt ſtupefacere ſenſum dolentium. Quo uero non cum magno detrimento id fiat, & ut per altũ dolentium corporum frigiditas ξceleriterξ penetret, calfacientia miſcenẽ, quæ refrigerantium ſtupefactionem deducere pñt, cum illa ipſa per ſe tardi tranſitus exiſtant. Hæc igitur ubi quis inaudiuerit, quantitatem conſideret ſimplicium pharmacorum, quæ in cõpoſitiones miſcentur: ex hac.n. ſciet, num magis, aut minus, efficere poſſit compoſitum pharmacum ea, quæ promittit. Si namq; refrigerantia plura apparuerint, ſenſum affectorum magis obtundit, & quantũ caloris in ipſa particula fuerit, ẽt hunc extinguit: ubi uero calfacientia fuerint aucta, minus quidem hæc efficiet ipſum pharmacũ, innocentius aũt reddetur. Noſſe.n. oportet corpora uiuentium mortificationi ſimile quippiam perpeti ab oĩum ex opio, & hyoſcyamo, & mandragora compoſitorum pharmacorum uſu, nimirum cauſis dolorem infligentibus inſenſibilibus factis: & multi ſane, qui aſſidue talia accipiunt, ad immedicabilem frigiditatem particulas perducunt. Quemadmodũ aũt in refrigerantiũ & calfacientiũ oppoſitione, utrorunq; quantitas oñdit prædominãtem pharmaci actionẽ, eodem mõ ẽt in alijs conſiderationẽ facere oportet: uelut dẽſantibus, & rarefacientibus, coagmẽtãtibus, & diffundẽtibus, odoratis, & graueolentibus, humectãtibus, & ſiccãtibus, diſcutiẽtibus & cohibentibus. Itaq; ubi ſubſcripſero his miſtorũ in cõpoſitione quãtitatẽ, ad cohærẽtia trãſibo. Scripſit aũt ipſam Aſclepiades in hæc uerba.

¶ *Stomachicis ardorem ſentientibus, & intenſos ſingultus, & voluuloſas ſtomachi affectiones.*

Coſti. 3. quatuor, ſpicæ nardi. 3. quatuor, chryſobalanorũ. 3. quatuor, roſarum uiridium. 3. quatuor, maſtiches drach. quatuor, aloes drach. duas, aſari drach. duas, opii drachmã unam. Excipe ſucco pſyllii, & reduc ad paſtillorum formam, & exhibe obolos tres. Liquor ſit affectioni cõueniẽs. Poſt præſcripta pharmaca Antidotum Hieram iã antea in Andromachi pharmacis cõſcriptam, ex aloe, & cinnamomo compoſitam, etiam ipſe tradidit, nõ iuxta eandem commenſurationem, & ſymmetriam. Habent autem uerba eius in hunc modum. *Antidotus Hiera, hoc eſt ſacra, Themiſonis, ad ſtomachi ſubuerſiones. Facit, & ad ſentientes ardorem, & omnem inflationem, tardam concoctionem, & affectiones uteri. Probe cit urinam, & omnino admiranda confectio eſt Hydropicis, Hepaticis, & Nephriticis. Deducit & fœminis Menſes.* Aloes drach. c, maſtiches unciam unã, croci

6. Apho. Apho. 39. Ex. ord. 50. f

† ἢ ἰχώρων φαρμακωδῶν, id eſt ichoribus medicamentoſis. ita antiquus interpres, ſed neque ſic clara eſt locutio.

* ψύξει. i. frigiditatem, eſt in impreſſis. δήξεσι. i. mordicationibus, eſt in aliquibus antiquis.

† διὰ τὰς κατὰ τὸ προγεγραμμένον εἰρημένας αἰτίας eſt in antiquis, i. ob cauſas in præcedente pharmaco dictas.

A. l. 3. f. 113. c. f. c. 19. fo. 306. c

A croci unc.i,nardi indicæ vnc.i,cinnamomi vnc.i,carpobalſami unc.i,aſari vnc.i:tundito, & anguſtiſſimo cribro excernito,atq; aridum,ut ne tranſpiret,ſeruato.Vſus eius eſt ad tarde concoquentes,atq; ita ſanos.3.i,cum frigidæ cyath.iiii.uomentibus bilem,aut aliàs fluxione laborantibus drachmæ dimidium: ad inflammationes internas conuenit cum aqua mulſa bibitum: verũ quibus urinam ciere volumus,aut menſes deducere,pharmacũ cum uino damus. Eſt aũt medicamẽtum inſperſile,in pulueris,ac farinæ formam redactum.Hæc quidem ſcripſit Aſclepiades de prædicto pharmaco. Videamus autẽ primum in his de quantitate pharmacorum ipſum conſtituentium quatenus conſenſit,& diſſenſit,cũ Andromacho: deinde conſequenter de promiſſione,& uſu.Equidem in miſtura pharmacorũ cõſenſerunt inter ſe Andromachus,& Aſclepiades in hoc,℈ aloes drachmas centum conijciunt:Diſſentiunt autẽ in eo,℈ Aſclepiades ſimpliciter aloes ſcripſit,Andromachus autem lotæ appoſuit:Et ℈ Aſclepiades reliquorum ſingulorum ſingulas vncias admiſcuit,hoc eſt drachmas argenteas octo,aut ſeptem & dimidiã, Andromachus uero ſex: Amplius etiam in eo,℈ Aſclepiades carpobalſamum,Andromachus xylobalſamum inijcit:& præterea,℈ Aſclepiades florem iunci odorati penitus relinquit. Cæterũ circa promiſſionem operum Andromachus nihil amplius ſcripſit,quàm quibuſdam vnum co-
B chlearium, quibuſdam duo, cum aquæ frigidæ, aut calidæ cyathis tribus exhibere: verũ Aſclepiades plura de uſu propoſitæ antidoti prodidit.Ad tardas.n.concoctiones ſanorum drachmã unam dari iubet, cum aquæ frigidæ cyath. quatuor:opinor aũt ipſum dicere drachmam argenteã,etenim ſic fere oẽs recentiores medici appellare in more habent:neq; ipſa rei natura aliud nos intelligere cogit: manifeſtum eſt autem, ℈ drachmam dicimus nũc in hmõi oẽs,quod Romani denarium appellant.Verum non oĩbus tarde concoquentibus expedit præbere hoc pharmacum, ſed iis ſolum, quibus ob uitioſos humores tarda concoctio contingit, & maxime cum tenues fuerint,& bilioſi. Fecerit & quietem in ijs, quibus citra uitiatos humores humida intemperies in tantum affectam partem perrigauit, ut exoluatur, & laxetur ad modum ligatoriorum neruorum circa laxatos articulos. At vero,qui bilem in uentre hũt, quæ præſertim ipſis in tunicis in alto continetur, præſtantius pharmacum non repererint. Verum haud ſcio qua ratione parum de ipſo exhibeat Aſclepiades, cum moderata exhibitio ipſius ad drachmas tres progrediatur. Porrò ad inflammationem habentes non ſimpliciter in omni inflammationis tempore dandum eſt,ſed ubi concocta fuerit,& declinarit. ‖ Concocta enim medicanda recte cẽſet Hippocrates,non cruda,neque in principijs,† niſi ſua ſponte concitata id expetant,ʒhoc eſt niſi mo-
C tus ad excretionem † nos adducat,ʒqui nondum firmam aliquam inclinationem,ac ſtationẽ ad unam partem habeat.Recte aũt hoc pharmacum tarde cõcoquentibus,aut bilem uomentibus, aut alias ſtomachi fluxione laborantibus, aquæ cyathis quatuor inſpergens præbet, nimirum ſubuerſionem ſtomacho ex melle oborientem formidans. Ad declinationem aũt internarum inflammationum cum aqua mulſa tempeſtiue quis exhibuerit: Quemadmodum ẽt urinam ciere uolens, aut menſes euacuare. Aſclepiades quidem ex uino dandum ait. Præſtiterit aũt,ut ego ſentio,cum uino mulſo pharmacum præberi: ita enim ſimul,& quæ circa diſtributionem & delationem ex uentre in urinam, & quæ circa uterum inſtant,ſecat,ac diſſoluit: & robur partibus addit,per quas tranſitum facit: ampliusque & locorum per quos fertur caliditatem auget, quæ & ipſa non parum confert ad inſtantes humores fundendos,ac euacuandos. Poſt præſcriptam Hierã Themiſonis antidotũ,Aſclepiades aliam ſic ſcripſit. *Alia ex Mantiæ compoſitionibus Attalica. Facit ad ſtomachicos & reĳcientes cibum, cholericos, cæliacos,dyſentericos.* Compoſitio ſic hẽt. Croci.3.ii,nardi.3.duas,ſeminis hyoſcyami drachmã unã,aloes un.vnam,balauſtij unc.unam, tragacanthæ unc.i, piperis albi unc.i,acaciæ unc.i,rheu pontici unc.i,rhois ſyriaci culinarij vnc.
i: excipe ſucco roſarum in uino auſtero coctarum, & redige in paſtillos drachmæ unius: traga-
D canthã vero ſucco præmaceratam vnito.Hoc pharmacum nihil priori ſimile hẽt:illud.n.purgatorium eſt: hoc adſtringens, iis qui ſtomachum, aut totum uentrem ob multam humiditatem exolutũ,ac laxum hũt,conueniens:quẽadmodũ ẽt in articulis eiuſmodi laxitates contingunt, ligamẽtis ipſorũ multa humiditate perrigatis,quę plurimi medici neruos ligatorios appellare ſolent. Multæ.n.eiuſmodi affectiones tũ in uentre,tum in ſtomacho,fiunt iis,qui multo potu ſe explent,aut fructus humectantes,aut ẽt edulia talis temperamenti,ingerunt. Cum itaq; multi ſint qui tali uictu utanẽ, rationabiliter ẽt prædictę facultatis pharmaca ſæpe ſucceſſu clara euadunt, ut quæ prædominantẽ adſtringendi uim habeant. Vbi uero,aut uitiatos humores euacuare,aut affectam particulam calfacere oportet, non ſolum nihil iuuat ita adſtringẽtium pharmacorum uſus,ſed etiam nocet. Poſt præſcriptum medicamentum, aliorum duorum Aſclepiades meminit, quæ & ipſa ambo bona ſunt, & ex multis compoſita, ac propterea multi ad uarios affectus uſus,& præſertim poſterius. Quòd vero tale ſit,quale ipſum eſſe dicit, etiam nobis ipſis facile erit iudicare ubi in memoriam reuocarimus ſimplicia in ipſo pharmaca, qualia ſingula ſint, ampliusq; methodum compoſitionis eius audiuerimus. *Aſter ſtomachicus, facit ad eos, quibus cibus in uentre aceſcit, ad tormina, deſtillationes, dolorem capitis, ſpuentes ſanguinem, tabeſcentes, affectiones circa veſicam, & uterum.* Præparatur ſic. Succi mandragoræ.3.quatuor,myrrhæ drach.

quatuor,

1. Apho.22.ext. 10.b

† ἢν μὴ ὀργὼ † ἐπείγοιτο *eſt ĩ impreſſis, ſed clarius in manuſcriptis.* ἐπείγοιτο.i. *incitet. vt etiam in aphoriſmis.*

quatuor, balauſtii. 3. iiii, caſtorij. 3. iiii, croci. 3. iiii, opii. 3. ſex, aniſi. 3. viii. ſeminis apii. 3. viii, ſtyracis. 3. viii, hyſſopi cretici drachmas duodecim, ſeminis hyoſcyami albi drachmas duodecim. Componito, pro more, & digerito in paſtillos: dato pro viribus. Liquor ſit affectioni cõueniens. E

¶ *Aſter alter inexuperabilis, pharmacum accommodatum, ſedans dolorem, inducens ſomnum, multi vſus ad varios affectus. Nam & ſtomachi morbos mirabiliter ſanat a ructibus acidis, ægris concoctionibus, torminibus,* voluulis, inflationibus. Facit, & ad capitis dolores potatum, & foris illitum fronti, aceto dilutum. Facit, & ad oculorum dolorem paſtillus perdicij ſucco dilutus. Facit, & ad dentium dolorem cauernæ inditus, tritus ac galbano exceptus, aut fici ſucco. Prodeſt ad influxus oculorum, & tonſillarum inflammationes, vino dulci dilutus, ita vt ad oculos lanam eo imbutam imponamus: in tonſillis vero affectis tepefactum † colluamus. Facit ad omnem ſanguinis fluxum vino myrtito diſſolutus: & ad veteres ac recentes tuſſes, & deſtillationes dilutus vino theræo, aut protropo, aut ſcybelite. Facit phthiſicis, ſuppuratis, marrubij ſucco diſſolutus. Hæmoptoicis, Dyſentericis, cholericis, ſanguinariæ ſucco dilutus: & ad omnis reptilis plagam cum rutæ decocto potatus. Soluit irritationes per circuitum repetentes, duabus ante eius inuaſionem horis, ex vini diluti cyathis tribus acceptus. Menſes etiam fœminarum ducit, artemiſiæ decocto dilutus. Facit, & ad veſicæ affectiones vino mulſo diſſolutus. Similiter etiam ijs, quæ ab vtero ſuffocantur, auxiliatur. Facit Arthriticis, Podagricis, gentianæ decocto dilutus. Et de his quidem, quæ efficit, hactenus.* F

Compoſitio vero hoc modo habet. Myrrhæ. 3. iiii, ſtyracis. 3. quatuor, nardi indicæ. 3. quatuor, caſiæ fiſtulæ drachmas quatuor: terræ ſemniæ, quæ ſphragis, hoc eſt ſigillum, appellatur, drachmas quatuor: corticis mandragoræ drachmas quatuor. In alio exemplari etiam piperis drachmas quatuor, croci drachmas ſex, ſucci papaueris. 3. ſex, ſeminis dauci cretici drachmas octo, aniſi drachmas octo, ſeſelis maſſilienſis drachmas octo, ſeminis apii drach. octo. Myrrha, & ſtyrax, atque opium, vino diſſoluuntur odorato, & teruntur: arida uero tunduntur, & cribrantur, ac deinde ſimul miſcentur: ſubiguntur, ac in paſtillos coguntur ponderis drachmæ dimidiæ, & in umbra reſiccantur. Vſus oſtenſus eſt. In aliis exemplaribus paſtillorum pondus drachmale proditur.

ἰλλιγμος.

† παραινεῖν ἀναγαργαρίζεσθαι. i. admonendũ eſt, ut gargarizetur.

Quæ Archigenes in primo pharmacorum ſecundum genus prodidit, de affectionibus circa ſtomachum. CAP. 4.

CVm multæ, & variæ ſint circa ſtomachum affectiones, atq; hæ oẽs fere in totum ex * crudi- G
tate oriantur, totis viribus cõſiderãdum. Et ſi quidem aquarũ, aut aeris malitia oſtẽdatur, uniuerſali uia, ac ratione, q̃ maxime licet utẽtes, hæc immutando, hoĩem liberare eſt opus: Si uero ob inconſuetos cibos, eis interdicemus: Si vero ob copiam, cibos contrahemus: Et in uniuerſum ex quacũq; cã ſuſpicati fuerimus fieri, eam prohibebimus. Quòd ſi in oĩbus ipſis bono ordine tractetur, & iuxta ipſum ſtomachum tamẽ concoctiones impediãtur, unctionibus, & exercitiis, uociferationibusque, & alijs hmõi, per expertum artificẽ adhibitis, ſtomachus corroboretur. Verum ructu acido affectis coriandrum cochlearij menſura ante reliquum cibum edendum dato, & merum inſuper bibendum. Quòd ſi qñq; moderata * cruditas, & quæ contẽni poſſit, oboriatur, longiore tpe in lecto decumbendum eſt: & ſi negocia id non permittant, quanto poſſibile eſt, oĩs diſtentio, & labor, ampliusq; æſtus † ac ira, uitãda ſunt. Serius ẽt, q̃ pro conſueto tpe ex feruida aqua lauandum eſt: & in priore balnei domo aqua tepida hauſta, oĩa in ſtomachum coaceruata pituitoſa remouenda: & modico cibo, itemq; potu prima die utendum. Si vero fortis ciborum corruptio * fiat, ſtomachiq; morſum ſentiant, ac ipſos eructent, ampliusq; nauſea afficiantur, aqua tepida exhibita uomere cogito, donec oẽ corruptum expurgetur: deinde caput mollibus linteolis ad ignem calefactis obducito: aut hmõi aliquo non inani ductu locos circa ſtomachum foueto, & præcordia mitigato: ſummas item partes molli frictione, aut etiam conſtrictione lenito. Atq; ita in lectulo quieſcere ſinito, ac inediã per totam ſequentem diẽ per H
ferre, Si non abſurdum quid inde conſequatur, fortiores quidem, ut prædictum eſt, affectos lauatione curato: ſi uero infirmi eſſent, moderate ad diem unum refectos, in ſequentem lauato, moderatis cibis, ac potibus ad triduum uti iuſſos. Et cruditatis * quidem talis quædam (ut rudi quadam forma expreſſi) curatio exiſtit. Verum de iis, quæ ex ipſa proueniunt, uelut profluuio uentris, aut bilis per uomitum, ac ſeceſſum reiectione, aut aliis eiuſmodi, in proprio loco dicetur. Cæterum in alijs ſtomachi moleſtijs, iis quidem, qui ſtomacho exuruntur cum exolutione, aut animi deliquio, aut appetentia perdita, ex qualicunq; tãdem cauſa, præter febrem, cyathos tres, aut quatuor aquæ frigidæ abſorbendos dato, bis aut ter per interualla: & ſi quidẽ inde mitius habeant, ipſos reuocatos tum cibo, tum ẽt aliis, refocillare tentabis. Si uero permaneat malum, † deprehẽſis atq; læuigatis extremitatibus, huiuſmodi quendam cremorem aſſidue abſorbendum dato, uelut palmularum, malorum cotoneorum, pyrorum, meſpilorum, baccarum iuniperi, pampinorũ uitis, roſarum, mali item punici nucleum non habentis ſuccum, aut nuces pineas uiginti, & ſeminis cucumeris grana xxv, baccas myrti uiginti, croci obolos duos * & roſarũ duarũ folia ex aqua bibenda exhibeto. Aut aquã frigidã cũ omphacii ſucco præbeto. Aut florem roſarum cum nardo, & aqua frigida. Aut etiam portulacæ ſemen admiſceto, aut a triplicis

** ἀπεψίας.*

† Additur in antiquis græc. καὶ ψύχος, i. & frigus.

A.l.3.f.13.a.3 c.5.fol.298.d

† Al. ligatis, & calefactis.

** Al. unum & al. dimidium.*

ſemen

A ſemen,aut malorum cotoneorum decoctum. Aut cucumerum ſatiuorum ſemina quinquaginta trita,ex frigida præbe. Aut orizam coctam cum butyro edendam exhibe. Aut tragoriganum tritam,& exuccatã cum aqua edendam præbe. Aut fabas ægyptias decẽ, & nardi celticæ obo. ii,utraq; toſta,& trita bibẽda exhibe cũ mali punici acidi, ac dulcis ſucco, & aqua, pari utriuſq; menſura. Aut mentæ ramulum contritum bibendum dato. Aut œnanthen ſimiliter tritam cum nardo indica bibendam dato. Aut lentes coctos tritos ex aqua præbeto. Aut phœnicobalanos, cũ roſis. Aut marrubij ſuccum cum melle: &, vbi paululum quieuerint,uinum cum polenta exhibeto. Aut cardamomi drachmam unam, cum aceti mulſi cyathis tribus potandam dato, ac quieſcere ſinito. Porrò iis,qui ſaliuam multam in ſtomacho aggregarunt, aridã conyzã mandu candã dato: Forin ſecus uero ſtomacho imponãtur uitis folia uiridia trita: aut mala cotonea,aut palmulæ,aut meſpila cũ cerato. Aut myrti folia tenera, uel rubi, uel lentiſci, trita cum polentæ flore frigida ſubacto. Aut portulaca uiridis ſimiliter præparata. Aut caſeus recens mollis cũ polenta,& apii foliis. Aut ſeridis folia cum aceto,& polenta,ac apii foliis. Si uero multũ ſint æſtuoſi,veſicã aqua expletã imponito. Aut niuẽ ſup dato. Aut cucurbitarũ ramenta imponito,& oĩno oĩa,quibus in cardiacis utimur. Dolores aũt ſtomachi lenit,& maxime iis, q̃bus triſtitia aliqua
B aut deſperatio accedũt,lac aſininum,aut muliebre,aut bubulum,ſilicibus incoctis potatum. Aut vnguentum nardinum,vel aliquod pretioſum dato ex aqua. Aut decoctum floris iunci odorati, roſarum flore ſimul inſperſo. Aut portulacæ ſuccum,qñq; per ſe,qñq; cum nardo. Aut oui uitellum toſtum,& in farinam comminutum,cum polenta bibendum dato. Aut amaras nuces cum cucumeris ſemine, & nuce pinea. Aut rumicis ſylueſtris ſeminis obolos tres bibendos præbeto. Oẽs uero circa ſtomachũ dolores,& diſplicentias, ac moleſtias ſedari aiunt cochlea aphricana cruda integra vorata. Exoluto aũt ſolum & nauſeabundo facto ſtomacho, lactucæ albæ ſemen modicum ex aquæ cyathis quatuor,aut uino bibendum dato. Aut paſſerum ſtercus aridũ uelut polentam,ſiue aquam biberint,ſiue vinum, inſpergito. Aut maſtiches chiæ cochleariũ ex aqua frigida dato. Aut glaciem ieiunis quotidie exhibeto, ut ea aſſidue manducata ſaliuam expuant. Aut conizam aridam manducent. Si vero una cum humectatione ẽt inflammatio aliqua adſit, œnanthen cũ meliloto,aut roſam ſiccam cum cerato roſaceo parum reſinæ uſtæ habẽte,impone. Aut acaciæ,& † aluminis Melii pares partes dupla cerati proportione excipe,& ut malagma impone. Cæterum quibus bilem atram generantibus ſtomachus inflatur, ſpongias aceto acerrimo calido imbutas ad ſtomachũ imponito,atq; hoc maxime tpe diſtẽtionum: & ſi poſtea etiã-
C num perſeuerarint, alumen liquidum cum atramento ſutorio trito melle exceptum imponito. Aut hæc & aloẽ pari portione miſta,& cerato myrteo excepta imponito. Aut hederæ foliis uino coctis pro catapla ſmate utitor. Aut plantaginis cum ſale tritis. Aut armentariæ bouis ſtercus aridum uino coctũ. Aut marrubium cum pane,& roſaceo ſubactũ. Aut bulbos ruſos, & alumen pari portione imponito. Poſt hæc antidotus apyretos appellata,aut hiera,aut alia quæpiã,quę cuiq; per experientiam cognita eſt,in potu exhibenda eſt. In cibo ſtomachicis conueniunt beta,lens,tragus,oryza,alica: malis cotoneis,aut palmulis,aut meſpilis,aut mali punici nucleo carentis,granis,aut melapiis,ſimul incoctis: aut teneris lentiſci, aut myrti,aut rubi ramulis admiſtis. Panis ſit ſumme tñ fermentatus,aut penitus abſq; fermento præparatus. Ex oleribus conueniunt cruda,cichoriũ,meconides,eryngiũ,intubus,gingidiũ,ſeris,lactucæ: cocta maxime cõmoda eſt braſica,& ſiſarũ. Ex reliquis aũt coctis conueniunt cochleæ,& bulbi. Ex carnibus uenter, roſtra,pedes: turdi,perdices,attagenes,turtures,palũbes,anates,lepores,dorcades. Ex piſcibus ſquillæ,gãmari, natatrices ſiue colymbænæ,locuſtæ,loligenes, ſepiæ: & ex iis,qui duras carnes hñt muli: ex teſtaceis maxime buccina, purpuræ,pectines,glauci,cerri,glandes,ſiue balani. Verũ ſiſarũ a reliquis oĩbus acceptũ,ut ſtomacho gratũ, & refectioni cõmodũ, ad pleraſq; oẽs ſto-
D machi acceſſiones cõueniens eſt. In potu prodeſt uinum,qđ unuſquiſq; libenter bibit. At vero iis,qui inflãtur,ſtomacho diſtenduntur, polii faſciculum coquito,& bibẽdũ dato. Aut calaminthæ decoctum per noctem ſub dio expoſitũ,modico melle,& piperis drachma*una,admiſtis,bibendũ præbeto. Aut ſpongiã acerrimo aceto imbutã pedibus,ac brachiis imponito, uſquequo bullæ excitentur,maxime ſi cibos reiectent. Aut ſẽnigræci farinã aceto ſubactam. Aut ſinapi tritum cum aceto uſquequo rubefiat locus. Aut pſyllium aceto, & aqua maceratũ,& in mortario tuſum,pari portione carnium cochlearũ admiſta,in malagmatis forma imponito. *Quæ ſtomachicis dolorem eximant.* Cuminũ toſtum & apiũ, utrunq; modica portione cũ aqua bibendũ præbe. Aut aloes obolos ii,cũ uino mulſo,aut uino,aut aqua,bibẽdos dato. Aut abrotoni,& thymi utriuſq; obolos duos,ex uino p̃be bibẽdos. Ligaturas inſuper extremarũ partium fortiter adhibe,& circa ip̃m ſtomachum cucurbitulis, & fomentis uariis utere. Quòd ſi uehementer ualida ſit diſtẽtio,ẽt uenæ ſectio efficax auxiliũ erit,& alui ſolutio p̃ ſuppoſititiã glandem. Deinceps poſt pręſcripta Archigenes de fame ingẽti,bulimo Græcis appellata,itẽq; de ſingultu,prodit quę ſequuntur. Porrò eos,qui ex ingenti fame in uiis,uel alio quocunq; mõ aĩo linquunt, reuocabimus odoramẽtis aceti,aut pulegii: aut, q̃ forte obtingit terra aceto macerata: aut malis,aut pyris,aut aliis ſimilibus fructibus,qui ad manũ ſunt. Panẽ inſuper odorandũ dabimus,& ingerere cogemus.

† συντηρίας μὴ λείας. i. aluminis non læuis, eſt in impreſſis. ĩ manuſcriptis eſt. συντηρίας ὑγροῦς μὴ λείας. i. aluminis humidi nõ læuis. & ita ẽt in veteri tralatione.

cogemus. Ad hæc.n.ſingula confeſtim excitantur,& præterea ad ſuillam carnẽ aſſatã,ac coctã, E & in uniuerſum ad oẽ,quod multum alit,& præſertim ea,quę odorem nidoroſum,ac probe cõ ditum abundanter hũt: per hmõi enim odores ut plurimum tales reuocantur. Nihilo minus tĩ etiam extremæ partes ipſorum conſtringendæ ſunt,ipſiq́ excitandi tum maxillarum punctura, † tum capillorum, ac aurium diſtentione. Refocillabis porro ab exolutione, panem in uino diluto,aut ẽt aliud quippiam ex ijs,quæ aceruatim reficere uires pñt,exhibendo: uelut ſunt oua ſorbilia,† bulbi,cochleæ.Et enim ſingula hæc ſtomachi humiditatẽ eximunt, & in modica mole multam uim complexa cumulatim corroborant.Singultientibus autem rutam cum uino dato, aut nitrum in aqua mulſa, aut opium, aut caſtorium, aut abrotonum,aut ariſtolochiam,aut daucum creticum,aut cuminum, aut aniſum,aut zingiberis radicem,aut ſcyllã cũ aceto,& oleo, aut tordilion,aut dictamnum,aut calaminthen,aut acorum,aſarum item, & nardum celticũ, & pulegium,ſingula tum per ſe,tum ſimul miſta.

† καὶ τρίχας ἢ ὦτα ἀνατείνοντας, eſt in impreſſis, vt tranſtulit interpres. in aliquibus manuſcriptis. καὶ τρίχας εἰς τὰ ἄνω τείνοντας. i. tum capillorum ad ſuperiora tractu

Pharmacum noſtrum, ex ſucco malorum cotoneorum conſtans.

Magnæ equidẽ oris uentris affectiones a prædictis pharmacis curantur: moderatas uero oẽs ferme, præter eas, quæ ex uehementi ardore fiunt, ſubſcriptum medicamentum iuuat. Succi malorum cotoneorum ſextarios duos,mellis attici ſextarios duos, aceti ſeſquiſextariũ: ſi uero F multum acre fuerit ſextarium vnum:zingiberis quadrantem,piperis albi unciam * vnam:arida aſperges, ubi malorum ſuccus cum melle & aceto coctus ad lẽtum ignem attici mellis craſſitudinem acceperit. *Aliud ex malorum cotoneorum carne conſtans.* Malorum cotoneorum carnis libras iii,mellis libras iii,aceti albi lib.iii,piperis quandrantem, zingiberis quadrantem,petroſe lini macedonici vnciam unam.

† *Halica cum vino ex Aetio qui oĩa hinc accepit, quòd.n. bulbi, & cochleæ aceruatim nutriant neq́ rationi cõſonum, neque ab vllo probato ſcriptore traditum.*

De Pharmacis,quæ forinſecus ori ventris imponuntur. CAP. 5.

Accedit his Galenum 1.ad Glauc. cap.14. eandem halicã cum eodem caſu laudare.

VOcant quidem plurimi medici,haud ſcio quare,velut Aſclepiades,& Andromachus,oĩa pharmaca,quæ forinſecus imponuntur,ſiue adſtringendo condenſent,ſiue indurent,Malagmata,§quæ uox emollitionis ſignificationem habet § Verum nos permittemus ipſis,ẽt ſi nõ proprie appellant.Quæ autẽ conſcripſerunt ad ſtomachi affectiones commoda pharmaca,per experientiam non illorum ſolum,ſed etiam noſtrã approbata,ea nunc adſcribemus,ab ijs quæ Aſclepiades prodidit initio facto.

*Aliter.ij.

Quæ pharmaca Aſclepiades ad ſtomachi affectiones in quarto externorum tradidit, quæ Marcellæ inſcribit.

Eueni, ad ſtomachi ſubuerſiones, doloresq́ facit, partim etiam ad inflammationes. Oenanthes.3.G octo,croci. 3. duas, roſarum ſiccarum. 3. quatuor,meliloti. 3.quatuor,maſtiches.3.quatuor,ramentorum ſuccini drachmas quatuor,carnis phẽnicobalanorum quadrantẽ, uini myrtei quod ſatis eſt.Arida tundito, & per anguſtiſſimum cribrum concernito, & cum uino myrteo diluito, ut cerati ſpiſſioris craſſitudinem accipiant:his carnem phœnicobalanorũ addito, & conquaſſata cerato ex roſaceo apparato excipito,& linteolo infarta ori uẽtris imponito.Facit,& ad oculos inflammatos. *Aliud.*Oenanthes.3.vj,croci.3.duas,* myrrhæ.3.quatuor,floris roſarum.3.iiii, meliloti,maſtiches,utriuſque.3.quatuor,aloes.3.iiii,corticis mandragorę.3.quatuor,carnis pal mularum quadrantem:excipe cerato ex roſaceo apparato. *Aſclepiadæ qui* * *Philophyſicus dictus eſt,hoc eſt naturæ ſtudioſus,ad ſtomachi ſubuerſiones. Facit & cœliacis & Dyſentericis.* Seminis hyoſcyami.3.quatuor,ſeminis apii.3.quatuor* floris roſarum.3.duas,ſeminis aniſi.3.duas,ſucci hypociſtidis.3.duas,myrrhæ.3.duas croci ſeſquidrachmam,opij ſequidrachmam.Arida tundito, & per anguſtiſſimum cribrum excernito: hypociſtidem uero, & myrrham, & papaueris ſuccum uino myrteo diſſoluta aridis adiicito: & paſtillos formato,eosq; in umbra reſiccato. Vſus tpe quãtũ opus eſt tuſum,melle cocto excipito, & deinde linteolo infartum locis affectis imponito.Si fortis fuerit fluxio,ſucci hypociſtidis aliam adhuc drachmã addito,& floris roſarum tan H tundem. *Aliud galli Marci Aſclepiadei,ad eaſdem affectiones.* Seminis hyoſcyami.3.tres,florum roſarum drachmas duas,aniſi drachmas duas,ſeminis apij.3. quatuor,opii drachmam i, ſucci hypociſtidis.3.duas,myrrhę troglodítidis drachmas duas,croci ſeſquiſdrachmam,uini myrtei, quod ſatis eſt,mellis cocti quod ſufficit, præpara, ac utere ut dictum eſt. Eiuſmodi pharmaca ẽt bibuntur, & ualde auxiliantur. Cohibito autem fluxu, & ſequente dolore,tantundem ponderis cerati roſacei ad pharmaci cõfectionem addere oportet. Si uero multa fluxio contingit,ad pharmacũ ſucci hypociſtidis drachmas tres conijcito,& florum roſarum aliam drachmam.Vigilijs infeſtantibus,ẽt ſucci papaueris aliam drachmam addito. *Aliud Nicerati,cœliacis,dyſentericis,valde generoſum.*Oenanthes * drachmas duas, roſarum ſiccarum vnciam unam maſtiches vnc.i.aloes.unc.i, gallarum omphacitidũ unc.i,aluminis rotundi unc. i, acaciæ vnc. i,ceræ lib.i, picis brutiæ quadrantem, olei myrtei lib.i,arida cum liquidis committito. *Aliud valde præclarum.* Oenanthes unciam.i,omphacii vnc.i,gallæ omphacitidis unc.i,aluminis ſciſſi unc.i,acacię vnciam i,cytinorum mali punici,balauſtij,maſtiches,ſingulorum vnc. i: uini myrtitæ,quantum ſatis ex his ſubigendis,carnis phẽnicobalanorũ ſexuncẽ: excipe cerato præparato ex lentiſcini libra una,præpara,ac utere ut dictũ eſt.Hæc quidem igitur præſcripta pharmaca facultatis ſunt adſtrin-

* *Aliter. iiij.*

* Aliter iiii.

* *Al.philoſophicus.*

* Aliter. ij.

* *Al.vnciam.*

A adſtringẽtioris:quæ uerò deinceps ab Aſclepiade prodita ſunt,miſtam facultatem hẽbat, adeo ut etiam induratas inflammationes curent: & propterea etiam hepaticis utilia ſunt, opus.n. habent etiam illi adſtringentium ad laxantia miſtura, non tñ æque, vt ſtomachici: in ſtomachicis enim medicamentis qualitas adſtrictoria prædominatur. ¶ *Malagma Nilo inſcriptum, facit ad Diſtentiones, & ad articulorum dolores. Diſſoluit omnem duritiem. Facit & ad exarticulata & luxata poſt declinationem inflammationum impoſitum. Facit ſpleniticis & hepaticis.* Ceræ lib.vnam,ammoniaci thymiamatis lib.i,olei cyprini libr.i, croci ſemiunciam,aceti quod ſatis eſt:ammoniacum diſſolui to,deinde ſic arida adiicito. ¶ *Aliud ex libris Arÿ Aſclepiadei.* Ammoniaci thymiamatis lib.ii,diligenter tritas in uas fictile coniice,eiq; floris ſalis lib.i,adde, & olei cyprini ſeſquilibrã. Coq; ad lẽtũ ignẽ aſſidue agitãdo: atq; ubi emplaſtri formam acceperint, adiice ceræ lib.ii:qua eliquata,cũ pharmacum amplius non inquinauerit,eximito,& in mortariũ transferto,conquaſſatumq; diligenter reponito,ac utitor. *Malagma Nilei * crocerum, pharmacum accomodatum ad præ dictas affectiones, facit & ad eryſipelata. Hoc vſus eſt Licinius Atticus.* Ammoniaci thymiamatis lib. vnã,ceræ lib.i,olei roſacei librã i,croci unciam unam,aceti quãtum ſufficit: præparato ꝓ more.

† *Hypochondriorum, eſt in cod. græco.*

* κροκηρὸν. al. κρόκινον, al. κίρρον.

¶ *Aliud Melinum inſcriptum aromaticum, hepaticis, ſtomachicis, & ad præcordia diſtẽta, & omnem ner*

B *uorum per conſenſum affectionem.* Ammoniaci thymiamatis.3.c,ceræ ponticæ.3.c, melilotorũ.3. †xii:croci,myrrhæ,bdellii,ſingulorum.3.viii:olei cyprini lib.i.¶ *Aliud facit ſtomachicis, hepaticis, ad præcordia inflammata, & omnem neruorum per conſenſum affectionem.* Ceræ.3.c,croci.3.xii,ammoniaci thymiamatis.3.c,myrrhę.3.xii,bdellii.3.viii,confectionis hedychroi quadrantem,vini dulcis quantum ſufficit, olei cyprini lib.i:præpara pro more. ¶ *Aliud Napolitæ, Aromaticum inſcriptum, pharmacum accommodatum ad internas affectiones:* Ammoniaci thymiamatis lib.iii,ceræ lib.iii,olei roſacei lib.iii,confectionis hedychroi libræ dimidium, meliloti libræ dimidium, cyperi libræ dimidium, nardi celticæ libræ dimidium, floris iunci odorati libręs dimidium,uini dulcis,qđ ſatis eſt. Arida cum liquidis ſubacta committito. ¶ *Malagmata bona inflammationum* † *citra debilitatem inueteraturam: quæ ad hepatis inflammationes ſimiliter conueniunt. Malagma Aſclepiadæ ex meliloto Hieraticon, hoc eſt pontificium inſcriptum, ſtomachicis, hepaticis, & ad viſcerum dolores.* Nardi celticę drach.x,cyperi.x,myrrhæ.3.x,cardamomi.3.viii.meliloti.3.xl.croci.3.viii,amomi 3.viii,cypheos hieratici hoc eſt ſacrificulorum.3.xvi,ammoniaci thymiamatis drach.xl,reſinæ terebinthinæ drach.lxxx,ceræ minam unam, ʃolei cyprini minam unamʃ uini odorati Italici he minam unam. Prępara,ut dictum eſt, ac utere. ¶ *Aliud Baſilicum, hoc eſt regium inſcriptum,*

† *Aliter xiiij.*

† *Additur in manuſcriptis, ſtomachi.*

C *faciens ad prædictas affectiones, omnemq; per conſenſum neruorum affectionem.* Cerę minas iii,ammoniaci thymiamatis minas ii,reſinæ frictæ minã unã,meliloti minæ dimidium,propoleos.3.xxv, myrrhę drach.xxv,nardi celticę drach.xxv,ſtyracis drach.xxv,cyperi drach.xxv,iridis illyricæ. 3.xxv: cardamomi,panacis, vtriuſq; drac.xxv: croci,caſię,maſtiches,opobalſami, amomi, floris iunci odorati, ſingulorum drach.xvi: vini Italici odorati quantum ſufficit. Arida cum nardini Aſiani aromatici libris quatuor ſubacta,pro more ꝑparato. *Malagma Polyarchion facit peripneumonicis, ſtomachicis, ſplenicis, hydropicis. Facit ad affectiones circa veſicam, aut vterum: ad omnem neruorum per conſenſum affectionem.* Ceræ minam unam,terebinthinæ minam unam,bdellii minam unam: ammoniaci thymiamatis,cardamomi,cyperi,ſingulorũ minã unã:meliloti,amomi,nardi indicæ,croci,myrrhę, thuris,xylocinnamomi, ſingulorũ dra.xxv:olei cyprini heminã unam, uini Italici,qđ ſatis eſt.Præpara pro more,ac utere quandoque immiſto,quandoq; diſſoluto cũ cerato cyprino.¶ *Polyarchi pharmacum accommodatum, facit ad prædictas affectiones, & omnem neruorum per conſenſum affectionem. Facit etiam ad aſiduas cruditates, & corrumpentes cibum, & uomentes bilem, ac omnes inueteratas affectiones. Vſus eſt eo Iulius Agrippa.* Compoſitio hoc modo hẽt.

D Caſtorii,amomi,utriuſque ſeſcunciam: piperis albi ſeſcunciam, & longi ſeſcunciam, myrrhæ quadrantem,confectionis hedychroi quadrantẽ,carpobalſami quadrantẽ,* croci quadrantẽ: foliorum malabathri, caſiæ roſas referentis,panacis,opobalſami, nardi indicæ, ſingulorũ quadrantẽ:floris iunci odorati,cinnamomi,utriuſq; trientẽ: pyrethri, croci,cardamomi,ſingulorũ triẽtẽ:cyperi ſemiſſem:iridis illyricæ,ariſtolochię longæ & rotundæ,ſingulorum ſemiſſem: ceræ lib.iiii,terebinthinæ lib.ii,reſinæ laricis quadrantem:In alio exemplari,ẽt bdellij triẽtem,ammoniaci thymiamatis * trientem:unguenti nardini aſiani lib.iii:uini falerni, quod ſatis eſt:ꝑpara pro more. Ego autẽ adiicio maſtiches,cinnamomi,ammoniaci thymiamatis,ſtyracis,aloes, opobalſami,ſingulorũ quadrãtem:¶ *Malagma Andromachi ex meliloto.* Nardi celticæ drachmas * octo, cyperi drach.octo, iridis illyricæ drach.octo, myrrhæ drach.octo, croci drach.quatuor, meliloti drach.xxv,ammoniaci thymiamatis drach.l,terebinthinæ drach.l,ceræ drach. c,cypri ni heminæ dimidium, aceti quod ſatis eſt:quidam ammoniaci drach.c.coniiciunt. Facit ad oĩa interna.¶ *Malagma Polyarchi ex epiſtola ad omnia interna.* Cyperi minã unã,cardamomi minam, mannæ tantundem,ceræ tantundem,terebinthinæ frictæ ſeſquiminam, aut liquidæ minas tres, cyprini quantum ſufficit.Ego etiam bdellij appono minam unam. *Aliud, altera deſcriptio.* Cyperi, cardamomi,amomi,bdellij, thuris, balſami, ſingulorum minam unam: ceræ ſeſquiminam, reſinæ frictæ minas quatuor,cyprini heminæ dimidium,uini odorati ſeſquiminam. Prępara vt

* coſti.

* Al.uncias ij.

* Aliter decem.

A.L.5.ſu.2.t.6 fol.554.h

moris eſt,ac vtere velut præſcriptis. Vt ego cõponere ſoleo: Cyperi,cardamomi,amomi,bdel- E
lij,thuris, ſingulorũ minam unam: ceræ minæ dimidium,reſinæ fictæ,aut terebenthinæ minas
iiii. cyprini heminam j.caſiæ minæ quartam partem, ammoniaci thymiamatis minæ quartam
partem: nardi indicæ,croci,myrrhæ, ſingulorum minæ quartam partem: vinum odoratum.

De Hepate & eius affectionibus. CAP. 7.

CVm hæc tractatio poſtrema omnium à me conſcribatur,omnibus ſanè manifeſtũ eſſe opi-
nor, ꝙ ex duobus his alterum verũ ſit,aut alias omnes inutiles eſſe, & ſuperuacaneas, ſi qs
ex hac ſola ſufficiens ſit oẽs affectiones curare, quæ medelã per pharmaca requirant·aut,ſi qui-
dem illæ vtiles exiſtant,primum ipſas legendas eſſe, & in memoriã reuocãdas illis,qui hinc ali-
quid commodi auferre velint. Ipſas etenim methodos curãdi prædictas affectiones in quatuor
decim libris de curandi Methodo inſcriptis prodidi: nunc verò tanquã his ipſis cognitis, citra
p̃dictas demonſtrationes in memoriam reuoco,oſtẽdens oĩno, quomodo nos pharmaca cõpo
* πεῖραν. namus,& q̃ à prioribus ſcripta ſunt iudicemus,indeq; in*vſum agere,ac aſſumere confidamus.
Et ſanè utilis hæc ſpeculatio exiſtit.Nam empirici,qui ſuam artem rationis expertẽ eſſe volunt,
oĩa quidem legenda eſſe cenſent,quæ à probatis medicis ſunt conſcripta: non autem ſtatim in
* χρῆσιν. *vſum aſſumenda eſſe,ſed prius iudicanda,an ſingula ex ipſis ea,q̃ promittunt,opere etiam de- F
* θεωρήματα. monſtrare poſſint.Nos autem experientiã in omni arte magnũ quid poſſe perſuaſi,*ſpeculatio-
nes,tum per rõnalem methodum,tum per rõnalem indicationem,inuentas, ad ea, quæ ab ipſis
de iudicationis hiſtoria tradita ſunt, apponimus demõſtrantes, qualẽ facultatẽ ad ambulãdum
utrunq; crus exhibet,talẽ in medicina experiẽtiam,& rõnem hr̃e. Itaque in tractatione De ſim-
plicibus pharmacis per undecim libros conſcripta, ſingulorum ſponte naturę productorum
pharmacorum facultatem,qua methodo quis inueniat,recẽſuimus: atq; etiam ad particularem
ipſorum materiam ꝓgreſſi vtiliſſimam ad artis opera facultatem omnem ſecundum ſpẽs pro-
didimus. Conſequenter autem ab illo opere,etiam curatiuam tractationem,quomodo quis op
time non ſolum ſimplicibus,ſed ẽt compoſitis,utatur,expoſuimus: ſimulq́ue uias compoſitionis
ipſorum oẽs indicauimus.Cæterum in propoſito iam opere,quomodo varietas compoſitorum
medicamentorum inducta ſit,oſtẽdimus,ac certos iuxta ſpeciem ſcopos, tum compoſitionem,
tum uſum,ipſorum deducentes, ampliusq; iudicationem eorum, quæ iam ante ſcripta ſunt do-
centes.Cum igitur conſequenter poſt prædicta ad affectionem hepatis doctrinam progredi ve
limus, affectus circa ipſum conſiſtentes non nuda doctrina, ſed ratione exquiſitos, referemus,
& ab uniuerſalibus ſcopis curationis ipſorum, quos in curãdi methodo tradidimus, ad cõpoſi- G
torum doctrinam perueniemus. Primum igitur oĩum diſcernẽdum eſt,num debilitas quædam
viſceris adſit, quemadmodum etiam de ventre diximus: aut etiam alia quædam affectio ipſum A.d.3.f.14.f.
apprehenderit:aut citra debilitatẽ affectũ ſit inflammatione,aut induratione, aut abſceſſu labo- c.13 f.30.g.
rans,aut obturatione:quemadmodum ẽt an eryſipelatoſam habeat affectionem,aut ulcus, aut
aliquã putrefactionem,nam & in hoc hepaticam affectionem dicunt: Quemadmodum etiã ore
uentris affecto pleriq; medici,ac idiotæ ſtomachicam affectionẽ uocant,in multis ſymptomati-
bus,non tñ omnibus, circa unam affectionem accedentibus contingẽtem, ſed circa multas una
quadam generali cõmunitate comprehenſas,& tñ inter ſe in tantum differentes, ut aliquæ ipſa
rum maxime cõtrariæ exiſtant. Quomodo.n.non maxime contrariam quis dixerit frigidam in-
temperaturã calidæ,humidã ſiccæ,q̃q̃ ſecundum genus eædem ſint? Fermè autem omnia con
traria eadem genere ſi quis dixerit,non peccabit:contrariorum enim notio cõtingit, ubi plurи-
mum inter ſe diſtarint. Plurimum aũt diſtant, à medijs in quocunq; genere ea, q̃ extrema ſunt,
adeo ut contraria ſæpe quidẽ eadem uideantur iuxta communis generis fines:ſæpe uero gene-
* Al. γενικωτάτων, i. generaliſſimis. ralibus*contrarijs ſupra ipſa aſcendentibus,ab illis cõprehendãtur.Illa ipſa uero ob id omnino
contraria ſunt,quòd cum unius generis ſint,plurimum inter ſe diſtẽt,adeo ut quæ his ſubiacent, H
primũ,& ſupremum genus cõe habeant. Atq; hoc quidem,hoc loco ſemel à nobis obiter,& ac
ceſſionis loco dictũ, ſemper in memoria teneatur, ne videlicet cuipiã uideri poſſit à ſeipſo diſ-
ſentire, qui aliqñ vnã affectionẽ in duobus hominibus eandẽ eſſe dixerit: aliquãdo non unam,
neq; eandem, ſed duas contrarias. Intemperiem.n.unam quãdam affectionem gñaliter appel-
lant,ſed quę in contrarias differentias ſecetur.Licet.n.ſecundum hoc,quod diximus,duo & tria,
antiquis λέγειν i. dicere. & plura iuxta particulares differentias inter ſe contrarijſſima eſſe: † & ſecundũ hoc debilitatis
hepatis affectionem unam eſſe,quã intemperiem uocant,præfatus,non male rurſus dixero non
unam, ſed octo affectiones eſſe, propterea, ꝙ tot differentiæ intemperierum exiſtant. Etenim
rurſus iuxta aliam ſectionem duæ intemperierum differentiæ fiunt,& rurſus iuxta aliam tres:hæ
quidem in qualitatibus ſolis,affectis partibus alteratis:hæ uerò cum humoribus quibuſdam,aut
in ſpatijs affectarum partium cõtentis,aut in ipſis corporibus irriguis ab illis factis. Circa uẽtrẽ
igitur, & inteſtina una in ſingulis eſt cauitas, quæ uitiatã humiditatem ſuſcipere poteſt: Verum
circa hepar tot numero ſunt,quot ſunt arteriæ,& uenæ.Cùm verò hæ omnes anguſta oſcula ha
beant,qua parte ſima huius viſceris cum gibbis coeunt, ac committuntur,obturatio,& oppila-
tio vitioſorum humorum,aliqñ contingunt,ad quas putrefactio conſequitur in calidis breui,in

frigidis

A frigidis intemperaturis uero non cito, ſed temporis progreſſu accedens. Fit autem intemperatura iuxta propriam hepatis ſubſtantiam, quam Eraſiſtratus putat præterfuſionem quandã, hoc eſt parenchyma, & non principaliſſimam uiſceris partẽ eſſe. Fit etiam intemperatura circa contentas in ipſo uenas & arterias, & iuxta materias in ſpatijs ipſarum contentas. Cum autem habeat hoc uiſcus non unam, ſed plures facultates actionum, quas uitæ tempore operatur, easque tot numero, quot ſunt actionum ſpecies, contingit ſæpe unam ipſarũ præcipue lædi, ſæpe duas, & tres, atque omnes quatuor ſimul. Actio nanq; ipſius una quidem attrahere cibum, & alimentum in ſeſe: altera uero obuoluere, & continere, donec permutãs ipſum ſui ipſius faciat partem. Eſt igitur hęc ipſius facultas principaliſſima, & ferè prima, cõcoquere uidelicet & permutare, ac alterare, atque aſſimilare ſibi ipſi alimentum, quã alteratiuã uocamus: quæ uero iuxta hãc alterationem remanent recrementa, ea per aliam facultatem, quam excretiuã, & expulſoriã nominamus, expelluntur. Oſtenſum autem eſt, quod hæ facultates omnes in omnibus ſunt partibus corporis per omne uitæ tempus: omnes enim familiare ſibi attrahũt, & alienum excernunt, attractumque temporis progreſſu alterant, quo tempore etiam retinent, & conſtringunt. Vocatur autẽ alteratio ipſa, uſque quo in ſimilitudinem partis, quæ nutritur, tranſmutatur, cõcoctio: ubi Buero iã parti apponitur, nutritio. Cum igitur hepar præ imbecillitate ex uentre, & inteſtinis alimentum trahere non poteſt, liquida & nondum iuſto modo exuccata per ſedem excernuntur: & ſi quidem uenter ſimul cum hoc uiſcere fuerit imbecillis, ac non probè cõcoquens, *cruda: ſi uero ualidus fuerit, concocta quidẽ ſed liquida, propterea q̃ nulla aut omnino modica digeſtio ac diſtributio ad hepar eſt facta. Si uero traxerit quidẽ hepar in ſe ipſum ex uentre, & inteſtinis alimẽtum, ſanguificare autem ipſum præ debilitate nequit, quemadmodum in uentre multiformis corruptio contingit eorum, quæ cruda remanent, ſic etiam circa hepar. Dico autem nunc *crudi tatẽ ſolam non comprehendẽs hoc ſermone tardam concoctionem. Quod ſi uelis alimentum, ubi crudum, permanet, & alterationem, quæ fit à particula iuxta naturã, non aſſumpſit, itidem *crudum appellare, neque ego fugio appellationem, ſi mihi ſaltem differẽtia rerum conſeruet. Peior enim eſt ea tranſmutio, quæ in peregrinam qualitatem iuxta *cruditatem fit: moderatior uero ea eſt, in qua alimentum ſuam naturam, quã diutiſſime ſeruat, nulla alteratione ex particula, quæ ad ipſum concoquendum à natura deſtinata eſt ſuſcepta: Atqui & tertia, præter has, ſpecies eſt fruſtratæ concoctionis, cum ſemicoctum fit alimentutum. Et circa ipſam ſane exactã cõcoctionem fruſtratam, hepaticis ſanguinolẽtus humor per aluum excernitur talis conſiſtentiæ, ueluti ſi quis ſanguinem cum aqua confudiſſet: & plerique ſane medici imaginẽ eius depingentes ſcripſerunt, talem eius compagem eſſe, uelut ſiquis uictimæ recens mactatæ carnes aqua lauaſſet. Et plurimæ hepaticæ affectiones ab eiuſmodi excretionibus initium capiunt, nondũ magnam debilitatem hepate habẽte, ſed ad huc concoquere, & alimẽtũ alterare uelut in formam ſanguinis, potente. Aucta autem affectione, nihil amplius tale excernitur, ſed multiformes aliæ qualitates, & compages, uelut a uentre ex *cruditate laborante. Verum in uentre ciborũ ipſorũ corruptiones manifeſte apparent: circa hepar uero diſtributum alimentum ad ſanguinẽ prius in uiſcere exiſtentem admiſcetur, corrumpiturq; temporis progreſſu etiam hic, una cum alimento circa ipſum non concocto. Calida igitur intẽperie circa uiſcus exiſtente, colliquationes fiũt, primum humorum. deinde etiam carnis ipſius hepatis: & euacuatur per uẽtrem bilis craſſa, graueolens, & abunde colorata, quemadmodum in peſtilentibus febribus contingit. Frigida uero intemperie exiſtente, neq; aſſiduæ excretiones, neque multæ fiunt: durat tamẽ affectus diutius, & per aliquos dies profluet ipſis uenter maiori copia, cuius neq: fœtor ſimilis eſt ijs, q̃ ex calore ſunt liquefacta, neque color ſimilis, aut compages, uerũ minus graueolentia ab his excernunt, ſpeciem putrefacti ſanguinis non colliquatæ carnis, habentia. Aliquando uero id, quod excerni Dtur, uelut ſanguis niger apparebit: uerum diligenter conſideranti, neque ſanguis niger eſt, neq; grumus, ſed uelut limus quidam ſanguinis craſſi, qui prope ad atram bilem accedat: & plures, ac ægre iudicabiles colores circa eiuſmodi affectionem in egeſtionibus apparent. In utraque autẽ intemperie, tum calida, tũ frigida, quando intemperatura humida, & ſicca fuerint admiſta, liquidiora in humiditatis complexu, ſicciora uero ex ſiccitatis copula, fient recrementa. Scopus igitẽ curationis in eiuſmodi affectionibus fit communis quidem iuxta intemperiei contrarietatẽ, peculiaris autem unicuique per cuiuſque contrarietatem. Affectio igitur hepatica peculiariter appellata, ueluti etiam cœliaca, & ſtomachica, citra tumores præter naturam circa ipſas partes cõtingit. Inflammatum enim eſſe hepar, aut abſceſſu laborare, aut induratũ eſſe, medici dicunt, aut aliud quippiam tale, non tamen hepaticum uocant hominem ipſum, cui tale quippiam accidit. uerum quando citra manifeſtum aliquod in uiſcere malum, in propriis actionibus debilitatur, tunc ægrum hepaticum appellant. Videamus igitur primum ea, quæ ſcripſerunt ij, qui ante nos de pharmacis optime, & ſtudioſiſſime tradere ſategerunt, initio ab iis, quę Andromachus prodidit, facto. Hic enim uir in libro internarum affectionũ curationes continente, multas hepaticas confectiones conſcripſit, quarum omnium faciam mentionem hoc loco, ipſius uerbis in medium adductis, & primum ſanè antidotos adſcribam.

* ὑπεπτημένα.

* ἀπεψίαν.

Alii c. 14. b

Quæ pharmaca ad hepaticos ab Andromacho ſunt conſcripta. CAP. 7. E

Andromachi antidotus Cyphoides ad hepaticos, & omnia Thoracis uitia. Vuæ paſſæ carnis drac. xxv, alij drachmas centum: croci drach. i. alij obol, iij: calami drach. †ii, & dimidiam, bdellii† drachmas duas & dimidiam, ʒ caſiæ ſeſquidrachmã, cinnamomi obolos tres, ſpicæ nardi. ʒ. tres, floris iunci odorati drach. duas & dimidiam, myrrhæ drachmas quatuor: terebinthinæ. ʒ. iiii, alij drac. xvi: ramentorum aſpalathi drach. ij, mellis drach. xvi: uini quod ſatis eſt. Hęc quidẽ eſt antidoti deſcriptio. Appellauit autem ipſam Cyphoide, hoc eſt cypheoformem, ob ſimilitudinem: nam & odore & guſtu ſimilis eſt cyphi ab Aegyptijs appellato, qui ſane primi hoc pharmacum compoſuerunt, & utuntur eo quotidie ad uaporem edendũ accenſo in deorum honorem. Plurima autem eorũ, quæ in illo thymiamate & ſuffumigio ſcripta ſunt, eadem ſunt cum iis, quæ in hoc pharmaco habentur: quin & ſuffumigari hoc ipſum ſimiliter ut cyphi poteſt. Compoſitum eſt autem ex moderatè adſtringentibus, & refriccantibus, ac diſcutientibus uitioſos ſeroſos humores, & corrigentibus humorum malitiam, & contrariam uim habentibus aduerſum putrefactiones, quorum plurimi ex aromatum ſylua exiſtunt. Habet itaque pharmacum hoc cinnamomum, omnes putredinoſas, & uenenoſas facultates corrigens, nõ ſolum feroſorum & aliorũ humorum, ſed etiam lethalium pharmacorum: quemadmodum & feris uirus eiaculantibus contrarium exiſtit. Conſequenter autem poſt cinnamomum caſia eandem uim habet, optima uidelicet, & cognata ipſi cinnamomo. Et poſt hanc omne aromatum genus uelut hic eſt nardus, & iuncus odoratus, calamuſque, & myrrha: hæc enim ad propoſitũ pharmacum iniecta ſunt iuxta iam dictam ratiocinationem & modum: quemadmodum etiam ex ijs, quæ apud nos gignũtur, aſpalathus, & crocus, adſtringens & concoctorium pharmacũ, & quod corrigit putrefactiones. F

Cæterum uua paſſa contemptilis uideri poſſit ob familiarem eius uſum: at uero hoc ipſum eã facit utiliorem, nam cum familiaris nobis ſit, in tantum adſtringens eſt, quantum opus habet uiſcus affectum. Habet autem & uim concoctoriã crudorum humorum, & uim coercẽdi maligna, fitque ipſa haud facilè putredini obnoxia, & ultra hæc ſecundum totam ſubſtantiam uiſceri ipſi familiaris eſt & propria. Didicimus enim, quòd alimenta ſecundum totam ſuam ſubſtantiã, proprietatẽ, ac familiaritatem habẽt ad ea, quæ aluntur, quod maximum eſt in huiuſmodi affectionibus curandis, quæ iuxta intemperiem fiunt: optimè enim, in ipſis faciunt, quæ una cum hoc, q̃ intemperiem curant, etiam alere poſſunt. Et ob id etiam uinum conuenientiſſimum eſt citra inflammationem, aut eryſipelas, aut abſceſſum, aut calidam intemperaturam, ęgrotantibus: nã & nutrit, & concoquit, & roborat, & putrefactioni reſiſtit: & ſi intemperies ex humiditate facta ſit G & frigiditate, eam citra omnem moleſtiam, ac ſecure perſanat. Eadem eſt & mellis facultas, præterquam, quòd non condenſat ſubſtantiam corporum, quæ contingit, ſed pro hoc uim extergendi, & aperiendi, ac puros reddendi meatus, & urinã ciendi, non parua ſanè auxilia, poſſidet. Porrò admiſtum eſt à compoſitore pharmaci bdellium, ſufficienter emolliens, & concoquens, uelut didicimus, ampliusque moderate diſcutiẽs. Conſimilem ferme uim terebinthina rẽſina habet, ſupra hoc, quòd anguſtos meatus extergit, & expurgat: quibus auxilijs uiſcus curandũ opus habet, quo oſculorum uenarum in ipſo commiſſuræ laxæ, & ab obturatione liberæ permaneãt: didicimus nãque quomodo obturatio efficiat putrefactiones. Aliqui tamen huiuſmodi confectionum compoſitores, quemadmodum etiã prius in ſtomachicis dictum eſt, opiũ, aut hyoſcyamũ, aut quippiam aliud ex refrigerantibus miſcendo, ad calidas intemperies utile pharmacũ effecerunt. Et ob id etiam Philonis antidotus mirifice ſemel tantum exhibita hepaticam intemperiẽ ſanauit, id quod & compoſitor eius teſtatum reliquit. Verum ex pharmacis hepaticis ab Andromacho conſcriptis nullum eſt huiuſmodi. Et ſanè uehementer rẽfrigerãs nullum eſſe debet, ſed qualia, tum ab alijs, tum ab Aſclepiade, ſunt ſcripta. Nunc igitur hepaticas antidotos cõſequenter ab Andromacho proditas ſubſcribã, modo memoria nos teneamus, nullã ipſarũ calidis intẽperaturis conuenire, ſed aut humidis, aut frigidis, aut ex utrisq; compoſitis, aut certè humidis quidem fortiter, calidis uero moderate, Conſcribentur aũt omnes iuxta ipſius Andromachi dictionem. ¶ *Alia Cyphoides ad hepaticos, ex libris Galli, ad tuſſes item, & reiectiones.* Croci drach. unam, cinnamomi drachmam unam, myrrhæ drachmam.* unam, bdellii drach. quatuor, aſpalathi obol. iiii, iunci odorati drach. iii, calami drach. ii, caſiæ drach. i, nardi indicæ drach. unam, terebinthinæ drachmas vi, carnis paſſarum uuarum drac. clx, mellis heminam dimidiã, uini chii quod ſatis eſt ad macerandam uuam paſſam, bdellium̃que, ac myrrhã: reſinã uero melle liquefacito: & deinde omnia miſta, ac trita reponito. ¶ *Alia ad hepaticos & icthericos.* Amygdalarum amararum drachmas duas, aniſi drach. i: abſinthij, cumini, ſeminis apij, ſingulorum drach. i: cornu cerui obo. iii. trita cum aqua in paſtillos triobolares redigito, ex eisq; unum mane, ac ueſperi cum uino mulſo dato. ¶ *Nectarea antidotus ad hepaticos, & Arquato laborantes.* *Helenii ſeſquilibrã, crocomagmatis lib. ii, ariſtolochiæ vnc. i, petroſelini vnc. i, piperis nigri vnc. dimidiã, myrrhæ vnc. unã, mel quod ſatis eſt. ¶ *Antidotos hepatica, Athanaſia appellata. Facit & ad nephriticos & ictericos, multum mouet ſudorem.* Croci drach. ii, cinnamomi drac. i, nardi drach. ii, caſiæ, myrrhæ iunci oporati, ſingulorũ ʒ. i: melle attico excipe. Datur fabæ græcæ magnitudine, febricitãtib⁹ ex

aqua

† *Aliter i.* † Aliter. ʒ. i. ℈.

*Aliter ii.

A. l. 5. ſu. t. 2. fol. 526. b

* *Al σεληνου id eſt apy.*

Aet.l.r.ſum.1 cap.61.530.d A aqua mulſa. *Hepatica admiranda, qua Pharnaces herbarius ægrotus uſus eſt.* Croci drach.ii.mei, aſari, phu pōtici, dauci, petroſelini, myrrhæ, ſingulorum drac.iiii. nardi indicæ, & celticæ, utriuſq; drach.vi. coſti, caſiæ iunci odorati, ſingulorū obol.iii. carpobalſami drac.iii. & dimid. rubiæ dra. octo, ſucci radicis dulcis drac.iii. hemionitidis herbæ drach.iii. polii drac.iii. ſucci balſami drach. vi. confectionis hedycroi drach.v. mellis, quod ſatis eſt: utere. Ad omnia uitia efficax eſt, nucis ponticæ magnitudine, cum uino mulſo. *Antidotus hepatica à Nearco laudata.* Radicis panacis, rubiæ, eryngii, eupatorij, helenij radicis, polij, coſti, ariſtolochiæ, piperis, ſcolopendrij herbæ, ſe minis cucumeris, chamæpityos, radicis gentianæ, milti, ſiue rubricæ ſinopidis, fellis urſini, ſpicæ nardi, baccarū iuniperi, ſeminis braſſicæ, ſeminis erucæ, ſingulorū par pondus: melle attico co- cto excipe, ac utere. *Antidotus hepatica* Dioſcori.* Cinnamomi, caſiæ utriuſq; drach.iiii. croci, nardi, coſti, ſeminis balſami, hyperici, glycyrrhizæ, ſingulorū drach.viii. excipe melle attico, ac exhibe nucis ponticæ magnitudine. *Alia ad hepaticos, & reliquos internos affectus, ut Ariſtocles.* Piperis grana xl. myrrhæ drac.viii. croci, coſti, mei, acori, nardi, dauci, ſeminis, petroſelini, ſcor- dii, ſingulorū drac.iiii. cinnamomi drach.xii. caſiæ drac.xii. mellis, quod ſufficit. Datur nucis pō ticæ magnitudine. *Potio ad hepaticos, ſplenīticos, nephriticos, hydropicos. Auxiliatur & ſtomachicis,*
B *& moleſtijs ex partu, & conuulſis. Prodeſt conualeſcentibus, & ſe reficientibus ex infirmitate. Facit ad uitioſos humores, ictericos, & tuſſes, ac pleuriticos. Eſt etiam antidotus ad lethalia pharmaca, & ad ferarum plagas.* Nardi indicæ.ʒ.ii. coſti.ʒ.ii. caſiæ.ʒ.i. croci drach.i. piperis albi obol.v. alii.ʒ.ii. ſe minis apii drac.i. obol.iii. iridis illyricæ tantundem, acori.ʒ.i. obol.i. opobalſami drac.i. ſucci arī maſculi.ʒ.iii. uuæ paſſæ exacinatę drach.vi. terito cum paſſo, aut melle excipito: & drachm.i. cum uino diluto dato, aut cum aquæ mulſæ cyathis quatuor, aut ut conueniens fuerit. Hæ quidem ſunt hepaticæ confectiones ab Andromacho proditæ. Tranſibo autem iam inde ad eas, quas Aſclepiades tradidit in tertio internorum, quæ Mnaſoni inſcribit.

Confectiones hepaticæ ab Aſclepiade conſcriptæ. CAP. 8.

PRimam equidem confectionē Aſclepiades Antonii Muſæ eſſe dicit, hoc modo compoſitā. ¶Succi cichorij cyathum unū cum aquæ calidæ cyathis tribus dato, mellis attici cochlea- rio addito. Aut filicis, uel anethi ſucci cyathum unum, cum aquæ mulſæ cyathis iii. dato. Aut pi- cridis recentis, aut ſeridis recentis, ſucci cyathum unū, cum aquæ mulſæ calidæ cyathis iii. Hæc
Aet.l.2.c 114.cd prima eſt deſcriptio trium pharmacorū in Aſclepiadę libro. Cichoria itaq; & ſeris cibarii gene ris exiſtunt: apud nos nanq; & rurales ambo hæc edunt, & cruda, & cocta: utitur eis etiam Erafi-
C ſtratus abunde in affectionū circa aluum cura. Facultas horum olerum ſubfrigida eſt, & ſubama ra, ac moderate adſtringens, & ℘ has qualitates, optima pharmaca calidis intemperaturis ip- ſius hepatis exiſtunt: ultra hoc enim ℘ moderate refrigerant, amplius & robur uiſceri addunt per adſtrictoriā facultatem. Iuſuperq; commiſſuras oſculorum uenarū in ſima uiſceris parte ad eas, quæ in gibba ſunt, extergent. Neq; uerò frigidas intemperies magnopere lædunt, quemad- modum, quæ frigidam humiditatem abſque adſtrictione, aut amaritudine poſſident, facere ſo- lent. Iuuare etiam uiſcus talium olerum ſubſtantia pōt, etiam ſi citra ſeroſorum, aut aliorum hu morum uitiationem intemperies fiat per ſe, & cum humiditatis cuiuſcunq; complexu: ex miſtu- ra. n. mellis, humiditatem per urinam educunt: quapropter etiam ſi ſiccata tuſa quis potioni in- ſpergat, itidem iuuant: quin & decoctorum decoctum potatum multum commodi affert. Si uerò non calida aliqua intemperies infeſtet, aut ſi obturatio quædam ſit circa uiſcus, magnopere au- xiliantur ex uino albo tenui potata cum iis, quæ urinam ciunt. Vtilis autem non ſolum ſuccus ip- ſorum eſt, tum recens, tum exiccatus: ſed ipſa olera exiccata tuſaque, ac trita potui inſperſa, & eorum decoctum in potu acceptum, auxiliantur. Cæterum ad uiſceris expurgationem, & mea- tuum apertionem, citra manifeſtam calfactionem, aut refrigerationem, optimum pharmacū ſi
D lix eſt, prædominantem habens amarā qualitatem. Anethū uero nihil fortè habet ad huiuſmo- di affectiones, ſed modice refrigerati, ac condenſati uiſceris curatiuum exiſtit. At uerò catapo- tium ex chamæpity, cuius itidem meminit, eiuſdē cum prædictis facultatis eſt, amarum enim & hoc pharmacū eſt: nihil igitur mirum eſt, ipſam chamæpityn, tum per ſe, tum cum cichorio po- tatam, hepaticas intemperaturas iuuare: quemadmodum Aſclepiades ſcripſit in hæc uerba.

Catapotium hepaticis. Radicis chamæpityos drac.octo, radicis cichorij drac.quatuor: contun- de, & excipe melle cocto: ac præbe nucis ponticæ magnitudinem, & aquæ calidæ cyathos tres inſuper bibendos. Hæc Aſclepiades ſcripſit. Iuuant autē prædictæ herbæ hepaticos, nō ſolum ra dicibus ipſarum acceptis, & præparatis, uelut Aſclepiades prodidit, ſed & ſucco, & decocto, & arida coma unà cum ſemine tuſa, ac trita, aſſumptis. Quin & ſphendamni, ideſt aceris, radix tu- ſa & trita, nā & huius meminit, eiuſdem eſt cum prædictis facultatis. Exhibet aūt ex ea drachm.i. cum uini mulſi diluti cyathis tribus. Inſuper & ex nardo celtica pharmacum, cuius item memi- nit, his conſimile eſt: ſcripſit autem ipſum ſic: Nardi celticæ partes tres, abſint hii partem unam, tuſa & cribrata melle cocto excipito, & myſtrum delingendum dato. Et quod poſt hoc ſcriptum eſt, conſimile ipſi exiſtens in reliquis, plus habet de ui expurgandi ipſum uiſcus per urinas. Scri- pſit autem, ſic Aſclepiades de ipſo: *Paſtillus hepaticus amarus.* Aniſi, ſeminis apij, aſari, amyg-

dalarum amararum mundatarum,abſinthij,ſingulorũ.3.iiii:præpara cũ aqua & reduc in paſtil- E
† *Aliter.ij* los: ac febre carentibus exhibe.3. †i. cũ uini diluti cyathis.iii.febrientibus cum aqua mulſa. Hoc pharmacum leniter quodammodo eſt calidum propter urinam ciẽtium miſturam:reliqua uero omnia ſuperiora,aut prædominantem habẽt frigiditatem,aut omnino neque hanc,neq; calidi tatem:uerum uim extergendi, & uias digeſtionis ab obturatione uindicandi omnia habent.

Alia inſuper medicamẽta ab Aſclepiade ſcripta ſunt,partim extergendi ac aperiendi,& ſecã di uim habentia,partim uero calidiora paululum quàm ſunt media:media autem dico,quę neq; calfaciunt,neque refrigerant manifeſte. Vnum uero inter ipſa calfactoriũ eſt,ubi ait. Coſti triti cochlearium præbe cum aquæ mulſæ calidæ cyath.iii.Reliqua uero,quæ prope ad mediũ temperamentum accedentia,ad caliditatem uergunt, hæc ſunt.Helenij drach.xii,crocomagmatis drac.octo,excipe cichorii ſucco: & fac catapotia, eaque pro uiribus exhibe: datur ad ſummum drachma ex uini mulſi diluti calidi cyathis tribus:Hoc pharmacum poterat & abſque helenio calidis intemperaturis conuenire.Quoniam autem helenium extergentibus admiſtum eſt,ad caliditatem uergit, niſi quis omnino modicũ de eo cum multa frigida permiſceat. Quin & id,quod ex fœniculo cõſtat,calfactoriũ eſt, ſic habens:Fœniculi drach.i,petroſelini drach.ii:aniſi,amygdalarum amararum,abſinthii,ſingulorũ drach.i:croci,myrrhæ,utriuſq; obol.iiii:excipe aqua,ac F
redige in paſtillos:& dato drach.unã, ut ſupra dictum eſt. Etenim hoc loco fœniculum quidẽ & petroſelinum multum calfaciunt,reliqua uero moderate.Amygdalæ uero attenuatoriæ ſunt facultatis,& præſertim ſi fuerint amaræ.Medium autem quodammodo inter calfacientia & refrigerantia eſt hoc pharmacum,quod Aſclepiades ſcripſit hoc modo. ¶ *Eclegma hepaticum Paulini:auxiliatur confeſtim*. Chamæpityos ſiccæ lib.i,myrrhæ vnc.i,paſſi protropi ſextar.iii. chamæpityn & uinum dulce coquito:& ubi ſuperfuerit tertia pars,liquorẽ exprimito,eiq; mellis attici libram dimidiã adiicito,ac rurſus coquito: poſtea uero myrrhã addito aſſidue agitãdo:atq; ubi diſſoluta fuerit,ab igne ablata reponito:& ante cibum myſtrum exhibeto.Scripſit & ex cochleis pharmacum hepaticum Aſclepiades huiuſmodi. Cochlearum trium carnem ualde probe teri- A.l.3.f.14.t.1 c.20.fo.310.b
to,& affuſis uini nigri cyathis tribus calfacito,ac bibendũ dato.Videntur autem hęc iuxta totam ſubſtantiam efficacia eſſe, non ſecundum unam aut alteram qualitatem: Quale eſt & lupinũ hepar,cuius abunde experimentum habemus. Vſus autem ipſius conſimilis cochleis eſt:teritur.n. exacte hepar lupinum,& datur drachma una, cum uino aliquo dulci,qualia ſunt theræum,creticum, ſcybelite,ac dulce protropũ. Benigna.n. hæc ſunt uiſceri,ipſum nutrire potentia,& media iuxta calidi & frigidi oppoſitionem: & ob id talia pharmaca omnibus intemperaturis conueni G
re uidentur, ut quæ ex ſubſtantiæ proprietate commoditatem de ſe exhibent,& neque calidas, neq; frigidas,intemperies lædãt. Atqui in febricitãtibus manifeſta febri,aut non obſcure,uelut ſolet aliquibus hepaticis accidere,melius eſt ex aqua calida pharmacũ præbere,aut ex aliquo p dictorum ſuccorũ,uelut eſt ſeridis ſuccus. Ad induratas hepatis affectiones.Et ad has Aſclepiades quatuor pharmaca his uerbis ſcripſit. *Confectio ciens vrinam,facit ad induratas Hepatis affectiones,ad ſplenicos,& ægre ſe à morbo recolligentes, ad hydropicos, & in vniuerſum bonum colorem inducit.* Croci,nardi caſiæ ſingulorum drach.ii:coſti, floris iunci odorati.cinnamomi,myrrhæ ſtactę, ſingulorum drach.i.mellis cocti drach.xxv. Datur fabæ ægyptiæ magnitudine cũ uini mulſi cyath. iiii. ¶ *Alia,qua vſus eſt Paſicrates,vrinam multam ducit*. Seminis dauci ſeſquidrachmam: radicis rheu ponticæ,floris iunci odorati,ſeminis balſami,cedridũ,aniſi,nardi indicæ,croci,cinnamomi,caſiæ,phu,aſari,petroſelini,chamæpityos,ſingulorũ drach.i.& dimidiam:mentæ ſiccę obol. iii. nucleorum pinearum nucum repurgatorũ numero l. excipe melle cocto, & dato nucis ponticæ magnitudinem cum uini mulſi diluti cyathis iii. *Alia antidotus ex Felle vrſino,pharmacum accommodatum ad induratas Hepatis affectiones.* ¶ Chamæpityos,marrubii,ſeminis petroſelini,gentianæ,ſeminis uiticis,fellis urſi,ſinapis,ſeminis cucumeris,ſcolopẽdrij,panacis,rubricæ H
lemniæ,rubiæ,ſeminis braſſicę,ariſtolochiæ,piperis nardi indicę,coſti ſeminis apii,ſeminis erucæ,eryngij,polij,echij,eupatorij, baccarum iuniperi,ſingulorum.3.unam: tuſa & cribrata melle excipe. Datur nucis auellanæ magnitudo, in uini mulſi cyathis duobus. ¶ *Alia accommodata. Facit & ad alias internas affectiones citra tuſsim.* Radicis gentianæ,chamæpityos,marrubij, ſeminis petroſelini,felis urſi, ſinapis,ſeminis,cucumeris,ſcolopendrij,panacis, rubricæ ſinopicæ,rubiæ,ſeminis braſſicæ,ariſtolochiæ longæ, piperis albi,ſpicę nardi,coſti,ſeminis erucæ,eryngij. baccarum iuniperi, fructus fraxini,chamædryos, dictamni cretici,ſeminis ceſtri,ſeminis dauci, ſingulorun unciam unam:mellis attici quod ſatis eſt. Datur nucis ponticæ magnitudo. Liquor A.l.3.f.10.t.2 c.3.fol.263.f
ſit paſſi cretici cyathi duo.Hoc pharmacum uſu & experimento approbatum eſt. In alio exemplari etiam pelecini tantundem habetur.Circa prędicta quatuor pharmaca recte fecit Aſclepiades,quòd non ſimpliciter adſcripſit,uelut in alijs,q ad hepaticos ipſis ſit utendum,ſed cum appoſitione,ad induratas uidelicet affectiones. Humidæ etenim uiſceris affectiones exolutum, & imbecille ipſum facere, ſolent ueluti ſunt articuli laxati:ſiue autem cum frigiditate,ſiue cum caliditate,ſiue ſine his, laxitas ipſius ſola conſtiterit, penitus adſtringentibus pharmacis opus habent:uerum hoc aut cum calfacientium miſtura, ſi frigida qualitas prædominetur:aut cum refri-

gerantium

A gerantium,ſi calida. Quæ uero ob frigidos,& craſſos,ac uiſcoſos humores in ſolidis corporibus imbibitos indurantur,ex neceſſitate frigidam habent affectionẽ:quare & calfacientibus,ſimulque tenuium partium pharmacis opus habent:hæc enim ſufficientia ſunt,& ad uiſcoſitatem humorum induratis partibus infartorum extergendam,& ad ſecandam craſſitudinem,& diſcutiendos ita extenuatos. Verum in quinto De ſimplicium pharmacorũ facultate,ubi de eiuſmodi affectionibus ſermo mihi habitus eſt,emollientium medicamentorum miſturam laudaui,nimirũ ut pręparantem indurata corpora,& prædictis pharmacis idonea facientẽ:citra uero præ emollitionem diffunduntur quodammodo ea ipſa corpora,& è ueſtigio manifeſtam imminutionem habent:ſed in immedicabiles reliquias terminatur res,ubi fuerint ſuperreſiccata.Hæc eadem & in decimoquarto methodi curatoriæ nobis ſunt dicta. Igitur & circa hepar coniectare oportet emollientium miſturam:nam cum compagis humectæ ſit hepatis corpus,ualde moderatis opus habet emollientibus. Prædominatur itaque in ipſo,præter aliarum partium induratarum morem, calfacientium & attenuantium miſtura. Merito itaque ex præſcriptis quatuor pharmacis Aſclepiades poſtremum maxime laudat, ut quod multam de ſe experientiã præbuit:ex aromatis enim cõponitur,attenuare, ac diſcutere ualentibus:aliaque pharmaca adſumpſit,acria,ſecan
B tiaque,ac diſcuſſoria: mitigatoria autem his admiſta ſunt,cucumeris ſemen,ac iuniperi baccæ: deinde uero mel, & eryngium uelut urinam ciẽtia,his addita ſunt,quo exterſæ uiſceris affectionis per urinas deductio fiat.

Quæ Archigenes ad hepaticos in ſecundo pharmacorum ſecundum genus ſcripſit. CAP. 9.

IN hepaticis conueniente prægreſſo ductu per alimenta,unctiones,communia cataplaſmata, uenæ ſectionem,cucurbitas, ſinapiſmos,dropaces,& conſimilem diætã,amplius conſcribendis compoſitis potionibus,& malagmatis, optime ipſis conuenientibus, utaris. Et potionibus quidem his: Senecionis decoctum, ut ualde commodum exhibeto: naſcitur autem huius caulis maxime in tegulis. Aut unguenti nardini cochlearia quatuor quotidie bibenda dato, & maxime in induratis. Aut ariſtolochiæ obolos tres propinato febrientibus ex aqua,febre carentibus ex uino: ualde benefacit. Aut trifolium acidum in aqua coquito ad tertias,& per triduum bibendum dato pro uice cyathum unum. Aut fel urſinum in uaſe leniter feruefacito, & in Sole reſiccato, atque ex eo hepaticis cochlearium unum dato.Aut radicis rubi corticis minam unam, cum aquæ cõgio uno, in nouo uaſculo ad reſiduum quartæ partis coquito:& ad ſuccum per no
C ctem ſub dio expoſitum mellis cyathos vj,admiſceto:& ieiunis ad triduum bibendum dato. Aut pſeudobunij obolum unum dato cum * melle ieiunis. Aut dauci & fœniculi radicis dimidium, cum aceto mulſo ad tertias coquito: & ieiunis cyathum unum exhibeto. Aut glycyrrhizæ ſucci obolum unum, aut duos ieiunis dato:& aluum ſubducit, & urinam mouet. In magna duritia, abrotoni ſuccum, quàm craſſiſſimum præbe bibendum. Aut acori obolum unum, panacis tantundem,cum aqua propinato.Aut ſpicæ nardi decoctum aſſidue exhibeto. ¶ *De Cataplaſmatis.* Cataplaſma porrò hepaticum fit,malis cotoneis cũ farina hordeacea,& fœnogræco coctis.Aut ſemine lini trito cũ polenta in uino cocta:aut ipſo lini ſemine in paſſo cocto.Aut ſemine lini trito cum melle ſubacto.Aut capparis radice in aceto mulſo cocta.Aut farina hordeacea cum ficubus.Aut oleæ radice in uino cocta. Aut myrobalano tuſa cum uino.Aut cerato ex phœnicobalanis facto: ſumme enim ad hepatis inflammationes facit,maxime in quibus etiã ſtomachus affectus eſt,& coſtæ diſtentæ ſunt. Aut palmulam reiecto interno nucleo diligenter tundito,& cũ æquali parte cerati roſacei in mortario probe unito,roſaceum adſtillando,atque ita imponito. Aut myrrham aminæo uino macerato, & palmulis admiſceto, & linteolo infarto imponito.

* Al. oxymelite.

Cæterum malagmata,quibus quis uti poſſit in inflammatione hepatis citra manifeſtam cauſam,poſt irrigationes & cataplaſmata, iam ante ſcripta ſunt in ſermone de oris uentris inflãma
D tione,nimirum communia illi,& hepati exiſtentia:in quibus ſunt etiam,quæ ex meliloto præparantur,& polyarchium.Verùm etiam nunc apponentur quædam ex ipſo Andromacho.

Al.3.c.14.t.2 c.16.fo.317.h

Malagma Andromachi ad hepaticos. Ammoniaci thymiamatis drachmas cxliiii,alii drachmas centum habent:bdellii drachmas xxiiii, alii centum:aceti heminæ quartam partem: cyprini heminam unam,ego uero heminæ dimidium. ¶ *Malagma Apollophanis.* Ceræ drach.lxxx,bdellii drachmas lxxx, ammoniaci thymiamatis drachmas lxxx, terebinthinæ drachmas xl, mannæ thuris drachmas xl.cum irino contundito.

Malagma à Damocrate conſcripta ad hepar & præcordia. Quædam ex eis etiam ad totum uentrem & ſplenem. CAP. 10.

AFfecta ſi quis per ſtomachum præcordia,
Et per iecur, inteſtina per, dein per colum,
Per uentriculum, aut uiſcus aliud ſic propriè
Ductum,uolet inquam læſa quis præcordia
Malagmate integere bono & percommodo,
Primum paratum habebit hoc longe antea.
Recens enim,eſt ægris minus firmum ac ualens.

Cæra,capit, quod Ponticæ libras duas,
Ammoniaci thymiamatis ſolam libram, E
Terebinthinæ frictæ pariter ſolam libram,
Vſtæq; reſinæ piceæ ſimul libram,
Et poſt trientem cardamomi ſeminis,
Aridæ cyperi tantundem,item myrrhæ bonæ,
Ponduſq; par uni horum,iridis mox candidæ,
Sextantem,& inde celticæ ſpicæ integræ,
Hiſunciam unam,& dimidiam croci boni,
Et ſex meliloti.item duas,beſſem puto.
Verum melilotum præſtiterit hic atticum.
Recentis,& cyprini libras olei duas.
Oleum cypri num tu cum reliquis liquoribus,
Et decoque lenta flammula,& deradito.
Dein tuſa,cribrata,& reliqua,uino bono
Rigata per noctem integram,& totam diem F
Vinum omne donec combibant,ſeponito.
Vnctisq; poſt cyprino manibus hæc pharmaca
Mortario amplo uni,& ſimul committito,
Molliq; pelle tecta ſimul reponito.

Aliud malagma eiuſdem.

Aliud ualens,ætas itidem ſi acceſſerit,
Verum hoc mage affectus uitiantes mox habitum.
Quicunque non cum flatibus,feruentibus,
Et phlegmonis lædunt diutioribus.
Et uiſcera irritant grauibus doloribus,
Iuuat.Solubiles male,& iam duritias
Soluit,ſoluta mole earum celeriter.
Paratur hoc modo,ut bonæ terebinthinæ
† *Al. libras ij. cum dimidia.* †Libram mediam tantumq; ceræ ponticæ,
Fœniq; græci unam capias puri libram. G
Et de nitro,& de panace,unicam libram.
Rurſus aniſi ſeminis unicam libram,
Pinguedinis puræ uituli ſimul libram,
Ponduſq; par contuſæ,& albidæ iridis.
Parum de aceto,tres cyathos,ſine dimidio.
Mellis duas libras recentis attici
Ammoniaci thymiamatis ſolam libram
Quidam addidere, uerùm alij libras duas.
Sic tuſa,cribro excuſſaq; tenuiſſimo,
Cataplaſmatis modo, ſed & mel addito,
Nec omne acetum,coquito:ubi molle fuerit,
Addas calenti exiguam aceti ſtillulam,
Ceræ liquatæ infuſor, & pinguedini,
Terebinthinæ que:coctaq; egregie ſimul:
Omnia manibus exactius committito,
Et uaſculo maiore deraſa excipito,
Vſurus haud mox: Inualidum eſt factum recens. H

Aliud Damocratis malagma.

Odorum & hoc,tollensq; mox uitia hepatis.
Affectiones renibus,colo & graues,
Stomacho ſimul,& vuluæ diutiuſculas.
Idemq: iam corrupto habitu ſuperdatur,
Morboq; longo pallidis, hydropicis,
Et qui minus coquunt cibum,& faſtidiunt.
Habet hoc amomi Scythici,xylobalſami,
Et cardamomi,bdelliq; lucidi,
Aridæ cyperi,thuris boni omnium parem
Modum, libram:poſt caſiæ daphnitidis,
Myrrhæ bonæ,pariter croci,de ſingulis
Libræ trientem,aut amplius quid paululum.

Nardi

A Nardi bonæ poſt Syriacæ vncias duas,
Terebinthinæ puræ bonæ libras duas,
Albæq; ceræ perpolitæ unam libram, †
Recentis unguenti cyprini † libram unciam,
Vini falerni hinc optimi ſextarium.
Contuſa alia cribro tenui concernito:
Thus, bdellium in mortarium coniicito.
Myrrham bonam, ſimul crocumq; his addito:
Fractisq; pauco cyprinum uino indito.
Dein tundito, mellisq; craſſitudinem
Formato, & his aromata mox trita addito.
Et, quod ſupereſt uinum addito, committito.
Totam diem noctem ſimul quò combibant.
Terebinthinam uerò, cyprinum, ceram, & ſimul
Igni liquata lentulo his affundito.
B Vnctisq; poſt manibus per vnguen quodpiam,
Subacta ſic committito, & reponito.
Nec mox parato uti uelis tu pharmaco,
Sed tempore interiecto. Et ut cerotulum
Sit mollius, quandoq; deraſum diu
Miſceto, ſolo rarius ſed utitor.

† *Additur in antiquis, & dimidiam.*
† *Al. libras duas.*

Aliud Damocratis Malagma.

Aliud malagma ad iam relatas commodum
Affectiones, ſi fuerint diutinæ.
Confert lienoſis, uel omnium optimè,
Si palleant, febri laborent, ac grauiter,
Aquamq; habeant præcordia his ſi pauculam:
Multam nequeunt curare enim malagmata.
Ficus cape pingues ſicciores, ſed nouas,
Et ſemine eiecto, ſimul umbiculo,
C Appende drachmas quinquies tres, ac decem,
Albæq; ceræ ponticæ parem modum,
Myrobalani pinguis libram poſt integram,
Nitri marini, ſed libram modo dimidiam,
Aluminis ſciſſi duas ſupra, & decem
Drachmas, ſuperq; dimidiam, triobolon.
Et mox onychis, quod ſic uocatur, bdellii
Addes parem tu aluminis dictum modum
Nitro parem florem lapidis ſed Aſij,
Ammoniaci tantumq; thymiamatis:
Et ſeminis poſt filiculæ, & naſturtij,
Et cardamomi, quàm optimiq; origani,
De ſingulis ſextarii quartam modo.
Viniq; poſt, irini unguinis, quod ſufficit.
Paratur at tandem malagma in hunc modum.
D Vino rigatum ſuaue olenti bdellium
Mortario emollito, & hinc adiicito
Ficus, ſimul rurſusq; rite tundito,
Quò trita vini ſtillulis fiant probe.
Miſtura mox addatur inde inſperſilis.
At poſt rigatam feruida ceram ex aqua,
Mollem manibus factamq; latam adiicito.
Et tuſa mox ligni radio compingito,
Guttis & unguinis frequens madefacito.
Vſus malagmatum omnium, quæ uentriculo
Induntur, & ſtomacho, ſimul interaneis,
Eſt tempus, in quo, qui cibus congeſtus eſt,
Non amplius reſidet, ſed aluum iam ſubit.

GAL. DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM LOCALIVM SIVE SECVNDVM LOCOS LIBER NONVS

ARGVMENTVM LIBRI.

Reliqua affecti Hepatis medicamenta, Lienis item, inteſtinorum, ſedis, pudendorum, ac uteri, explicantur.

De Ictericis. CAP. I.

EIunt quidē Icterici rōne bonæ indicationis in febribus, proruente nimirū ad cutē bilioſo humore. Et facile ſane hi curantur balneis aquarū potabiliū, & olei diſcuſſorij affrictu, oīumq; rarefaciētiū cutē: quale eſt anethinū oleum, & chamęmelinū, ac cicinū: poſt hæc ētunguenta faciunt, gleucinū, * crocinū, deinde irinū, & amaracinū. Verū alias cōfectiones, priuatim Ictericas appellatas ſuis authoribus, ne putes ad hmōi ictericos conuenire (neque.n. hoc illi ipſi de his prodiderunt) ſed ad eos ictericos, qui ob uaſorū circa hepar obturationem fiunt: Immo etiam eos, qui ex inflammatione icterici fiunt. Itaq; qui icterū, ſeu regium morbū ex obturatione incurrunt, ſine febre permanent: q̄ vero ex inflāmatione, oīno febricitāt. Quicūq; igit̄ in pharmacis ictericis adſcripſerunt, in quibus ea ipſa conuenire dicant, hi rectè fecerūt: q̄ vero indiſcriminatim, & ſimpliciter protulerunt, nō parū peccauerūt. Etenim, q̄ multū medicamētaria ſunt, itidēq; facultate calida, magnopere febricitātes lædūt: talia ſunt gētiana, ſtruthion, heleniū, coſtus, ariſtolochia, poliō, cētaurea. Cōueniunt aūt ictericis ex inflāmato hepate, quæcunq; inflāmationes ſanant: quēadmodū ēt iis, qui ex obturatione, oīa quæcunq; ſtrenue extergent, ēt ſi medicamentariam ſubſtantiam habeant, & calidæ ſint facultatis: ſi uero coincidāt ſimul obturatio, & inflāmatio, laxātibus, ſimulq; extergētibus opus erit. Fugienda aūt quæcunq; medicamentariæ ſubtilis, & calidæ facultatis, exiſtunt. Cum igitur & plerique ante me Icterica pharmaca indiſcriminatim cōſcripſerint, ego propria diſcrimina ſingulis ipſorum adii ciā, quo ſciatis, quibus nam in febribus citra periculū uti queatis: & quibus maius, exacerbatione febris, & inflammationis, detrimētum ſubſequatur, q̄ ex abſterſione emolumētum reſultet.

* Al. ſomaginū.

De Pharmacis Ictericis ab Andromacho ſcriptis.

Andromachus quatuor pharmaca ad Ictericos indiſcriminatim tradidit, minime quidē periculoſi uſus in iis, qui non febricitant, uerum nō ſecuri in febricitātibus, & maxime ſi cū uino, aut uino mulſo ea quis exhibeat, quēadmodū aliqñ damus in febribus moderatis, & uiſceris obturatione. Quare ex aceto mulſo nō ualde acido ſecurius eſt, tūc ea propinare. Sunt aūt hmōi quatuor pharmaca iuxta illius ipſius diſtinctionē ſubſcripta. *Ad Ictericos.* In colocynthidis calicē vinū fundito, calfacito, ac bibēdum dato: ſubducit aluū. Idē thus facit. *Aliud ad Ictericos.* Adianti obo.iii. nardi obo.ii, abſinthii drach.i, myrrhæ obo.iii: excipe paſſo, ac dato nucis auellanæ magnitudine ex aquæ cyathis ii. *Aliud ad Ictericos, quo utor.* Struthion cū croco coloratū nucis ponticæ magnitudine ex aqua, aut aqua mulſa, dato. Datur, & anchuſa cochlearii menſura. *Aliud ad Ictericos, ut Apollonius.* Erui.3.ª xxiiii, cornu ceruiuſti ᵇ 3. octo, thuris. 3. tres, nardi celticæ drac. ᶜ duas*, nardi ſyriacæ drach.i, piperis ſeſquidrachmam, floris iunci odorati. ʒ. i, myrrhæ ob.ii, coſti obo.ii, caſiæ obo.i, cinnamomi obolum unum. Vtere ficco, cum uini mulſi cyathis tribus.

A Al. xx. B* Al. xiiij. C* Aliter j.

De pharmacis Ictericis ab Aſclepiade ſcriptis in tertio internorum.*

Ex iis, q̄ antea dixi, cognobile fit, ēt ſi citra diſcrimē pharmaca prodant, q̄ fugienda ſint febricitātibus. Cōſueuit aūt Aſclepiades aliqñ diſtinguere, apponēdo, febriētibus hoc mō exhibere oportet medicamentum, nō febrientibus hoc modo: ubi uero omnino nihil apponit, iis in non febrientibus magis eſt utendum: quēmadmodū ſane etiā, qñ ex uino ſolo, aut uino mulſo, uſum fieri debere cenſemus, talia.n. non febrientibus, cōueniunt. Verū ſcripta ab ipſo pharmaca hæc ſunt. *Potio ad Ictericos.* Cichorii ſucci cyath.vi, febriētibus per ſe dato, nō febrientibus aūt cum vini cyathis iii. *Aliud.* Solani ſucci cyath.i, uini mulſi diluti dimidium. ¶ *Aliud inſperſile.* Anchuſæ tenuiſſime tritæ cochlearia ii, cum aqua potabili exhibe. *Aliud.* Struthii cochlearium i, dato cū mulſi diluti cyathis iii. ¶ *Aliud Niceratiens urinam.* Cicerum ſiccorum ſextarium i, roſmarini manipulum, aquæ ſextar. vi, fœniculi manipulum, aſparagorū paluſtrium radicū manipulum: præparato, ac dato, ut dictū eſt, coctū, ac excolatū liquorē febrientibus ſimpliciter, & aſſiduè bibendum, nō febrientibus cū uino diluto. *Aliud.* Cicerum ſextariū i, adianti manipulū, aquæ ſextar. vi, aſparagorū paluſtriū radicū manipulū: præparato, & exhibeto, uelut dictū eſt. ¶ *Paſtillus ad Ictericos: facit & ad Hepaticos.* Amygdalarum amararum mundatarum. 3.iiii: aniſi, abſinthij, utriuſque. 3. *unam: nardi Indicæ, aſari, utriuſque. 3. i: tuſa & cribrata aqua ſubigito, ac formatis paſtillis

* Aliter ii.

A paſtillis.3.i,cum uini mulſi cyathis iii,nõ febrientibus dato. ¶ *Aliud,quo uſus eſt Charixenis.* Aſari,abſinthii, utriuſque.3.octo:ſeminis aniſi,fœniculi,apij,amygdalarum amararũ repurgatarũ, ſingulorum.3.iiii: aqua ſubige,ac forma paſtillos: & exhibe,ut dictum eſt. ¶ *Nicerati Errhinum medicamentum,quod naribus attractum morbum regium expurgat, quando reliquum corpus iuxta naturam habuerit,oculi uero pallidi permanſerint.* Aceti acerrimi cochlearium unum in balneo naribus attrahendum exhibe:detrahit multæ bilis fluxionem. *Eiuſdem aliud.* Naſturtii uiridis folia tenera,aut roſmarini uiridis folia tenerrima,terito:& expreſſo inde liquore,ut prædictũ eſt utitor. *Aliud eiuſdem.* Elaterium cum lacte muliebri tritum naribus inſundito, & attrahere iubeto. *Aliud.* Cyclamini ſuccum ex aqua diſſolutum:utere ſicuti dictum eſt.

Quæ Pharmaca Archigenes ad Ictericos conſcripſit in ſecundo Pharmacorum ſecundum genus.

¶ Ad Ictericos conuenienti dieta,& ductu per frequentes deambulationes,& multam unguẽtorum frictionẽ utaris,amplius,fomentis ſiccis,& ſubſcriptis medicamentis. Aiunt eos,qui † in febribus §morbum regium incidũt, rubi canini ſuluo fructu comeſto, ſtatim probe iuuari. Auxiliatur, & chelidoniæ herbæ ſuccus cum uino, aut aqua mulſa potatus, adianti, uel rubiæ radicis obol.iii,cum aqua mulſa exhibe. Aut ſtruthion,cum melle delingant. Aut fellis urſini cyathum B bibendum dato. Aut hyperici.3.i,ex uino mulſo propinato,uel aquæ mulſæ cyathouno. Aut helxinæ decoctum ad dies v. vel vi. cum uino mulſo. Aut ſtercoris canini albi ſextantem cum mellis quadrante ad triduum bibẽdum dato, Aut lichenas in petris naſcentes,cum aqua mulſa propina. Aut lichenis in tegulis,uel lapidibus naſcẽtis.3.unam,ex meraco propina. Aut naſturtium,cum olei cyatho uno bibendum præbeto,radicem vero eius in nares indito. Aut abſinthii cochlearia iiii,aniſi cochlearia ii,exhibeto ex aceto mulſo. Aut oxylapathi ſiue lapathi radicis tritæ acetabulum dato ex aqua mulſa:ſi non febriat,cũ uino,aut uino mulſo. Aut adianti,& mẽtæ,& rubiæ parẽ menſuram in aqua feruefacito,& heminã inde bibẽdam exhibeto, diutius ad Solẽ in ſolato,ac ſitienti,& anheloſo,quo poſt acceptum potum exudet: ſtatim traſmutat colorem. Aut adianti, & myrrhæ eius dimidium, ieiuno à balneo exhibeto in uini hemina dimidia. Aut leporis coagulum,cũ meraco ad dies quinque,uel ſex præbeto. Aut ſcolopendrij drac.iiii, ieiunis ex uino ad dies quinque,vel ſex dato. Aut mentæ,& rubiæ,ac adiãti æquas portiones cũ aquæ cyathis duobus propinato. Aut betæ foliorum crudorum.3.vi, myrrhæ obo. ii, cum aqua mulſa ieiunis exhibeto:ac prælotis,ac ieiunis,cũ uini hemina dimidia dato Aut adiãti.3.i,myrrhæ.3.ii,mentæ.3.i,in aquæ heminis duabus coquito donec medietas ſuperſit: deinde ubi plu-C rimum deambulauerit,probe fricato,& ſpiritu adhuc ſublimiore exiſtẽte,bibendam dato: hoc ad biduum facito. Aut cicer eruinum in aqua ſub dio per noctem exponito, aquamq; bibendã dato,& cicer inſuper comedendũ manè,ac ueſperi:inde vero per triduum abſinthium ex aqua mulſa bibãt. Aut cum cyclamini ſucco purgatis naribus lauato. Aut herbam orontium appella
Al.3.f.15.t.i. c.6.in.327.b tam coquito,& cum decocto lauato,& decoctum confeſtim uirride reddes. Aut uenam ſub lingua ſecato, Quòd ſi ad nullum horum auxiliorum malum cedat,expurgatione per ſcãmoniam, & exquiſita diæta utantur,atque ita ad exercitia progrediantur.

De Splenis affectionibus. CAP. 2.

QVòd oẽs corporis particulæ familiarẽ ſibi ipſis exuenis trahant humorẽ, in cõmentariis de naturalibus facultatibus edocti:in ijſdemq; etiam, q uelut fæcẽ ſanguinis, ex qua atra gignitur bilis,hoc uiſcus alimentum habet, inſtituti: & ultra hæc memoria tenentes ea, quæ in curandi methodo de ſplene ſunt dicta:facile aſſequemini ea,quæ nunc referentur. Quorum primum,& principaliſſimũ hoc eſt,q hoc uiſcus à natura celerrime indurari ſoleat,ſanguine nimi
Al.3.f.15.t.2 c.6.fol.329.g rum in uenis ipſius obturato,& ob craſſitudinem,neq; excerni,neq; diſcuti facile potente. Attenuantibus igitur opus habet pharmacis citra manifeſtã caliditatem, ut ne uehemẽtius incraſſeD ſcat ſuccus craſſus in ipſo obturatus: quo uero actiones ipſius conſeruentur, ex auſteris aliquid his admiſcetur,quale eſt ẽt adſtringẽtium genus. Didiciſti enim in naturalium facultatum commentarijs,q cum oẽs particulę ſuæ cõſeruationis gratia habeãt facultates, tum familiarũ attractoriam,tum alienorum expulſoriam,itemq; aſſimilatricẽ ſibi ipſis eorum, quæ attraxerint, aliquibus ipſarum inſuper ineſt per accidens magnopere iuuare totum corpus. Ex horum genere eſt & lien,qui ex hepate in ſe ipſum uelut fæcem ſanguinis trahit, quemadmodũ ueſica in hepate bilẽ,& renes urinam. Si igitur præ imbecillitate eiuſmodi ſanguinem ad ſeſe trahere nõ põt, uitioſus humor uniuerſo corpori affricatur. Ob id itaq; naturalẽ ipſius firmitatẽ cuſtodire oportet, quo conueniens ſibi alimentũ attrahat: per quam actionem uniuerſo corpori ad humorum bonitatem confert, & generata in ipſo recrementa in uentrẽ demittere poteſt, una cum ciborũ recrementis excernenda. Ea gratia igitur ualde amara medicamẽta ipſi offerimus, quædãq; ipſis ex auſteris miſcemus. Quædã uero ad materiã cõmoda, ad ceratorum uidelicet, & malagma tum præparationẽ apponimus,quale pharmacum eſt cera,& reſina,& pix, & bitumen, & quæcunq; alia huiuſcemodi. Iuxta primã autẽ rationem acetum,& acetum mulſum,uiſceri commoda ſunt,utpote ſecare,& attenuare craſſos humores potentia citra calfactionem. Quẽadmodũ igitur in aliis particulis ea,quæ p cataplaſmata,aut liquida pharmaca impoſita,aut affuſa, fotu

auxiliantur,

† In antiquis eſt ἀπυρέτους,i.q ſine febre ſunt.

auxiliantur, in alio opere relata sunt: Ita & nunc relictis his, quæ inflamato splenicommodant, E eorum solum mentionem faciam, quæ indurato uiscerì opitulantur, quod ipsum etiam in medicamentarijs libris fecerunt, qui ante me scripserunt, propriè eos splenicos appellantes, qui in duratam splenis affectionem habent.

Pharmaca potabilia ab Andromacho ad splenicos conscripta.

Potio ad splenicos Antipatri, ut Nilus. Carnis† myrobalani drac.iii: hemionitidis herbæ, quã quidam asplenum, quidam* scolopendram, dicunt, drach.vi: corticis radicis capparis drac.iiii, costi drac.iiii, chamædryos drac.vi, polii drach.iii. radicis cotyledonis drach. ii, corymborum hederæ nigræ grana xxv, ammoniaci thymiamatis. 3.iiii, seminis hyperici drac.ii, galbani drac.ii, seminis periclymeni drac.i, aut radicis drac. tres, nasturtij nigri sesquidrachmam,[a]* succi fructus scyllæ drac.xvi. Dantur oboli duo in aceto mulso. *Aliud splenicis potabile.* † Glandis unguentariæ drach.iiii, hederæ albæ grana xxiiii, costi. 3.[b] duas*, seminis periclymenti. 3.ii: hyperici. 3.i, alij. 3. quatuor: galbani, 3.i, obol.ii, nasturtii. 3. quatuor: excipe[c] succo* scyllæ cocto. Dato fabã græcam in aceto mulso. *Aliud.* Carnis myrobalani. 3. tres, hyperici. 3. vi, seminis periclymeni. 3. vi, radicis dauci drach. vi: rubiæ, acori, phu pontici, croci singulorum drach. vi: iunci odorati. 3. tres, mei drach. vi: nasturtii, chamæpityos, radicis capparis, singulorum drach.[d]* sex: polii drac. F vi, alii drach. tres: [e]† ammoniaci thymiamatis drach. tres: cum aceto mulso pastillos duorum obolorum ponderis formato, & unũ in aceto mulso dato. Facit & ad hepaticos, & hydropicos.

Aliud, facit ad splenicos. Trixaginis drac.iiii, polii drac.v, chamæpityos drach.iiii, rubiæ drach. v, ammoniaci thymiamatis drac. tres, arthemisiæ drach. tres, myrobalani drach. iiii. corticis radicis capparis. 3. tres, aristolochiæ. 3. vi, tragacanthę. 3. ii: cum aqua in pastillos triobolares redigito, ac dato[f] † ex aceto mulso. *Aliud stomacho cõmodum. V tere etiam ad omnem affectionem splenis, facit & ad conuulsa, inflata, & uitia muliebria.* Myrrhæ drac.[g] quatuor*, nardi indicæ. 3. quatuor, corticis radicis capparis drach. iiii, costi drac.v, radicis panacis. 3. quatuor, radicis peucedani. 3. iiii, dictamni. 3. iiii, polij drac.[h] duas,* corticis radicis periclymeni. 3. iiii, rubiæ. 3. iii, & dimidiam, ammoniaci thymiamatis. 3. iiii, & dimidiã, aliqui etiã iridis. 3. iiii, & dimidiã: excipe aceto mulso; præbe obolos duos in aceto mulso. *Aliud splenicis, orthopnoicis.* Struthii, scyllæ assatæ, panacis, radicis capparis, singulorum. 3. v: crocomagmatis, 3. ii, & dimidiã: excipe aceto, & præbe in aceto scyllitico. *Aliud.* Struthii, corticis radicis capparis, trixaginis, panacis, singulorũ. 3. x. fructus myricæ. 3. tres: excipe aceto scyllitico: & 3.i, ex aceto scyllitico exhibeto.

Pharmaca potabilia ab Asclepiade ad splenem conscripta. G

Cynoglossi manipulum, cum uini cyathis iii, terito, & expressum liquorem ante cibum bibẽdum dato: facit & succus per se. Colligere autem oportet herbam sinistra manu ante Solis exortum. *Aliud.* Trixaginis manipulũ cum uini sextario uno coquito, & expressum liquorẽ reponito atq; ex eo cyathos duos ante cibum dato. *Aliud. Pharmacum insperfile splenicis.* Myricæ fructum tusum, & cribratũ reponito. Vsus uerò tẽpore cochlearia duo cũ aceti mulsi diluti cyathis tribus dato. Aut herbã pelargitin appellatã tusam, ac cribratã dato, ut p̃dictum est. *Aliud.* Asini, aut eq. syluestrium lienẽ siccatum tũdito, ac reponito: & cochlearia duo cum uini diluti cyathis tribus exhibeto. *Catapotium splenicis.* Corymborum hederæ albę grana* tria deuoranda præbe, & aceti mulsi cyathos. iii. insuper bibendos. *Catapotium Andreæ, pæonium dictum.* Myricæ fructum tusum, & cribratum galbano excipe, & in catapotia redige, eaq; prouiribus exhibe. *Pastillus splenicus, tumorem eliquat.* Fructus ericæ. 3. iiii: piperis albi, nardi syriacæ, ammoniaci thymiamatis, singulorum. 3. ii: arida tunduntur, & cribrantur: ammoniacũ aceto scyllitico dissoluitur, & aridis additũ in pastillos cogitur. Fiunt aũt pastilli drachmæ põdere, daturq;. 3.i. ex aceti mulsi cyathis iii. Qui pharmacũ hoc tradidit, dixit porcellum ad triduum hoc bibisse, & postea resectum sine liene inuẽtum esse. *Aliud splenem tumentem eliquans, & consumens.* Ammoniaci thymiamatis, foliorũ rubi tenerrimorũ, utrorũq;. 3. viii: corticis capparis. 3. iiii: myricæ fructus, herbæ asplenì, quæ & scolopendriũ, & hemionitis dicitur, utriusque. 3. ii: nuclei scyllæ assatæ, & purgatæ, piperis albi, utriusq;. 3. ii. excipe aqua, & redige in pastillos: atq; exhibe. 3.i, cũ aceti mulsi cyathis tribus. *Chrysermi pastillus, splenicis, hydropicis, cit urinam, mollit aluum.* Scyllam magnam luto oblitam assato, & corticẽ detrahito, ac quod ad fundum est durum: ex nucleo uero libras duas accipito seminis dauci. 3. viii, hoc est vnc. i: anisi, seselis, radicis panacis, iridis, singulorum tantundẽ: seminis urticæ, baccarum cedri, utrorum q;. 3. ii: myrrhæ. iiii, erui moliti chœnicem, uini odorati, quod satis est: subacta in pastillos redigito. Datur. 3.i, cum aceti mulsi cyathis iii. *Aliud Eugerasiæ.* Scyllæ assatæ depuratæ minas ii, radicis bryoniæ minas viii, piperis albi tãtundem, petroselini tantundem, seminis dauci cretici tantundem, erui moliti tãtundem: cedridũ, hoc est cedri baccarum sextar. vi. habeat uero sextarius vnc. viii: iridis, radicis panacis, myrræ, singulorum quadrãtem: uini falerni quantum satis est his in pastillos congendis. Formatos autẽ pastillos in umbra resicca, & * unciam i, cum uini diluti cyathis iii, exhibe.

Epithemata, & emplastra eiusdem Asclepiadæ ad recentes splenis inflammationes.

¶ Foliorũ tenerrimorũ arboris sambuci lib. iii, aloes lib. i. cũ aceto subigito: & linteolo infarta imponito

A* ὅπου. *In quibusdã cod. non hẽtur hæc dictio, in alijs asteriſco est nota.*

B* Aliter. iiii.

C* χυλῶ.

D* Aliter. viij.

L † *In aliquibus cod. additur* τὰ δὲ λοιπὰ ἀνὰ ἕξ, *i. reliquorum uero ana drach. sex.*

F † *In aliquibus additur* ἕνα *i. unum, s. pastillum.*

G* Aliter. ii.

H* Aliter. iiii.

*Aliter. vj.

*Aliter drach.

Al. σκολοπένδριον.

H A.l.3.f.15.2 c.7.tol.33.e

A imponito. *Aliud.* Ericæ fructus ſemiſſem: chalbani lib. i (alii ſemiſſem) fructum tundito, ac cribrato: atq; ita chalbanum addito, ac diligenter miſceto atq; in linteolum impacta imponito. *Pharmacum Idiotæ, accõmodatum.* Viſci quercini lib.[a] i, calcis uiuæ lib.[b] unam *viſcũ in uas fictile coniectum, ac prunis appoſitum, diſſoluito: & diſſoluto calcẽ uiuam inſpergito, miſceto, & calidum c* albæ pelli infartum imponito: oportet autem, cũ adhærente adhuc pharmaco lauari, atq; ita ſinere, donec ſua ſpõte cadat. Curam item habere oportet, ut diſparatæ ſplenii partes reſecentur. *Aliud.* Viſci quercini † lib. i, § calcis vn. i, floris lapidis aſii trientem, cedryæ. unc. i: præparato pro more, ac utere, quotidie auferens pharmacum, ſpongiis calidis fouens locos, rurſusq; imponẽs. Hoc pharmacum urinam mouet. *Malagma auri colorem referens, ualde commodum.* Ceræ, reſinæ pinus, & frictæ, ſingulorum lib. ii: arſenici, aluminis ſciſſi, calcis uiuæ, ſingulorũ *ſextantẽ: aceti, olei, utriuſq; cyath. viii: apparato pro more. *Aliud ualde generoſum, quo uſus eſt Andromachus.* Ceræ, reſinæ pinus, picis brutiæ aridæ, ſingulorũ lib. ii: arſenici, aluminis ſciſſi, calcis uiuæ, ſingulorum *ſextantẽ: aceti cyathos viii: præpara pro conſuetudine. Facit ad ſplenicos, hydropicos, & ad præcordia diſtenta. Facit & ad iſchiadicos, arthriticos. Nos ad pharmacum hoc appoſuimus myrrhæ ſextantem, & vnciam dimidiam, uiſci *trientem.

A Aliter ij.
B Aliter. ii.*
C Al. θερμοῖ i. calidæ.*
† Al. ſemiſſem.*
* Al. drach. ii.*
* Al. drach. ii.*
* Al. vnc. unam*

B *Ad induratas ſplenis affectiones, uſus eſt Tryphon Cortyniates.*

Fœnigræci moliti, ſinapis, mannæ, thuris, ſingulorum ſextarium unum: retrimentorum à myrobalano expreſſa reliquorum ſextarii dimidium, ſpumæ nitri quadrãtẽ: tenuiſſime trita, ac miſta, cedria cocta excipe, ut emplaſtri liquidi habeãt ſpiſſitudinẽ. vſus eius eſt per interualla: pharmacũ aũt impoſitũ faſciolis cõplectere, & obliga. Tempus imponẽdi eſt ante balneum, quantũ poſſibile eſt ægrum ferre: poſtea uero obligatum adhuc in balneũ inducito, & poſt reliqui corporis curationem, in ſolium demittito, atq; ita in aquã faſciam reſoluito. *Aliud ad ſplenicos per unam diem ſanans. Verum ſupra pharmaci impoſitionem per tres dies certo uiuendi modo utimur.* Myrrhæ, mannæ thuris, utriuſq; quadrantem: ſinapis alexandrini naſturtii, utriuſq; ſextantem: aceti ſcillitici, quod ſatis eſt: ſinapi, & naſturtiũ tũdito, ac cribrato, mannã uero, & myrrhã diſſoluito, eisq; arida addito, & ſimul aceto ſubacta ad malagmatis formã reducito: & à ſecunda hora uſq; ad nonã imponito. Poſtea uero duabus faſciis obligatũ in balneũ inducimus, atq; ubi relaxatus fuerit, in calidæ ſolium demittimus. In ſolio uero longiori temporis ſpatio moretur cruribus extra aquã emotis. Ne uero in animi deliquium delabatur, acetum, & pulegium odoret, & faſcias paulatim reſoluat. Egreſſo porro è balneo ſalſamẽtum citra panem exhibendum eſt, & uinum C mari miſtum. Sequẽti die eadem offerenda ſunt. Tertia vero gymnaſiis utendum, quæ ſpiritum acutum reddere ualẽt. *Aliud Arij Tarſenſis. Vſus eſt per interualla.* Ficũ pinguiſſimarũ, ſinapis, radicis capparis, corticis, ſingulorum lib. i: aceti quantum ſatis eſt. *Aliud Diodori.* Sinapis, naſturtii, fœnigræci, ſeminis lini, retrimentorum ab expreſſa myrobalano reliquorum, ſingulorum. 3. octo: excipe cedria cocta aceto ſcyllitico admiſto. Vſus eſt ante balneum: pharmacum bonum eſt, & poſt uſum ſanguinem mingunt.

Pharmaca ab Aſclepiade in quarto Externorum conſcripta, ad ſplenicos, & hydropicos. Quæ iuxta dictionem eius ſic habent.

Epithema ſplenicis, tumorem eliquat. Foliorum tenerorum ſambuci lib. iii, aloes pinguis lib. i, terito cũ aceto, & linteolo excepta imponito. *Aliud.* Fructus ericæ lib. i, chalbani lib. i, fructũ tundito, & cribrato, ac chalbano excipito: rurſusq; tũdito unguẽti irini fæce admota, quo ad malagmatis formam redigantur: deinde linteolo infarta imponito. *Malagma ad ſplenicos.* Myrobalani corticũ tuſorum cribratorum minam dimidiã, & retrimentorum ab expreſſo ſucco eiuſdem reſiduorum tantundem, ceræ drach. vi, reſinæ terebinthinæ drac. xxxiii, chalbani drach. x, irini parum: arida cum liquidis committito. *Aliud ualde præclarum.* Farina myrobalani quadrantem: D nitri vnc. i, alii vnc. iiii: ceræ ſemiſſem, terebinthinæ beſſem, aceti quod ſufficit: ſplenem eliquat.

Malagma ex cedria ſplenicis, hydropicis, medicamentum accommodatum. Vrinam cit multam, & ſplenem eliquat. Oportet autem una cum pharmaco lauari, & quod ab eo diſparatum eſt, à ſplenio uidelicet de corporis cuticula deſecare: ſinendũ enim eſt adhæreſcens pharmacum, donec ſua ſpõte dilabatur. Al. 3. f. 14. t. 2 c. 16. f. 31. 7. h

Cõpoſitio hęc eſt. Viſci quercini lib. i, calcis uiuæ ſemiſſem, floris lapidis aſii triẽtẽ, cedriæ *quadrãtẽ: uiſcum ærea patina coquito, & poſtq; fuluũ factũ fuerit, cedriã adiicito, aſſidueq; moueto, ac arida trita inſpergito: deinde ab igne ablata aliqualiter frigefieri ſinito: atq; in pellẽ albã à ſpina appellatã infarta affectis locis imponito: & una cũ pharmaco lauare iubeto, donec ſplenium ſua ſponte delabatur. Oportet tamen, ut prædictum eſt, diſparatas ſplenii partes deſecare.

* Al. vnc. i.*

Aliud ualde præclarum. Floris lapidis aſii *ſextantem, lapidis gagatæ vnc. i. calcis uiuæ beſſem, uiſci quercini lib. i: præpara, ac utere, ut dictum eſt. *Malagma Antiochidis, ad ſplenicos, Hydropicos, iſchiadicos, arthriticos. Præparatum eſt Fabullæ.* Ceræ lib. iii, reſinæ terebinthinæ lib. iii, retrimẽto rũ ab expreſſa myrobalano reliquorũ librã unã, ſpumæ nitri lib. i, floris lapidis aſii lib. i, ammoniaci thymiamatis lib. i, olei cyprini lib. iii, acetum ad ammoniacum diſſoluendũ. *Aliud Fabullæ compoſitum, ualde præclarum, ad eaſdem affectiones.* Myrrhæ ſtactæ, bdellii, onychis, medullæ cerui næ, ammoniaci thymiamatis, iridis ſiccæ ſingulorũ libras duas: opopanacis lib. unam, chalbani lib. i,

* Al. vnc. i.*

lib.i,maſtiches lib.i,floris lapidis aſij lib.i,ſtyracis lib.i,ſucci ſycomororũ lib.i, canchryos lib. i, E
piperis albi ſemiſlem,ceræ lib.v,terebinthinæ lib.v,Pharmacũ eſt tuſile,i.quod cõtundit. Oportet autẽ tundentes unguenti irini fecem admouere,donec q̃ molliſſimum pharmacum reddat: repoſitũ enim molliſſimum euadit. ¶ *Malagma, quod aurei coloris appellamus.* Auripigmenti vnc.
† *Aliter ij.* † i,aluminis ſciſſi ſextantem,calcis uiuæ ſextantem : arida tundimus,ac cribramus, & in mortarium coniicimus,hisq; aceti cyathos viii, ſuperfundimus,& probè trita liquidis excipimus. Sũt
† *Aliter ij.* autẽ liquida hęc, ceræ lib.† i,reſinæ fricte lib.ii,pinus lib.ii,olei cõmunis cyath.viii. Hæc frigefieri poſt eliquationem ſinimus,& ſic eraſa tritis adijcimus. Nos ad pharmaci pręparationem etiã myrrhæ ſextantem appoſuimus. *Aliud, hoc uſus eſt Andromachus, facit ſplenicis, hydropicis, & ad præcordia diſtenta: facit item iſchiadicis, arthriticis, & ad inueteratas affectiones.* Cerę lib.i, picis brutiæ lib.i, pro reſina fricta, picem addimus,olei cyath.octo,auripigmenti auricoloris ſextantem, aluminis ſciſſi ſextantem, calcis uiuæ ſextantem : præpara,ut dictum eſt. Nos ad pharmacum etiam myrrhę ſextantem,& uiſci quercini trientem,appoſuimus. ¶ *Ad inueteratas induratas ſplenis affectiones, Authemeron, ab eo, quòd per unã diem curat, appellatum. Oportet autem cum pharmaci impoſitione ægrum ad triduum conuenienti diæta uti.* Myrrhæ,mannæ thuris, utriuſq; quadrantem: A.l.5.ſum.a. c.6.fol.555.d
ſinapis alexandrini ſextantem,naſturtii ſextantẽ,aceti ſcyllitici, quod ſatis eſt. Arida tundito,& F
cribrato, & cum aceto ad malagmatis formã ſubigito:& linteolo excepta ab hora ſecunda uſque ad nonã imponito, ita ut cõplectaris, & contineas incumbens malagma faſciola obligata. Deinde vero,ita obligatũ in balneũ mittito,& ubi probè laxatus fuerit,in ſoliũ deſidere facito, & pedes extra ſoliũ extẽdere iubeto,ac longiori tempore in ipſo immorari. Cæterũ ad reuocãdos in animi deliquium collapſos,acetum cum pulegio naribus admouemus,& paulatim reſoluere faſcias tentamus. Sint autem duæ faſciæ malagmati incumbentes:cum enim faſciæ tolluntur,auferimus etiam incumbens malagma,& poſt,affectos locos ſufficienter foueмus. Egreſſo de balneo ſalſamentum citra panẽ exhibemus,& uinum mari miſtum. Idem etiam ſequenti die facimus. Et tertia ſimiliter,inſuperq; gymnaſijs utimur, quæ ſpiritum acutum reddere poſſunt.

Aliud Tryphonis Gortyniatæ Cretenſis pharmacum accommodatum.

¶ Fœnigræci moliti ſextarium unum,retrimẽtorum ab expreſſa myrobalano reliquorũ ſextarium dimidium, ſpumæ nitri quadrantẽ:omnia trita cedria excipe: Verum hanc prius coctam cõdenſare oportet ad cerati ſpiſſitudinem. Vſus eſt ante balneum,quantum æger ferrè poteſt: à
† Al. bęſſem. balneo cerotarium imponimus. ¶ *Aliud Authemeron inſcriptum, liberat ab affectione.* Pyrethri† drachmas xx. myrobalani beſſem,naſturtii beſſem,piperis beſſem,ſeminis urticæ beſſem, ſinapis ſextarium dimidium: omnia trita, & aceto ſubacta per interualla imponito ad horas tres, ſi æger tolerare poſſit: deinde ablato pharmaco lauari iube. Poſt balneũ uero cerato utẽdum eſt ex roſaceo apparato. ¶ *Aliud Tumorem liquefacit.* Floris lapidis aſij,nitri rubri,retrimẽtorũ expreſſæ myrobalani, ammoniaci thymiamatis, ſingulorum drachmas uigintiquatuor: corticis radicis capparis drachmas octo: ſeminis raphani drachmas decem, aut ſucci cyathum unum: aceti acerrimi, quod ſatis eſt,uiſci quercini drach. xl:ammoniacum ſambuci ſucco, aut myricæ, aut trifolii, diſſolue:arida uero tunde, & anguſtiſſimo cribro excute, ac aceto ſubige:indeq; admiſto uiſco,omnia ſimul contunde,& utere.

* *Al.* δευτέρῳ. *i. ſecundo.*

Pharmaca ad ſplenicos ab Archigene in primo medicamentorum ſecundum genus conſcripta.*

¶ In ſplenicis porrò præcedẽte ſimiliter tota diæta, ex deſcribẽdis cõpoſitionibus his utitor. Potus quidem ſit aqua,in qua ignitum ferrum ſæpe ſit extinctum, non febriẽtibus cum uino, febricitantibus uero aqua ſola. Aut anagallidis cœruleum florẽ habentis obolum unum exhibeto cum aceto mulſo. Aut ſerpillum cum aceto. Aut panacis radicem uiridem,cum aqua mulſa. Aut ſemen ſimiliter:Aquam mulſam uero per noctem ſub dio exponito. Aut corticis radicis peH
riclymeni,& ſeminis eius quantum tribus digitis apprehẽdi poteſt, in uino albo meraco calido ieiunis bibẽdum ad dies xl,exhibeto. Aut vulpis hepar ſiccũ,cũ aceto mulſo exhibe bibẽdum. A.l.3.f.15.a. c.7.fol.330.c
Aut cuminũ æthiopicum ſimiliter,ut hepar ex aceto mulſo. Aut radicis ari corticis drachmã dimidiam cum aceti mulſi cyathis iii. Aut polium ſimiliter,cum aceto mulſo. Aut hederæ albæ grana tria cum aceti mulſi cyathis iii. Aut arida trita capparis folia propinato. Cataplaſmata autem eadem impones ſplenicis, quæ hepaticis. Ampliusq; cinerẽ ex ferraria officina,cũ aceto. Aut capparim maceratam aceto, ac tritam cerato cyprino exceptũ. Aut naſturtium,& fęnũ græcũ,ac calcẽ uiuã,& nitrum,cum melle mollita imponito. Aut fœnum græcum, & calcem, ac nitrum,item cum melle imponito. Aut lepidii folia imponito:cum uero iam morſum percęperint,in balneum inducito:& ablato pharmaco in feruidæ ſoliũ demittito,ac detineto:ægrè.n.ferunt nimiam mordacitatem,uerum ſani exeunt. Idem etiã in iſchiadicis facit. Aut myrobalani expreſſæ retrimẽtum aceto maceratum,roſaceo cerato excipe,ac impone. Aut fęnigræci,& naſturtii par põdus,mannæ duplum,calcis uiuæ parum,cum melle ſplenia uelut emplaſtra facito, ac imponito. Aut fęcẽ acris aceti imponito. Aut capparis radicẽ cum aceto. Aut ſpongiam acerrimo aceto imbutã. Egregiè faciunt myrobalani cortices, & nitri tertia ipſorũ pars: trita aceto

ſubigito,

A ſubigito:& reſinam,ac ceram cum modico oleo liquefacta affundito,& mollitis utitor.Perſeuerante malo,cucurbitas,cum ſcarificatione affigito.Amuleta autem, & per contrarietatem quãdam naturalem ad hepar,& ſplenem facere credita hæc ſunt: Venam retro ſiniſtram aurem ſecato,& detracto ſanguine affectum ſplenem confricato.

De hydrope,ſiue aqua inter cutem. CAP. 3.

HYdropicorum medicamenta,& alia cõmunia ad ſplenicos ipſos,itemq; quædã multiplicis uſus ad uarias affectiones, tum iã prædictas, tũ duritias, & ubi quid diſcutere oportet, etiã ſi iam purulẽta ſit cõpages,dicere aggrediar, initio ab ijs,q̃ Aſclepiades tradidit, ſumpto.

Pharmaca ab Aſclepiade conſcripta ad prædictas affectiones in quarto Externorum,quæ Marcellæ inſcribit.

Epithema hydropicis ualde commodum,quòd adiacentem humorem abſorbet.† Farris,quod zeam uocant,moliti ſextar.ii:floris lapidis aſij ſextar.i,mannæ lib.i,probe trita adipe ſuillo ueteri probe ſubacto,& uino per integram noctẽ macerato,excipito:ſit ãt tãta adipis copia,quanta ad molefaciendum pharmacum ſatis eſt. *Aliud.* Beſaſa:eſt aũt ſemen rutæ ſylueſtris,quod in Syria naſcitur,& uernacula lingua Harmana ab illis appellatur:huius tuſi ſextariũ i.mannæ ſextariũ dimidiũ,adipis ſuilli ueteris quantum ſufficit,præparato,ut dictũ eſt. *Aliud.* Ficuum pinguiſſimarũ lib.iii,aphronitri lib.i,origani lib.i:quidã cumini lib.i,ſulfuris viui quadrãtẽ,cochlearũ aphricanarum lib.i:arida tundito,& cribrato,& tuſis ficubus unà cum carne cochlearum excepta,ac in linteolum infarcta imponito,melle cocto ſufficiẽti addito. *Aliud ex Critone.* Fenigręci molliti,ac cribrati ſextarios.ii: ſulfuris uiui lib.ii. & dimidiã: in aliis lib.ii,nitri lib.ii,abſinthij ſicci contuſi ſextarios duos,& dimidiũ:ʒarida tenuiſſime trita melle cocto excipito,indeq; linteolo infarcta per noctem imponito.In die utere,& geſtatione,& cõfectione ſubſcripta:Ceræ lib.i,picis aridę lib.i,lapidis aſij lib.i,olei ueteris lib.i:arida cũ liquidis miſceto. *Malagma Ipoterium inſcriptum, reſorbet humiditates ex alto,& duritias diſſoluit.* Ceræ,picis aridę, utriuſq.lib.ii:aluminis liquidi, ſulfuris uiui,mannæ,nitri rubri,ſingulorum lib.i:reſinę fricte lib.quatuor,olei ueteris heminam unam,aceti q̃tum ſatis eſt ad arida diſſoluenda:præpara,ac utere,ut probato. *Aliud præclarum Ipoterium,pharmacum accommodatum. Facit hydropicis,ſplenicis,& ad inueteratas affectiones.* Reſinæ fricte lib.iiii, ceræ lib.ii , ſulfuris uiui lib.j.mannæ lib.i , picis liquidæ lib.ii, aluminis liquidi lib.i,nitri rubri lib.i,ariſtolochiæ quadrantem,bdellij quadrãtem, amomi racemi quadrãtem , radicis cucumeris ſylueſtris quadrantẽ,aloes ſemiſſem,pyrethri quadrãtẽ,ammoniaci thymiamatis quadrantẽ,uiſci quercini quadrãtẽ,ſucci ſycomororum quadrantẽ: aceti ſeſquiſextariũ, aut pro aceto uini Italici tantundem:olei heminas iii.præparato pro more. *Malagma ex baccis lauri,ad ſplenicos,Hydropicos. Diſſoluit oẽm duritiem, abſorbet abſceſſus in profundo.* Ceræ lib.i,reſinæ pinus lib.i,picis brutiæ ʒaridæ ʒ lib.i,baccarum lauri ſiccarũ lib.i,nitri rubri lib.i, ammoniaci, thymiamatis lib.i,adipis uitulini ſubacti lib.i:arida tũdito, & cribrato per anguſtiſſimũ cribrũ: liqueſcibilia liquãtur,& frigefacta aridis adijciuntur:atq; ita cõtuſis ſimul , ac repoſitis utimur: *Aliud.* Baccarũ lauri lib.i,picis lib.i,mãnæ lib.i.adipis taurini lib.i,ammoniaci thymiamatis lib.i,ceræ lib.i:præparato,ut prædictũ eſt. *Emplaſtrum Tonſoris appellatione, ad ſplenicos, & hydropicos. Hoc tonſor quidã uir Bithynienſis uſus iſchiados a coxendicum morbo penitus liberauit.* Picis aridæ lib.iiii,ceræ lib.ii,reſinæ pinus lib.tres ammoniaci thymiamatis lib.ii,nitri rubri lib.ii, ʒ baccarũ lauri aridarum lib.ii,ʒ adipis taurini lib.i.In alio exemplari ẽt iridis lib.ii.hñtur, cãchryos unciæ xviii, farinæ fœnigræci ſextarius i,pollinis ſextar.i,radicis chamæleonis nigræ tenuiſſimæ tuſæ ſexta.i, cumini tenuiſſime triti ſeſquiſextarius, paſſi ſextar.i.In alio exẽplari aniſi triti ſextarius dimidius habeẽ,& pollem deeſt. *Aliud Bithynum appellatum,pharmacum accõmodatũ ad prædictas affectiones* . Picis brutiæ lib.iiii: reſinæ pinus, ceræ ammoniaci thymiamatis , ſingulorum libras duas.medullæ ceruinæ lib.i,adipis taurini ſubacti lib.i, ſucci ſycomororũ librã unã , floris lapidis aſii ſemiſsẽ,radicis chamæleonis cõtuſæ ſemiſſem , baccarũ lauri ſiccarũ librã dimidiã,farinæ loliaceæ librã dimidiã ſeminis dauci cretici cõtuſi triẽtẽ,petroſelini trientẽ,cumini æthiopici triẽtẽ,aniſi triẽtẽ,ſalis hiſpani ſexuncẽ,aphronitri ſexuncem,cyprini ſexuncẽ,uini falerni qd ſatis eſt,arida cum liquidis pro more apparato. *Aliud. Malagma ex ſeminibus,pharmacum accommodatum ad prædictas affectiones,hoc uſus eſt Olympius.* Ceræ.3.cẽtum, terebinthinæ.3.c, ammoniaci thymiamatis.3.c,adipis taurini drachmas c,aniſi drac.c.fœnigręci drach.c,petroſelini.3. *centum:ammi,iridis illiricæ.utriuſque drach.quinquaginta: panacis drach.c,nitri drac.l.glycyrrizæ drach.l,cyperi drach.xxv,ſabinæ drach.xxv,ſampſuchi drach.xxv,meliloti.3.xxv,cardamomi.3.xii,& dimid.caſiæ fiſtulæ drachmas xii,& dimidiam:nardi celticæ, radicis dauci cretici,utriuſque drach.xii,& dimidiam:mellis heminam,& dimidiam,uini odorati, quod ſufficit: præpara pro cõſueto more. *Aliud.* Ceræ minam unam,ammoniaci thymiamatis minam unam, terebinthinæ minã.i:ſampſuchi,ʒ baccarũ lauri cyperi,ſingulorum ʒ minam dimidiam,iridis illyricæ minæ quartam partem,hoc eſt drach.*xxv:ſeminis lini toſti minæ quartam partem:ʒ fœnugræci,panacis,utriuſq; minę quartam partem:ʒ adipis taurini minę quartam partem:radicis cucumeris ſylueſtris,aniſi,ſeminis apij,ammij,cumini, fœniculi,nitri,ſingulorum minæ quartã

partem

† *Multi cod. antiquiſſimi græci habent,* φάρος καλοῦσι, σίτου ζέα λεγομένου. *i. Pharos uocant. Frumẽti illius,quod zea dicitur, molliti &c. ut Pharos ſit nomen medicamenti: ut etiã ſupra pag. 185.e: & zea ſit quidem ſpecies frumenti, non tamen ſit far.*

Aliter i.
Aliter.c.

**λ', ideſt quadraginta, in textu.*

ſum a. 555.e

partem:piperis drac.xii.& dimidiam,mellis heminam, uini ſeſquiheminam,cyprini ſeſquihe- E
minam,aceti ſeſquiheminam:componito,ac utitor.

Ex Andromacho ad hydropicos,& inflammationes.

¶ Picis liquidæ libras duas, ceræ libram unam, nitri uncias ſex, ſulfuris uiui ſexuncem, alumi-
nis ſexuncem.¶ *Ad hydropicos Cleophanti.* Ceræ, reſinæ, ſpumæ nitri, ſingulorum drac.c.chalba-
ni drac.xij,& dimidiam,propolis drac.xij,& dimidiam, ammoniaci thymiamatis drac.xij,& di
midiam,cyprini cyathos ij.aceti cyathos duos.

Ex Archigenis ſecundo libro pharmacorum ſecundum genus.

Hydropicis diætam conuenientem conſtitue.Pro cataplaſmate quidem ſtercus bouis armẽ A.l.3.f.144.c.13.fo.332.c
tariæ impone.Reſicca aũt ipſum ſtercus diligẽter,& tritum in poſca uelut crudam hordeaceam
farinam coque, inſperſa ſulfuris uiui quarta parte; cataplaſma uero per omnem uẽtris amplitu
dinẽ impone. Muſa uero cataplaſma ad ipſos ꝑparauit ex elaterio, ſtaphide ſylueſtri, hyſſopo,
felle tauri, æqualibus partibus ipſorum ficubus contuſis exceptis. Aut radicis cucumeris ſylue-
ſtris minam unam in uino coquito, & ficuum minam dimidiam ſimiliter coquito:atque hæc ſi
mul terito,affuſo eorũ decocto,donec malagmatis forma euadat:indeq; altheæ radicis tritæ tan
tundem admiſceto,ſimulq; coquito,ac terito:atq; ita imponito. Aut caprinum ſtercus in urina F
pueri impubis ueneris expertis,uel ipſius capræ urina coctũ, ad ſtrigmẽtitiam ſpiſſitudinẽ redi-
gito,ac imponito:egregiè ipſum per aluum purgat. Aut ueratrum nigrum,fel taurinum, nitrum,
piper,æquis partibus cum melle,aluo per dimidiæ horæ ſpatium imponito.Porrò per omne cu-
rationis tp̃s unam aliquam ex his potionibus ipſis propinato.Cotyledonis drach.i.ſcillæ aridæ
mundæ drach.i,in uino mulſo diluto quotidie exhibe. Aut corticis radicis ari dra.i.Aut cneori,
quam aliqui chamælæan appellant,teneras eminentias ad calamorum radices naſcentes exuc
cato,ac ſucci cyathos iii.prædictis admiſtis quotidie exhibeto.Optime facit,& hoc:Cancri flu-
uiales ſicci triti, pedibus, ac eminentijs oĩbus amputatis,ʒ.i,aſari.ʒ.i:miſceto aqua ex ipſo flu-
mine,unde cãcri extracti ſunt,accepta,& propinato. Aliquãdo uero pro aſaro opobalſami par
†*Cod. quidam manuſcripti græci non habẽt has dictiones.* põdus additur.Aut corallii.ʒ.i,aluminis ſciſſi†drach.i.ʒobo.ii,cum calaminthæ cremore terito,
& in paſtillos duorum obolorum põderis redigito, & obolum inde ex calaminthæ aqua biben
dum dato.Summè facit,& ad nephriticos.Aut radicẽ calaminthæ coctã propina.Aut ſion ʒqđ
lauer Latini dicunt ʒitidem coctum propina:idemq; etiam edendum exhibe. Aut tribuli folia ſi
ue radicem cum uino dato.Aut in balneo cum ſale, & oleo diligenter, uſque quo exudent, illi-
tos educito: & ſolis teſtibus exudantibus ablutis, primum linteis, deinde etiam reliquis amicu- G
*Al.Africanis. lis,contectos curato:ac panem furnaceum cum * ſufficientibus caricis edendum dato:uinum ue-
ro nigrum Italicum, aut ſpicatum recens, in quo ficuum triens in uini ſextariis vi.incoctus eſt,
donec tertia pars ſuperfuit, bibendum exhibeto:purgat per urinã. Aut urinæ capræ cochleariũ
unum cum nardi drachma unà calfactum bibendum dato.Aut cucumim ſylueſtrem, uino nardi
no,uel aminæo macerato,& ex cremore ter cyathum unum bibendũ præbeto,& paulatim uſq;
ad cyathos tres progreditor.Aut ſeſeli in potu, uel cibo exhibe,aut daphnoides tritũ lupini ma
gnitudine inſpergens bibendum dato: ducit urinam multam.Aut corticem radicis ari ex uino.
Aut ſquamæ æris drachmam unã,panis medulla excipito,& catapotia facito, ac exhibeto:forti
†Al.cyathi dimidij. ter aquam ducunt. Aut æris uſti drac.i, rutæ ramulos tres,ſtercoris columbæ drac.i, ſalis cõmu-
nis parum, cum uino epheſio, & aqua, ita ut tota miſtura † heminæ dimidiæ ʒſit, præbeto.Sum-
mè faciunt & Theriacæ omnes urinã cientes.Inſuperq; potiones aquam ducentes, quæ unicui-
que per experientiam cognitæ ſunt minimè periculoſæ.Similiter,& catapotia.Cæterum hydro
picos diutius ad Solem, contecto capite, inungito ex oleo multo ſale admiſto,& multa ſalſugi-
ne calida perfundito. Inflatos uero maxime locos, ueficis magnis probe inflatis quotidie con-
tinenter pulſato,inde.n.arctantur, ac cõtrahuntur.Scarificatis item ipſorum talis,& uulnuſculis H
impactis, ipſos in ferculo, aut lectica geſtato, ac circumuehito : multus.n.humor hoc modo ip-
ſis ꝑfluere ſolet.¶ *Ad eaſdem affectiones confectio Biennij.* Croci, opii, opopanacis, myrrhæ, iri-
dis,acori, mandragoræ, aſari, coſti, nardi Indicæ, dauci cretici, mei, ſingulorum.ʒ.viii:piperis
albi,& longi,gentianæ,ſtœchadis,caſiæ,phu ponticæ,ſingulorum drach.octo:excipe melle.

De pharmacis dolorem ſedantibus, anodynis, & colicis appellatis. *CAP. 4.*

HIuſmodi pharmacis,magni doloris,aut uigiliarum gratia,aut ne per uiolentã tuſſim lan
cinemur,uelut in ſanguinis reiectatione,& grauibus diſtillationibus aliquando contingit,
uti ſolemus. In moderatioribus tamen prædictis affectionibus confectiones ex ſeminibus, pri-
uatim tuſſiculares appellatæ, ſufficiũt, quæ & ipſæ oĩno aliquid ex ſoporiferis ſeminibus hẽnt:
uerum modicum,inter multa adeo ſemina, quæ odorata,& tenuium partium,ac urinam cientia
exiſtunt. Appellãt aũt hæc medici ſæpe citra appellationis ſeminis appoſitionem,Cuminum di
centes,& daucum,& ſeſeli,apiumq;,& aniſum. Eiuſmodi igitur pharmacorum compoſitiones
inter tuſſiculares appellatas cõfectiones ſunt relatæ:uerum dolorem ſedãtes anodynæq;, & co
licæ dictæ, quæ eiuſdẽ quidẽ generis, cum illis ſunt, multo autem facultatis illas exuperant, in
hoc ſermone oſtenduntur. Prima itaq; ex ipſis priſcis temporibus,ut apparet,celebris fuit, quã

Philo

A Philo prodidit,& de qua ipſe hanc Elegiam fecit.

Philonis Antidotus,
En me Tarſenſis medici prægrande Philonis:
Inuentum, mala quod multa dolore leuo.
Seu colum doleas, ſeu tu iecur, auxiliabor:
Seu lapis infeſtet,difficile aut lotium.
Et medeor ſpleni hinc, orthopnœæque moleſtę:
Concluſa,atque tabem protinus exupero.
Pleuritimq; malam, & ſputum uomitumq; cruoris,
Euinco, mortis terror & hoſtis ego.
Viſcera tentantes omnes ego ſedo dolores,
Interna & quicquid membra dolore quatit.
Tuſſim,ſingultumque, deſtillantesq; fluores
Siſto,etiam ſi quid ſtrangulet excipio.
Me dedit ille author ſapienti munera magna
B Diſcipulo, ſtupidos nil ego curo uiros.
ODORVM fuluumq; pilum pueri cape, cuius
Fulget adhuc campis Mercurij ille cruor,
Pondus ad humanos ſenſus perpendito prudens,
Dein drachmę pondo Nauplion Euboicum.
Inde Menœtiadę occiſoris ponito drachmam,
Qui pecoris denſis uentribus excipitur.
Viginti & drachmas candentis conijce flammę,
Et totidem fabę poſt ſuis Arcadiæ.
Et drachmam dictę falſo radicis, ab ipſa
Terra,Piſſęo quę Ioue clara manet.
Cumq; pion ſcribes,uoci caput amplius addes,
Maſculum Achiuorum nominis articulum.
Indeq; poſt drachmas expensę ſumito lancis,
Quinque bis. Atque iſtęc prouidus excipito
C Natarum tauri textura Cecropidarum.
Sic mecum Triccę progeniesq; facit.

In his uerſibus Philo iubet,croci drac.v.coniici, pirethri unã, euphorbii unam, ſpicę nardi unã: piperis autem albi & hyoſcyami par pondus, utriuſq; drach.xx.opii uero drach.x.Primi quidẽ igitur duo uerſus crocum indicant,ut qui fuluus colore fit, & tenuis ad formam pilorum. Cruorem autem croci fulgere adhuc in campis Mercurii dicit. Adoleſcens.n. Crocus appellatus cũ Mercurio diſco ludens, & incurioſius cõſiſtens, illapſo in caput ipſius diſco, ſtatim mortuus eſt: ex ſanguine autem ipſius in terrã acto crocus natus eſt. Fulgere uero cruorem dixit, hoc eſt ſanguinem iam occiſi, propter coloris croci ſplendorem. Scribitur autem nõ ſolum campis,ſed & herbis in uerſu,hoc modo. Fulget adhuc herbis Mercurii ille cruor. Cęterum pondus croci.3.v. eſſe uult, cum humanos ſenſus perpendere iuſſit, qui quinq; numero exiſtunt. Quod uero drachmas quinq; eſſe uelit,& neq; obolos,neq; libras,neq; aliud quicquam tale,per ſequentia cõmonſtrat,primum quidem cum ait, Dein drachmę pondo Nauplion Euboicum. Deinde uero & conſequenter cum aliis, idem drachmę nomen apponit. Nauplion itaque Euboicum, pyrethrum uocat,propterea quòd Nauplius magnis pyris incenſis,ut aiunt,circa Eubęæ portũ,mul-
D tos Græcorum decepit,ut perirent, tanquam ad regionem portus bonos habentẽ applicantes. Idipſum uero ob Palamedis necem ipſum feciſſe tradunt. Atuerẽ & euphorbium ſimiliter his ænigmatice uocauit, cum ait, Inde Menœtiadæ occiſoris ponito drachmam. Quando quidem poeta Patroclum ſic loquentem facit:

Sed me parca ferox,Latonæ & filius aufert,
Atque uir Euphorbus.

Pecoris autem, hoc eſt ouium uentribus excipi, & adſeruare euphorbium ait,propterea q; hos ſolos non corumpit,& ob hoc in his reponi pharmacum poteſt. Eſt porrò euphorbium plantę cuiuſdam ſpinoſæ in Mauruſiorum terra naſcẽtis ſuccus, facultate caldiſſimus: & de ipſo libellus paruus ſcriptus eſt Iubæ regi Mauruſiorum. Conſequenter uerò Philo ait, viginti & drachmas candentis conijce flammæ.piper album per hoc ſignificans. Eſt aũt ſtomacho commodius & acrius q̃ nigrum. Viginti inſuper drachmas ſeminis hyoſcyami iniicere iubet,quod ænigmatice fabam ſuis Arcadicæ appellat,quãdo quidem aprum Erymanthium Hercules occidiſſe fertur, qui in Arcadum terra fuit connutritus. Quin & nardi ipſius drach.i.coniiciendam cenſet, quam radicem falſo dictam appellat,quãdoquidem ſpica nardi uere nominatur. Vult aũt eam Creticam eſſe, cum ait:ab ipſa terra, Piſſęo quę Ioue clara manet. Quando quidem fabularum

ſcriptores Iouem in Dictæo Cretæ monte educatum aiunt, occultatum ibidem à matre Rhea, E
ne & ipſe à patre Saturno deuoraretur. Appoſui autem Ioui epitheton Piſſęi, quemadmodum
multi etiam extra poeticam, in communi ſermone dicere ſolẽt, per Aeſculapium Pergamęum,
per Dianam Epheſiam, per Delphicum Apollinem, per Veſtam Eleuſinam. Quidam uero nõ
Creticam terram, ſed Indicam, indicatam eſſe aiunt, ex qua ebur affertur, ex hoc enim ſtatuã
Iouis in Piſſa factam ac formatam eſſe. His omnibus & papaueris ſuccum ad miſceri iubet, qui
recepto à medicis more priuatim opium appellatur, cum nullus aliorum ſuccorum quantumuis
multi ſint, in neutro genere opium uidelicet, nominetur. Quando igitur ipſum nomen opion,
ex uoce, o, & pion componitur, ob id ſane inquit:

Cumq; pion ſcribes, uoci caput amplius addes
Maſculum Achiuorum nominis articulum.
Indeq; poſt drachmas expenſæ ſumito lancis

Quinq; bis, &c. Hoc eſt inijce & opii drach. x. Súpereſt poſtremum, quo omnia hæc trita F
excipiuntur, ipſum mel, itidem coniecturaliter ab ipſo appellatum: Natarum tauri textura. qñ
quidem ex putreſcentibus tauris apes generari tradunt. Quòd autem atticum ipſum mel eſſe ue
lit, ea gratia addidit, Cecropidarum, hoc eſt Atheniẽſium. Cæterum per extremũ uerſum oſten
dit etiam Aclepiadas hoc pharmacum ſic præparare. Ex Tricca. n. generis ſui originem ducunt,
ex quorum ordine & poeta eſt. Hæc ferme prima antidotorum dolores ſedantium celebris fa-
cta eſt. Iuxa hanc autẽ alijs partim ad ipſam appoſitis, partim detractis, aut apponderationibus
permutatis, poſteri magnum antidotorum dolores ſedantium numerum fecerunt: quas etiã co-
licas uocant, denominatione ab affectione q̃ maximos dolores habet, deducta. Ego uero primũ
quidem generales componendi ipſas modos referam: deinde uelut conſueui, ẽt particularium
materierum ſeriem, quantum latiſſime ſe expandit, ſubſcribam. Opium itaq; fortiſſimum eſt ex
iis, quæ ſenſum ſtupefaciunt, ac ſomnum ſoporiferum inducunt. Operatur autem hæc ẽt ſolum
ſapa dilutum, deinde tomẽto exceptũ, ac ſedi inditum: itemq; fronti, ac naribus illitum: ſi uerò
cum alio quopiã uim ipſius moderante miſceatur, moderatius hæc facit. Verum quæ admiſcen
tur ipſi, aut concoquere, aut mitigare doloroſam affectionem, oportet, aut humores affectionẽ
efficientes diſcutere, aut ſecare, aut attenuare, aut iuxta totam ſubſtantiã alterare. At uero neq;
ignorare nos puto, optimum eſſe compoſitionis ſcopum, qui triũ coniectationi ſit intentus: ni-
mirum ut, & sẽſus ſtupefiat, & nullum in poſterum inde circa particulam detrimentum perma-
neat, ampliusq; ut affectio ipſa maxime inde iuuetur. Ad hæc igitur reſpiciens Philo mihi uide- G
tur hoc pharmacum, de quo iam propoſuimus dicere, compoſuiſſe, Ex opij quidẽ & hyoſcya-
mi miſtura ſomnum ſoporiferũ, & ſenſitiuæ facultatis ſtuporẽ inducere uolens. Quò uerò citius
diſtribuerentur, & totorum affectorũ corporum profundum penetrarẽt, calfaciẽtia admiſcuit.
pyrethrum, & Euphorbium, & piper: quæ nocentes humores diſcutere pñt, & extergere uiſco-
ſos, ac ſecare craſſos, & uentoſos flatus attenuare ac euacuare. Eſt autem non modica cõcoctо-
ria uis omnium frigidarum affectionum in nardo ſita: verũ Creticam nardũ iniicere non opor-
tet: neq; omnino eã, quæ apud nos naſcitur, quam montanam & herbã Narditem magis, q̃ nar
dum appellant. Eſt igitur Cretica nardus optimum pharmacũ, efficiens quæcunq; ẽt indica nar
dus ſolet, uerum ab ipſa uiribus deficit, uelut ẽt à celtica, montana. Quemadmodum aũt ex aro-
maticis appellatis medicamẽtis Philo ſolam nardum iniecit, ſic poſterorũ alius aliud appoſuit,
aliqui ẽt plura: quæ uerò apponuntur, ſunt flos iunci odorati, & caſia, cinnamomũ, amomum,
& coſtus. Quemadmodum autem rurſus crocum addidit, crudorum humorum concoctorium,
itemq; affectionũ medicatarum, ſic alijs myrrhã, & caſtorium admiſcuerunt. Plurimi aũt ex ip-
ſis, neq; male in hoc facientes, & hæc familiaria ſemina, de quibus ẽt antea in cõfectionibus ex
ſeminibus conſtantibus dictum eſt, addiderunt: quo uidelicet amarorũ medicamentorum iniu- H
cunditatem mitigent, & totum pharmacum ad diſtributionem, & urinæ propulſionẽ inſtigent.
Si uero & humorum craſſitudo attenuari expetat, ẽt hoc ipſum faciunt: dico autem apij ſemẽ,
cumini, dauci, petroſelini, aniſi, quæcunq; & eiuſmodi exiſtunt. Apponam igitur iam & copiã
ac ſeriem particularium materierum, à prioribus medicis uſu, ac experientia cognitarum.

De Colicis pharmacis ab Andromacho conſcriptis.

Prima itaq; ipſarum hæc in uerba ſcripta eſt. *Colica Caſsij.* Aniſi drach. vi. ſeminis apii, ʒ. xii.
nardi. ʒ. iiii. alii. ʒ. vi. caſtorij drach. iii. petroſelini drach. iiii. alii drach. iii. piperis albi drach. v. &
longi drach. v. myrrhæ drac. v. iunci odorati drach. iii. ſucci papaueris drach. vi, croci ʒ. iii. exci-
pe melle cocto. Quidam etiam cinnamomi drach. i. aut caſiæ drach. ii. Datur ad ſummũ nucis
regiæ paruæ magnitudo ex aquæ calidæ cyathis tribus, minimũ nucis ponticæ magnitudo. Co-
† Alit. xiiij. lica ſecũda ab Andromacho ſcripta hæc eſt. *Colica Caſsij, ut Criſpus. Facit & foris impoſita.* Aniſi
* Aliter iij. ʒ. xii. ſeminis apii. ʒ. † xxiiii. nardi indicæ tantundem, caſtorij drachm. * ſex, ſeminis petroſelini
drac. xvi. myrrhæ. ʒ. xii. piperis albi. ʒ. xii. & longi ʒ. x. iunci odorati ʒ. ſex: opii, croci, caſiæ ſin-
gulorum drac. xii. coſti, acori, utriuſq; drach. vi. excipe melle cocto. Prębe nucis pŏticæ magni-
tudine ex aquæ calidæ cyathis iii. Hæ igitur pręſcriptę duæ confectiones ex medicamentis, de

quibus

A quibus paulo ante dixi, cõpoſitæ ſunt. Quæ uero deinceps ſequitur, qua ſe uſum eſſe ipſe ait, habet etiã alia quædam præter priora, eiuſdem generis cum opio & hyoſcyami ſemine exiſtentia, uelut malorum mandragoræ ſuccum, aut qui ex radice ipſius expreſſus eſt, & ſuccum cicutæ. Habet item phu ponticum, quod partim nardo celticę, partim petroſelino, & urinã cientibus ſeminibus ſimile exiſtit. At uero ſylueſtris braſſicæ ſemẽ ex maxime attenuatorijs eſt, & quæ multũ ſiccare ac diſcutere poſſunt, ex urinam cientibus eſt & meon, & aſarum. Illyris uero, quam neq; nominauit iridem illyricam, cõcoctorium eſt & attenuatorium pharmacum. Stœchas autẽ à putrefactione uindicat, & attenuat. Ipſum pharmacum autem ſic deſcribitur. *Colica Tullÿ, qua utor.* Succi malorum mandragoræ drach. octo, aut ſucci radicis eiuſdem drach. x. phu pontici drach. octo, ſeminis braſſicæ ſylueſtris. ʒ. octo, ſucci cicutæ drach. xvi. coſti, piperis albi, & longi, myrrhæ, opij, ſingulorum drac. octo: opopanacis drach. * ſex: ſtœchadis, ſeminis dauci, mei, aſari, ſin- * Aliter xvi.
gulorum drach. xij. cinnamomi, illyridis, acori, ſingulorum drach. octo. *Sequitur poſt præſcriptas colica Abaſcanti, quam apud me conſonam reperi.* Aniſi drach. x. ſeminis * ſeſelis. ʒ. uiginti, petroſe- * Al. apij.
lini nardi indicæ, piperis albi, & longi, ſingulorum. ʒ. * tres, & obolos quatuor, opij. ʒ. x. myrrhæ * Aliter vij.
ʒ. x. cumini ęthiopici, caſtorij, utriuſque. ʒ. quinque, iunci odorati, croci, utriuſq; drach. v. excipe
B ac præpara cum melle cocto. *Colica admirabilis qua utor, & ad voluuloſos, & qui ſtercus ſurſum euomunt in magnis doloribus. Datur magnitudine fabæ in aquæ frigidæ cyathis iij, aut iiij.* Piperis albi, ſeminis hyoſcyami, utriuſque ʒ. xl. opij. ʒ. uiginti, croci ʒ. x. ſpicæ nardi, euphorbij, pyrethri, ſingulorum. ʒ. ii. excipe melle cocto. *Alia non inefficax Adiaptotos ob id dicta, ad omnem etiam inflationem.* Sinonis, ſeminis hyoſcyami, piperis albi, ſingulorum drachmas xl. ſucci papaueris. ʒ. xx. croci ʒ. vi. opobalſami drach. iii. excipe melle cocto. *Colica Terentÿ Valentis.* Sinonis, piperis albi, ſeminis hyoſcyami, ſingul. ʒ. xl. ſucci papaueris. ʒ. xx. croci. ʒ. octo, alii ʒ. vi. corticis radicis mandragoræ. ʒ. tres, mellis quod ſatis eſt: quidam etiam opobalſami ʒ. iii. *Colica Apollonÿ.* Nar- * *Marathri, al. Malabathri*
di drach. ii. caſtorii, * fœniculi, ſucci mandragoræ, coſti ſingulorum drach. i. aſari, † ſpicę, utriuſq; † *Al. ſtœchados*
drach. iii. opopanacis ʒ. i. dauci cretici drach. iii. cinnamomi drach. v. piperis albi, & longi, iridis,
myrrhæ, ſingulorum ʒ. duas: lemniæ ſphragidis drach. x. abſinthii drach. ii. excipe melle. Datur
Al. ſu. a. t. 6 f. 556. b drachma una ex aqua. *Colica ut Nicoſtratus, Iſotheos appellata, empta talentis duobus. Facit ad ſtomachicos, oculorum dolores & uexationes, uuluæ labores, ex aqua mulſa incocta ruta.* Croci ſeſqui- † *Aliter ij.*
drachmam, nardi ʒ. ii. myrrhæ ʒ. † viii. coſti, piperis albi, & longi, chalbani, ſingulorum ʒ. i. opo- † *Aliter i.*
balſami drach. iiii. cinnamomi, ſucci mandragoræ, caſtorii, ſingulorũ ʒ †. ii. ſeminis dauci. ʒ. iiii.
C & dimidiam, ſagapeni ʒ. iii. caſiæ ʒ. iiii. excipe melle attico. *Colica ut Scribonius.* Cineris cornu
cerui teneri uſti heminam: piperis albi, myrrhæ, utriuſq; * ʒ. ii. ex tritis cochlearium unum exhi- * Al. uncias.
beto. Et cochleam unam crudam tritam cũ uini cyathis duobus, & aqua calida. *Colica, qua * aſſi- * Græce συνεχῶς. al. Σερεναῶς. i. Seneca.*
duè utebatur. perfectè liberans & malum exturpans. Zingiberis * ʒ. iii. corticis ſalicis ʒ. iii. rutæ ramu- * Al. myrrhæ.
los tres aut quatuor, phœnicobalanorum ʒ. tres, aquæ cyathos vi, coniicito in uaſculum nouum,
& coquito donec tertia pars ſuperſit · & bibendum dato ad triduum poſt irritationem: & facto
Vide infra lit. G. interſtitio, idem facito, ad plures dies pharmacum in potu exhibendo. *Colica † Tullÿ bona, qua* † *Al. τηλλίου.*
& ipſa utor. Seminis braſſicæ ſylueſtris, phu pontici, utriuſq; * ſemiſſem: piperis albi, & longi, ſe- * *Al. drach. vi.*
minis dauci, mei ſingulorum ʒ. † ix. caſtorii, coſti, opii, corticis mandragoræ, nardi indicæ, aſari, † Aliter ʒ. ii.
illyridis, acori, myrrhæ, ſingulorũ ʒ. vi. opopanacis. ʒ. iiii. ſeminis cicutæ drach. ii. ſtœchadis. ʒ. ix.
cinnamomi drach. i. caſiæ daphnitidis drac. xviij. excipe melle cocto. Da fabæ ęgyptiæ magnitu
dine. *Colica, quam admiratus eſt Ariſton, ut Diophantus Lycius.* Succi centaureæ, caſtorii, ſcyllæ aſſatæ, piperis albi, & longi, myrrhæ, rutæ hortenſis, hyſſopi, abrotoni, iridis illyricę, ſingulorum
3. duas: croci, ammoniaci thyimiamatis, radicis acori, phu pontici, zingiberis, ueratri albi, ſingu
lorum ʒ. i. excipe aceto mulſo. Datur etiam drach. i. ex aceto mulſo. *Colica, ut Publius in Putio-*
D *lio & Apollonio.* Polii drach. vi. ſcordii drach. xii. gentianæ drach. v. ſeminis rutę ſylueſtris ʒ. iiii.
ſucci cyrenaici ʒ. † iii. rubricę lemnię ʒ. v. myrrhę ʒ. vii. opobalſami ʒ. octo, piperis albi drach. ii. † *Aliter vi*
& dimidiam, cachryos drach. iiii, uerbenacæ herbæ ʒ. ii, pentaphylli drach. v, excipe melle atti-
co. Da magnitudinem nucis ponticæ.

Quæ Aſclepiades ad coli affectus prodidit.

Pharmacum inſperſile ad coli inflationes, † Antonÿ pharmacopolæ. Hoc uſus ſanus erat. Chreſo- † Al. Antonini medicamentum ualde generoſum.
balani ʒ. duas; ſeſelis, aſtragali, utriuſq; * ſextantem: illyricæ, tragorigani, utriuſq; * vnc. i. Hæc ſi-
mul tuſa & cribrata, cochlearij unius plus minus menſura, ex aquę calidę cyathis quatuor ante
cibum exhibeto. *Aliud.* Gallinarum interanea omnia exempta & in uas fictile cõiecta aſſato, ac
trita reponito: uſus uero tempore cochlearium unum & dimidium, & ſeminis dauci cretici tuſi * *Al. drach. ij.*
& cribrati tantundem, ex aquæ mulſæ calidæ cyathis tribus exhibeto. *Ad coli inflationes, Chari-* * *Al. drach.*
clis. Cumini æthiopici drac. vj, ſeminis apij. ʒ, v. ſeminis dauci cretici drach. † ii, piperis albi. ʒ. i.
tuſa & cribrata reponito. Dantur ex eo cochlearia duo cum aquæ mulſæ cyathis tribus. *Aliud.* † *Aliter. i*
Seminis rutæ ſylueſtris aridi, ſeſelis maſſilici, utriuſq; drach. octo, petroſelini drach. quatuor, ſi-
nonis ſyriaci drach. iiii. piperis albi drachm. ii, tuſa, & cribrata exhibe ut dictum eſt. *Eclegma*
colicis Nectareum. Facit & pleuriticis, & dyſpnoicis: deducit mulieribus menſes. Eſt & concoctorium.

Cumini hiſpani vnc.i.piperis albi,zingiberis,utriuſque tantundem:uini dulcis aut ſcybelitæ, aut protropi ſextarios.iii.uni falerni ſextarium unum,mellis attici libram unam:Arida tundunt̃,& cribrantur craſſiore cribro,deinde cũ uino coquuntur,donec tertia pars ſuperſit:deinde affunditur uinum dulce,ac rurſus coquitur. Mouere autẽ oportet ramulis rutæ uirga ſalicis exceptis, & ſalicis cortice obligatis. Habenda eſt ad manum ẽt altera uirga ſimiliter rutæ ramulos recentiores cõplectẽs, quo prioribus exiccatis,recẽtioribus moueas.Poſtq̃ autem liquor ſemel, atq; iterũ ebullierit,injice mel,ac rurſus coque: & excolatum, per ſuccum liquorem repone.Vſu expetente,† myſtra tria,ξante & poſt cibum præbe. *Alia Scribonij Largi ex ſalice, liberat à tota affectione.* Corticis ſalicidrac.iiij,zingiberis aridæ drach.iij:phœnicobolanos vj.numero,aquæ ſextarium unum & dimidiam: coquito omnia rutæ ramulis mouens: & ubi tertia pars liquoris reſtiterit,tũ excolato:& cyathos duos quotidie bibendos dato. Hoc uero per triduũ facere oportet:& poſt triginta dierum interſtitium rurſus repetere, quo per annum potiones xxxvi.fiãt.bibitur.n.hoc pharmacum per annum totum.In alijs exemplaribus hoc modo habetur: Corticis ſalicis uiridis drac.v.zingiberis ſicci drach.iiij,piperis albi drac.iiij.palmularum paſſarum maximarum,quas Græci patetos appellant,numero duos aut tres:rutæ uiridis ramulos.v.aquæ pluuiæ ſextarios iij.coquito ad tertias,& dato ut prædictum eſt. *Alia Paccij Antiochi, à tota affectione liberans.* Cornu cerui recens enati molliſſimi uſti ad albedinẽ cochlearia iij.maioris magnitudinis, piperis albi grana x.aur.ix.myrthæ parum odoris gratia,omnia teruntur,& cochlea africana uarij coloris unà cum teſta itidẽ teritur,uino falerno per ſaccũ non excolato affuſo,fit autem uini menſura cyathorum trium.Hæc oĩa in fictili uaſe permiſta ad prunas calfacimus, diligenter mouẽtes,ne quid ex pharmaco ſubſidat:calfactum uero in ipſis irritationibus bibẽdum dato,itemq; ſequentibus duobus diebus. Oportet autẽ diem unam ante,cibum differre, & reliquis diebus prandio ſolo uti,in eoq; aſſumere cibum, qui facile confici poteſt.¶ *Alia confectio.* Succi fœniculi ſexta.iiij.mellis attici ſextar.†ij,croci drac.iiij.crocũ in linteolum purum ligato, ſuccũ uero,& mel miſta in uaſe fictili coquito,& faſciculo croci moueto:ubi uero denſata fuerit ad arteriacæ ſpiſſitudinem,crocũ quidem expreſſum reijcito, pharmacum uero reponito.Vſus tempore myſtrum unum, aut duo ante cibum dato. *Colica Sigonis, qua uſus eſt ualens, facit in ſummis doloribus. Dat nucis ponticæ magnitudine, ex aquæ calidæ cyathis tribus,& confeſtim minuit dolores,& maximè ſi pruritus per totum corpus fiat. Facit & ad inueteratos ſplenicos,& ad voluuloſas affectiones. Facit hepaticis† & ad febres per circuitum repetentes, ac vuluæ ſtrangulatus,& veſicæ affectus. Eſt & arteriaca bona.* Sinonis ſyriaci,aut hiſpani dra.lx piperis albi.3.xl.ſeminis hyoſcyami albi 3.xl.opij, corticis mandragoręe, utriuſque 3.x.croci 3.vi.mellis cocti quod ſatis eſt his excipiendis. Quantitas exhibitionis oſtenſa eſt. Alia exemplaria ſic habent:ſinonis hiſpani 3.lx.piperis albi, ſeminis hyoſcyami albi, utriuſq; drach.xl.cornu cerui uſti, opij,utriuſque 3.uiginti: corticis mandragoræ 3.x.croci drach.vj.mellis quod ſufficit. *Confectio* Lingonis colica: data ex frigida ſtatim ſoluit dolores.* Seminis hyoſcyami albi.3.uiginti, opij, ſeminis dauci cretici, utriuſq; 3.x.petroſelini 3.vj.croci,ſpicæ nardi,pyrethri ſingulorũ drach.iiij.euphorbij, opobalſami,cinnamomi.ſingulo.3.duas, excipe melle cocto: & exhibe fabæ ægyptiæ magnitudine cum aquæ tepidæ, aut frigidæ cyath.iij.in irritationibus. *Colica ſedans dolorem, qua uſus eſt Caſſius. Facit & ad internorum affectiones. pharmacum eſt ualde bonum.* Aniſi,nardi ſyriacæ,myrrhæ, ſingulorum drach.viij.piperis albi,& longi,utriuſque 3.xij.ſeminis*ſeſelis 3.vj.opij tantundem:croci,caſtorij,petroſelini,iunci odorati,ſingulorum 3.quatuor.mellis attici cocti quod ſatis eſt. Datur ponticæ nucis magnitudine. *Colica ſedans dolorẽ Lucij: confeſtim eximit dolores, & inſcribitur Sicula.* Myrrhæ,ſucci hyoſcyami,opii,ſingulorum drach.†octo:radicis mandragoræ, piperis albi,croci,thuris, ſingulorum 3.x.excipe melle: & præbe fabæ ægyptiæ magnitudinem ex aquæ calidæ cyathis tribus ad noctem. *Colica ſedans dolorem Euſchemo Spadoni inſcripta, bibitur in dies triginta.* Seminis braſſicæ ſylueſtris,phu,cinnamomi,iridis illyricæ,acori,aſari,opopanacis, myrrhæ, nardi indicæ,opii,coſti,ſucci mandragoræ,caſtorij,ſingulorum 3.vi.trium piperis generũ,mei, ſeminis dauci cretici decorticati,ſingulo.3.xii.ſtæchadis,ſeminis cicutæ, ſingulorum 3.octo,excipe melle cocto:ac præbe fabæ ægyptiæ magnitudinem,febre carentibus cum uini mulſi diluti cyathis iiii.febrientibus cum aqua mulſa. Hoc etiam in infuſis utebatur,nucis ponticæ magnitudine, cum fœnigræci decocto cyathorum quatuor, & oleo cui ruta incocta eſt item cyathorũ quatuor *Ad eaſdem affectiones confectio* Brentri.* Croci,opii,opopanacis,myrrhæ,iridis,acori, mandragoræ,aſari,coſti,nardi indicæ,dauci cretici,mei ſingulorum 3.vi.piperis albi,& longi, gentianæ,ſtæchadis,caſiæ,phu pontici,ſingulorum 3.octo:excipe melle.

† Al. myſtrum unum uel duo.

A.l.3.f.20.t.1 c. 37. f.377.4

* *Aliter.*

† *Additur in antiquis δυσεντερικοῖς, i. difficulter ſpirantibus.*

* *Al. Gliconis.*

* Al.Apij.

† Al.x.*ideſt uiginti.*

Vide ſupra literam C.

Al. Bienniti.

De dyſentericis. CAP. 5.

DE dyſentericis equidẽ,q̃ in uniuerſum noſſe oportet, iã ante dictũ eſt,tũ ĩ curandi methodi libris,tũ ẽt nũc in ſermone de hepaticis habito,Reliquũ eſt igit̃ de uere dyſentericis agere, ĩ qb⁹ naq; hepar affectũ eſt neq; aliqua affectio eſt,p̃ter iteſtinorũ ulcerationẽ,aut nudã,aut cũ putrefactiõe aliqua obortã,quã medici cõſueto uocabulo,nomẽ,appellãt. Quæcũq; igr̃ ad tales affectiões cõmoda sũt medicamẽta,& iã frequẽti expimẽto cognita, ea ĩ principio ſubſcribẽt.

Quæ

A *Quæ ab Andromacho ad dyſenteriam ſcripta ſunt.*

Potio ad dyſentericos, & hæmoptoicos. Floris roſarum,opii,acaciæ,gummi,ſingulorum.3.iii.balauſtii tantundem,ſucci hypociſtidis tantundē,gallarum* drach.ii.ſeminis plantaginis tantundem, & ſucci eius tantundem, lycij indici drac.† j.ſucci roſarum drac.* i.fac paſtillos* drachmę unius. Vtere uarie. *Ad dyſentericos, & cœliacos, confectio ex fructibus.* Mala punica integra xx. mala cotonea uiginti, erui ſextar. i. prunorū ſylueſtrum ſextar. ii. ſorborum epheſinorū ſextar. ii.rhois ſyriaci ſextar.iii.pyra terētiana uiginti, mala ceſtiana triginta,ſiliquas xl, baccarū myrti nigrarum ſextar.iii.muſti aminæi ad tertias decocti ſextar.xlviij: coquito ſimul ad mellis ſpiſſitudinem,& in figulino reponito. *Alia ex fructibus ad eadem, ſtomachum ſubuerſum reſtituit, imponitur etiam forinſecus.* Mala punica. x. cotonea uiginti, mala orbiculata xv. ſorborum ſextar.*ii.meſpilorum ſextar.i.glandium ſextar.i.rhois ſyriaci ſextar.i.rubi faſciculum manipularem,baccarum myrti nigrarum ſextarium unum: palmas paſſas,patetos Græci dicunt,triginta: acinorum aridorum ſextarium dimidium, prunorum ſylueſtrium ſextarium i,ſiliquas magnas x. œnanthes ſexuncem,cornorum ſextarium unum, mala citria v. paſſi cretici ſextarios xvi. coquito ſimul,& reponito in uitro:utereut priore. *Ad dyſentericos, quatuor.* Gallæ,fructus ericæ,

B opij,ſingulorum.3.iiii.cum aqua redigito in paſtillos duorum obolorum. Dato ex aqua aut uino. *Ad dyſentericos Clidion.* Nardi, croci,vtriuſq; drach. viii.aloes drach.iiii.ego drac.ii.thuris drach.ii.acacię drach.iiij.myrrhæ 3.iiii.ſucci hypociſtidis.3.quatuor,alij 3.vi.roſarum ſiccarum drach.iiii. lycij indici drach.iiij. tragacanthæ drach.iiii, opij 3.iiii.alij 3.i. obolos ii.piperis 3.ii, alij etiam iridis drach.ii.excipe aqua: quidam etiam cinnamomi 3.ii.& dimidiam,gallæ 3.ii. fac paſtillos obolorum duorum ponderis.Exhibe cum uino myrteo. *Ad dyſentericos, & cœliacos, paſtillus Beritii.* Nardi, croci, vtriuſq; drach.ii,myrrhæ,ſucci hypociſtidis, aloes,opii,tragacanthæ,lyci indici,gallæ,aniſi,acacię,piperis,rhu pontici,ſingulorum drach.i.tragacantham in uino macerato,& reliqua trita commiſceto, paſtillosq; drach.i.formato, atq; ipſos ex uino dato. † *Al.xxv.*
Clidion ad dyſentericos. Acacię.3.uigintiquinq;,ſucci papaueris 3.† xxii,ſeminis hyoſcyami.* * *Aliter l.*
3.lvi.baccarum myrti tuſarum drach.† clx.rhois ſyriaci drach.lxx.& ſucci eius 3.ii.& dimidiā, † *Aliter c.*
thuris drachm.lxxv.omnia torrefacta terito, & uino nigro excipito.Datur ſummum drachm.i.
Ad dyſentericos, & cœliacos. Vini falerni ſextar.vj.mellis attici lib.vi. coquito ſimul ad multam ſpiſſitudinem:utere pleno cochleario,ad delingendum dato. *Ad dyſentericos, & omnia interna uitia,paſtillus ab Eudemo ſeniore.*Croci,caſię fiſtulę,utriuſq; 3.ii,nardi,3.i,myrrhę,aluminis,ſucci

C papaueris,ſingulorum,3.ii,cum aqua paſtillos formato:& dyſentericis, ex uini cyathis duobus dato febrientibus,ex aqua, hepaticis & peripneumonicis ex aqua mulſa. Ita etiam pleureticis & tuſſientibus. *Aliud ad dyſentericos.* Seminis fœniculi,aniſi,apii,malicorii,ſingulorum,3.iiii, * Aliter iiii.
opii,3.ii,cum aqua redige in paſtillos duorum obolorum. Dato unum ex aqua. *Ad dyſentericos, & cœliacos,ex libris Antipatri.* Piperis nigri,3.iiii.gallę,3.iiii. myrrhę,3.ii,croci drac.ii, nardi,3.i, lycii drach.i,ſucci hypociſtidis, acacię,ramentorum loti, gummi:ſingulorum, 3.ii,opii,aloes,aniſi,ſingulorum drach.i.rhois obloniorum drac.* duas: excipe ſucco rubi & utere. *Ad dyſentericos,cœliacos, & hæmoptoicos, è Cornelio medico.* Myrrhę,thuris,aloes,croci,opii,rhois ſyriacę & coriarię, lycii indici,acacię, malicorii, ſucci hypociſtidis,gallę, balauſtiorum,ſingulorum par pondus:in paſtillos cogito:& ad noctem febre carentibus ex uino,febricitantibus ex frigida,dato. *Aliud ad dyſentericos,Valentis.* Myricę fructus, rhois ſyriacę, opii, petroſelini,ſingulorum par pondus:torreto,ac terito: & cum aqua in paſtillos reducito magnitudine fabę. Da,in noctē febricitantibus ex aqua calida,non febrientibus ex uino. *Ad dyſentericos ex ſcriptis Lucy.* Styracis drachmas duas : opii, croci, acaciæ, gallę, fructus myricę, ſingulorum 3.i.cum aqua paſtillos facito:ac dato fabę ęgyptiæ magnitudinem cum uino. *Ad dyſentericos & hæmoptoicos: ſta-*

D *tim à prima potione cohibet fluxum.*Cochlearum uſtarum drach.duodecim,cornu cerui uſti drac.† †Aliter drach.v. obol.vi.
uiginti,obol.ii.ʒ baccarum myrti nigrarum drach.xv.opii torrefacti 3.v.obol.ii.gallæ toſtę.3.v. obol.ii.œnanthes drachm.vi.ſucci hypociſtidis 3.v.obol.ii, radicis mandragorę drach.xii,ſucci rhois, terræ aſteris, utriuſq; drach.xii.rhois culinarii 3.uigintiquatuor,malicorii toſti.3.vii,thuris drach.octo, corticis pinus torrefacti drach.vi.ſeminis apii 3,xiiii, hyoſcyami toſti drach.* de- *Al. quinque.
cem,rhois coriarii ſextar.†ii.acacię toſtæ 3, v, obol.ii,uini nigri, quo rhus coquatur, ut craſſiſſimus ſuccus fiat.Coquito itaq; cum uino, atque colato : & cum ſucco reliqua ſubacta in paſtillos drachmales, & triobolares, ac diobolares cogito : & pro habitu exhibeto,febricitantibus cum aquæ calidæ cyathis iii.non febrientibus cum uini cyathis ii . In aliis exemplaribus cornu cerui drachmæ ſex obol.ii,habentur, & ſucci hypociſtidis 3.ſeptem,& oboli ii,& acaciæ tantundem. † *Aliter i.*

Ad dyſentericos Flauij Pyſtæ,id eſt pugilis. Baccarum myrti aridarum tuſarum ſextarium unum, roſarum ſiccarum tuſarū ſextarium dimid.fæcis malabathri 3.ii.baccarum iuniperi drach.trigin ta,pyrorum aridorum tuſorum ſextar.i,corticis pinus 3,xii,myrrhæ drach.i,gallas.v,ſiliquarum tuſarum ſextarium unum. Dantur ad ſummum drach. viii. Dato aridum cum uino diluto . Quæ uero craſſiora ſunt, palmulis pinguibus excepta exhibeto . *Ad cœliacos : ſiſtit fluorem confeſtim.* Fructus myricæ drach.iiii.rhois cibarii, drach.quatuor, baccarum myrti nigrarum drachm.iiii.

acacię ʒ.ii.ſucci papaueris drach.i.excipe malorum ſpiſſamento: & fac paſtillos drachmæ pon E
deris,ac utere cum oui aſſati uitello. Vbi uero bibendũ dare uolueris, radicem rubi,aut myrtũ,
aut mala cotonea coquito,atq.decoctũ horum frigidum cyathorũ iii.menſura cum pharmaco
dato. Facit & lientericis. *Potio ad internos fluores. Forinſecus etiam cum melle coctum impoſitum facit.* §Seminis apij,hyoſcyami, utriuſq; ʒ.iiii.§ aniſi drach.ii.ſucci hypociſtidis ſeſquidrachmã,
ſeminis roſarũ ſeſquidrachmam,ſucci papaueris.ʒ.unam, myrrhæ drachmã unam, crocomag
matis drac.i. Dantur cum aqua obol.iii, & duo, & unus item. *Potio ad omnem fluxionem, & inflationem Lucij Tarſenſis.* Aniſi,ſeminis apij, utriuſque ʒ.duas: ſeminis anethi, dauci,tordylij,
ſingulorum ʒ.iiii.opij, ſeminis hyoſcyami, utriuſque ſeſquidrach.excipe aqua,atque ita utere.
Potio ad fluxum muliebrem ſiſtendum, ut Apollonius. Coralli obol.iii,balauſtij obolos iii.gummi
obolum unum, excipe oui crudi candido: & dimidium totius cum aquæ cyath.iiii.præbe.

Infuſa dyſentericis commoda.

Infuſum ad dyſentericos, Iſidori, ad exulcerationes factas in inteſtino recto.* Cineris chartæ ʒ.x.
aluminis ſciſſi.ʒ.iiii,auripigmẽti ʒ.iiii.ſandarachæ ʒ.iii.ſquamę æris,omphacii,utriuſq;.ʒ.iii.cro
ci,ſucci papaueris, utriuſq; ʒ.ii.calcis uiuæ ʒ.v.trita miſce,& excipe uino dulci, ac forma paſtil-
los drachmarum triũ,& duarum,ac unius,ponderis. Vſus tẽpore uino auſtero diluunt ad ſtrig. F
mẽtitiam craſſitudinem,miſcenturq; ſucci ptiſanæ cyathi duo. Infundito hæc ſimul ægroto,ita
ut tum de ptiſanæ ſucco,tũ de pharmaco, pro uiribus ipſiũs ſumas. *Infuſum Fauſtianum.* Auri
pigmenti ʒ.xii. chartæ uſtæ. ʒ.xxx. ſandarachæ.ʒ. vj. calcis uiuæ. ʒ. x. alii xii. cogito in paſtillos
quatuor drachmarũ:& cum plantaginis ſucco,in quo ſpiſſamẽta incocta ſunt,infundito,aut ui
no diluto cyathis iii. *Infuſum,quo utor, Athenæi,concordat Harpocræ, Magno Philadelpho, Aritolao.* Omphacii.ʒ.vi.aluminis ſciſſi.ʒ.vi.calcis uiuæ,ſquamæ æris, utriuſq; drachmas vi.auripig-
menti ʒ.octo,ſandarachæ.ʒ.iii.chartæ uſtæ ʒ.xv.cum uino myrteo paſtillos drachmarũ iiii. aut
iii.formato.Infunde cũ uini diluti cyathis quatuor, & aquæ tepidæ cyathis duobus: quãdoque
etiam cum aqua pluuiali. *Infuſum,quo utor.* Chartæ uſtæ.ʒ.xxx.auripigmẽti.ʒ.xii,gallæ.ʒ.ix.
calcis uiuæ.ʒ. xvi. bituminis drach. xvi. ſulfuris uiui ʒ. xvi. ſandarachæ ʒ. xvi. *Infuſum aliud, ut Idius.* Aeris uſti drach.xiiii.calcis viuæ, aluminis ſciſſi,utriuſq; tantundem, chartæ uſtæ drach.
xxx.auripigmenti.ʒ.xii.ſandarachæ drach.xii.excipe uino myrteo,aut roſarum decoſto,quę cũ
uino auſtero ad dimidias coctę ſint, & expreſſę: forma paſtillos, eosque infunde cum aqua.

* Al. viij. *Infuſum ab Eubulo.* Squamę,eris drach.* uiginti, chartę uſtę drach.xvi.calcis uiuę drach.vi.
auripigmenti.ʒ.viij.ſandarachæ ʒ.xv.acaciæ drach.quinque, omphacij ʒ.iii.fæcis uini uſtæ.ʒ.i. G
excipe uino myrteo, & infunde cum uino diluto calido. *Infuſum Heræ.* Chartæ uſtæ vnc.i.
calcis uiuæ vnciam dimidiam, cadmiæ unc. j. auripigmenti vnc.j.ex hoc arido cochlearia duo,
cum decocto baccarum myrti, aut uino myrteo, cyathorum iiij.menſura infunde: calcem uero
cum ſucco plantaginis extingue. *Infuſum aliud eiuſdem.* Sandarachæ,auripigmenti,utriuſq;
* Al. iiij. drac.octo,*acaciæ drach.iiij,calcis uiuæ drach.iiij.excipe uino auſtero, & coge paſtillos drach-
marum trium.In debilibus uerò minus cum uino diluto infunde. *Aliud.* Sandarachæ drach.viij.
calcis uiuæ recentis.ʒ.x.chartæ uſtæ drach.*octo,alij dra.xxx.malicorij,gallarũ,acaciæ, ſingulo
* Al.x. rum drach.v.mænarum aceto conditarum ad dies uiginti unũ, ac uſtarum, drach.iij:auripigmẽ
ti. ʒ.vi.uruntur mænæ in olla cruda: & aliqui arido medicamento utuntur,aliqui in paſtillos cũ
myrthi baccarũ decocto cogunt.Si uero non moretur pharmacum retẽtum,ante eius uſum po-
lygoni ſuccum,aut muriam infundito. *Infuſum,quo utor, Aphtha appellatum.* Rhois ſyriaci,gal-
larum uſtarum,utriuſq; drach.xv.chartæ uſtæ tantundem,ſuberis uſti drac. xv.panis alexãdrini
† Al. viij. aliter v. ficci uſti.ʒ.xv.auripigmẽti.ʒ.viij.ſandarachæ,ʒ.x.acaciæ drach.v.ceruſſæ.ʒ.† xx.calcis uiuę.ʒ.x.
ſpumæ argenti.ʒ.iij. excipe uino ueteri, & forma paſtillos,alios duarum,alios trium,alios qua-
tuor,drachmarum pondere.In principio quidem per plantaginis,aut ſanguinarię,aut helxines H
ſuccũ infundito;qui ſi nõ adſint,per aquam.Si uero uigor ſit,& morbus fortis cum dolore, cum
fœnigræci aut ſeminis lini decoctione infunde.In declinatione autem cum decocto myrti & ru
bi,uino coctorum. In pueris cyathorum duorum copia, in fœminis trium, in uiris quatuor.

Infuſum,qua utor,Gemelli. Auripigmenti ʒ.viij.ſandarachæ.ʒ.iiij.calcis uiuæ ʒ.octo,ſquamæ
æris ʒ.vi.aluminis ſciſſi tantundem,omphacij drac.viij, lycij indici tantundem, ſucci papaueris
ʒ.iiii.ſucci hypociſtidis tantundem:croci.ʒ.ij.ego aũt ʒ.quatuor, chartæ uſtæ ʒ.xx.aliqui drach.
xv.excipe uino myrtite: fac globulos, quorum ſinguli ſint drach.iiii,& trium.Infunde cum uino
Al. Agathini. diluto. *Infuſum Agathij.* Auripigmenti drach.ij.ſandarachæ drach.v.calcis uiuæ drachm.iij:
chartæ uſtæ drach.iiii.Ex hoc pharmaco drach.iii.cum ſale trito infundito in aquæ frigidæ cya
rhis.vi. *Infuſum Nicoſtrati ad dyſentericos,quo Menander uſus eſt.* Calcis uiuæ drach.i.gypſi drac.
viij.acaciæ drach.ii,omphacij drachmam.i.ſtibij drach. iii.thuris ʒ.i.gallæ drach. iiii. tragacan-
thæ drach.ij.cum uino myrteo cogito in paſtillos. Reponuntur in reliquis ab expreſſo uuarum
ſucco reſtãtibus ſtipati,ne tranſpirent. *Infuſum ad dyſentericos Thamyræ.* Auripigmenti drach
mas duas, aluminis ſciſſi drachm. ij. cadmiæ tantundem, calcis uiuæ nouæ drach.i.chartæ uſtę
drachmas duas,ſuberis ex dolio uini falerni uſti.ʒ.vij.& dimidiam:cum ſapa aut paſſo hiſpano

apud

* γενομένας. i.factas,eſt ī impreſſis. in antiquis autem qui buſdam νενωμένας. i. depaſcentes.

A apud te recocto paſtillos cogito. Cæterũ paſtillis rurſus tritis cochlearia ij infundito. Reliquis ꝓ uiribus cum lenticulę decocto: ſi lenticula non adſit, rubum cum roſis aridis decoquito, & ſeorſim myrti baccas cum uino auſtero coquito, & utriuſq; cyathum unum miſceto: quandoq; uerò uini auſteri cyathos iiii, & rubi decocti cyathos ii. Facit item in potu acceptum pro uiribus ad cochlearii plus minus ve menſuram ex frigida aqua. *Infuſum, ut Deletius Epagathus.* Auripigmenti drach. xii. ſucci hypociſtidis drach. iiii. ſandarachę drach. iii. chartę uſtę drac. xxx. calcis viuę drac. †xxiiii. balauſtij drac. xl viii. Balauſtium in uino ueteri auſtero coquitur, deinde cum decocto reliqua teruntur, formanturq; paſtilli drachmarum quatuor: quidam unciæ ponderis faciunt. Infunduntur autem ante cœnam in myrti baccarum, & lenticulæ decocto. † *Aliter iiij.* † *Aliter x.iij.*

Quæ ab Aſclepiade ad dyſentericos ſcripta ſunt: quorum aliqua etiam cœliacis conueniunt.

Vini myrtitæ ſextar. iiii. rhois rubri heminam j. mellis attici cocti lib. j. rhoem, & uinũ coquito rubi ramulis mouẽdo: & ubi tertia pars reſtiterit, liquorẽ exprimito, eiq; mel adiicito. ac rurſus coquito, donec ſpiſſetur. Datur myſtrum ante cibum. *Aliud.* Rhois ſyriaci, farinæ polentæ, uuę paſſæ non exacinatæ, ſingulorum ʒ. ii. malicorii tuſi, & cribrati drachm. i. excipe melle cocto. Dato myſtrum ante, & poſt cibum. *Paſtillus cœliacis, & dyſentericis.* Ouum crudum recens
B perforato, & in uaſculum euacuato, & cum teſta ſubſcripta menſurato olei omphacini teſtam oui unam, piperis albi tenuiſſime triti tãtundem, rhois ſyriaci tenuiſſimè triti tãtundẽ, & gallarum omphacitidum tantundẽ, farinæ tritici tantundem: oĩa ſubacta, & mollita in paſtillos redigito, & in ſartagine fricta ante cibum dato. *Aliud. Hoc ſcimus multos uſos a morbo liberatos eſſe.* Gallarum ſubtiliſſime tritarum cohleariũ: piperis albi, rhois rubri, malicorii tenuiſſimè triti, ſingulorum æqualem partem: omnia miſta oui luteo excipe, & in uacuam mali punici teſtã coniice, atq; obturato cũ farina oſculo ipſius ad prunas torre: deinde depurgata mali punici teſta cochleariũ unum comedendũ exhibe. *Catapotia, cœliacis, dyſentericis.* Gallarum omphacitidum nõ perforatarum, ʒ. iiii, opii hiſpani ʒ. ii. petroſelini ʒ. i. excipe aqua, fac catapotia, & da magnitudinẽ ciceris, uirium tamen ratione circa menſuram habita. *Aliud Aſpaſii, pharmacum generoſum.* Petroſelini, fructus ericæ, rhois, ſyriaci, opii, ſingulorũ ʒ. ii. cum myrti decocto in catapotia redigito, ac dato, ut dictum eſt. *Paſtillus ſedans dolorem, cœliacis & dyſentericis, & bibitur, & infunditur. Quandoq; etiam ipſo pro cataplaſmate utimur excipientes melle cocto.* Seminis hyoſcyami ʒ. iiii. ſeminis opii tantundem: aniſi, florum roſarũ, utriuſq; ʒ. ii. hypocyſtidis, ʒ balauſtii, ʒ opii, utriuſq; ʒ. i: cum aqua trita in paſtillos reducito: & obolos tres exhibeto febrem non habentibus, cũ uini
C diluti cyathis tribus, febricitantibus cum aqua. *Aliud Cœliacis, dyſentericis, pharmacum accommodatũ, & bibitur &, infunditur, & forinſecus impoſitũ auxiliatur.* Seminis apii, ſeminis hyoſcyami, aniſi, fęniculi, ſingulorũ ʒ. iiii. opii, rhois ſyriaci, utriuſq; ʒ. ii: ſucci hypocyſtidis, balauſtii, ſingulorum drach. i. † excipe aqua, & coge paſtillos: dato, vt prædictum eſt. *Paſtillus Aromaticus, cœliacis, dyſentericis, Berytij appellatus, pharmacum accõmodatum. Siſtit confeſtim.* Croci ʒ. iiii. nardi indicæ, aniſi, utriuſq; tantundẽ: myrrhæ ʒ. ii, aloes indicę, ſucci hypociſtidis, lycii indici, ſucci acaciæ, ſucci papaueris, gallarũ omphacitidum, tragacanthæ, piperis albi, ſingulorũ tantũdẽ: excipe uino, & forma paſtillos: dato obo. tres. *Paſtillus Philippi, ad dyſentericos inueteratos, ſedans dolorem: bibitur, & infunditur.* Balauſtii, acaciæ, ſucci hypocyſtidis, rhois, opii, thuris, myrrhæ, baccarũ myrti nigrarum, croci, gallarum, lycii, aloes, rhu pontici, malicorii, ſingulorũ ʒ. iiii. excipe uino Italico, & coge paſtillos pondere obolorum triũ. Da nõ febrientibus cum uino, febrientibus cum aqua mulſa. *Paſtillus ſedans dolorem, præclare inducens ſomnum, ad inueteratos dyſentericos.* Chartæ uſtæ ʒ. x. ſandarachæ, auripigmẽti, ſquamæ æris, aluminis ſciſſi, omphacii, calcis uiuæ, ſingulorũ ʒ. v: croci, opii, utriuſq; ʒ. ii, ſingula dilligẽter trita in paſtillos drachmales cũ uino myrtite, coagmentato, acutitor. Infunduntur ad ſummũ ex eo drach. tres, mediũ duæ, mi-
D nimum una. In conficiendo aũt omphaciũ, cum opio tibi ſit in uino myrtite maceratum. Crocus ſeorſum teratur, deinde ſimul miſta ꝓbè terito, & additis aridis unito, animaduerſione habita ne pharmacũ à calce uiua exuratur: ſi tamẽ tale quid conſequatur, de myrtite ſufficiẽter affũde: ut omnia diſſoluantur. Oportet aũt calente adhuc pharmaco paſtillos formare. Vſus iuxta apponderationis uariationẽ fit, ſecũdum quod ægri ſubtili, aut hebete ſenſu p̃diti id tolerare poſſunt, & ſecundum magnitudinẽ affectionis: Infundito aũt diligẽter in nõ febricitãtibus cũ uini auſteri diluti cyathis ſex in febrientibus, cũ aqua, aut decocto palmularũ, aut roſarũ, aut myrti. Ante infuſionẽ detur panis nõ febrientibus cum uino diluto, febrientibus ex aqua. *Alius dyſenteritis non febrientibus: facit cõfeſtim.* Chartæ uſtæ ʒ. x. ſandarachæ, auripigmẽti, ſquamæ æris, aluminis ſciſſi, omphacii, lycii indici, ſucci acaciæ, ſucci hypocyſtidis, calcis viuę, ſingulorũ ʒ. v. croci, opii, utriuſq; ʒ. ii: excipe uino myrteo, & forma paſtillos magnitudine differẽtes. Infundũtur ad ſummũ drach. iiii. Infundere aũt oportet quãtitate pharmaci ad magnitudinem affectionis appõderata. Sitq; liquor paſſum creticũ dilutũ, & ex eo ad ſummũ cyathi ſex infundantur.

Epithemata cœliacis, ac dyſentericis. Seminis hyoſcyami albi, utriuſq; trientem: aniſi, floris roſarum, ſucci hypocyſtidis, balauſtii, rhois ſyriaci, ſingulorũ ſextantẽ: ſucci papaueris unc. i. hæc ſingula cũ uino myrteo terito, deinde miſta in paſtillos cogito, eosq; ĩ umbrà ſiccato. Inde uero

Al. ſum. 2. ch. ſo. 55. 6. 2

† *Additur in antiquis, & dimidiam.*

quantum ſufficit tundens & cribrans, palmis paſſis excipito, deinde linteolo infarta uentri imponito. *Aliud.* Succi acaciæ, malicorii, ſeminis hyoſcyami, opii, gallarũ, omphacij, rhois ſyriaci culinarij, ſingulorũ quadrantem: baccarum myrti nigrarum heminam i. tundito, cribrato, & uino auſtero ſubacto in paſtillos coagmentato, eosq; in umbra ſiccato. Vſus iam oſtenſus eſt. E

De affectionibus & vitijs ſedis. CAP. 6.

SEdis uitia & affectus ob multas cauſas difficilem curã accipiunt, multo enim ſenſu particula hæc prædita eſt. Dictũ autẽ ſæpe eſt, eiuſmodi particulas facile per acriora, & auſtera pharmaca irritari. At uero & ipſe retrimẽtorũ alimenti tranſitus per ſe mordax eſt, & hoc magis ubi eruperit ipſa bilis, & ſeroſi quidam aliqñ humores: quibus accedit & hoc, quòd neq; ſtatum tẽpus habeant medici ad imponenda pharmaca, ſed plerũq; tempore minime conuenienti ægri ad excernendũ concitantur. Quin & humiditas, ac caliditas ipſius loci ſiccantibus, ſimulq; frigefacientibus opus habens, non parũ confert ad hoc, ut ægre curabilis ani affectio exiſtat: ſiquidẽ mordent adſtringentia, uerum locus ſubtili ſenſu præditus acrimoniam ferre non poteſt. Ob id igitur aptiſſima ipſis pharmaca ſunt, quæ citra aſpritudinem adſtringunt: qualia maxime ſunt ex metallicis, quæ neq; acria, neq; acerba penitus exiſtunt: hæc enim lota citra mordacitatem, id quod oportet, operãtur. Horum itaq; in ſumma dictorum memores, deinceps materiæ ſyluã experimento cognitam ſubſcriptam habebitis. F

A.l.3.f.17.c.j c.1.fo.352.h

Medicamenta ſedis, ſeu ani, ab Andromacho conſcripta.

Medicamentum ſedis quo vtor. Ceruſſæ, ſpumæ argenti, utriuſq; ℥.v. thuris, aluminis ſciſſi, utriuſq; drac.iii. croci obol.iii. uini & roſacei quod ſatis eſt. ¶ *Aliud ad ſedem, ut Apollonius, quo utor.* Lycij indici ſextantem, oeſypi vnc.i. ceræ tyrrhenicæ trientem, alij ſextantem: roſacei quod ſatis eſt. *Aliud.* Butyri ſeſcunciam, ceræ ſeſcunciam medullæ ceruinę unc.i. oeſypi unciam i, thuris unc.j. aluminis ſciſſi quadrantem, lycij ſextantem, uini & roſacei quod ſatis eſt. *Aliud, ut Nicoſtratus* Ceræ tyrrhenicæ unc.i, lycii indici ſextantem, balauſtii unc. dimidiã, oeſypi unc.i. acaciæ unc. dimidiam, roſacei trientem. *Aliud, ut Herophilus.* Roſarum ſiccarum, aut uiridium ℥.ij. ceruſſæ ℥.ii. pompholygis ℥.ii. croci ℥.ii, ſpumæ argenti lotæ drach.ii. meliloti drach.ii. iunci odorati drac.i. ſucci papaueris drach.i. oeſypi drac.i. oui aſſati uitellum. i. roſacei quod ſufficit, ſucci plantaginis cyathos duos. *Aliud, faciens & ad pruritus.* Spumæ argenti lib. dimidiam: † thuris, terræ ſamiæ, utriuſque unc.i. oeſypi ſextantem, roſacei ſextantem, melini libram dimidiam: arida in umbra cũ uino falerno terito, oeſypumq; infarcito, & affuſis duobus unguentis terito, acconmiſceto. *Aliud ad ſedem, quo utor, ad condylomata, inflammationes ani, ac rimas.* Ammoniaci thymiamatis, lapidis hęmatitæ, thuris aluminis rotundi, ſingul. ℥.duas: gallæ, croci, utriuſq; ℥.i. terebinthinę drac.i. ceræ tyrrhenicæ ℥.xii. roſacei † heminas iiii. excipe peſſo, cum ſyriaco, in reliquis cum roſaceo. *Medicamentum ſedis ex cerebellis.* Adipis anſerini curati, ceræ, thuris, medullæ cerui, florum roſarum, pompholygis, cadmiæ, plumbi loti, ſingulorum drach.iiii. ceruſſæ ℥.octo, cerebri gruis drach.ii. ſucci papaueris ſeſquidrachmam, oeſypi drach.v. ſuccci ſeridis heminam unam, roſacei heminam dimidiam. *Medicamentum ſedis à Ruſtico, quo utor.* Roſarum uiridium drach.octo, lactis mulicbris heminam i. ſpumæ argenti drac.xl. ſucci papaueris drac.xl. oua cruda integra duo, butyri drac.xvi. oeſypi drach.xvi. malicorij drach.xvi. mellis drach.c. In alio exemplari heminam dimidiam, cerę drac.xl. roſacei, aut myrtei heminã dimidiam. Verũ Heras pro oeſypo adipem anſerinum pari pondere coniecit, & ſpumæ argenti ℥.x. lactis † heminas iiii. & oui uitellum aſſatum. *Aliud à Tyranno.* Spumæ argenti ſextantem, ceruſſæ ſextantem & unc. dimidiam, thuris unc.i. myrrhę unc.i. cadmiæ ſeſcunciam, aluminis ſciſſi * trientem, ceræ trientem, uinum & roſaceum. *Aliud Samithræ ad multa commodum.* Spumæ argenti ℥.xii. ceruſſæ drach. † ij. Chalcitidis ℥.duas, miſyos aſſati drach.i: terebinthinæ drac.vi. olei & aquę † heminas iiii. *Pinguis compoſitio ad achoras, & pſoras.* Spumæ argenti, ceruſſę, utriuſque drachm. tringintaduas, atramenti ſutorij ℥.xvi. ſulfuris uiui drach.octo, olei myrtei, & aceti quod ſufficit. *Alia pinguis galli.* Spumæ argenti drach.xxiiii. ceruſſę drac.xxiiii. myrrhę drach. octo, thuris ℥.x. olei myrtei drach.xiiii. vini auſteri tantundem. *Alia pinguis, qua utor, Cleophanti.* Olei myrtei, lentiſcini, roſacei, ſingulorum drac. † xvi. ceruſſę lib.i. ſpumę argenti lotę ſexuncem, uini ueteris Italici ſextarium dimidium, cerę trientem. *Alia ex nouem medicamentis conſtans, Ennea pharmacos dicta.* Mellis partem i. cerę albę partem i. medullę ceruinæ, myrrhę, utriuſque partem unam: butyri partem i. adipis anſerini, adipis uitulini, utriuſq; partem i. terebinthinę partem j. olei roſacei partem i. aliqui, & ricinini partem i. *Alia * Xanitæ multi uſus.* Cerę drach.xvi. butyri drac.x. oeſypi drach.x. adipis * anſerini drac.octo, terebinthinę drac.octo, medullę ceruinę ℥.quatuor, roſacei parum. *Alia ex ruta.* Spumæ argenti minam unam: rutę minam dimidiam, alij minam unam, aceti drachm.iiii. olei quod ſatis eſt. *Alia ad obturationes, & alia ſedis uitia.* Plumbi uſti & loti drac. † x. ceruſſę drac.iiii. ceræ ℥.xiii. adipis porcini, uel anſerini drachm.iiii. olei quantum ſufficit. *Ad obturationes, & uitia ſedis compoſitio Icodoti, qua Aſtainus curatus eſt.* Oeſypi ℥.unam, obol.iii. adipis anſerini per hyemem curati drach.vi. per æſtatem drac.iiii. medullæ cerui, aut cameli drachmas ii. ceræ tyrrhenicæ ℥.octo, plumbi uſti, & loti, drac.iiii. ladani drach.ii,

† *Additur in q. buſdã codicib.* ↓υμυβίου λι. *i. ceruſſæ libra dimidiam.*

† *Al. heminæ quartam partem.*

↓ *Al. heminæ quartã partẽ.*

* *Al. drac. iij.*

† *Aliter xij.*

† *Al. heminæ quartã partẽ.*

† *Aliter vi.*

* *Al. Axanitæ.*

* *Aliter uitulini.*

† *Aliter viij.*

A drah.ii, adipis uitulini drah.iiii, terebinthinæ.3.iiii, ceruſſæ.3.ii, ſpumæ argenti.3.i.roſacei heminæ quartam partem, hoc eſt ſeſquicyathum, hoc eſt ſextantem, & unciam dimidiã: aridacũ liquidis committito. Quãdo uero temporis progreſſu fuerit induratum, diſſoluit roſaceo, & adipe anſerino. Facit & ad contractos articulos. ¶ *Ad Condylomata, quo melius nullum reperitur.* Aluminis ſciſſi drach.iii, ceræ.3.viii, croci.3.iiii, opobalſami.3.unam, œſypi.3.viii, thuris.3.iiii, aloes.3.iiii: liqueſcibilia liquefacito, ac cum aridis tritis committito.

Ad prolabentem podicem Aſclepiadæ pharmaca ex quinto Externorum.

¶ *Ad prolabentes podices, ut Archelaus.* Recremẽti plumbi.3.viii, rhois ſyriaci drac.octo, floris roſarum drach.quatuor, myrrhæ mineæ drac.ii. Admoue ſiccũ, ubi prælaueris uino auſtero, aut lentiſci decocto. *Aliud.* Gallæ omphacinæ, malicorij ſicci, rhois coriariæ, ſingulorum drach.ii: plumbi uſti drach.iiii, ſpumæ argẽti drach.viii, ʒthuris drach.ii: ʒtrita inſpergito. *Aliud.* Balauſtii drach.i, malicorii drach.ii, ſeminis hyoſcyami drach.ii, ceruſſæ drach.viii, myrrhæ.3.ii: plũbi loti, ʒthuris, ʒ ſingul.3.ii: tritis utitor. *Aliud.* Corticis pinus, ſpumæ argenti, mannę, ſingulorũ drach.ii: pilularum cupreſſi aridarum drach.ii, plumbaginis drac.ii: trita inſperge, ubi prælaueris uino acerbo. ¶ *Pharmacum noſtrum ad procidentem ſedem.* Fructus ericæ, gallarum, acaciæ, ceB ruſſæ, ſucci hypociſtydis, corticis pinus, thuris, myrrhæ mineæ, ſingulorum drac.quatuor: arida trita inſperge, uino auſtero prælotis locis.

De Hæmorrhoidibus. CAP. 7.

QVæ Aſclepiades in quinto Externorum de hęmorrhoidibus ſcripſit, in ſubſcripto ſermone continentur. Quandoquidem vero plurimæ hęmorrhoides opus habent extractione ad facilẽ pharmacorum impoſitionem, neceſſe eſt etiam huiuſmodi compoſitiones ſubſcribere. ¶ *Extractorium Hæmorrhoidum Magni Tarſenſis, pharmacum accõmodatũ.* Piperis, nitri, utriuſque drach.i: terito & admoueto ante reliquorum pharmacorum impoſitionem. *Aliud.* Spumæ nitri, fellis tauri, ſtaphidis ſylueſtris, ſingulorum drach.i: trita adhibe, modico addito melle. *Aliud.* Succi abſinthii drach.i, fellis tauri, ſtaphidis ſylueſtris, vtriuſq;.3.i. *Aliud, ut Diogenes.* Succi cyclamini, mellis, utriuſq; parem menſuram: coquito in vaſe ęreo ad cerati liquidi ſpiſſitudinẽ. ¶ *Aliud ex ſcriptis Largi, quod uix pronuentes extrahit hæmorrhoidas.* Succi centaureę.3.ii, aluminis liquidi drach.ii, myſios drach.i, ſtaphidis ſylueſtris drach.i: excipe melle, & anũ obline, aut lanam ex eo madefactam in ſedem inde. Poſtquam uero hoc pharmacum promptitudinẽ induxerit ad egerendum, & tumor hęmorrhoidũ prociderit, pharmaca ad hęmorrhoidas cõſcripta C adhibeto. Quando vero aliquod huiuſmodi pharmacũ illitum, ſedem ac anum ipſum extrahit, neceſſario tales confectiones adhibemus, qualis eſt & Nicodemi Romę medicãtis, q̃ Euaphion a lenitudine appellatur. Ceruſſę unc.i. ſpumę argenti * quincuncẽ, cadmię beſſem, aut pompho lygis unc.i. olei myrtei * beſſem, uini boni beſſem, butyri unc. ¶ *Ad ſedem inflammatam ac prolapſam.* Gallam flauam coctã, ac tritam imponito, cum vino, ſi fortiore uti uelis: aut cũ aqua, ſi mitiore. Succus item echini facit ad inflammationes, & prolapſam ſedem. *Aliud.* Corticis pinus.3.viii: pilularum cupreſſi aridarum drach.ii. prælotis uino auſtero inſpergito. Cęterum ad ardentes ſedis dolores, oui aſſati uitellum uino albo terito, & cerato roſaceo exceptum illinito. Verum ad pruritus, cimoliam tritam cerato myrteo excipito. Ad rimas uero tum ſedis, tum pudendi, raſuram linteolorum urito, eiusq; cinerem cum pari amylo tritum ſucco foliorum oleæ admiſto illinito. ¶ *Paſtillus ad eminentias.* Aloes, croci, vtriuſq; drach.ii. & dimidiã: aluminis ſciſſi unciam unam: terito uino aminæo, ac utitor.

Ad pudendorum affectiones. CAP. 8

EXulcerati pudendi cognitio ex manifeſto circa ipſum dolore contingit una cum hoc, q & circa mictiones excernitur quid ex corpuſculis ulceri ipſi inſidentibus. Diſcernũtur autem D hæc ab eis, quæ ex ueſica feruntur, q ſtatim circa primum exitum illa appareant, uerum ex ueſica delata ipſis urinis admiſta ſunt. Cæterum ulcera pudendorum, & circa ſedem citra inflãmationẽ conſiſtentia reſiccantibus ualde indigent pharmacis, qualia ſunt, quod ex charta uſta cõſtat, & anethum uſtum ſiccũ, & cucurbita uſta. Verum ſiccis, & recentibus ulceribus etiam aloe bonum eſt pharmacum, ſi eius aridæ puluillus inſpergatur. Omnium autem maxime dolorẽ ſedat, neque ullo minus efficax eſt pompholyx. Si uero humectiora ſint ulcera, pinus cortex p ſe & lapis hæmatites: uerum ſi profunda etiam ſint ulcera, manna p̃dictis addatur. Porrò, quæ circa uterum, aut ueſicã ſunt ulcerationes, iiſdẽ pharmacis indigent: ſed inſtrumẽtis inſuper opus habent, quæ ipſa intromittant, q̃ metrenchytę, & catheteres, Græcis appellantur. Aptiora itaq; ſunt arida, qualis eſt crocus, & pompholyx, & aloe, q̃ facilè plantaginis, aut alteri tali ſucco miſcentur. *Ad Scroti, & pudendi dolores.* Butyro, & reſine pari mẽſura utere. Aut ſemen lini cum aqua coquito, & admiſta myrrhę ferma decima parte, reſinę tantundem ẽt imponito. *Ad pudendum intumeſcens.* Foliorum vitis tenerorum drac.j. ceruſſę drach.v. trita cataplaſmatis vice impone. Vtere etiam marinę aquę frigidę perfuſione, & quiete, & colis relegatione. *Aliud.* Lenticulam in aqua coquito, & cum mali punici cortice tritam imponito. Si vero a ſudoribus ulcera in ſcroto fiant, gallam tritam cũ alumine inſpergito. Ad tubercula uero in pudendis naſcentia,

* *Al. vnc. vij.*
* *Al. vnc. x.*

a l.5. ſii.2.t. 4.fol.b

l.3.f.i 7.t.1 4.fol.353.d

tia,pyri ſemen inſpergito, & fel hircinum oblinito.Cęterum fiſſuras, ac rimas pudendorũ iuuat E
reſina fricta cum roſaceo trita ad ſtrigmentitiam craſſitudinẽ, admiſto ẽt oui aſſati uitello. Aut
roſacei, & amyli, ac thuris, ſingulorum unc.una. Aut foliorum hederę aridorum uſtorum cinis
cum oleo in mortario plumbeo tritus. Ad inflammationes aũt pudendorum,uuã paſſam exaci-
natam, & cuminum trita imponito. Aut farinam hordeaceam aqua mulſa coquito, & vitis folia
tenera cum polenta terito,omniaq́; ſimul imponito. Aut cuminum tritum cum butyri, & reſinę
equalibus partibus eliquatis committito. Teſticulos porrò ulcere aphthę non abſimili apprehẽ
ſos,ex terra cimolia cum aqua oblinito,& exiccari ſinito:ideniq́; aqua calida ablutos myrto ari
da trita,& modico ſmyrnio item trito conſpergito. Ex creſcentem uero teſtium carne cinis ſar-
mentitius cum nitro,& aqua ſubactus ſanat,cataplaſmatis uicę impoſitus.

De Priapiſmo. *CAP. 9.*

PRiapiſmus eſt auctio pudendi ſtabilis in longitudinem, ac orbẽ tum efacti,citra rei uenereę A.l.3.f.10.t.j
appetentiã. Eſt aũt flatus uentoſus uidelicet,qui membrum ipſum tumefacit,ex humoribus c 37.f.377.c
uiſcoſis,ac craſſis generatus per moderatam caliditatem. Palam eſt igitur non oportere mẽbra
ipſa calfacere, ſed refrigerare leniter per ceratum roſaceum in aqua conquaſſatum: item per
cha męmelinũ ceratum,tum pudendo,tum lumbis impoſitum: Victus & pharmaca exhibeantur F
τφυσικῶς ἐνεργοῦντα. attenuatoriæ facultatis citra manifeſtã calfactionẽ. Adhibenda ſunt ẽt naturalia efficacia præ
dita, per experientiam inuenta: nymphęaq́; in potu danda,ac uiticis ſemen: ruta ẽt uiridis obſo
niis admiſceatur, verum hoc à principio ne fiat, multum.n.calfacit, ſed poſterius poſt aliorum
extenuantium uſum. Quòd ſi euacuatione uti libeat, per vomitum id fiat: quæ.n.per inferiorem
uentrem fiunt euacuationes, fæpenumero uicinas partes fluxione infeſtant. *Ad eos, qui ſe in ſom-*
no permingunt. Veſicam caprinam, aut ouillam vſtam ex poſca bibendam præbeto. & ad ueſpe-
ram ſiticuloſos ſomnum petere iubeto. Facit & leporis teſticulus in uino odorato feruefactus,
atque ita potatus. *Aliud.* Calamintham, & myrrham in uino ante cęnam bibenda dato. Oblinat
autem & pudendum cimolia terra cum perdicii ſucco.

Ad Vteri affectus. *CAP. 10.*

IN vteri ſuffocatione cõtingit ſenſus, ac motus priuatio, & pulſus obſcurus ac paruus, & peni- A.l.3.f.21.t.ę
tus interceptus. In aliquibus vero, tum ſenſus, tũ motus adeſt, itemq́; ratio, verum vix reſpi- c.16.fol.396.
rant. Aliquibus ẽt uox intercipitur, Aliis contrahuntur artus. Fiunt igitur & ſenſus, & motus, & a b.
ſpirationis interceptiones ob frigiditatẽ, cũ ipſę ſola perſpiratione totius corporis per arterias
contingente contentæ ſint, & reſpirationẽ per os non expetant: atq; hoc, ut dictũ eſt, ob frigidi- G
tatẽ, qñ ſane in priori tpe probe purgatæ, & concipiẽtes, ac uiris coeuntes, his ipſis priuatæ fue-
rint, ut palam ſit humidum, & frigidum in ipſis ſemen totum corpus perfrigerare. Ad vuluæ igi
tur ſtrangulatus cõuenit agarici.3.i.in potu accepta ex uino. Plãtaginis ſemen, & ſuccus cũ vino.
Onyx detractus ex conchylio potatus. Acetum ſcylliticum abſorptum. Cæterum olfactu excit-
tant ſtrangulatas, bitumẽ, caſtorium, chalbanum, pix liquida, cedria, pili uſti, ruta, allium, cæpa.
Eandem in rem cornu cerui ſuffitur. Et ruta cum melle lana excepta in anum inditur.

GAL. DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM LOCALIVM SIVE SECVNDVM LOCOS LIBER DECIMVS

ARGVMENTVM LIBRI.

Recenſẽtur medicamenta, quæ renum, veſicæ, coxæ, ac articulorum, affectibus ſuccurrunt. H

De Nephriticis. *CAP. 1.*

* δυνάμεις. QVòd nephriticas antidotos, &* cõpoſitiones appellẽt, q̃ renibus affectis cõ
modãt, ex ipſa appellatiõe manifeſtũ eſt: Nephriticæ.n.nihil aliud, q̃ rena
les ſonãt. Eſt aũt dria ipſarũ generaliſſima duplex. Quædã.n.calculoſos re
nes iuuãt; q̃dã vero inflãmatos, & ulceratos, q̃ ẽt ad ueſicã ſimiliter affectã
cõueniũt. Maxime uero cõtrariæ inter ſe ſunt, p̃dictorũ pharmacorũ facul
tates. Quæ.n.ad inflãmatas & ulceratas affectiones cõponunt, mitigatoriis
medicamẽtis opus hñt: cũ uero impoſſibile ſit hæc cito ad regiones renũ
puenire, ob id ipſis pharmaca urinã ciẽtia miſcemus. Quæ uero calculoſis
auxiliant, vnica facultate indigẽt, q̃ ſecare, & extergere cũ manifeſta caliditate põt: ſũt aũt talia
oĩa amara. Qnẽadmodũ igit in aliis, ſic ẽt in his materiã experimẽto cognitã deinceps ſubſcri-
bã, initiũ ab iis, quæ ad ulceratas, & inflãmatas affectiones cõueniunt, facturus, a quibus ẽt An-
dromachi ſectatores, & Aſclepiadis orſi, inde ad compoſitiones calculos frangentes trãſierũt.

Confe-

A *Confectiones Renales ab Andromacho ad Renum & Veſicæ affectiones conſcriptæ.*

¶ *Potio.* Seminis lini, ſeminis papaueris albi, ſeminis cucumeris, tragacãthæ, ſingulorũ drach mas duas: amyli 3.iiij: cum aqua in Paſtillos redigito, & ad veſicã ulceratam, ac vrinæ emittẽdę difficultatem exhibeto. *Alia.* Nuces pineas xxx, amygdalas xx, palmas xv, tragacanthæ 3.iiij, ſucci radicis dulcis 3.ij, croci obolum unũ myrrhæ obol.i: uino protropo diluito, ac utitor ut accõmodato. ¶ *Alia, ad Veſicæ affectus & vlcerationes. Paſtillus, quo vtor.* Seminis cucumeris drach. xij, ſeminis hyoſcyami drach.vj: ſeminis cicutæ, opij, fęniculi, croci, ſingulorũ drac.iij: caſiæ dra. quatuor, amygdalas x, nuces põticas x, ſeminis apij drac.ſex, ſeminis maluæ ſylueſtris drac.tres: excipe paſſo cretico, & præbe obolos tres nõ febriẽtibus ex paſſo. Quidam cicutæ drac.ſex habent. *Alia, ad eadem, & veſicæ dolores.* Croci, ſeminis beſaſæ hoc eſt rutæ ſylueſtris, ſeminis maluæ ſylueſtris, ſingulorum drach.*ſex: ſeminis hyoſcyami drach.xij, opii drach.ſex, ſeminis apij drach.xij, nuces auellanas viij, amygdalas xx, ſeminis cucumeris drach.xij, mellis attici quod ſatis eſt. Datur magnitudo nucis ponticæ cum uini mulſi cyath.tribus. *Alia, ad Profluuia ſanguinis ex veſica.* Aluminis drachmam unam, tragacanthæ drachmas duas, gummi obolũ vnum. Dato ex paſſo quandoque obolum unum, quandoque ij. *Alia, ad veſicæ affectiones, vrinam* * Aliter xii.

B *ciens. à Macedone profecta. Facit & ad Hepaticos, Hydropicos, Ictericos, Nephriticos, ac omnia veſicæ ſymptomata: frangit etiam lapides.* Acori drach.l, phu drach.xxv, nardi celticæ drach.xxiiij, ſeminis dauci drac.xxij, cinnamomi drach.xxxij, mei drach.xvi, aſari drac.xxiiii, petroſelini drach. xvi, opobalſami drac.xvi, & carpobalſami tantundem, croci drach.xxiiii, myrrhæ drac.xx, radicis dulcis drach.xvi, nardi Indicæ drach.xvi, caſiæ drach.xii, amomi drach.xvi, vuæ paſſæ drac. viij, tragacanthæ 3.ix: arida melle excipito, & tragacantham uino aminæo macerato. Dato nucis ponticæ magnitudinem cum uini cyathis, iiij, febricitantibus cum aqua mulſa. *Alia ad veſica*

Alf.f.18 t.2 & f.360.2 *Vlcera, & inflammationes.* Nuces pineas xx, ſeminis cucumeris * ſylueſtris grana xl, amyli obol. * Aliter ſatiui. iij, nardi drachmam vnã, ſeminis apij cyath.ij: nardus & apium in aquæ ſextario uno coquuntur, deinde ex decocto duo cyathi præſcriptis admiſcentur. *Alia ad Calculoſos, qua Baſſa vxor Marij curata eſt. Frangit ita ut neque rurſus gignantur.* Caſiæ 3.ij, ſeminis apij drac.iij, myrrhæ minęę drac.quatuor, piperis albi drac.ij, thuris drac.tres, lapidis ſyriaci maſculi 3.i, aut fœminæ drach mam unã: ſeminis paſtinacæ, aniſi, utriuſque drach.ij: ſtyracis drach.iij, iridis illiricæ drac.iii, ſeminis papaueris albi 3.*duas, ſpicæ nardi tantundẽ: amygdalarum amararum mundatarũ, aſari * alter i.

C vtriuſq; drach.tres: ſeminis ſmyrnij, cyperi, utriuſq; drach.ij: mellis attici qđ ſatis eſt. Dato quotidie. *Alia ad Calculoſos, frangens, & paulatim expellens, donec mundam veſicam reddat, deinde æger pellucida lotia reddat: & quod maximum eſt, curat vt non amplius renaſcantur.* Seminis dauci, Alf. fu.2.t. 6 fol.556.d aniſi, ſeminis cucumeris, petroſelini, myrrhæ, ſingulorũ drach.ſex: caſiæ daphnitidis, cinnamomi, nardi celticę, ſingulorũ drachmas quatuor: terito, & cũ aqua ad parui lupini quantitatem coagmẽtato: & ieiunis quotidie per dies triginta ex aquæ cyathis tribus prębeto. Hoc uero pharmacum quemadmodum accepimus, cum quadã religione præparatur: ligneo enim mortario ac piſtillo tunditur: oportetq; eum, qui tundit, neq; anulum habere ferreũ, neq; calciamẽta clauis ferreis transfixa. Hoc à ruſtico ut myſterium accepimus. *Alia ad Nephriticos & omnem Fluxionem, vt Apollonius.* Corticis mandragorę toſti ſeſquidrachmam: hyoſcyami ſeminis toſti, ſeminis papaueris nigri toſti, utriuſque ſeſquidrachmam: aniſi toſti ſeſquidrachmam: tragacanthi, carnis palmarum, utriuſque drachmas*tres: dato cum melle. * Aliter. vj.

Nephriticæ Compoſitiones ab Aſclepiade conſcriptæ.

Antonij Muſæ. Fructuum pini, qui pityides uocantur, † tuſorum cribratorum, ʒ 3.xx: ſeminis † Aliter exacinatorum. papaueris* albi, tragacanthę, utriuſq; drach.ij: nardi celticæ, croci, aniſi decorticati, radicis dau *Aliter nigri. ci cretici, ſingulorum drach.i: coſti obol.iii: prępara cum protropo, & repone in pyxide. Da nu

D cis ponticę magnitudinem cum protropi cyatho uno, & aquę calidæ cyathis duobus. *Alia.* Seminis cucumeris ſatiui toſti drach.iii, ſeminis maluæ drach.v, nucum pinearum drac.vj, ſeminis apij drach.vij, ſeminis lini drach.unam, amygdalarum amararũ mundatarũ 3.ix: excipe paſſo, & exhibe ut prædictum eſt. *Alia ad Nephriticos Oneſidemi.* Amygdalarum amararum 3.xvi: ſeminis dauci cretici, ſeminis maluæ vtriuſque drach.vj: radicis iridis ſylueſtris drach.viij: cornu cerui uſti, tragacanthæ, nardi celticæ, ſeminis cucumeris ſatiui, ſingulorũ 3.vi: paſſi quantum ſufficit, præpara ut dictum eſt. *Aliud Pharmacum accommodatum.* Hoc ſcimus multos nephriticos uſos eſſe, & à tota affectione penitus liberatos. Oportet per multos dies in pharmaci huius uſu perſeuerare. Datur & calculoſis, & colicis medetur, ac ueſicæ affectibus. Cõponitur hoc modo: Nucum ponticarum purgatarum, amygdalarum amararum mũdatarum, ſeminis cucumeris repurgati, ſingulorum drach.iii: ſeminis cicutę, croci, ſeminis maluę, opii, ſingulorum drach. ſex: ſeminis hyoſcyami albi, ſeminis apij, utriuſque drach. xii: cogito in paſtillos cum melle, ac dato obol.iii, cum aquę mulſę cyathis iij: in alio exemplari, & beſaſa, hoc eſt ſeminis rutę ſylueſtris 3.vi. *Ad calloſas in Renibus concretiones, Oneſidemi.* Symphytum, & ſion, & artemonium, cũ uino coquito: & expreſſi liquoris cyathos duos, cum pari aqua dato. *Aliud.* Maluę ſylueſtris radicẽ, & rutę ſylueſtris radicẽ, & apii montani radicem, ʒ cũ uino ʒ coquito: & eo, qui dictus eſt, modo

* Al. duás.

do exibeto. *Aliud ad calculoſos inſperſile.* Seminis balſami partem † i, lapidis,qui in ſpongiis re- E
peritur tantundem: pulegii aridi, ſeminis maluæ ſylueſtris, ocymi aridi,ſingulorũ tantundẽ:tu-
ſa & cribrata reponito, & dato cochlearium cum uini diluti cyathis duobus. *Aliud.* Struthij ra-
dicis partẽ i, iridis ſylueſtris ſiccæ tantundem,oxalidis ſiccæ tãtundẽ, anemones luteũ florẽ ha-
bentis ſiccæ tantundẽ.Tuſis & cribratis, ut dictũ eſt,utere. *Catapotia Heraclidæ Tarentini,diſſol-
uunt veſicæ Tophos,commodant & ad veſicæ Stillicidium.* Piperis, galbani, utriuſq;.3.i:ſucci lybici
3.ii,myrrhæ.3.iiii,protropi qd ſatis eſt: forma catapotia ciceris magnitudine, & tria deuorãda
* Al.uini dulcis. dato, &* paſſi cyath.ij inſuper bibendos. *Aliud.* Ammoniaci thymiamatis, piperis,ſpumæ nitri,
† *Aliter xl.* ſingulorũ.3.i.carpobalſami: 3.ii,myrrhæ.3.iiii: excipe protropo, & forma catapotia ciceris ma-
gnitudine:ac tria deuorãda dato, ita ut uini dulcis quadrãtẽ inſup̃ bibines. Hoc ad dies †xlviii,
ægro prẽloto facies. *Paſtillus ciens vrinam, detrahit Lapillos & tophoſas concretiones.* Aſari,petro-
ſelini,phu,mei,ſingulorũ.3.iiii:acori, ſeminis aniſi,ſeminis dauci, apii montani, carpobalſami,
tragacãthæ, ſingulorũ.3.ii: tragacãthã paſſo diſſoluta aridis adijcito, & paſtillos formato:inde-
que obolos tres cũ paſſi diluti cyathis duobus exhibeto. *Alius paſtillus Chariclis, educit Arenoſas
ſubſidentias,facit & ad affectiones vlceratas.* Seminis apii,petroſelini,aniſi, ſingulorũ.3.xvi:floris
iũci odorati,croci, tragacãthæ, ſingulorũ.3.vi: ſeminis dauci cretici, piperis albi, utriuſq;.3.iiii: F
p̃para ut dictũ eſt: & da drachmã unã,cũ protropi diluti cyathis tribus. *Antidotus ex lapidibus,ut
Mithridates, facit Nephriticis & ad veſicæ affectus: atterit calculos, & Tophos diſſoluit.* Seminis
ſmyrnii,cyperi, ſpicẽnardi, ſeminis papaueris albi, cinnamomi, caſię fiſtulę, piperis albi,ſemi-
nis paſtinacę,ſingulorũ.3.i:thuris nõ lecti,ſeminis apii,croci ſtyracis,iridis,amygdalarũ amara
rũ,acori,ſingulorũ ſeſquũciã:lapidis ſyriaci fẽminæ,aut maſculi,utriuſq; ſemunciã:myrrhæ min
neæ ſextantem: excipe melle. Datur nucis ponticæ magnitudine. *Alia antidotus Biennitæ,* A l.5.fu. 1.c.
pharmacum accommodatum,ſedans dolorem. Vtile & Nephriticis hoc eſt renalibus affectionibus, & ad 2.fol. 530.
veſicæ vlcerationes. Frangit lapides, & lutum per vrinam expellit. Iridis.3.iiii:mei, ſeſelis, chamæ-
dryos,hyperici,cneori,canchryos, ſingulorũ tãtundẽ: amomi.3.viii, cinnamomi.3.xii:roſmari
ni montani, nardi Indicæ, croci cilicii, petroſelini, polii, ſeminis rutæ ſylueſtris, dictãni cretici,
ſingulorum tantundẽ: glycyrrhizæ, lapidis ſyriaci maſculi, utriuſq; drach.xvi:thlaſpeos drach.
xxiii:ſeminis uiticis, myrrhæ, ſpondylii, ſingulorum tantundẽ: cardamoni drac.xlviii: excipe
melle cocto, & præbe nucis ponticæ magnitudinem cum uini mulſi diluti cyathis quatuor.

Quæ Archigenes ad renum affectiones ſcripſit in ſecundo Pharmacorum ſecundum genus.

Ex renibus laborantes nephriticos appellatos conuenienti diæta adſeruo. Et ceratum qui- G
dem roſaceum cum ſtyrace ad malagmatis formam redactũ impono. Cæterũ Antiochus apud
Phricen Linophobum,ualde iuxta naturalem contrarietatẽ auxilio fuiſſe ait ad mali euerſionẽ
prototomi caulis decocti cyathos duos ieiuno ad dies nouẽ exhibitos. Inſpergito autem ſalem
modicum,& magis proficies. *Alia Potio.* Foliorum roſarum, amygdalarum decorticatarum,
thuris æquales partes: capitum papaueris duplum: excipe protropo, & in uas fictile repone in
loco non humecto: & obolos duos,cum protropo exhibe. Quidam pro amygdalis amylum co
nijciunt, & pro protropo aqua excipiunt,uerum cum protropo bibendum exhibent.

De Iſchiade coxendicum morbo, Podagra,& morbo articulari ſiue arthritide. CAP. 2.

EX genere arthritidis eſt tũ iſchias, tum podagra: quod enim in omnibus articulis arthritis A.l.3.fol.22.
eſt, hoc in uno iuxta coxendicẽ quidam iſchiada, hoc eſt coxendicũ morbum, appellant: ti.2.ca.5.fol.
iuxta pedem aut ẽ podagram.Incipit igitur plerunq; podagræ generatio ex uno articulo,& pro 401.c.d
greditur in omnes,temporis diuturnitate accedente.Communem habent hi tres affectus humo
ris redundantiam, quæ affectam occupat coarticulationem:qua expleta in omnem partẽ circũ
ſitæ neruoſæ particulæ tenduntur, & ex his dolor oritur. Aliquando quidem igitur irruens hu-
mor ſanguineus eſt, ut plurimum uero pituitoſus, aut ex pituitoſo & bilioſo miſtus, aut etiã ſan- H
guine cũ ipſis permiſto,Quòd ſi quis exactius interpretari rem uelit, non pituitoſum humorem.
ſed qui proprie crudus appellatur, vt plurimũ circa arthritidas prædominari dixerit.Eſt autem
hic craſſus ad ſimilitudinem puris craſſioris: ubi uero in ipſis articulis diutius morẽ traxerit, nõ
ſolum craſſior,ſed & uiſcoſior, redditur. Qui igitur tophi ſeu calli appellantur,horũ generatio
ex his eſt, & poſtquã fuerint producti, ne ſperaueris ad priſtinam conſtitutionem exacte redire
articulum poſſe. Cæterum differentiæ affligentium humorum facile deprehendi poſſunt tum
coloribus, tum ſymptomatis coincidentibus: itemque per experientiam pharmacorũ,quæ ad-
hibentur. Cognitio igitur ipſorũ ex colore omnibus expoſita eſt: ex ſymptomatis uero coinci-
dentibus,tametſi non omnibus, neque ex procinctu,manifecta ſit, tamen non adeo difficilis co-
gnitu exiſtit.Bilioſus enim ſanguis multæ caliditatis ſensũ ægroto exhibet & calfacientibus im-
poſitis exacerbatur, quemadmodum rurſus à frigidis relaxatur. Verum ad humoris noxii co- A.l.1.fol.2.
gnitionẽ conferet tibi etiam prægreſſa diæta ſiue per exercitia, ſiue per otium tranſmiſſa,& per ſu. ca.7.fol.
balnea,poſt,aut ante acceptum cibum.Quemadmodum conferet etiam horũ gymnaſiorum,& 45.h
eduliorum tum quantitas, tum qualitas: itẽ anni hora, & regionis ac aeris cõſtitutio: inſuperq;
& ætas, & habitus corporis: quorum omnium facultates ſæpe in pleriſq; locis enarraui. Porrò

principium

A principium curationis ſit tibi euacuatio humoris affligere reperti: ſi quidē humoribus ex ęquo redūdarit corpus, uenæ ſectione primum omniū aſſumpta, deinde purgatione: quibus accedat pharmacorū dicendorum conueniens & tpe, & ordine, uſus, ita ut manibus & pedibus pharmacis fluxionē repellentibus utamur, circa coxendicu uero iuncturam id facere uitemus: cum enim in profundo ea ſita ſit, ſanguis ex uicinis, & ambiētibus uaſis, ac muſculis ad illam cōpellitur. Mitigatorijs igitur in principio medicamentis opus eſt in dolore circa coxendicem hęrēte, quæ neq; refrigerēt multū, neq; fortiter calfaciāt, qualibus ſane poſtea opus habet: exacerbant enim per ipſas fluxiones, caliditate nimirū plus attrahente ipſas, q̄ impediente. Qñ quidē uero præſentis operis inſtitutum eſt neq; de cataplaſmatis, neq; de irrigationibus, quicquam dicere, ſed de methodo compoſitorū pharmacorū, ad hāc ſolā progrediar, initio ab iſchiade ſumpto. Raro equidem fit iſchias ex ſanguinis multitudine: & citiſſime curatur, uenis circa poplitē aut talos ſectis. Quemadmodum autem ſæpe ſola ſanguinis euacuatio ſufficiens auxiliū exiſtit, ſic contra in omni iſchiade, & præſertim eo, qui ex humorū copia exortus eſt, ſi quis, ante euacuationem totius corporis, acribus pharmacis circa partē affectā utatur, ęgre curabilem reddet affectionē, copia nimirum indiſſolubiliter ibidē condenſata: præter alia enim & craſſa & uiſcoſa
B fit ob calorem & ſiccitatem acriū pharmacorum, non diſſimile quippiam aſſationi perpetiens. Tanq̄ igitur maximā uim ad affectionis curationē habeat totius corporis euacuatio, ab ipſa incipiendū eſt, non ſolū à cruribus, ſed & à cubito primum, ſanguinis detractione facta. Auxiliantur etiā uomitus ipſius iſchiadicis magis utiq;, q̄ euacuationes infernæ per uētrē, ut qui reuellāt repetētē deorſum humorē. Faciēdi itaq; ſunt uomitus in prīcipio ab accepto cibo: poſtea uero etiam per uomitoria medicamenta, initio a mediocribus facto. In quibus autē uehemēs humorū denſatio, quæ ægre diſſolui poteſt, a medicis intēpeſtiue acribus pharmacis utentibus facta eſt, his cucurbita affixa maxime auxiliatur, & purgatio per efficaciora infuſa, quale eſt & qđ ex colocynthide conſtat. Si igitur ea quæ nūc dicta ſunt prę oculis habueritis, medicamentis ſane à prioribus medicis traditis iuxta methodū utemini. Verum in ipſis recenſendis auſpicabor ab ijs, q̄ ab Andromacho ſcripta ſunt ī illa parte libri de externis pharmacis cōſcripti, in qua prę ſcriptis malagmatis proprie appellatis, inde etiā alia omnia prodit, iuxta quencūq; tandem modum inueteratas affectiones iuuantia, in quibus eſt etiam Iſchiadicorum appellatorum cura.

Compoſitiones ab Andromacho conſcriptæ ad Iſchiadicos.

Seminis rutæ ſylueſtris.ʒ.iiii, ſilphii.ʒ.iiii, ſpumæ nitri.ʒ.iiii, baccarū lauri.ʒ.iiii: abrotoni, co-
C locynthidis medullę, cardamomi, ammeos, ſingulorū.ʒ.iiii: rutæ uiridis minę octauā partē. Quidam horū ſingulorum.ʒ.xx. accipiunt: & picis, terebinthinæ, myrtei, ceræ, ſingulorum tantundē; adipis taurini tātundē, chalbani.ʒ.vi, ammoniaci thymiamatis.ʒ.vi. opopanacis.ʒ.iiii, ſulfuris uiui.ʒ.iiii. Quòd hoc pharmacū fortiter calfactoriū ſit, ſi memoria tenuerimus ea, quæ in libris de Simpliciū pharmacorū facultate ſcripta ſunt, nihil opus recētiore aſſertione. Eſt enim vehementiſſimū & calidiſſimum medicamentum ſylueſtris rutæ ſemen, & cum eo ſilphium, & baccæ lauri, deinde ſpuma nitri. Poſt hæc abrotonū, indeq; colocynthis, & cardamomū & ammi. Ruta ēt uiridis minus quidē his, nō tñ cōtemnēdā habet caliditatem, quemadmodum neq; ſulfur uiuū. Ex profundo itaq; attrahere omnia hæc poſſunt humores articulū, & iuncturam coxēdicis uexātes. Quo uero emplaſtrum ex ipſis fieret, picē & terebinthinā †ac myrteū, & cerā, ac adipē admiſcuit is, qui pharmacum compoſuit. Verum ammoniacum thymiama, & chalbanum, ultra hoc q̄ conferunt ad emplaſtri compoſitionem, etiam emolliendi ac mitigandi uim quandā habent. Opopanax uero eiuſdē cū ipſis eſt generis, ſed fortiori facultate prędituſ. Alterā porrò cōpoſitionē ad eādē affectionē Andromachus ſic ſcripſit. *Aliud Malagma ad Iſchiadicos, & alia multa.* Ceræ.ʒ.lxxii, terebinthinæ.ʒ.xlviii, ammoniaci thymiamatis.ʒ.xxxiii, ῥ̄polis
D ʒ.xliii, chalbani.ʒ.xxxvi, bdellii.ʒ.xxv, croci.ʒ.v, opopanacis.ʒ.xii, ſpumæ nitri.ʒ.xxx: unguento irino admoto tūdito. *Aliud Protæ Peluſiotæ, ad Coxendicum, & capitis dolorem, & ad omnes diuturnos dolores.* Ceræ.ʒ.xxiiii, ammoniaci thymiamatis.ʒ.vii, terebinthinę.ʒ.vii, ſucci thapſiæ.ʒ.viii, olei cyathū unū. Quin & aliā cōpoſitionē inter malagmata Andromachus retulit hoc mō. *Ad Iſchiadicos ab Hera Cappadoce.* Picis liquidæ heminas iii, aut ii. & dimidiam, cery li.i, reſinæ pini lib.i, nitri ſeſquilibrā, ſulfuris uiui lib.i, ſtaphydis ſylueſtris ſextariū i, pyrethri lib.dimidiā, fęcis uini uſtę lib.ii, cardamomi ſextarium i, chalbani lib.dimidiā. arida cum liquidis committito. Hoc pharmacū etiā ipſe Heras in proprio libro prope finē ſcripſit, ſed non appoſitum eſt ad picem, aut duas & dimidiam, ſed ſimpliciter ſcriptū eſt, heminas tres. Præſcripſit autem hæc uerba: Ceratum ad iſchiadicos, quod eruit etiā ualde inueteratas affectiones: hoc uſus ſum in Frōtino. Scripſit autem & alias duas iſchiadicas compoſitiones Heras, quarū altera hoc modo habet. *Ad Iſchiadicos valde mitigatoria.* Picis partes ii, ſulfuris uiui partem unā: utraq; trita miſta dolenti loco imponito. Verum prælauare ægrū oportet, ut pharmacū adglutinetur, & ſuperne chartam ſuperponere, ac finere donec ſua ſponte dilabatur: licet etiam lauare charta ſuprapoſita adhuc incumbēte. In quibuſdā exēplaribus, picis pars una habet: & licet etiā ſic præparare, modo ſciamus nos efficacius eſſe ambo pari menſura miſceri. Debilius uero pharmacū, in quo

duplum

† *In quibuſdā codi. dictiones hæ non habentur, in alijs legitur,* κεὶ ῥητίνης. *i. & reſinam.*

dupl um picis ad ſimplũ ſulfuris conijcitur. Porrò quæ reſtat adhuc tertia compoſitionũ iſchiadicarum, hoc modo ab Hera prodita eſt. *Alia Iſchiadica. Hac uſus ſum in Frontino, Statim in exacerbationibus.* Ceræ.3.c. viſci quercini.3.xvi, myrrhæ.3.vi, terebinthinæ.3.xxv, chalbani.3.vj, iridis illyricę.3.vi, cedriæ heminã dimidiã, cyprini heminã dimidiã: cerã & cedriã cũ cyprino liquefacito, deinde reſinã & chalbanum: atq; ubi iam ab igne auferre uoles, iridem inſpergito, itemq; uiſcum indito. Ablata autẽ iam olla in promptu ſit tibi myrrha trita, ad quã liquefacta diffundes, & miſtis ſimul omnibus uteris. Quidam ſupra hæc omnia etiam nitri.3.v. addiderunt E

Quæ pharmaca Aſclepiades in quarto Externorum prodidit, quæ Marcellæ inſcribit.

Nominat quidem & hic oĩa huiuſmodi malagmata: apponit autẽ alijs q̃ ad iſchiada, alijs q̃ ad ſplenem, alijs ad latus aut aliã aliq̃ partem, cõducant: quædam etiam uarii uſus eſſe ait: Quẽ admodum etiã hoc ſcriptum ab ipſo in hæc uerba. *Malagma Antiochidis, Splenicis, Hydropicis, Iſchiadicis, Arthriticis. Præparatum eſt Fabullæ Libycæ.* Ceræ lib.iii, uiſci quercini lib.iii, reſinę terebinthinæ lib.iii, retrimẽti ab expreſſa myrobalano reliqui lib.i, ſpumæ nitri lib.i. floris lapidis aſii lib.i, ammoniaci thymiamatis lib.i, olei cyprini lib.iii, acetũ ad ammoniacum diſſoluẽdum.

Poſt hoc ſcripſit rurſus aliud ſic. *Aliud Fabullæ compoſitum valde præclarum, ad eaſdem affectiones* Myrrhæ ſtactę lib.ii, bdellii onychis lib.ii, medullæ ceruinę lib.ii, ammoniaci thymiamatis lib.ii, iridis illyricæ lib.ii, opopanacis lib.i: chalbani, ſtyracis, utriuſq; lib.i: maſtiches lib.i, floris lapidis aſii lib.i, ſucci ſycomororũ lib.i, cẽchryos lib.unã, piperis albi lib.i: ceræ, terebinthinæ, utriuſque lib.v: tundendũ eſt pharmacum, ita ut qui tundit fęcẽ unguenti irini adhibeat, quo mollius pharmacum fiat. Aliud deinceps Aſclepiades ſcripſit hoc modo. *Malagma quod & Aurei coloris appellamus.* Auripigmenti auricoloris, calcis uiuæ, utriuſq; ſextantẽ: aluminis liquidi, & ſciſſi, utriuſq; ſextantem: arida tundimus & cribramus, & in pilam coniectis, aceti cyathos octo affundimus, & probe trita liquefactis excipimus. Sunt autem hæc: Ceræ, reſinæ fictæ, & pinus, ſingulorũ lib.ii: olei cõmunis cyath.viii: hæc liquefacta frigefieri ſinimus, & eraſa tritis admiſcemus. Nos ad pharmaci præparationẽ etiã myrrhæ ſextantem addimus. Alii etiam ſandarachæ ſextantem apponunt, aluminis liquidi ſextante ſublato. Nos aũt coniectis oĩbus præſcriptis conficimus, & fit efficacius. Poſt præſcriptum aliud ſubdidit hoc modo. *Hoc uſus eſt Andromachus. Facit ſplenicis, hydropicis, & ad præcordia diſtẽta. Facit iſchiadicis, arthriticis, & adinuetera tos affectus.* Ceræ, picis brutiæ, utriuſq; lib.i: nos pro pice reſinam fictam indimus: reſinæ pinus lib.i, olei cyath.viii: auripigmenti auricoloris, aluminis ſciſſi, calcis uiuę, ſingulorum ſextantem: præpara ut dictum eſt. Nos appoſuimus ad pharmacum myrrhæ ſextantem, uiſci quercini trien G tem. Poſt relata alia quædam ad hydropicos & ſplenicos recenſet, & inde rurſus multi uſus compoſitionem tradit, quam etiam iſchiadicis conuenire, ait, hoc modo. *Andræ Malagma Compoſitio admiranda ad ea, quæ uelis perforare, diſſoluere, adæquare. Educit oſſa corrupta, aculeos, & infixa. Deſcriptum eſt etiam à Serapione empirico. Facit & ad iſchiadicos, cõmodum eſt ſuppuratis, facit & ad induratas uiſcerum affectiones. Eſt & Acopon bonum diutinis reſolutionibus, & diſtortis corporis particulis. Facit etiã ad ea, quæ pingui mucore obſeſſa ſunt: educit. n. aliena, & ulcus ad cicatricem perducit.* A. l. 5. ſu. 11. 11. ſo. 647. ef

Grani cnidii purgati, nitri rubri, ſalis ammoniaci, ariſtolochię creticæ, radicis cucumeris ſylueſtris, terebinthinæ, ſingulorũ drach.uiginti: piperis rotũdi & lõgi, ammoniaci thymiamatis, & ut quidã uolunt amomi, & xylobalſami, ſingulorum drachmas decẽ: thuris maſculi, myrrhæ, reſinæ ſiccæ, viſci ſubacti, ſingulorum drachmas decẽ: ſucci mororum drachmas decẽ, ceræ.3.xxx, adipis caprini.3.xv, fæcis unguenti irini quantum ſatis excipiendis erit. Arida tũdũtur, & anguſtiſſimo cribro excernuntur: liqueſcibilia uero ſingulatim diligenter tunduntur, deinde oĩa ſimul miſcentur, ac rurſus tunduntur admota irini fæce, deinde ubi probe fuerint unita, emollita reponimus. Quòd ſi uelis acopo uti, accipe pharmaci quadrãtẽ, adipis anſerini quadrãtem, olei cyprini quadrantem, ac miſtis utitor. Poſtea uero conſequenter ſic ſcripſit. *Aliud ad eaſdem affectiones.* Pyrethri.3.xx. grani cnidii, ſpumæ nitri, utriuſque drac.xx: ſalis ammoniaci, ariſtolochię creticę tenuis corticis, radicis cucumeris ſylueſtris, terebinthinæ, ſingulorum drach.uiginti: piperis rotundi & lõgi, ammoniaci, thymiamatis, bdellii, xylobalſami, thuris, myrrhæ, cardamomi, amomi, adipis caprini, reſinæ ſiccæ, ſingulorũ drachmas decem: ceræ drach.xxx, uiſci probe ſubacti drach. viii, ſucci mororum drac.viii, fęcis unguẽti irini, q̃ ſufficit his excipiẽdis, vini Italici quod ſatis eſt: maceratis his quæ diſſoluere oportet, pro more apparato: In alio exẽplari neq; xylobalſamum, neq; cardamomum, neq; amomum repperi. Poſt hæc alia pharmaca prodidit, & deinde rurſus iſchiadicorum meminit, ſic ſcribens. *Aliud eiuſdem Epithema iſchiadicis, & Arthriticis: auxiliatur confeſtim.* Fænugræcũ in uas fictile coniicito, & adipſum poſcam ſufficiẽtem affundito, & prunis impoſitum donec diſſoluatur, coquito: ad diſſolutũ uero mellis q̃ ſatis eſt iniice, ac rurſus coquẽ: deinde exẽpta diligenter tere, & in linteolũ infarta locis affectis impone, faſciaq; obligatos ſine. Hoc autẽ ad biduum & triduum facimus. Cæterum ſi interendo pharmacum induretur, ex liquore quantum ſufficit addimus: liquor autem tãtus ſit, ut tractile cataplaſma reddatur. *Aliud, quod continenter ad prædicta ſequitur, hoc modo.* Symphyti ſeſquilibram raſam & minutim conciſam, ac in mortarium teſtaceum coniectam, diligẽter terito: A. l. 3. f. 112. c. 10. ſo. 493. d

H

A rito:& ad tritam mannæ quadrantem addito,atq; ouorum crudorum recentium trium numero candidum una cum luteo,& rursus terito:& ubi unita fuerint,his adipis suilli ueteris libram unã adijcito,& conquassata diligenter,atque in linteolum infarta imponito:mitigat cõfestim. Post præscriptum aliud deinceps scripsit hoc modo. *Aliud eiusdem Malagma, Ischiadicis statim in irritationibus imponitur. Appellatur Didymæa. Facit ad Attrita, & oẽm Neruorũ per consensum affectũ: dissoluit omnem duritiem: facit etiã ad alias inflammationes: delet malignas Cicatrices: facit ad Luxata & Colliſa: facit & ad Mãmillarum affectiones malignas.* Cicutæ,uisci quercini,terebinthinæ, iridis siccę,myrrhę,chalbani,singulorũ.3.xlviij.olei cyprini, aut unguẽti ægyptiaci quod satis est. Chalbanũ in oleũ cyprinũ,aut unguẽtum ægyptium coniectum ad ignem dissoluimus:& ceram mollimus,ac reliquis mistam probe tundimus.atq; his chalbanũ liquefactum cũ cyprino inijcimus,ac rursus tundimus,malagma lenissimum tactui reddẽdo:quo utimur.Cõsequenter etiam hoc Asclepiades subdidit. *Aliud eiusdem ex Areo. Facit ad colicos supra quam dici potest, in ipsis vexationibus impositum: & psoras curat citra exulcerationem.* Ceræ,picis liquidæ,utriusq; lib.i:ʒpicis aridę lib.i;ʒ sulfuris uiui,aluminis sciſſi,nitri rubri,singulorũ lib.dimidiam:liquescibilia liquefacito:arida uero tundito,& per angustissimum cribrũ concernito,& ad liquefacta adijcito,pau
B latim ea inspergendo,ac assidue mouendo:indeq; in pilã trãslata,ac tusa reponito,& utitor.De inceps rursum aliud prodidit hoc modo. *Aliud eiusdem Malagma ex Silphio, Ischiadicis valde commodum.* Ammij.3.xij:silphij,seminis rutę sylvestris,baccarũ lauri purgatarũ,singulorũ drac. xiiij:medullæ colocynthidis.3.ij,nitri.3.iiij, abrotoni thebaici.3.iiij,cardamomi.3.iiij,ceræ põticæ minæ octauã partẽ:picis, resinæ,ʒadipis anserini,ʒammoniaci thymiamatis,singulorũ minæ octauã partem:liquida cum aridis committito.Consequenter & hoc ab Asclepiade scriptũ est ita. *Aliud eiusdem,quo vsus est Antipater.* Silphij,rutæ sylvestris siccæ,baccarum lauri siccarũ,spumæ nitri,medullæ colocynthidis, abrotoni thebaici, ammij,cardamomi singulorũ.3.iiij: rutæ satiuæ uiridis,picis siccæ,resinæ terebinthinæ, ammoniaci thymiamatis, adipis * uitulini, * Al.anserini.
singulorũ minæ octauã partem:chalbani.3.xvi,opopanacis.3.iiij, sulfuris uiui.3.iiij,olei cyprini heminas iiij.Vsus tpe oportet prius coriãdrũ aridũ ustum cyprino excipere,& ex eo coxendicẽ illinere,atq; post huius usum malagma ipsum imponere. Post hoc rursus aliud scripsit hoc modo. *Aliud eiusdem Malagma, in Ischiadicis humores ex alto euocat, ac tranfert, liberatq; a tota affectione. Facit & dissolutis, & trementibus, & affectionibus inueteratis.* Picis liquidæ brutiæ lib.iii, fæcis aridæ ustæ lib.ii, nitri rubri seſquilibrã, resinæ pini lib.i,ceræ lib.i,staphidis sylvestris lib.i,
C sulfuris uiui lib.i,pyrethri lib.dimidiã,cardamomi sextariũ.i:picem,cerã, resinam coquito,arida tũdito,& cribrato angustissimo cribro,ac cũ liquefactis committito:& utitor. Post præscriptum adhuc aliud pharmacum subdidit ita habens. *Aliud eiusdem, quo vsus est Philocalus.* Sinapis, fœnigræci moliti,utriusq; sextar.dimidium:pyrethri,staphidis sylvestris, nitri rubri,singulorũ ʒ.iiij: opopanacis.ʒ.ij.chalbani.ʒ.ij, resinæ terebinthinæ lib.j.ceræ lib.j.olei cyprini lib.i: arida cum liquidis committito, & utitor.

Ischiadicorum cura à Damocrate conscripta,ex Iberide.

Damocratis extat libellus Clinicus inscriptus,in quo uersibus iãbicis,quemadmodum solet, de tribus differit medicamẽtis,Ac primo quidẽ eo,quod ex herba,quã ipse Iberidem appellat, constat:Secundo ex seminẽ dolores sedãte cõposito. Tertio uero purgatorio,& ab ipso Hiera appellato. De primo igitur in ischiadicorum curatione in eo libello hæc scripsit. In Iberide inquit medicum quendam amicum suum per hanc herbã curatum esse: quam herbã,ut dixi,ipse
D Damocrates Iberidem appellat,ut qui ipse uisu herbã cognorit,nomẽ autem eius nullũ audierit,cum etiam id ipsum ignorarit is,qui eum usum eius docuit.Verum ex signis quæ scribit uidetur Iberidem appellare,quæ à Græcis lepidium nominatur,à regione,in qua amicus eius curatus est,appellatione ducta. Describit autem ipsius signa per hos Iambos.

Herba hæc ubique,multaque frequens nascitur
Monumenta iuxta antiqua,muros & ueteres,
Tritasque quondam publicè pedibus uias,
Quas iuxta aratrum duxit haud quis agricola.
Semper uirescens,folijs nasturtij
Florentibus,uere attamen maioribus.
Caulem cubitalis longitudinis gerit,
Paulo minorem,aut rursus ampliorem.Ab hoc
Aestate pendent folia, donec multa hyems
Sarmentitiam deducat hęc ad imaginem,&
Deiecta & exiccata depereant gelu:
Adnata radici tamen cernes alia.
Aestate florem fert colore lacteo
Multum tenuem uariumque ualde cauliculus.
Ad quem sequitur semen penitus sic exiguum.

Visum

Viſum ferè ut fallens, oculos quoque effugiat,
Odorem habet radix at inde acerrimum, E
Vero ſimilem quam maxime naſturtio.
Per hos quidem uerſus figuram herbæ indicauit. Cõſequenter autẽ uſum ipſius per huiuſmodi.
Hanc erutam larga ſatis cape copia,
Aeſtate: nam tunc optima, & fortiſſima eſt
Adhuc recens, ſiccata fit ſed debilior.
Tuſam hinc probe (nam difficulter tunditur)
Pauca ſubactamque excipies axungia:
Crurique toti & maxime coxendici
Adhibebis, & ligabis, & ſines duas
Horas mulieribus, uiris ſed quatuor.
Hinc balneo inductos, nec ullo ex unguine,
Nec ſmegmate ullo pinguiore collines,
Sudore ſed modico exiliente in ſolium
Merges, manere coge, ſiquidem ſæpius F
Morſum caloris quempiam ac ſenſum afferat,
Verum hinc rigatos leniter producito.
Illati enim quamuis manibus ſint plurium,
Exibit attamen ſuis pedibus ualens.
Ad multum oleum miſcebis hinc uinum modicum,
Et concuties, & illines totos eo.
Ac mox madore terſo & pinguitudine
Totum teges crus mollibus tu uelleribus,
Iubens obire aſſueta uitæ munia.
Quæcunque uult, & non grauatim ſuſcipit.
Hoc auxilium certum atque conſtans integre eſt,
Et nullo alio adijcendo ei ſimul indigum.
Expers doloris & ubi manſeris, fere
Quod accidit, radiculam lętus cole.
Quòd ſi tamen inde affectionis ueſtigium G
Quoddam ſuperſit, poſt repetes hoc præſidium,
Diebus ut multum decem bis præteritis.

Hoc ſane utendi modo & inueteratos capitis dolores, & alias oẽs quacũq; corporis parte inueteratas & ęgre ſolubiles affectiones, ac reſolutiones, ſe curaſſe ait. Et oĩno uitia, ĩ q̃bus alij ſinapiſmo appellato, & auxilio ex thapſia conflato, utũtur, ſe per hãc herbã perſanaſſe dicit. Porrò de hac Iberide ẽt Archigenes ſcribit in ſecũdo pharmacorũ ſecundũ genus, lepidiũ ipsũ appellãs. Dicit aũt ſplenicis & iſchiadicis ipſam conuenire. *Ad Iſchiadas, & perfrigerationes Hygieni Hipparchi.* Herbã Iberidem, quã aliqui lepidium uocant, aut agriocardamũ. i. naſturtium ſylueſtre, colligito: & radicẽ eius tuſam ac adipe porcino cõmollitã, emplaſtri uice imponito ad dolentem locum ad horas tres, indeq; in balneum mittito. Idem præſidiũ & ueteres capitis dolores depellit, in conſimili uſu adhibitum, quem Damocrates medicus per uerſus prodidit.

De Podagricis & Arthriticis affectionibus. CAP. 3.

Dictũ antea eſt in ſermone de Iſchiade, de fluxionibus generari eiuſmodi affectiones irruẽtibus in locos iuncturarũ: quare etiã curatio ipſarũ iuxta eũdẽ fit modum, nimirũ ut irruentes fluxiones euacuent: Influẽtibus igitur adhuc ipſis, ſcopũ afferendorum auxiliorum cõi ratio- H
ni influentium humorũ ſubijcere oportet, ita ut repellamus, ac reſtringamus. Vbi uero amplius non influant, ut diſcutiamus iã illapſos. Cæterum materia pharmacorũ, per quæ hæc fiunt, multiformis eſt, quemadmodum ẽt in alijs affectionibus, excogitantibus uidelicet à principio prudentioribus uiris iuxta quandam artificialem coniecturam modo hoc, modo aliud eorum, quæ optima per experientiam ſunt iudicata. Quapropter & ego uelut in alijs affectionibus, ſic etiam in his optima ex eis, quæ priores medici experientia cognouerunt, adſcribam.

Pharmaca ab Aſclepiade ad prædictas affectiones in quarto Externorum prodita, quæ Marcellæ inſcribit.

Epithema Podagricis, Arthriticis. ſedans dolorem. Vſus eſt in ipſis vexationibus. Succi papaueris. 3. iiij, croci. 3. i, cum lacte bubulo aut caprino terito: & adiecto pane interno diligẽter læuigato, vt molle cataplaſma fiat, & roſaceo admoto mollito: ac utitor leni cataplaſmate, forĩſecus betę aut lactucę foljs, cuſtodiẽdi eius gra, impoſitis. Qñq; opiũ & crocũ cũ lacte trita cerato roſaceo excipimus, & linteolo infarta imponimus. *Aliud.* Stiracis. 3. ii, opii. 3. i, cõfice ac utere ut dictum eſt. *Aliud, confeſtim à dolore liberat, verum ante pharmaci impoſitionem ægrum lauare oportet, & tunc deterſis locis imponere.* Succi abſinthij pontici, croci, opii, ſingulorum drach. i, ceræ ponticę. 3. iiii,

vnguenti

A unguenti irini drac.vĩ.vini cretici quãtum ſufficit: & læuigata liquidis excipe, & linteolo infarta impone. *Aliud.* Seminis cicutę dempto cortice expoliti drac.vi.croci drac.i.ʃſtyracis drach. i.ʃopij drach.i.paſſi cretici, quod ſatis eſt: trita excipe roſaceo cerato. *Epithema podagricorum, Arthriticorum, facit ad Maximas affectiones. Vſus eſt eo Eraſiſtratus Sicyonius.* Radicis capparis tuſæ, & cribratæ chœnicem unum, ſeminis hyoſcyami chœnicem dimidiũ, radicis chamæleonis nigri chœnicis quartã partẽ, ſeminis cicutæ chœnicis quartã partem, radicis mandragoræ chœnicẽ j. radicis ſolani, aut ut alii dorichnii, chœnicis quartã partem: omnia tuſa, & cribrata miſta in uaſculũ figulinum reponito, & probè obturata ſeruato. Vſus verò tempore chœnicis quartã partem inde accipito, & paſſo tritã in uas fictile non picatũ coniicito: & addita fæcis uini aridę quarta heminæ parte, ad prunas poſita diligẽter mouẽdo coquito, donec bis, aut ter efferueãt: deinde ab igne ablata, q̃ calidiſſima imponito, aut qũo perferre ægri poſſunt. Verùm ante huius cataplaſmatis uſum, pedes multa aqua frigida perfundere oportet, & ſpõgiis detergere, atq; ita pharmacũ imponere. Supra uerò cataplaſma linteola tenuiſſima aceto imbuta imponãtur, & faſcia circundata ad horas duas pharmacum incumbere ſinatur. Poſtea uerò eo ablato excitatas bullas acubus perforare oportet, ab iis enim humor mucoſus multus, ac glutinoſus pro-
B fluet: poſt cuius excretionem multa aqua frigida pedes proluantur, & rurſus pharmacũ, ut dictũ eſt, imponatur, ita tĩ ut pro aceto aqua potabili utamur, & ex ea rigatum linteolum pharmaco ſuperindemus. *Aliud eiuſdem. Hoc pro cucurbitis, & hirudinibus utimur: nam Seroſos ſanguinis humores exugit, facit & ad tofos, ac duritias, ut inde diſſoluantur.* Farinæ fœnigręci ſextarium unũ, floris lapidis aſij ſextarium j. lomẽti, fabæ nigræ molitæ, farinæ lupinorum, utriuſq; ſextarium j. omnia miſta, & aqua calida ſubacta, calida imponito, & faſcia conſtringito. Oportet autẽ prius affectos locos perfundere, aut ẽt in ſolio lauare: Cùm uerò faſciæ circundatæ madidæ, ac cruentæ factæ fuerint, pharmacum tollimus: & fotis locis, paſtillo ex amygdalis amaris utimur, & malagmate, qd̃ crocum, iridem, & ariſtolochiã hẽt: hoc ipſum uerò inter malagmata ad podagrã deſcripta habetur. *Paſtillus Podagricis, Arthriticis. Vſus eius eſt in ipſis irritationibus.* Aloes libram j. ſucci centaurij ſexuncem, thuris nõ ſecti trientem, myrrhæ triẽtem, floris lapidis aſij ſextantem, opij ſextantem, ſucci mandragorę ſextantem, aluminis ſciſſi ſextantem: excipe paſſo, & fac paſtillos. Vſu expetente, lacte diſſolutos cum pennis illine, & ſupra illitionem linteolũ paſſo imbutum impone. *Alius Paſtillus, Iuppiter appellatus.* Aloes drach.xij, opij drac.viij. ſucci papaueris drac.vj. ſucci hyoſcyami drach.vj. aconiti drac.iiij. hypociſtidis drac.vj, glaucij drac.viij. cro
C ci.3.xij. gummi drac.xxiiij, malorum mandragoræ drac.xx. aceti heminas* duas: mala cum aceto coquito, & expreſſa prędictis admiſceto: & ex dilutis, ac probè leuigatis paſtillos formato, eosq; in umbra ſiccato. Vſus oſtenſus eſt. *Malagma Arthriticis, Podagricis, ex cicuta, & agarico accommodatum.* Seminis cicutæ ſextarium j. agarici ſextarium j. fœnigræci ſextarium j. nitri unciam i. ceræ libram j. reſinæ fictæ libram j. olei ueteris libram j. medullæ ceruinæ trientem, illyricæ trientem: arida tuſa per anguſtiſſimum cribrum concernito: liqueſcibilia uerò eliquato, & frigefieri ſinito, & ſic eraſa aridis committito: & contuſis, ac repoſitis utitor. *Aliud eiuſdem.* Ceræ lib. j. olei ueteris, aut ſabini ſextarium j. fœnigræci ſextarium j. ʃſeminisʃ cicutæ ſextarium dimidium, reſinæ fictæ lib.j. nitri rubri dodrantem, floris lapidis aſij ſemiſſem, medullæ ceruinæ trientẽ, illyricæ trientem: præpara ut dictum eſt. *Aliud Malagma eiuſdem ex tædis, Titi Cæſaris. Facit Podagricis, & Arthriticis. Emollit omnem duritiam.* Viſci quercini ſeſquilibram, thuris librami. ceræ libram i. tædarum pinguium libram i. reſinæ pinus lib.i. liqueſcibilia coquito, ac pinguibus tædis moueto: poſtq̃ uero omnis pinguitudo ab ipſis effluxerit, ab igne ablatum liquorem excolato, atque huic thus tenuiſſime tritum inſpergito, aſſidueq; moueto, donec ad compagem manus nõ inquinantem redigatur: & in mortarium translata reponito, ac utitor. *Aliud.* Tędarum pinguiſ-
D ſimarum libram i. thuris maſculi lib.i. reſinæ pinus libram i. uiſci quercini libram dimidiam: præpara, ut prædictum eſt. *Malagma ex Lapide Aſio, Podagricis, Arthriticis ualde præclarum. Liberat à tota affectione. Vſus eſt in ceſſationibus.* Viſci quercini, terebinthinæ, utriuſq; lib.i. ſpumæ nitri, floris lapidis aſij, thuris ſingulorum libram dimidiam: olei cyprini lib.i. adipis quãtum ſatis eſt: arida tunduntur, & cribrantur, ac cum aqua teruntur ad cerati liquidi ſpiſſitudinem: liqueſcibilia uerò eliquantur, & tritis adijciuntur: quibus ſimul conquaſſatis, ac repoſitis utimur. *Aliud.* Viſci lib.j. terebinthinæ lib.unam: lapidis aſij, nitri utriuſq; trientem: mannæ quadrantem, cyprini ſextantem, aquæ lixiuij figulini, quod ſatis eſt. *Aliud ad Arthriticos ualde præclarum: auxiliatur confeſtim, humores in alto abſorbens.* Viſci libram i. terebinthinæ libram i. adipis taurini, floris lapidis aſij, utriuſq; quadrantem: ʃnitri quadrantem, ʃcalcis uiuæ quadrantem, mannæ quadrãtẽ, cyprini libram i. præpara, ut dictum eſt. *Aliud Diodori.* ʃ Calcis uiuæ drac.i. thuris, terebinthinæ, ammoniaci thymiamatis, ana.3.iiii. ʃ adipis taurini.3.viii. ſpumæ nitri.3.iii. floris lapidis aſij 3.iii. in alio exemplari.3.iiii. olei cyath.ii. arida cum liquidis committito. Hoc pharmacum ualde commodum eſt. Reſorbet etiam collectiones circa articulos conſiſtentes, & à doloribus liberat.

*Aliter v.

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM PER GENERA LIBRI SEPTEM

Ioanne Andernaco interprete

Ad vetuſtiſsimorum Græcorum codicum fidem diligenter aliàs ab Auguſtino Gadaldino recogniti, & nunc etiam ab eodem aliquibus in locis emendati.

ARGVMENTVM LIBRI.

Agit de ratione, & uſu componendorum medicamentorum: ac recenſet Emplaſtra quædam, maximè uerò candida, quæ cum ad alia tum ad cicatricem inducendam accommodata ſunt.

Quid in duobus Galeni libris De compoſitione medicamentorum per genera, qui Romæ una cum alijs incendio conflagrarunt, contineretur. CAP. 1.

SCripſimus & iam antea commentarium, cuius priores duo libri in publicum G ſanè prodierant: ſed cum alijs in apotheca, quæ ad uiam ſacram eſt, relicti intercidere, quando Pacis delubrum totum, & ingentes Palatij bibliothecæ incendio conflagrarũt. Tunc enim & aliorum complurium, & mei libri, qui in apotheca illa erãt ſepoſiti, interierunt, idq; cum amicorum nullus, qui Romæ degebant, priorum duorum exemplaria habere ſe fateretur. Efflagitantibus itaque familiaribus, ut idem opus denuo ſcriberem, operę pretium mihi uiſum eſt prius editorum mentionem facere, ne, ſi quis antea in illos inciderit, cauſam quæriret, cur bis de eiſdem rebus tractauerim. In illis igitur à primi libri exordio diſputationem in eos direximus, qui ſophiſtarum modo, compoſitorum medicaminum pollicita ſeu profeſſionẽ, quãtum licuit, abrogare, non nullaq; ſimplicium calumnijs deprimere, conabantur: dicterijs eos pariter inceſſentes, qui ſcriptum de illis reliquerunt, alia iecur, alia lienem, alia renes, uel ueſicam uel caput uel pulmones iuuare. Vtrum enim (aiunt) præſes quidam eis imperat? quemadmodum in Tragœdia,

Abi quidem tu flumina ipſa ad Inachi,
Thebas at age tu pergito Cadmeias. H

Sic in his tu quidem ad hepatis portas, tu uero ad ueſicam, uel renes duos, proficiſcere. An qđ in uẽtriculum ingeſtum eſt, iecur quidem excipit, inde uero per uniuerſas corporis partes deferẽ? At hoc ſcomma eos, qui hæc cauillantur, tã eſſe medicamentorũ facultatis imperitos arguit, ut à marino lepore pulmonem exulcerari ſolum ex omnibus corporis particulis ignorẽt, ueſicam ſolã à cãtharidibus: ab alijs renum lapides conteri: ab alijs rurſus ex pulmone atque thorace faciles fieri excreationes: quẽadmodum ab alijs alia in una quadã particula peculiariter perfici. Atqui uarie hunc ſermonem in primo commentariorum iam antea nobis (ut dixi) conſcriptorũ libro, ſicut rurſus in ſecundo alterum ſumus executi, q̃ alii quidã putarent in cõpoſitione ſimplicium medicamentorum contrarias inter ſe poteſtates omnino corrumpi. Etenim ſi aquã (inquiunt) feruentiſſimã cum frigidiſſima temperaueris, neutra illarum, qualis prius extitit, permanet, ſed tertia quædam ab utraque diuerſa generabitur. At hìc quoq; uanã ipſorum nugacitatem oſtendimus, qui ignorẽt ex ijs, quæ corpori admouentur, nõ nulla pro innatis facultatibus, alia pro acquiſitis qualitatibus, functionem obire. Quis. n. cicutam aut papauer refrigerandi uim habere dubitat? quin tu ſi recalfacta ea uehementer, animalis corpori offeras, non ſecus ac cauterium, ulcus concitabunt. Quemadmodum rurſus, ubi ſinapi in frigido aere cum aqua tritum frigidiſſimo

A gidiſſimo hyemis tempore, repẽte corpori raro, ac imbecilli applices, horrebit nihilo minus, q̃ ſi niue aut cryſtallo ipſum contigiſſes. Sed ſi id ipſum ſinapi lõgiore tẽporis ſpatio corpori noſtro admotum fuerit, principio ſanè exigui caloris ſenſum præbebit, dein maioris, poſtea tã eui dentis, ut igne uri uideamur: E contrario uero cicuta, & papauer, †calida exhibita, tantam pariẽt refrigerationem, ut ſtuporem corporibus quamlibet acuro ſenſu antea pręditis inferant. Cũ igi tur id genus omnia in cõmentarijs, qui undecim numero ſunt, de ſimplicium medicamẽtorum facultate definiuerimus, iam ad ipſam diſciplinam utilem deſcendemus, in qua exercitatus, ẽt ſi facultatũ, quas polypharmacos greci nominãt, ſcriptiones minus attuleris, nõ deſiderabis com moda cuiuſque morbi auxilia, modo ſimplicium pharmacorum, uti diximus, materiæ nõ ſis im- peritus. Cæterum hic liber obiter oſtẽdit & empiricorum medicorum contentionem, qui ad in ſomnia, fortunam, & caſum ſeu incidentiã, (græce periptoſim) medicamẽta cõpoſita prope uni uerſa referũt, ſi pauciſſima quædã excipias, quæ cõi omnium hominũ ratione, q̃ epilogiſmũ ipſi uocãt, inueniſſe ſe dicunt. Quemadmodum, ubi eiuſdẽ facultatis pharmaca inuicẽ miſcuerimus, quę alia in alio corpore melius, aut pei⁹ functionẽ ſuã obijſſe uſu ac experimẽtis didicim⁹, ratio ni conſonũ certe nobis eſſe uidetur (empiricorum aliqui dicunt, non.n. omnes) componere plu

B ra huiuſmodi, ut uel vnũ ex eis corporis curandi naturę idoneum inueniat: Quòd in hoc utiq; re centiſſimo pharmaco, cui nomen inditum eſt Cephalicũ, quaſi capitale dixeris, accidiſſe ferũt, miſtis in eo oĩbus iis, quæ uel per ſe ulcera carne implere cognoſcuntur. Sed qua ratione ęrugo cerato ſimplici miſta medicamen ſarcoticum. i. ad gignẽdam carnẽ idoneum faciat, cum neutrũ ex illis nutriendæ carnis uim habeat, non item exponunt: ſiquidem ærugo ulceratam carnẽ ero dit, utpote acre & calidum medicamentum: ceratum mite quidẽ eſt, nec mordax, uerũ nouæ car nis loco ſordes parit ulceribus. Nos uero diximus in tertio methodi medendi libro, quomodo uidelicet, tum hoc, tum alia, quæ ex contrarijs eodem pacto conſtant, inuicem commiſceantur: dicetur nunc quoque particularis exercitatio, morbi cuiuſque appoſito exemplo.

† *Cod. impreſſi Graci habent* εἰθερμὼ προσαχθὲντα τοσαύτην *&c. Manuſcripti*, εἰθερμὰ προσαχθὲντα χρονίσν, τοσαύτην, *&c. i. ſi calida adhibita, immorata fuerint, tantũ, &c.*

Quæ præſcire conueniat eum, qui medicamenta probè compoſiturus ſit. CAP. 2.

EXpoſitum eſt alibi, ſimplicium medicamentorũ uires, non ſolum cuiuſq; generatim noſcẽ das eſſe, ut quidã ſcripſerunt, dicentes ea, uel calefacere, uel refrigerare, uel ſiccare, uel hu mectare; uerũ diſtincte, mẽbratim q̃; et ex quo ſint ordine ſingula, uti nos docuimus. Nã nõnulla quidem medicamina obſcure prorſus unumquodque prędictorum efficiũt, quędam manifeſto, aliqua ualide, ſicut alia abſolute. Non ſatis eſt ergo nouiſſe pharmacũ hoc calefaciẽdi, aut refri-

C gerandi, uirtutem habere, ſed quantam habeat, definire oportet. Calefaciunt igit reſinæ omnes idq̃; ſibi cõmune habẽt, attamen maioris minorisq̃; rationẽ nõ exiguã in calore ſortitę ſunt. Itẽ ſucci plures non mediocriter ratione ad maius minusq̃; facta differentes, excalfaciunt. Nã ſi pa nacis ſuccum cirenęo, & medico conferas, uidebitur tibi hic nihil ceu ad illos eſſe. At quorſum attinet ſermonem ipſorum diuertere longius, cum eorũ differentiæ, quibus in cibo utimur quo tidie, poſſimus meminiſſe? Anethum igitur, & ruta, cæpaq; omnia calefacientia, magno inter ſe uariãt diſcrimine. Qua ꝓpter in curationibus quoq; particulę admodũ refrigeratę, medicamẽ, quod impẽsè calefaciat admouebimus: illi uero, q̃d paululum à naturali habitu receſſit, modi- co calore præditum: ſicut & inſigniter refrigeratæ, uehemẽtiſſime calefaciens adhibebitur. Meri to igitur quatuor nos excalfacientiũ ordines ſtatuimus, ſeparãtes è modice calidis ea, q̃ euiden- ti eiuſmodi qualitate præcellunt: tum quæ magna: tum quę uehementi adeo, ut urere uideantur. In ſingulis autẽ illis quatuor ordinibus diuerſis quædã eſſe uelut incipientis differentiæ, nõ nul- la deſinentis, & ei, quæ poſt hãc exiſtit, propinquę, alia in medio cõſtituta. Itaque ſunt ex ijs, quę propter caloris uim exulcerãt: quemadmodum etiã ex illis, quæ ξexedentia ſeu putrifica latine, ξ ſeptica græce nominantur, alia, ſimulatq̃; corpora cõtigerint, poteſtatem ſuã oſtendunt: quædã

D duabus tribusve, aut quatuor horis, opus habent: non nulla diẽ totum, uel etiã poſt eum noctem, uel maius dein ſpatiũ, requirũt. Hæc iam ut in calefacientibus, ita quoque in refrigerantibus, in telligere eſt oportet, qui medicamen aliquod confecturus eſt: pari modo & in ijs, quæ humectãt exiccantq̃;. Cæterum materiæ medicaminum quædã à plantis, quædam à metallis, nõ nulla ab animãtibus, proueniunt: quas oẽs in tractatu de ſimplicibus medicamentis definite expreſſas di diciſtis. Nam cũ familiaribus hic mihi ſermo potiſſimũ eſt, qui precibus me adegerunt, hęc nunc propter librorũ interitũ denuo perſcribere. Iam uero ut ſimplicium medicaminum uniuerſorũ facultates ad amiſſim uobis cognoſcendæ ſunt, quo ubiuis corporibus curationẽ deſiderãtibus idonea ex ijs, quæ adſunt, facile poſſitis remedia componere, ita ẽt omnium præter naturã affe ctuum differentias tenere expedit: quas primum quidẽ libro de morborum, altero de ſympto- matum differẽtiis: tertio poſt illos, in quo de cauſis morbos efficientibus diſſero: comprehen ſas habetis: ad hæc aliis tribus de ſymptomatũ cauſis: uno inſuper meo de plenitudine, nec non de febrium differentia commentario: poſtremo medendi methodo: in quibus affectiones actionẽ lædentes didiciſtis, item curationem harum primam eſſe (quemadmodum etiã preſeruationẽ) cauſarum eas parientium. Docti pariter eſtis primum curationis ſcopũ à morboſis diſpoſitioni bus ſuggeri: ac cum his una patientis particulæ naturam indicari. Præterea aeris nos ambientis

temperamentum, conſtitutionẽ, ætatem, tempus, locũ, uitæ propoſitum, & ἔθη. i. conſuetudines, plures egregij medici inſpiciunt: de quibus, ubi eorũ uſus fuerit, aliqua ſimul, & hic nobis dicentur. Hæc itaq; in memoria uos oĩa ſic exprompta habere expedit, ſi quouis loco medicamentorum, tum ſimplicium, tum compoſitorum, copiam habere deſideratis. Inſuper quòd ab uno interim aliquo ſponte nato medicamine, ac ſimplici morbus curari poſſit, interim uerò compoſiti uſus requiratur: ac quamobrem id agamus, rationem deinceps explicabimus.

Qui compoſitorum medicaminum uſus. CAP. 3.

SI ſolis ſimplicibus medicamentis uniuerſos p̃ter naturam affectus curare liceret, nullus utiq; compoſiti unq̃ uſus foret: at hoc nunc ita comparatum nõ eſt, nam ſæpe cum corpus aliquatenus calefacere uolumus, ſimplex nullum, quod præſtare id queat, habemus: medicamentum enim curãs, affectioni cui adhibetur, proportione nimirũ reſpondere oportet. Ergo ſi diſpoſitio ſit frigida, quatuor numeris à naturali recedens, curaturũ ipſam pharmacum totidem gradibus mediocri, ſymmetrove calidius eſſe oportere oĩbus eſt manifeſtum. Porrò cũ interim tale ſimplex nullum adſit, ſi duo habeamus, quorum hoc numeris quinq; illud tribus calidius ſit, ea ſi miſcuerimus, medium efficiemus, quatuor numeris ſymmetron exuperans: Iã q̃dam ſimplicia citra alterius miſturã ne in uſu quidem eſſe poſſunt, ueluti cum emplaſtrũ pharmacon apponere cui piam uolumus, quippe ſimplex nullum ad talẽ uſum idoneum eſt. Ergo neq; bitumen, neq; cera, neq; reſina, ſicut neq; pix, neq; propolis, ac ladanum, multo minus ærugo, & ceruſſa, uel ſpuma argẽti, uel molybdæna, uel aliud quodpiam metallicum medicamẽ, ſimili modo, nec herbæ ſolæ, emplaſton pharmacũ efficere poſſunt. Quare primi emplaſtrorum authores nõ temere ex oleo quoq; metallica coquere excogitarũt, q̃ liquefieri poſſint, liquefacere, ac ſiccas herbas cõtuſas, cribratasq́; eis adijcere. Rurſus in alijs affectibus unũ medicamẽtũ ſolum ex ijs, quę ſuapte natura proueniunt, uſurpamus. Cui tñ nonnulla adijcimus, aliquando uirium ipſius uehementiæ obtũdendæ, interim inſuauitatis mitigãdæ gratia, quemadmodum Hippocrates in libro De
Com. 2. claſſ. 7. 117. h uictus ratione in morbis acutis hiſce uerbis inquit: Si ſub trãſuerſo ſepto dolor ſit, ad clauiculam verò ſignũ non fecerit, emolliendus eſt uenter, uel nigro ueratro, uel peplio: ueratro quidẽ daucum, uel ſeſeli, uel cuminum, uel aniſum uel aliud q̃d odoriferum miſcendo: peplio autẽ ſilphij ſuccum. Hac dictione maifeſtò Hippocrates uſum quidem pharmaci purgãtis eſſe oſtendit, ſed inſuauitatem eius in potu, moramq; in uentriculo, condimentum requirere: multa ſiquidẽ, quę bibuntur pharmaca, tã ſunt aſſumẽtibus inſuauia, ut ſtomachum ſubuertãt, uomitumq́; protinus cieant: quædam licet paululum in uentriculo manere poſſint, poſtea tñ euomantur, cum prauas eructationes mouerint. Quemadmodum uero purgantium ceu condimẽta ſunt eiuſmodi medicamina, quorum Hippocrates meminit, ita dolorem leuantium, q̃ anodyna appellãtur Græcis, alia uehemẽtiam mitigant, ut cum papaueris ſuccum, uel hyoſcyami ſemen, præbemus, uel mãdragoræ radicis corticẽ. Quare & hic pharmacorũ compoſitionis uſus eſt: Maximus aũt in morbis, qui contrarias ſimul facultates deſiderant, verbi gr̃a repellendi, & digerendi, uel detergendi, ac læuigandi, uel incraſſandi ſimul, & attenuandi humores, ac ueluti plurimi uſus medicamẽta (Græci polychreſtotata uocant) & optima, diuerſas in ſe poteſtates, ut indicabimus, continẽt. Verum is quoq; medicamentorum compoſitionis uſus eſt, cum unum aliquod illorum ad multas uenenatas feras, uel exitialia pharmaca, efficax habere uolumus, qui uſus etiam theriacam, ut uocant, antidoton cõparauit, itẽ mithridation, aliasq́; multas. Sunt porrò & aliæ quædã utilitates minores quidẽ prędictis, attamen quæ crebro nos ad medicaminum compoſitionem deſcẽdere cogunt, quas uniuerſas hoc in opere docebimini. Nunc enim ubi primum emplaſti medicaminis, & ad plura utiliſſimi à me confecti mentionem fecero, iam inſtitutum aggrediar.

De Emplaſtropharmaco Dia Chalciteos, ideſt ex chalcitide confecto, quod Phœnicinum appellatur. CAP. 4.

QVa ratione compoſuerim emplaſtrum ex chalcitide, quod à palma, quam phœnica Græci vocant, Phœnicinum appello, medicamen glutinandis ulceribus, cicatrice obducendis, & phlegmonis curandis, accommodum (ubi liquefactum humidi cerati craſſitudinem obtinet) animum exercete, tum permiſſis Empiricis ſuam ipſorum fateri inſcitiam, tum relictis quoque Theſſali ſectatoribus, qui optima pharmaca à medicis inuenta contrarijs conſtare facultatibus ignorant. Exercete inquam ingenium, ut eiſdem mecum utentes methodis, medicamenta poſſitis conficere, ac ſitis re ipſa perſuaſi, uel ea, quæ à maioribus inuenta ſunt omnia ex ratione cõponi, nimirum quum Empiricorũ incidentia nugatoria ſit. Dicenda itaq; iam eſt propoſiti medicamenti compoſitionis ratio. Oleum uetus, & adeps, digerendi uim obtinent: chalcitis, & palmæ ſuccus, repellendi, adſtringendiq́ue. Ex his igitur pharmacum compoſui, quo iam complures uti nouiſtis, ideo, quòd omnibus ſui generis melius eſſe ex ipſis operibus comprobatum ſit. Etenim ratio compoſitionem inuenit, experientia de inuentorum uirtute decernit, ut etiã rationalium methodorum imperitis artificioſe confecta fidem faciant. Porrò cum modo dictis medicamentis argenti ſpumam miſcui, quę nihil magni adeo momenti adferre poteſt, neque repellentibus, quod influit, neque digerentibus, quod iam particulis phlegmone laborantibus

A tibus infixum eſt: quippe ſiccandi uirtutem habet; ſed non ualidam, quare ipſam ceu aptum medicamen in emplaſtri compoſitionem adiunxi: nam cum prędictis incoquitur, donec ſubſtātiā, quæ non polluat, conſequatur. Adipem uero inſulſum, & quàm maxime fieri licet, uetuſtiſſimū eſſe cōuenit: tum oleum uetus ſimiliter, quod cum ſuillo adipe propinquam uirtutē habere quo dāmodo didiciſtis, licet adeps paulo maiorem emolliēdi, calefaciendiq; uim obtineat. Didiciſtis quoque uetuſtate ipſa tenuiorū partium fieri, & digerere promptius: eoq; phlegmonis, quæ magnum dolorem inferunt, magis blanda, ac mitia eſſe ipſa recētia: iis uero, quæ tales nō ſunt, cōmodiora uetuſta. Et quo phlegmone & diuturnior, & cōtumacior, hoc magis uetera ꝓſunt, ac ſola curare ualent: modo præterea nihil afflictę parti influat. Quod ſi quidquā influat, miſtā eſſe medicamēti quoq; uirtutem oportet, cuiuſmodi habet à me compoſitum pharmacū. Itaq; propterea chalcitidem, & palmā digerentibus admiſcui, non ignarus paucas omnino phlegmonas diuturnas exiſtere, quibus nihil influat, nā ob humores in eas cōfluentes diutinæ eſſe ſolent. Dum autē incipiunt & accreſcunt, adſtringentium, refrigerantiumq; medicaminum uirtus præpollere debet: ideoque hoc emplaſtū pharmacum ad humidi cerati ſpiſſitudinem liquefactum multis admodum utile reddiť, interim uino adiecto, uel aceto, uel aqua illiqueſcēs: nō nūquā ex

B oleo immaturo, uel alio quopiā adſtringente, quale eſt hiſpanū, & hiſtricum: uel ex dulci aliquo adſtrictionis experte, uel ēt uetuſto. Ego quoq; ſępe myrteo, & melino, ubi ualidius adſtringere res poſtulabat, medicamentū liquefeci. Hæc igitur cōpoſitio medicaminis tali ſymmetria cōficitur: Vetuſti adipis, quem inſtitores, axungiā appellant, ſint pōdo duo, olei ueteris pondo tria, argenti ſpumæ tantundem, chalcitidis pondo uncię quatuor. Hęc autem ita coquere oportet: Adipis membranulæ omnes eximuntur, reliquum contunditur, ut liquari facile poſſit: mox ad ignē liquefiat: deinde per colū deſtillatur, ut purū fiat, nihilq; mēbranę habeat, pondo duo pdicta pē dens: poſtea chalcitidis læuigatæ pondo triēs cum olei tribus libris adipi miſcetur: his & argēti ſpumæ pōdo tria adijciuntur: ac omnia ubi ſimul in mortario coierint, cōiiciuntur in cacabū, ac rudicula palmæ mouētur. Sufficiet autē tibi ramus unus maiuſculus, ut ſolida ligni parte mouendo utaris in modum ſpathæ dictæ: uocāt.n. ſic id, quo cōfecturas mouēt, & nos perſpicuitatis gratia ſimiliter nominabimus. Quod autem ſolidæ rami parti continuum eſt, in orbē purgato, ac tenellos ramuſculos utrinq; procedētes* contuſos decide, ſed cortice prius exuto, ut ſegmēta iniecta pharmacum ſucco ſuo imbuant inficiantque. Igitur ſtatim ab initio ſpatha utēdum eſt, ſed tenuia palmæ ſegmenta inijcere oportet, ubi medicamentum cerato ſimilem cōſiſtētiā habuerit.

C Nam ſi à principio ea immittas, ſuccus iniectorū, quē manere uolumus, ex decoctione cōſumetur. Inſuper ſpathæ, qua medicamētū initio mouetur, pars in cacabo intincta, poſtquā inaruerit, ut proprium ſuccū non amplius ſeruet, amputatam reijce, reliqua utere. Hanc rurſus, cū medicamēto intincta ſiccata fuerit, ſimili modo abſecato. Conſtare autē uobis arbitror, ꝙ palmæ ramū non multis diebus ante abſciſſum arbore eſſe oportet, quippe tēporis interuallo areſcit, & ſuccū amittit. Pridie igiť per hyemē auferatur: æſtate, uel eodem ipſo die, quo cocturus es pharmacū. Vbi autē ſic coctum ſpiſſitudinem, ut non inquinet, acquiſierit medicamē, ipſo uteris emplaſtro ad ulcera, quæ cicatricē ægre ducunt, dyſepoluta græce uocantur: ad cruenta ualet oleo liquefactum: benefacit phlegmonis, podagris, articulorū morbis, bubonibus, phymatis, ambuſtis, pernionibus, fracturis oſſium, contuſionibus, omnibus denique affectibus, quos appellāt rheumaticos. Iam uero & multi, qui hernias abſecant, poſt manus operam, ſtatim ipſum cū irrigationibus & cataplaſmatis præparatū imponunt. Si uero chalcitidis unciæ ſex immittantur, quæ eſt ſelibra, medicamen ad magna uulnera glutinanda promptius, atque ad ea, quæ cicatricē ægre ducūt, efficacius fiet. Sunt quidē in hoc etiā alia eiuſdē potentiæ medicamenta, ipſi tamen cū oleo liquefacto magis quā alijs oībus, in rheumaticis affectionibus fidendum eſt. Cum igitur plurima eiuſ-

D modi Romæ exiſterent, nullū tā celebre, probatumq; fuit. Conducit, ut dixi, & podagricis, & articulorum uitio laborantibus quolibet tempore, cū dolores intenſi non ſunt, qui perfuſiones, & cataplaſmata lenientia poſtulent. Incipientibus igitur, atque augeſcētibus etiam nū id genus uitijs, liquefactum pharmacum refrigerari ſinito, idq; ſpathomela deradēs pilæ inijcito, cui uinū ſuperfundito, quod ut recipiat, manibus ad pilam ſubigito: erit autē uinū auſterius, ætate quidē medium, ſubſtantia non craſſum, ſed quā maxime fieri poteſt, dilucidius: nā huiuſmodi, utpote ſubſtantię tenuioris, in altū corpus penetrat. Tātiſper aūt liquefacto medicamini ipſum infundito, manibus conterēs, dum excipiat, miſceaturque, nec humidū adnatet, ꝙ cōtrario ac emollito pharmaco miſtū nō ſit. Ad hæc etiā ſi nō prius refrigeratū medicamētū deraſeris, liquefacto, & adhuc calido uinum ſuperfuſum permiſcere licet. Itaque in phlegmonōn principijs uim repulſoriam ualidiorē eſſe oportet: In incremētis uero hæc non nihil imminuēda, quæ digerit uirtus augēda eſt: Cum aūt in ſtatum proprium, ſeu uigorē phlegmones tumor peruenerit, pares inuicem eſſe poteſtates conuenit repellendi & digerendi, niſi quis uehemens dolor pharmacum leniens requirat. Cæterum inclinātę phlegmone, digerēdi uim augebitis, ut prorſus nihil uini eo tempore miſceatis. Præterea dum id liqueſcit, ubi aſtrictoriā qualitatē ſatis excellere uolumus hiſpanum oleum, uel hiſtricum, uel ꝙ omphacinum ſeu omotribes (latine immaturū ſeu crudū

* ἀποῤῥίψας eſt in impreſſis i. abiectos, interpres autem uidetur legiſſe ἀποτρίψας.

appellant)inijciendum eſt. Vbi ęquales utraſq; facultates habere cupias, oleo dulci, nec recẽti, E
nec uetuſto liquãdum eſt. Si ut digerat expetis, uetus oleum, uel cicinum, commode ſumit. Em-
plaſti autẽ medicaminis in liqueſcẽdo huiuſmodi fiat ſymmetria: Oleum paulo copioſius, quã
medicamentum eſto, magisq; ęſtate, uidelicet ut librã unã abſoluat: medicamẽti uero decẽ vne.
inieciſſe abunde ſuffecerit. Clarũ eſt aũt cuilibet, hoc efficacius reddi emplaſtrũ, quo plus medi
camenti habuerit: tãto aũt magis mitigare, ac dolorẽ tollere, quanto liquidius fuerit ex roſaceo
liquefactũ: At cerati, qđ inungi poſſit, conſiſtentiã recipit, dũ medicaminis põdo in olei ſelibra
liquatum fuerit. Tale uero phlegmonῶn inclinationibus ex uſu eſt. Item ſedis, rectiq; inteſtini tu
mores phlegmonodas ſponte obortos oĩbus melius iuuat. Ipſum autẽ tũc liquefactum oportet
cũ oleo copioſiore, ut per cornu recti foraminis, cui ueſica ſuis alligata ſit, immittatur, uelut in
eiuſmodi uſurpare conſueuimus: Ad hęc frequenter ipſum in his ex roſaceo liquefecis, caca-
bo uaſi, in quo liqueſcit, prius ſubiecto, qui calidam contineat: prunis uero ardentibus incũbat,
aut flãmæ fumo carenti. Iã uero pro ſuperioris ſymmetriæ modo liquatũ, ut liquidi cerati ſpiſſi-
tudinẽ habeat, & pudendi & podicis ulcera perſanat, immo & alia oĩa uſq; ad ulceratos pernio
nes, & ambuſta. Etenim uniuerſa ſtatim inflãmatione liberat, puraq; reddit, & ſolida implet car
ne, præſertim ubi plus chalcitidis adiectum fuerit. Inſuper nemo ignorat, uinum quoq; medica- F
mento id effecturo admiſcẽdũ eſſe. Quòd ſi acetum acceperit, ambuſtis optime facit & ſtatim, &
poſtea, quolibet tẽpore impoſitum, ſiue illa iam puſtulas, ſiue non, habeant. Conſtat aũt, ſi q̃s in
aqua feruenti uſtus fuerit, hunc ẽt affectum, pyricauton id eſt ambuſtũ igne, nominari. Porrò ſi
pharmacũ ante impoſueris quam phlegmone ſit orta, nihil adeo ipſius generationẽ impedit, ꝓ
hibetque. Quapropter, ut dictũ eſt, nõnulli qui hernias ſecant, ſtatim eo utũtur, neq; prius uulne
re made facto. Ad hæc contuſionibus, fracturis, & qualibuſcunq; plagis, ſi liquidũ imponit, accõ
modatiſſimum eſt remedium. Ligamentis autẽ circundatũ, faſciarum inſtar, quibus rupturę deli
gantur, catagmaticas Græci uocant, œdemata oĩa & inflationes mirifice iuuat. Cũ malo ſucco
corpus abundat, uel admodum ſentiens eſt, quam primum cõtuſis & percuſſis partibus illud im-
pones, hyoſcyamus recens adijcietur: qui ſi nõ eſt recens propter anni tẽpus aut locum, nihilo
magis ipſum deſiderabis, ſi adiũgas eum, qui per æſtatẽ repoſitus eſt, qualis etiam ſingulis annis
ex Creta nobis Romam apportatur. Hoc magis adhuc dolori ſedãdo opportunũ, id eſt anody-
non medicamen, ſuccus mandragoræ miſtus efficiet: non aũt uos latet & hunc à Creta optimũ
fictilibus poculis afferri: cuius unciã unã, libræ olei emplaſtri liquefacti miſcere ſufficit: atq; in-
terim amplius, interim minus impones, prout diſpoſitio poſtulat. Cõducit autẽ in eiuſmodi cor G
poribus & pharmacũ ex roſaceo liquefactum eſſe. Cæterum ex caſu cõtuſis partibus, uel ligno,
ac lapide percuſſis, etſi ecchymoſis quædam contigerit, protinus ab initio medicamen liquatũ
imponi oportet, uino ut docui, miſto. Quod uinum die tertio, aut certe quarto, ſi particula inflã-
matione careat, auferri oportet, oleo aũt ueteri emplaſtrũ liquare: nã ſi plus adſtringanẽ ecchy-
momata, uix queant per halitum digeri. Hoc medicamento etiam utor aduerſus eryſipelata, p̃-
ſertim phlegmonode, & adhuc lõge magis ad phlegmonas eryſipelatodes: Principio igitur im
pono ipſum liquatũ ex roſaceo, quod oleo omotribe, ideſt crudo, & ſalis experte conſtet: tale. n.
eryſipelatis eſt accommodatiſſimũ. Ita iam liquefacto ſolani ſuccus in mortario miſceatur, q̃ to
tus per totum accurate ſubigatur excipiaturque: qui ſi non adeſt, pſyllij: ſi æſtas fuerit, ẽt ompha
cis. i. vuę acerbę, cũ portulacę, uel ſemperuiui ſucco. Etenim uuæ acerbę liquor ꝑ ſe plus, q̃ opor
tet adſtringit: tãta autẽ adſtrictio eryſipelata ꝓmouet, ut q̃ calorẽ ipſorũ cutẽ dẽſando includat. Rurſus portulacæ ſuccus, neque is ſolus prælentore poteſt exprimi. Optimum igitur eſt qui
ex vua acerba prius tuſa exprimitur, portulacæ in pila commitere, & ſic iterum contundere; de-
inde ubi ex ambobus miſtum exacte unitum fuerit, liquorem elicere. Simili modo etiã ſemper-
uiui ſuccũ exprimes: nam ſeorſum neq; ex hoc, quemadmodũ neq; ex cotyledone, ſuccũ copio H
ſum exprimere quiſquam poteſt. At mandragoræ pomorum maturitate uigentiũ ſuccus recẽs
adiectus magis aptũ medicamen efficiet: quẽ ſi tempus non admittat, illius quę à Creta, uel alio
quopiam loco aduehatur, miſcere non dubitabis. Quin & hyoſcyami ſuccũ miſcere ei conſue-
uimus, interim meconium, ita autem nominatur papaueris ſuccus. Satius autẽ eſt una cũ hoc &
glaucii quippiã ſuperindere. At his multo imbecillior, ſed acquiſitu facilis, lactucę ſuccus eſt, tũ
agreſtis, tum hortenſis, quam uniuerſi Græci huius tempeſtatis non thridacinẽ, ſed thridaca, no
minant, agreſtem ſolã thridacinen appellantes. His rurſus ſereos, polygoni, trifolii, & auriculæ
muris, ſucci minus ad refrigerandum efficaces ſunt, quamquã & ipſi refrigerãt: ſed his euidẽtius
lenticula paluſtribus locis proueniẽs. Horum omnium penuria, miſcebis acetum & aquã. Porrò
medicamenta hæc uniuerſa aſcititias qualitates frigidas habeant, uaſis uidelicet aquæ admodũ
frigidæ, aut niui inſiſtentibus. Atqui ipſum quoq; Phœnicinum medicamẽtum ſimili modo re-
frigeratum eryſipelatis admoueatur, donec uehemens ipſorũ ardor ſubſidat. Liquet aũt, ſubin
de ea, q̃ aduentitia qualitate frigida eryſipelatoſis affectibus ſuccurrunt, immutanda eſſe, maxi
me, ubi exactũ eryſipelas citra phlegmonẽ fuerit. Poſtea quã uero uehemens ille ardor quieue-
rit, aut nec perfectũ plane eryſipelas afflixerit, ſed uel eryſipelatodes phlegmõe, uel phlegmo-
nodes

A nodes erysipelas, non adhuc externum frigus admoliemur, uerùm à succis etiam impensè frigi
dis abstinebimus, eos medicamini liquefacto miscentes, qui mediocriter refrigerãt. Atq; ab his
iã & lini seminis, & chamæmeli succũ misceamus, ipsoq; solo postea medicamine liquato ute-
mur, nihil aliud p̃terea immittentes. At si qñ liuidũ ex frigefacientium ui erysipelas euaserit, tale
nõ amplius erysipelas appellandum est, sed tunc abstinere nõ à uini mistura modo, sed rosacei
quoq; & adstringentiũ oleorum, oportet; nã solum Phœnicinum ueteri oleo liquefactum, quod
liuorem contraxit, p halitum discutere põt; & tunc affectæ partes aqua calida fouentur, & scari-
ficantur. Vobis si fuerit visum hoc interdũ facere, protinus Phœnicini liquefacti humidum medi-
camen, cui uinũ adiectũ sit, imponere conueniat, altero die uinum auferendũ, Quod si iam plus
impendio erysipelas refrigeratũ ab immodicè refrigerantibus medicis acceperimus, ut iã quo
que nigricet, pfusione, & scarificatione magis utemur, atq; citra hæc calcis uiuæ quippiã liqui-
do pharmaco immittemus: si uerò laborãtes teneri sunt, totã ipsam usurpabimus. Tunc prodest
ẽt succus coriandri pharmaco indutus, q̃ sanè, & cum cerato rosaceo iuuat non mediocriter. Ad
hæc sanè, similesq́; affectus alia pleraq; medicamẽta sequenti sermone dicẽtur, quædã pari uir-
tute cũ Phœnicino, nonnulla ẽt efficaciore prædita. Aduersus aũt rheumatũ, ideſt fluxionum ui-
B tia, oĩum optimũ hoc medicamentũ est, ac spe maiora frequenter præstitit. Cùm itaque femur
aliquando prope inguen, cruda phlegmone totũ id affligente, suppurasset, crus ita nobis figura
bat, ut sanies ad inguen cõflueret. Facto aũt ulcere, dũ hoc longiore interuallo cõtingeret, fluxio
q̃ in femur decubuerat, euacuata est: sed fistulosa q̃dam dispositio sub femoris totius cute orta
est, ut ipsam, iuxta patellã, q̃ genu pars epigonatis Græcis dr̃, diuidere cogitaremus, quò saniei
vtrinq; liber esset exitus, medicamẽtis aũt liquidis inditis largius pertranseundi uia promptior.
Vbi autem femur soluissem postero die, quo incidere ipsum decreueram, inuenta sunt omnia
collapsa, arida, madorisq́; expertia. Nemo igitur nõ nouit, q̃ rationi consentaneum erat, & po-
stero die, & sequentibus similiter, uti pharmaco, quando quidẽ particula quotidie coloratior, ac
omnino sanior, q̃ esset, reddebatur. Curato itaq; hoc modo adolescente, postea multas rheuma
ticas affectiones hoc medicamine sanaui, q̃ quidẽ osculũ simplex haberent, sed ut glutinari non
posset, & fistulosum intus esset. Non est autem ab ipsius pharmaci usũ desistendum, etiã si multis
diebus euidens nullum præsidium afferre uideatur, ut quod postea uno interim die simul uniuer
sam utilitatẽ maximã ostendat. Quare bono animo hoc semper in rheumaticis affectionibus uta
mini, in teneræ quidẽ carnis hoĩe, uel puero aliquo, uel muliere, post prædictã symmetriã qua-
C tuor uncias chalcitidis immittentes: in ualido, ac duro corpore, ex proportione, uel unciã unam
uel duas apponẽtes, ut quinq; uel sex chalcitidis unciæ sint, tres libræ utriusq; nẽpe olei ueteris,
& argenti spumæ, duæ uetusti adipis, quem institores axungiũ appellare diximus. Diluatur aũt
in rheumatũ uitiis oleo dulci, nec nouo, nec ueteri, assumatq́; uinum austerum ętatis mediæ. Hoc
pharmacũ coarguit Thessali nugacitatẽ, efficacissimũ auxilium ex contrarijs potentijs cõpositũ
ostendens, quarũ si alterã adimas, nihil facit prædictorum. Nam neq; ex adstringentibus solum
sine laxãtibus ad rheumaticos affectus præclarũ quidquã p̃ficiet, uel certè ad phlegmonas inci-
pientes, & augescentes, neq; enim leniendi uim obtinebit: neque ex solis relaxantibus discusso
rium, sine adstrictione confectum, q̃ indurata habent emollire. Porrò laxabit perfectè, & medio
criter emolliet, si nõ admodum uetus oleũ, & adipem receperit. Quod itaq; Mnaseus pharmacũ
condidit, æqualia inuicẽ continet, tũ oleũ, tum argenti spumam, tũ adipẽ, sed maximè phlegmo
nis incipientibus, increscentibusq́; est contrariũ. Habet & nostrũ uidelicet hoc pharmacũ eadẽ
oĩa, quæ Mnasei, & argenti spumã, & adipem, & oleũ: uerùm si nihil exijs, quæ adstringunt ac-
ceperit, particulas effœminat, & robur earũ dissoluit, ob quod ẽt fluxioni fiunt obnoxiæ. Didi-
cistis. n. non semper ob calorem immodicũ, ut quidam arbitrantur, corporis particulas fluxioni-
D bus laborare, sed hoc quidẽ ipsis rarò accidere, ab imbecillitate uerò illarũ id genus uitij progi
gni, q̃ ut plurimũ ex intẽperie frigidâ proficiscitur. Itaq; si humectet eas quispiam, calefaciatq;
medicamentis laxantibus, dissolutæ prorsus, & infirmæ fiunt. Rursus si tumores in rheumaticis
affectionibus fortiter adstringat: initio quidẽ proficere uidebitur, cæterùm qd̃ restat, contumax
& scirrhosum faciet: nã magna ex parte tales affectus ne quidẽ ferunt nimis adstringentium im
positionẽ, ut qui illis, & dolore, & tẽsione molestentur. Atqui oĩs dolor inflammata exacuit, irri-
tatq́; & fluxionibus occasionẽ præbet, quamuis rheumatica intẽperie æger non afficiatur. Sed
miri nihil est, Thessalum medicæ artis operũ inexpertũ, & qui affectiones ratione inuenire ne-
queat, oẽm phlegmonarum curationem ignorare. Vobis autem, qui crebro, tum phœnicini hu
ius, tum aliorum medicamentorũ, q̃ cõtrarijs constant uirtutibus, euidentissima in multis mor-
bis auxilia uideritis, conandum est ipsis quoq; ubi iam composita interim desiderantur, eadem
methodo ex illis, quæcunq; regio præbet, conficere: cùm phlegmonem suspicamini futurã, uel
incepisse modo, quæ magis adstringunt: in augmento ipso, quæ minus: in statu, & inclinatione,
quæ magis relaxant, & digerunt. Semper tamen utraque misceatur, & repellẽdi, & discutiendi
facultas, nisi quando fluxio prorsus constiterit, & corpus uacuum fuerit, tunc ad digerentem, si-
cut. n. primis incursibus ad repulsoriam uirtutem, tuta est accessio.

De Emplaſtris, quæ ex argenti ſpuma præparantur. CAP. 5. E

QVoniam in emplaſtri mei Phœnicini confectura adipē uetuſtam, & oleum digerēdi poteſtatem habere dixi, chalcitidem uero, & palmā cogendi, repellendiq́ue: hæc autē medicamen emplaſtū, ſine argenti ſpuma procreare nō poſſunt: ob id uiſum mihi eſt, de ipſius ſpumæ argenti uſu deinceps uerba facere: ſi quidem phœnicini uiribus, nec eā obeſſe quidquā, nec conducere, ſed materię ad emplaſtri pharmaci cōpoſitionē tantū idoneæ rationē obtinere putandū eſt. Non abſurdū itaq; mihi apparet, ſi de eiuſmodi medicamēti exempli gratia de ſpuma argenti diſputationem inſtituero. Sunt non pauca, quæ poteſtatem, aut nullā, aut exiguā ad modū pharmaco, quod præparatur, ſimul afferunt, commoditatē uero materiæ prębent, ut uel emplaſtri, uel cerati, ſpeciem referat. Neq;, n. argenti ſpuma manifeſto calida eſt, ſicut nec frigida, nec humida, ſed exiguam ſiccandi habet uirtutem in primo abſceſſu ab iis, quę adamuſſim media ſunt inter humida, & ſicca. Nō tñ uis eius eſt obſtruere, ſicut nec aperire, itē nec abſterge re, quēadmodū, nec inquinare euidēter: ſed paulum à mediis ad craſſius quodāmodo receſſit. Verū hoc quoq; ex diuturna coctione deponit, fuſa p ignis potētiā, & alterata. Porrò ſola per ſe cruda femorum attritus ex itinere iuuat, quo ēt parum exiccare cognoſcitur. At neq; acrem uel dulcem, neq; acidā uel amaram, uel auſteram, uel acerbam, uel omnino adſtringentē facultatē, F ipſam habere guſtus abūde teſtis eſt. Quemadmodum ēt ulcera, nec ab ea derodi, nec calefieri, nec refrigerari, nec purgari, nec carne impleri, nec cū caro ſupercreuerit, tolli pcipimus. Licet itaque nobis in uarium uſum adminiſtrare argenti ſpumam, interim ex oleo, & aqua coctionē eius aduſque emplaſtri ſpiſſitudinem molientibus, interdū ex oleo, & aceto, aliquando ex oleo & uino. Porrò in quibuſcunq; iſtorū coquatur, melius id medicamēti redditur, quod magis coctum fuerit; quod liquidorū, quæ miſcentur, copia continget. Eſt enim ex iis pharmacis, q̄ liquefieri poſſunt, etiam ſpuma argenti, dū tota funditur, ſicut reſina & cera, ſed non ſtatim, ubi ignē contigerit: unde multis imponit, qui nullo modo ipſam fundi, exiſtimant. Igitur ſi cum oxelęo coquatur, liqueſcit citius, perinde ac cum ęrugine, q̄ & ipſa fundi natura ſolet, uti chalcitis quoque, & miſy. Ipſorum itaque celerrime chalcitis funditur, tardiſſime argenti ſpuma: at in horum medio ſunt ęrugo, & miſy. Funditur & ſori, ſed longiore temporis interuallo, ut quod terreſtre magis, & ſaxeum ſit, quam chalcitis & miſy: ſed de his iterum dicetur. Argēti autem ſpumā per oxelæum coquens, ocyus liquefacies, per hydrelæū tardius, tñ funditur ſic quoque, ſi duplū eius ſit uterque humor. Ego certe plus ēt quā duplū miſcui frequenter, ut paulo poſt exponā. Atqui melius eſt ſtatim ab initio hæc tria in mortario miſceri, argenti ſpumam, aquā, & oleum. Quod G ſi cādidum medicamen eſſe cures, oleū purius, lucidiusq́; iniicito, atque aquam ſimiliter purā, ac candidā: coquaturq́; in loco ſub dio, Soli expoſito, quia nubilus aer pharmacū denigrat, ſyncertus magnum ad albedinem adiumentum adfert, ſicut aqua ēt in huiuſmodi aere aſperſa. Cæterum obſeruato, ne coctionem lignis, aut carbonibus peruri incipientibus, moliaris, nā fumus ei facile nigredinem conciliat. Peruſtis igitur antea carbonibus, cū exacte ardent, tūc coctionē auſpicare: quod ſi illā per hos abſolui nō licuerit, in alio foco ſimili modo carbonibus præparatis cacabum ſuperponito. Quę ergo medicaminis candidi faciendi gratia obſeruanda ſunt, abū de ſatis indicatum eſt. Iam uero hoc fit glutinantius, quo plus, ut dictū eſt, liquoris affuerit: quēadmodum ſi ſingulorum trium pondo libram unam iniicas, firmius adhærebit. At ſi agēti ſpuma non illiqueſcat, cauſa eſt potiſſimum, cur id facile decidat: ſicut diutius adhæret cū argenti ſpuma cocta funditur, alteraturq́ue. Candidius ſane erit, citiusq́; coquet, libris duabus aquæ in tres utriuſque, puta ſpumæ argēti, & olei, inietis: atque hoc in paruis ulceribus uti cōſueuimus. Medicamenti, quod aqua coquitur, poteſtas nota eſt, ſi meminerimus eorū, quæ in commētario De ſimplicibus medicamentis dicta ſunt.

De Emplaſtro, quod ex Argenti ſpuma, & hydrelæo conficitur. CAP. 6. H

AQua peculiari ſubſtantia ſemper humectat & refrigerat: aſcititio autē calore aſſumpto, donec ipſum perſeuerat, excalfacit: frigida facta, refrigerat. Oleū uero ſi recēs ſit, pharmaco non renititur, permanet enim humidum, & modice frigidum, quali maxime tenera corpora & uitioſis humoribus repleta indigent. Mulieres itaq; & pueri, atq; ex grandioribus mollē corporis habitum ſortiti (ſunt autem hi & candidi cute) eius generis medicamenta requirunt. Porrò coctū oſtēdimus ex oleo copioſiore, & aqua, reddi tam glutinās, ut ne quidem à lotis decidat. Et uero etiam ulceribus, quæ ad cicatricem ueniunt, multis diebus ſubſequentibus pharmacum immanere expedit, quo melius, & citius, ita cicatrix ducatur. Notum eſt huiuſmodi pharmacū pruritus, deſquamata, &, ut uno uerbo expediā, parùa ulcera perſanare, in quibus & ſubliquidū ut uocant, ceratum, aliæque id genus quædam utiliora ſunt iis, quæ ualidam poteſtatē obtinent, qualia magnis uulneribus imponimus. De quorum omnium uniuerſali uirtute in tertio libro de morbis curandis dictum eſt, in quo generales communesq́ue ſermones (uniuerſales nuncupant) de quaq; ulceris differētia tradidi, oſtēdens quales medicamentorum, quibus illa curabūtur, uires eſſe conueniat. Hic uero particulares materias recenſeo, ſymmetrias miſcendorū definiens: & modos, quibus ſi præparentur, reddantur optima, demonſtrans. Ex hydrelęo itaque

argenti

A argenti ſpuma, ſicuti dictum eſt, præparata, emplaſtrum tactu blandiſſimum ſimul, & adhærendo pertinax efficit: præterea aſpectu album, refrigeratoriam uim habẽs mediocrem, cuius auxilio, exulceratis partibus ne quid influat, impedit, & quod iam influxit, denuo ad partes circumiacentes retrudit, ut res fiat huiuſmodi, qualis cum ſpongiam aqua frigida humentem particulę cuipiã corporis inponimus. Nam illa rugoſum contractumq́; totum locum facit, non tm̃ repellens, quod influit, ſed etiam, quod in eo cõtinetur, ad uicina elidens. Atque emplaſtrum modo commemoratum non ex prima facultate, ſed per accidens, exiccare dicetur. Nam propriè quidem, & primario ea, quæ digerunt, & temperamenta ad ſicciorem ſtatum perducunt, nominãtur ſiccantia: ex accidẽti uero etiã ea, quæ frigoris cauſa, id quod influit, propulſant, quod continetur expellunt. In ſumma nullum humectans, uel primario, uel ex accidenti, ulceribus commodum eſt, ut in tertio Methodi medendi libro monſtrauimus. De argenti ſpuma, quæ ex hydrelæo præparatur, etiam hæc ſufficiunt.

De Emplaſtro, quod ex Argenti ſpuma, & Oxelæo componitur. CAP. 7.

Digrediendum modo eſt ad eã, quæ oxelæo cõſtat. Itaq; mediocriter exiccans medicamentum fit, ſi utriuſq; nẽpe olei, & aceti duplo maior portio, q̃ argenti ſpumæ miſceatur. At ſi
B uetus quoq; oleum ſit, adhuc ẽt magis exiccat. Copioſior uero, q̃ duplum ſit utriuſq; menſura, ualẽtius. n. facit pharmacum: quapropter fiſtulas, quæ nõdum callũ durum habent, curat. Cęterum ſpumæ argenti una pars iniicitur, illorum ſingulorum duæ, & ſemis. Quin ẽt tripla utriuſq; parte non nunq̃ miſta, tota die coxi medicamentum: unde reddebatur quidẽ nigrum, ſed perinde, ac bitumen probum ſplendeſcebat. Porrò maxima ſiccandi potẽtia hoc pollet, curatq́; ulcera difficilia: & fiſtulas, quales dixi, iungit: uulnera cruenta glutinat: uno uerbo, exiccat ſine morſu huius rei gratia ẽt alia uniuerſa ulcera ſanat, maiora, minoraq́;, donec ad cicatricẽ ꝓueniãt. Aequum eſt, & alia quædã eius opera cõmemorare, quæ forſan ne quidem ſperaueris, quantũ ad materiæ humilitatẽ attinet. Nã cũ quis in febre ex parotide ſuppurata iudicatus fuiſſet, parua relicta eſt fiſtula, quam poſt ſex menſes à principio in agro mihi oſtenderunt: erat. n. puer filius agricolæ, annos natus circiter quindecim. Huic, cum ex emplaſtro illo, quãta tunc mihi copia aderat, imponẽdũ, dediſſem, ipſe in urbem reuerſus ſum: ac pluribus negociis medicis occupatus, oblitus ſum eius, qui pharmacum acceperat: ſed poſt duos certè menſes in urbẽ uenit in columis, cum hoc ego euenturum, non admodum ſperaſſem. Immittentibus. n. nobis ſuillum pilum per fiſtulam, ad articuli commiſſurã uſque procedere uidebatur. Non multos poſt dies, cũ
C alius puer forte fortuna eiuſdẽ cum priore ætatis, eodemq́; morbo laborãs, mihi eſſet oſtenſus, emplaſtrũ hoc impoſui, quo ille pariter integre ſanitati reſtitutus eſt. Ab eo tempore plurimos eodem uitio huius medicamenti uirtute liberaui, tum pueros, tum adoleſcentes, tum mulieres. Igitur ſi uos quoq; uti eo ad huiuſmodi affectus uolueritis, uetuſtiſſimũ oleũ, & acetum q̃ acerrimum ex uino uidelicet ſolo confectum, iniicitote, non ut quidã aqua miſta ipſum præparant, ſed purum ſit q̃ maximè licet, ac pellucidum: tale ſiquidem tenuius, cõmodiusq́; iis erit, ad quæ ipſum requirimus. Hoc pharmaco etiam muſculos induratos ſub inde curaui.

De Emplaſtro, quod ex Argenti ſpuma & Oenelæo præparatur. CAP. 8.

Reliquum eſt, ut de argẽti ſpuma dicã, quæ ex œnelæo cõponitur, & eandem prędictis ſymmetriam, ac uirtutis exceſſus pro humorum copia reſpondentes habet. Etenim ęquali portione tria miſſa præparaui, & duplo maiori utriuſq; liquidi menſurę, quàm argenti ſpumę, dimidium inſuper, ac interdum & triplum, addidi. Confeci aũt nõ nunq̃ ipſum & hoc modo. Per ęſtatem Sole calido argenti ſpumam ex uino falerno cõterebam ſingulis diebus quindecim cõtinuis, uinum rurſus, ſi forte primum euaporarat, infundens. Poſt dictos dies coctũ medicamen,
D exiccãs abunde factum eſt: quo in rheumaticis quoque affectionibus perinde, ac phœnicino, uſus ſum, ex oleo liquefaciens, ut in illo prędictum eſt. Ac femur iam diu induratum, cruentaq́; uulnera eo ſanauimus, atq; ad oĩa fuit optimum. Itaq; ſi Falernum ad manum nõ habeas, aliud ſumito colore fuluũ, ſed tenue ſubſtãtia, ut pelluceat, cuiuſmodi eſt Ariuſium, quod in Chio naſcitur: & odorũ uehemẽter Lesbium, in Mitylene paucum, in Erẽſſo, & Methymna copioſius, meliusq́; proueniens: item, quod falerno ſimile eſt, Tmolite. Eſt & hoc tenuiſſimum, plucidum, fuluum colore, dulce mediocriter, nimis quàm odoratum: potes inueteratum hoc uſurpare ad quęcunq; & falerno uteris. Eſt porrò, & aliud uinũ Tmolite huic tum colore, tum ſubſtantia ſimile, uerum neque dulce, neque odoratum: habet autem uim quandam adſtringendi, ſed dulcedine multo inferius eſt. Hæc itaque excocta ſpuma argenti fiunt medicamenta.

De Crudæ ſpumæ argenti uſu. CAP. 9.

NOn cocta quidem, per ſe, ut annotauimus, attritus emendat. Ex aceto autem, ſeu uino trita ſiccataq́;e, ulceribus medetur, quæ ob humiditatem uix cicatricem recipiunt. Quòd ſi mordacitatis expertem eſſe cupis, elota utitor.

Quomodo lauare oporteat argenti ſpumam, & reliqua metallica. CAP. 10.

FAcile aũt eluitur, ut q̃ ſtatim propter innatã grauitatẽ liquoribus, in quibus lęuigatur, ſubſidat:

dat: unde totam mordacitatē in aqua lota exuit: acuti uerò ſenſus corpora parum adeo morda- E
cē percipiunt, ſi ex aceto, uel uino eluatur. Porrò conuenit diligenter toto die cōtritā, cū liquo-
re per noctē relinquere: poſtero die mane illum auferre, aliū mox ſuperfundere: poſtea rurſus
terere ſimiliter, iterumq; ſequenti aurora liquorem emittere. Quod faciēdum eſt, donec ſimul
cū humore argenti ſpumæ velut tenuiſſima quædam portio (achnen hanc Græci vocant) appa
reat: cumq; nihil amplius innatat, nihil ēt magis effundendum eſt, attamen cōterere diebus plu
ribus, & ſi nihil ei inſiſtat, idque ſole feruenti, ſatius eſt: ita.n. accidit, ut medicamentum exiccet
ualentius. Porrò nouerunt oēs id æſtate non ſolum in argenti ſpuma, verum in alijs ēt, quę hoc
mō præparantur, fieri cōmodius. Siquidem cadmia, æris ſquama, æs vſtum, ad hæc itē, quod vo
catur diphryges, ceruſſa, miſy, ſori, ſtymmi, & oēs lapides, p̄terea calx, perinde, vt argēti ſpuma,
ex liquore aliquo prædicto eluuntur, lęuiganturque. Interdū ex marina p̄parationē ipſorū mo-
lior, de quibus in ſermonis proceſſu rurſus agetur: nunc.n. propoſitū mihi eſt, emplaſtra pcenſe
re, quæ Græci iuniores medici, cū rho græca litera in ultima ſyllaba, & ſcribūt, & enūciāt. Quē
admodū in Centrio, & Melotride facere oēs conſueuerunt: ſiquidem in his prima nominū poſi
* Al. centio. tio uidetur, ſine rho facta fuiſſe à uerbo quidē centē n, quod eſt pungere, *cētrio nominato, vlti-
* Al. melotide. ma ſyllaba rho nō habēte: *melotride uero cōpoſita ex mela, & ote.i. ſpecillo, & aure. At cū hoc F
tempore propè oēs ea cum rho efferant, nō peccaueris, ſi ſimili mō cum illis pronuncies, præſer
tim in centrio: quippe oſtendimus in operę, quod contra illos, qui ſolœciſmum committentes
corripiunt, prodidimus, & ipſos Atticos uiros ualeſcentem uſum, & cōſuetudinē ſecutos fuiſſe.
Nam alij quoq; ante me indicarūt Atticorum linguam permultum à proprietate ſua decidiſſe:
ac omnes, quorum eloquentiæ laus, ac gloria maxima apud Græcos extat, ſuæ quemque tem-
peſtatis morem imitatos fuiſſe. Et nos itaque, cum omnes inueniamus iam medicamentarios li
bros emplaſtri nomen, cum rho ſcriptum habere, uſum prævalentem ſequemur.

De medicamentis, quæ ex Molybdæna conficiuntur. CAP. 11.

RElatum à me eſt ſuperius quoq; molybdænam, & argenti ſpumam in eūdem ferè vſum ad
hiberi. Omnia enim, quę ex argenti ſpuma cōponūtur, ēt ex molybdæna fieri poſſunt: ſed
facultate inuicem differunt tantum, ut molybdæna ſubſtantiæ craſſioris, frigidioriſq; ſit: argēti
ſpuma tenuioris, & inter calidam, ac frigidam medię. Cæterum colores medicamentorum, quę
inde pręparantur, molybdęna non nihil euariat, quatenus fuſciores ipſos efficit. Quare & albo
rum emplaſtrorum, quæ non modo ceruſſam, ſed argenti ſpumam quoq; habēt, nullum ex mo
lybdæna conſtat: quippe ex huius miſtura color albus cinereus redditur. Poteſtas autem in al- G
bo emplaſtro, quod ex hydrelæo componitur, melior etiam euadit, præcipuè in teneris corpo-
ribus, tantum abeſt, ut pereat. Cum diſcutere, quid uolumus, argenti ſpuma, quàm molybdęna
potior eſt. Pari modo, & in reliquis medicaminibus cunctis, quæ ex argenti ſpuma compoſitio
nis titulum ſortita ſunt, cum molybdænam adiicimus, color & virtus tantum immutantur medi-
caminis, quantum paulo ante indicauimus.

De Emplaſtris Albis, quæ ex Argenti ſpuma, & ceruſſa fiunt. CAP. 12.

VEl coloris cauſa medici ceruſſam argēti ſpumæ ad emplaſtra alba cōficiēda miſcēt: vel ut
quandā adſtringendi, ac refrigerandi uim, medicamento concilient. Videtes autē, & hu-
iuſmodi nigreſcere, cum largius coctū fuerit, præſertim lignis, & iis quoq; fortaſſe fumidis, nec
in aere puro, mox ab igne tollere cogūtur, ob quod ipſum, nec aquā copioſam, nec oleū, miſce-
re. Merito igitur reſinam ei adiungere excogitarunt, quo ſequax, ac ſibi continuū fiat, uiſcoſum
quid aſſumens, maximè, cū liquida reſina immittitur. At ex tali miſtura deterius efficitur phar-
macū, cū mordax quiddā reſina repræſentet: quod uero ſiccet, nihil admodum generoſum, cu-
ius uſum maximè ulceribus eſſe neceſſariū didiciſtis. Quædā ita q; uel inſigniter mordaces ſunt
reſinæ, de quibus uniuerſis iterum ſermo futurus eſt. Mitiſſimæ uero duę inter eas ſunt, prima te H
rebinthina, larix altera nuncupatur. Has igitur miſcere ſatius eſt, ubi id genus emplaſtri cōficere
cogitas. At multo leniora tactu omnia fiunt, tum quæ reſina conſtant, ſi cerę quid adiectum ſit:
tum quæ ex cera, ſi reſinę non nihil admiſtum habeāt. Quam ob rem cera quoq; reſinæ immit-
tenda eſt: ut autem color emplaſtri albus ſeruetur, albam ceram eſſe congruit. Eſt ſanè alba,
q̄ ſuapte natura prouenit, Pōtica: ſic.n. nominari iā conſueuit, licet aliunde ueniat, q̄ plurima in
Ponto alba naſcatur, alijs in regionibus pauciſſima: ac candida, quę Tyrrhenica nominata eſt,
non ſponte naſcitur, quare nullam euidentem habet acrimoniam. Quę uerò ſuo inſtinctu pro-
ueniunt, non nullę acres ſunt, quas prius eluere oportet in hunc modum. Liquantur primum ad
ignem, deinde in aqua fontis pura demerguntur: ubi permouentur, expurganturque. Simili ra-
tione, & pix, & reſina, & quod phyſema dicitur, lauandum eſt: de quibus iterum exactius com-
mentabimur. In pręſentia, quoniā albi emplaſtri compoſitionem tradimus, reliquum eorum,
quę pręcepta ſunt, deinceps percenſebimus. Poſtea quam ergo ceruſſę, ſpumęque argenti, co-
ctis prius, uſq; dum medicamen ad amuſſim non inficiat, cera ſimul cū reſina fuerit adiecta, can
didum iam emplaſtrum ſi placet, habebitis: interim aquā inijcientes, interim oleum duntaxat:
idque nunc recens, nunc uetus. Prius enim iam audiuiſtis, quam uirtutem aqua, & oleum uetus
habeat.

A habeat. Nouistis item, quod omphacinum oleum, & id, quod colitur in Iberia, q̃ nunc Hiſpania dicitur, adſtringens quippiã pharmaco adcit. Hiſtricum nõ modo exiguam adſtrictionem, ſed amaritudinem quoq; refert. Proinde differẽt tm̃ ex adſtringentibus cõfecturæ ab iis, quæ dulci oleo conſtant, quanto initio ulceris, & fini potiora ſunt omnia, quæ non nihil aſtringens cõtinẽt: in mediis, dulcia. Nã in principio medicamenta repellentia profunt ulceribus, ne phlegmone corripi incipiant: inde q̃ magis relaxẽt, ſi nõ phlegmone adſit, trãſpiratus gratia: ꝙ ſi affuerit, etiam ob illã, ut citius diſſoluatur. Enimuero clarum eſt de parua phlegmone uerba fieri; ſiquidem exigua ulcera, in quibus albis hiſce emplaſtris utimur, magna comitari phlegmone nõ poteſt, ſi error nullus acceſſerit. Cæterum & ulceribus, quæ iam ad cicatricẽ ueniunt, adſtringẽdi qualitatem utilem eſſe nullus ignorat. Tempus igitur iam poſtulat medicaminum, quæ emplaſtrum album utiliſſimum conſtituunt, ſymmetriam exponere.

Pondus Emplaſtri.

Aequa ſit portio utriuſq; metallici, ceruſſæ, & argenti ſpumæ: & hæc, ſi uideatur, eſto ſingulorũ põdo libra, olei uerò menſura amborum ſimul põdus abſoluat: uel ut Romani dicũt, ſint põdo libræ duæ, ceræ pondo ſelibra, terebinthinæ illius dimidium, hoc eſt põdo unciæ tres. Quòd
B ſi & thus admiſceas, primũ dolori mitigãdo aptũ magis erit, tum parua ulcera, q̃ phlegmone infeſtat, ocyus concoquet, ſed ad cicatricẽ ducẽdam erit imbecillius: nam carnem ſupercreſcẽtẽ promouet, qm̃ thus carnem generat, ut in tertio quoq; libro De morbis curandis legiſtis. Satius itaq; eſt iniicere, & aluminis paululum, tum ad cicatricem ducendam: tum alterius cauſa, quando quidẽ laxantia medicamenta plethoricis, & uitioſo ſucco abundantibus corporibus adhibita, affectis partibus fluxum cõcitãt. Ex his autem oĩbus cõpoſitum medicamen tumores præter naturam in molli corpore, qui nec magni adeo, nec dolorifici ſunt, diſcutere poterit, p̃ſertim cũ thus abunde aſſumpſerit. Erit itaque in prædictis copioſum thus, ſi æquale ipſi terebinthinæ põdus accipiat: ſin eius dimidiũ, minorem digerendi uim medicamentum habebit: magis autẽ cicatrici ducendæ erit idoneũ, q̃ quod duplo copioſius id receperit. Iam ſi plenius adhuc digere re cupiatis, ẽt piperis albi pauxillum adiicitote, quod ulcerum cicatrici obducẽdæ nihil obeſſe poteſt. Sit igitur aluminis põdo uncia, piperis uero ſemũcia: ratio ſiquidem eſt, huius tres denarios, aluminis ſex iniicere. Quoniam uero & alias præſtat alumen, quod ſciſſile nominatur, & colore candidum eſt, id immittere expedit.

Album Emplaſtrum expipere, ut Attalus Heras q̃, compoſuerunt. CAP. 13.

C IVuat ſenum ulcera, & eorum, qui mollẽ habent cuticulam: deniq; omne ulcus curat, quod & humidius eſt, & non facile cicatricem admittit: ad hęc abraſa, q̃ apoſyrmata Græci uocant, ut cutis ſuſpenſa ſit, interim nigreſcẽs in cubito, tibia, & genu, quibus neq; caro, ſed mẽbrana ſola os ambiens (perioſtios Græcis dicitur) ſubiecta eſt. Hiſce igitur, ut oĩa ordine recenſeã, medicamenti cõpoſitio cõſtat: Argẽti ſpumę, ceruſſę, utriuſq; pondo libra: olei duarum librarũ menſura: nuncupatur. n. à Romanis æquiuocè ponderalis, ut ita dicam, libra ſolidorum corporum, & mẽſuralis libra liquidorum, quę copioſiſſima in tota urbe ex materia cornea cõſtat: præter hęc ceræ pondo ſelibra, terebinthinæ reſinæ pondo unciarũ trium, thuris uel dimidio ipſius reſinæ uel æquali pondere, aluminis pondo denarium ſex, piperis põdo denariũ triũ. Coctio manifeſta eſt. Initio quidẽ metalliça in Sole coquuntur, dum plane non inficiat, uel etiã paulo durius fiat: immittuntur aũt tunc cera & reſina, dein cum oĩa in unum coierint, thus primum, mox alumen, & piper addẽtur. Iniicere aũt cõuenit ceruſſam, quã uocant rhodiacam, ſi emplaſtrum candidũ eximie fieri cupias: Quin ẽt in ciuitate Dicæarchia olim, nũc Puteolos uocãt nonnulli, qui ceruſſam præparant, ſimilem rhodiacæ albam facere conſueuerunt. Porrò quòd in Sole conficiendum ſit emplaſtrum, & aqua admiſcẽda, ut albius ſimul, & magis refrigerans fiat, antea diſ-
D cuſſum eſt. At ſi mauis ad cicatricem ducẽdã cõmodius ipſum reddere, ab aqua in totũ abſtineto: olei aũt ueteris põdo uncias duas, ac dimidiã, immo ẽt tres, immittito. Hoc medicamẽtũ nõ ex eorũ numero eſt, quę à me primo authore cõpoſita ſunt, ſed iã annis multis ante à Rege noſtro Pergamentorũ Attalo, uiro omnigenorũ medicamẽtorũ ſtudioſo. Cõſtat ratione prædicta. Et ſanã admirarer, quid eiuſdem ſpeciei hoc ipſo præſtantius poſſit cõfici. Meminit eiuſdẽ Heras quoq; in medicamentorum libro, quẽ non nulli, Nartheca, id eſt promptuariũ medicamẽtorum inſcribunt, alii Tonon dynameon. i. robur uirium, cenſens oleum uetus attribuendũ, eiq; parem aquæ menſurã, uel dimidiã, eſſe miſcendã. Cæterũ alia, q̃ ad ſymmetriã ſpectant, ita hãt ut, à me ſcripta ſunt, niſi ꝙ ille heminas non libras, tũ aquæ, tũ olei, poſuerit, non indicans, quot unciarum heminam, ſiue põderis, ſiue menſuræ, conſtituant: etenim põderales unciæ grauitatẽ corporum, menſurales molẽ decernũt. Cum igitur pharmacum hoc ſenum ulcera, & tenerorũ curare dicit, uerus eſt, cum uero oẽ ulcus ſanare ſcribit, amplius q̃ par eſt, ei cõdonat, & tribuit. Siquidẽ humidiora, eoq; minus ad cicatricẽ uenientia curat, cacoethes nullum, ſicut nec ullum uulnus cruentũ: ille aũt, & hæc oĩa promittit. Attũ deraſis ipſum mederi ſcribens, non falſus eſt: ſubinde. n. tam deraſum os, ut cutis inde cũ ſubiecta quadã carne dependeret, medicamento impoſito, cũ ipſa coaluiſſe uidi: & quod hoc maius eſt, interdum iam nigricãte: rurſus aliud, q̃ hoc

etiam

etiam admirabilis,in cubiti gibbero,tibia,& genu, quibus nulla caro,ſed os conueſtiens mẽbra E
na,uel latus tendo ſolus ſubiectus eſt.Quare ad abraſa optimum hoc medicamentũ habueritis:
ad ſinus,& abſceſſus, nec oĩum optimum,nec bonitate optimorũ ſecundum:uerum ad media-
cres hos affectus in teneris,mulieribus,pueris,& ſenibus,cõmendatur. Quare & hic plus quam
oportebat Heras medicamento detulit:multo aũt magis,cum laudaret ipſum, ſcribens ad mor
ſus uniuerſos eſſe remedio. Cur enim ſermoni appoſitũ eſſe uult, uniuerſos? utrum ſi etiã ferarũ
morſus fuerit, an hominum uniuerſorum tantum, dicit? atqui falſum eſt utrunq;. In feris qui-
dẽ clarum eſt,quæ.n.ab efficacibus pharmacis uix curantur,hæc nemo ab illo ſanari poſſe dixe-
rit:quòd ſi de hominib⁹ dicat,& ſic oratio incerta indiſtinctaq; eſt,adeo, ut auditores magis of-
fendat,quã iuuet.Itaque perſuaſit aliquis cuidã medico,ut emplaſtrum hoc adoleſcenti in Pan-
cratio digitum indicẽ morſo imponeret:qui inde tã male habuit,ut in periculo,eſſet ne pars to-
ta morſa cõputreſceret,oborta iã putredine : uix autẽ diuturna curatione glutinatus eſt.At cum
non in neruum,ſed carnẽ,læſionẽ acceperit, nihil mirum eſt huiuſmodi medicamento ſaluum
euaſiſſe.Etenim hominum morſus aliis ulceribus admodũ ſimiles ſunt, niſi qui momorderit,ui
tioſis humorib⁹ abundet, aut diutius à cibo abſtinuerit, aut ira correptus ſit, ut uniuerſum cor-
pus, & ẽt dentes bile madeant:neq; in his tũ eiuſmodi quicq̃ mentione dignũ medicamen face E
re uidebitur. At qui ei, qui ſubito fuerit uſus,ſatis erit,ſi nihil incõmodi acceperit prius,q̃ phar-
macũ aliquod talibus curandis peculiariter dedicatũ, morſæ particulæ impoſuerit: de quibus
mox diſputabitur. Nunc uerò tantum dixiſſe ſufficiet in iis, quos ſiue homo qualem diximus,
ſiue ſimia,ſiue canis,ſiue id genus animantium aliud, momorderit. ✲

Attallici ſecundum Andromachum Albi narratio, & compoſitio, quod minus
lædit à rabioſis morſos, & neruos uulneratos. CAP. 14.

ALba,quę oleo recẽti, & aqua citra piperis,atq; thuris miſturã conficiũtur, cõmorſas par-
tes uehementer offendũt,licet animantis ſaliua, quod momorderit, uel pauxillũ adeo ui-
rus contineat: at minus illis oĩbus Attalicũ lædendi naturã obtinet, q̃ therebintina, oleum ue-
tus,thus,& piper,adiecta ſint. Pari ẽt modo in neruorum uulneribus reliqua alba magis nocẽt,
ſed multo minor offenſa eſt ex hoc,quod quidẽ oleum uetus habet,aquã non item. Inſuper hoc
* *In aliquibus legitur,* ἑλκῶν *ulceribus. ut intelligatur de ulceribus ex morſu,uel punctura.* magis eueniet, ſi tres uncias thuris integras, & non eius dimidium recipiat. Dictum ſiquidẽ mi-
hi eſt & antea,quod ſi & hoc pacto præparemus,in huiuſmodi* albis alumẽ pharmaco male cõ
gruat: nã opus eſt hìc nõ adſtringentibus, ſed abunde extrahẽtibus, quæ in alto neruos pũctos
affligunt, & uenenatam animalium ſaliuã. Heras hoc emplaſtrum ex rhodino, uel myrteo, uel G
myrrhino,dilutum mederi, & ambuſtis igne tradit : & ſi etiã hic longe inferius ſit pharmacis, q̃
ambuſta cõmodè ſanant, de quibus ipſis quoq; rurſus ſermonem inſtituemus.Præſtantiora.n.in
his ſunt alia candida,quæ neq; thus,neq; reſinam habent.Quin & hæc non parum ab iis ſuperã
tur, quæ ambuſtis igne proprie auxiliantur: quemadmodum à me cõpoſitum eadẽ ſanare dixi,
ſi acetum adiungas: illud ſiquidẽ nullo non tempore cõmodum eſt. Quod autem pipere albũ
conſtat,excoriatis aduſtionibus cùm ad cicatricẽ peruenĩũt utile eſt: ante, per ſe nihil conducit:
dilutum uero ex oleo myrteo prodeſt, non tamen æquali, cum his medicamẽtis uirtute,quæ ad
ambuſta igne proprie faciunt. Heras morſis ẽt ipſum cõuenire ſcribit. Sed hic quoq; diſtinctio
ne utamur oportet,ſiquidem in duris,& ad patiendum difficilibus imbecillius eſt medicamen-
tum:in mediocribus,maxime in ſenibus, pueris mulieribus, & ut breuiter dicã,molli carne p̃di-
tis,abunde ſufficit.Inſuper uaris aptum eſt, quẽadmodum,& hoc uere prodidit Heras. At de pu
ſtulis,quæ exanthemata Græcis dicuntur, indiſtinctè pronunciauit. Etenim ex harum numero
mediocriter ſubduras perſanat:quę uero plus caloris,aut phlegmonodes quippiã,referunt,irri
tat,præſertim initio.Poſt cõmemorata,deinceps in hæc uerba Heras diſſeruit:Fecit etiã ad duri
tiã trimeſtrẽ,quæ ex parru profecta erat,ac perſpiratu diſcuſſit,non impoſſibilia dicens.At con H
ueniebat ipſum præſcripſiſſe,cuius nã durities eſſet,totius ne uuluæ, an ceruicis ſolius,uel orifi-
cii,uel cornuum, uel externi cuiuſdam corporis ei incumbentis. Iam uero id ipſum emplaſtrum
impenſius, q̃ natura cõparatum ſit, laudat aduerſus fiſtulas cum alias oẽs, tum maxime, quæ in
dactylio id eſt podice oriuntur:ſic.n.appellauit ipſe,cum illud curare adfirmaret. Simili modo
ad podagrã,carbũculos,epinyctidas, cõdylomata, lepras, uitiligines, ſugillata,propoſitũ em-
plaſtrũ Heras extollit. Si itaq; tanq̃ meliorũ penuria, eo uſus quiſpiã mediocre p̃ſidiũ attulerit,
uere p̃dicat: ſin aũt, ut medicamen ad hæc optimũ adducit, manifeſti mẽdacii arguitur, cũ mul-
ta alia præſtantiora inueniãtur.Cæterum poſt ipſius laudes,his uerbis præcipit:Vtere hoc maxi
me,quum, ulcus abacribus pharmacis, & iis,quæ cruẽtis imponũtur uulneribus(Græci uocant
enæma)ſoluitur, & phlegmonen recipit: tũ in abſceſſibus,qui circa genu fiunt. Hic quoq; fidei
illius erat apponere pro abſceſſuum quidẽ ratione,tenera carne p̃ditos,pueros,mulieres, & ſe-
nes,in ulceribus autẽ, ſpecies eorum adſcribere:uti nos faciemus in ſermone de malignis ulce-
ribus.nã iſtud,de quo nũc loquimur, emplaſtrum nulli tam cacoethi,ſeu maligno cicatricẽ ob-
ducit.Verum diſtinguenda ſunt ea,quæ cicatricẽ ægre ducunt,à cacoethibus:neq; enim omnia
cacoethe difficulter cicatricẽ admittunt. At dicetur ſermone procedenti de ipſorum differẽtia,
& me-

A & medicaminum, quæ utriſq; ſanandis dicata ſunt. Quin ex ſolis metallicis albũ emplaſtrũ prę parare licet, ut paulo ante in ſola argenti ſpuma cocta admouimus. Si enim ſpuma argenti ceruſſæ cõmittatur: deinde olei, & aquæ, utriuſq; duplũ miſceatur: & coctionẽ, ut nuper eſt dictũ, carbonibus antea peruſtis, in aere lucido peragas: tũ glutinans, ac tenax, tum album colore, medicamentũ erit: maiore aũt refrigerandi virtute præditũ, q̃ quod eſt ex ſola argenti ſpuma confectum. Quẽamodũ enim molybdæna frigidioris craſſioriſq; naturæ eſt, etſi argenteæ ſpumæ eam admiſceas, ſic etiam ceruſſa, uel magis adhuc q̃ molybdæna: ꝙ ſi uetus oleum indatur, non parum lentoris, & hoc medicamen habiturũ eſt, ne uidelicet à corpore facile decidat, cuicunq; fuerit impoſitum. Atqui ſi emplaſtrum candidum fieri poſtulatis, oleum quàm fieri poteſt puriſſimum ſimul, & lucidiſſimum iniicitote: multa enim eius generis non ſunt. Mitigans uero, ac dolorẽ ſedans erit pharmacũ, ſi & adipis aliquid inieceris ueluti ego facere conſueui. Adeps uero anſerinus ſit, uel huius inopia gallinaceus. Si neq; hunc habemus, ſuillum injciamus, nõ ignari quidẽ magnã eſſe anſerini ad reliquos eminentiã: utentes autẽ peioribus etiã, ſi quando optimi copia non conceditur: nã & cùm cinnamomum deſideratur, ad caſiam optimam deſcendimus. Verùm in prædicta ſymmetria adipis põdus dimidio minus, q̃ utriuſq; metallici, miſcere
B ſufficit: ut argenti ſpumæ, & ceruſſæ ſingulorum pars una adſit, olei dupla, & aquæ dupla, uel ẽt paulo amplior, adipis pars dimidia. Cæterum, quomodo dicã iis, qui lance metiuntur, dupla, dimidia, & æqualia, ante paulum oſtenſum eſt, dum Romanę librę ponderalis cũ mẽſurali cognominationem, quã uocant homonymiam, ſeu æquiuocationem, interpretarer Pharmacum hoc uariis modis præparaui: ſiquidem quatuor pari portione miſtis, dimidiã adipis, interim quoque liquidorum utriuſque unã & dimidiam, adiunximus. Porrò fiet ueluti exẽplo ſymmetria talis, Argenti ſpumę põdo libra, ceruſſæ pondo libra: olei, aquę, utriuſq; pondo libras: poſtremo adipis pondo ſelibra. Eſt cùm & pondo trientem adiecerim, ſicut, & aquæ põdo libram integram. Quod aũt idiotæ frequenter dicere ſolẽt, & medici ipſis ſimiles, obſeruate ne interdum dicatis, nẽpe medicamẽtum quo dlibet generoſius fieri, ſi adiectũ hoc fuerit, quodcunq; ſcilicet noũauerint. Non nulli ignorare ſe fatentur, rogantq́; nos, qualis nã cõpoſitio, pręparatioq́; ſit optima, ignorantes aliã in alio affectu eſſe cõmodiorẽ, ſimpliciter uerò, & indefinitè ne unã quidẽ optimã. huius itaque rei gratia ego ſimpliciũ pharmacorũ uirtutes accuratè pernoſcere operæ pretiũ eſſe uobis puto: nã cõpoſitio probè uti non poſſitis illorũ ignari. Nimirum igitur in propoſito hic albo emplaſtro recens adeps admiſtus medicamentum efficit, quod dolorem magis
C adeo leuat, ut ſi & inflãmatione laboret ulcus, iuuet ipſum: at cicatrice obducẽda minus reddet accõmodatum: Quod circa adipem conficitur, facilius quidẽ cicatricem inducit, verum non ex æquo ſedat dolorẽ. Dictum quoq; eſt prius, ꝙ aqũa admiſta euidentius refrigeret, ſed oleo uetteri, magis diſcutiat. Itaq; qui eam facultatẽ adſecutus eſt, ut quo potiſſimum ulcus indigeat, ſcire poſſit, is optimè, & ipſe, componet medicamenta, & iã cõpoſitis utetur. Atq; uidiſtis me ſubinde medicorum, qui me in conſilium aduocarunt, pharmacis multa curaſſe, à quibus illi ſanitatis ſpem abiecerant. Optimum igitur medicamen dictum eſt non ſermone ſimplici, ſed inter ea, quæ hoc aliquid facere pollicentur: quemadmodum ego Phænicinum optimum eſſe retuli aduerſus rheumatica, ſi eo iuxta prædictas diſtinctiones utamur.

De alijs Emplaſtris albis. CAP. 15.

ALba igitur antè cõmemorata, qua dixi ratione iã olim cõfecta ſunt: poſt quæ alia diuerſa medici poſteri excogitarunt, quædã adimentes, addentes, & immutantes: de quibus & ipſis præſtat dicere, vt in uaria medicamentorũ cõpoſitione uos exerceamini. Scripſit itaque Andromachus in libro, cui titulũ fecit, Virtutes ad exteriora. hiſce quodãmodo uerbis. *Album, quotor.* Argenti ſpumæ pondo mina, ceruſſæ tantundẽ, ceræ pars quarta, reſinæ pars quarta, olei
D hæminæ tres, aquæ heminæ duę. Hactenus Andromachus, nec quibus conueniat adſcripſit, nec coctionis eius mentionem fecit: Non nulli viginti uncias minã continere tradunt, quidã ſedecim. Atque medicamentum utroque modo præparari poſſit, non tamen recte mihi parẽ modũ reſinæ, & ceræ iniicere uidetur: nã Attalici cõpoſitio melior eſt, quę ceram reſinæ duplo copioſiorẽ accipit. Cõſtat autẽ, ſi reſinæ, & ceræ æqualis portio adiecta ſit, emplaſtrum fore glutinantius, non tamen ex æquo ſuaue gratũq́; ulceribus, ſed acrimoniã habiturum. Quin ẽt eo, ꝙ indicare noluit, qualis immitti debeat reſina, parum rectè fecit: nos autem haud ignari, eſſe meliorẽ per omnia terebinthinã, tum colophoniã, tũ eã quæ phryctę nominatur, illã iniiciemus. At ſi, & laricẽ habeamus, quid uti prohibet, cum ſibi inuicem propemodum ſint adſimiles? Olei heminas tres. atticas puto ipſum ſcribere, aut certe ſcripſiſſet, libras. Atqui miretur quiſpiam, quomodo Romę degens pro libris heminas nominauerit: eius nempe regionis illa ſunt nomina, libra, ſextarius, uncia. Ex multis pharmacis quondã conſcriptis, priuſquam Romanorum res eò potentiæ accreuiſſent, conieci, quã illi uocarent heminam, eſſe æqualem uncijs nouẽ libræ Romanæ hodiernæ. Nunquid igitur, & Andromachus tres heminas cenſet adiiciendas, tanquã ſingulæ unciis nouẽ ualeant? eademq́; ratione, & aquæ duas? Vos ergo ſi ſimplicis cuiuſq; poteſtatẽ cognitam ante habeatis, quomodocunq; præparato uti potueritis ad ea, q̃ cõpoſitionis modus

promittit,

promittit,alijs permittentes inquirere,qualis nam cõfectio ſit optima:oēs enim optimæ ſunt,& E
non optimæ,quẽadmodum nobis prius oſtenſum eſt.Poſtea Andromachus aliud ſubiungit hu
iuſmodi.*Album aliud.* Argenti ſpumę pondo denariũ centum ſexaginta,ceruſſę pondo denariũ
ducentorũ, ceræ pondo denariũ quinquaginta, terebinthinæ põdo denariũ xxiiii,olei heminæ
dimidiũ,aquæ cyathos vi.Hoc igitur emplaſtrum priori plus ceruſſæ,q̃ argenti ſpumę,habens,
candidius euadet,magisq̃; refrigerans,quod ad hoc attinet,ſed facile decidit,minusq̃; adhære
ſcit, licet ſed ec im uncias,& duas partes heminã habere ſtatuamus,quẽadmodum nõ nulli aiũt.
Iuuat ſanè ipſum ad hæc terebinthinæ miſtura,ne friabile fiat pharmacum:quoniã omnino ali
pes,ut Græci dicũt,id eſt pinguis expers,& aridũ eſſet,pauco oleo,& aqua addita. Neq; in hoc
verò adſcripſit Andromachus,vel coctionẽ,uel q̃d promittat. *Aliud album.* Aliud poſt hoc po-
nit tertium,quod eadem alia omnia cum Attalico ex pipere albo confecto continet. Adiecta ãt
ſunt ei hæc duo,orchis herbæ pondo denariũ octo,ſtruthii pondo vnc.duarũ.Aquam uero ne-
qua quã huic pharmaco adiungit,ſed thuris pondo denariũ xxv.iniiciendum cenſet,non adſcri
† Græc. codex, q̃q̃ haud ſcio q̃ recte, habet δεκαδύο καὶ εἴκοσι.i. quodecim, & xx.Sunt, qui legendum putent xxii. bens, ut Heras conſueuit:non nulli aũt† xxvi.immittunt. Olei tũ hic ille heminas duas imponit,
eandẽ nobis obſcuritatẽ relinquẽs,cuius ſupra memini. Accuſauerit quis eum uehementer,q̃
pharmacorum pollicita ſeu titulũ nõ præfixerit,quippe ſecundum cũ primo,& tertio eandẽ po- F
tentiam non obtinet.Herasq̃; ſanè laudandus eſt,qui medicamentorũ uirtutes adſcripſerit,utẽ
diq̃; modo s, quos Andromachus in emplaſtris albis prorſus omiſit,raro ad quid valeant appo
nens:quin nec quo pacto coquendum medicamentũ ſit,indicauit.Attamen nemo forſan eũ ac
cuſare poſſit,q̃ iam exercitatis in re medica, non idiotis,ſcribat. Verum q̃ titulum præteriit,uel
uniuerſales potentias,non mediocre peccatum eſt.Quid enim dicet,qui defenſionẽ eius ſuſce-
perit? forſan, quòd peritis ſimplicium medicaminum uirtutum hæc tradiderit: atqui illorum
nullus Andromachum deſiderat,cum & ipſe ſimili modo poſſit componere.

Aliud Heræ aduerſus Rabioſos morſus. CAP. 16.

RVrſus ad Heram reuertamur,aliud candidum emplaſtrum poſt Attalicum iiſdẽ hiſce uer-
bis ſcribentem.*Candidum aduerſus Rabioſorũ morſus.Facit exactè etiã ad Aquam expaueſcẽ-
tes rabidi canis morſu, præſeruat.n.ſi atim à periculo uulneri impoſitũ: itẽ deuictis ualde catapotiũ nucis
auellanæ magnitudine ex eo dãdũ eſt, idq̃ diebus qua dragmia: mutat tamẽ colorẽ in ſpleniis,redditurq̃
nigrũ.Valet & contra Morſus hoĩum,canũq̃ Abraſa,& ulcera quæ cicatricẽ difficulter admittunt.Tol
lit etiam ſugillata* ſiliqua una,uulnera cõglutinat,aufert Phymata,& Rhagadas.Eſt & peſſus emolliẽs.* G
*Oportet tamen poſi diẽ ſoluere,& nigredinem ulceribus obortam ſpongia detergere:idq̃ tantiſper facien-
dum eſt,donec nigricies amplius nulla appareat.Iam quoq̃ idem cicatricem ducit,& ad omnia bonum eſt.*
Hæc præfatus Heras deinceps ſymmetriam emplaſtri his uerbis enarrauit. *Album.* Ceræ albæ
ponticæ pondo libras duas, argenti ſpumæ chryſitidis pondo librã, ceruſſæ tantundẽ, myrrhæ
pondo vnc.ii,medullę ceruinæ tantundẽ,thuris atomi,id eſt in ſecti põdo unciã,olei ueteris ſex-
tariũ.Hæc ſanè ſymmetria eorũ eſt, quæ emplaſtrũ conſtituunt. Coquẽdi uero modũ deinceps
ita ſcripſit: Argenti ſpuma ex oleo coquitur:ubi ſordiũ craſſitudinẽ hãre uidet,cera, mox ceruſ-
ſa aſpergit,mouetur q̃ue:unita iã,nec pollutia ab igne tollunt,& medulla iniicit: poſtq̃ refrixe
rit medicamentũ,myrrha & thus miſcet: deinde emollitũ, ſubactũq̃; manib⁹ uſui eſt.In hoc igit
Heras cõmendandus eſt,qui non reliquerit nobis,qũocunq; lubet,emplaſtrum coquẽdum,ſed
ipſe appoſuerit. Procliue.n.erat ceruſsã cũ argenti ſpuma,ut in albis aliis ſtatim ab initio coque
re,& nos id plerũq; factitare cõſueuimus, immo & ille ipſe in aliis cõſcripſit: uerũ in hoc ipſam
ſecundo iniicere præcipit,non apponens cauſam, cur id agere præſtiterit, etſi oſtendat nõ unũ
coquendi modum in oĩbus eſſe ſimiliter utilẽ, ſed in quibuſdã, & duos & tres efficere licere,nõ
modo colorem,uerum,& facultatẽ immutantes medicaminum:quẽadmodum in hoc nunc pro H
poſito ceruſſam cum argenti ſpuma coquere noluit, ſciens ipſam, & exactũ candorẽ ex coctio-
ne perdere,& adſtrictionẽ,quã habet,cum refrigerandi uirtute,deponere.Forſan igitur inqui-
ret aliquis,ecquid cũ emplaſtri author primus,quicunq; fuerit,digerẽs id eſſe uellet,conatus tñ
eſt ceruſſam crudã in eo p̃ſeruare? Mihi ſanè uidet huius gratia ad talẽ uenisse cõfecturã,ut me
dicamentũ repulſoriæ quoq; uirtutis quippiã habeat,etenim eiuſmodi nullã habentia,pletho-
ricis corporibus nequaq̃ tuta ſunt,Vt ergo conueniat,& his ceruſſam crudam miſtam eſſe ueri
ſimile eſt.Cæterum neminẽ latet, magna de ſe propoſitũ medicamen promittere, inde q̃ myr-
rhã, & ceruinam medullã aſſumpſerit, ſicut & alia quoq; eadẽ, cum cõmunibus his emplaſtris
continet. Didicimus autẽ myrrhã ualde ſiccans, tenuiumq; admodum partiũ eſſe, medicamen-
tũ:medullã rurſus nullo inter ea,q̃ mollientia uocãtur,inferiorem.De hac facultate, quẽadmo
dũ,& de aliis oĩbus ſecundis in libro quinto ſimpliciũ pharmacorũ dictũ eſt. videtur tamen nõ
iis tñ medicamenti compoſitor,ſed etiam albæ ceræ ponticæ, quæ uim habet medicamento-
ſam,cõfidere,atq; ideo plurimum eius immittere.Cæterum ſextarii(hoc eſt xeſti)Romani He-
ram meminiſſe puto:nã apud Athenienſes neque menſura, neq; nomen hoc erat: nunc ex quo
Romani imperare orbi cœperunt,nomen ſextarii apud omnes,q̃ Græca lingua utuntur,natio-
nes

Anes exiſtit: ipſa uerò menſura Romanæ ęqualis non eſt, quippe alii aliã ſextarii menſurã uſurpant. Apud Romanos ſextarius librã unam, ſemiſſem, & ſextam illius partem pendet, ut omnes ſimul iunctæ unciæ ſint uiginti: quas plurimũ cornibus metiuntur, inciſis extrinſecus lineis quibuſdã orbicularibus. Non nulli falſo Romanum ſextarium opinati ſunt octodecim menſurales uncias capere. Videtur igitur, & Heras, cum heminã ſcribit, ſextarii dimidium indicare: nũ uero nouem uncias ex librali cornu, an decẽ, innuant, etiamnum ignorantur. Itẽ ad rabioſos morſus ne aptum ſit pharmacum ſiue bibitum, ſiue extrinſecus impoſitũ, ratione cognoſcere nemini licet. Indicauimus enim tota ſubſtantiæ proprietate eiuſmodi medicamẽta efficaciã habere, ob id experiẽtia iudicari. At experiri nunq̃ auſus ſum hoc pharmacũ, quam uim in rabidorum morſibus oſtenderet, q̃ certo ſanans haberẽ medicamentum ex cancris confectum: cum autẽ hoc non adeſt, alia quoq; nõ nulla, quæ nunq̃ proſpero ſucceſſu nos fruſtrant. Quare in tam periculoſo affectu certis medicaminibus relictis curioſę experientię cauſa, morſi ſalutem prodere graue, & iniquum mihi uidebatur. Iã quidẽ de rabioſis morſibus hæc quoq; dicta ſufficiunt. Reliqua uero, quæ Heras de hoc emplaſtro retulit, ut in Attalico, partim ſanè uera prædicari, partim impẽdio magis ab eo extolli, dixerim. Optimum enim eſt pharmacum, ut inter emplaſtra,
B quę ſugillatis dictis admouentur: inter ea uero, quæ cruenta uulnera glutinant, non in primis, & optimis eſt. Summatim permultos inuenio non modo huius tẽpeſtatis medicos, ſed etiã ueteres, qui libros poſteritati reliquerunt, hoc genus emplaſtra ſupra ueri fidem extuliſſe, de quib⁹ ſequẽti uolumine agetur. In prẹſentia ad inſtitutum reuerſi, iterum Heræ dicta examinabimus. Ait enim phymatis medicamentum illud mederi, nulla diſtinctiõne eorum appoſita, q̃ ego de Phœnicino protuli. Quædã ſiquidem calida ſunt phymata, & cum uehementia quadã exiliũt: quædã frigida ſiccaq́; ſunt: permulta alia inter hæc cõſiſtunt, alia quidẽ exacte media illorum, quæ diximus, alia à medio in utranque partem paulum inclinant: aliqua plus idẽ faciunt, non nulla ſummis uicina, uel à mediis quodãmodo, & ſummis pari ſpatio abſunt. Quibus uniuerſis emplaſtrum hoc conuenire non poteſt, niſi cum mollibus quibuſdã id uelit liquefacere, ut multi modi fiãt, q̃bus eo utamur, quos explicaſſe ipſum, ſicut in aliis factitauit, oportebat. Proinde par eſſe puto, ut hũc laudemus ob ea, quę tradidit, Andromachum accuſemus. Cæterum de eo, q̃ emplaſtrum iſtud hominum, canũq; morſibus cõferat, eaſdẽ puta à me rationes audire, quas & de Attalico pronunciaui: ſimiliter etiã de aliis, quæ pharmacum commendant: quemadmodum illud, ita hoc quoq; bonum eſſe medicamen dicens, ſed multum ab iis, quę optime ad unũ
C quodq; illorum faciunt, inferius eſſe, ut quis eo cõfidẽter utatur, ubi optima deſint omnia. Hoc autem non paruum eſt in medicamentis, quẽadmodum nec in uictus ratione, & omnibus, quæ circa artẽ uerſantur. ‖ Ego contempſi quidem id primum, ut neq; dignum eſſe iudicarẽ Hippocrate, qui adhortatur nos, ita omnia artis opera perficere, ut iuuent, uel nõ offendant. Poſtea uero cognoui magnam uim habere, cum ſcilicet uiderem nõ nullos medicos in pharmacis ſe primum rectè geſſiſſe, ut in admirationẽ ſui alios perducerent: eoſdẽ poſtea in aliis proſpero euentu fruſtratos, ut riſui eſſent. Ideoq́; ſemper conatus ſum eiuſmodi uti præſidiis, quæ an profutura eſſent, non nunq̃ ſanè dubitabam, q̃ aũt nihil afferrent incommodi, certo ſciebam. Quæ igit̃ in Attalico emplaſtro, atq; hoc laudauit Heras, non quidẽ, ut dixi, magna ſunt, ſed ubi deſiderãtur, quæ id magnificè efficiant, nemo his utens manifeſtã læſionem inferet, etſi nihil iuuerit. Atqui ſi quis hoc pharmaco uti uolet in phymatis, ab illis, quæ in Phœnicino docui, ipſe intelliget, aliàs aliter ipſum liquefaciens. Tractabitur ãt uberius deinceps, & phymatũ tota curatio, unde ſpero uos methodum exactam perfectãq́; medicaminum, quę illa iuuare poſſunt, habituros. Vocetur aũt uobis emplaſtrum hoc, Album ad rabioſos morſus, ſicut illud, quod ex albo cõſtat pipere, Attalicum. Subiungit mox & aliud emplaſtrũ Heras in hanc ſententiam. *Album Ariabarzanion, quo Xenocrates abſceſſum iam in alteratum circa tarſum, ξea pars eſt in pede, quæ carpo ſeu brachiali proportione reſpondet, ξ diſcuſſit.* Deinde eorum, quæ ipſi immittunt, ſymmetriam, & poſtea coquendi modum præfatus, ad calcem hæc uerba apponit. *Maxime facit ad cacoethe, paſcentia, contumacia, uniuerſaliter ad omne ulcus.* Porro cur eorũ, quibus conſtet pharmacum, ſymmetriæ tertiam partem recitauerit, cõpertum non habeo, cum alij integrã hoc modo tradiderint: Argenti ſpumæ denariũ pondo ducentorum, ceræ denariũ põdo quinquaginta, olei ueteris heminas iii, ceruſſæ denarium põdo octoginta, terebinthinæ denariùm pondo triginta duũ, cineris buccinorũ denariũ põdo decẽ, thuris denariũ põdo decem, & nouẽ, & aquæ cyathos duodecim. Hæc oĩa à me ,plata pharmaca Heras ad tertiã partẽ ĩminuit, ſic: Argẽti ſpumę denariũ põdo ſexaginta ſex ob.iiii, ceræ denariũ põdo ſedecim ob.iiii, olei ueteris heminã ceruſſę denariũ põdo uigintiſex ob.iiii, terebinthinæ reſinæ denariũ põdo decẽ ob.iiii, cineris buccinorũ denarium põdo tria ob.ii, thuris denariũ pondo ſex obolos duos, aquæ cyathos quatuor. Poſtea coctionem ita ſubdit: Argenti ſpumã, & ceruſſam, cum aqua, & oleo terito, deinde recẽti olla igne non acri coquito, ferrea ſpatha ſedulo mouens, ne adurãtur. Vbi ſemicocta fuerint, ceræ immitito: hac liquefacta, reſinã, & thns: ac tam diu coquito, dum aliquatenus non inquinet. Poſtquã bene habere propemodũ uidetur, buccinos iniectos reliquo tẽpore concoquito. Cum perfecte

coierint,

1. Epid. com. 2. tex. 50. claſ. 3. 112. f.

coierint,in mortariũ demittito,aqua exigua prius ſubiecta, & ſubacto utitor. Hoc medicamen E
tum, ut ſine morſu diſcutiat,præparatum eſt, ꝙ & ceruſſæ parum ad argenti ſpumæ portionem
habeat, & cum hac ab initio coctũ ſit, ualideq; exiccet ob buccinorũ cinerẽ additum. Non diſſi
milis quodãmodo facultas eſt & purpuris, & oſtreis concrematis: notum eſt aũt ſine carnibus
horũ animalium teſtas cõcremari. Ac Heras quidẽ unum de facultatibus librũ cõſcripſit: Aſcle-
piades cognomento Pharmacion,decẽ prẽter theriacas,& gynęcea:apponẽs & ipſe cuiuſque
pharmaci titulum,in multis ẽt coctionis, in quibuſdã utẽdi modum. Porrò Andromachus mul-
tas uires collegit,& ferè non pauciores iis,quæ in decẽ libris Pharmacionis Aſclepiadis haben
tur,tribus ipſas libris cõprehẽdẽs. Primo pharmaca docet,quæ extrinſecus imponuntur: altero
quæ intrò aſſumuntur:& tertio quæ oculis adhibentur. Reprehendere autẽ ipſum iure poſſis,ut
admonui,ꝙ nec confecturas, nec uſus rationem,nec uires, nec quid promittant,adiecerit.

Quæ Aſclepiades Alba ſcripſerit. CAP. 17.

AD Aſclepiadem igitur iã trãſgreſſus producã in medium,quę ipſe alba emplaſtra ad finẽ
tertii libri Exteriorum tradidit. Nã inſcribit eorũ primam Marcellã,ſecũdam,tertiã,quar
tam, quintam:ueluti alios Interiorum quinq; primũ Maſonem,ſecundum,tertium,quartum,& F
quintum. Verum in tertia Marcella ad calcẽ alba emplaſtra adſcripſit: prioris titulũ eſſe ait,ad
ambuſta igne, abraſa, cutẽ teneram: quod emplaſtrum Aceſin id eſt medelam, nominari dicit.
Omnia uero ſimul quatuor,argenti ſpumam,ceruſſam,oleum,aquã pari põdere incoqui opor
tere commemorat. Conſtatq; hoc pharmacum fragile,& alipes effici,hoc eſt pinguis expers,ut
cuti ſine deligatura adhærere nõ poſſit: niſi.n.ut præfatus ſum ante,metallica plenius cocta fue
rint,tale fieri emplaſtrum neceſſe eſt. Coquũtur largius,dũ maiorẽ liquidorum menſurã in mi
ſtura continent. Huic aliud emplaſtrũ Aſclepiades ſubdit,eiuſdẽ quidẽ tituli, ſed non eiuſdẽ cõ-
fecturæ:neq; .n.æquale metallicorum pondus immittit,uerum ceruſſam argenti ſpumæ ſeſqui-
plam:quin & ſeuum uitulinum adiicit,totam ſymmetriam ſic faciens: Ceruſſæ denariùm põdo
centum uiginti,argenti ſpumæ denariùm pondo octoginta, adipis uitulini denariũ põdo trigin
ta,ceræ denariùm pondo uiginti quinque,olei heminas duas. Hoc pharmacũ olei parũ hẽt,ceu
ad metallicorum proportionẽ,ſi quis heminam ſtatuat ualere unciis nouem Romanis,q̃ in cor
nibus cõſuetis libralibus deſcriptæ ſunt. Qm̃ uero ceruſſa in ipſo ſuperat,eoq; magis adſtringẽs,
magisq; refrigerans,q̃ ſuperius reddebatur,adipem author admiſcuit. Sciẽs autẽ bubulũ adipẽ
calidiorem eſſe ſuillo,& uehementius digerere,cauit perfecti bouis ſeuum indere:quippe in oĩ
animantium genere iuuenilia perfectis humidiorem, minusq; calidum adipẽ habẽt. Erit igitur G
& hęc cõpoſitio difficilior quidẽ,ac ſimplicis albi emplaſtri,quod añ ſcripſit,ſed nihilo utilior.
Ab his tertium aliud profert cicatricem ducens album,ex pari,cum argenti ſpuma pondere,ce
ræ quarta illorũ parte, & terebinthinę rurſus dimidio minore,q̃ in cera:oleũ & aqua ferè ęqua
portione metallicis menſuris utriſq; ſimul indita ſunt. Voluit.n.medicamenti author ceruſſæ,&
argenti ſpumæ,ſingulorũ pondo denariũ centum miſcere,ceræ denariùm pondo uigintiquin-
que,terebinthinæ denariùm põdo duodecim,olei & aquæ cuiuſq; heminas duas. Itaq; Attalici
memores Emplaſtri,quod metallica perinde,ac iſtud cõtinet, ſicut ẽt oleũ ſimul, cum aqua,ce-
ram dupla portione ad eam, quæ in hoc medicamento additur, terebinthinam ſimiliter, ſcie-
tis manifeſto,quo nam diſcrimine medicamẽta inter ſe uariãt:adiectũ nanq; eſt illis, & thus,alu
mẽ,ac piper. Quin ẽt Aſclepiades Attalici illius emplaſtri cõmeminit,nõ uocans id Attalicum,
immo nec piper admiſcẽs. Alia uero omnia pariter, ita ſcripſit ad uerbum. *Albũ,quod ad Mna-
ſæum refertur: facit & ad diuturna,ac difficilia.* Argenti ſpumæ, ceruſſæ,cuiuſq; denariùm pondo
centum,ceræ denariũ pondo quinquaginta:terebinthinæ,thuris,ſingulorum denariùm pondo
uigintiquinq; aluminis ſciſſi denariũ pondo duodecim,olei heminas duas. Porrò ne puteris dif
ferre,ſi drachm.centũ alicubi inueniatis loco unius libræ ſcriptas: ſed illud potius conſiderate, H
utrum qui ſcripſit centum denarios,dimidium ceræ ipſis miſceat,ſiue huius dimidium terebin-
thinæ,ut ſint ceræ quidẽ denarii quinquaginta,terebinthinæ uigintiquinq;, an aliã quãdã ſym
metriã faciat. Si nãq; prædictã, nihil refert dicere librã,& ſelibrã,& tres uncias: ſiquidem libra
denarios ſex hẽt ad nonaginta, ſelibra octo, & quadraginta:ſic & huiꝰ rurſus dimidiũ quatuor
& uiginti. Quapropter eadẽ proportio ſeruaẽ, nulla inſigni differentia,ſiue centũ drachmis me-
tallicorum,ſiue nonagintaſex,heminæ duæ olei miſceantur. In hoc itaq; nõ uariabunt pharma-
ca,ſiue libra nominetur,ſiue denarii centum:Illa uero Aſclepiadis ſcriptũ pharmacũ ab Attali-
co emplaſtro diſiunxit,ꝙ Attalicum ſex q̃dẽ drachmas aluminis ſciſſi,piperis uero albi tres,ha-
beat: Aſclepiades albũ piper nõ habeat, ſed duplũ põdus ſciſſi aluminis. Porrò ualidius adſtrin
gere quodãmodo,ideoq; prõptius cicatricẽ ducere Aſclepiades pharmacũ, Attali magis dige
rere,oẽs norunt. Vnde,quod dixi & prius,qui rogant,utrum ipſorum præſtet, medicamẽtis uti
neſciunt: Etenim ad cicatricem ducendã Aſclepiades,ad digerẽdum Attalicũ,eſt melius: In uni
Prope finem. uerſum meminiſſe oportet, quod apud Hippocratẽ ſcriptum eſt in libro De alimento, ‖ prauũ
uidelicet,& non paruum,noxium & utile,relatione ad aliquid dici. Alia enim ratione pronũcia
ueris,Attalicũ hoc emplaſtro eſſe præſtantius:alia,ad multa utilius illud eſſe. Deniq;, & Aſcle-
piades

Apiades ipſe poſt hoc modò recitatum, ſcribens illud ipſum, quod ex pipere fit, non uocat Attali cum, ſed Pāphilion, ignorans opinor primum ipſius inuentorē. Apponit aūt nomen utentis, ac unde acceperit: tum quid ualeat, his uerbis præfixit. *Aliud Pamphilion dictum pharmacum accommodatum. Facit ad uetera, uix ſanabilia, carbunculos, epinyctidas, achoras, pſoricos affectus, ſinus glutinat, facit ad abſceſſus, condylomata. & ferè omnibus utilius eſt.* Conſtare ipſum tradit ex ceruſſa, argenti ſpuma, cera, terebinthina, duabus heminis olei, eodem modo ſicut & Heras: ad hæc item fiſſo alumine, & albo pipere: aquæ uerò non meminit in confectura, ſed neq; thuris. Quidā non quinq; & uiginti, ſed dimidium immittunt, quin etiā de aqua: cum enim olei ueteris heminas duas infundi ſcripſiſſet, poſtea aquæ duas, uel unā adiecit. Ego & ſine aqua medicamentum ſæpius præparaui, & ad omnia alia melius fieri apparet, præterq̄ in teneris corporibus: nā in his aquam præſtat adhibere, præſertim cum phlegmone tentantur ulcera. Inde aliud Aſclepiades cū ſuperioribus albis emplaſtris profert, quod rabioſos morſus ſanare promittit, quemadmodū & quod apud Heram ſcriptum eſt, pollicebatur. Aſſumit & hoc præter ſimplex album, quod ex argenti ſpuma, ce ruſſa, thure, cera cōſtat, in ſuper medullam ceruinā, & myrrham: porrò miſcet ei argenti ſpumæ denariùm pondo quadraginta, ceruſſæ denariū pōdo triginta, thuris denariū
B pondo decem, myrrhæ tantūdem, medullæ ceruinæ duobus pauciores quam decē, cerę albę denariùm pondo quinquaginta, olei ueteris ſextarium. Primum horum omnium, quæ recitauit, prodidit Aſclepiades, quod uocat Rhodiacum, ceu digerēs & curans in mammis duritias, & ex his componitur: Argenti ſpumæ, ceræ ponticæ, ſingulorum pōdo, ceruſſę, adipis ſuilli elaborati, cuiuſq; ſelibra, hoc eſt vncijs ſex, myrrhæ pondo uncijs quatuor, ouorum toſtorum uitellis duobus, olei hemina una & ſemis. Iſtud etiam ſedi benefacere confirmat, non apponens quonam liquefieri uelit, ſed nobis coniectandum forſan relinquens, interim ex roſaceo unguento, interim myrteo, aliàs ex oleo quopiam, liquandum eſſe.

Quomodo candida emplaſtra componenda ſint aduerſus vlcera Cacoethe, id eſt maligna, & ea quæ cicatricem difficulter admittunt. CAP. 18.

QVæ dyſepulota id eſt uix ad cicatricem uenientia, quæ itē cacocethe id eſt maligna, appellē, diſtinguendum modò eſt: quia non ſolum in præſentem diſputationem, ſed etiam in futuram, commoda prę finitio eſt futura. Quę itaq; ex humorum confluxu, uel multorum, uel acriū, oriuntur, ſine eo, quòd locus affectus huiuſmodi iam diſpoſitionem, habuerit, ut licet bonum ſit quod influit, tamē ipſum corrumpat. Dyſepulota nomino: quæ uerò dictā diſpoſitionem iā ob
C tinent, præcipuo uocabulo cacoethe appello. Nunc igitur, qñ priores me emplaſtra quædam alba, ut quę dyſepulotis cicatricem probe obducant, conſcripſerunt, propterea ego quoq; alba ſcribo emplaſtra, quæ aduerſus dyſepulota omnia, & cacoethe nō nulla, quæ non prauū admodum habēt ſtatum, compoſui: nam in illis denuò medicamenta accommoda dicētur. Primum & hìc methodum dicturus ſum, qua id genus emplaſtra complura cōficere diſcetis. Duplex porrò eius ſcopus, eſt alter omnium, quę ratione cōponuntur, medicamentorum cōmunis: alter peculiaris, colore ab his differens. Quæ igitur in cōmentario De ſimplicibus medicamētis cognouiſtis, ſine roſione quidem ac morſu, ualidè tñ adeo exiccantia, hęc in memoriā reducite. Omnino autem conueniebat, præterq̄ ℞ non mordicent, uel aſtringant manifeſto, etiam detergere poſſe: ſiquidē caua plurima eius generis ulcera, tanq̄ ab exeſione humorum malignorum, facta apparent, eiusq; rei gratia carne impleri deſiderant: oſtēdimus autē in tertio therapeuticis methodi libro, omnia, quæ carnem generant, medicamenta detergendi facultatem habere. Multa etiā alia ſiccam obtinent uirtutem, huiuſmodi ulceribus curandis accommodam. Sed age nunc repetamus ea, quæ aut compoſiti emplaſtri candorem tueri poſſint, aut non adeo lædere. Hoc ex genere eſt cadmia, pompholyx, calx, oſtrea cōcremata, purpuræ, buccina, & ſepiæ pars oſſea: parū
D officiet colori & æris ſquama, & uſtæ chalcitidis non fuluum, ſed cineritium, uel ſubalbidū. Quo modo autem huiuſmodi res præparāda ſit, rurſus in theriacæ antidoti ſermone dicemus. Porrò dictorum quodq; ſi lauetur, totam mordicationem amittet, quemadmodum cera, quæ medicamini conficiendo admiſcenda eſt, tum reſina. Cæterum ℞ cera tyrrhenica, uel pontica dicta ad candidi emplaſtri præparationē ſit idonea, prius explicatum eſt: reſinæ uero, & q̄ laryx uocatur, & terebinthina, aduerſus ulcera maligniora magis ualent. Thuris quoq; partem aliquā indere non ab re fuerit, ut ulcerū maleficorū diſpō coquatur, & ad ſuppurationem ueniat. At non ſolū ex prædictis medicamentis unumquodq; lauandum uenit, ſed ēt metallica, quàm maximè in loco Soli expoſito, cum aqua, uel aceto, uel marina, uel uino, leuigare oportet. Pura aūt, & candida, & perſpicua, ſingula hæc erunt, candoris cuiuſdam medicamento conciliandi gratia. De ceruſſa, oleo, coctionis modo aere circunfluo, & igne, qūo quodq; eorum ad albedinē aliquid adferat, antè expoſuimus. At quemadmodū in alijs, ita in his quoq; facultatis aquæ, aceti, marinę, uiniq; albiſſimi peritum, id in cōpoſitura miſcere cōuenit, quodq; maximè curādo morbo profuturum eſt. Etenim in ulceribus prætumidis ac duris (ochthode Græci appellāt) quæ oras craſſas, calloſas, multamq; attenuationem requirentes habent, ex aceto, & marina læuigata, magis, quàm, quæ per aquam, idonea ſunt. In quibus aūt acre, & mordax eſt humidum, quod in ulcera

fertur,ex aqua terere potius ſingula metallica neceſſe eſt: Quemadmodũ rurſus ex uino magis, E
ubi copioſus humor ulceribus influens apparet.Hæc igitur ſingula,quę dixi, in unoquoq; iã no-
minato humore læuigata diebus pluribus,inieci frequenter pharmacis, quæ ex argẽti ſpuma &
ceruſſa confiunt, eaq; expertus ſum omnia cicatricem optimè ducere. Verũ ſcriptiones quaſdã
amicis quoq; dedimus,qui huiuſmodi pharmaca deſiderarent:à quibus ipſis quoq; in experiẽ
tiam producta,quod titulo promittunt, tueri uidebantur. Itaq; argenti ſpuma cum ceruſſa prius
cocta,& medicamento propè ad non inquinantẽ conſiſtentiã perueniète,inijcienda eſt laryx,
uel terebinthina reſina cũ cera candida.His pulchre unitis adde metallica, quæ huiuſmodi ſym-
metriam habent: Argẽti ſpumæ, & ceruſſæ pro conſuetudine ſingulorum pondo;coquatur cũ
olei libris duabus,frequenter etiam aquæ ſelibra addita: liqueſcit.n.ſic argenti ſpuma citius, &
coctio aquã conſumit,ut nihil ad humiditatẽ pharmaco apertè profit:reſinæ pondo tres unciæ,
ceræ duplũ ſufficit.Quanq; ſi duas reſinæ indideritis interim,quatuor ceræ, ſic quoq; compoſi-
tiones non adeo differre inuenientur.Thuris ẽt pondo uncia ſemis ſatisfacit poſt ceram,& reſi-
nã iniecta:deinde tres aliorũ vnciæ,quæ drachmæ quatuor ſunt ad uiginti.Impones aũt duorũ,
trium,plurium,ac omnium quæ numeraui,quorum ſingulorum tibi copia cõtingat; ut ſi omnia
habeas, æquã portionẽ cuiuſq; inijcias, cadmiæ dico, & pompholygis, buccinorum cineris uel F
oſtreorum,& ęris ſq uamę:ſingulorũ denarij ſex erunt,qui tres uncias abſoluunt.Quod ſi & cal
cem lotã miſceas,ſingulorum drachmę quinq; ponentur. Si uſtę chalcitidis, ſingulorum drach-
mæ quatuor,ut ex oĩbus ſex counitis tres uncię fiant. Verum chalcitis uſta ſit elota, & colore ci-
nereo,non qualem multi ex ijs,qui eruũt eã,faciunt,ueluti ſi dicas ex pallido flauam.Si duo quę
dam ex his habeas ſolum, tres vncias ex ambobus ponito, hoc eſt utriuſq; unam ac ſemiſſem:
Hęc in pñtia ad alborum emplaſtrorum conſtitutionem,ulceribus dyſepulotis curandis,cogno
ſcere uobis ſufficit. Atq; humida cerata candida ẽt ex ijs ipſis pręparantur, differunt tñ ab em-
plaſtris,q neq; argenti ſpuma,nec ceruſſa coquatur: adeps uerò uel anſerinus,uel gallinaceus,
uel ſuilllus,uel uitulinus indatur. Quòd ſi uinum interim habeas uel acetum,quę albiſſima luci-
diſſimaq; ſint,aquę loco ipſa admiſcebis.

Damocrates de Albo emplaſtro. CAP. 19.

QVoniam pharmacorum uirtutes metris tranſcriptę facilius memoria tenentur,& exactam
ipſorum ſymmetriam perſeruant,ſatius mihi uiſum eſt,& horum meminiſſe. Cum ita que
Damocrates pręter alia alba emplaſtra,etiam candidum ſcripſerit,quod cõmendat, apponam
ſcripturam ij ſdem illius uerſibus,Iambico trimetro expreſſis. G

At cum his habere emplaſtrum medicis conuenit
Album,efficax aduerſus abuul ſam cutem,
Ambuſta,ad ulcera,& per ſumma corporis
Occaſionem citra manifeſtam edita.
Ita confit:ceruſſę libra Sumitur:
Lithargyri,trypherę,eodem ſimul modo,
Et portio pręterea librę tertia:
Ceræq; puræ ponticæ quinque vnciæ,
Terebinthinæ pondo uncia puriſſima:
Thuriſque mannæ,uel thuris,quinæ unciæ:
Candidi olei boni recentis*ſelibra.
*duæ librę. Aquæ ſuperfundetur his ſextarius.
Oleum,ceruſſa,argenti ſpuma, aqua coquitur
Leni igne,agitatur ſedulo rudicula.
Cum tota pulchrè deſiccata ſic aqua, H
Et leue medicamentum,candidum,
Et molle,inficiens nec,terebinthina inditur,
Deinde cera ſuccedet,thus poſtea.
Ab igne cùm depones ollulam,moue.
Cùm mediocriter eſt refrigeratum pharmacum,
Mortario ſuperfundas,atque excipe
In mulieribus,uel delicatis puerulis,
In ſenibus, habitu aut prauo iuuenibus ſimul.
Huic tertiam partem immiſceto aluminis,
Quod prodidimus emplaſtrum non multo antea:
Acutitor ad omnia recentia vulnera.
Ipſi uerò rhodinon liquefacto immiſceas,
Paulum ac ceræ, liparon habebis ac bonum,
Album uinum,parum auſterum,ſi affuderis.
Aluminis,cuius meminit,compoſitio in quinto huius operis commentario.

GALENI

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM PER GENERA

LIBER SECVNDVS

ARGVMENTVM LIBRI.

Exponuntur Emplaſtra uiridia, melina, gilua, ac cæteris coloribus prædita, tum quædam quoque, quę Cephalica, ac Catagmatica appellantur.

Qui Authores ſcripſerint de componendis medicamentis: ac de Ratione ipſorum componendorum exemplo medicamenti ex cera, roſaceo, & ærugine confecti. CAP. I.

B Vm propoſitum opus hunc quoq; cum alijs ſcopum teneat, ut ſi quãdo librum, quo medicaminũ, quibus utimur, cõpoſitiones ſcriptas habemus, perdiderimus, ipſi nos perditis ſimilia poſſimus conficere, neceſſariũ eſt primũ nos in uniuerſum formulam quandam uiæ didiciſſe, qua popoſitum inueniamus. Deinde per hãc uiam in multis particularibus exercea mur oportet, ſcientes, citra talis ſtudij exercitationem, nullum opus perfici. Et uero graue eſt, quod iam quibuſdam accidit medicis duobus mihi cognitis, quorũ alter, dolore ex talium ſcriptionum interitu cõtabefactus, perijt: alter ab operibus medicis deſtitit. Verum exercitatis, iudicio meo, præterquàm pharmaca utilia componere, etiam à ſuperioribus nobis ſcriptorum arbitris eſſe licet, commodeq; omnia ea, quæ ab illis prodita ſunt, uſurpare, atq; illa, quæ ipſi methodo inferius poſita inuenerint. Melius igitur eſt experimentis iam cõprobata ſumere eum, qui uſus ipſorum methodum dicerit, licet, quod dixi, neceſſitas frequenter nos cogat, ut uel experientia incompertis extempore utamur. Itaq; ſuperiore libro quomodo ex argenti ſpũma ſola emplaſtrũ præpares docuimus, interim oleo tantum, interim aceto admiſto, uel uino, uel huiuſmodi alio item ex quali ipſorum ſymmetria emplaſtrum fieri candidum poſſit, ſi probe coctum fuerit. Cęterum ex his emplaſtris quædam ducendæ cicatrici accommodata fieri diximus, quædam vulneribus cruentis C glutinandis, quædam phlegmonis exiguis curandis: quædam vlceribus, quę cicatricem ęgre admittunt, ſanandis, ſi non cacoethe ſint: quædam ad tumores præter naturam, ſed non magnos neq; duros, diſcutiendos. Scriptum ſimul in eo eſt non multo poſt initium, & emplaſtrum à me compoſitum, quod Phœnicinum nomino. Præſenti autem hoc libro de uiridibus, & melinis, & giluis, & fuſcis, & rufis agetur emplaſtris, quibus etiam adnumerantur quæ dichroma ideſt bicolora dicuntur. Inter hæc alia quædam ſunt medio inter hæc nomine, ut ex candido melina, & ex nigro uiridia, & à ſimilitudine ſordium rhypode grękè appellata, quaſi ſtrigmentoſa: adde quę aerem imitantur, & cęrulea: quædam uero nomine prorſus carentia. Itaq; ſimilia inuicem uiribus deinceps ſcribere commodum eſt, ut qui in plura incidit, uel librum legit, id quod optimum corpori, eiusq; curando affectui ſit, eligat. At colore ſimilia tradere eorum eſt, qui ſimilitudinem non artificialem attendunt: verum quoniam potẽtes quidam uiri, interdum nos iubent emplaſtrum ſibi melinum cõficere, quod vlcera glutinet, uel cicatricẽ ducat, uel indurata emolliat, uel aliud huiuſmodi facere poſſit, coacti ſunt nõ nulli recentiorum mediorum, ubi ſimilia colore ſeriatim conſcriberent, proprias cuiq; profeſſiones apponere. Quamobrem ego miſtam quandã diſciplinam conabor effingere, à magis artificioſa auſpicatus. Scribo enim prius, quæ caua ulce D ra carne implẽt, quorũ plurima colore uiridia ſunt: adnotans, quot ex his glutinantia ſint, quotque in maligna euadentibus medeantur, atq; huiuſmodi aliud quidquã poſſint perficere. Deinde glutinantia non modo recentium ulcerum, ſed etiam ſinuum: ex his plura ſunt, quæ aduſque cicatricem ulcera perducant. Atq; horum omnium unam ſeriem facturus ſum, melinorum aliã, barbarorum (ut uocant) aliam, & fuſcorum aliam, nec non in reliquis coloribus ſimiliter. Producam in alio quoq; uno libro ſimilitudines abſq; coloribus, quæ ulcera cicatricem uix admittentia (dicuntur & chironia) perſanant. In alio rurſus poſt iſtum, quæ, tum hęc, tum alia quędam, curant, quæ dicuntur & ſunt uſus multiplicis. Ac poſt hæc omnia, quidquid emplaſtrorum, facultatum reliquum fuit methodo cognoſcendum, percenſere conabor. Hæc igitur uice prooemij cuiuſdam omnium emplaſtrorum, quæ cõmemorabũtur, communis, præfati, ad ea quæ hoc libro ſcripta ſunt, digrediemur, oratione quadam generali eis prepoſita, tanq̃ nihil etiã mihi iam prędictum ſit. Compoſitiones medicamentorum complurium laudabilium primus omnium, quos nouerim, Mantias Herophileus ſcripſit: cuius diſcipulus factus Heraclides Tarentinus non ſolum in pharmacorum uſu uidetur imitatus illum, ſed etiam in ea artis parte, quæ uictus rationẽ docet. Poſt quos alij ſanè quidam non paucis uoluminibus, ſicut Mantias & Heraclides. Sunt ẽt qui uno aut altero tantum ea conſcripſerint, quemadmodum Cappadox Heras, qui nec impro-

batum aliquod medicamen tradidit:nec confecturas ipſorum omiſit, & uniuerſos particulatim E
uſus recenſuit:Permulta pharmaca pluribus libris ſtudioſe ſcripſerunt Muſa, & Aſclepiades, &
Crito. Verum Andromachus vnico libro medicinalia medicamẽta ad exteriora corporis uitia:
altero,quę interna curant,memoriæ prodidit:item tertio his minore, oculorũ remedia. Pauciſ-
mis autẽ ipſorum,tum præparandi modus,tum utendi,appoſitus eſt, neq; uero horum quiſpiã,
nec alius cuiuſq; pharmaci componendi rationem docuit. Ob quod empirici confidentius,licet
abſurda,pronunciãt,ut qui pharmacorum compoſitionis inuentionem ad caſum referunt:inde
nimirum confidentiæ occaſionem ſumentes,& nemo ex dogmaticis medicis confectionis eorũ
regulam abſolute ſcripſerit. Nam cũ dogmatici interrogati rationẽ, qua pharmaca ſingula cõ-
poſita ſint,quibus utuntur nihil,quod dicant, habeãt:perditisq; illorũ ſcriptionibus,ipſi alia cõ
ponere ex tempore non poſſint:& ipſi merito contemnuntur,& empiricis contradicendi maio-
rem præbent audaciam. Quòd ſi affectus cuiuslibet eorum,quos curandos ſuſcipiunt, naturam
ſcirent:methodumq; cognoſcerent, qua & ſimplicium ſingulorum medicaminum uires,& ſco
pum curationis,inuenirent: non utiq; compoſitionis rationem ignorarent. Vt exempli gratia,
cauum ulcus apertum,græce aperiſtaton(nihil enim mali eſt,ut quidam uocant breuioris diſci-
plinæ gratia,ſic nos quoq; nominare)quomodo quis ſanare queat, conſideremus:tanquã ſi nõ F
dum aliquod ei curando aptum medicamen inuentum ſit. Nã cum docti à ratione fuerimus,ca-
uorum ulcerum curationẽ ſubminiſtrari,naſcente alia,carne loco perditæ,ex ea uidelicet,quæ
ſubiecta eſt,cogitauimus fieri non poſſe hoc,ſi in ulcere ſordes,aut copioſa humiditas,inſit. Ve-
rum ſordes medicamina detergentia auferunt,humorem exiccantia diſcutiunt. Conuenit igitur
hmõi pharmacorũ materias cognoſcere non ſimpliciter ſecundum genus,ut Dioſcorides alio-
quin ſcripſit,ſed uti nos in commentarijs De ſimplicibus medicamentis fecimus, non tũ appo-
nentes,uel calefacere,uel refrigerare,uel huiuſmodi aliquid aliud,quoduis medicamentũ face
re,uerum etiã quòd prima diſtantia,uel ſecunda,uel tertia,uel quarta,à medio tale exiſtat. Fre-
quenter ẽt quòd in horum media unaquaq; uel incipiente,uel deſinente ſit:vt duodecim phar
macorũ,quę per excellentiã quancunq; proferuntur,ordines ſubſiſtãt. Interdũ enim uel media-
criter calefaciens,uel exiccans: interdum quod uehementiſſime quoduis horũ facere poſſit,re-
quirimus. Qui autem ſimpliciter particulam calefactione indigere intelligit,nõ magis piper,&
ſinapi,quàm thus,accipiet. Hæc ſane & prius oſtẽdimus, diximus uero & in tertio Methodi the
rapeutices commentario: quaſi uero præſcientes, ea ex demonſtratione cõuenienti, ad reliqua
deducam,hinc præſentis ſermonis ſumpto initio. Quoniam ulcera carne implenda, pharmaco G
exiccante & detergente mediocriter ſine morſu indigere demonſtrauimus,conuenit eiuſmodi
pharmacorum materiã,quę nam ſit,in memoriam reducere. Indicata eſt autẽ in libro De ſim-
plicium medicamentorum facultatibus, inſuper & conueniens ſingulorum ordo expoſitus eſt.
Hoc etenim,ſicut dixi,admodum utile eſt,ut ſi quando fortiore quis pharmaco opus habeat,ad
quod digrediatur,cognoſcat. Verum cum ſimplex nullum habemus,compoſito utimur. Atque
primum fingamus nos habere ceram & æruginem,aliud nihil,quod cauo ulceri manifeſte con
ducat:thus dico, irim,ariſtolochiam, farinam eruorum,radicem panacis,& quæcunque ex hoc
ſunt genere. Cum igitur ſciamus cerã ſola impoſita ſordidum ulcus euaſurum, ut quod neq; de-
tergere, neque exiccare, poſſit:ęrugine autem adiecta morſum,& roſionem illatũ iri, atq; phleg
monẽ excitandam:horum ſanè utrunque deuitabimus, medium autem ex ambobus aliud con-
ficiemus,imbecillius quidem ærugine,ualentius autem cera:ſed quoniam hæc paululo inferior
eſt eo,quod commodè queat adijci, ærugo autem multum præcellit, multæ ceræ parũ æruginis
admiſcebimus. Quantã ergo quantæ? hoc.n.deinceps uenit dicendum. Exactã quidẽ quantita-
tem cuiuſque ante experientiam inuenire nemo poteſt,conijcere tamen,& iudicare,& compo-
nere pharmacum prima poteſt experientia, nullum inſigniter improſperum ſucceſſum habitu- H
rum:quemadmodum ego aliquando feci in quodam uico, ubi cum neq; ipſe medicamentum,
quod me ſequeretur,haberẽ:neq; alius ex ijs, qui ibidem agebãt,copiã mihi facere poſſet: repe-
peri ſolum ad compoſitionem idonea æruginem,& ceram. Quibus acceptis,& ad ignem cera li
quefacta cum oleo roſaceo,ut liquidum ceratum fieret, miſcui cerati libræ unciã unã æruginis,
hoc eſt duodecimam partem:ſtatui enim decimam,uel duodecimam miſcere, ſuſpicatus quidẽ
maiorem,ut acriorem,cera futuram:minorem,tanquam imbecilliorem. Expertis autem nobis
compoſitionẽ,uiſæ ſunt partes,& decima, & duodecima rectè pro corporum differentia cõmi-
ſtæ. Oſtendimus enim, quod etiam uſus atteſtatur, ualida corpora ualidiora ſuſtinere medica-
mina,imbecilliora huiuſmodi non ferre. Validioradico corpora,quæ tẽperamẽto ſicciora ſunt,
ueluti agricolarum naturã,& uenatorum:imbecilliora,molliora uel natura, uel uictus conſuetu
dine,cuiuſmodi ſunt mulierum,eunuchorum,puerorum,& qui naturali temperamento ſunt hu
midi,cãdido,molliq; corpore ꝓditi. Dura igitur corpora ex copioſiore ærugine cerato admiſta,
carnem recipiunt, molliora ex pauciore. Vnde frequenter dictũ eſt,unum pharmacum omni
bus ne quaquam cõuenire poteſt corporibus ſed oportet mediũ eſſe,ceu ad mediã temperaturã
aptatũ:duci uero ad utranq; eius medij partem,dum quotidiano uſu probatur. Si.n.quod reſpo

ſtulat

Aſtulat affeciſſe uideat̃,in eo manere conuenit:ſi paulum deficiat,augere ipſius uires:quemadmodum etiã adimere, cũ præter modum efficax fuerit:velut in ipſo hoc propoſito pharmaco,quod cerato,& ærugine conſtat, conſiderare prius oportet, vlcusne carne obductũ ſit,an nondũ, ſed ſordibus humoreq́; ſit refertũ: vel pręterq̃ q̃ carne impletũ nõ eſt,mordicationis ſenſus aliquis laborãti ortus ſit:& calidior,uel rubicũda magis, pars ulcerata apparuerit. Si igitur imbecillius uideatur,melle,uel ærugine admiſtis,potẽtiã eius adaugebis:ſi ualidius,oleũ uel roſaceũ miſcebis,molliens pharmacum,quod linamentis excipiẽdum eſt.Cõmode quidem ceratũ,& ærugo ſic miſcentur, quẽadmodũ à me non nunq̃ eſſe miſta retuli.Confectura autẽ medicantibus hæc eſto emplaſtri cõpoſiti,uiride,à colore uocant,ſanantis quidẽ & recentia vulnera,quæcunq; nõ magna ſunt,ſed quod ex rhodino ſimul ad* mediocris pharmaci conſiſtentiã poteſt liquefieri. Quin & reſinæ uel colophoniæ,& fricte nominatæ,uel terebinthinæ,non nihil ipſum hr̃e oportebit:oſtendimus aũt laricem uocatã terebinthinæ quodãmodo eſſe ſimilẽ. Porrò quantitas earum miſturæ,& hic coniecturalis eſt.Si.n.plus reſinæ, q̃ ex uſu ſit admiſceamus,donec manibus ſubigitur,molle apparet:in linteolũ uero illitũ,paulo poſt inſtar pellis durũ erit,facile à corpore decidens.Sin minus iuſto reſinæ,cũ cera miſtũ ſit,non habebit hoc quod echecollon, ideſt gluti
B nans,Græcis appellatur,ut diſtrahendo eo, plurimũ extendatur. Liquet autẽ, ſi alicui particulę impoſueris,fore ut difficulter agglutinetur,& protinus ab ipſa delabatur. Quæ igitur mediocris miſtura,ceu emplaſtri cõſiſtentiæ conueniens?ſiquidẽ mihi fidem adhibes,par utriuſq; portio. Nec uero cera nec reſina, ſicca uetusq́; eſto: optimum ſiquidem,ita amborum miſtionis coagmentum eſt,ſi ambo pinguia,& mollia aſſumantur:ſi alterum excedat,ſemper reſinam præpollere ſatius eſt:quare non nulli uel duplum huius pondus ceræ admiſcent.

*ſorte pro ἡμιμέτρου. i. mediocris legẽdũ ἡμιμέτου. i.linamento excipiendi.

Confectura ſimplicis Emplaſtri viridis Andromachi,& uirtutis ipſius explicatio. CAP 2.

AC ſanè uiride non nulli,ſic.n.ipſi nominant, ex dupla reſinæ portione confecerunt: duas quidem eiuſdẽ libras,vnã uerò ceræ & binos olei cyathos,immiſcentes.Aeruginis autem alij duas,alij tres uncias,huiuſmodi ceræ & reſinæ miſtioni immittunt. Sed ẽt in præparatione, liquefactis,quæ liquari poſſunt,æruginẽ inſpergũt:quidam ubi refrigerauerint,mox raſerint,in mortario miſturam moliuntur. Porrò qui medicamentũ cruentorũ ulcerum glutinantius facere ſtatuunt,æruginẽ in pila prius cum aceto læuigatã injciunt,ceratum radentes.Proinde ſi quis uos roget,quale horum uiridium emplaſtrorũ ſit præſtantiſſimũ,ſuccurrat id,quod identidem à me prædicatur,reſpondere,omnia eſſe optima ei,qui affectus,quibus ſingula offeruntur,cogno
C ſcat,ſicut & eos ignoranti oĩa peſſima.Mei etenim officij eſt dicere,id exiccare ualentius,quod acetum aſſumit.Conſtat autem, quod plus æruginis continet,id tum ualidũ eſſe,tum magis exiccans,tum ſordida ulcera rectius purgare.Terminus ipſius eſt, ut hæc citra morſum efficiat: nam adeo ualens,ut iam puris ulceribus impoſitum morſum pariat,nec ea unquã carne replebit,ſed alio modo humida ſordidaq́; reddet,ſicuti illa,quæ parũ integrè ſiccant detergentque. Iã uero ex acrioribus cauum magis ulcus euadit, & rubicundius,calidiusq́; eſt, cũ æger ẽt ipſe morſum eius percipit. Ne igitur quoduis medicamentum ſimpliciter laudate citra diſpoſitionis,in qua cõmẽdatur, appoſitionem:nec in alio quoquam pharmaco,nec in ijs,quæ modo nobis propo nuntur, id agendum eſt. Quos igitur, uiridibus ordine ſuo deſcriptis,affectus, quibus ea conueniunt,diſtinguere non piguit,minus peccant q̃ ij,qui ne hoc quidem fecerunt.Qui uerò ſine diſtinctionibus,ac indefinitè ſcripſerunt,cũ ad alia tranſeunt,apponentes,aliud uiride,diſciplinã reddunt prauiſſimã,ſi modo oportet oĩno diſciplinã uocare huiuſmodi ſcriptiones. Igitur Andromachus in libro, quẽ Externorũ inſcribit, paulo poſt principiũ, primo fuſca poſuit,mox rufa,deinde nigra,poſtremo ad uiridia conuerſus,diſciplinæ hmõi initium fecit,præfixo noĩe,Viridia.Ac quod principẽ locum habet,ſcripſit his uerbis. *Viride Galli.* Reſinæ ſtrobilinæ denariũ
D pondo trecentum,ceræ denarium pondo c.æruginis raſæ denarium pondo l.thuris denariũ põdo xxv.aceti quantũ ſatis eſt. Conueniebat igitur ipſum non nihil forſitan, & de confectura dixiſſe,num ẽt thus ſimul cũ ærugine in læuorem redigi aceto affuſo uelit,an ſolã æruginẽ: vtrunque enim licet,atq; in multis cõpoſitionibus non nulli hoc, quidã illo modo,ſcripſerunt. Verũ in hoc mentẽ eius cnnijcere poſſumus, nempe ambo cum aceto uelle conteri, thus puta,& æruginem:attamen,in quibus nã affectibus medicamento ſit utendum,ſignificatum prorſus oportebat.Nunquid igitur,quoniam ante hoc,duo quędam emplaſtra ſcripſerat,quorum priori prępoſuit.Ad gangręnas,putredines,nomas uetuſtas,& malignas.ſecundo,Ad nomas quo utor,& alia pleraq;:ideo uiride iſtud ſine appoſitione deinceps protulit,oſtẽdens iiſdem ipſum affectibus conuenire?Cæterũ aliud rurſus,huic ſubiungens ſimpliciter dixit, Viride Potamonis:deinde aliud tertium uiride,& quartũ,quo utor. Ad hæc quintum aliud,ſextum,ſeptimum,octauum, nonum, decimum, undecimum, duodecimum,decimumtertium,decimumquartum,decimumquintum,decimumſextum,recenſuit,uno dũtaxat hoc nomine,Aliud,ſingulis propoſito,differentia, quidem inter ſe omnia uiribus cõmemorans, nõ tamen uniuerſa ad putredines, nomas, & gangrænas idonea,quemadmodum ex ipſorum materia eſt cognoſcere. Vnde etiam cõſtat procoloris,non uirium,ſimilitudine,ſimul inuicem hæc ipſum conſcripſiſſe.Itaq; nos cuiuſque

eorum poteſtatem exponemus,à ſimplicium medicamẽtorum natura ſumpto principio. Nam E
hoc longe utiliſſimum fuerit ijs,qui non ſolũ in uniuerſali compoſitionis methodũ, ac uſum talium medicamẽtorum,cupiant intelligere,ſed etiam ſuomet ipſorum marte conficere poſſe,& quæ à ueteribus citra diſtinctionem tradita ſunt,qualem nam poteſtatem habeant,dignoſcere. Quod igitur primum Andromachus prodidit, inſpiciamus, proponentes,conſiderantesq; ſimplicia ſingula,quibus confectum eſt. Primũ igitur reſinæ ſtrobilinæ in eo meminit,quæ ut in cõmentarijs de ſimpliciũ medicamentorũ facultatibus aſſerui, reſinarũ longe calidiſſima eſt, ſicut terebinthina ambabus qualitatibus omniũ moderatiſſima: omnes ſiquidem reſinæ calefaciunt & exiccãt, ſed hæ magis, illæ minus. Validiſſima igitur eſt ſtrobilina:moderatiſſima,ut dixi,terebinthina.Quin etiã ſiccat celerrime ſtrobilina:& quod peculiari appellatione pityinõ phyſema dicitur,reſina quidẽ & ipſum genere, cæterũ ſiccans & calfaciens,ſiccando aũt a ſtrobilina non ſuperatur,calefaciendo plurimũ. Hæ ergo exiccatæ pinguis expertes ſunt,ideoq; emplaſtra bene adherentia conficere non habent,ut uiſcoſæ & liquidę.Inter pityinon phyſema,id eſt piceã, & ſtrobilinã reſinam,media calore abietina eſt,liquida tñ diutius perdurat,ſicut etiam colophonia illa,quæ thus redolet,& quę non nullis ſola uocatur colophonia,odoratu ſuauitatẽ quandã referens,ſicut abietina,& colori mediocri prædita ut illa:naſcitur aũt admodũ modica, atq; ob F
id pretioſa eſt.Humidiſſima tñ omnium eſt altera laricis appellatæ dria,nam hęc quoq; duplex quodãmodo eſt,una quidẽ ſimilis in omnibus terebinthinæ:altera hac acrior,calidior magis liquida,& odoratu grauior, & guſtu amarior,calidiorque.Porrò humida reſina,quæ in cõtinẽtibus pineam reſinã ſubſidet uaſis fictilibus,conſiſtentia & colore terebinthinæ ad amuſſim ſimilis,odore & guſtu diuerſa,ingratior quidẽ olfactu,ſicut ẽt acrior,& guſtu mordacior. Quare ſatius eſt,terebinthinã omnibus medicamentis, quę ulcera recte curabũt,admiſcere, qm̃ primus, præcipuusque eis ſcopus eſt,ut id, quod offertur,nõ mordeat. Igitur ad cõpoſitum emplaſtrum reuertamur,in quo Andromachus ſtrobilinæ reſinę denariũm põdo trecentorũ,ceræ denarijs centum miſtis iubet inijcere,neq; cõſiſtentiã,neq; uirtutem exactè aſſecutus uel ipſe,uel qui id compoſuit.Neq; enim glutinans erit,& acre fiet:auxilium uerò ei ad utrunque contulit thus admiſcens,uerum pro illorum copia paucum adeo, præſertim cũ æruginis denarios quinquaginta immittat,octauam partem quadrigentorum ex cera reſinaq; collectorũ explentes. Atqui nemo hoc illi uitio uerterit, utpote cui conſilium fuerit medicamen conficere uehementer exiccans,cũ & alioquin ipſum carni generandę,ac mediocribus glutinandis vulneribus,aptum reddere uolenti drachmę quinquaginta,miſceri rectè poſſint,itaq; lenius,ad carnẽ producendam G
cõmodius,adhærendo pertinacius,& ad multa utilius fieri. Cõmendanda uero eſt thuris cõmiſtio,q emplaſtri coagmentum iuuet,anodynon.n.eſt,& concoquit.Quare ſi æqua ipſius portio ærugini fuiſſet coniuncta,hoc eſt denarium pondo quinquaginta,glutinantius,ut dixi,redditum fuiſſet, & mitius medicamentum. Quoniam uerò uigintiquinque adiecit,ſiccantem æruginis, uim ſeruare curans, emplaſtrum ad glutinandum maiora vulnera, & ulceribus uix ſanabilibus curandis,idoneum factum eſt: quòdque tale ipſum fore in animo habuerit,aceti quoq; miſtura innuit.Penes nos itaque eſt,& uehementius,& lenius ipſum facere,uel plus aceti uel minus miſcẽtes,ſicut acrius, uel minus mordax,etenim ex acrioris miſtione,quemadmodum etiã copioſioris,medicamen exiccabit fortius,& cruentorum erit glutinantius,ſi uinoſum acetum ſit adiectum.Porrò præſtat in compoſitione pluſculis diebus æruginem ex aceto acri,in Sole calido allæuigare:quod enim in eo mordax eſt,miteſcet,uirtusq; nihilo fiet minor. Thus autẽ initio admiſcere neceſſarium non eſt, uerum huic dies unus ſatis eſt. Siquidem meminiſſe uos puto, & huius,quod toties repeto,fortiũ medicamentorum,cuiuſmodi eſt ęrugo,miſy,chalcitis,ſori,æris ſquama, uel chalcanthum, ex aceto diebus pluribus contritorum morſum obtundi, bonitatem augeri.Quoniam enim metallica,ut quę craſſioribus natura conſtant partibus,poteſtatem ſuam H
in altum uſque corporis,quod curatur, non extendunt: ideo ut tenuiora fiant,iis per trituram, & acetum adhibendus eſt cultus: hæc enim curioſè ita attenuata ad intima uſque penetrant. Accedit autem,& aliud quoddam cõmodum in huiuſmodi medicamentorum præparationibus q diligenter elaborata,corporis meatus,nuſquã inter eundum retenta, pertranſeunt:eiusq; rei gratia, & ſi calidioris naturæ ſint, ſine morſu munere ſuo funguntur. Quin & inter humores ipſos in corpore generatos,tenues facile citra morſum perſpirant:craſſiores retẽti,obſtructiq; moleſtãt,ubi mordaces fuerint. Eadẽ ratio eſt in metallicis medicamẽtis cõbuſtis, ſed illa ex ignis cõmercio non nihil mordax perſeruant,quod per lauationes deponũt,ac lenia prorſus reddũtur.Quibus autem ſimile quippiam uſtioni ex tritura cum aceto in Sole facta ignis loco accidit, ea neq; ex igne genitum colorem conſequuntur: ſi tamen & quæ combuſta ſunt,ex aceto læuigentur,multo preſtantiora fiunt. Igitur tum hęc multorum medicamentorum communia,ſunt cognitu neceſſaria,tum uſus ipſorum ſimiliter, alius quidẽ in alijs affectibus:in cauis uero ulceribus cum linamentis excepta imponuntur.Propoſitum itaq; emplaſtrum ſi ex roſaceo liquefaciens eo utaris,prodeſt ſordidis,& humidis ulceribus:aperiſtata uero id eſt aperta,mordicat:cuius rei cauſa miſcendum ei eſt ceratum liquidum ex cera & reſina confectum,uel ex roſaceo,uel

ex oleo

A ex oleo liquefactum. Poteris interim & myrteo uti, atq; horũ miſtionis methodum quandã intelligas oportet. Olei ſanè nomen unum eſt qualitas & facultas diuerſa. Nam omphacinum frigidius: ex maturis oleis preſſum calidius eſt, temporis autẽ proceſſu calefaciendi uim auget. Sic etiam quod ſalem habet, quantum ex illo ſumpſerit, tanto calidius eſt, magisq; ſiccat, q̃ quod ipſius expers eſt. Quod ſurculos oleæ, thallos Græci nominant, continet, ualentius adſtringit. Indicat aũt tibi id quod eſt utilius, & ulceris forma, & corporis ægri natura: ulceris quidem ſanandi, contrarijs: corporis autẽ ulcerati ſimilibus. Quapropter medicamentum, quod linamento exceptũ immittendũ eſt, myrteo liquefacies, cum generata caro flaccidior, quã par eſt, apparet, præſertim ulcere ad cicatricem perueniẽte propemodum. Nã cum pauxillũ quiddam phlegmones in ambientibus particulis relinquitur, optimum eſt pharmacum ex roſaceo liquare. Roſaceum uerò præſtantiſſimũ eſſe nouiſti, quod ſolis roſis pluribus in oleo citra ſalem præparato diutius maceratis confectum eſt. Si ergo hæc quiſpiã in memoria prompta ſemper habeat: nec oblitus ſit, ut præcepimus, omnium ſimplicium medicamentorum potentię, & uaria ipſe emplaſtra uiridia componet, & ſingulis iam confectis optime utetur. Emplaſtrum igitur hactenus in ſermone propoſitum, quod primum uiridium ſcripſit Andromachus, multifariam licet adaptare, partim
B pro ſtrobilina reſina aliquam aliam adijciẽdo, partim thus augẽdo, uel cum eo ſiccum aliquod carne explens, uelut irim, ariſtolochiam, erui farinam, atq; huius generis alia admiſcendo. Quin etiã, quod ora ulceris indurata emolliat, miſcendo, cõpoſitionem uariare licet. Vnde non nulli guttam ammoniaci, & chalbanum: non nulli medullam ceruinam, aut uitulinam, aut ſeuũ admiſcuerunt: ſicut rurſus alij repellens aliquod, dũ influxus conantur reprimere. Hac ratione igitur alij ſciſſum alumen, alij rotũdum, alij gallam omphacinã, id eſt immaturã, adiecerunt: quidam ladanum utraq; uirtute præditũ, molliendi uidelicet & repellendi, ut labra emolliantur, & nihil ex ſuperioribus influat. Inſuper qui uix ſanabilia curare ſtuduerunt, ut multiplicis uſus medicamentũ eſſe, adiunxerunt enumeratis chryſocollam, uel diphryges, uel æs combuſtum, uel ſquamam, aliqui æris, aliqui ſtomomatis †ferri: Et propè omnia modo enarrata, uiridiũ emplaſtrorum colorẽ ſeruant, alia uero ijſdem facultatibus prędita miſta corrumpunt. Quare nec ego omnium memini pro qualibet facultate, ſed illorum dumtaxat, quæ emplaſtri cõpoſiti colorem tuebuntur: non.n. de glutinantibus, uel iis, quæ carni alendæ ſunt, emplaſtris ſimpliciter, uerum de eiſdem uiridibus, dicere ẽt ſtatuimus. Quamobrem hæc modo narrata, & atramentum ſutoriũ et chalcitis cruda, ſi breui menſura admiſceantur, colorẽ pharmacorum in ſermone prędecedẽtiũ
C reſeruant. Itaq; de talium compoſitione abunde ſatis actum eſt. Vſum uero ipſorum qm̃ Andromachus amiſit, à quo traditum eſſe conueniebat, nos apponemus, cõmunem unũ de talibus medicamentis uſurpandis ſermonem plane neceſſarium præfati: deinde uniuerſalem methodũ interpretati, particulares, eorum cauſa qui illam didicerunt, conuenit effingamus. At huiuſmodi opus ad dialecticos pertinet in omnibus particulares ipſis perſcribere, ſicut Heras, Crito, Aſclepiades, aliiq; cõplures factitarunt. Atqui ẽt tertia diſciplinæ ſpecies eſt, quam nos tractamus, neque in omnibus particularibus medicamentis uſum ſcribentes, immo nec uniuerſim cõi methodi diſciplinæ ſoli totũ concedentes, ſed hanc quidem primã docentes, inde uero unum uel alterum, uel ẽt tertium exemplum, claritatis & exercitii diſcentium gratia accõmodantes. Quemadmodum ſanè ea & nunc re ipſa oſtendimus, ut iam in prioribus quoq; fecimus. Nam quatenus medicamentũ exiccet, detergatq; cum ex ſimpliciũ facultate, quæ id conſtituunt, inuenerimus, inde ſimul diſpoſitionẽ, cui conueniet, indipiſcemur. Vbi.n. humiditas multa, & copioſa ſordes eſt, deſiccans euidenter, purgansq; medicamentum applicare oportet: ubi apertum (Græci apericiſtaton uocant) ulcus eſt, carnis indigum, moderatiſſimum inter exiccantia, detergentiaq; competit. Verum minoris maiorisq; in eo rationem ab ægri natura ſumere conducit. Siquidem du-
D rioribus, uel ex tẽperamento naturali, uel ętate, uel loco, uel ſtudiis, corporibus magis exiccantia exhibẽda ſunt, humidioribus minus. Quapropter primus cuiuſq; medicaminis linteolis excepti (emmoton Græcis appellatur) uſus ex prędictis nuper ſcopis cõiecturali artificio ſumitur: Secundus, ut etiam antea monuimus, ex ſignis in corpore curando apparentibus. Si nanque cauum ulcus citra phlegmonen, & purum inueniatur, nihil nouũ tentare oportet: ſi humidius uel ſordidius, intendere deſiccans, detergensq; pharmacum ratio poſtulat: ſi cauũ magis, quã prius exiſtit, ſoluere. intenditur itaq; mellis miſtione: mitigatur ex oleo & cerato, uel oleoſo quopiã, cuiuſmodi eſt roſaceum, myrteum, & cyprinum, ſimpliciter prępărata ſine ſpiſſamentis (ſtymmata Græci uocant) quę addunt odoris gratia, uel ut confecta diutius ab iniuriis immunia permaneant. Iam uero ſi contentioſos quiſpiam nos increpet, tanquã prętęr id, quod ab initio inſtituimus, ad medicamẽtorũ uſus orationem deducamus, polliciti nos de eorum compoſitione uerba facturos ille conſiderato, q̃ in uſu etiam confectura quędam fit, ſilẽtium ſibi imponat. Prima.n pharmacorum, quę cerato miſcentur, in eo confectio eſt: altera roſaceo, uel myrteo, uel cyprino, uel lentiſcino oleo, uel melle appoſito cõſtat. Atq; de his ſatis. Verũ ad emplaſtra quę iam per experientiam abunde probata ſunt, tranſeamus. Hęc igitur Andromachus memoratu digna medicamenta uſurpare ipſa ſcientibus pręſcripſit. Vnde cum talia ſint, ea deligenda,

† Debet addi, aliquod, uel quid ſimile.

quæ ex paucioribus, paratuve facillimis ſimplicibus componuntur: tum quæ ad plura ualent, & E
propoſito maxime ſcopo ſeruiunt. Res fiet exemplo ita dilucidior. Finge cauum ulcus apertum
in ſano corpore: tale uero ab emplaſtro uiridi, quod lite uocatur, liquefacto ex roſaceo curabit.
appellant autem litem quod ex ærugine, cera, & reſina conficitur. Ego ſane, ut oſtendi, æquam
utriuſq; portionem miſceo, æruginis decimam, uel duodecimam, uel octauã. Eſt uidelicet duo-
decima, ſi ceræ pondo, & reſinæ tantundẽ, æruginis uncias duas miſcuerimus: decima, ſi duabus
æruginis uncijs, uiginti ambarum, reſinę & ceræ, hoc eſt utriuſq; decem adijciantur. Quin etiam
ſi octauam æruginis partem cerato ex cera & reſina confecto apponamus, etiam ſic bene habe-
bit: nam acrius quidem magisque detergens huiuſmodi medicamentum erit, non tamen inuti-
le, duris enim corporibus percommodè adhibebitur. Melior euadet compoſitio, ubi octauam
portionem æruginis confecturæ ex cera reſinaq; immiſcuerimus, ærugine ex aceto quam acer-
rimo diebus pluſculis ante in læuorem redacta. Præſtantior erit, ſi etiam thuris partem dimidio
*minorem. *maiorẽ, quàm fuit in ærugine, indiderimus. Olei pares numero cyathos ęruginis uncijs adiun-
ges, cùm ſine aceto, & thure medicamen conficis. Quando autem thus, acetumq; adijcis, ſi qui-
dem fricta reſina pinguior quodammodo, molliorque ſit, ac ęſtate pharmacum prępares, miſce
bis nihil: ſi uerò dura, idq; per hyemem conficis, cyathum unum infundes. Quòd ſi liquidarum F
quampiã reſinarum ceræ miſceas oleo prorſus carere licet. Liquidiſſimæ quidem tertiam ceræ
portionem addes, minus liquidæ dimidiam. Fiet autem uidelicet huiuſmodi quędam compoſi-
tio. Ceram reſinamque liquatam, ubi refrigeraueris, æruginis parti nunc octauæ, nunc decimæ,
alias duodecimæ commiſceto: cognoſcens duris corporibus primam ſymmetriam conuenire,
mollibus tertiã, medijs mediam. Aeruginem ex aceto læuigabis. ſi lenius medicamentum uoles
efficere, thuris pondus dimidium eius, quod ærugo continet, adiungens: ſin hoc mitius, thus &
æruginem æquali modo committes. Atqui & reſinã cum cera, ubi ſine raſura refrigeraueri mus,
liquefactas, ęrugini thurique in pila ex aceto tritis ſuperfundimus. Hæc igitur primę compo-
ſitiones ſunt uiridis emplaſtri, quod cruenta quidem uulnera non adeo magna glutinat, & reli-
qua ad uſque cicatricem ſanare poteſt, & carnẽ in eis producere, ex humido quodam oleoſo li-
quatum. Voco autẽ oleoſa, roſaceum, quo maxime ad illum, quẽ retuli, modum confecto uten-
dum eſt: & poſt hoc myrteo, cyprino, & lentiſcino. Sed ipſum oleũ, ubi medicamento liqueſcen-
ti caloris quippiã adijcere cordi eſt, commune hoc miſcebis: in qbus refrigerare ſtudes, id quod
omotribes, hoc eſt immaturum appellatur: ubi aſtringere, myrteum: ubi miſtę facultatis ali-
quid, concoquens puta, & repellens, roſaceum: in quibus modicam adſtringendi uim cum ma- G
iore caliditate deſideras, cyprinum & lentiſcinum. Porrò pleręque alię, quemadmodum dixi
cõpoſitiones erunt, dũ medicamentis ſimplicibus modo cõmemoratis, uel carnẽ explentia, uel
emollientia, uel adſtringentia, uel quę difficilia ulcera curant, commiſcentur. Non nulli uero di-
gerentia miſcuerunt, ſicut etiã cicatricem ducentia. Alijs autem quibuſdam omnia commiſcen
tibus, uel confecturam inutilem, uel medicamentum uarijs accommodum, prępararе contigit.
Quorum materias cognoſcentes, tum iam inuentis uti, tum ſimilia componere, ipſi poteritis.
Adſcribam tamen, & ego non nulla celebria, ab iis denuò, quę Andromachus tradidit auſpica-
tus. Sunt itaque ordine a prędcedenti triginta: quę uerò ab ipſo commendantur, duntaxat adii-
ciam. Quartum ergo poſt primum, ita expreſſum eſt. *Viride, quovtor.* Aeruginis raſæ dena-
rium pondo nouem, chryſocollæ denarium pondo nouem, terebinthinæ pondo minam uncia-
rum ſedecim, ceræ minæ dimidium, aceti parum. Quid ſingula emplaſtra polliceantur, non (ut
prius dixi) præpoſuit Andromachus, ſed ex ſimplicium medicamentorũ materia, ex quibus pro
poſitum componit, nulli obſcurum eſt, uel ipſum per ſe, priusquam liquefiat, ulceribus mederi
poſſe, ac liquatum linamẽto exceptum immitti. Minam uerò ſedecim unciarum iniicit: nã quæ
uiginti continet, ceu ad chryſocollæ, & æruginis æquam menſuram, magna eſt. Poſt hoc uerò H
aliis tribus ſeriatim productis, rurſus alius ſic ad uerbum ſubiungit. *Aliud, quovtor.* Aeugi-
nis raſæ pondo: mannę uncias decem, ego libram iniicio: ceræ, reſinę fricę, reſinę liquidę, ſin
gularum pondo quinque, olei cyathum, aceti quãtum ſatis eſt: ego etiam guttę ammoniaci pon
do uncias decem pono. Poſt hęc Andromachus ceſſat. Liquet autem, ſi prędictorum memini-
mus, etiam hoc ipſum emplaſtrum, perſimilem ſuperiori facultatem obtinere. Deinde aliud
ſcribens Andromachus, ſic exorſus eſt. *Aliud Molochinum.* Ac poſtea ſimplicium pharma-
corum ſymmetriam, unde ipſum conficit, his uerbis ſubſcribit. Aeruginis picis raſę pondo,
picis pondo duo, mannę pondo, cerę pondo duo, reſinę pondo duo, olei pondo, aceti quantum
ſufficiat. Hoc itaque ſuperioribus ſimile eſt. Manifeſtum uerò eſt utriuſque, & æruginis, & man-
næ parem portionem, ex aceto lęuigandam eſſe: duplam horum, cerę, picis, & reſinę, hoc eſt
cuiuſque pondo duo, cum olei libra liquanda. Et ſic in lęuorem, ex aceto redactis admiſcere o-
portet, uti frequenter nobis dictum eſt, refrigerantes magis & radentes. quàm infundentes, ne
aere iam frigido encerides appellatas fieri contingat. Aliud ab hoc celebre emplaſtrum ſub-
nectit. *Viride Hecatondrachmon.* Guttę ammoniaci denarium pondo octo, ſquamę dena-
rium pondo duodecim, mannę denarium pondo octo, reſinę ſiccę denarium pondo duo-
decim,

A decim,æruginis denariorũ pondo octo, ſeui uitulini denariorũ põdo quatuordecim, reſinę terebinthinæ denariorum pondo octo, ceræ denariorũ pondo triginta,olei quartam cyathi partem, aceti quantum ſatis eſt. Hoc & magna uulnera glutinare poteſt, & ſordida ulcera purgare: vbi ceratum inter liqueſcendum adſumpſerit, carni producendæ eſt:prius q̃ uerò liquefactum ſit,craſſas ulcerum oras ſanare,& ſinus iungere,in totũ digerere & repellere poteſt, nam ex cõtrariis facultatibus miſtum eſt. Quod ſuccedit uiride nunc commemorato ſimilis & potẽtiæ, & vſus,huiuſmodi ſymmetriam obtinet. Terebinthinæ pondo minam, ſerapiadis herbæ denariorum pondo uigintiquinque,æruginis raſæ denariorum pondo decem,ſeui uitulini denariorum pondo uigintiquinque,ceræ denariorum pondo uigintiquinq;, thuris denariorum pondo duodecim, cyprinum aridis adiicitur. Ac emplaſtrum, quod ab aliis Iſis nuncupatur,ipſe citra hanc appellationem in hunc modum conſcripſit. *Viride Epigoni*. Quum autem omnes eius meminerint,nihilo minus & nunc ſimplicium in ipſo medicamentorũ ſymmetriã adducturus ſum, quoniã non nulli in eis diſſentiunt. Iubet.n.immittere æris uſti, ſalis ammoniaci, æris ſquamæ, æruginis,guttæ ammoniaci ariſtolochiæ, & thuris, ſingulorum denariorum põdo octo, hoc eſt vnciam:aloes autem,myrrhæ, chalbani, ſingulorum ſeſquiplum, hoc eſt unciã ſemiſſem, quod
B perinde eſt,ac ſi dicas oĩum uncias undecim &.s:aluminis rotundi denariorum pondo ſex. Miſcet etiã reſinæ colophoniæ denariorum pondo ducentorũ, ceræ dimidium hoc eſt centũ, olei heminæ dimidium. Quoſdã ait quartã partem miſcere, aceti quantum ſatis eſt, dracontii radicis unciæ dimidium,quod eſt denariorum pondo quatuor. In fine autem hoc adiecit, qđ in Iſidis ſcriptura non continetur, nã Epigonus id appoſuit: atque hac ratione Iſis ab Epigono differt. Iam uero poſt nuper relata addidit. Andromachus uiride Paſionis hac ſymmetria,Reſinæ colophoniæ denariorum pondo trecentorum, ceræ denariorum pondo centum quinquaginta,æruginis denariorum pondo octo, aluminis rotundi tãtundẽ, ęris ſquamę denariorum pondo duodecim,thuris denariorum pondo ſedecim, ęris combuſti denariorũ põdo octo,ſalis ammoniaci denariorum pondo octo,olei dimidium cyathi,aceti quãtum ſufficit.Hoc medicamentum,quia ſalem ammoniacum prius aſſumpſit,magis quàm ſuperiora extrahit,magisque digerit, † in aliis oĩbus cum illis conuenit. Fortius autem magisque ad̃ multa utile præſcripto poſt medium unum recenſet Andromachus, quod *Viride Alcimionis* nominauit in hac ſymmetria.

† *Codex antiquus addit,* καὶ ῥυπτικώτερον. *i. magisq; abſtergit.*

Terebinthinæ denariorum pondo ducentorũ,cerę denariorum pondo centum quinquaginta,ęris ſquamæ denariorum pondo decẽ & octo,æruginis raſæ denariorũ põdo ſedecim,alumi
C nis rotundi denariorũ põdo ſedecim,chalbani denariorũ põdo ſedecim,thuris denariũ pondo decem,ſalis ammoniaci denariũ pondo duodecim,æris cõbuſti denarium põdo ſedecim,ariſtolochiæ denariùm põdo decem, aloes Indicæ denariùm pondo duodecim,myrrhæ denariũ põdo ſedecim,guttæ ammoniaci denariùm pondo decem & octo: chalbani denariũ põdo duodecim,alii octo:olei heminæ dimidium, aceti tantundem.Aliud inde ſcribit, cui titulus *Athena*, id eſt Minerua, ſicut ipſe ad calcem refert.Porrò ſimpliciũ eius medicaminũ ſymmetria, unde cõponitur, in hunc modum habet.Ceræ denarium pondo ducentorum quinquaginta,terebinthinæ denariũ pondo ducentorum,frictæ denarium pondo centũ, ſeui uitulini denariũ põdo quinquaginta,chalbani denariùm pondo uigintiquatuor,mannæ denariũ põdo uigintiquatuor,ſalis ammoniaci denariũ põdo duodecim, æris uſti denarium pondo duodecim, aloes denariùm pondo duodecim,æris ſquamæ denarium pondo uigintiquatuor,aluminis rotundi denariũ põdo duodecim,& fiſſi denariùm pondo octo,chalcanthi denariùm pondo octo,miſyos denariũ pondo octo,opopanacis denariũ pondo octo,æruginis raſæ denariũ põdo ſex, guttæ ammoniaci denariũ pondo ſex, minii ſynopici denariũ põdo triũ,aceti heminas tres, olei heminas duas: minium initio inditur. Athena, hoc eſt Minerua, uocatur hoc emplaſtrum, utiliſſimũ multis, ut
D iudicauimus. Quomodo autem uſui erũt emplaſtra multis utilia, in ſermone de ijs futuro ſignificabitur. Ab hoc deinceps aliud uiride his uerbis conſcripſit. *Viride ex Cyprino Aphrodæ*. Ceræ denarium pondo uigintiquatuor, reſinæ aridæ denarium pondo duodecim: æruginis raſæ denariùm põdo octo, Aphrodas denarium pondo duodecim:mannæ denariũ pondo octo,cypri ni dimidium acetabuli.Contunditur aũt cum eo,& difficilibus curatu ulceribus poteſt conducere. Atque hæc cauſa eſt, cur ipſum ſcripſerit, tum q̃ paucis conſtet, tum q̃ utiliſſimum eſſe poſſit. Cum autem multa deinceps uiridia alia multiplicis miſturæ & utilitatis adducat Andromachus,uiſum mihi eſt ea relinquere,&ut ipſi uocant,Litas duntaxat percenſere. Is igit̃ ſic ad uerbum ſcribit. *Aliud Viride Lite, quo vtor*. Reſinæ pondo libras duodecim, ceræ pondo libras octo,æruginis raſæ pondo libras octo,ſeui uitulini pondo libras duas,aceti põdo librã: ego autem mannæ librã inijcio. Liquet igitur acetum cum duabus æruginis libris, & libra thuris, eſſe læuigandũ, ſicut antea præcepi, deinde liquabilia his miſcenda: dico autem ſeui libras octo* cũ ceræ octo, & reſinæ duodecim. Emplaſtrũ hoc Lite ad amuſſim foret,niſi adipem aſſumpſiſſet, & mannã:ita nanq; ærugo decima amborum ſimul portio eſſet, reſinæ uidelicet & cerę. Quòd ſi reſina dura fuerit, omnino etiã olei quid addendum putabis,uti prius expoſitum eſt. Quoniã uero ſeuum uitulinũ recepit. nec amplius exacte eſt Lite, ut qđ molliens & concoquens medi-

* *duas legitur in antiquis.* *& ita omnino legendum videtur.*

camentum

camentum acceperit: multo autē magis, ſi etiam mānam aſſumpſerit, quę cōcoquit, puriq; mo- E
uendo eſt, & carnis gignendæ quandam uim obtinent.

Communis ſermo de emplaſtris colore ſimilibus. CAP. 3.

QVò ſane medicamenta non ſecundum coloris, ſed facultatis ſimilitudinem, unà ſcribi con ueniat, manifeſtum plane eſt. Vt ergo Andromachus, ſic alij quoq; non nulli, ordine tradunt emplaſtra non ſolum uiridia, ſed etiam melina, fuſca, & candida. Quo igitur modo fiant candida, priori uolumine dictum eſt. Viridium uero compoſitionis, licet antea expoſitæ, nunc quoque mentionem faciemus.

Quomodo viridia fiant. CAP. 4.

AErugo non pauca ijs immittitur, ut & aliorū colorem uincat, & omnia in ſuum permutet. Porrò conijcere oportet eum, qui tale emplaſtrum conficit, præter æruginis quantitatem etiam colorem illorum, quæ ipſi commiſcentur: ad hæc coctionis rationē: in ijs quæ miſcentur quidem, colores pertinaces uitare, cuiuſmodi flaua, & rufa, & nigra medicamēta obtinēt. Dico autem flaua & rufa, qualia ſunt melitites, chalcitis cōbuſta, auripigmentum, ſandaracha: nigra vero, qđ genus ſunt pix, bitumen, terra ampelitis, lapis gagates. At inter coquendū non oportet æruginem ſuper ignē cocuntibus committere, uerum ubi in mortario unitas facta eſt, admi F
ſcere, ſi colore uiride medicamentū permanere deſideras: ſin autē melinum uoles emplaſtrum conficere, intelligito in coctione æruginem primū in hunc colorem perduci: poſtea in giluū, ut emplaſtrū, quod dichromon, ideſt bicolor, appellant, euadat. Etenim a coctionis tēpore paucis diebus poſt, in ſummo quidē emplaſtri fuſcus magis reddit color, in imum uero giluus currit. Qm̄ vero de ipſorum colore, quæ conueniebant, diximus, rurſus ad facultatis ſermonem reuertamur, memoria repetentes, unde primū hoc in libro exordiū ſumpſerimus. Agere autem cœpimus, ſiquid meminimus, de medicamentis carnem generantibus: quorū poteſtatis ſcopus eſt, vt mediocriter & ſine morſu detergeant, exiccētq;: at ſpeciales cōfecturæ pro diuerſa ſimpliciū pharmacorum materie differunt. Cæterū nemo ignorat ea, quæ proprie & primario ſarcotica, id eſt carnem progignentia, nominantur, aperta ulcera carne implere. hoc eſt, quę caua quidem ſunt, non tm̄ ſordes, aut inflammationem coniunctam habent, magis uero etiam nec prauorum humorum influxionem, neque carnem in cauo ulcere intemperatam: nam prædictorum aliqđ cauitati ſi immiſtū eſt, prius illud curādum. Scopi uero curationis ipſorū ſunt, ſordidis quidem detergentia pharmaca adhibere: eis uero, quę ex influxione humorū proueniunt, exiccātia, atq; repellentia id, quod influit: at ſi multum & contumax exiſtat, fluoris cauſa prius amputanda eſt. G
Conſtat autem & inflammatarum partium phlegmonen ſanandam eſſe, carnē autem intemperatam habentium, hanc ad temperiem reducendam. Porrò intemperata illa cum fiat quatuor ſane modis ſimplicibus, quatuor item compoſitis, per contrarias qualitates ſuccurretur. Sed de his & poſtea. Nunc autem de medicamentis uehementer detergentibus agemus.

De Pharmacis uehementer Aſtergentibus. CAP. 5.

QVòd hæc ex prædictorum genere ſint, quæ ob moderatam deterſionē cauis ulceribus, puris, apertis, ſine oī morſu admouebantur, antea diximus. Intenſam uero detergendi uirtutem obtinent, quæ copioſas ſordes auferunt. Quare non nulla ex prædictis uiridibus medicamentis una re ſolum, nempe æruginis copia, ab ijs, quæ ſimpliciter carnem producunt, euariāt. Quædam & aliorum uehementer detergentium miſtura, ſicuti uocatum Iſis, & Machærionis emplaſtrum, quod nos pro more uſurpamus, Oleoſum exuſu nuncupant: ubi enim ſinū carne implere proponimus, copioſiore oleo liquefacientes per cornu recti foraminis, modo clyſteris, porcinæ ueſicæ cōiūcti, ipſum infundimus. Qnin & uocatis pyulcis, hoc eſt pus trahentibus, in eo utimur: etenim horum etiā ij, quibus latius foramen eſt, ad huiuſmodi adminiſtrationem commodi ſunt. Perſpicuum autem eſt, ſinus oppletos ſordibus ex meraciore hoc medicamento H
purgari, id eſt oleo pauciore adhibito, rurſus puriores ex humectato magis olei uberioris miſtura. Itaq; ſi paruę adhuc phlegmones ſinum infeſtantis ſuſpicio quæpiam exiſtat, medicamētum ex roſaceo prorſus liquefiat: ſin à phlegmone fuerit liber, ex oleo: & ſi citra mordicationē ueteris miſturā ſuſtinuerit, illo pharmacū liquetur. Cæterū in huiuſmodi uſum non ſolum hoc, ſed Machærionis quoq; emplaſtrū, & Iſis, atq; alia faciūt, quæ maiores noſtri perſcripſere, cerato miſta, cauis ulceribus carnē inducere. Omnia nāq; hæc ſine cerati miſtura ex oleo & roſaceo liquefacta ſinibus immittunt, eo ꝙ cōſiſtētia, quæ linamēto excipitur (emmotō ſyſtaſin Græci uocant) ſinibus illini non poteſt. Pari modo & medicamentū ſiccum, quod combuſta charta conſtat, roſaceo copioſiore diluētes, ipſis infundimus. Quēadmodū uero ſinus liquidioribus pharmacis indigent, dum craſſiora imponi nequeunt, ita q̄ in ſummo caua ulcera affligunt, craſſius medicamentū deſiderant, hac uidelicet occaſione, ꝙ liquida ſtatim ab eis decidūt, & linamēta ſicca relinquuntur. Merito igitur in id genus uitijs ceratū ualide abſtergētibus admiſcemus, in ſinibus oleum, uel roſacei plurimum. Atqui hæc in eū modū abſtergentia pharmaca oīno etiā digerunt, ideoq; uehementer exiccant: ac cōmune quoddā ipſorum genus efficitur, qđ Græci polychreſtum id eſt multiplicis uſus, appellant. Accedunt huic generi emplaſtra admodū acria,

qualia

A qualia ſunt ea, q̃ di halωn id eſt ex ſalibus, nominantur: q̃ non offerẽda ſunt ubi carne quidq̃ ex plere cogitamus. Nã prẽter alia, hoc quoq; ſal eximiũ habet, ut adſtringat magis, q̃ purget: ſicca re uero nihilo minus, q̃ aphronitrum ac nitrum põt: ſed illa adſtringendi facultatem non agno ſcũt, ſicut nec Aſiæ petræ flos: atq; huius rei gratia diſcutere, & ceratis admiſta ulcerum ſordes tollere, nata ſunt: ſal propter adſtringendi poteſtatem hoc efficere non poteſt. Proinde cũ hæc in memoria habeatis, & methodum compoſitionis, uſuſq; omnium eiuſmodi medicamentorũ audiueritis, deinceps illa, quæ à clariſſimis medicis propter optimorũ medicaminũ cognitionẽ experimẽtis probata ſunt, enumerabo. Primum ſane Mantiæ, atq; eius diſcipuli Tarẽtini Hera clidis ſectatoris, permulta pharmaca, quę, ſubſequẽtibus annis per experientiã probãtes, diſtin xerunt, & præſtantiſſima eorũ ipſi duo literis mandarunt: quæ uero minus efficaciæ habere uidebantur, omiſerunt. Iure igitur & ego maiorem facio mentionẽ eorum, qui illis ſucceſſerunt. Sunt aũt inter eos, qui in medicaminum experientia rectiſſime ſe geſſiſſe uidentur, Petronius, Muſa, Heras, Andromachus, Aſclepiades, & Crito. Iam uero Archigenis, & Philippi ſtudioſi nõ

B pauca medicamenta prodidere. Quin ẽt liber unus eſt Menecratis, cui nomen inditum eſt, Inſignium pharmacorũ autocrator hologrammatos, quaſi dicas imperator integris litteris deſcri ptus. Quæ ergo pulcherrima ipſis tradita ſunt medicamina, & commendantur, quorumq; nos inter omnia relata experientiã habemus, & quibus præceptores noſtri uſi ſunt, ad hæc, ſi qđ & nobis inuentum ſit, deinceps adducam, quo ſingula genere contineantur, exponens. Nunc autem uiridibus relatis, melina protinus ſubiungam.

Melina Emplaſtra. *CAP. 6.*

QVemadmodum uiridium emplaſtrorum plurima propter æruginem præpollentem talia fiunt, præſertim quę ſunt ex ipſis coloratiora, ita quoq; Melina. Seduiridia ęruginem inco ctam habent: melina uero coctam quidem, ſed mediocriter: nam ſi amplius coquas, bicolora emplaſtra quibusdam appellata, quibuſdã gilua, efficies. Solent medici uiridia ſimpliciter meli na & ruſa nominare, quę non adeo magna uulnera glutinant, & ulceribus cicatricem obducũt, quæ mos eſt medicis appellare aperiſtata, quaſi dicas aperta. Item ex roſaceo liquefacta cauis carnem gignunt. Multiplicis uſus ſunt inter ea, quæ plura pollicentur. Quædam multa non promittũt, ſed unum mentione dignũ, uidelicet uel ulcera cacoethe bene curare, uel plus digerere, uel meliceridas, uel duritias emollire, uel huiuſmodi quid nõ cõtemnendum, nec curatu facile.

Andromachus itaq; quatuordecim melina cõſcripſit, ex quorũ numero quinq; ęruginẽ ha-

C bent, reliqua ſine hac cõfecta ſunt. Porrò ex ijs, quæ ærugine cõſtãt, unum quidem primum inter quatuordecim poſitum eſt, alterum uero quartum, poſt hoc aliud ſextum, inde ſeptimũ, & decimum. Quibus ergo nihil eximij appoſuit, omnia ſimul & conglutinant ulcera, & cicatricem inducunt. Quę ſi ex roſaceo liquefiant, carnem procreant: quin & mediocribus phlegmonis me dentur: ſicut mediocres etiã duritias emolliunt, atq; hoc faciunt euidẽtius, quæ guttam ammoniaci cotinent: his adhuc ipſis magis, quæ copioſiorem reliquorum proportione eã aſſumpſerunt. In quibuſdam uero appoſuit ipſe, tenerum, hoc eſt tenerę cuti conueniens uidelicet: & cui præfixit, epiſpaſticon & exippoticon, ideſt attrahens & eruens, innuit membrorũ doloribus, ſynanchæ, & lateris cruciatui benefacere, uel interiores abſceſſus diſcutere magis: quoddam teſtimonium his adferens, q̃ ſimplici ſermone ſcriptis, Igitur omnia ipſa deinceps ſubijciam.

Melina Andromachi. *CAP. 7.*

M*Elinum quo vtor.* Spumæ argenti denariorum pondo*centũquatuor, olei ęſtate*heminã, hyeme†tres cyathos, ʃ ceræ denariorum pondo quadragintaocto, colophoniæ denario- * Al. heminã s. †Al. heminam.
rũ põdo quadragintaocto, guttæ ammoniaci denariorum pondo uigintiquatuor: æruginis raſæ, chalbani, myrrhæ, ſingulorum denariorum pondo octo. *Aliud.* Spumæ argẽti denariorum põ-

D do centum, olei † tres cyathos, ʃ reſinæ colophoniæ denariorum põdo ſexaginta quatuor, guttę †Al. heminã. s.
ammoniaci denariorũ pondo quadraginta, ceruſſæ denariorum pondo uigintiquatuor. *Aliud.* *Aliter l.
Spumæ argenti denariorum põdo*quadraginta ceruſſæ denariorum põdo ſex, cerę tyrrhenicæ denariorũ pondo ſedecim, reſinæ pityinæ ſiccæ denariorum põdo ſedecim, guttę ammoniaci denariorum pondo duorum, olei heminam. *Aliud.* Spumæ argenti denariorum pondo centum: colophoniæ denariorum pondo ſexaginta quatuor, alij quadraginta octo: cerę denariùm pondo octoginta quatuor: chalbani, myrrhæ, æruginis, ſingulorum denariorum põdo octo: opo panacis denarium pondo ſex, olei*heminã æſtate, hyeme uero†tres cyathos. ʃ *Aliud.* Spumæ ar- *Al. heminã s. † Al. heminam
genti denariùm pondo centum, reſinæ pityinæ denarium põdo centũ, ceræ denariũ põdo duo decim, olei† tres cyathos, ʃ uini falerni heminæ dimidium. Spuma argenti ex uino læuis fit, do- † Al. heminam & s.
nec ſiccata fuerit, deinde coquitur. *Aliud.* Spumæ argenti denariùm põdo cẽtũ, olei ueteris he- † Allter duas.
minas†lxx, ceræ denariùm põdo cẽtum, æruginis ſcoleciæ denariùm põdo uigintiquinq;, chamæleontis nigri denariùm pondo duodecim ac ſemiſſem, chryſocollæ denariũ pondo quadra ginta. *Aliud.* Spumæ argenti denariùm pondo ducẽtorum, olei ueteris heminas tres, ceræ dena riorùm põdo centum ſexagintaocto, guttæ ammoniaci denariùm pondo centum, myrrhæ de- * Aliner xx.
nariorum pondo quatuor, æruginis denariùm pondo octo*, reſinæ colophonię denariorũ põ-

do

do centum uigintiocto, chalbani denariorum pondo uiginti, chamęleonis atri denariorũ põdo E
Al. viginti. octo, alij propoleos denariorũ põdo octo pro chamæleone. *Aliud.* Olei ueteris, in quo chamęleon feruefactus sit q̃ copiosissimus, sextarium: spumæ argenti pondo; ubi ebullierit, argẽti spumam inspergito, & coquito. *Aliud ad Nomas, id est Vlcera depascentia.* Sandarachæ denariorum pondo trium, aluminis sciſſi denariorũ põdo quatuor, thuris denariorum pondo quatuor, myrrhæ denariorum pondo quatuor, guttæ ammoniaci denariorũ põdo octodecim, ceræ denariorũ pondo octodecim, terebinthina denariorum pondo sex, adipis suilli denariorum põdo duũ,
* Al. centumui ginti. mellis decimam sextam heminæ portionem. *Aliud.* Spumæ argenti denariorũ pondo* centumocto: ceræ denariorũ pondo* centumocto, alibi centum inuenio: guttæ ammoniaci denariorũ
* Al. centumui ginti. pondo quinquaginta, terebinthinæ denariorum pondo quadraginta, aristolochiæ denariorũ
Al. viginti. põdo uigintiquinque, zeæ radicis denariorùm pondo octo, æruginis scoleciæ denariorũ põdo sedecim, aluminis sciſſilis denariorum pondo sedecim, olei ueteris binas heminas. *Aliud Simplex.* Spumæ argenti denariorũ pondo centum, axungiæ denariorum pondo septuaginta quinque, olei ueteris põdo denariorũ septuaginta quinque. Ad molli carne p̃ditos facit, & digerit. *Aliud Melinum emolliens, Diophantis, Aphra nominatur, attrahens, & eruens, quo articuli curantur.* Visci elaborati pondo, ceræ pondo, resinæ terebinthinæ pondo, chalbani unc. tres: F
liquefactis utitor. *Aliud Salome, ad omnem dolorem, & Anginam, synanchen cum cucurbitula, &*
*Al. vnum. *ad lateris affectum.* Spumæ argenti pondo* duo, olei ueteris uncias octo, simul coquito. *Aliud Melinum Heraclidis, interiores abscessus sine dolore discutiens.* Spumæ argenti denariorum pondo centum, cerussæ denariorum pondo cẽtum, ceræ denariorum põdo octoginta, resinę aridę denariorũ pondo sexaginta, guttæ ammoniaci denariorũ põdo quinquaginta, galbani denariorũ pondo sedecim, olei ueteris heminas duas. Vt aũt Rusticus ille familiaris Isidori, Spumæ argenti denariorum pondo quinquaginta, cerussæ denariorũ põdo quinquaginta, guttæ ammoniaci
Al. quadraginta. denariorũ pondo octo, ceræ denariorũ pondo uigintiquinque, resinæ aridæ denariorũ pondo
† *Græce est.* πλελέας τῆς ἐν θυλακίοις, *vlmi qui in folliculis. id est (vt puto) liquoris reperti in ueficis quas ferre ulmi solẽt est enim id aptũ ulceribus medicamentum.* triginta, † vlmi in sacculis ex corio reconditæ denariorũ põdo quindecim, chalbani denariorũ põdo octo, † olei tres cyathos. Inter hæc emplastra, nullius coctionẽ scripsit Andromachꝰ. Ego vero ad colorẽ ipsorum pertinere dixi, scilicet neq; æruginem crudã esse oportere, ut in uiridibus: neq; nimis coctam, sicut in ijs, quæ bicolora & gilua nominãtur: verum ubi iã cacabus ab igne auferendus propemodum est inijci ærugo debet: deinde cum mutat colorem, & Melinum redditur, medicamentum tollere iam ab igne tempus est, si iã nõ inquinet: sin minus, paululum super ignem lentissimum remorati sic tollemus, nã in admodum uehemẽti facile in gilauum de- G
generat. Cuius rei gratia quoq; duo insignia emplastra melina, alterum Menœti, alterum Serapionis, subiungam: quorum coquendi rationem plerique tradidere, & uos confecturæ eorum, quæ Andromachus scripsit, exemplum habebitis.
†Al. olei veteris heminã & s.

Menœti Melinum. CAP. 8.

SPumæ argenti pondo quatuor, olei pondo tria, terebinthinæ pellucidæ pondo duo, ceræ põdo: æruginis, thuris, chalbani pinguissimi, singulorum pondo uncias quatuor: guttæ ammoniaci pondo uncias sex. Argenti spuma ex oleo ad multam spissitudinem usq; incoquitur: deinde resina ceraq́; injicitur: cum pulchre soluta hæc fuerint, cacabus deponitur, & refrigerari bene sinitur: post illa ærugo immittitur: & ubi infra motum fuerit, denuo super ignem lenem coquitur, donec melinum colorem repræsentet: postremo chalbanum, & thus, læuia facta, ac in mortarium demissa, ubi ammoniacum ex aceto in læuorem redactum est, ut sordium imaginẽ habeat: statimq́; manibus subacta excipiuntur: & aceto modico affuso in sequentem diem usq; relinquuntur, ac tunc rursus emollita reponuntur.

Melinum Serapionis ad vulnera, & ad resoluendum, pugilibus vtilissimum. CAP. 9.

SPumę argenti denariorum pondo centum, guttæ ammoniaci denariorũ põdo uigintiocto, H
ceræ denariorũ pondo quinquaginta sex, æruginis cypriæ denariorũ pondo nouẽ, myrrhæ denarij pondo unius, colophoniæ denariorũ pondo quinquaginta sex, chalbani denariorũ põdo nouem, olei tres cyathos, æstate cyathum dimidium. Argenti spumã ac oleum coquito: cum inalterata sunt, ammoniacũ, deinde ceram: postq̃ deposueris cacabum, chalbanum, æruginem, & reliqua addito, atq; molliter incoquito. Huiusmodi coquendi modos melinorum, quæ scripsimus, emplastrorum multi me priores tradidere, iuxta quorũ similitudinem etiã alia melina coquere poteritis. Argenti spumã sane primum injicere conuenit, mox resinas & ammoniacũ, deinde chalbanũ & æruginem: postea si uel thus, uel myrrham, uel aloẽ capiat, hæc immittẽda sunt, cum medicamentũ ab igne tollitur, quippe coctionem non ferentia. Prædiximus autẽ lente coquenda esse, præsertim cũ ęrugo indita fuerit: quin & ipsam miscendam, ubi cacabũ in terrã deposueris, ac parum refrigeraueris, eiq́; magis, si uas paruũ sit, in quo coquitur, nam afferuescenti immissa ærugo, frequenter ex ipso uase diffundi medicamẽtũ cogit. Porrò in Menœti primo melino, quod ideo Pycticon idest pugillatorium, ut ita dixerim, uocat, qm̃ pugiles potissimum medicamento eo utantur, ammoniacum quoque ex aceto læue in mortario fieri posse, alijs omnibus in cacabo mistis, deinde ex ipso defusis, prius instituti sumus.

Melina

Melina Heræ Emplaſtra. CAP. 10.

A AD *Strumas Heræ*. Quæ ab Hera conſcripta ſunt, hunc in modum habent. *Melinum ad veteres Sinus, & ſi in vacua perforati ſint. Idem etiam diſcutit Strumas, quæ in pueris nuper ortæ ſunt. Facit etiam ad Artus è loco motos.* Argẽti ſpumæ chryſitidis denariũm pondo cẽtum, reſinæ pityinæ ſiccæ tantũdẽ, ceræ ponticæ denariũ pondo duodecim, & ſcrupulos duos, olei tres cyathos, uini falerni tantundẽ. Argenti ſpuma ex uino læuigatur, donec ſicceſcat: poſt una cum oleo ſic coquitur, quouſq; mutata fuerit: & tunc reſina læuis addit̃, ac cera coquit̃, donec nõ inquinet. *Menæti, coloris aurei, ad teneros, maxime Eunuchos facit. Aptum eſt Abraſis, & omni inueterato, & recenti Vlceri, itidem Combuſtis. Eſt etiam Malagma, diſcutit Phymata, Parotidas, Strumas, & omnes Duritias. Valet etiam ad Rhagadas, & ad Condylomata. Valde generoſum eſt.* Argenti ſpumæ denariorũ pondo centum, olei ueteris denariorum pondo centum, reſinæ pityinæ aridæ denariorũ pondo quinquaginta* vel centum, ceræ denariorũ pondo quinquaginta. Argenti ſpumã cum oleo coquito, donec unitas fieri inceperit: mox reſinã læuẽ indito: hac liquata, cerã, ubi bene habuerit medicamen, in mortariũ oleo prius inunctum demittito, & denuo tritum excipito. Eſt autem glutinans, nec polluit. *Hygyni Emplaſtrum ad multa boni coloris. Curat Vlcera uix cicatricem ducentia, & Paronychia. Hoc melius emplaſtrum non extat.* Argenti ſpumæ chryſitidis mi- * *Aliter &*

B nam, ceræ tantundem, chamęleonis nigri radicis denariorũ pondo trigintaſex, ęruginis raſę denariorũ põdo octodecim, chryſocollæ denariorũ põdo quadraginta, olei ueteris heminas tres. Argenti ſpuma cum oleo igne nõ acri coquitur, uſquedũ efferueſcere inceperit: deinde ęrugo inſpergitur cacabo depoſito: atq; iterũ repoſito, emplaſtrum permouetur, quouſq; propriũ colorem receperit: poſtea cera: quę ubi bene ſe habuerint, chryſocollam & chamęleonẽ aſſumũt: demiſſo iam in mortarium acetũ ſuperfunditur. Itaq; prędictis affectibus bene facit etiam chryſocolla admiſta, attamen ſine hac mitigantiſſimũ eſt, & pręcipue ad neruorum pũcturas ualet, itidem ubi à muſculis uel neruis abluere quid oportet. Horũ trium emplaſtrorum, quæ Heras conſcripſit, primum ex uino & confectionem, & titulũ habet: multiq; noſtri tam pręceptores, q̃ amici eo ſine ęrugine uidelicet p̃parato utuntur, ſcripto autem ab Andromacho, & fere oĩbus, qui uaria emplaſtra cõpoſuerunt. Proinde non pauci illorũ incurioſe ipſum cõficiẽtes, contemptum emplaſtro pariunt. Optimum uero eſt, ſi, uti tradidimus, ex uino falerno cõficiatur, cuius penuria giluum uetus, tenue ſubſtantia, quatenus poteſt giluum hoc eſſe, immiſcebimus: nã cãdida hoc peculiariter habent, ut pelluceant. Porrò p̃ſtantiſſima apud nos ſunt in Aſia tria, Tmo-

C lite uocatum, Lesbium, ac celebratiſſimum apud ueteres Ariuſium, in Chio proueniẽs quo omnes ad optima medicamenta, pręſertim antidotos, ſicut nũc Falerno, utebãtur. Huiuſmodi igitur uinum ſi in argenti ſpumã ſub caniculæ, æſtu, uel Sole alioqui calido, mittamus, deinde teramus: uel ſine Sole etiam diu teramus, ut humor reſicceſcat, ipſaq; argenti ſpuma relinquatur, uel oĩno madoris expers & ſicca, uel prope fiat: medicamentum optimum euadit. Vnus ſane ex præceptoribus meis, poſtq̃ in uino falerno tritã exiccaſſet hoc modo ipſam præparabat: Oleũ alio, uinum itẽ alio uaſe calefaciẽs, paulatim argẽti ſpumã ſuperfundebat interim uino in quo læuigatæ, probeq; permiſtæ oleum adijciebat: interdum ab oleo auſpicatus, ad uinum trãſibat. Alternis autem uicibus hoc ſæpius agendo utrunq; conſumebat, & ſic ex mortario in cacabum dimittens, pityinam reſinam, quam proprie phyſema Græci uocãt, læuem ad amuſſim factam addebat, mox ceram: & ſenſim, quoad non inficeret, decoquebat. Vtebaẽ eo & ad ſinus diuturnos, illinens prius ſanguine columbæ non domeſticæ, ſed ex eis, quæ in turribus nidũ collocãt, quas apud nos in agris extruunt: (boſcadas quidã nominant) nõ nulli has agreſtes uocant. Pari modo magnis uulneribus, recentibus, huiuſmodi ſanguine colũbino illinens, medicamẽtum imponebat, non mediocri eius cõfidentia. Vini autem ſeſquiheminam indebat, non ut Heras, &

D Andromachus, ſemiſſem tantum: atq; huius occaſione medicamen longe melius factũ eſt. Cæterum ubi ipſum uoles boni odoris efficere, opopanacis ſemũciam, quod eſt denarios quatuor, miſcebis. Coloris gratia ceram candidam ponticam adiicies. Hoc medicamentum ulcera uel ad uſq; cicatricem probe perducit.

Critonia Melina medicamenta. CAP. 11.

QVæ Crito melina ſcripſit. Buxea nominat. *Buxeum ad recentia uulnera. Idem Cicatricem obducit & extrahit.* Spumæ argenti pondo quatuor, cerę pondo totidem, terebinthinę põdo uncias octo, æruginis tantundem, olei ueteris ſextarios duos, aceti ſextarij dimidium: Spumam argenteam, oleum, æruginem, acetum, una ſuper ignem lentum incoquito: ubi uero coitura ſunt, reſina ceraque adiungatur: & in unum redactis, ad recentia uulnera potiſſimum utitor. Scripſit & aliud ante hoc Crito, quod Buxeum uocat, ſimplex quidem quantum ad miſtorum numerum pertinet, magnum uero pollicitis. Scripſit igitur de ipſo ad uerbum hoc modo. *Emplaſtrum ex Chamæleonte, eadem faciens, quæ Tyria Cicatricem ulceribus difficillimis, calloſis, & inueteratis, maxime inducit. medetur etiam Rhagadijs digitorum, Condylomatis, & duritijs.* Spumę argenteæ pondo minam, ceræ pondo minas ſex, æruginis pondo minas quatuor, chamęleontis pondo minas octo, olei pondo minam. Oleo ſpumam argenteã coquito rudicula mouẽs, do-

nec

nec conſiſtat,& fiat melinum:poſt hoc æruginẽ inſpergito, inde ceram adijcito. Porrò ubi diligẽter liquata ab igne tuleris, chamęleõtem indito: cum unitas facta eſt, in mortariũ demittito, vbi ſubacta,excipito. Iam uero & alia quædam emplaſtra Crito tradidit in quarto medicamentorum uolumine, Buxea quidem,ut ipſe nũcupat:Melina uero,ut alij:atttamen nõ nulla ex ijs citra æruginem componuntur:non nulla æruginem quidem aſſumunt, ſed in alio pharmacorum genere pro facultatis ſeu uirium ſimilitudine dicẽtur, in Epuloticis, Epulotica: in ijs quę ſuccis conſtant, ex ſuccis compoſita: in mollientibus, illa quæ mollire nata ſunt: quemadmodum & Mnaſæi emplaſtrum multifariam ab eo in hoc opere conficitur. Nunc igitur ad glutinantia ire iam tempus eſt, colore inuicem & amelinis, differentia.

De Giluis emplaſtris,quæ & Dichroma,id eſt bicolora,dicuntur. CAP. 12.

QVædam ex eadem materia conſtant, qua æruginem habentia melina,ſicut prius quoq; diximus, hoc ſolo differentia,ꝙ diutius coquantur: omnia ſiquidem propter crudam æruginem uiridia,fiunt melina:ubi mediocriter ipſa cocta fuerit:gilua,ubi liberalius. Manifeſtum igitur,melina,giluaque oleum copioſius quàm uiridia neceſſario habere, etſi reliqua omnia eadẽ recipiant. Atque huius gratia primum ſpuma argenti cacabo inijcienda eſt, in quo tantiſper coquetur,dum ſordium craſſitudinem conſequatur: mox ærugo, deinde ſi metallicum aliquod ceu æs combuſtum,eiusque ſquama, immittatur. Ac quando ſpiſſitudinem acceperint, tunc ceram & reſinam, ſi hæc etiam medicamentum recipiat, indere conueniet: poſtremo thus, myrrham,aloen,aliaque id genus:ſicut celeberrimum giluum,quod ex dictamno uocatur, Sacrum & ipſum appellatum, uelut Iſis, quoniam aiunt ea ex ſacris Aegypti locis eſſe allata. Vsũ igitur hoc præſtat multiplicem,proinde in ſequenti ſermone ſimul cum ijs,quæ ad plura ualẽt,paulo poſt deſcribetur. In præſentia de aliis giluis,tum oĩno ſimplicibus,tum iis, quæ inter hæc & polychreſta,id eſt multipliciter utilia, conſiſtunt, uerba facturi ſumus. Vt igitur uiridia emplaſtra ſimplicia ex cera,reſina,oleo,& ærugine, conficiebantur iuxta dictam illic ſymmetriam, ſic gilua ex argenti ſpuma & oleo copioſiore, quàm in uiridibus, ſumpto componuntur. Itaque ſi emplaſtrum largius uoles coquere, augeasq; oleum, medicamen habiturus es, quod magis ficcet,ideoque uulnerũ cruentorum glutinantius: ſin autem mediocriter, tantam olei menſuram, quantum argenti ſpumæ pondus eſſe ſufficit:libram enim olei menſuralem Romanorum in argenti ſpumæ libram ponderalem iniiciemus. Iam ſi pharmacum plenius incoquere placet,non ſolum unam libram & s.ſed etiam duas & plures immittemus. Porrò inter hæc gilua emplaſtra ſic præparata plus ſiccant, quæ nec reſinã, nec ceram omnino habent,ſed ex ſolis,ut uocant,metallicis conficiuntur: quemadmodum alii quoque nonnulli ex prioribus alia ſcripſerunt. Cęterum quo ego ſemper mea induſtria compoſito utor, in hunc modum coquitur. *Giluum ex Metallicis.* Argenti ſpumę cũ oleo prius coctę metallica ex aceto lęuigata immitto, & ſic coquo, donec non inficiat. Addo his olei libras quatuor, hoc autem quanto uetuſtius, tãto erit melius, magisq; ſi id fuerit ſabinum: argenteæ ſpumę libras tres, aceti quàm acerrimi libras duas: horum trium metallicorum, ſquamæ æris nigri,æruginis,chalcitidis, ſingulorum æquale pondus, nimirum uncias duas,hoc eſt denariorum pondo ſedecim. At cum uetus oleum exiſtit,craſſumque ex uetuſtate,quatuor libras & s.immittito. Nos & quinque interim, idque per hyemem indidimus, non ignari hyeme plus olei,quàm per æſtatem, immiſcendum. At argenti ſpumam prius uidelicet coques,donec ſordium craſſitudinem recipiat. Quòd ſi & oleum cicinũ habeas, id pro uetere uſurpato. Medicamentum hoc cruenta uulnera facile glutinat, magisque in duris corporibus,quàm mollibus,cuiuſmodi ſunt mulierũ,puerorũ, & eunuchorum: dilutum quoq; ex oleo cicino uel ueteri, ac linteo exceptum, impoſitumque,mirum eſt, q̃ ulcera curatu difficillima concoquat,quæ pus nequaquam faciunt. Ad hæc ſinus conglutinat,& fiſtulas adſtringit exiccat,& prorſus claudit. Atq; ubi iã ipſum hæc pulchre uelis efficere, metallica pluribus diebus aceto longe acerrimo conterito,ac potius in Sole: pari modo argenti ſpumã tritam exiccatamque, & oleo poſtea miſtã,eo quo dixi modo incoquito. Attamen ad ulcera,quibus cicatrix difficulter induci poteſt, metallica ſic elaborari, & argenti ſpumã ita conterere, non eſt neceſſum:etenim ſine his quoque, epuloticoteron,quaſi dicas cicatrici ducendæ prõptius, illud euadit. Adiiciatur autẽ tunc ei diphrygis,& chryſocollæ,ſingulorum uncia. At hæc non ſimul cum ſquama & ærugine committuntur, uti nec ubi iam coctum medicamentum fuerit omnino, ſed eo,quod intercedit,tempore. Tantam enim huiuſmodi pharmaca coctionem requirunt, ut exacte cum prioribus in unum coeant:quod me diocri interuallo accidit, neque multo ante, nec paulo minus,quàm cacabus ab igne tollatur. Solum itaque hoc emplaſtrum fiſtulas, ſinus,& magna uulnera,glutinare poteſt,Iuuat ipſum ſpongia recens,non dura,ueteri uino reſperſa. De ligatura in ſinibus ab imo fiat, ligamento ad orificium perueniente, ſicut in ſermone de fiſtulis clarius oſtendetur.

De Iis, quæ Cicatricem obducunt. CAP. 13.

EMplaſtra cicatricem inducentia,ſiue ſynulotica,ſiue epulotica, nominare uelis,ſicut etiam alia medicamenta epipaſta,id eſt quæ inſperguntur,& quę lina mentorum uſu apponuntu nihil

A nihil ut ad curationes eorum, differentiæ adfert, ſi qualis quodq; facultatis medicamẽtũ huiuſmodi eſſe debeat memineris: quã ſimul cũ reliquis oĩbus in therapeutices Methodi libris expli cauimus. Quãto enim glutinantia ſarcoticis, id eſt carnẽ generãtibus, ſiccare magis oſtẽſa sũt, tanto glutinantibus epulotica: nam ipſorum beneficio carnem cauis ulceribus generatam cutẽ reddere ſtatuimus: ob quod etiam tale pharmacorum genus, ſiue illinendum, ſiue inſpergẽdum ſit, adſtringere oportet. Hic autem illorum duntaxat emplaſtrorũ mentionẽ facere cogitamus, ſiquidem ea, quę linamentis excepta imponunt pharmaca, ex his, roſaceo uel myrteo liquatis, fiunt. Atq; myrteum roſaceo hoc magis conducit, quo uehementius adſtringit. At ſi neutrũ habeas, ex cyprino, lẽtiſcino, & melino, liquãda ſunt: ſi his quoq; careas, ex omphacino, uel eo, qđ ab Hiſpania portatur, Hiſpanũ nominãt: ubi nec huius copia adſit, teneros oliuarũ ſurculos contuſos alij cuipiam vulgari oleo admiſcebis: q; ſi hos etiam deſideret, præſtat oleo uetere liquefacere, hinc enim medicamentũ ſiccandi uirtute augebis. Proinde pleriq; medicorũ a pharmacis, quæ optimi quiq; medici longi tẽporis experientia ſatis ꝓbarunt, eoq; nobilia reddiderunt, hac ratione ſolũ abſtinent, ut ipſi melius quippiã præter maiores habere uideantur. Attamen ſciendum eſt, his ipſis celebribus medicamentis, quæ ab oĩbus laudantur, haud facile alio-
B rum ullũ reperiri, quod ſit præſtãtius. Ab antiquo igitur laudata ſunt, tum quod ex cadmia, tum quod ex ladano inſcribitur, ad cicatricẽ ducendam utrunq; eſſe præſtantiſſimũ. Quãquã apud omnes miſturæ ſimplicium pharmacorum ſymmetriam eandem non ſit inuenire. Quapropter viſum mihi eſt eas, quæ cuiq; Scriptori placent, deſcribere, auſpicãti a proditis ab Aſclepiade in terito de Exterioribus commentario, quæ Marcellas inſcribit.

De Epuloticis emplaſtris Aſclepiades ſic memoriæ prodidit. CAP. 14.

POſteaquam ulcera particularia ſine alia diſpoſitione ad cicatricẽ iam tendunt, utẽdũ eſt ijs compoſitionibus, quæ infra ſcribuntur. *Emplaſtrum ex Cadmia, ad Cicatricem ducendam. Hoc Lucius Cathegetes, id eſt præceptor, uſus eſt.* Cadmiæ uſtæ & ex uino præparatæ, calcitidis toſtæ, ſin gulorum denariorum pondo ſedecim: ceræ denariorum pondo octoginta, picis colophoniacę põdo uncias octo, uini Italici qđ ſatis eſt. Chalcitis & cadmia ex uino terantur, ut humidi cerati ſpiſſitudinem habeant: ceram & reſinã perfectam in uas fictile immittito, atq; his ſolei myrtei pondo librã adijcito: deinde carbonibus ſuperponito, mouens ſine requie: cũ ſoluta fuerint ab igne tollito: ubi refrixerint, radito, læuigatisq; indito, ac miſta excipito. In uſu oleo myrteo ſubigito: temperatura diſpoſitioni reſpondeat. *Aliud ex Cadmia.* Cadmiæ toſtæ, chalcitidis to-
C ſtæ, diphrygis: ſingulorũ denariorũ põdo ſedecim: ceræ, reſinæ fricte, olei myrtei, ſingulorũ pon do ſelibrã: uini Italici quantum ſatis eſt. Præpara quomodo dictũ eſt: ac utitor nunc diluto, nũc mero pharmaco. *Aliud.* Argenti ſpumæ, ceruſſæ, cadmiæ, diphrygis, reſinæ, ſingulorũ denariorum pondo octo: chalcitidis denariorum põdo duorũ, ceræ denariorũ põdo octo, myrtei olei quod ſufficit, uini aminæi quod ſatis eſt. *Aliud Euphranoris.* Diphrygis, miſyos toſti, ſingulorum denariorum pondo octo: chalcitidis toſtæ, molybdænæ, ſingulorũ denariorũ pondo duorum: cadmiæ denarij põdo unius, cerę denariorũ põdo ſex, colophonię põdo uncias tres, myrtei libras tres, uini Italici quod ſatis eſt. *Aliud ex Ladano accommodatum medicamentum, non ſolum Cicatricem ducens, ſed etiã Callos excindens, & male curata inſtaurans.* Chalcitidis, argenti ſpumę, ladani, ſingulorum denariorum pondo uigintiquatuor: bituminis denariorùm põdo octo, cerę denariorũ pondo ſeptuagintaduum: myrtei heminam, alii drachmas decem & octo: uini heminam. Præparato in modum prędictum, cum res exigit, & ſplenio, & diluto utitor. *Aliud.*
Argenti ſpumę denariorum pondo centum, picis denariorũ põdo quinquaginta, ladani dena riorum pondo uigintiquinque: ęruginis raſę, ęris conbuſti, ſingulorũ denariorùm pondo octo: olei myrtei libras duas, ęris ſquamę denariorùm pondo quatuor: conficito ac utitor. *Aliud*
D *quod Pyricauton dicitur, ex Attallicis virtutibus medicamentum accommodatum.* Olei heminam: alu minis ſciſſi, mãnæ thuris, argenti ſpumæ, chalbani, ſingulorũ denarii põdo unius: ceræ denariorum pondo uigintiquatuor, anchuſæ denariorũ pondo octo: medullę ceruinæ, adipis ſuillæ, ęruginis, ceruſſę, ſingulorum denariorũ pondo duum: ouorum trium lutea. Quæ liquari poſſunt, ſiccis immiſcentur. Hoc pharmaco alias diluto, aliàs mero utitor. *Aliud medicamentum accommodatum. Facit ad vetera, ac ſanatu difficilia.* Ceruſſæ, argenti ſpumæ, aluminis fiſſi, mannæ, chalbani, thuris, medullæ ceruinę, & uitulinæ, ſingulorum denariùm põdo quatuor: ceræ, anchuſæ, ouorum luteorum, ſingulorum denariorũ pondo octo: olei heminas quatuor. Medullas diligẽter tundito, & liquato cum iis, q̃ liquefieri poſſunt, mouens anchuſa, ex qua poſſint ea colorari: deinde ab igne ſublata, & in aliud uas conięcta, refrigerari ſinito: derafa ſiccis immiſceto, dein de in uſum excipito. *Candidum, quod Magnum dicitur, medicamentum accommodatum. Valet & ad Diuturna vulnera, & quæ vix cicatricem recipiunt, item Scabioſos affectus. Benefacit & ſedis vitijs ro ſaceo dilutum*†. Argẽti ſpumæ denariũ põdo centũ, ceræ denariùm põdo quinquaginta, ceruſſæ denariũ põdo centũ, terebinthinæ denariorũ põdo uigintiquinq;, thuris denariorũ põdo uigin tiquinque, & aluminis fiſſi denariorũ pondo duodecim, olei heminas duas. Cõponito ſimili mo do: & utitor interim emplaſtro, interim diluto medicamine. *Aliud, cui nomen eſt Pamphilion, ad idem*

† *Additur in antiquis ἢ μυρσίνῳ ideſt aut myrtino.*

ad idem. Insuper sinus conglutinat, & fistulis callum exterit. Valet ad vlcerum fluxiones, tum ad diu- E
turna, & Dysepulota, Scabiemq; sanat, tollit fugillata, benefacit caput dolentibus, & oculorum Epipho-
ris fronti impositum, nec minus sedi conuenit dilutum rosaceo, uel myrteo. Cæterum in hunc modum componitur. Argenti spumæ denariũ pondo centũ, ceræ denariùm pondo quinquaginta, terebinthinæ denariũ pondo uigintiquinque, thuris denariũ põdo uigintiquinque, ceruſſæ denariũ pondo centum, aluminis fiſſi denariũ pondo ſedecim, piperis albi denariũ põdo trium, olei ueteris heminas duas. * Liquato, ut dictũ eſt, nũc diluto medicamine, nũc emplaſtri modo utẽs. Nã in capitis manantibus ulceribus, quæ achores Græcis dicũtur, & oculorũ aſperitatibus, uel in ijs, quas epinyctidas uocant, uel ani uitijs, dilutũ pharmacũ myrteo, uel lentiſcino illinitur. *Aliud Telamonis Pharmacum accommodatum. Facit & ad Carbunculos, ſinus exiccat immiſſum uel inſtillatum. Ad hæc cicatricem probe inducit.* Pithyinæ, ceræ, calcis uiuæ, argẽti ſpumę, ſingulorũ denarium pondo quinquaginta: ceruſſæ denariũ põdo uigintiquinque, olei tres cyathos. Argenti ſpumã oleũque, dũ in unũ coeant, incoquito, mox ceram, inde reſinam. Porrò calci & ceruſſæ in lęuorem redactis liquabilia indito. Dum uteris, oleo cineri calido ſuperpoſito, medicamẽ cõfringẽdo iniicito: ubi incaluerit, mortario ſuperfundito, & diligẽter ſubigito, donec ſordiũ ſpiſſitudo fiat. Ab igne depoſito utitor tanq; maximo pharmaco, alias pennis illinens, alias inſtillãs. Cæte F
rũ carbunculis uocatis linteolo illitũ adhibeto. *Aliud Moſchionis, celebre ad quælibet à Callo uindicanda, & cicatrice obducenda. Idem & ſedi prodeſt inſigniter.* Argenti ſpumæ, ceruſſæ, calcis uiuæ, ſingulorum denariũ pondo octo: medullæ ceruinæ, ceræ, utriuſq; denariũ pondo ſedecim, olei myrtei quantum ſatis eſt. Quæ liquari poſſunt, aridis immiſcẽtur, & mollita curioſe in paſtillos digeruntur. Cum uti uoles, prius aqua uel lacte diluetur quantum habet, ut ſordium craſſitudinẽ habeat: deinde roſacei quod ſufficit, immittitur, uel myrtei: contuſum diligenter in plumbeam pyxidem reponitur: uſui eſt, quemadmodum prædiximus.

Epulotica Andromachi. CAP. 15.

CAdmiæ pondo libram, chalcitidis uſtæ pondo librã, ceræ, pondo libram, reſinæ aridæ pondo libras tres, myrtei pondo libras tres: uinum ſiccis immiſcetur. *Aliud ex Ladano.* Argenti ſpumæ denariũ pondo quadraginta, ladani denariorum pondo triginta duum, chalcãthi denariùm pondo octo, aluminis ſciſſilis denariũ pondo duodecim, ceræ denariũ pondo centũ, ſquamæ denariũ pondo octo, bituminis denariorum pondo triginta duum, myrtei quartam heminæ partem: uinum falernum ſiccis adiicitur. *Aliter, vt Alcimion, quod præparauit.* Ladani G
denariũ pondo octo, hyſſopi denariũ pondo quatuor, propoleos denariũ pondo octo, bituminis denariũ pondo octo, argenti ſpumæ denariũ pondo quatuor, æris ſquamæ denariùm pondo quatuor, miſyos crudi denariũ pondo quatuor, ceræ denariùm pondo uigintiquatuor, myrtei octauam minæ portionem. *Aliud ex Hordeis.* Ceruſſæ denariùm pondo quinquaginta, argenti ſpumæ denariùm pondo quinquaginta, hordei combuſti non triti ſextarium, cęrę denariùm pondo quinquaginta, olei ſextarium: poſtremum hordeũ adiicitur. *Aliud ad ducendam cicatricem.* Cadmiæ põdo uncias duas: chalcitidis, ceræ, terebinthinę, ſingulorũ põdo uncias quatuor: hyſſopi pondo unciã, myrti põdo uncias quatuor, chalcanthi põdo uncias quatuor: uinũ ſiccis affunditur. *Aliud ad idem.* Reſinæ aridæ denariùm pondo xviij, diphrygis denarium pondo quatuor, argenti ſpumæ denariũ pondo ſedecim, ceræ denariũ pondo decem; olei heminas quatuor. Poſt hęc Andromachus alia emplaſtra ſex percenſuit cicatricem ęgre ducentibus accommoda, quę ſane hic nunc adſcribere uiſum non eſt: dicentur enim ſimul cũ illis, quæ ulcera curatu difficilia ſanant, in quarto huius operis uolumine. Cum autem Andromachus ibidẽ ante prædicta modo epulotica alia quædam tradiderit, non præponẽs, qđ apertis ulceribus cicatricem inducerent, præſertim in pueris, mulieribus, & eunuchis, ſummatim in oĩbus qui teneram habent carnẽ, * ſtatui hęc quoq; huc adiicere. Titulum ipſis a colore Andromachus indi- H
dit, ut qui de iis hunc in modum ad uerbum ſcripſerit. *Candida Andromachi Epulotica. Album quo vtor.* Argenti ſpumę pondo minam, ceruſſæ tantundem: ceræ, reſinæ, ſingulorum quatuor: olei heminas tres, aquæ heminam. *Aliud.* Argenti ſpumę denariùm pondo centum ſexaginta, ceruſſæ denariũ pondo ducentorum, drachmas quinquaginta, terebinthinæ denariũ pondo uigintiquatuor, olei ueteris heminæ dimidium, aquæ cyathos ſex. *Aliud.* Argenti ſpumæ denariũ pondo centum: ceruſſæ, ceræ, ſingulorum denariũ pondo quinquaginta: terebinthinæ denariorũ pondo uigintiquinque, aluminis fiſſi denariũ pondo ſex, piperis albi denariùm põdo trium, orcheos herbæ denariorũ pondo octo, olei ueteris cyathos duos, † aliter denariorũ põdo duũ, aquæ heminas duas. *Aliud.* Argenti ſpumę denariũ pondo uigintiquinque, ceræ denariorùm, pondo quinquaginta ſeptem, adipis ſuilli denariũ pondo triginta ſeptem, myrrhæ denariorùm pondo duum: ouorum coctorum uitellos quatuor, alii crudorum. *Medicamen Arete ideſt virtus, appellatum.* Strigmenti puri heminas duodecim, argenti ſpumæ pondo minas tres: ſquamę denariorum pondo ſex, alii denariorùm pondo ſedecim: reſinæ colophoniæ pondo minas ſex, alii denariùm pondo quinquaginta: cerę pondo minam, quidam minas quadraginta quinque: marinę aquę heminas tres.

Andromachi

* *Al. συντίθει, i. componito.*

* *Al. βέλτιον ἔδοξέμοι, i. melius mihi visũ eſt.*

† *Codex antiquiſſimus addit, ξηροῦ drach. ij, mannæ drac. xxv. Aliud. Argenti ſpumæ drac. lxx, ceruſſæ drach. cẽtum, ceræ drachm. quinquaginta, olei cyathos ij.*

A *Andromachi Panacea, i. Vniuerſale remedium.*

Argenti ſpumę denarium pondo centum quinquaginta, cerę * denarium pondo quadragin ✲
ta, terebinthinę denarium pondo quinquagintatrium, † manę ueteris heminas duas, ſtrigmen † *Sunt, qui le-*
ti heminas ſex, ſquamę denariùm pondo ſedecim, ricini heminas duas, ceruſſę denariũ pondo *gendum putẽt,*
octoginta, guttę ammoniaci denariùm põdo uigintiquatuor, ſeui uitulini denarium põdo octo *uini ueteris, cũ*
ginta, calcis uiuę denariũ uigintiquatuor, ariſtolochię denariũ põdo uigintiquinque. Coquito *apud auctores*
ut didiciſti. *Candidum Telephanis.* Argenti ſpumę denariùm põdo octoginta, ceruſſę denariũ põ *marinæ uete-*
do centum uiginti, myrrhę denariũ pondo triũ obolos duos, ſagapeni denariũ põdo quinque, *ris nuſquã mẽ-*
thuris denariũ põdo ſex obolos quatuor, olei heminas duas & s. Omnia ſimul incoquito. *Aliud,* *tionẽ fieri dicãt*
Ceræ candidæ pondo libram, myrrhæ pondo unciam, thuris tantundẽ, medullæ ceruinæ põdo
vncias duas, adipis hyenæ pondo uncias duas, coaguli cerui, uel hœdi põdo vnc. duas, nitri põ
do vnc. duas, chalbani pondo vnciam, guttæ ammoniaci pondo vncias quatuor, argenti ſpumę
libram s, ceruſſæ denariũ pondo ſex, olei ueteris heminam s, marinæ aquę tres cyathos. Cauniа-
ce dicitur. *Aliud.* Argenti ſpumę denariùm pondo ducentorum, cerę denariùm pondo quin-
quaginta duùm olei heminas tres, ceruſſæ denariùm pondo octoginta, terebinthinę denariũ põ
B do triginta duũ, buccinorum cineris denariùm pondo decem, thuris denariùm pondo nouẽde-
cim, aquæ ſextarium. *Aliud.* Adipis ſuilli recentis denariùm pondo octogintaocto, ceræ cãdidæ
denariùm pondo quadragintaocto, ceruſſæ denariũ pondo duodecim, argenti ſpumæ denariũ
pondo duodecim. Facit ad herpetas, carbũculos, cõdylomata, rhagadas: phlegmonen prorſus
arcet, ut Heras Cappadox meminit. In hoc igitur rectè fecit, qđ non ſimpliciter cerę ſcripſerit,
ſed candidæ adiecerit: nam ſic fieri poſſit uti vult, colore candidum. Poſt hęc autẽ aliud comme
morans, neque cerę, neque uini candorem appoſuit, ſed nos adiungere oportet, ſi emplaſtrũ cã
didum reddere ſtatuimus. Porrò compoſitio eius his uerbis ab ipſo Andromacho tradita eſt.
Aliud ex Vino, Publij. Cadmiæ pondo libram vncias nouem, argenti ſpumæ pondo libras duas,
ceruſſę tantundẽ, uini græci ſextarios duos, roſacei pondo libras quinque, cerę põdo libras tres,
oua cruda numero duodecim, thuris pondo uncias tres. Hęc incoquito. Candidorum empla-
ſtrorum coquendi rationes in priori commentario percenſui: ſimulque methodum non coquẽ
di modo, ſed etiam eorum compoſitionis, oſtẽdi. Et fortaſſe nihil amplius eiuſmodi emplaſtro-
rum doctrinę adiiciendum reſtat: ſed quia hic liber non ſolum de carnem generantibus empla
ſtris, quę quidem ut plurimum uiridia ſunt, uerum etiam de glutinantium, & epuloticorum om
C nium ratione egit, quę ulcera malignitate carentia cicatricę obducunt, quoniamque melina, ac
gilua percurri, ideo candida quoque emplaſtra, quorum in illo libro mentionẽ nullã fecimus,
in hoc producere uiſum eſt. Cęterum ut nihil preſenti commentario deſit, non pigebit adijcere
emplaſtra, quę ab ipſis cephalica & catagmatica, id eſt capiti fracturisq; medentia, nominãtur:
& magna vulnera, ſinusque glutinant: cum uero diluta fuerint, linamentis excipiuntur, & fiunt
ſarcotica, id eſt carnem propignentia.

De Catagmaticis, & Cephalicis, i. ad fracturas, & caput accommodatis emplaſtris. CAP. 16.

QVi plurima ac optima pharmaca prodiderunt, antea omnes nominatim citauimus, genus
quoddam emplaſtrorum cephalicum, & catagmaticum uocant, à caluarię fracturis potiſſi
mum nomen eis imponentes. Sunt autem talia abſtergendi, digerendi, & ſiccandi, poteſtate prę
dita. Pleriq; paululum ex adſtringentibus pharmacis eis admiſcuerunt, idque duplicis uſus gra-
tia, ſicut diximus, nempe ut id, quod affectis partibus influit, repelleretur, & abſtergẽtiũ faculta
tem in profundum uſque deduceret. Porrò docuimus nos antea, niſi adſtringẽtia elaborent tri-
tura, quoaduſque in puluerem redigãtur, noxã magis quàm preſidium eſſe allatura iis, quę tra-
hendi uim obtinent. At optimè elaborari oſtendimus ea, ſi ex aceto acri lęuia fiant. Itaq; huiuſ-
D modi pharmacorum ſeriem ab iis, quę aſclepiades tradidit, iam auſpicabimur.

De emplaſtris ad fracturas idoneis ab Aſclepiade traditis. CAP. 17.

PRimum in tertio Exteriorum medicamentorum his uerbis perſcripſit. *Nigrum Ariſton, id eſt optimum, Catagmaticum.* Hoc pharmaco uſus ſum in fracturis oſſiũ multorum, ita ut eorũ
plura mouerentur, ac innatarent, omnesque hortarentur innatantia illa oſſa auferri. At hoc Ari
ſtum id fecit, quod pręter omnium opinionem eſt uiſum: nam fluitãtia, & ab alijs oſſibus ſepara-
ta, ita copulauit, ut alijs continuauerit. Hęc recipit, Argenti ſpumæ, bituminis, ſingulorum de-
nariùm põdo ducentorũ: picis aridę, ceræ, ſingulorum denariùm pondo centum: reſinæ terebin
thinæ, denarium põdo quinquaginta: aluminis ſciſſilis, propoleos, ſingulorum denarium põdo
triginta: guttæ ammoniaci denariũ põdo uigintiquatuor, ęruginis denariũ pondo decẽ, olei ſex
tarios quatuor: præparato, ut prædictum eſt. Alia præpoſito generi ſimilia in eodem libro Aſcle
piades conſcripſit in hæc uerba. *Aliud Pithionis ad fracturas, quo Helenus uſus eſt. Valet etiam ad*
vulnera ex ictu. Cum exhibebis, ſpongia calida madefacta ſplenium relaxare oportet, nam medicamen-
tum valide glutinat. Benefacit, idem ad Strumas, & fiſtulas. In ſinibus autem, & fiſtulis ſplenium excin-
dere conuenit, hoc eſt in orificio, ut humor, qui excernitur locum habeat: item ſimul cum medicamento la-
uandum eſt. Præparatur hoc pacto. Bituminis iudaici pondo libras quinque uncias quatuor, pi-

cis brutiæ ſiccæ pares portiones, reſinæ frictæ pondo libras octo, ceræ põdo libras quatuor, thu E
ris libras quatuor, ſquamæ rubræ pondo librã, vncias quatuor, olei per æſtatem pondo libram,
hyeme pondo libram, & ſemiſſem aceti heminam: Quę liquari poſſunt, liquefacito, thus & ſqua
mam ex aceto trita reliquis admiſceto, attendens ne ebulliant, mouensque in mortariũ demitti
to: contaſa & ſubacta excipito, ac utitor. In alio exemplari ſquamæ rubræ pondo libram dimi-
diam offendi. Liquet autem efficacius eſſe, quod copioſiorem ſquamam receperit. *Moſchionis*
pharmacum, ad fracturas, recentia vulnera, & neruos præciſos confectũ: item ad diuiſa cũ contuſione.
Benefacit etiam fracturis cum vulnere: etenim vulneribus ſuccurrit, & oſſa, cum deligatura conuenien
ti impoſitum, ad callum perducit. Nec minus incipientibus hydropicis, & teſtium contuſionibus prodeſt,
eminentias circa anum reprimit, & Rhagadas butyro dilutum ſanat, & faucium tumores, quos Græci
bronchocellas appellant. Diſſoluit omnem duritiam. Inſuper ualet ad luxatum & peruerſum articulamẽ
tum: itidem ad Calloſos exceſſus in manibus, pedibusque, quos clauos appellamus, ita ualet, ut ſine exulce
ratione auferat. In ſumma pharmacum eſt longe vtiliſſimum. Hoc modo conficitur. Argenti ſpumæ
pondo minam (mina uero in hoc pharmaco habet denarios cẽtum ſexaginta) picis denariũ põ
do centum ſexaginta, ſeui uitulini denariũ põdo centũ ſexaginta, reſinæ terebinthinæ denariũ
pondo octoginta, mannæ thuris denariũ pondo octoginta, cerę denariùm pondo quadraginta, F
æruginis denariũ pondo octo, opopanacis denarium pondo octo, chalbani denariũ põdo octo,
olei cicini heminam, aceti tantũdem, liquoris ſycamini heminã, picis liquidæ heminæ dimidiũ.
Argenti ſpuma læuiſſima, & cicinum oleum in uas fictile, æreumue iniecta, & ſuper ignem poſita
incoquuntur: poſtea quam ebullierint, ſeuum & manna thuris adduntur, mouenturq́, continue:
cum coiuerint, pix, cera, reſina admiſcentur: & coctis quoad uſque nõ polluant, chalbanũ aſper
gitur, deinde ærugo & opopanax ex aceto reſoluta. Liquor uero ſycomori, & pix liquida, in alterũ
uas trasfuſa coquuntur: ubi coiuerint, priori pharmaco admiſcentur: rurſusque ſupra ignem po-
ſita, uſque dum non inquinent, coquuntur: & in uinum demerſa relinquuntur triduum: inde ſub-
actis utimur, in linteolum illinentes. Oportet autem poſt medicamenti impoſitionem uittam re
ſperſam uino exprimere, & tunc pharmaco circundare. Quemadmodũ uero Lucius præceptor
noſter præparauit, ita habet: adeps & oleum prius liquantur: ubi diſſoluta fuerint, manna thuris
læuiſſima, & argenti ſpuma, inſpergitur: his in unum coactis, ſequentia facimus. Atque tũ in hoc
pharmaco, tum in eo, quod proxime ſubſcribitur, minam denarijs centum ſexaginta ualere ait.
Vnde clarum eſt Alexandriæ minam ipſum intelligere, quæ vncias uiginti pẽdet, & ſingulæ un-
cię denarios octo habent: ſic enim accidet minam centum ſexaginta denarios cõtinere. ¶ *Aliud* G
Claudij Philoxeni Apelum (forte quaſi hiulcis conueniens) inſcriptum, ad cruenta, & fracturas. Facit
etiam ad prædicta uitia. Argenti ſpumæ minam quæ ualet drachmas centum ſexaginta: ſeui uitu-
lini drachmas cẽtum ſexaginta, thuris drachmas octoginta: opopanacis, reſinæ, terebinthinæ, ʒ.
lxxx: ceræ drachmas quadraginta: æruginis, aluminis ſciſſilis, chryſocollæ, chalbani, ſingulorum
drachmas duodecim: olei cicini heminam, aceti quantum ſit ſatis: poſtremũ thus, & æruginẽ, &
opopanacẽ, & alumen, & chryſocollam, & id genus reliqua prius aceto diſſoluta & curioſe læui
gata injcito. In alia ſcriptura ſic habet: Argenti ſpumæ drach. centum ſexaginta, picis. ʒ. cẽtum
ſexaginta, ſeui uitulini drachmas centum ſexaginta, reſinę terebinthinę drac. octoginta, mannę
thuris drach. octoginta, cerę drac. quadraginta: opopanacis, æruginis raſæ, utriuſque drach. ſede
cim: chryſocollæ, aluminis ſciſſilis, utriuſque. ʒ. duodecim: guttæ ammoniaci drachmas ſex, ci-
ceos heminam, aceti tantundem: ut catagmatica componito. ¶ *Oenanthe Catagmaticum, accom-*
modatum pharmacum ad idem. Argenti ſpumæ denarium põdo cẽtum ſexaginta: picis uinariæ de
nariũ pondo centum ſexaginta, hanc ex Italicis doliis defluentem capimus: reſinæ terebinthinæ
denarium pondo octoginta, thuris denarium pondo octoginta, ſeui uitulini elaborati denariũ
pondo octoginta, medullæ ceruinę elaboratæ denariùm pondo octoginta, ceræ denariũ põdo
quadraginta: cœnãthæ ſiccę, ſymphyti radicis, centaurii comæ, ſingulorum pondo libram: erugi
nis raſę, opopanacis, ſingulorum denariùm pondo octo: papaueris ſucci, myrrhę, aloes, chalba H
ni, ſingulorum denariùm põdo octo, aceti heminas tres, olei cicini heminã. Symphyton œnan
then, centaurion, non minutim contuſa, ac in acetũ iniecta, ad tertias coquimus, & humore ex-
preſſo ad pharmaci cõfecturam utimur. Prodeſt medicamentum etiam podagricis. Alibi ſic ſcri
ptum eſt: Argenti ſpumæ, picis uinariæ, ſingulorum denarium pondo centũ ſexaginta: medullæ
ceruinæ, reſinæ terebinthinæ, ſeui uitulini, thuris, ſymphyti radicis, ſucci ſycamini, ſingulorũ de
nariùm pondo octoginta: cœnanthes aridæ, centaurij, ſingulorum pondo: ceræ denariùm põdo
quadraginta: æruginis, opopanacis, ſtyracis, papaueris ſucci, mandragoræ ſucci, myrrhæ, aloes,
chalbani, chryſocollæ, aluminis ſciſſi, ſingulorum denariũ põdo duodecim: aceti *ſextarios tres,
olei cicini libram. Præparato quemadmodum prædiximus, & in uinum Italicum demergito, ut
in catagmatico Moſchionis fecimus.

*Al heminas.

De emplaſtris, quæ proprie Cephalica nominantur. CAP. 18.

CApitis fracturarum, quæ ad craſſæ membranæ duplicaturã uſque peruenere, emplaſtra ce-
phalica dici cõſueuerunt. Eorum uirtus eſt, ut oſſium ſquamas ſurſum atrahant, ac in priſti-

num

A num locum reuocent,& fragmenta, tum in capite,tũ in alijs corporis oſſibus educant. Nonnulli communi genere hæc ẽt uocant catagmatica,propriè uero nuncupatis fortiora ſunt. Siquidẽ catagmatica ab eis dicta purgandi ſiccandiq; facultatem habent: hæc autem acrimoniam etiã quandam ſortita ſunt, ut ex alto in ſuperficiem extimam non oſſa modò, ſed his multo magis quoq; humorẽ craſſum aliquẽ,& uiſcoſum,uel oĩno deprauatum,attrahant:Meminit huiuſmodi emplaſtrorum Aſclepiades in tertio libro De exteriorum medicamẽtis, q̃ ſanè in quarto huius operis libro tractamus. Quoniã uerò ad cacoethe ulcera,& chironia,quædã ipſorum conuenire dixit,tum quod ad Deileontẽ authorem refert cephalicum, tum hoc ſequens ex nigro uiri de cephalicũ, tùm poſt hæc Philotæ cephalicum, tũ deinde Iſin, quod & ipſum cephalicum appellat,aliaq; nonnulla huiuſmodi,huius generis eſſe putandum eſt.Ideo nunc quoq; ipſa nõ apposui,ſed ad catagmatica,& cephalica ab alijs medicis memoriæ mandata tranſgrediar,ubi generalẽ utriuſq; potentiam expoſuerim. Quæ uerò,& antea,& in hoc libro protulimus,& in opere De ſimpliciũ medicamentorum facultate,in memoriam reducentes,cognoſcere uos expedit cephalica catagmaticis eſſe ualentiora, eoque cum cerato carnem producere natura ſunt apta. Quapropter,& ſarcoticis alio quodam modo genere ſimilia ſunt. Nam ubi ex cerato uim remi-
B ſerint,ſarcotica fiunt,quæ linamentis excipiuntur,adiecto uidelicet interim oleo,aliàs roſaceo, nonnunquam alio quodam huiuſmodi.

De quibus Heras catagmaticis,& Cephalicis ſcripſerit. CAP. 19.

PRimum id genus emplaſtrorum Iſin uocatum Heras ſcripſit, medicamentum ad ſatis multa idoneũ:deinde qđ ex herbis appellant, qđ & ipſum multiplicis eſſe uſus atteſtatur id, nempe,q̃ cephalicum exiſtat. Quin & quod cõfectum ex ſcylla ſcriptum deinceps eſt, cum multis ſatis uſus pharmacum exiſtat,idem pollicetur. Inſuper poſt hæc omnia aliud emplaſtrum manifeſtò his uerbis expoſuit. *Aliud Cephalicum. Ad capitis fracturas facit,oſſa facilè reducit, & ſquamas ſeparat,reliquaq; omnia facit,quæ & ante ipſum paſtillus.* Squamæ æris rubri denariùm pondo xxv. aluminis denariùm pondo uiginti, ariſtolochiæ dactylitidis denarium pondo uiginti, guttæ ammoniaci denariũ pondo uigintiquinque, thuris denariũ pondo uigintiquinque myrrhæ denariũ pondo duodecim,ſeui taurini pondo libras quatuor,ceræ libras quatuor,terebinthinæ pondo libras iiij.pityinæ ſiccæ pondo libras iiij.olei heminam,aceti quantũ ſatis eſt.Sicca ad læuorẽ terito,quot ſufficiat diebus ſub æſtu caniculæ:ammoniacũ madefactum prius aceto infundito,demum q̃ liquari poſſunt raſa:ac in unum coactis utitor.In quibuſdam exemplari
C bus adſcriptum eſt,olei ueteris.At cũ hoc ipſum emplaſtrum dixerit efficere, quæ & ante ipſum paſtillus, uiſum mihi eſt illius quoque compoſitionem ſubſcribere,quæ ſecundum Heræ ipſius verba ita habet. *Paſtillus Cephalicus triplici miſtura conſtans. Facit ad capitis fracturas,item ad Phymata,fiſtulas,podagras,callos,coxendices.* Terræ erythriadis pondo minas* duodecim,ſquamæ æris rubri pondo minas quatuor,ichthyocollæ põticæ põdo minas quatuor.† Erythrias, & ſquama ſeorſum teruntur:deinde ſimul acetum acre affunditur,ut mellis craſſitudinẽ habeant, & læuigantur: reſiccatis acetum rurſus admouetur: hoc fit diebus uiginti ſub caniculæ æſtibus: poſt ichthiocolla ex aceti hemina cõfringitur, & lento igne liquatur:mox terra ſquamaq; additur: quæ in uas æris rubri coniecta,Soli octo diebus exponuntur,bis quotidie mouentur, donec coiuerint:poſt hæc exẽpta paulatim in mortario cõteruntur aceto affuſo,uſquedum cõſtiterint: inde paſtilli finguntur,& collyria,tũ longitudine,tum craſſitie inæqualia,& refrigerata reponũ tur. In uſu ad unã medicamenti partem ex aceto leuiſſimam factam tres cerati roſacei portiones admiſceto:utitor platyſmate primum, mox ſplenio,in capitis fractura, deſuper lanis ſuccidis ex aceto adiectis.Porrò collyrio fiſtulis impoſito, ſplenium ex hoc cum cerato ſuperdandum eſt.

* Aliter ii.

† In aliquibus additur, in lib. autem Heræ reperitur minaj.

Aliud eiuſdem ad multa ualens. Poſuit aliud quoq; multiplicis uſus emplaſtrum, ad fracturas
D quoq; conueniens,de quo ſic ac uerbum inquit. *Emplaſtrum ad fracturas artuum cum vulnere, & ſine vulnere,item ad male curata, & ſinus.* Picis aridæ pondo minam, argenti ſpumæ tantundem,manna † eius dimidium, ʃ ſeui uitulini pondo minam,terræ tyrrhenicæ pondo minas iiii, opopanacis denariũ pondo octo,æruginis raſæ pondo minas ſedecim, æris cyprij decimã ſextã minæ portionẽ,chalbani denarij põdo unius,terebinthinæ minæ dimidiũ,ricini,uel olei ueteris heminam,aceti heminæ dimidiũ.Argenti ſpumam,oleum, & ſeuum, lento igne incoquito: ubi colorẽ mutauerint,picem,reſinam,chalbanum adijcito:poſtea coquito,donec coeãt:& tunc ſub tracto igne ſinens paululũ refrigerare, mannã, mox opopanacem, & æruginẽ ex aceto tritã,in ollam fundito:ac ubi tantillũ incoxeris,dũ bene habeat, tollito. Vtimur facultate,frigidã affundentes æſtate,hyeme gelu adimentes.Cæterùm ubi medicamẽtũ tenerius facere animus eſt,uel ut os maturius abſcedat,medulla cerui ipſum diluimus.Iam uerò in hoc pharmaco Heras minã ſedecim unciarum eſſe uelle planè oſtenditur, aliàs enim decimãſextam minę partem non ſcripſiſſet. *Aliud.* Huic deinceps aliud ad eadem hiſce uerbis Heras ſubdidit: *Emplaſtrum phlegmonas arcens. Ad puncturas neruorum,ac fracturas.Hoc frequenter,& ad articulos luxatos ipſo die uſi ſumus,tum in fracturis,item in contorſione tali,uel genu. Diſcutit humores incoctos circa genua ſummè ſe attollentes,præſertim ſi partes affectæ duobus,uel tribus diebus antè erui farina oxymelite madefacta*

† Al.pondo minam.

illita ſunt, *Summatim ad omnem conuulſionem, & rupturam valet, nam mirificè phlegmonem arcet.* E
Argenti ſpumæ denariùm pondo uigintiquinque, bituminis aridi denarium pondo centũ, picis aridæ denarium pondo quinquaginta, ceræ denariũ pondo quinquaginta, reſinæ pityinæ denariũ põdo uigintiquinque, guttæ ammoniaci denariũ põdo quindecim, aluminis fiſſi denariũ pondo quindecim, æruginis denariũ põdo quindecim, propoleos denariũ pondo quindecim, olei ueteris libras tres. Argenti ſpuma cum oleo coquitur: & ubi confluere cœperint, bitumen adijcitur: uſq; dum probe liquefactũ fuerit, incoquitur, liquatur enim pedetentim: dein pix, poſtea reſina, cera, ammoniacum, propolis adduntur: ſingula autẽ adhibe cõtorquendo, ignemq; ſubtrahendo: quibus ſic ſpiſſatis, ut non amplius inquinent, æruginem, ac ſciſſile alumen, adiungito: tum feruore remiſſo, in ollam, in qua frigida ſit, transfundito. Hoc, poſtquã fractura reliqua callum cepit fruſtulis pluribus innatantibus, uſi ſumus, idq; paucis diebus eo rẽ perduxit, ut callus etiandum fruſtula cõprehenderet. Valde eſt in multis uſui. Inde aliud quoque deinceps eiuſdem generis cum prædictis emplaſtris in hunc modum Heras recenſuit. ¶ *Emplaſtra ad fracturas, & ad Hydropicos.* Picis aridæ pondo minam, picis liquidæ heminæ dimidium, liquoris ſycomori heminam, argenti ſpumæ pondo minam, thuris pondo minam, chalbani denariũ pondo octo, terebinthinæ minæ dimidium, adipis uitulinæ pondo minam, ceræ pondo minam, opo F
panacis denariùm pondo octo, æruginis raſæ denariùm pondo octo, ricini nõ adulterati heminas quatuor, aceti acris heminam. Argenti ſpuma & thus cum ricino & ſeuo leniter incoquuntur: deinde pix adijcitur, cera reſina, chalbanũ purgatum, & pauco aceto dilutum: reliqui aceti tertia pars ærugini, duæ opopanaci, admiſcentur, & hæc immitũtur. In alia autem ollula picis liquidæ, ſycomori, & ricini liquoris pars octaua, † ne ærugo ſ denſetur: deinde mediocriter coquũ tur, ut unitas fiat: cum bene unita uidebuntur, in uino reponitur pharmacũ. Hoc multis hydropicis ſuccurrimus, inijcientes ipſum, ac moroſo minus uictu regẽtes, ſolũque, ut bene cõcoquerẽt, prouidentes. Cum uero profeciſſe ſe multum ægri ſentiunt, deſcendimus ad emplaſtrum ei ſub iunctum, quod ex ſalibus dicitur.

† Al. ἵν' ἀμή ὡς ἐξῆς. i. ne tamquam uiſcum.

Catagmaticum Andromachi. CAP. 20.

PRimum Catagmaticum Andromachus ita ſcripſit. ¶ *Catagmaticum, quo continue vtor.* Argenti ſpumæ pondo minam, picis pondo minam, ceræ pondo minam, ſeui taurini pondo minam, thuris pondo minam, picis liquidæ heminæ dimidium, liquoris ſycamini heminã, terebinthinæ pondo minam, opopanacis denarium pondo* octo, chalbani, denariũ põdo octo, æruginis denariùm pondo octo, ricini heminam. Non nulli etiã butyri põdo minam addunt, guttæ G
ammoniaci denariùm pondo uigintiquinque: ex uino auſtero diluitur. Mox poſt hoc aliud hac ſententia ſcribit. ¶ *Aliud Catagmaticum.* Argenti ſpumæ pondo minam: ceræ minæ dimidium, alij quartam partem: picis pondo minam, terebinthinę pondo minam. s, ſeui uitulini pondo minam, opopanacis denariùm pondo octo, æruginis denariũ pondo octo: chalbani denariũ põdo octo, alij ſex: ricini heminam, aceti tantundem. Gallus iniecit ſciſſilis denariùm pondo xii, chryſocollæ denariùm pondo duodecim. Aliud ſuperioribus catagmaticum hoc modo Andromachus ſubnectit. ¶ *Nigrum catagmaticum.* Argenti ſpumæ denarium pondo ducentorum, bituminis denariùm pondo ducentorum, picis denarium pondo centũ, ceræ denarium pondo cẽtũ ſciſſilis denariũ pondo triginta, propoleos denariũ pondo triginta, terebinthinę denariũ põdo quinquaginta, guttæ ammoniaci denariũ pondo uigintiquatuor, æruginis raſæ denariũ pondo decem: olei ſextarios quatuor, alij duos adiiciunt. Veteres etiam lapidis pyritę denariũ põdo ſexaginta. Hæc igitur ab Andromacho ordine ſcripta ſunt, ſeorſim uero inter uiridia poſtremum emplaſtrum quoddam his uerbis expreſſum inuenio. *Aliud Viride Cephalicum ex collectaneis Aphrodæ.* Squamæ denariũ pondo quadraginta, terræ erethriadis denariùm pondo uiginti, ariſtolochię denariùm põdo triginta, ichthyocollæ denariũ põdo ſedecim, ſalis ammoniaci denaH
riùm pondo duodecim, miſyos denariùm pondo duodecim, myrrhę denariũ põdo duodecim, thuris denariùm pondo triginta ſex, ęris uſti denariũ pondo ſedecim, aluminis fiſſi denariũ pondo duodecim, rotundi denariũ pondo duodecim, bryonię denariùm pondo duodecim, chamę leontis nigri denariũ pondo duodecim, reſinæ uſtæ denariũ pondo octodecim, guttę ammoniaci denariùm pondo octodecim, argenti ſpumæ denariũ pondo duodecim, *illiridis denariũ põdo duodecim, chalcanthi denariùm pondo duodecim, fellis taurini tres cyathos, aceti congiũ. Sub caniculæ æſtu paſtillos fingito, qui ſinguli denarios quatuor pendant, ceræ quartam partẽ miſceto, aceti heminas ſex, olei* tantundem.

* Aliter xx.
* Aliter xx.

* Al. legitur ἐν ἄλλῳ εὑρον θείου ἀπίρου, i. in alio inueni ſulfuris ignem non experti.
* Aliter heminę dimidium.

De emplaſtris Glutinantibus. CAP. 21.

QVidam hæc ſanguinaria & vulneraria id eſt cruentis & vulneribus adhibenda, nuncupant. Opus eorum eſt coniungere diuiſas partes, & conglutinare, ut in priſtinam unitatẽ particula reducatur. Verum non modo cruenta protinus glutinantur, ubi ſanguinem ex diuiſione profluentem adhuc ſpongia deterſerimus, deinde futuris aut fibulis coarctauerimus: ſed etiam ſinus ueteres, cum ab omni inflammatione immunes, & puros, medicamentis appoſitis, effecerimus, committuntur, coeuntque. Dictum eſt in therapeutices methodi libris medica-

A medicamẽtum primario,atque ex ſeſe ſordis deterſoriũ appellari,ſecundaria uero ratione carnem producẽs & glutinans:Non enim tanquam ipſum carnem generet, aut uniat,neq; tanquã hæc naturæ ſolius opera non ſint,ſed quòd talibus impoſitis medicamentis,ulcera carne replentur ac coeunt, appellationẽ hanc fortita ſunt. Opus ipſorum proprium eſt, affectam partem recrementis uacuare,ne uidelicet ſanies carnis generationem,glutinationemq; impediat. Indicatum porrò eſt glutinatoria carne explentibus eſſe ſicciora, itẽ quæ carne explẽt detergẽdi uim omnis morſus expertem referre glutinantibus autem non abſterſorijs prorſus, uerũ deſiccantibus ſolum,eſſe licet. At cum cicatricem quoq; ducentia pharmaca multo his(præterq; ꝙ abundè adſtringunt)ſicciora ſint,ſtatuamus demũ & quæ glutinant,& quæ coniungunt, moderatius iſtis exiccare. Finis autem glutinantium eſt nullam inter coitura ſubnaſci humiditatẽ permittere:Cicatricem uero contrahentium nõ hanc tantum impedire,ſed etiam num conſiſtentẽ in ijs, quæ mox cicatricem ducent,conſumere,ad hæc callũ obducere,& adſtringendo indurare. Quæ carne implent, ſanguinem ad refectionem idoneum,tum pro quantitate, tum pro qualitate tuẽtur,ac tantum talemq; ue,quãto natura,& quali ad carnis generationem indiget. Cæterũ mordicationis prorſus expers medicamen purum ulcus ſeruat,ſi quidẽ tale acceperit:ſi uerò ſordidũ,

B neceſſe eſt tantum pro ſua ipſius poteſtate detergens ſit, quãtum craſſitudinis ſordes habuerit: quin etiam carnem recens iunctam mordere & exedere debebit. Vnde palam colligitur id, cum tale exiſtat,ulceri carnem non eſſe inducturum,nec cauitatem carnis repleturum,ſed qđ potius colliquabit imminuetque. Atq; huius rei cauſa medicamẽtum,quod ſordibus copioſis repurgãdis eſt,quod antea dixi,non ſemper carnẽ poteſt gignere,niſi uel ex uberiore oleo,uel roſaceo liquatum:ſicut quod oleoſum & quod ex charta inſcribitur,deterſionis uehementiam remittat, uel ex cerati miſtura mordicationem deponat. Huiuſmodi ſunt plures multiplicis uſus medicamenta, quemadmodum Machæronis emplaſtrum, & Iſis. Scopus igitur ſingulorum id genus in therapeuticę Methodi libris declaratus eſt,ſimplex facultatũ materia in alio opere priori,cõpoſita in præſenti tractatur. Ac primum ſanè in eo meminiſſe oportet naturæ corporum,quę curãda ſuſceperis. Nam humida,eoq; mollia,quemadmodum mulierum,puerorum,eunuchorũ, & qui muliebriter degunt,imbecillioribus medicamentis indigent:uirorum corpora,potiſſimũ qui ex uirilibus munijs,& Sole durum corporis habitum conciliarunt,ab imbecillibus nihil prę ſidij ſentiunt. Quapropter nec glutinantia utrorũq; corporum communia ſunt, ſed quæ ex argẽti ſpuma,oleo,& aceto præparantur(in priori libro de ipſis egimus)imbecillam molléq; carnẽ

C glutinant:quę bitumine,ærugine,ſquama,aloe,& myrrha conſtant,robuſtam,& duram. Itaq; bitumen ipſum per ſe in harum uirtutum ſcopo continetur. At nulla ratione ſolũ ex oleo liquatũ, uſurpare poteris, ut quod friabilius ſit, quàm medicamento emplaſtri forma faciẽdo cõueniat. Vt igitur emplaſtrum fiat,ceram & reſinam ei admiſcemus:à quibus denuò uirtutem eius ſolutum iri ſcientes,interdum æs uel eius ſquamam,ſępe aloen,uel myrrham,uel in ſumma ſiccans aliquod medicamentum,non inepte adijcimus.

Ex Bitumine Barbara. CAP. 22.

PRima hìc quoque ab Andromacho ſcripta apponam ipſis illius verbis.

Barbara Andromachi.

¶ *Barbarum,quo vtor.* Ceræ,picis,reſinæ,bituminis,ſingulorum denariùm pondo ducentorũ thuris drach.uigintiquatuor,olei heminam. *Aliud.* Picis pondo lib.ii:bituminis,ceræ,ſingulorum pondo libram:guttæ ammoniaci,mannæ,ſingulorum pondo vnc.ſex:ceruſſæ pondo vnc. iij,olei heminæ dimidiũ,aceti heminas quatuor. Hoc Aphrodas admiratus eſt. ¶ *Aliud Nigrum.* Picis aridæ,reſinæ aridæ,bituminis,ſingulorum pondo libram:ceruſſæ pondo vnc.vi:mannæ, atramenti ſutorij,ęruginis raſæ ſingulorum pondo vnc.iij:olei heminæ dimidium,aceti tantun

D dem. ¶ *Aliud ex emplaſtris Galli.* Seui caprini denariùm pondo triginta, æruginis denariùm põdo*octo,cerę denarium põdo quinquaginta:ariſtolochię,bituminis,picis,ſingulorum denariũ pondo uigintiquinque:guttæ ammoniaci denariùm pondo duodecim,chalbani denariũ põdo duodecim s,ſilphij denarium pondo*octo,mannę denariũ põdo duodecim:pręparato. ¶ *Aliud quod Inuictum dicitur.* Ceræ denarium pondo centum,ſeui taurini denariũ pondo triginta, bituminis denariũ põdo uigintiquinque, picis denariũ põdo uigintiquinque,terebinthinæ denariũ põdo uigintiquinque nitri denariũ pondo uigintiduũ s,ariſtolochię denariũ põdo*duodecim, chalbani denariũ pondo octo myrrhę denariùm pondo octodecim,thuris denariũ pondo duodecim.s,ammoniaci denariũ pondo octo, amomi drach.*octo,*cardamomi denariũ põdo xij, opopanacis denariùm pondo octo,medullæ ceruinæ denariùm põdo quindecim,ęruginis denariùm pondo duodecim,aloes denariùm pondo octo,bdellij denariũ põdo ſedecim,olei heminas duas. Ego uero adieci propoleos denarium pondo duodecim. ¶ *Aliud,quod cruentis vulneribus imponitur, Iuliani:* Argẽti ſpumę,bituminis,ceræ,picis brutiæ,ſingulorum denariũ pondo quinquaginta:reſinę fricte denarium pondo quindecim,ęris ſquamę denariũ pondo duodecim,thuris denariũ pondo quatuordecim,chalbani denariũ pondo octo,chalcitidis denariũ põdo quatuor,aloes denariùm pondo ſex,gallę denariũ pondo quatuor,myrrhę denarium põdo

* Aliter xx.
* Aliter xx.
* Al xij.&'s.
* Aliter xx.
* *Al.cardamomi.i. naſturtij.*

qua tuor,aristolochiæ longe denarium pondo sex, aristolochiæ rotundæ denariùm pondo qua E
tuor,olei veteris heminas quatuor,nos olei heminas tres.

Barbara Heræ.

Quod Heras conscripsit barbarum,sic habet. *Nigrum Emplastrum, ad cruenta vulnera,ad diui siones notatu dignas,maximè capitis,ad fistulas ,sinus,fracturas.Conuenit etiam Hepaticis,& Lienosis, cura inflammationem glutinat.Benefacit etiam neruis,cartilaginibus,& ossibus præcisis. Cohibet etiam mirificè sanguinem erumpentem. Insuper valet ad Tubos, & Sinus, glutinat enim insigniter. Item in Abscessibus humore ablato hoc imponitur. Est etiam ad sanguinem cohibendum præstantissimum,præsertim in ijs, qui sanguinem reijciunt: duas verò in pelles illinito, & vnam pectori, & lateribus impone, alteram dorsò: præter opinionem sanguinem sistit. Valet insuper ad Canum, hominumq; morsus, in totum phlegmonem arcet.Idem ea,quæ vulueribus adhibentur,superat,vt experientia indicauit.Hyeme diebus septem sòluitur,per æstatem quinque,si verò necessitas vrgeat,tribus.* Ceræ, picis, bituminis,pityinæ, singulorum pondo libram: mannæ pondo vncias sex, cerussæ pondo vnc.iiii.chal-
* Al.seminiã, canthi pondo uncias iiii.opopanacis pondo uncias duas:olei* semunciam , alij selibrã:aceti heminas duas.Ceram,bitumen,oleum, acetum paululũ relinquens,in olla recenti liquato:deinde picẽ,& resinam adijcito:in minima frusta diligenter cõcidito:ubi semicoctũ fuerit,tollito ollam: F
& aliquandiu refrigerato, atramentũ sutorium percolatum læuigatumq; ex duabus aceti heminis paulatim inspergit,ne efferuescat:qñ autem effundis,leuiter ignem subministrato,mouens: cùm nõ inquinat, cacabum deponito:opopanacẽ in reliqui aceti parte pridie madefactũ infundito,ut dissoluatur:mox cerussam , mannãq; unà pariter trita inspergito:& paululũ tepefaciens, ut in unum coeant, obserua ne opopanax & manna adurantur:refusa in mortarium ibi refrigerari sinito:ac rursus subacta reponito,atq; utitor. Porrò manifestum est ẽt,alia barbara,quæ tum Andromachus,tũ reliqui tradiderunt,eodem modo cõfici oportere. Quidam opopanacem cacabo non injciunt,sed læui ex aceto facto,liquata in mortario superfundunt. Cũ eo nõnulli miscent mannã,& cerussam,quemadmodũ ego quoq; sæpius feci,in mortario terẽs ex aceto,& q̃ liquari possunt,liquefacta infundens. Subinde uerò atramentũ sutoriũ duntaxat cũ opopanace læue factũ cacabo indidi, mannam cerussamq; inspergẽs. *Aliud Barbarum, Heræ.* Heras soli huic præscripsit,barbarum, ego uerò antecedens etiam similiter appellaui, etsi nigrum ab ipso nũcupatum:qm̃ pleriq; ex recentioribus medicis emplastra bitumine, barbara nominare consueuerunt.Heras de ipso sic aduerbum. *Barbarum ad recentia vulnera,sinus, Canum,hominumq; morsus,condylomata,inflammata,ad articulorum vitia omnia in principio,& podagram.* Cerę, picis,resinæ G
fictæ , bituminis iudaici, singulorum pondo minam : argenti spumæ denariùm pondo decem, cerussæ denariùm pondo quinq; æruginis denariùm pondo quinq; opopanacis denariùm põ
* Al.heminam. do quatuor,olei heminã,aceti cyathum. Cera,pix, bitumen,resina incoquuntur, donec illiquata fuerint:deinde reliqua ex oleo trita injciuntur: his ablatis ab igne , & aliquantulum refrige-
* Al.aic.i.qbus ratis,acetum paulatim instillatur.Talis sanè barbarorum emplastrorũ formula est. Ego ubi paucis exposuero* quomodo ipse utar,sermonem de eis finiam. Sunt autem duo, unum ad maxima uulnera,alterum ad minora.Quod itaque ad maxima adhibetur,hæc recipit.

Barbarum Galeni.

Picis pondo libras octo,ceræ pondo libras sex,& uncias octo, pityinæ põdo libras quinque, & uncias quatuor bituminis pondo libras quatuor, olei pondo libram & uncias sex:argenti spumæ,cerussæ,æruginis, singulorũ denariùm pondo uigintiquatuor : thuris pondo selibrã,aluminis liquidi denariùm pondo xii.fissi pondo uncias quatuor:opopanacis,squamæ, chalbani,singulorum denariùm pondo duodecim:aloes,opij,myrrhæ,singulorum denariùm pondo iiii.terebinthinæ pondo uncias uigintiquatuor, mandragoræ succi denariùm pondo sex:aceti heminas sex, quæ ualent libras quinque. *Simplicioribus Barbari symmetria est talis.* Picis,ceræ,resinæ pityinæ,resinæ fictæ, bituminis, horum quinq; singulorum pondo libram : argenti spumæ denariùm pondo decem , cerussæ denarium pondo quinque , æruginis denariùm pondo H
quinque, opopanacis denariùm pondo trium , olei hyeme pondo uncias nouem, æstate pondo uncias sex. Quę liquari possunt, siccis in mortario aceto acri lęuigatis affunduntur. Quòd si sedando dolori aptius uoles medicamentum reddere , hyoscyami succi denarij pondo unius. s. item opij tantundem,admisceto.

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM PER GENERA

LIBER TERTIVS

ARGVMENTVM LIBRI.

De Medicamentis, quæ ad vulneratos, punctos, contuſos, ac quocunq; pacto affectos neruos adhibentur.

De Vulneribus neruorum. CAP. 1.

B

T hæc amici commentaria uobis paro, qui iã ex ipſis medicinæ operibus cõperiſtis, quam efficax ſit noſtra neruorum vulneratorũ curatio, nẽpe ex qua omnes ſeruati ſint, non autẽ manci nec claudi redditi, quæ aliter curatis accidere conſpexiſtis, quẽadmodũ ẽt nõ nullos conuulſione correptos, uel cũ dolore, uel putredine, uel febre mortuos. Par aũt eſt hoſce libros ad aliorũ quoque manus peruẽturos, qui ſcriptis bene uti nõ poſſunt, uel quia à præceptore medicæ artis ſpeculationẽ nõ didicerũt, ſed omnino rudes, quaſi uix initiati, & prorſus inexercitati permanent: aut qa perperã edocti, adhæſerunt iis, qui compoſita medicamẽta ſola experientia citra rationẽ eſſe inuenta aſſerunt. Etenim ij manifeſto contentione ſua errant. Altero modo nõ minus prędictis errant ij, qui nullũ pharmacum ex ſimplicibus facultate cõtrariis confici oportere arbitrãt. Verum hos medicamenta ſuperiore libro citata coarguunt, ut quæ magnas ipſorũ uires ex contrarijs inuicẽ ſimplicibus compoſitis oſtentent: immo etiam in libris hunc ſubſecuturis præſtãtiſſima pharmaca ex contrarijs virtutibus cõpoſita indicabũtur. Nunc de noſtra curandi ratione, quam in neruorũ vulneribus excogitauimus, toto hoc libro diſſeremus, oſtẽdentes, quantã eiuſdem facultatis medicaminum copiam, tum ex generalis ſanandi ſcopi indeptione, tum ex ſimplicium uirtutis cognitione, inuenerimus.

Quis communis vulneratorum neruorum curationis modus, & quæ medicamenta ſpecialia. CAP. 2.

C SPectauimus omnes præceptores præſidio, quod iam recentiores medici Sanguinarium, ſeu ſcruentis opitulans (græcis enæmon dicitur) & glutinatorium appellare ſolent, uti: nam initio medicamentũ aliquod ex enæmis imponẽtes, vulneris oras cõmittere, ſeu glutinare molie bantur. Si uero phlegmone eas obſederat calida aqua liberaliter fouebant, oleũ affundentes: ac tritici farinã ex hydreleo decoctam, epiplaſma applicabant. Quin etiã gladiatores in patella vulneratos, ſupraq; hanc in lato tenuiq; tendine, pari modo ab ipſis curatos uidi: forſan melius dicas non curatos, ſed perditos, pauciſſimi enim illorum, & ij claudi ſuperuixerunt. Et uero ẽt permultos in manu ſumma tendones, per quos digiti flectuntur, extenduntuŕque, uel contuſos, uel minimo punctu leſos, putreſcentes adeo cõſpexi, ut coctis præſertim diutius in aqua ſimiles apparerent: non enim ſecus exoluuntur, & conſiſtentia emolleſcunt, qui ſuperiorẽ ſanandi modum experiuntur. Itaque ipſum reprobaui, ut qui partem vulneratam putrefaceret. Quoniã uero putrefacientia omnia ab humiditate, ac caliditate id pati prẹnoſcebã, curationẽ per ſiccãtia, refrigerantiaq; molienda eſſe deprehendi. Rurſus apud me contemplatus, frigidũ uerè ab Hippocrate neruis inimicum dici, optimum fore neruorum vulneribus medicamentum intellexi, quod & ſiccaret, & medium eſſet inter ealefaciẽs, & refrigerãs, uel nõ multũ à medio ad calorẽ D recederet, calidum uero ẽt eſſe ſatis poſſe, modo ſiccandi poteſtate polleat, etenim calor citra humiditatem putrefacere nihil habet. Inſuper illud quoq; cùm cogitando adinueniſſem, multũ referre, nudæ parti affectæ medicamentũ offeras, an per alia corpora ei præpoſita, cõuenire aduerti aliis in nudato neruo uti pharmacis: aliis cum pũctus fuerit, partibus quæ ipſi præiacent illæſis. Vbi etenim nudo neruo medicamentum adferas, ibi prædictam auxiliorum integram indicationẽ aſſumi conuenit: præpoſitis autem partibus ſaluis, tenuius pharmacũ inueniendũ eſt, cuius uirtus interiacentes particulas permeando, nõ diſſoluatur, ſed in altum penetret: Hoc aũt efficere tale pharmacum poſſe, ſi ualide ſiccet, & ſi non calore, & frigiditate medium ſit ac ſymmetron, neque offendere, dum efficacia ipſius calefaciendi uel refrigerandi in particulis, q̃ neruoſo corpori præpoſitæ ſunt, penetrandis, imbecillior eſt reddita. Atqui inuento iam præſidiorum ſcopo in ſubſtantiæ eorum tenuitate, deinceps materiæ mentionem facere oportet. Plurima igitur, quę calfaciunt, tenuiorum eſſe partium: permulta rurſus, quę refrigerant, craſſiorum, in ſimplicium medicamentorũ ſpeculatione didicimus. Quippe una ſolũ inter ea qualitas acida cum tenui ſubſtantia non nunquam fit, eoq; inter omnia, quę refrigerandi uim obtinent, tenuiorum partium acetum eſt acerrimum, quod etiam caloris exigui particeps eſſe demõſtrauimus. Calefacientium uero liquores probi tenuiſſimam habent ſubſtantiã, & apud omnes iam homi

5. Aphor. 18. Ex. ord. 39. 2

nes Cyrenæus primas tenere cognoſcitur: qui ſi non adſit, etiam medico vtimur, & ijs, quæ cum E
ipſis ab orientalibus plagis afferuntur, cuiuſmodi eſt, quod ſagapenũ appellamus. Hoc genere
comprehenditur & liquor euphorbij in occiduis orbis regionibus natus, ſiue liquorem ipſum,
ſiue aliud quid nominare uelis: nobis in toto commentario euphorbium hoc medicamentũ vo
care ſufficiet, quemadmodum iam omnes cõſueuerunt. Quin immo & inter ea, quæ in noſtra re-
gione proueniunt, & panacis, & tithymalorum liquores ſubtili facultate præditi ſunt. Et vero
etiam omnes nominati liquores generoſe calefaciunt: Opobalſami uero, qui ſubtilis & ipſe eſt,
non admodum calefacit. Ex terreſtribus autem nitri ſpuma tenuem ſubſtantiam habet: itẽ quod
ex aqua facile ſoluitur aphronitrum, ſi ad corpora terreſtria videlicet relationem fieri inaudia-
mus. Sũbſequitur nitrum nomine berenicium: & aſia petra, cuius flos etiam omniũ terreſtrium
eſt ſubtiliſſimus. Porrò ex metallis auripigmentum, & ſulfur, tum ſubtilia, tum calida ſunt: qui-
bus ſuccedit miſy, æris ſquama, & chalcitis, paululum ſimul adſtringentia. Quare uſta quoque
chalcitide frequenter in ſubtiliorum medicamentorum compoſitionibus vtimur. Citra calorẽ
uero manifeſtum tenuium partium metallica ſunt ſpodium & pompholyx: adde, quod vocatur
pſoricum: ſubtilis abunde eſt & chryſocolla, Cæterum inter ſuccos Laurinũ ſimul cum eo, quod
valide calefacit, vt ad ſenſum, tenuẽ eſſe dicimus. Nihilo.n.minus eo calefacit facultate Cedri- F
nus, calore tamẽ, qui ſenſibus ſubijcitur, propter ſubſtantiæ ſuæ tenuitatem, illi cedit. Eiuſdẽ cum
cedrino generis lixiuia, quæ ſtacte id eſt ſtillatitia dicitur: atque inter hanc ipſam, ea quæ ex ma
teria ſubtili vſta fit, cedrinum oleum virtute ſuperat. Ex malo igitẽ & ficu, eaque magis agreſti,
quam vocant caprificum, item ex tithymalis combuſtis, huiuſmodi lixiuiam conficimus. Præſtã
tiſſimus eſt ex tithymalis, qui characias nuncupatur. Cæterũ ex ſeminibus frumentarijs, vti no-
minant, ſubtiliſſimum eſt eruum, ſine inſigni calefaciendi poteſtate, lolium vero cum inſigni:
Hordeum nequaquã calfacit. Mediam inter ea materiam obtinẽt, qualitatibus amara, quæ mul
tum tenuibus ſubſtantia cedunt, craſſi licet nihil habentia. Non nulla ipſorum à medijs tantillũ
declinarunt, alia ad calorem, alia ad frigiditatem: quorum omniũ materias in opere de Simpli
cibus medicamentis executus ſum, quemadmodum etiam omnium nucum (græcis acrodrya di
cuntur) in quarum numero ſunt amygdalæ amaræ, & piſtatia. At ſtirpium materiæ in præſentia
nõ memini, redire enim ad principiũ cogito, atque exponere, quãdo, quoq; modo, ſingula per
rationem nobis inuenta vſurpauerimus. Hinc enim puto bonæ indolis iuuenes incitatum iri, vt
medicamentorum materiam cognoſcant ipſimet inſpicientes, non ſemel aut bis, ſed frequẽter,
quoniam ſenſibilium rerum cognitio ſedula inſpectione confirmatur, cuius rei indicium eſt eui G
dentiſſimum, q gemini per omnia ſimiles eſſe nobis uideantur: differẽtes autem ijs, qui ipſos in
ſpicere conſueuerũt. Itaque herbarum, fruticũ, & arborũ materiam prius, quã è terra eximãtur,
contẽplari pulcherrimum eſt, dum fructus uidelicet futuri ſunt, dum eduntur, dum augeſcunt, &
dum vigent. Hæc ſiquidem continua eorũ ſpeculatio docebit te, quando potiſſimũ ipſos cõmo-
dè decerpas, ac in ſiccis domũculis repoſitos cuſtodias, ne à ſolis radiis exurant, neq; ab humidi
tate ex tecto, uel muris madefiãt. Id optime fiet, ſi domus neque ſubterraneæ ſint, neq; aliis uici
næ, neq; ſub tegulis, ſed oſtia ad meridiẽ ſpectantia habeant, prope quæ tamen medicamẽta re
poni non debent. Amici vos admoneo, vt in hoc quoque me ſequamini, ſi artis opera pulchre
obire velitis: nouiſtis enim, quomodo ex omni natione præſtantiſſima quotannis medicamẽta
mihi adferantur, eo quòd perditi illi oĩgenarum rerum coemptores (græce rhopopolas uocãt)
uarijs modis ea contaminant. Præſtiterat forſan non hos ſolum, ſed multo magis etiam mercato
res, qui illa aduehunt incuſare: atque his multo magis ipſos herbarios: item nihilominus eos, qui
radicum liquores, ſuccos, fructus, flores, & germina ex montibus in vrbes conferunt, hi ſiquidẽ
omnium primi in eis dolum exercent. Quiſquis igitur auxiliorũ vndique copiam habere volet,
omnis ſtirpium materiæ, animalium, metallorum, & abſque metallica natura terreſtrium corpo H
rum, quæ ad medicinæ vſum ducimus, expertus eſto, vt ex eis, & exquiſita, & notha cognoſcat:
deinde in commentario meo, quem de ſimplicium medicamentorum virtute prodidi, ſeſe exer
ceat. Niſi enim hoc modo inſtructus ad preſentis operis præſidia ueniat, verbotenus quidẽ me-
dendi methodum ſciet, opus vero nullum ipſa dignum perficiet. Fingat nanq; ipſa, quæ de ner
uorum vulneribus prædixi, quædam aliquis cognoſcere, adulterata vero medicamenta p igno
rantiam compoſitioni inijcere, vel neque omnino exacte facultates ipſorum intelligere, an nõ
erit neceſſarium frequentius hunc errare, quam recte agere? mihi quidem vel admodum videt.
Iam uero accurate virtutes cognoſcere ab eo multum differt, quod eſt cognoſcere.

Etenim ſolum cognoſcere, ſcire eſt, an medicamentum ſiccare, vel humectare, vel refrigera-
re, vel calefacere ſuaptè natura nos poſſit: accuratè vero cognoſcere, præter hoc, etiam virtutis
quantitatem ſciuiſſe eſt, Quædam enim pharmaca calorem tepidum generant corporibus no-
ſtris admota, quædam moderatum, quemadmodum alia hoc paulo validiorem, non nulla iã fic
feruentem, vt urere poſſint. Conuenit igitur medicum non modo affectus qualitatem, ſed etiam
ipſius, vt ita dicam, quantitatem, coniectaſſe: nam haud ita propriè quantitas in qualitate dici-
tur, quanquam dicatur tamen, vt febris magna & parua. Ac tantus vſus eſt eorum, quæ ſic di-
cuntur,

A cuntur,ut iã proprii uim obtineãt ipſa,perinde, ac pyxis, excuſor,pictor, quercus inciſor:in totum,quæ ex uocato à grammaticis abuſu inceperunt,deinde uero ꝓpria dici credita ſunt. Hæc quidẽ attulimus propter eos, qui parum opportuno tẽpore de ſermonis ꝓprietate argutantur. Quod autem dicere deſii, tale eſt,nempe,Quod exiccari deſiderat,non ſimpliciter ſiccante indiget medicamento, ſed conuenienti menſura:copioſa quidem humiditate auctum, inſigniter exiccante:parua, parum hoc faciente:quemadmodum multa, admodum reſiccante,nõ tamen extremè, neque in ſũmo,ſiccitatis .n. quantitatẽ, humiditatis copiæ,reſpondere conuenit.Ego itaque dum cõmunem neruorum vulnerum curationis modum immutare primum auſus ſum, conieci in quantã humiditatẽ caliditatẽque affecta pars recidiſſet. Et cum adoleſcens quidam mihi oſtenſus eſſet, in primo articulo medii dextræ manus digiti totum circa neruum locum hu mentem adeo ex contuſione habens, vt iam computreſceret:partem ſanè putreſcentẽ cataplaſmate ex lixiuia ſtillatitia,& hordei farina (ſic autẽ noſti me omen lyſin Græcis dictam noĩare) foui: non putreſcentẽ vero, ſed tenſam dolentemque oleo calente liberaliter perfudi: inde cũ lana ſicca madorẽ exhauxiſſem,ceratũ tam humidũ illeui,quàm in fracturis vtimur, cui euphorbium ſit admiſtum. Confectum autem mihi fuerat hoc quoque mea induſtria huiuſmodi occa-
B ſione. Profectus ad me quiſpiã hyeme vehementi, oſtendẽsque genu, facile dicebat rigore id affici,ſtatim vero calefacientibus iuuari. Rogabat igitur huiuſmodi aliquod medicamentũ darem,vt qui profectus in frigore inalgeret doleretque vehementius, quã aliàs. Nunc igitur, inquit,loturus diſcedo,mittã autem ex balneo qui medicamentũ accipiat. Hęc cùm dixiſſet,abijt. At ego cùm tale nullum medicamen ad manus haberẽ,euphorbium cũ oleo triui, & cerã liqua tam immiſcui:paulo poſt cùm amicus pharmaco ferendo puerũ miſiſſet,exhibui. Dolore protinus ceſſante, inde in alijs particulis ſimiliter affectis vti præcepimus, de quibus mox dicetur. Nunc ad nerui vulnerati ſermonẽ redeo propter eos,qui nihil,quod ego nunc dico,intelligũt, uitio autẽ vertunt dictiunculas: quos inuenire auguror neurotrotus (quaſi neruiſaucios dicas) perperam eos nominari,qui in tendonibus vulnus acceperint:tendones.n. ipſis puto vocari,q extra manũ toti carpo id eſt brachiali,& digitis ſupertenſi ſunt. Qnanq ſanè non ignorẽ manifeſtius,magisq; proprie tenontrototus(id eſt in tendonibus vulneratos)ipſos nominari:tamen cum omnes neurotrotus id eſt in neruis ſauciatos, nuncupare ſoleant, & ego ne quis innouare me appellationẽ dicat,conſuetã pro uera ſuſcepi, etſi nec illa ſine ratione abire in conſuetudinem potuerit,pleriſq; medicis tendones etiã neruorũ nomine iã vocitantibus. Verũ ſiue in ner-
C uis, ſiue in tendonibus vulneratos appellaſſe mauis, neq; ob has voces incolumes erunt, neq; conuulſione laborabunt,quẽadmodũ, neque manci fient, nec morientur:appellatio ſiquidẽ nec ſeruauit hominẽ vnquã,nec perdidit,ſed medicamentorũ facultas vtrunq; efficit.Atq; ego hęc immutans, putreſcentes,conuulſos, mancos, non nullos ẽt pereuntes, ſanos,viuosque reddo. Nã neruos contuſos habentes ſicut ille habuerat,neurotrotus(id eſt in neruis vulneratos) non neurothlaſtus(id eſt in neruis contuſos)nuncupare anticiparunt.Cęterũ curatio cõis eſt,& periculũ ęquale amborũ,nempè contuſorũ,& vulneratorũ,vel neruis vel tendonibus. Itaque homo ille putredine iam circa primũ medij digiti articulũ orta,cum ſuperiacentiũ tentione, dolore que infeſtaretur,multo melius habere cępit die poſtero,quo vice hordei farinę,eruorũ farinã ſtactę lixiuię cõmiſcuimus.Ac tertio ſanè cũ conſimiliter ẽt curaretur, iam quidem in alijs particulis dolorẽ omnino non percepit:ex contuſione verò neruoſum quodã corpus craſſę membranę perſimile exertũ eſt:quod mediocriter me commouente facile totũ ſemiputridũ excidit. Videbatur oĩbus contẽplantibus hoc corpus neruus totus eſſe qui cõputruiſſet, vt qui ignorarent,quo pacto tendones hi neruoſis mẽbranis conuelati per brachiale procedunt,& ſuper totos digitos extenduntur: mihi verò putridũ ex contuſione attollenti tendo ſaluus apparuit. Cũ
D igitur,vel paſtillo vno, vel trochiſco, vel vtcunque vocaſſe libet, quorum in numero eſt,& ille Polyidę, ſoluto ex hepſemate,vel firęo id eſt ſapa (nã & hoc pro arbitrio nominare liceat) apparentẽ nerui particulã prius unxiſſem: rurſus eodẽ modo, & cataplaſmate, & vnctione ex euphorbio,in ijſdẽ locis ſicut prius,vtroque vſus ſum. Quarto iã die oĩa*cõpoſita circa contuſum quidẽ antea,vlceratũ vero nũc primũ digiti articulũ intuitus conſiderabã, quorſum à cataplaſmate tranſgrederer.Viſum igitur eſt ſi neruus inflãmatione prorſus uacaret,ad cicatricẽ ducentia tranſire:ſi vero phlegmones ipſius ſcirrhoſum quidq remaneret, aliquod ex abundè ſiccantibus exhibere.Qm igitur non nihil ex ea reliquum eſſe videbatur, medicamentũ ex dracunculi radice confectũ prius vſurpaui,quod alia eadẽ,cũ ęgyptio pharmaco,quæ Iſis vocatur,continet:aſſumpſit ãt dracunculi radicẽ.Ab hoc verò deinceps Athene id eſt Minerua dicta vſus,inde ad ea, quę cicatricẽ ducunt, perrexi. At cũ aliũ curarẽ paſtillos ſapa diluto nudatas vulneris partes illinẽs,euphorbiũ extrinſecus imponebã,tm cerę,ac reſinę miſcẽs, vñ emplaſtri craſſitudo ſimul fieret,& euphorbij vires cõſeruarẽt. Cæterũ qũo ad hos ſcopos reſpiciẽs medicamẽtũ cõponas,deĩceps ꝺclarabim⁹.Etenim aliud quoq; ex aceto pharmacũ cõfecim⁹, hoc ſpectãtes ut ipſi⁹ ſpiſſitudo, & ſubtilis aceti uirtus, cũ refrigerãtis facultatis exolutione ĩcolumis ꝓmaneat. De his ſanè,qũo cõpoſita ſint, poſt paulũ tractabiẽ. Nũc quia neruis uulneratis medendi modũ

* προσεσαλμένα.

ex

* περιπτώσει

ex rationali indicatione, nugatorio illo empiricorum *casu repudiato, inueni, totã cogito ipsam E
dicere, ita ut nullã distinctionem præteream, sermonẽ ab initio rursus repetens. Quando igitur
uulneratum aliquem protinus suscipio, interim, per liquida pharmaca curationem molior, inte-
rim emplastris, lanam extrinsecus quàm molliſſimam oleo calente imbutã applicans. Quòd si
medicamẽtum ex aceto usurpem, aceti parũ oleo admisceo, ac bis terve quotidie soluo, & oleo
calente foueo. Si noctes longæ fuerint, etiã in his soluere consueui: idq; magis facio, dum ulcus
à medicamentis mordetur: nã ubi initio tali medicamento utenti eger, nec se morderi, nec do-
lere, nec tẽsionem percipere mihi dicat, die soluo, & foueo mane semel, & uesperi iterum. Oleũ
uero, quo fouemus, satis calens esto, uerum ita, ne uulneratam partem offendat: sicut. n. frigidũ
huiusmodi affectibus maxime est contrarium, sic tepens non omnino utile. Nãque in primo de
Simplicibus medicamentis uolumine didicimus, ut aqua in eo, quòd calẽs, aut frigida sit, maxi
me contraria facere nata est, ita quoque oleum, nam frigidum corpori admotum, perspiratum
quodammodo ipsius obstruit, immo prohibet: calidum uero digerit, ac extenuat. Quod tibi etiã
ex carnibus in eo coctis licet cõdiscere: similiter enim, ut prærancidas friabiles efficit, etsi proti-
nus cũ animans mactatũ est, in eo, coquas, aut sartagine frigas. Propter quod, & ego fomentum
ex oleo satis calẽte usurpare malui, tepidũ semper uitans, adhuc autem magis frigidũ. Porrò ab F
aquæ usu in tota curatione ita tẽpero, ut ne attingat quidem ulcus: proinde cum sanguis initio
statim à uulnerata parte eluendus est, ex oleo id facere expedit. Vbi autem iam ægri mediocri-
ter habentes lauacro utuntur, neq; tunc affectum locum in aquam demergere ipsis cõcedendũ:
magna siquidẽ ex parte nerui in manibus uulnerantur. Memini cuiusdam ex huiusmodi uulne-
ratis, qui cum diem quartum citra omnẽ dolorem ageret, partemq; affectam absque phlegmo-
ne uideret, multo in frigore domo egressus ad opus quoddam necessarium, eiq; diu immora-
tus, domum rediit membro uniuerso ad ceruicẽ usque tenso, idq; cum ingẽti ipsius dolore. Post
quam uero quodam me accersente profectus ad eum, uidi quibus in malis esset, oleum ex itine
re refrigeratum à particula auferi iussi, calente uero totum membrum foui: deinde ceruicis par-
tẽ aduersam lanis oleo respersis, & medicamento liquido ex euphorbio simul, cum castorio ho-
minẽ statim mitigaui, & somno post hæc accedente usq; ad uesperã oĩa cessarunt symptomata.

Præ omnibus igitur dãda opera est, ut lana permaneat calida, siue oleo tãtũ, siue oxelẽo hoc
est aceto, & oleo, quoq; imbuta fuerit: fiet hoc si aliæ lanæ siccę extrinsecus circumponantur, &
æger intra tectũ, cum hyems fuerit, ad quintũ usq; uel septimũ morbi diem sese contineat. Nam
si eousq; nec phlegmone aliqua tentetur, uacetq; prorsus dolore, & nullam sentiat tensionem, G
in posterum tutus erit. Curabis autem, ne in aceto uino sum aliquid appareat, quemadmodum
oleum quoque, ut omni adstrictione uacet. Neque igitur, quod crudum, uel immaturum dicitur
adhibebis: neque id, quod ab Hispania uehitur, ac uocant Hispanũ: immo nec aliud quodlibet
ex iis, quæ oleæ furculos habent. Optimum oleum est tenue, quale in Italia Sabinum: albi uero
in nationibus Romano Imperio subiectis, quæ nullam adstringendi uim obtinẽt. Iam uero qua
lis res sit rationalis indicatio, & quãto ditior, quàm nuda experientia citra methodum, uel hinc
condisces. Cum permultis neruorum uulneribus sæpe in itinere, in nauigio, in agro, uel in ci-
uitate, sed procul à meis ædibus incidissem: nec medicamenti ex euphorbio copia adesset, nec
illius, quod ex aceto conficitur, nec alterius: pharmaca, quorum forte fortuna eo loco facul-
tas erat, uulneri imponẽtes, propositum semper sumus assecuti. Noui etenim, me ipsum in agro
propolim recentem liquidam, & pinguem, quã agricola habebat, uulneri imposuisse: interim
fermentum solum, interim ambo commista. At fermentum quàm uetustissimum esse: propolim A.l.4.f.414
uero contra habere conuenit, quantum ad tempus attinet: sin autem uetustior sit, ex oleo iu- c.3.fol.476.c
xta ignem, uel in Sole, emolliatur. Rursus in alio quodam rustico succum tithymali fermento
mistum imposui, quem prope ipsius cortem succreuisse conspexeram: quippe fermentum, ut H
recens contemnebam. Non nunquam & propolim ex oleo liquefactam fermento subegi,
sed prius aceto quàm acerrimo dissoluto. Præstat oleum esse uetus in huiusmodi mistionibus,
puta ex oxymelite, & fabarum farina, uel eruorum, uel lolii, uel ciceris, uel lupinorum amaro-
rum, uel tenuiori polentæ puluere, uel hordeacea farina: Quibus in uiridibus, usus sum cataplas
matis, non solum in iis, quos iam phlegmone prehenderat, sed etiam protinus ab initio. In agro
cum & picem liquidam apud fabrum inuenissem, fermento mistam imposui. Item apud alium
eruorum farinam illo subactam: cuius penuria etiam prædictarum quæuis misceri potest. Quin
etiam oxelæum solum, quod calens, lana exceptum, statim, dum aliud nihil haberem, obtuli,
confisus aceto abunde acri, uetusto. In alio refrigerato, quod ante horam unam, uel longius
etiam tempus neruus cõtusus esset, quousque mihi quoddam idoneum medicamẽ adferretur,
expectaui, partem oleo foueri præcipiens: interim aceto prius admisto, quoniam aer per æsta-
tem calidissimus erat, mistura ex utroque diutissime foui, donec aliud medicamentum allatum
fuit. Singulis autem prædictis farinis permistam quoque stacten sæpe illeui, & mox à princi-
pio, & postea, cum homo medicamine quodam, quod cruentis imponitur, non probe usus es-
set. Hæc itaq; omnia, quomodocunq; applices, medicamina calida qualitatibus offeras. Et ue-

ro

A ro etiã cùm domo mea egredi feſtinans aliquando medicamentũ nullum in prõptu cõpoſitũ haberem, dedi cuidam familiari uetus euphorbium: iniunxiq; læue factum ex oleo ueteri, donec humidi cerati ſpiſſitudinem haberet, tendinis punctura in manu admoueret. Reuerſus igit interogaui uulneratum, multum ne caloris in parte affecta ſentiret: ille mediocrem quendam reſpondit ſe percipere. Rurſus igitur quæſiui, an mordicationem à medicamento in uulnere ſẽtiret: ille cũ ſe nõ morderi, ſed ueluti pruritum quendã ſentire dixiſſet, pharmacum ad noctem uſque adhærere permiſi. Quoniam uero cum impoſita abſtuliſſem, calor in affecto loco mediocris mihi apparuit, neq; punctura hians, ſatius mihi uiſum eſt eodem uti medicamento: & uerò cũ uulneratus altero die proſpere haberet, item tertio, & quarto, ad finẽ uſque idẽ pharmacum uſurpaui: quod contemplatus quidam, in alio uulnerato ſimiliter recenti euphorbio in eundem modũ uſus eſt: quare neceſsario calor ægrum multus, & commorſus, & dolor in ulcere ſubſecũtus eſt, adeo ut homo ad me deductus ſit, tanq̃ hoc præter omnium opinionem accidiſſet. Atq; ego ſtatim re intellecta, quod impoſitum erat abieci: fotu autẽ per oleum ipſi adhibito, medicamentũ ex aceto impoſui: quod ſi nõ in procinctu fuiſſet, pharmacum ex euphorbio copioſioris ceræ particeps admouiſſem. Quapropter non oportet, uti paulo ante diximus, probatorũ medi
B caminũ facultates, ac ſpecies ignorare, nec quæ celeriter uirtutẽ mutant, tũ quæ rurſus diutino tẽpore conſeruant. Nã ex iis, quæ caducum, ac ſtatim euaneſcentem calorem habent, euphorbium eſt. Id aũt cognoſces, ẽt ſi non manduces, colorem contemplatus: quippe non ut ab initio cinereum, uerum ſubpallidum, & ſubflauũ redditur inueteraſcens. Statim ẽt ſiccum abũde uidẽ tunc, & uix inter læuigandum ex oleo recenti protinus imbibito diſſoluitur. At ſubito ipſum oleo miſcendum non eſt, ſed prius in mortario ſenſim terendum, ne dilatetur. Quid itẽ opus eſt dicã, quod etiam guſtanti tibi recens percipiatur feruentiſſimum, ut linguam adurat, uetus aũt exiguã efficiat caliditatem? Iam aliis quoque multis pharmacis euanidam potentiam pauculis annis habere contingit, attamen euphorbium poſt thapſiã: hæc enim anno admodum imbecillis redditur, ut bimula prorſus expiret: euphorbium uero, cũ principio bonum fuerit, & probe repoſitum aſſeruatũq; ue, etiam anno tertio adhuc uim aliquã retinet, interim, & quarto: quinto autẽ, & ſexto iam exoluitur, deinde procedente tempore in totum elangueſcit. Porrò id, quo me aliquãdo, cum inueterato oleo, ſine cera uſum eſſe dixi, quinq; annorũ, aut ſex erat euphorbium. Vnde uſum ipſius menſura cõprehedere nemo poteſt. Nã recens oleo decuplo † cum cera tripla cõmiſcetur: ueteraſcens copioſius ei immitendum eſt: trimum uero, & quadrimum, uel
C duplicatum prioris pondus, uel æquale ceræ. Cum igitur pharmacum conſiſtentia ſimile acopis dictis unctionibus habere uolueris (quæ ſpiſſitudo liquidi etiam cerati eſt) oleum ceræ quadruplum eſſe curabis. Vbi uerò ad emplaſtri ſpeciẽ fiet, cerã omnino æqualem oleo miſcere oportet, maxime ſi ſicca fuerit, & uetuſta: ſicut recẽs, & pinguis pauciore oleo indiget, ut ceratum in emplaſtri modum efficiat, idq; magis adhuc per æſtatẽ. Itaq; ſi ceratũ emplaſtri formula facere ſtatueris, ceræ ex oleo liquefactæ, qua dixi ſymmetria, ſextam recentis euphorbii partẽ admiſcebis, ut illius una ſit drachma, ceræ ſex, olei itẽ ſex, uel quinque. Sed quoniã cera glutinãs, acuiſcoſa non eſt, quẽadmodũ reſinæ, & pix, ideo hanc, uel illã, uel utriuſq; partẽ, cerato admiſceo. Clarum igitur eſt, dũ hæc miſcentur, non amplius oleũ pari illis portione affundendum. Etenim cera ad liquiditatẽ multo pingui indiget: at reſinæ, quæ quidẽ aridæ prorſus ſunt, pauco: liquidæ & ſiccã quandam ſubſtantiã ad emplaſtri craſſitudinẽ aſſumere poſtulant. In ceris igitur non magna humiditatis, ac ſiccitatis differentia eſt: in reſinis, ſicut etiã in picis genere, contra, aridæ ab humidis permultum differunt. Omnium ergo reſinarum ſicciſſima eſt, quam non nulli frictam, alii colophoniam, appellant. Huic ſuccedit, quæ ex fictilibus impura, nec fricta ſumitur: quã ſi purges, in frictã mutabitur. His ambabus ſiccior eſt, quæ dicitur pityinon phyſema, ac ſi
D dicas picea germinatio. Hanc ſanè ceu ſqualidã, in præſentis emplaſtri cõpoſitionẽ nõ eſſe idoneam ratus abieci: usùs autem ſum fricta, & liquidis. Iam uero ex his quoq; non nullæ diutius liquidæ permanent, quẽadmodũ terebinthina: aliæ cito inareſcunt, ſicut ſtrobilina: media utriuſque eſt abietina. Quin etiã facultate calidior eſt qdẽ ſtrobilina, mox uero abietina, deinde terebinthina. Cupreſſi reſinã miſcere nõ auſus ſum, ut quæ non nihil adſtringeret. Putabit forſan aliquis nobiſcum diſſentire Dioſcoridẽ Anazarbeum in ſermone de reſinis hæc uerba ſcribentẽ primo de medica materia cõmentario. Ex omnibus reſinis principatus terebinthinæ datur, poſt eam lentiſcinæ, tum ei, quæ de picea raditur, & abiete, poſt quas pinea ſtrobilinaq; numeratur. In his. n. Dioſcorides tanquã infima ſtrobilina, optima uero terebinthina, ſentire uidetur. Verum ego ex his tribus reſinis ſtrobilina, abietina, terebinthina, principem certè ſtrobilinã calore, ſecundam abietinã, poſtremam terebinthinam, eſſe dixi. Quemadmodum igitur, qui inter Italiæ uina auſtera optimum ponit uinum Italicum, alius ad qualitatem unam ſermonem referens, alius abſolute de tota ipſorum ſubſtantia pronuncians, uerus deprehenditur: Eadem ratione etiam inter reſinas optimam, tanquam medicamentum in multiplices uſus accommodatum, merito terebinthinam affirmaueris, non tamen caliditate primas obtinere. Itaque ut aiebam, licet tibi quãlibet reſinam ceræ miſcenti ſimplex ceratum glutinantius efficere, quod

† *Additur in antiquis καὶ δωδεκαπλασίων, i. duodecim partibus ſuperante.*

ex

ex oleo,& cera duntaxat cõponimus.Hic uerò experientiæ quoq; utilitas eſt, quæ de coniectu- E
ra noſtra decernat.Potes enim ubi triplicatã cerã terebinthinæ commiſcueris,intelligere, em-
plaſtri ne ſpiſſitudinem iam medicamentum acceperit: an adhuc ſiccius ſit,ac copioſiorem in-
ſuper reſinã deſideret.Quapropter ubi hunc in modum experienti tibi,mediocriter habere ui
ſum fuerit,miſcebis tunc medicamento,quod cõficis,duodecimã partem euphorbii. At ſi igno
res,an euphorbium exacte ſit calidũ,an nõ nihil a tali diſcedat, poſt confectionẽ linteo paululũ A.l.4.f.4 t.4.
illius medicamenti illitum,tuæ ipſius tibiæ,uel cubito horis aliquot imponito:poſtea ſi modice c.8.fol.476.a
calefacere deprehendis,bene tẽperatũ eſſe medicamentũ arbitraberis.quòd ſi,uel nullum ſen
ſibilẽ calorem dat,uel iuſto feruentiorem,integrũ eſt,aut pharmacũ remittere,aut intendere;re-
mittere quidẽ miſtura cerati,intendere appoſito euphorbio. Atqui ſi Propolim pinguẽ habeas,
eam omnibus reſinis aptiorem fore tibi intelligito,ut quæ uaporoſam ſpiritus craſſitiem,humo
resq; ſuperfluos elicere, ac ex alto foras ductitare,ſuapte queat natura.Siquidem reſinę cum ce
ra,emplaſtri ſpiſſitudinis gratia,non tanquam curationis conſilio,aſſumuntur,propolis autem
curationis ipſius ſcopo continetur.Atq; hæc aliquando ſola,ut dixi,recenti,quãtum ad humidi
tatẽ attinet, uſus ſum in agricola quodã duro corpore:ac mirum eſt, qũo ſola aduſq; finẽ adhi-
bita adiuuerit,adeo ut nullius pharmaci prẽterea ueniret neceſſitas. Alteri,qui puncturam pro F
fundiorem haberet , tithymali cuiuſdã exiguum quid liquoris admiſcui. Mollioribus uero cor-
poribus medicamentũ tactu durius apparet,niſi olei miſtura uehementer ipſum mollias. Quin,
& alia medicamenta omnia,quæ neruorum uulneribus adhibentur,liquida,& mollia eſſe cõue
nit.Mollitiem igitur quoduis oleum conciliare, robur uero medicamẽti uetus oleum tueri põt.
Vt autẽ propolim in agro non nunq; accõmodaui,tanq; melius pharmacum iis, quæ tum affue-
rant eligens,ita fermentum rurſus in alio admoui,medicamenti inopia,qm̃ hoc quoque in alto
fixa extrahere, & diſcutere ſciebam . Quãto autem uetuſtius fermentum,tanto eſt præſtantius.
* Al. ſpumam nitri. Porrò huiuſmodi res non ſolum facile in agris reperiuntur,ſed etiã ſulphur uiuum, quo nõ nũ-
quã,& ipſo ſum uſus miſcẽs cũ tetrapharmaco.Huic igitur, & Aphronitrũ*, & bereniciũ Litrũ,
& Aphrolitrum non lapidoſum,ſed uere aphrolitrũ,quod ſpumæ cõſiſtentiam habet,adiiciens
frequenter uſurpaui,nõ modo in agris aliorum penuria,ſed etiam præſentibus enumeratis me-
dicamentis hoc nomine, ut animi ſenſum experientia explorarẽ,probaremq;: At uulneratus ta
lis rei ſolo uſu cõualuit,fotus uidelicet oleo. Hoc enim cõmune tibi eſto in omnibus medicamẽ
tis,quæ hic dicuntur,neruorum,uulneribus cõducere.Iam uero, & quod à medicis uocatur Ar-
ſenicum,ab iis autem,qui attice omnia uolunt proferre, Arrhenicum, adiunxi tetrapharmaco, G
quod animo cõceperam,experientia uolens pertentare·rurſus cum id non adeſſet,ſandarachã,
uti uocant,ſicut calcẽ reſtinctam, & uiuam, lotam & illotam , minus autẽ uiuæ, plus reſtinctæ,&
plus adhuc lotæ adieci.Cæterum de exacta cuiuſque componendæ quantitate paulo poſt dice-
mus,ubi hæc ſimplicia omnia,uſuſq; ipſorum diſtinctiones, retulerimus . In hoc enim ſermone
propter empiricos,qui ex periptoſi(id eſt incidẽtia ſeu caſu) plurima cõpoſitorũ medicaminũ
inuenta eſſe putant,uiſum mihi eſt cõmemorare,neruorum uulnera curandi rationem à me ci-
tra caſum repertam inde,q; ſanationis ipſorum ſcopũ,& ſimpliciũ pharmacorum facultates,co
gnoſcerem.Etenim ex caſu unum aliquod ſimplex medicamentũ inuenitur, rationalis autẽ me
thodus plurima ſimul inuenit, & uarias ipſorum cõpoſitiones. Quæ igitur ex alto humores edu-
cere,digerereq; natura poſſunt,neruorum uulneribus ex uſu ſunt.Quandoquidẽ uero non nul-
la caliditatẽ immoderatam,uel mordacem uehementer acrimoniam,uel acidã qualitatem con
iunctas habent, alia ipſis pharmaca admiſceri ratio eſt , quę prędictos exceſſus ſine uirtutis of-
enſa tẽperare queant.At hoc fieri recte non poteſt,niſi cuiuſq; medicamenti non modo quali
tatis genus, ſed etiam quantitatem,in eo cognoſcas.Quędam nanque,ut oſtendimus in cõmen
tario de Simplicibus medicamentis,in primo calefacientiũ ordine collocanẽ, à tẽperatis paulu- H
lũ abſcedentia:alia in ſecundo,magis inde declinantia : alia tertio : non nulla quarto,quę urere
iã queãt.Igitur pro uehementiæ uirtutis cuiuſq; pharmaci proportione, miſcendorũ facultas in
uenitur,modò ſimplicium omnium tẽperamenta intelligas.Empiricorũ hęreſis ſola genere cõ-
ſimilia propter uniuſcuiuſque medicamenti naturę ignorantiam miſcet: & qui hanc nouerunt,
ſola eadẽ miſcent,quia exceſſus quantitatẽ certo non cognoſcunt.Quod itaque ipſe primũ prę-
paraui medicamentũ: ex multis eiuſdẽ generis cõpoſitum eſt, quoniam nondum cuiuſque uir-
tutis quantitatem exacte pernoſcebam . Inieci etenim non nihil arſenici,ſulfuris, miſyos,calcis
lotæ,& illotæ,& pompholygis, ſimiliter ſpodii, itẽ ſquamæ æris,chalcitidis uſtæ lotæ,& illotæ,
ad hæc non uſtæ.Hæc igitur prius in aceto quàm acerrimo diebus multis, Sole æſtiuo,leuia red
didi.Quæ ſuperfundi his debebant,cera erat neceſſario,& mellis non nihil prius expurgati, re-
ſinæ propemodum omnes,propolis,pix,& ladanũ,liquida cyprinum,ſuſinum, opobalſamum,
amaricinum, gleucinum, cedrinum, & oleum ricininum , & uetuſtum : ex ſingulis autem liquo-
ribus,quos non multo ante recenſui,paulum aliquid.Poſtremo aliàs aliud auferens experientię
gratia, nihilo ſimpliciora ſingula,quibus in hunc diem utor,inferiora eſſe animaduerti: ipſorũ
autem ſymmetrię mox ponentur. Itaque ex aceto,& liquoribus talia confeci, cerę, reſinarum,

propoleos,

A propoleos,& picis non nihil adiungens, pari modo ex columbarum ſtercore,& herbis tenuiũ partium. Minus ergo moleſta ſunt liquida pharmaca,cùm aliis, tum neruorũ maxime uulneribus. Vtimur ẽt emplaſtri modo cõpoſitis,propter eos, qui ſe lauare uolunt: lanis enim ablatis, ac tali pharmaco ſolo adhærente,minore cum moleſtia lauant. Prædictũ enim eſt, neque tunc uulnere affectam partem aquis reſpergendam,ſi in manu id contigerit: pes uerò,ſi iis læſus ſit, ut non madefiat fieri non poteſt, ſed tunc à balneo primis quatuor diebus abſtinendum eſt. Quoniam uerò omnium huius tempeſtatis hominum,& eorum iam etiam,qui ruri degunt, ſor titudo periit,qui lauare ſe quotidie conſueuerunt,equidem qui nõ adeo delitiis affluunt(ſunt hi maximè pauperes)ut plurimum obtemperantes nobis habemus:diuites uerè, & prẹſertim potentes admodum illos,uel ęgrè obtemperantes, uel prorſus immorigeros experimur. Optimũ igitur fuerit,nec ipſis mederi:uerum cum,neſcio quo modo,alius ob aliam cauſam,quidam no ſtrum inuiti,quidam ultro,ipſorum mollitiem tolerare coguntur,tale quippiã factitare conſueui:Vulneratæ parti pharmacum aliquod in emplaſtri modum imponens,extrinſecus iterũ multiplices pannos oleo tinctos plures ſuperiniicio: quibus rurſum extrinſecus faſciã ex linteis accommodo:quã deinde in ipſo rurſus balneo,cùm æger in ſolium eſt ingreſſurus,oleo prius per
B fundo: & loto uidelicet iã omnia impoſita aufero, utroq; prædicto totius curationis genere.At uerò patet omnibus eum, qui pulchrè neruorum uulneribus proſpecturus eſt, etiam particularum naturæ peritum eſſe oportere.Nam antea comprehenſum eſt,tendines pariter,in quos muſculi plurimi deſinunt,non mediocriter condoleſcere,primùm quidem conuulſionẽ generantes,dein putreſcentes, & ipſos uicinas ſimul partes uniuerſas inficere. Non nulli autem eorum ceu membranæ,tenues,latiq; ſunt,quales in femorum terminis ad genua ſpectantibus, tum intra manus,infraque pedes ſubtenſi ſunt.Omnes enim,qui in manibus pedibusq; ſunt,ſatis quidẽ coeuntes cutẽ contingunt: qui uerò in patellam perueniunt,à circumpoſita cute cata darſin id eſt per excoriationẽ,abſcedunt,Mihi etiam hoc fortè fortuna contigit:etenim neruorũ uulnerum curationẽ iuuenis adhuc, cùm primum ex Alexandria in patriam reuerterer, annos uigintiocto natus,excogitaui.Quia uero ſingula pharmaca, quę adinuenerã,medicis amicis non ſolum ciuibus,ſed etiam uicinis exhibueram,ut omnia uſu, ac experimentis firmarentur: uiſum que erat,haud noui quomodo,ciuitatis noſtræ pontifici, gladiatorum curationẽ mihi ſoli tradere,quãuis iuueni adhuc, uigeſimũ nonũ enim tũ primũ attingebã: tunc uulneratos in priore, infernaque femoris parte inuento præſidio curaui: in iis ſanè, qui per tranſuerſum percuſſi erãt,
C reliquũ tendinis ipſe amputans,ut tuta eſſet mihi curatio: qui uerò paruũ:uel per directum, uulnus acceperunt,cum ſecuritate ſimul, & metu totam ſanandi deductionem exercẽs.Nã cũ omnes ante nos medici plurimum aqua calente ipſos fouerent,& triticea farina ex hydrelæo modicè decocta illinirent,ego ſanè aquã omnino non obtuli:oleo autem frequenter reſpergens ſimul cũ prædictis pharmacis,ſtatim omnes ſanitati reſtitui. Quandoquidẽ uerò multi ſuperioribus annis fortuito perierunt,mihi tamen ne quidẽ unus,uel ex neruorum uulnere,uel alio,mortuus eſt, alter pontifex ſuccedens illi, qui mihi, tũ medendi officiũ cõmiſerat, ſimiliter & ipſe à ſeptẽ menſiũ interuallo gladiatorũ curationẽ fidei meæ concredidit:ſiquidẽ primus autumnali ſolſtitio,ſecundus uigente uere, pontificatum geſſit.Rurſus poſt hunc, omnibus à me ſeruatis, tertius,quartus, & quintus, pari modo gladiatores mihi curandos tradiderunt, ut iam permultum illam medendi curationem exploratam habeam. Quin etiam hoc tempore tale quid induſtria inuenimus, cui animum aduertere maxime illos medicos conuenit, qui uulnerum curatiõ rectè adminiſtrare cupiunt.Contemplatus enim gladiatorem quendam ex iis,quos equites nominant,tranſuerſam diuiſionẽ in priore, ac inferiore femoris parte habentẽ, eãque ſatis altam:ac uulneris labrum intuitus,ſurſum alterum reuulſum, infra alterum quaſi ad patellam de-
D tractum: nõ dubitaui diſtantes inuicem muſculorum partes ſuturis contrahere, curatione illa, quæ cata platos i.per latitudinẽ dicitur, neglecta. Itaq; ueritus tendines ipſis conſuere,denudatis prius illis, ſic altioribus ſuturis uſus ſum, haud ignarus carnoſam ipſam muſculorum partem periculo uacare,tendines uero non item: quãuis hoc nullũ ex præceptoribus facientẽ uiderim. Quidam ſiquidẽ ipſorũ in huiuſmodi uulneribus ſolas cutis oras conſuebant: non nulli in carnoſis partibus muſculos ipſos ſuere auſi, id in ſuperficie ipſorum facere ſolebant:proinde ſiquãdo uulnus inſigniter altum, non ſecundum mẽbri longitudinem, contigerit, ſummãquidẽ muſculi partẽ glutinabãt, reliquã uero totã inglutinatã relinquebant. Etenim in uulneribus iuxta mẽbri longitudinem factis deligatura uulnerati muſculi partibus inuicẽ contrahendis ſufficit: per tranſuerſum uulneri accepto,cum deligatura nihil prodeſſe poſſit, ex ſola ſutura totum abſoluitur:has igitur niſi quis altas faciat,muſculi in profundo partes inglutinatæ permanent. Cæterum non nulli opus à me confectum imitãtes, anatomes imperiti, ab omnibus muſculis ſub-
* iectas membranas auellunt neſcientes has ſimul cũ muſculis tutò conſui, tendines autem ſimiliter ipſis dilatatos non mediocri cum periculo.Verum quomodocunque illi dilatati fuerint,tamen craſſiores adhuc,durioresq; membranis ſunt, tenues abunde illos uidebis, & in omnibus iuxta abdomen muſculis, prẹter quàm duobus rectis,quibus obliquorum mẽbranoſæ aponeu-

A.l.4.f.4.t.4. fol.475.h

roſes,

roſes (ij ſunt neruoſi ex muſculis exortus) incumbunt. Alius tendo nullus præter enumeratos E
mẽbranæ modo dilatatus; quippe ſeruant omnes, qui dilatantur, craſſitudinem magnã ſatis, ut
neminem latere queant. At ſympathia, id eſt conſenſus, ſuperpoſitarum partiũ uſq; ad ipſum
neruorum principium, non minus q̃ iis: qui iuxta femoris articulum, muſculis, tũ in cubiti gib-
berum; quem Græci aneona uocant, tũ in calcaneum inſertis, accidit. Dilatantur itaq; utriuſq;
tendines, ſed ita, ut craſſitudinem notandam retineant: calcis tendo ex ſura deſcendens magis
adhuc robuſtus craſſusq́;, ceu ex tribus neruoſis exporrectionibus cõpoſitus, apparet. Latuit aũt
hoc ætate nobis maiores anatomicos, ſicut & pleraq; alia in totis muſculis, ac multo ẽt magis
in uenis, arteriis, & neruis. Multi uerò iã ex meis ſodalibus etiam nũ hæc omnia nouerunt, & di-
ſcipulis oſtendunt, libris meis anatomicis perlectis. Memini ſanè ex anatome, euidẽtium nihil,
ut quis putauerit, cõe cum opere de medicaminibus cõponendis habentium, timens ne ex hu-
iuſmodi inſcitia errantes, uel uniuerſam curandi rationẽ ſuſpectã haberent, uel fruſtra mẽbra-
nas auellerẽt, fugientes inde, ſicut falsò exiſtimant, noxã futurã. Quẽadmodũ alii quidã, cũ non
ualeant ligamenta cognoſcere, ea tanq̃ neruos, & tendines uulneratos ſuſpecta hñt, à periculo
alioquin remota, qũocunq; afficiantur, utpotè inſenſilia, & ex oſſibus, nõ ex muſculis ſicut ten-
dines orta, uel ex cerebro, ſpinaliq́; medulla, ut nerui. Optimè igitur, uelut alia pleraq;, ẽt in his F
permulti medici clariſſimi dixerunt, medicinæ partes mutuã opẽ requirere, tũ quæ manu, tum A.l.1.f.4.c.1.
quæ medicamentis, tũ quæ uictu medetur (primã græci chirurgicen, alterã pharmaceuticen, ter fol.70.g
tiã diæteticen nominant,) ac ſanè maximè illã, quæ manu curat, reliquis duabus indigere. Itaq;
ſi frequenter in ſimiis cuiuſq; tendinis, & nerui poſitum, ac magnitudinẽ contempleris, exactè
poteris etiã, ſi humani corporis incidendi copia tibi unquã ſuppetet, ſingula, ut uidiſti, celeriter
inuenire: quòd ſi inexercitatus omnino facias, nihil inde promouebis. Quẽadmodum nec medi
ci bello germanico, barbarorum corporum inſectionis poteſtatem habentes, amplius quippiã
didicerunt iis, quæ coqui intelligunt. Etenim empiricorum anatome caſu contingens prolixũ
nugamentum eſt, ſimile capris, quæ iuncis manualibus cõpunguntur. Hac nugacior eſt ex libris
anatomicis inſtitutio, non abſimilis iis, qui ſecundum paræmiã, ex libro gubernare dicuntur.
Qũquidem enim cõtemplari palam à præceptore oſtenſos in corpore neruos, & tendines ipſo
rum, niſi denuo eos uideant, & tertium, & ſæpius deinceps, loci accuratè, in quo poſiti ſunt, non
meminere, multo minus ex lectione poterunt addiſcere. Itaq; huius tẽpeſtatis empiricorũ opti-
mus, cũ libros oẽs anatomicorũ perlegiſſet, puerũ ſtilo in interiore brachii regione, ſupra me-
dias ipſius partes, in ſchola quãdoque punctum pharmaco emplaſtico curare aggreſſus eſt, cui⁹ G
experientiã ex nerui uulnere curato paulo ante acceperat, puerumq́; ob id ab inflãmatione, ac
dolore immunẽ uidẽs, in totum curatum putabat, uerum repetẽte ſeptimo die conuulſus periit.
Ille igitur cùm factum, quaſi cuius ratio, aut cauſa dari non poſſet, nobis recenſeret: ego
uero medicamẽti cõpoſitionis ſcripturã recitaret, poſtulaſſem: ei, cùm id ſtatim egiſſet, hęc pro
tinus ſubieci, nunquid recenſendo, quæ puero neruum uulnerato nuper contigerunt, plus ali-
quid narrationi adieciſti, q̃ quod medicamenti mirificè puerum recens uulneratum curãtis ex
perimẽtum habueras? Vt aũt ille cõfeſſus eſt nil ſe aliud ſermoni addidiſſe: rurſus igitur, inquã,
audi à me quid geſtum ſit. Notabile uulnus erat nerui percuſſi, quod medicamento hoc curatũ
eſſe dicis: & quidẽ audacter in id genus uulneribus iterum eo utitor: puncturas aũt neruorũ an-
guſtã cutis diuiſionem habentes tale pharmacum ſanare nõ poteſt: ſicut nec id, quod punctu ris
medendis dicatum eſt, ipſi neruo nudo adhibitum: quippe multo calidius eſt, magisq́; mordet,
q̃ ut nudus neruus mordicationẽ eius, & ardorẽ ſuſtineat. Vbi uero, & cutis, & mẽbrana ſuper
ipſo, itẽ caro præpoſita eſt, mordax medicamẽtum, ſi tenuium ẽt partiũ ſit, eadem ratione ner-
uo medetur, qua pharmacum tuum, quando ipſum ſolum nudum neruum affectum contigerit.
Præcipua autem danda opera eſt, ut oræ anguſtiorum punctuum apertæ ſint, ut calidum medi- H
camen extrinſecus applicatum per eas uapores educat, attrahens humiditatẽ circa affectum lo
cum in alto latentẽ. Ob quam rem in id genus puncturis orificium duabus in cutem ſectionibus
ſecũdum rectos angulos diuidere oportet. Atque tum hęc, tum alia multa prius relata, dixi ei,
qui in pueri neruo uulnerati curatione errauerat adeo, ut ex parua medendi ratione ipſe con-
uulſus interierit. Itaq; omnes norunt etiam punctæ partis naturam indicare non nunquam uul-
nus abſq; periculo, non nunquam ſuſpectum eſſe, cum neruum ſubiectum uiderimus, ut in pue-
ro ad brachium puncto: non enim ſermone locus poteſt exprimi, ubi, quæ per alam in totã ma-
num pertendunt, brachio inſeruntur. Et ſanè hic quoque demirari eſt empiricorum litigandi
ſtudium, qui quidẽ in aliis oĩbus medicinæ opus, quodlibet ſubinde contemplatum melius ip-
ſum imitari concedunt, quàm ſi raro uiderit: itidem melius eum quolibet opere perfungi, ſi
frequenter illi aſſueuerit: Sola uero, quę ex corporum inciſione cognoſcuntur, poſſe quempiã
firmiter aſſequi, modo anatomicorum uirorum hiſtoriam perlegerit, cùm uel ex iis, qui à præce
ptore oſtenſas corporis partes conſpexerunt, nemo ſemel, uel iterũ ſpeculatus ad amuſſim me-
moria tenere poſſit, ſed frequenter illum conſpicere conuenit. Nerui autem non modo magni
in alto particulas multas corporis permaneãt, ſed in cutem quoque ſolam diſtributorũ tanquã

radices

A radices quędam ſunt: in quibus uulnerati, niſi probè curentur, ſubiacentium neruorũ magnorũ affectum conſenſorium obtinẽt, unde ij prodeunt, quos in anatomicis adminiſtrationibus accuratè pertractauimus, ab oĩbus, qui me præceſſerunt, omiſſos. Atq; has radices niſi crebro in ſimiis fueris intuitus, fieri nõ poteſt, ut cum humanum corpus in confectionẽ nactus fueris, exacte deprehendas. Quẽadmodum multo minus in anatome fortuita, quã & ſpeculationẽ uulnerariã nominant, locũ ex ſola lectione inuenire queas: quãq; nec aliquis per multa uulnera ipſe met inſpicere poterit, ſi ea excipias, quæ in bello cõtinguntur, in quibus & ipſis nemo, dũ ſaucium cito curare ſtudet, contemplatur, ubi uulneratis partibus nerui, ubi arteriæ, uenæq; ſubiaceant. Videntur itaq; in hmõi affectuum curationibus anatomes imperiti ſimiles iis, qui iter in lectica cæci faciunt, eoq; uehementer errant. Verùm qui inter ipſos, & partium experientiã ex inciſione cognitam, & methodum confectionis, uſuſq; medicamẽtorum coniunxerit, is ſemper neruorum uulnera, uti nos, ſine omni periculo curaturus eſt, ut nec principalior ulla pars condoleat, nec uulneratus neruus, aut cõtuſus inflammatione laboret: ubi iam hæc ſunt, multo minus, uel putredo, uel claudicatio, uel conuulſio, uel ipſa mors comitabitur.

Confectiones medicamentorum ex metallicis, ad neruorum Vulnera. CAP. 3.

B EX metallicis medicamentis adſtringentia uitare cõſultum eſt, præſertim ubi cõpoſiti pharmaci uſus in punctura eueniat: quę uerò detergendi uim obtinent, ſicut æris ſquama, ex uſu ſunt, cæterum oĩa metallica, cum craſſiorum partium exiſtant (multum enim terreſtris ſubſtantiæ in ſe continent) artificii non nihil in præparando requirunt, quo tenuiora fiant. hoc igit ex aceto facere q̃ acerrimo excogitaui, præſertim quod ex uino nõ auſtero cõfectum eſt. † Ac ſi ex tali non ſit, ſed admodum uetus, ꝯ eo utitor. Attende tñ diligenter in guſtu, ne tibi uel minimã uini qualitatẽ referre uideatur, tale quippe acetum ualidam exedẽdi, ſecandiq; uicina, poteſtatẽ non habet. Iã uero metallica ex acerrimo, & q̃ fieri poteſt uetuſtiſſimo, ſubſtantiaq; tenuiſſimo, læuigare oportet eũ, qui conſiſtentiæ craſſitudinẽ deuitat. Præſtat autẽ id in Sole æſtiuo perficere. Sunt quidem ex metallicis, quæ nec comminui, nec cribrari poſtulant, cum facile ab aceto ſoluantur, ſicut chalcitis, & miſy: nõ nulla, & contundi, & cribrari, & poſtea lęuigari deſiderant, quẽadmodũ æris ſquama. Cùm igitur primum præpararẽ medicamentum, immiſcui ei & arſenicum, poſtea ſuperfluũ eſſe putaui: etenim ex æris ſquama, & miſy, & chalcitide, medicamen cõpoſitum iri abundè mihi ſatis uidebatur. Miſcui aũt prima confectione etiã æruginem combuſtã: nã quæ ignem experta non erat, tanq; iuſto mordaciorem ſuſpicatus ſum: deinde tñ nõ uſtæ

C pauxillum ſimul adieci, quãtum aliorum portio ferebat. Pari modo chalcitidẽ ſanè pauciſſimã, uſtã uerò æqualem miſy, & æris ſquamæ, indidi. Præſtantius aũt omnibus cõpoſitis fore ſperaui, immo ẽt experientia deprehendi, in quo plurima æris ſquama ineſſet, dein chalcitis cõbuſta, poſtea miſy. Quæcunque igitur miſcebis pharmaca, ad Solẽ, ut dixi, æſtiuo tẽpore, multis deinceps diebus in puluerẽ ex aceto quàm acerrimo redigantur: quanto enim longiori tempore trita fuerint, hoc tenuiorem ſubſtantiã conſequentur. Ideoq; anguſtis uulneribus aptiora, ſicut inneruis denudatis, admodum tenuia exedentiaq; cauenda ſunt: ob quod prædicti paſtilli oĩbus id genus conueniunt, ſiquidẽ nõ nulla adſtringẽtia quoque aſſumpſerunt. Porrò celebres ex illis ſunt, qui ad Andronem, Polyidam, & Paſionem, authores referuntur. Sunt & alij quidam quartus, & quintus, illis ualentiores, quibus ego ſubinde utor. Symmetriæ uerò ipſorũ perfectę ſermonis proceſſu dicentur. Nunc de eorundẽ uſu tñ explicaſſe ſufficiat, quòd tritos ipſos aridos, poſtea rurſus firęo, id eſt ſapa, adiecto, ita terere conuenit, donec ſordium ſpiſſitudinem recipiat medicamentum, & æqualiter læue fiat. Vocant autem nunc omnes apud nos, & firæon, ex muſto decocto natum: id aũt nihil uinoſum habeat, quale non ex auſterarum uuarum, ſed quàm maximè dulcium, muſto præparatur, neque ex primo fluente, ſed poſtremo. Si igitur tale

D muſtum extiterit, coquendum eſt, dum ad dimidiam partem menſuræ conſumatur: ſin minus tale, ad tertias coquendum eſt. Huiuſmodi quidem decocto paſtillos ſoluere expedit, ut mellis craſſitudine linamentis excepti, neruis denudatis imponantur, maximeq; ex ipſis temperatiores, qualis Polyidæ eſt. Ac multo ſanè magis, ſi corpus ſit tenerum, ac molliuſculum: in quo, & prorſus à paſtillorum uſu te abſtinere tutius eſt, aliis utentem pharmacis, de quibus iã ſermo factus eſt, iterumq; fiet. Neruo autem nudo linamentis cooperto, extrinſecus unum aliquod ex iis, quæ ad anguſta uulnera conueniunt, ſuperdandum eſt. Quorũ ſunt quatuor genera, unũ hoc quod ex metallicis conficitur, alterum quod ex liquoribus: inter quæ refertur & illud, quod ex euphorbio conſtat: tertium ex columbarum ſtercore: & quartum praon ideſt mite, à me appellatũ, quo ẽt ad neruos tenerorum corporũ omnino denudatos utor: ex his quatuor unũ quoddã toti affectæ particulæ circundandum eſt ita, ut ſanarum quoque partium multum unà comprehẽdat, præſertim ſuperpoſitarum: quas bis die, uel ter, ſi neceſſitas incidit, perfuſione fouere oportet: Quin etiã nocte interim linamentis quidem denudato neruo impoſitis, cæterum eo, quod extrinſecus admotum erat, ablato. Porrò cùm permagna humanorũ corporum ſit differentia, tum in natiuis ipſorum temperamentis, tum ætatum mutationibus, inſuper uitæ ſtudiis, nulla ratione, quod componitur medicamentum, omnibus conuenire poteſt. Quã ob rẽ duo in

† Al ac ſi ex tali ſit, admodumq; uetus ſit.

l.4.f.4.t.4. fol.475.f.

promptu

promptu habeto,alterum ualentius eiuſdem generis reliquis,alterum mitius:quibus inuicē mi- E
ſtis,dum uſus poſtulat,permulta inter hæc media iuxta miſturæ quantitatē conſtituas: Si nanq;
parē utriuſq; portionem confuderis, miſtum exactè medium amborum erit: ꝙ ſi alterius plus
adiicias,tm̄ à medio ad illud ſummum recedet,quanto miſtura ſuperauerit. Eſto igitur ualentiſ
ſimū metallicum ex his conſtructum, unam partē crudæ chalcitidis habens, duas miſyos ſimili
ter crudi, tres æris ſquamæ:Inualidiſſimum,unam itidē miſyos, & chalcitidis,ſed utriuſq; com- A.l.4.f.4t.4.
buſti,ſquamæ quatuor. At uero amborū medium,quo ſubinde uſus ſum,tale eſto: Miſyos,chal- c.8.fol.476.a
citidis, ęruginis, cuiuſque uſti pars una,ęris ſquamæ partes tres. His ſicut prędixi,contritis,cerę
in ualentiſſimo duplum,in altero duę partes, &.ſ.miſcentur:in medio,quod intra hęc conſiſtit,
partes duę, & quarta:ſicut in primo trium, quod ualentiſſimū eſſe dixi, oēs partes numero ſex,
ex miſy, chalcitide,& ſquama collectę,naſcuntur. His ergo duodecim cerę partes adiicientur
* Al.octodecim. At in medicamento inualidiſſimo ſi metallicorū ſex partes exiſtant, cerę* duodecim apponas:
in mediocri amborū medium, ſunt ēt inter octodecim,& duodecim,media quinq; & decem. Si
ue igitur denariū unū ſtatuas unā eſſe partem, oīum uidelicet,tot denarios adiicito, quot par-
tes,ſiue unciā, ſiue librā:ſic enim apud Romanos cōſuetudo eſt nominari tot uncias, uel libras.
Porrò menſura quidem apud ipſos eſt, qua oleum metiuntur,inſecta diſcretaq; lineis totam in F
duodecim partes diuidētibus: atq; integra mēſura ab eis libra nominatur:duodecima uero eiꝰ
portio,uncia. Metallica igitur,& cera in lance alijs uncijs ponderantur,oleum cornu metiunt.
Itaq; prędictis pharmacis omnibus iuxta cerę proportionē oleum immittatur,ſuperetq; in ſin-
gulis ipſis dimidio:ut ſi cera uncias octo compleat, oleum duodecim,hoc eſt integram librā pē
dat. Eſto aūt id ſabino ſimile,partium tenuiorum,minimeq; adſtringēs:at etiam ſi uetus ſit,prę-
ſtat:acerbum uerò,& quod ex oleę ſurculis confectum eſt,nequaquam conuenit. Cęterum om-
nibus medicamentis commemoratis, ubi metallica ex aceto pluribus diebus in mortario trita
fuerint,thus cādidiſſimum,& pingue admiſceatur: deinde rurſus una cum metallicis diebus ali-
quot ęquigetur,priuſquā ceratum eis immiſceas. Quanta uero ex omnibus metallicis copia col-
ligitur, huius partē dimidiam thus contineat: quòd ſi mollius medicamentum facere poſtulas,
amplius q̄ dimidiā:ſicut ubi acrius expetis, minus dimidio, adiungas. Et uerò etiam ceræ,cum
oleo liquatæ reſinam quandam ex iis,quas recenſuimus,miſceas licet,ſciens acrius ipſum,adie
cta ſtrobilina,fieri,mollius terebinthina,medium utriuſq; abietina. Ex harū genere larix quoq;
eſt, prædictis planè humidior:conſiſtentia uerò ſimilis liquidæ pice, quā loco terebinthinæ in-
ſtitores uendunt ignorantibus eas diſcernere:eſt autem talis reſina odore,guſtu,& facultate,q̄ G
terebinthina acrior. Cùm hac igitur,& terebinthina,perſimilem potentiā larix obtinet,ſed te
nuioribus partibus,maioreq; diſcutiendi uirtute prędita eſt. Miſcebis igitur cerę ſextā ſuperio
rum reſinarum parē,uolens medicamentū emplaſtri figurā induere: nā uni ceræ pondo,reſinę
uncias duas adiicias: ſin autem liquida inſigniter fuerit,uel unam tantum miſcere ſatis eſt. At-
tamen ſi,ut in modum emplaſtri pharmacum fiat,nihil curas,reſinam addere nō admodū opus
eſt: chalbani uerò æquale thuri pondus indes, ubi mitiſſimum reddere medicamentum ſtatuis:
dum ualentius,dimidium:quando ipſorū medium,id quod inter æquale,& dimidium eſt. Ver-
bi gratia, ſi quatuor thuris denarii fuerint, duos chalbani impones, ualidū permanere medica-
men poſtulans: mite, quatuor:mediū,tres. Vt enim molle,& dolorē leuans quippiam habet,ita
quoq; putrificum,quod ſanè,& plurimis molliētibus accidit. Quare cùm neruo denudato phar
macum adhibes,non adeo chalbanum eſſe commiſtum oportet:quòd ſi nudus ille nō eſt,haud
mediocriter ipſius admiſtio dolori auferendo cōuenit: ideoq; tale etiā medicamentū acuto ſen
ſu prædictis, teneris & cacochymis paratum habere expedit, in quo plus chalbani adiectum ſit.
Omnia ſiquidē metallica exaſperant,doloremq; concitant,& ex liquidis acetum:unde merito
ex illis confecta pharmaca aſpera uidētur,& dolorifica:ob quā rē,& totus ex oleo,& chalbani H
miſtura ſimiliter ipſis idonea eſt:nihilo autē minus tenuium partium adeps chalbano dolorem
ſedat. Quare uelim te aliud quoq; medicamen ex his aliquod præparatum habere,quod ex me
tallicis cōpoſito miſcere poſſis,tum in dictis corporibus,tum in iijs,quæ aſperum,& dolorificū
quandoq; medicamentū præceperint. Deligendus aūt adeps, qui tenuiorum partium exiſtat,cu
iuſmodi ſunt agreſtium animantium,maxime leonis,pardi,hyenæ,& urſi:ad hæc uolatiliū,ma-
ximè anſerum: horum inopia agreſtium gallorum gallinarumq;ue,ita uero anſerū quoq; ſylue
ſtrium:nam animalium, quæ in urbibus aluntur, & tanquā in ocio concluſa ſunt, humidior eſt
adeps,& craſſior. Cæterum quò pharmaci cōſiſtentia cerati ſpiſſitudinē habeat,ceræ tertia,uel
quarta pars admiſceatur: uel ſi adeps humidus nimium eſſe tibi uideatur, licet & ceræ dimidiū
adiicere:quemadmodum:& ubi ſicca fuerit,quartā:cum mediocriter habet,tertiam. Porrò hu-
iuſmodi ceratum, quod utile nobis futurum eſt, dia ſteaton.i.ex ſeuis,nominetur.

De medicamento,quod ex Euphorbio componitur. CAP. 4.

DIctum mihi eſt & antea,uetus euphorbium recētiori multo inferius. Si igitur anniculum ſit
etiā Cyrenæo magis liquore excalfacit, præſertim eo,quem nūc habemus:ex quo p aquę
irrigationē ſtirpes augent,& ad liquoris copiam generandā præparant. Nam poſt annum unū
abunde

A abundè calidum eſt, deficit autem iam non mediocriter à recenti: bimuth adhuc magis à nouo degenerat: quemadmodũ triũ, aut quatuor annorum, eitã hoc magis uetuſtioris uirtus omnino reſoluitur. Cognoſces autem, ut dixi, quam ætatem, quamq; uim obtineat, & colorem, & conſiſtentiam eius reſpiciens. Colore quidem uetus nouo flauius pallidiusq; apparet, cõſiſtentia durius & ſiccius. Iam ſi guſtu uoles diſcernere non coniecturalem eius dignotionem, ſed firmam habiturus es: quod uerò dixi calfactoriam unctionem ex eo me confeciſſe extemporali uſu exigente, exactiſſime pharmaci facultatẽ tibi indicabit. Conſtat autẽ hac ſymmetria. Vna pars eſt euphorbij, tres ceræ, olei duodecim: ceram quidem euphorbio triplo copioſiorem, oleũ uerò q̃ ipſa cera, quadruplo eſſe conuenit. Vbi igitur in hunc modum medicamentum cõpoſueris, fricata eo parte aliqua, manifeſto licebit dignoſcas, quantã uirtutem obtineat: maximè aũt in balneo innoteſcit, ſiquidem ab aere quidẽ mordentur, ſed magis adhuc ualide ab aqua, cũ euphorbium ſit calidum, recens, forte. Tale igitur conſecutus, & hanc ipſam commemoratam unctionem audacter puncturis imponito, ubi oras cõniuere metus eſt: Si imbecillius fuerit, auge menſuram euphorbij pro imbecillitatis ratione, interim partem unam, ac dimidiã inijciens, interim duas, non nunquam ẽt pares ceræ, & plures, ſi uetus nimium extiterit. Primus ſanè uſus in pun-

B cto neruum, uel tendonẽ, ad ſecundum te deducet. Si nanq; & vulneratus ipſe mordicationem ſenſiſſe dicat, tibiq; ipſi partes punctura ambientes calidæ appareant, tum ipſa punctura magis ac par eſt elata, & oræ inflãmatione ſubafficiantur, uel olei copioſioris miſtura uim medicamẽti remittes, uel cõpones aliud ad* priorem ſymmetriam, aut euphorbio uetuſtiore, moderatum ita efficies. Quòd ſi e cõtrario quàm dixi eueniat, uirtutẽ pharmaci adaugebis. Sin mediocriter omnia habere uidebuntur, ſeruabis. Itaque confectura cerã triplo euphorbio copioſiorem continens aliarum eſt ualentiſſima, cũ illud (quemadmodum diximus) recens additur: quincuplo autem habens, inualidiſſima: quadruplo capiens, medio inter utraſq; ordine conſiſtit. At ſi unguenta proponis efficere, qualia à medicis acopa. i. laſſitudinem leuantia, nuncupantur, oleum ceræ quadruplum immiſcebis: ſi uerò ut in fracturis liquidũ ceratum parare, duplum: quando cera, & ſicca, & pinguitudinis expers fuerit, ẽt amplius quã duplũ: plerunque uerò ſufficit unius partis dimidiũ duplo apponere, ut tota ceræ menſura duarum partiũ & ſ. fiat. Atqui in modum emplaſtri medicamen cupiens cõponere, oleum pari menſura ceræ miſcebis, ſiquidẽ ambiens fuerit calore temperatus: ſin cera uetus, & arida, & ille frigidus ſit, paulo amplius: ſicut cũ cera eſt pinguis, ambiens calidus, paulo minus. Id autẽ minus duodecima utroque uerſum medij por-

C tio eſt, etenim & undecim & tredecim non nunquã olei uncias ceræ libræ miſcui, tum pro eius conſtentiæ quantitate, tum aeris circunflui caloris frigoriſque. Rarò autem paulo plus, uel minus, uerum ut colligationẽ, pinguitudinẽ, uiſcoſitatemque haberet, nec friabile eſſet, aut facilè diſſolueretur, aut à cute deciderat, adiunxi reſinã ei potiſſimum, ſi aderat, terebinthinã ueram, ſin minus, paratiſſimã ubique, quã fractã, & colophoniam appellant, eamque pari cũ cera pondere. Conſeruat enim medicamentis, quibus iniecta eſt, priorẽ conſiſtentiã, ubi & ipſa mediocriter habeat: quippe notũ eſt, ut in omnibus aliis, ſic in reſina quoque, maioris minorisque rationẽ conſiſtere. Itaque ſi pinguior, liquidiorque non nunquã appareat, ſciendũ eſt ceratũ, qd̃ ex cera cum oleo liquata proueniet, liquidius multò, quàm fuiſſet, euaſurũ: Summatim in neruorũ vulneribus, quum interim ab exacta, mediaque, medicamentorũ emplaſtri modo confectorum conſiſtentia erratum fuerit, ad molliorẽ potius tendere, ſi inquinaturũ quoque ſit quod confectum eſt: ſimili ratione, & quod conſiſtentia mediocri eſt. Pix autem cerati conſiſtentiam ſeruat: optima uerò ſicut dictum eſt in talem miſturam pinguis exiſtit, quemadmodum & reſina. Si liquidam reſinam iniicias, quali conſiſtentia eſt terebinthina, tertiam ipſius partem ceræ eſſe oportet. Atque ipſa terebinthina recens, ueteri longè eſt liquidior. Mementote igitur, quod de

D cera & reſina audiuiſtis, id in omnibus obſeruare: nec. n. ex ſiccis, & aridis, uel tẽpore uel ex primaria natura, verum ex mediocribus conſiſtentia, tantũ cuiuſque miſcendũ eſt in medicamentorum compoſitione, quantum à me ſcriptum inueniatur. Eſto igitur quod uim, & ſubſtantiam prædicti medicamenti mediocrem habet, ceræ, reſinę frictæ, & olei, pares portiones continere, ipſius euphorbij ſextam, ut ſingulorum ſit illorum libra, euphorbii unciæ duæ. Quòd ſi mollius ipſum reddere uoluerimus, octauã euphorbii partem iniicere ſufficit, hoc eſt vnciã & ſ. in recente & calidiſſimo, uelut præcenſui, euphorbio ſymmetria hac definita: nam ſi uetuſtius ſit, eoque imbecillius, copioſius hoc aliorum portione eſſe debere prius indicauimus. At ſi non reſinam duntaxat, immo etiam picem, iniicere eſt animus, ſelibrã utriuſque miſcebimus, ut modus ceræ ſit æqualis: quanquam multo præſtat medicamentũ, ſi reſinæ picisque loco, propolim ceræ parem adiungas. Quòd ſi ipſa pinguitudinem non habeat, ſimiliter reſinis, ſi adhęrens pharmacũ, ut faſciis ligari non opus ſit, eſſe curemus, terebinthinã, uel laricem nominatam, uel etiam ſyncomiſten pineam, indemus: uoco ſyncomiſten, quã in alueis, & dolijs comportãt ligna multa, ac lapidoſa corpora in ſe habentem: quæ liquata, dum percolatur, pura tunc, ſicut colophonia, & fricta dicta redditur. Quin & reſinas autorrhytus, id eſt, quaſi ſponte fluentes admiſcere licet: nominant ipſas in Lacedæmone, ac alijs regionibus non nullis, ptorrhytus, quaſi primifluas di-

* προτέραν, id eſt priorem, in antiquis tamen legitur πραοτέραν, i. mitiorem

xeris.in Cilicia uero nuncupant talem reſinam capnelœon, liquidis oĩbus reſinis tum liquidio E
rem,tum calidiorem,tum partibus tenuioribus prædità: quare potentiæ quidẽ hęc medicamẽ-
ti, quod cõponis,conferet,ac maximè inijcienda,cum euphorbiũ roboris expers fuerit. Porrò
& inter alias reſinas odoratior eſt, ſicut terebinthina, & abietina. Enimuero dictum eſt antea
terebinthina,abietinã eſſe calidiorẽ,hac uerò ſtrobilinã. Differt autẽ à prædictis reſinis quod
uocatur ſtrobilinũ Phyſema,& pityinũ,adeo ſiccũ, pinguedinis expers, areſcẽsq; utrunq; cele-
riter,ut in pila contundatur,& cribro ſecernatur: quare ad propoſiti medicamenti cõpoſitionẽ
neutiquam hæc conueniunt. Vſus tñ ſum frequentiſſimè,cum euphorbium anniculum exiſteret.
Porrò dum cõponitur, olei,cerę,reſinæ fricte ſingulorum pondo librã miſceo:picis pinguis ſe-
libram: & his liquefacti euphorbij põdo vncias duas : ſi imbecillius ſit, tres: ſi terebinthinã cerę
adijcere uoles,unã. Mediocrem pharmaci conſiſtentiã facies, ſi cera terebinthinã liquidam, &
recentem triplo ſuperet. Huius uero exiccatæ tẽporis ſpatio reſinæ dimidium põdus oleo adæ
quato. Totum aũt ex tribus miſtũ,oleo inquã,cera, & terebinthina, cum fit libræ unius ac ſemiſ-
ſis,euphorbij anniculi vnciam unã accipiet:ſi tale non extiterit,unã & ſemiſſem. Vnde ſicut iam
ſubinde dictauimus, euphorbium pro temporis ratione augere nobis eſt integrum. Quin ẽt, ſi
vulneri impoſitum pharmacum, primo uſu uidetur quodãmodo imbecillius,euphorbium oleo F
læuigatum medicamini emplaſtroſo manibus ante ſubacto licet admiſcere: ſic.n.nobis facien-
tibus prõptè unitatem accipit. Cæterùm in prima pharmaci compõne ſatius eſt ceratũ raſum,
ſeorſum ubi præparaueris,ita lætui facto euphorbio ex oleo admiſcere: quippe ijs, quæ liquata
ſunt,ipſi ſuperfuſis in mortario plerunq; fiunt encerides nominatæ, pſertim ambiente frigido.
Aquam uero ceræ liquefactæ cum reſina cõmittere non eſt neceſſarium, ſicut ego ab initio fa-
ctitabam,tantum ei admiſcens, quantum in ipſa coctione conſumendum erat.

Medicamentum ex liquabilibus confectum. CAP. 5.

LIquabilia uoco medicamenta, tum quæ ignis commertio colliquanẽ,tum quæ ex humidis
quibuſdam,uelut aqua,aceto,& uino. Ex aceto itaq; citra ignem liqueſcit gutta ammonia-
ci,ſagapeni liquor,& panacis ſimiliter,quẽ appellatione cõpoſita opopanacẽ uocãt. Igni uerò
liqueſcunt propolis,cera,reſina,ladanum,ſeuũ,chalbanum,uerũ hoc in duplici uaſe colliquare
melius eſt. Nominamus aũt ſic cum in cacabo, qui aquã calidã habeat (prunis.n.incumbit) uas
alterum conſiſtit, præter liquabilia ẽt chalbanum continens. Habeto autem tale quoddã con-
fectum medicamentũ ſaltem unum,& ſi duo habere pręſtaret:quorũ ualidius erit hmõi.Opopa
nacem ex aceto diſſolutum diutius cõterito : huic poſtea liquefacta ſuper igne propolim, chal- G
banum,reſinam,terebinthinam,miſceo.Singulorum itaq; aliorum pars una eſto,propolis uerò
recentis pinguisq; ſex:q; ſi ficca uetusque contigerit,præſtat oĩno tali non uti: at ſi aliam nõ ha
bes,duas portiones,non unam,miſcebis.Sin abſit propolis, eius loco picem pinguem immitte,
qualis eſt brutia, & quæ ex regionibus circa Pontum apportatur, pinguis ſimul & odorata, quã
in nigrũ amaracinũ inijciunt,quale prius omne conficiebatur : nunc enim & ſine ea ſubalbidũ
amaracinũ cõponunt.Quòd ſi tali ẽt careas,alia utitor terebinthina,ſicut prædiximus, duplica-
ta.Ego non nunquã,uel ſolum medicamentũ ex pingui pice confectum impoſui,quo etiã ad ca
num morſus utor.Hoc nanque ſolã picem pinguem,ex aceto acri coctã hmõi ſymmetria conti
net:Sextarium vnum Romanum aceti,libram vnã picis,opopanacis quadrantem,quod eſt un-
cias tres hoc pharmacum ulcus ex rabioſi morſu cicatricẽ ducere non ſinit, ſed punctis in ner-
uoſa aliqua particula idoneũ eſt, quippe quòd punctura oras conniuere nequaquã permittat.
Quoniã uerò durum eſt, in duris ſolum corporibus eo utemur, qualia ſunt foſſorum, & meſſo-
rum.Sin autẽ puero,uel muliere,uel molliore corpore puncto,hoc tantum quiſpiã ueſtrum præ
ſens habet idẽ cũ unguento aliquo diſcuſſorio, amaracino maximè & opobalſamo, colliquare
licet,deinde cum irino & comageno:hæc ſi non adſint,gleucino,ſuſino,& cyprino:his quoque H
deſideratis,oleo ueteri liquefaciat, uel ſi in Alexandria fortè fuerit,ricinino & raphanino:hæc
ſiquidẽ copioſiſſima in illa ciuitate habentur,ſicut ẽt in uniuerſa Aegypto.Atqui in illis regio-
nibus ſinapinũ oleum haud ægrè reperiri poteſt,cuius & ipſius parte aliquando miſta pharma
cum acerrimum fore nemo ambigit,ut ad puncturas conniuentes aperiendas conducat.Patere
aũt cuilibet arbitror ex prædictis, ſi & loco opopanacis ſagapeno prius in pila ex aceto trito li-
quefactum reſinam,propolim, & adipem quampiã acriorem adijcias,eiuſdem generis medica
men futurum.Alterum uerò mollius eſt genus pharmacorum liquabilium, ſed acetum non ha-
bet,quod reſinis,& propoli,& ſeuis tantùm præparatur,cera quoq; propter ſpiſſitudinem adie
cta,ex cuius miſtura pharmacum tactui cõmodius redditur.Adeps porro tenuiũ partiũ, acriſque
eſto,ſicut leoninus,& pardalinus,& poſt hos hyænæ, & urſi. Sed de anſerino quid attinet dice-
re,præſertim cũ anſeres ruſticæ fuerint? Quin & tauri uetuſtus adeps & hircinus huc conuenit:
nam cũ miſtæ naturæ ac facultatis exiſtant, temporis interuallo (quia terreſtres acresque ſunt)
ad maiorem acrimoniam declinant, ſimiliter uidelicet plurimis quæ uetuſteſcunt:ſic nanque &
ipſe porcinus adeps omnium cum ſit molliſſimus,tẽporis proceſſu acrimoniam acquirit. Idem
uino, aceto, & melli accidit. In horum autem medicamentorum genere ſunt etiam medullæ,

longe

A longe uerò præſtat ceruina,& uitulina.Horum acrius coagulum,& iam uehementiori pharmacorum generi propinquum exiſtit.Itaq; & huiuſmodi aliquod pharmacũ habere te conſulo, ut cùm à forti aliquo medicamento ſupra modum morſam partem vulneratã indignatam offenderis,oleo prius fotam huiuſmodi quopiam contegas, ſic nanq; placata ea,rurſus ad acrem curandi modũ redire poteris. Ego itaque dum partem in neruo vulneratã quandoque ſoluiſſem, vulnus irritatũ contemplatus, pharmacum liquidũ forte fortuna præſens, quod ex adipe conſtat,ad aures inſcriptum,in uaſe duplici calfactum, affectæ particulæ illeui,ac ſubitò inde auxilium ipſo ægrotantis ſenſu acceſſiſſe percepi:quippe ſtatim omnis dolor quieuit, atque inde à nobis ſoluta ſecundum naturam habere viſa eſt.

De Pharmaco ex columbarum ſtercore confecto. CAP. 6.

COlumbarum in ruſticorum turribus agentium ſtercus acre eſt,quo interim ruri uſus ſum in adoleſcente nerui vulnere affecto. Atq; hoc agricola cum uidiſſet,qui fundi curam gerebat (erat.n.non imprudens) imitatus, ſemper uſurpat, & neruis vulneratis medetur.Porrò cõpoſitio,& uſus idem eſt medicamini ex euphorbio,alijs nimirũ eodẽ modo habẽtibus, ſed euphorbij loco ſtercore indito. Verũ ſtercus hoc ſubtilitate euphorbio cedit, eoq; duris corporibus in
B agris ex uſu eſt. Miſcui aliquando ipſum & metallicis experiundi gratia,ſtatim à principio cũ eis terens ex aceto ad Solem,ſicut nuper docui,multoq; acrius medicamentum euaſit, quemadmodum & cum æruginem viuam,id eſt non combuſtam,acceperit.

De Pharmaco Dia botanων.i.exherbis,compoſito. CAP. 7.

INſuper ex herbis tenuium partium ad neruos vulneratos medicamentum compoſui, initio quidem ex dictamno,amaraco,& ariſtolochia tantùm,poſtea uerò & ex alijs, mei ipſius periculum faciens,an rectè compoſitionem ipſorum coniectura aſſequerer:atque omnia, quo uolebã,perduxi. Idoneæ uerò ad id herbæ amaritudinẽ ſine adſtrictione guſtu referant, uel acrimoniã quidẽ, non tamen immodicam:tales ſunt præter prædictas, maron,amaracum, poliũ, argemone,chamæpitys,centaurium, quæque eius notæ in ſimpliciũ medicamentorũ doctrina commemoratæ ſunt, quemadmodum etiam radices omnium ariſtolochiarum,dracunculi, cucumeris agreſtis,bryoniæ,althææ,iridis,acori,mei,aſari,phu,gentianæ,& panacis:omnium.n.id genus materiam in ſimplicium pharmacorũ cõmentarijs expoſui. At radices,herbasque totas non modò ſcire oportet accuratè contuſas tenuibus cribris ſecernere, ſed etiã denuo exactè læuigare,ut arida collyria, quouſque in puluerem redigantur.Nam quod craſſis conſtat partibus,ner
C uos vulneratos nihil iuuat,qui ſubtilia, ut diximus, pharmaca requirunt.Cæterũ conciſum medicamen,læuigatumque liquido aliquo excipiatur cerati ſpeciẽ habente,ea ſymmetria,quæ in euphorbio prius indicata eſt. Quantum enim in illo bimuli euphorbij,tantum iis dictamni,mei, & acori,iniiciendum eſt,& quæ his ſimiliter calida guſtu percipiuntur:quantum uerò illis trimuli,tantum his ariſtolochiæ,iridis,dracunculi, gentianæ, aliorumq; id genus,quæ perinde atque hæc amara ſunt,immittemus.

De Sumptuoſis pharmacorum confecturis,ad vulneratos. CAP. 8.

NOn ab re fuerit etiam eiuſmodi pharmaca cognoſcere:uſus.n.ipſorũ quãdoque,ſed rarius incidit,quemadmodum ſimpliciorum frequenter. Vbi.n.quiſpiam pharmacorum medicinæque ſtudioſus,non plura quingentis myriadibus habẽs,ullo ſimpliciore uti dedignabatur, multo magis uel diues aliquis,uel Monarcha,odoratum ſimul,& quod multa cõſtet pecunia,uolet habere pharmacum. Porrò diues citatus, cuius in primo de præcognitione ex pulſibus ſuppreſſo nomine memini,quemadmodum & nunc, qualis erat,ex duabus ipſius actionibus hmõi cõdiſces.Vlcus famuli malignum ipſe ſanare conabatur: vbi autem nihil promouit,mihi hominem tradidit:ac cum uideret curatum, medicamenti ſcripturã poſtulabat, neſciens multas quiD dem malignorum ulcerum eſſe drias,multas item medicamentorum, ſed arbitratus unum pharmacum omnibus poſſe mederi. Cum igitur, qui applicabat,neq; artificioſè ipſo uteretur,poſtquã audiuit,quibus conſtaret,eſſentque omnia uilis pretii,hoc,inquit,mendicis ſerua,me autẽ ſumptuoſius aliquod doceto. Quin etiam puellum diu ex auribus laborantem,ubi ipſe multis, quibus uſus erat medicaminibus citra methodum,nihil attuliſſet præſidii,nobis quoque curandum adduci præcepit:poſteaque audiens re quadam uili puerum ſanatum,non poſtulauit à me pharmaci ſcripturam:Hic igitur ipſe contemplatus,multis,quibus nerui uulnerati erãt, digitos & abſciſſos,& putrefactos,quoſdam uerò periiſſe,uel mancos redditos:deinde intelligens nullum ex eis,qui à me curati eſſent,periclitatum,omnes uerò celeriter ſanos euaſiſſe: pharmacum cupiebat aliquod à me accipere odoratum ſimul, & ſumptuoſum, quo neruorũ vulnera poſſet ſanare.Ego ſanè multas iam ſæpe, tum familiaribus,tum amicis medicis ſcripturas iuxta prædictam methodum extempore compoſitas tradideram,ut experimentis cõpoſitionis ipſorum ratio confirmaretur: ſumptuoſum uerò, cuiuſmodi illeuolebat, pauperculis hominibus nullum utiq; dedi,ratus melius eſſe remedia ex paratu facillimis componi. Cum igitur diues ille odori, ſumptuoſique medicaminis compoſitionẽ aliquã ſibi dari petiiſſet,plures ei ſcripturas donaui prædicta methodo factas:quas ille cum experiri feſtinaret,tum liberis,tum ſeruis,neruis vulne-

ratos ſibi cõquirere iniunxit: medicamentis autem ſupra oẽm ſpem operatis primum ſanè me E
laudauit, ut qui citra inuidiã, ac liberaliter ſcripturas ei cõicauerim, poſtea etiam donis proſe-
cutus eſt: etenim ad hmõi quoq; officia promptus erat. Porrò medicaminum, quæ ei dederam,
† Al partẽ unã. confectura eſt talis. Cinnamomi, dictamni, mari, ſingulorum † denarium pondo quadragin-
ta. Hæc nanq; odorata ſunt & ſubtilia. At amaracum quaſi non boni odoris nequa quã miſcere
cogitaui: deinde qm̃ Romæ ægrè poterat inueniri, ſicut & marum: videbã aũt illum ægrè para-
bilibus gaudere, quẽadmodum & ſumptuoſis: appoſui ſcripturæ ẽt illius pauxillum quiddã par
tis unius, ut puto quartã, uel quintam portiunculã. Hæc contuſa, cribroque ſubtiliſſimo ſecreta,
miſcere iuſſi cerato ex opobalſamo optimo, & cera tyrrhenica facto: cõmodum uerò eſſe cõie
ci, ſi ceræ partes octo, opobalſami decẽ, receperit. At ne friabile medicamentũ foret, ſed ſibi co
hærens unitũq́ue, etiã reſinæ terebinthinæ, quæ & ipſa eſt odorata, modo ſit optima, partẽ unã
adieci. Verum ſi generoſius, ut dixi, medicamentũ facere proponas, nõ unã cuiuſque herbæ cõ-
memoratæ partẽ immitas, ſed amplius, ut una & ſemis fiat. Hoc igitur ab experientia probatũ
eſt medicamen. Alterum præterea ex eodem cerato, & liquore cyrenæo cõpoſitũ, miſtura pro-
portione euphorbij facta. Tertium q́ue aliud ex ambobus miſtis confectũ. Quartũ deinde, quod
ſtacten myrrhã accepit. In quibus autem neruus nudus eſt, ibi ceratum ex cera, quæ myrepſice F
id eſt vnguentaria uocatur, & unguentis apud Romanos dictis ſpicato, & foliato, compoſui, duo
decimam partem põpholygis ei admiſcẽs, ſiue eloti maſculino genere, ſiue elotæ fẽminino, ma
lis dicere nihil. n. quomodocunq; dicas, uel præſidij, uel nocumenti pharmaco adferes. Licet
aũt tibi & ex tyrrhenica cera ipſum præparare. Nec prohibet quicquã, ſine prędictis unguentis
tyrrhenicã cerã ex nardo proba liquefacere, id duplici nẽpe uaſculo, quod omnibus unguen-
tis cõmune eſt. At raſo cerato, ſpicę nardi, amomi, folij malabathri, & pompholygis eloti, pares
ſingulorũ portiones miſcebis. Etenim in puncturis, ſicut prędictũ eſt, acrioribus pharmacis eſt
opus, quę vulnus apertum perpetuo ſeruent: denudatis aũt, mediocri adſtrictione cũ digerendi
uirtute abſq; morſu prędita afferre conuenit. Quanquam & amomum adſtrictionis ſit aliqua-
tenus particeps, magis autem ipſo nardi ſpica, & malabathri folium.

De Medicamentis ab alijs medicis aduerſus neruorum vulnera proditis. CAP. 9.

VNiuerſam neruorum vulnera curandi rationem, quã ego deorũ quadam prouidentia com
poſui, nullus ante me conſcripſit: medicamenta tñ, quæ neruorum vulnera quædã curare
promitterent, cõpoſuerunt ſine diſtinctione, & uario utendi modo, neq; in anguſtis punctibus
ſanandi rationẽ, qualis futura eſſet, indicantes: neq; in latioribus vulneribus, uel denudato ner- G
uo, uel tendine, uel contuſo: multo minus ſi pars affecta phlegmone infeſtaretur, uel ẽt gangræ-
na propemodum. Porrò unum quendã noſtræ ætatis medicum pharmaco utentem uidi, perin A.l.4.f.4.t.4.
de ac meis ex metallicis p̃paratis, indiſtinctè quidẽ & ipſum: qm̃ uero ex paucis ſponte naſcen- c.4.fo.476.f
tibus ipſum cõponi audieram, quod aũt multis conſtat, ego illo tpe præparaũerã: cogitaui plu-
ribus ademptis aliud rurſus ex paucis cõpoſitum inſpicere, ac experientia inquirere, multone
ab eo, quod uaria miſtura paratur, inferius eſſe uideretur, an paulo. Quouis igitur modo curaui
etiam medicaminis, quod medicus nr̃æ ætatis habebat, ſcripturã accipere, & ſtatim ſimile præ-
paratum eadem, & ipſum polliceri & præſtare, quæ uariùm illud, cõperi. Huius igitur compõ in
hunc modum ſcripta erat. Cerę pondo uncias ſex, olei uncias nouem, miſyos pondo drach-
mas ſex, chalcitidis denarij pondo unius, ſquamę ęris pondo uncias duas & s, thuris pondo un-
ciã & s. chalbani pondo vnciã. Quę liquari poſſunt, hoc eſt cera, & chalbanum, liquefacta me-
tallicis in aceto acri, prius accuratè tritis ſuperfunduntur. Hoc pharmacum haud ſcio, quis com
poſuerit, neque. n. apud Aſclepiadẽ Pharmacionẽ ſcripturam inueni, nec apud Petronam, nec
Andromachum, etſi oẽs antiquiores medici optima medicamenta conſcripſerint. Planè autẽ
conſtat, nec apud Herã Cappadocem, nec mantiam, nec Heraclidem Tarentinum, reperiri, qui H
magnã pharmacorum experientiam habuerunt: immo nec apud Archigenem, aut Philippum,
aut apud aliquem eius diſcipulũ. Inſuper Sorani libris de medicamentis perlectis oĩbus, itẽ Me-
necratis, Critonis, Damocratis, & aliorum, qui medicaminum cognitione claruerunt, apud nul-
lum, hoc modo citatũ pharmacũ cõperi. Quę uerò apud uirosiã dictos habentur, deinceps ſcri-
pta indicabo: ac initium à Pharmacione Aſclepiade facturus ſum, qui in tertio * Interiorum me-
* Exteriorum. dicaminum, quas etiam Marcellas inſcribit, hunc in modum docet. *Andromachi Aegyptia ad
vulnera cruenta, ut Aſclepiades præſcribit. Facit ad neruos, muſculos q́; præciſos: item ad punctus, contu
ſiones, attritus, artus fractos. Valet etiam ad abſceſſus, eſt item lippientibus collyrium, iuuat capite dolen-
tes, & ad multas diſpoſitiones utile eſt remedium.* Argenti ſpumæ, cerę, ſingulorum denariũ pondo
centum quadraginta quatuor, guttę ammoniaci denariũ pondo ſeptuagintaduum, terebinthi-
Al. octodecim. nę denariũm pondo triginta ſex, lanę ſuccidę combuſtę denariũ pondo duodecim: ſquamę ęris,
ſquamæ ſtomomatis, thuris ariſtolochiæ rotundæ, ſingulorum denariũ pondo octo: olei ricini-
ni heminas tres. Argenti ſpuma, & oleũ incoquuntur: ac ubi mutata fuerint, cera reſina q́ue adij-
citur: cũ non inquinant, ammoniacũ in das dilatando, & tunc lanas ſuccidas, ac reliqua. Hoc me
dicamentũ quãto utilius ex ſtomomatis ſquama euaſit, tãto deterius ad neruorũ vulnera factũ
eſt:

A eſt: ſi nanque punctus ſolum fuerit, etiã æris ſquama ſuperuacua eſt. Quippe nullũ metallicum his conducit, niſi prius ex aceto acri pluribus diebus læue factum fuerit, quanquã in nudis neruis, & tendonibus bonum fuerit remediũ. At ſi iã phlegmone coniuncta eſt, liquare ea ex roſaceo conuenit, & ſic emmoto, hoc eſt in linteolo illito, uti: vbi uero non adeſt phlegmone, molliora, humidioraque ſtatim ab initio potiora ſunt medicamentis durioribus, ac ſiccioribus, præſtatque liquata ipſa in digerente quodã, uel mitigatorio medicamine uſurpare. Voco digerentia quidẽ uetus oleũ, & ricininũ, & ſicyonium: mitigatoria aũt roſaceũ, chamæmelinũ, & quod ex althæa conficitur. His fortiora, eoque durioribus corporibus magis idonea ſunt, quod ex cucumeris agreſtis radice in oleo decocta, & quod ex iride, bryonia, & aro paratur. His ualentius eſt ex dracunculo, ariſtolochia, & panace factũ. Porrò nos frequẽter ẽt ex abietis ſemine, oleo, itẽ ex populi flore confecto, uſi ſumus, nã hæc diutius ſabino oleo intingimus. Quæ igitur de eiuſmodi medicamentorũ uſu dicta ſunt, uos memoriter ſeruantes ad alia, quæ explicanda ueniũt, traducere operæ pretium eſſe arbitror. Quod aũt nobis inſtitutũ erat facere, aggrediamur: apponemus. n. & alia eiuſdem facultatis medicamina, quale eſt & quod ab Aſclepiade poſt prædictũ his uerbis ſcriptũ eſt. *Claudij Philoxeni chirurgi Aegyptium ad prædicta auxilia.* Argenti ſpumæ,

B ceræ, ſingulorum denariùm pondo centum ſexaginta, guttæ ammoniaci denariùm pondo octoginta, propoleos denariùm pondo quadraginta: reſinæ ſiccæ, terebinthinæ, ſquamæ æris, thuris, denariùm pondo * ſedecim: lanæ ſuccidæ cõbuſtæ, ſquamæ ſtomomatis, ſingulorũ denariùm pondo octo: opopanacis denariùm pondo quatuor, ricini heminas tres. Hoc igitur pharmacũ ſuperiori eſſe ſimile omnibus apparet, & utendi modum eundem cum nuper à me citato habebit. Quin etiã ad hæc duo emplaſtra aliud tertium Aſclepiades ſic ad uerbũ inquiens tradidit.

* Al. octodecim

Giluum Haliei. Facit ad cruenta uulnera, & neruos præciſos: item ad uetera cicatricem ægrè ducentia & fluentia ulcera. Quin & probè emollit duritias, maximè in mammis oborientes. Vtimur eo ad canum hominumq; morſus. Summè facit ad paſtinacæ, draconis, aliorumq; ſæuorum piſcium ictus. In totũ uirtutem habet mirabilem. Argenti ſpumæ, ceræ, ſingulorum denariùm pondo centum: terebin-

* Al. centum.

C thinæ, mannæ thuris, chalbani, minij ſynopici, ſingulorum denariũ põdo * octo, olei ſextarium. Nec ipſe ergo Aſclepiades hoc pharmacum ad punctus tendinũ ac neruorũ, ſed ipſis præciſis, utile eſſe promittit, cũ uidelicet maius uulnus extiterit, & neruus nudus appareat: quippe aptiora tunc ſunt medicamenta, quæ mitigatoriã & mediocrẽ uim obtinent, cuius generis eſt nuper ab ipſo citatũ. Itaque hæc tria emplaſtra in medio ferè libro Aſclepiades produxit: ſuperius ẽt aliud multiplicis quidem uſus emplaſtrũ, melius autẽ ijs tribus, ceu ad neruos præciſos corruptosque tradidit. Verba Aſclepiadis ita habent. ¶ *Moſchionis Catagmaticum. Valet ad recentia uulnera, neruos præciſos, & cum contuſione diuiſiones. Facit etiam ad fracturas cum uulnere, etenim uulneribus auxiliatur, & oſſa callo obducit conuenienti deligatura impoſitum. Prodeſt Hydropicis incipientibus, item facit ad teſticulorum cõtuſiones, tollit circa anum eminentias, ſanat rhagadas butyro dilutum. ad hæc gutturis tumores, quas Græci bronchocelas appellant, ſoluit omnem duriciem. Curat attritis, & fractos articulos, item pedum manuumq; calloſas excreſcentias, quos clauos uocamus, ut eos etiam citra exulcerationem auferat. Summatim, medicamen eſt utiliſſimum.* Confectio hæc recipit. Argenti ſpumæ pondo minam, quæ continet denarios centum ſexaginta: picis aridæ denarium pondo centum ſexaginta, ſeui uitulini denarium pondo centũ ſexaginta, reſinæ terebinthinæ denarium: pondo octoginta, mannæ thuris denariũ pondo octoginta, ceræ denariũ pondo quadraginta, æruginis, opopanacis, chalbani, ſingulorum denariũ pondo octo, olei ricinini heminã, aceti parẽ menſuram, liquoris ſycamini heminam, picis liquidæ tres cyathos. Argenti ſpuma tenuiſſima, & cicinũ oleũ in uas fictile, uel æreũ coniecta, igniq; ſuprapoſita, coquuntur: cũ efferbuerint, ſeuũ & manna thuris adijciuntur, mouenturque aſſidue: vbi confluxerint, pix, cera, reſina

D induntur, & donec non amplius inquinent, incoquuntur: deinde chalbanũ, poſt ærugo, & opopanax, ex aceto ſoluta inſperguntur. Liquor ſycamini, & pix liquida, in aliud uas transfuſa coquuntur: & cũ cõmiſta fuerint, ſeu confluxerint, priori pharmaco immittuntur: & rurſus ſupra ignẽ poſita, quouſque non inquinent, incoquuntur, ac in uinũ demiſſa triduo relinquuntur: poſtea ſubactis manu, in linteolũque illitis, utimur. Oportet autẽ poſt medicamen impoſitũ, linteũ uino madefactũ exprimere, & tunc medicamento circundare. Porrò noſtri præceptoris Lucij confectio ſic habet. Seuũ, ac oleũ prius liquefacimus: ac ubi ſoluta fuerint, mannã læuiſſimã factã, & ſpumam argenti inſpergimus: poſtquã confluxerint, reliqua faciimus. Cæterum laude dignus eſt hic quoque Aſclepiades, qui confecturæ medicaminũ modũ adſcribat, non, ut Andromachus, omittat, qui nec, quã uirtutẽ habeat, apponit. Denique primum è tribus ab Aſclepiade traditis, à me ſcriptum emplaſtrũ Aegyptium, quod & ipſe Andromachi eſſe confirmat, neque cuius ſit uirtutis, nec quomodo præparandum ſit, aut utendum, Andromachus indicauit. Verũ ſimpliciter tanquam uulgare quoddã pharmacum libro de exterioribus facultatibus, quẽ ipſe ſecundum inſcripſit, proiecit. Primum enim omnium ſcripſit, quod ipſe nominat Pantagathiũ, quaſi dicas ad omnia ualens, deinde hoc Aegyptiũ, aliud, ut dixi, nihil adiungens. Habet enim eius dictio in hunc modum. ¶ *Aegyptium.* Argenti ſpumæ denarium pondo centum quadra-

* Aliter tres.

† Addit in antiquis, thuris denariùm pondo octo.

† Al. duodecim.

ginta quatuor, ricini heminas* ſex, cerę denariùm pondo centũ quadraginta quatuor, guttę ammoniaci denariùm põdo ſeptuaginta duũ, terebinthinæ denariùm pondo xxxvj, lanæ cõbuſtæ denariùm pondo octodecim, ſquamę ſtomomatis denariùm pondo octo, ſquamę ęris denariũ pondo octo, †ariſtolochiæ denariũ põdo octo: non nulli myrrhæ denariũ pondo quatuor, opopanacis denariùm pondo† duùm. His ad finẽ adſcripta ſunt, marinę aquę ad irrigandã cerã heminas octo. Quid ſibi uelit, cùm dicat, ad irrigationem ceræ, manifeſtò nõ ſcimus, intelligere. n. plura licet. Mirandum uerò quomodo in alijs omnibus cum Andromacho cõueniat, menſurã ricini parem non ponat: Andromachus enim heminas ſex, Aſclepiades tres ſcripſit. Neq; uerò ẽt appoſuit, quod in fine ſcripturæ ab Andromacho adiectum eſt, non nulli myrrhæ denariùm pondo quatuor, opopanacis denariùm põdo duũ. Rurſus adiunxit ipſe, in cõbuſtis lanis ſuccidis. quod in Andromachi ſcriptura non habetur. Poſt dictum Aegyptium theriaca emplaſtra quinq; retulit Andromachus: deinde aliud Fuſcum, quod ad Eubulum authorem refert: poſtea rurſus aliud Fuſcum, quod Mineruam nominat. Poſt hæc iterum alia fuſca ſimpliciter duo, quibus ſubnectit aliud, ubi ſic ad uerbum ſcriptum eſt. ¶ *Fuſcum Nygmaticum, hoc eſt ad neruorum puncturas vtile, Andromachi.* Guttæ ammoniaci denariũ pondo octo, ceræ nouæ denariùm pondo octo, terebinthinæ denariùm pondo octo, æris combuſti denariùm pondo octo: picis aridæ denarium pondo quadraginta, ut autem Zeno ait, minæ dimidium, & quartam partem: argenti ſpumæ denarium pondo quatuor, aloes indicę denariùm pondo duùm, ariſtolochię denarium pondo duùm, chalbani denarium pondo duùm: ęruginis denarij pondo unius, alij denariũ põdo duùm: thuris denariùm pondo duùm: olei hyeme quartam heminæ partem, æſtate octauã: aceti tres cyathos, quibus ammoniacum diſſoluatur. Hoc ueriſimile eſt ab ipſo nominari Nygmaticum, ut quod neruorum puncturis exuſu eſſe queat.

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM PER GENERA

LIBER QVARTVS

ARGVMENTVM LIBRI.

Docet Medicamenta, quæ faciunt ad putrida, ad maligna vlcera, ad nomas. & reliqua quæ vix ad cicatricem perueniunt.

De Methodo parandorum medicamentorum ad maligna vlcera, & ægre cicatricem admittentia. CAP. I.

DRimus ſanè liber in alborum emplaſtrorum confecturis, tum alijs, tum eorum quæ vlceribus cicatricem ægrè ducentibus cõueniunt, finitus eſt: ubi diſtinximus communiter appellata dyſepulota. i. cicatricẽ difficulter admittentia, ab ijs, quæ propriè à græcis cacoethe, hoc eſt maligna, dicũtur, & ipſa nimirũ dyſepulotą. Quoniã uerò quædam ſaniei, humorũq; ulceratis partibus influẽtium uitio cicatricem ægrè admittunt: quædam ipſa affecta ſede influentem ſuccum quamlibet probe corrumpẽte: ulcera ſecundo modo habentia, dyſepulota & cacoethe propriè nominãt: in quibus interim totã partem affectam excidere, uel adurere, non nulli coguntur, aut medicamẽtis cruſtã inducentibus, aut igne utentes. At cũ ampla ſit latitudo utrinq; in eo, quòd alterũ altero magis minusve dyſepulotũ, malignũque eſt, tantũ medicantium pharmacorum eſſe numerũ oportet, quantus ipſorum quoq; ulcerũ extiterit. Merito igitur omnes, qui unũ duntaxat medicamentũ ulceribus malignis cicatricẽ inducere promittens habẽt, ſucceſſu crebrò fruſtãtur. Nã duo minimũ, quę idẽ pollicẽtur, eandẽq; facultatẽ oſtẽdunt, diuerſa alioquin inter ſe non ſimpliciter maioris minorisque, uerũ ut apertiſſimè dicã, maximi ac minimi ratione, promptu adeſſe illi conuenit, qui oĩa id genus uitia curare propoſuerit. Quemadmodum igitur commentario therapeutices Methodi, in uniuerſis actibus primã omnium cõmunem auxiliorũ potentiã inueniri docebamus, dein materias, quibus illa continetur: ita nunc quoq; in vlceribus dyſepulotis generalẽ pharmacorum, quibus illa curabũtur facultatem, quæ tandẽ ſit, prius inuentã eſſe oportet. Indicata uerò mihi eſt & hæc in illo opere, cũ quidem nullus uitioſus habitus ulceratas partes infeſtat, duos ſcopos habens, unũ, ut id qđ influit, repellat: alterum, ut quod affectæ parti inhæret, infixumq; eſt, diſcutiat. Hæc aũt contrarię uires præſtant: ſiquidem influxum reprimunt, quæ ſunt adſtringentia pharmaca: digerunt impacta iã exceptaque, trahendi poteſtate prædita. Porrò quæ adſtringunt ut plurimũ exaſperant, atq; hac occaſione moleſta ſunt: trahentia uerò, ac digerentia ex alto humiditates, non citra acrimoniã id efficiunt,

A id efficiunt. At acrimoniam dolor quidam neceſſario ſequitur, ulceratã partem mordens. Atq; ſic propter dolorem, quem ex aſperantia mordentiaq; concitant, humores ulceratis partibus in fluẽtes irritari cõtingit: vnde quoq; vlcus phlegmone obſideri, exediq́ue. Ex quibus dictis colligitur, ulceribus dyſepulotis p̃ſidia inueniri difficulter poſſe: multo magis adhuc malignis. Quare talis pharmacorum materia, quo ad eius fieri poſſit, inueniẽda eſt, unde ulcus citra dolorem ſicceſcat: quod accuratè fieri nulla ratione licet medico ignorante, quem effectum medicamen exhibitũ oſtenderit. Quippe ambobus cõponentibus mordente puta, & adſtringente, neceſſario ualidum exiſtit: verũ ſordes & humiditatis copia, id genus ulceribus incũbens, ueluti propugnacula quædã ulceratis particulis facta, mordicationem pharmacis ualentibus exoluunt. Itaque attendendum eſt, quantum primus uſus humiditatis in ulcere deſiccauerit: vel, ſi etiã ſordes habeat, quantum harum quoq; abſterſerit: ac ita ſecundum, tertiumq́; uti illo debemus, donec purum, & ſiccum ulcus apparuerit. Vbi uero primũ id tale conſpexeris, ad aliud medicamentum te conferes, eiuſdem quidẽ ſpeciei, ſed priore imbecillius: nam ualidiora, dum medendo ulcus dolorem inferunt, fluores mouent, & phlegmonas concitant. Quòd ſi rurſum multo imbecillius priore pharmacum adhibeas, ulcus humidũ ſordidumq́; euadet. Hac igitur parte artificio utens

B medicus, eo, qui ſolo experimento innititur, melior eſt, q̃ ſciat ulcus non alia medicamentorum uirtute curari, q̃ dum affecta pars eã ſiccitatem conſequatur, quam in naturali ſtatu ſita poſſidebat: quod factũ intelligimus, ubi neq; tenuis amplius ſanies influat, neq; pus producatur. Hanc diſpõnem ulcera nanciſcẽtur, quo dixi modo, ſicceſcẽtia, hoc eſt adſtricta, diſcuſſaque: dein ubi ſicca quidem fuerint, uerum ſordida adhuc appareant, deterſorijs pharmacis repurgant̃: de quibus ipſis quoq; non nihil in opere de ſimplicibus medicamentis cõmemorauimus. Omnis autẽ abſolutiſſima methodus eſt in tractatu De morbis curandis perſcripta, in quo prius exercitatũ eſſe cõuenit, qui hinc perfectè frugem reportaturus eſt. Hoc uobis amici, quibus iſta ſcribuntur, conſtare manifeſto admodum noui: itidem rationẽ ſine exploratione in operibus facta probabilẽ non eſſe, quæ nunc à me dicuntur, demonſtrant. Etenim uidiſtis ſubinde illis ipſis pharmacis, quibus ſine methodo medici quidã utentes nihil proficiebant, multa me eius generis ulcera perſanaſſe. Quamobrem in memoriam reducite medicamenta citra demorſum exiccantia, ſunt aũt ipſorum pleraque metallica. Atqui hoc ẽt memineritis, quòd cõbuſtis, elotisq́; mordicatio, quæ prius adfuit, edomatur, ac interit. His igitur in præſentia uti uobis licet, elotis quidẽ in pueris, eunuchis, mulieribus, & qui molli natura carne ſunt prædit̃i: itẽ qui ad ſentiendũ habiles ad-

C modum ſunt, & uitioſo ſucco laborant: In alijs corporibus etiã illota uſurpare potueritis, manè primum ipſa ijs, qui curantur, ubi probè concoxerint, adhibentes. Si verò, & corpus totum p̃parationem quãdam requirat, & hanc prius factã eſſe oportet, præcipimus de his in cõmentario De morbis curandis. Non nullis ſiquidem, uel purgatio ſola ſufficit, quibuſdam ſanguinis detractio, alijs utraq; hæc adhibere profuerit. Sunt in quibus ſuperiacentem uaricem excindere opus eſt: uel lieni, uel iocinori, proſpicere: aliquibus ambientes ulcus partes ſcarificare, quemadmodũ interim labrorũ callos amputare. Si horum nullo egemus, humoris copia ſimul cũ ſordibus inſpicienda eſt, atq; ita ad idoneũ medicamen ueniemus, rurſus ſimplicium ſingulorum memores, quæ deſiccant, non tamen ulceris ſordes abſtergunt: item quæ abſtergunt quidem, non tñ probè deſiccant. Quæ uerò utrunq; poſſunt efficere, proſpiciemus ex quoto quodq; ordine exiſtat, quod maximum inter ea cenſeo, quæ ad curationem pertinent, neglectum tñ medicinalis materiæ ſcriptoribus. Nã hi ſoli oẽs ipſius uires dicere ſtuduerunt, ſicut ẽt Dioſcorides, quẽ nulli eorum, qui in ea quaſi arena deſudarũt, ſecundum eſſe quis q̃ dixerit. Ego igitur deinceps oĩa pharmaca recenſebo, quæ ulcera citra mordicationem, exaſperationemq́; manifeſtam exiccare poſſunt. Incipiam à metallicis, quibus etiam terræ ſpecies adnumerantur. Porrò cum uariè inter

D ſe differant in eo, q̃ magis minusque ſiccent, à medijs orſus ad uehementius, uel obſcurius exiccantia me conferã. Siccant igitur modicè lemnia ſphragis, & cadmia, atq; hac magis ea, quæ ſua ſponte naſcitur citra permutationẽ, in torrentibus, aut riuis, ac in cypriorum montibus, alijsque in locis inuenta, præcipuè uerò ubi metalla ſunt. Porrò conſueui eã magis ſiccantẽ reddere, per æſtatem in Sole pluribus deinceps diebus terens ex aceto, aut uino colore giluo, ſubſtantia pellucido. Cuiuſmodi eſt in Italia Falernũ, in Aſia Tmolite, qd̃ uinorum maxime ſiccare natũ eſt. Hoc genere cõprehenditur, & Ariuſium in Chio natum: item odoratum Lesbiũ in Ereſſo & Mithymna. His ſuccedunt oĩa uetera, cum ex albis, & adſtringentibus inueterata ſunt, in Italia Signinũ, Tiburtinum, & Marſum, in Sicilia uocatũ ab incolis Aminçũ: in Aſia Aphrodiſieũ, & Miſyũ. Sufficit. n. mihi facultatum uniuerſalium ueluti exẽpla expoſuiſſe. Iam uerò cadmia ex aceto acri ſimiliter multis per ęſtatem diebus in Sole pręparo, ſiccataq́; repono, ut ulceribus malignitatem aſſumentibus inſpergi poſſit. Valentius hoc pharmacum eſt, chalcitis combuſta eodem modo prius in puluerem redacta per ſe autem ignem non experta, tam ualens medicamẽtum eſt, ut cruſtas faciat. Lotã igitur ipſam, deinde ſiccatã habere ſatius eſt: minus enim lota, q̃ uſta deſiccat, ac longè mitior eſt, minusq́; mordax. Perſimile huic medicamentum eſt ẽt ærugo cõbuſta: quæ uerò ignem non experta eſt, fortiſſimum medicamen eſt, ſicut ẽt chalcitis: uerum

hæc non nihil etiã adſtringit,& ea multo magis chalcanthum,quod inter metallica maxime ſic E
cat: at ærugo huius potentiæ omnino particeps non eſt. Miſy autem & ſori,ut didiciſtis,chalci-
tidi genere cognata ſunt,ex una,ut ita dicam,radice producta:tenuius tamẽ miſy apparet,ac mi
nus mordax & urens:craſſius Sori eſt,& utroq; ſiccat imbecillius: quemadmodũ & ſtibi maio- A.l.2.t 2.c.7.
rem adſtringendi ſiccandiq; vim, ac ſori poſſidet.Porrò diphryges appellatum pharmacũ ulce fol.99.f
ribus ægrè humiditatis uitio ad cicatricem uenientibus, aptiſſimum eſt:ualidè nanq; ſiccat, etſi
modice mordeat.Enimuero id quoq; præter acrem tum qualitatẽ,tum potentiã,uim habet ad-
ſtrictoriã:quas tamen ambas fortiores & chalcitis cruda, & chalcanthũ repræſentat,ſiue id ma-
ſculino genere,ſiue ſẽminino,ſiue neutro,appellaſſe quis malit:nã hoc uobis ſemper ſuccurrat,
de nominibus contendendũ non eſſe,ubi ſpeculationem ipſius artis uſui neceſſariã ediſcere ſta
tueritis.Quin & alumen quodlibet ulcera ſatis exiccat,generosè adſtringens.Vnde nemo ſolis
his ad ulcera utetur, ſicut nec cruda chalcitide, & ærugine:uſta uero & hæc & miſy utilia ſunt:
ut elota morſum quidem remittunt,uerũ minus ſiccãt.Itaq; lotis ipſis uti tutius eſt,quoniam per
multa corpora,quibus mederi cogimur, unam quandã diſpoſitionem habent,qua uehementẽ
commorſum ferendo non ſunt.Audiuiſtis autem ipſa frequenter,& ſed nunc iterum cõmemo-
rabo,atq; ad omnẽ ſequentem ſermonẽ memoriter teneri operępretium eſſe arbitrabor. Quæ F
igitur plethora uitioſoque ſucco laborant corpora,ad hæc q̃ tenera carne prædita,& ad ſentiẽ-
dum inſigniter habilia ſunt, facile ex morſu phlegmonem recipiunt. In carne molli præditorũ
numero continẽt mulieres uidelicet candidæ,pueri, eunuchi,uiri cute alba:inſuper qui regio-
nem frigidam incolunt,humidi hi quoque,& pituitoſi,eoq; molles & albi,quemadmodũ ij,qui
calidum tractum inhabitant, ut Aegyptum, & Arabiam, duros corporum habitus,& ſiccos for-
tiuntur. Itaq; horum uobis ueluti memoribus appoſiturus ſum quandã, & aliam pharmacorum
ſimplicium materiã,quæ malignis ulceribus curandis ſit idonea.Sarcocolla igit & ichtyocolla,
& his magis adhuc chryſocolla tali facultate prædita eſt.Huc optimè facit,& plumbum combu-
ſtum:poſt hoc ſori,ſtibiq́ue,hæc quoque cõbuſta:inſuper plumbi recrementũ probè ſiccat:quẽ-
admodũ & ferri ſquama,euidentius tamen ſtomomatis.Porrò æris ſquama,preter quàm quòd
ſiccat,etiam abſtergit purgatque,unde pura quoq; ulcera efficit:quod reliquę ſquamę non pñt.
Quare ſi hæc omnia medicamenta arida ulceribus malignis,ac contumacibus inſpergis,miriſi-
ce uidebis citra mordicationem ea deſiccari, ſicut ubi buccinorum teſtas concrematas, purpu-
rarum,oſtreorum,aliorumq́ue id genus,adhibueris.Quin & quod græcè Diaphanes,Romanis A.lib.2.t.1.c.
lapis dicitur ſpecularis,ex iis eſt,quæ leniter ac ſine morſu exiccant: qui uſtus ulceribus ægrè ci- G 385.fo.138.g
catricem admittentibus,non item malignis,ac rebellibus conducit:quippe minus exiccat, quã
illa requirant.Idem poteſt uitrum uſtum, ac ignitum illud, quod in calfactorijs ærariorũ fabro-
rum officinis conſiſtit.Cæterũ Agyptiæ ſpinæ fructus,galla omphacitis,hoc eſt immatura,rheõ,
malicorium,radices,herbæq; non paucæ ultra ſiccandi,etiam adſtringendi poteſtatem habent.
Nã & ariſtolochia,iris,acorum,artemiſia, panacis radix, argemone,chamæleontis nigri radix,
cyperũ,dracunculus,gladiolus, affatim exiccant. His euidentius adhuc centaurium,& polium:
quibus paulo imbecillior eſt terra nomine erethrias,uti ualentior eſt ampelitis.Talis ſane medi
camentorũ ſimplicium ad ulcera maligna ac contumacia materies exiſtit.Extrinſecus autẽ non
nulla ipſis apponunt,quæ quidẽ per ſe vehementis potentiæ gratia non admoueri,ſed alijs miſ-
ceri,ſolent ueluti ærugo ignẽ,nondum experta,calx uiua,& illota,& molle aphrolitrum, quod
re uera aphrolitrum eſt,quanto enim ſpumantius,tanto præſtantius eſt utraq; facultate,tum qua
minus mordet,tũ qua magis digerit.Didiciſtis enim & in opere De ſimplicibus medicamentis
ſubtiliora craſſioribus hac uirtute inter omnia,quæ ſimili ſpecie cõprehenduntur, præcellere.
lib. de vlceribus à principio. Porrò nihil tam nobis euitãdum eſt,quàm pharmaca generis oleoſi,‖quæ Hippocrates maltha
code,ideſt mollicina, nominat:cuiuſmodi ſunt omnes adipes,præſertim porcorũ,dein reſinæ, H
poſtea cera:alia uerò ratione,& quæ indurata remolliunt(malactica Græcis dicuntur)non con
ueniunt,chalbanum,bdellium,gutta ammoniaci,ſtyrax, medullæ:item alio modo acria, piper,
zingiber,ſinapi,cancry,multaq; eius generis alia.

Quomodo medicamentis ſiccis modo commemoratis in vlceribus ad cicatricem ægrè venientibus,& malignis,vtendum ſit: CAP. 2.

HIuſmodi ulcera uitioſo plena humore neceſſario exiſtunt, pleraque uerò ipſorum etiam
ſordes copioſas continent.Quoniam ergo ſiccum aliquod pharmacum ipſis ſumus inſper
ſuri,cõuenit prius ea linteolo molli,puro,& ſicco,extergere. Vbi vlceris cauitatẽ medicamen-
to impleueris,platyſma emplaſtri labris attenuandis accommodati extrinſecus ſuperdãdũ eſt,
atq; huic rurſus linamentum undique æquale foris inijciendum,cui ſpongiam ea aqua aut uino
tinctam applicabimus.At in primis curandum eſt,ut ſpongia frigida permaneat:quod ex facili
comm.3.t.10.& 15.cla.7.243 d. & h. Et libro de Medico circa medium. fiet,ſi frigida ipſam continue citra deligaturæ ſolutionẽ foueas. Sed faſciam ei inijcere ac circũ
dare debes,vt Hippocrates‖in commentario de Fracturis edocuit, maximam offenſam fore ra-
tus ex deligatura,quæ ad elegantem formam,non uſum,conducit.Si igitur faſcia una fuerit, in-
ſerne ſurſum tribuenda eſt, ſiue tibia, ſiue genu, ſiue talus, ſiue cubitus, ſiue manus ſumma, ſiue

alia

A alia quæuis pars, laborauerit. Quòd ſi duabus uti uelis ut in fracturis, altera à parte affecta ſurſũ feretur duntaxat: altera deorſum prius, mox in ſuperiore parte deſinet, eodemq; cũ priore ꝓueniet. Quamobrẽ haſce faſcias ex linteis, non panniculos eſſe, ut oẽs nouiſtis, expedit. Tertiò aũt quoq; die nõ ſingulis ſoluendum membrũ eſt, ſic ut aqua non adhibita, quo dixi modo nuper, molli puro & ſicco linteo ſaniem ulceri abſtergas. At ſi ambientes ulcus partes phlegmonodes quippiã repræſentent, humidum medicamen latum extrinſecus platyſmati ſuper accõmodãdũ eſt ex meo phœnicino, non ſimpliciter liquefacto, ſed cui plurimũ, quoad fieri põt, uini adſtringentis adiectũ ſit. Neq; tñ obuio quouis oleo liquare ipſum conuenit, uerũ ſi rubor quiſpiã, uel oĩno calor, in circumpoſitis vlceri partibus exuperet, adſtringente & refrigerante aliquo id faciendum eſt: ſunt huiuſmodi myrteũ & melinũ: ſi hæc non adſint adhibeto, quod omphacinum & omotribes nominant. Si durities maior extiterit, oleo ueteri, uel ricinino, ipſum phœnicinum liquefacies. Sed tutius fuerit, ſi nihil ĩ ambiẽte ulcus loco uitioſi appareat, ſuperpoſitę regioni: liquidum medicamentum admouere, quod repellat, ſiquid prius uel paruũ, uel plusq̃ par eſt, in fluat, maxime cũ in crure ulcus obortum ſuperpoſitam uenam uaricoſam habeat. Quę dum magna eſt, ac colore nec rubrum nec probũ ſanguinem, ſed atriorem magisq; melãcholicum, cõti-

B nere uideẽ, excidenda uenit. Interim uero contigit, ut uena tali exciſa ulcus ſtatim ad cicatricẽ ueniret, etſi iã annum durarat, uerũ ipſius loco iuxta diuiſionem, ubi uena erat exciſa, ulcus malignum ac contumax oriretur, cui cicãtrix induci non potuerit. Igiẽ id genus uitiis præſtat, uiribus ægri conſultis, à uenæ inciſione auſpicari, deinde pharmaco purgare, melancholicũ humorem, uel cũ hoc ẽt pituitoſum educẽte, qm̃ is quoq; una nonnunq̃ cũ melancholico influit, dum varices generantur. Poſtea ipſam uenã ulceri ſuprapoſitam in longum ſcarificare commodum eſt. Vbi abunde uacuaris, ei ipſi uenæ ſectæ prius medendum. Poſtquam exacte iam cicatricem ducere uidetur, tunc maligni ulceris curationem, ut prædictum eſt, aggredere. Iã uero lien interdum male affectus, uitioſi talis humoris author eſt, ſicut & iecur. Quibus ubi ꝓſpexeris, ſic tandem ad ulcus curandũ uenire oportet. Pari modo, ſi uniuerſum corpus cacochymum, uel plethoricum exiſtat, prius expurgare vacuareq́; ipſum expedit, quàm medicamentũ ulceri admoueas. Porrò intra ulceris per arida medicamenta curationẽ, quotieſcunque ſolueris, aduertendum eſt, qualem nã in particula effectũ ediderint. Sciendũq́ue, ac in memoria habendũ, quòd quæ deſiccare, non autem detergere ualent, cuiuſmodi ſunt illa, quæ adſtringẽdi qualitatẽ obtinent, vlcus purum non efficiunt: at quæ præterquam ꝙ ſiccant, adhuc etiam detergunt, ea non

C modo ſiccam, ſed puram quoque, totã partem exulceratam efficiunt. Præterea notandum uenit pura ulcera ab ijs medicamẽtis, unde prius, cũ eſſent ſordida, nihil mordicationis percipiebãt, nunc morderi: Quæ cã eſt, ut a ualentioribus abſterſorijs pharmacis ad mitiora, minusq́; mordacia, digrediamur, ubi ulcus ad amuſſim purũ inuenerimus: quemadmodum rurſus in ſordidis ad magis abſtergentia trãſimus, niſi ex mordicatione ſordida apparuerint. Hoc ſiquidẽ medicis etiam bonis exiſtimatis nõ nũquã impoſuit, ut ad abſterſorium ualẽtius acriusq; ſe conferrent. unde iterũ ulcus eroſum, ex æquo ſordidum, uel etiam magis adhuc, altera ſolutione uisũ fuerit carne à medicamento colliquata ipſum fœdante: nã in prauam ſaniẽ degenerat collique ſcens caro. Cæterum quicquid ex his ipſis tenuioris conſiſtentiæ eſt, a pharmaco difflat: reliquũ ibidem circa ulcera concretum, ſordes ipſis redditur. Quare animum attendere oportet, utrum vlcus carne, quę ſubeſt, exeſa, ac colliqueſcẽte ſordidum deuaſerit: an quia medicamẽ ſordibus auferendis aptum requirat, impoſitum uero tale non ſit. Indicat autem ulceris maior facta cauitas, tum oræ rubentiores calidioresq́ue, cum medicamenti acrimonia ſordidatur. Forſan igiẽ ſuperuacaneum fuerit in præſenti cõmentario compoſitorum medicaminum uſus rationem modumq́; adſcribere, quippe in Methodo curandi explicatum: at quę neceſſaria ſunt, & magnam

D noxã adferunt, neglecta ſatius eſt bis terue, ut fidelius memoriæ inhæreant, repetere. Ponamus igitur & hoc etiã in talium ulcerum curatione, ſi quidem citra totius corporis offenſam fieri poterit, ægrũ a balneo abſtinere, perfricari linteis largiter, mox oleo, deinde halteribus, hoc eſt ſaltatorijs põduſculis exerceri, ſi crus fuerit affectum: uel curſu, ſi partes ſuperiores male habeant. Quod ſi a balneo tẽperare ſine totius corporis noxa non poterit, ſoluere deligaturam nõ oportet, uerum ut ligatum eſt, membrum lauare, & aquã calidam ex ſpõgia exprimere, aliamq́; mox frigidam infundere, ut nullus in deligatura calor ſit reliquus. Iam ſi curatio ſuccedere uideatur, etiam abſque ſpongia alligata ſanari poteſt, ſi phœnicinum liquefactum, ut dixi, extrinſecus imponas, & citra ſpongiam, quæ faſcijs comprehenſa uelut in fracturis, ægrotæ corporis parti orbiculatim circundatur.

Compoſitio Medicamentorum, quæ in modum emplaſtri fiunt. CAP. 3.

QVoniam malignorum, & difficulter cicatricem recipientium ulcerũ curationis ſummus eſt ſcopus, ut medicamẽtũ citra morſum exiccet, aqua uero & oleũ maxime oĩum humectãt, ab eis abſtinendũ eſt ita, ut nec ꝑ ſe adhibeantur, nec ſiccis quæ recẽſuimus miſceantur medicamẽtis. Itaq; cera deligẽda eſt neq; natura, neq; uetuſtate ſicca, uerũ recẽs & pinguis natura. Qua in Sole emollita, aridorũ medicaminũ dictorũ, qd̃cũq; uolueris, excipere poteris: ſin aũt Sol abſit

apud

apud ignem calefacta ſubigatur, & in calidam aquam demergatur: non enim aqua per totã mi E
ſcetur, ſed ſtatim ab ea emolleſcẽte defluit, anteq̃ ulceri fuerit impoſita. Symmetria uero mixtu
ræ eſt talis. *Mediocre medicamentum hoc modo efficitur.* Quarta pars metallicorum cerę adiicitur:
valẽtius erit, ſi tertia ſumaẽ. Porrò cũ ipſa metallica minus magisq́; immordacia, ſiccaq́; exiſtãt,
virtus in ijs, quę magis ſiccãt, intendetur: quæ minus, remittetur: quẽadmodum rurſus tutior le-
niorum uſus eſt, mordaciorum periculoſior. Dictum nanq; frequẽter eſt, nõ nullas naturas cor-
porum, tum cutẽ, tum carnes magis ſenſorias habere: quibuſdã has ambas minus eſſe ſenſorias.
Itẽ pro maioris minorisq́; ſenſus ratione doloris etiã affectus ſequitur, ut & phlegmones. Ac-
cedit huc nõ mediocris differentia, q̃ quis molli ſit carne, uel duriore, boni maliq; ſucci, uel ple
thoricus, uel uacuus, uel medio quodã modo inter enumeratos affectus. Vnde colligo, unum o-
mnibus idoneum medicamentum præparari nõ poſſe: ſed qualecunq; ex ſimilibus ſpecie con-
fectum fuerit, hoc uti ſciet ille, qui methodum iſto libro traditã artificioſe didicerit. Exẽpli gra-
tia in ſubiecta materie, ſi pares utriusque, æruginis, & æris cõbuſti, partes miſceas, aluminis ſciſſi
partis unius dimid. ut totum tribus, uel duobus denarijs, s, uel uncijs totidem, cõſtet: ſufficiet de-
cẽ ceræ denarios adiicere denariis, decẽ uero uncias unciis, in tẽperati & medij facultate phar-
maci cõpoſitionem: Melius fiet, minusq́; mordebit, ſi loco aluminis ſciſſilis diphryges accipiat: F
cuius uno denario integro iniecto, quemadmodum ęris quoq; & æruginis, medicamen erit prę
ſtantius. Quòd ſi æruginem mordacius facturam ſuſpicati, lene prorſus ipſum fieri poſtulemus,
cõbuſtã apponimus. Inſuper ſi expurgare ſordes ſtatuerimus, æris ſquamæ denarij dimidium
addetur, ut tota medicamẽti ſymmetria talis euadat: Aeris, æruginis uſtæ, diphrygis, ſingulorũ
partes æquales, hoc eſt cuiuſq; denarii põdo unius: æris ſquamæ denarii dimidium: hęc pingui
cera, ut dixi, mollita excipianẽ. Vbi ſiccior paulo fuerit, q̃ ut cõmemorata excipiat, miſcẽdũ eſt
myrteum molliẽdo, uel melinum, uel lentiſcinum, uel ricininum, uel cyprinum, uel omotribes
oleum uetus, uel recẽs Hiſpanum, uel qđ apud nos ex oleæ ſurculis pręparaẽ. Aut ſi oĩno nihil
oleoſum medicamento adhibere placet, laricẽ reſinã admiſceto, cuius ſi copia non eſt, terebin-
thina eius loco utendum. Cæterum hoc ſemper in memoria tenendum eſt ijs, qui hæc legunt,
maxime ad primum, quod dictum eſt, tanquam præſtantiſſimum ueniendum eſſe, mox ad ſe-
cundum, & tertium, deinde ad alia, quæ poſt tertium ſunt, ceu pro pharmacorum uirtutis & po-
tentiæ proportione, ſermonis ordinem nobis uſurpantibus. His igitur auditis quiſpiam, ſimpli-
cium medicamentorum uiribus intellectis, diiudicare poterit, quæ maiores noſtri ad ulcera ca-
coethe pharmaca conſcripſere. Sicut uerbi gratia Aſclepiades cognomẽto Pharmacion in ter- G
tio Exteriorum in hunc modum tradidit.

Quæ medicamenta memoriæ prodiderit Aſclepiades. CAP. 4.

Ad Chironia & curatu difficilia ulcera medicamentum accommodatum. Aeris ſquamæ pondo
vnciam, ęruginis raſę põdo unciã, cerę ſelibrã, reſinę laricis põdo unciã s. Ea, quæ liquari
poſſunt, aridis affundunẽ: quibus exceptis, ac curioſe mollitis utitor: itẽ platyſma exiguum ſoli
affectę parti, ut ulcus tm̃ cõprehendat, iniicito. Cęterum ambiẽtes particulas pharmaco, quod
phlegmonẽ arceat, circundare oportet: inter curãdũ tertio quoq; die ſoluere, deinde fomentis
mitigare, idemq́; emplaſtrum q̃ a latitudine platyſma uocatur, abluendo emollire, ac rurſus im
ponere donec cicatricẽ inducere incipiat. Hęc eſt medicamenti ſcriptura. Pulchre uero author
ipſe adiũxit, Ad chironia. nominãt. n. ſic ulcera, nõ mediocriter, ſed maxime maligna, contuma-
ciaque. Generoſum hoc medicamẽ eſt, ut quod ex tertia ceræ parte metallica cõtineat, æruginẽ
ſane pharmacum ualẽtius, æris ſquamã multo illo moderatius, attñ & ipſum generoſum. Mediã
ac ſymmetrã hẽt temperiem, ut ẽt modice maligna curet, ſi nõ triplex, ſed quadrupla, ceræ por
tio aliis cõmiſta fuerit: Moderatius adhuc extiterit, ſi quincupla adiiciaẽ, ut nõdũ cacoethe, ſed
ægre cicatricẽ ducẽtia, p̃ſanet: Quẽadmodũ etiã ſi metallicorũ ſex partes cera capiat, ut ſi æru- H
ginis & ſquamæ utriuſq; denarius, ceræ duodecim, laricis quot exigit p̃portio: q̃ erit, ſi tres ip-
ſius denarii imponanẽ. At ubi cera pinguis eſt, etſi minus reſinę addaẽ, ſpiſſitudinem, quanta ſuf
ficit, medicamentum habebit: ſiquidem huiuſmodi pharmacis reſina ob conſiſtentiam inditur,
veluti & myrteum, uel lentiſcinum. Ego certe attico non nunq̃ œſypo cerã emollitã miſcui: ac
vſu didici, uel nihil, uel parũ adeo medicamentũ ab illis, q̃ ſine hoc p̃parata ſunt, ſuperari. Mani-
feſtũ aũt eſt me hęc ad futuri medicaminis robur referre: nã auxiliũ ad aliquid ſpectat, quippe
mollius pharmacũ ad moderatiora cacoethe, id eſt minus malefica magis q̃ uehemẽtius cõduc-
cit. Vbi igiẽ ulcus ipſum minus malignũ eſt, oræ uero p̃tumidæ ac duræ, Græci ochthodus appel-
lãt, potior in his eſt œſypus. Benefacit ẽt his cerui, uituliq́; medulla, quã læuem ante factã ceræ
prius admiſcere oportet: dein ſic in unitatẽ coactis ijs metallica trita, ut in puluerẽ rediganẽ, ex
cipiẽda ſunt, ut q̃ mordicationẽ pariant. Oĩa uero ſicca ac terreſtria pharmaca, quantum ſatis
eſt, antea læuiganẽ, ut eſt galla, cytinus, malicoriũ, ęgyptię ſpinæ fructus, qm̃ id genus oĩa ægrè
fiunt læuia: ſicut facile, quæ ex ſuccis & liquoribus reſiccatis p̃ueniũt myrrha, aloe, acacia, & q̃
his ſunt genere finitima. Cęterũ recte Aſclepiades ad finem ſuperioris medicamẽti ſcripti hæc
uerba adiecit: Et hæc triduo ſoluito, fomẽtisq́; mitigato, idẽq́; emplaſtrũ ablutũ emollito, rur-

ſusq́;

A ſusq; apponito. Niſi.n. diutius cuti pharmacũ adhæſerit, nihil efficiet. Quòd & pleroſq; medicos latuit, arbitrãtes, ſi ter die ſanię ab ulcere deterſerint, melius ſe facturos ijs, qui bis idẽ faciũt: qui uero ſemel ſoluũt, ab ipſis quoq; ęgris tanq̃ negligẽtes male audiũt. Cõuenit hic quoq; uos me miniſſe, qđ in pleriſq; noſtris cõmẽtariis dictũ eſt, quãtitates uidelicet oĩum uicinorũ corporũ mutuo in ſe quicq̃ agere, etſi alterũ ipſorũ multo ſit ualidius: hac nãq; rõne ſpecie quodãmodo inter ſe ſimiles fiunt ſpatio tp̃is, tametſi permultũ differãt: ubi aũt qualitas medicamenti curãdo corpori ſimilis ſpecie fuerit, utilitas maior ſequit. His igitur rationibus, qui primus emplaſtro añ impoſito uti ſtatuit, laude dignus eſt: & nos ipſum ſequi multo magis decet, cum qđ rõne inuenit, experiẽtia cõprobatũ cognouerimus. Nec temere triduo quoq; ipſum foueri, ſingulis uidelicet ſolutionibus, præcipit: nã, quia ualẽs medicamẽtũ eſt, merito lenitionẽ deſiderat. Satius igit̃ eſt in ulceribus non ita malignis, cerã quadruplã uel quincuplã amborum ſimul metallicorũ eſſe. Poſt hoc pharmacum, aliud Aſclepiades deinceps tradidit, quod his conſtat. Aeruginis pondo unciis duabus, ſquamæ pondo unciis duabus, diphrygis põdo uncia, ceræ põdo libra, laricis pondo unciis tribus. Hæc rurſus ſymmetria ſimpliciũ medicamẽtorũ eadem eſt, q̃ ſuperioris, ſolo diphryge ſuperãs: alia certe oĩa priorũ duplicata sũt. In illa.n. ſcriptura ęruginis, &
B mæ, utriuſq; põdo unciã adiiciebat, ceræ modũ ambabus triplo maiorẽ: ſiquidem oẽs uncias, ſex eius admiſcendas cẽſuit, reſinæ uero ſemunciã, ſupra utriuſq; metallici portionem. Secunda ſcriptura, illius quidẽ, loco unciæ & ſemiſſis, tres imponẽdas iubet: metallicorũ uero p̃ una uncia ſingulorũ duas, ceræ libr̃, cũ in priore ſcriptura ſelibr̃ immittat. Clarũ itaq; eſt, diphryges ſolũ in ſecũda eũ appoſuiſſe. Ac ſi unciã ipſius immittẽda aliis duplicatis prȩcipit, modo, ſimplicibus uniuerſis in priore ſcriptura miſtis, diphrygis ſemunciã addideris, talẽ medicamẽti cõfecturã habiturus es: Squamæ põdo unciã, ęruginis põdo unciã, ceræ ſelibr̃, reſinæ laricis põdo unciã, s, diphrygis ſemunciã. Eadẽ oĩno & hęc eſt priori, ſi diphryges excipias, qđ tã moderatũ eſt pharmacũ, ut ẽt ſolũ inſperſum ulceribus, q̃ cicatricẽ difficulter admittũt, medeat̃: ſimiliter & æs cõbuſtũ. Valẽtior aũt longe ęrugo, ut uel ſordida admodum & humida curandi terminos exceſſerit, ſi ſolã eã inſpergas, exedit.n. & mordet inſigniter. Porrò in chironiis ulceribus, aliis miſta pharmacis tantũ de uehemẽtia quidem uirtutis ſuæ remittit, auget aũt illorum, ut cõpoſitum ex oĩbus pharmacum fiat præſtantiſſimum. Qua uero rõne p̃dictis medicaminibus ærugo miſta fuerit, hac & uiua calx, exigua p̃portione aliorũ multis a quibuſdã adiecta. Extincta mediocre eſt pharmacũ, elota prorſus leue, & mordacitatis expers. Hoc igitur emplaſtrũ exẽpli gra
C tia adſcripſi, quòd iuuenes in particularibus exerceri uelim, nec uniuerſalibus ſolis eſſe contentos. Rurſus autem reuocato ad initium ſermone, ad Andromachi medicamenta digrediar.

Deſcriptis ab Andromacho emplaſtris ad ulcera maligna. CAP. 5.

APponã igit̃ cauſa exempli, quæ ex cõpoſitis medicamentis ad cacoethe ulcera conuenire uſu p̃bata ſunt, ab iis exorſus, quæ ſcripſit Andromachus: quẽ nõ iniuria queas accuſare, q̃ citra diſtinctionẽ pharmaca tradiderit. Hac.n. omiſſa permultos medicos male ipſis uti cõtingit, ideoq̃ non nunq̃ ſcopũ mirifice adſequi, interim ab illo errare, permultũ delabentes. Cũ igitur par eſſet, ut ipſe diceret, Hoc ipſũ ualidiſſimũ eſt, ab hoc rurſus aliud moderatiſſimũ, hoc uero imbecilliſſimũ, ille oĩa ſubinde ſcripſit, nulla diſtinctione appoſita. Auſpicat̃ igitur ea ipſa hoc titulo. *Cicatricem inducentia.* Mox ita ſubdit: Cadmiæ toſtæ pondo libr̃, chalcitidis uſtæ pondo libr̃, ceræ pondo libras quatuor, reſinæ aridæ pondo libras iii, myrtei pondo libras iii: uinũ aridis miſcetur. Ab his uero deinceps in hunc modũ ſcribit ad uerbũ: *Medicamentum ex Ladano.* Et ſymmetria appoſita, iterũ deinceps ait: *Aliter ut Alcimion.* Deinde hic quinq; ſymmetriis expoſitis, infert inquiens. *Pharmacum ex Hordeo.* Poſt huius cõpoſitionẽ in hãc ſententiã iterũ ſcribit. *Aliud cicatricem inducens.* Reſinæ ſiccæ denariũ pondo octodecim, diphrygis denariũm
D pondo quatuor, ſpumæ argenti denariũ pondo ſedecim, ceræ denarium pondo x, olei cyathũ & dimidiũ. ut hoc ſit ei medicamentũ ab initio ſextum. His ſubiungit iterum alia ſex, unicuique prȩponẽs, *Aliud.* volens nimirũ cicatricẽ inducens nos inaudire. Quinque igitur ſunt epulotica, quibus uti mos eſt, nec malignis, nec ægre cicatricẽ ducentibus, idoneis. Sextũ ad ulcera quidẽ dyſepulota, id eſt quę cicatricẽ difficulter recipiunt, nõ tñ iã ad cacoethe, q̃ nobis maligna dicũ tur, ualet. Reliqua uero ſex adiecta malignis p̃ſunt, uirtute inuicẽ diuerſa: Quib⁹ alterutrũ oportebat, nẽpe uel rationalẽ ac methodicã diſciplinã conficiendo, adſcripſiſſe in eorũ uehementia differentiã, tanquam nobis intellecturis ad maligniora ulcera ualentioribus utendũ remediis, ad mediocria imbecillioribus: uel Empiricorũ more poſuiſſe, quædam horum medicaminũ phagedænicis, in ſumma q̃ exeſis, ac paſtis, eſſe utilia, quædã cauis, quædã uehementer ſordidis: iis uero, qui phlegmonodẽ ſimul aut ſchirrhoſum affectum habent, aut labra ulceris dura, uel prætumida, uel nigra, uel alterius cuiuſquam coloris, ſingulis propria: Horum autem nihil ille effecit. Poſtea ſex facultates cicatricem inducendi ordine retulit, quarum ego compoſitionem cum propriis diſtinctionibus narraturus ſum. Primum itaque ab eo ſcriptum, quod tamen a principio ſeptimum eſt, ſatis ualidum, ut quod æquale habeat pondus ærugini & ſquamæ: remiſit autem, minuitq̃ uim ipſius ceræ miſtura, quæ octo partes utriuſque ſigillatim, qua-

tuor

tuor amborũ ſimul explet. Etenim æruginis, & ſquamæ, cuiusq; unciã miſcere præcipit, cerę un E
cias viij: admodũq; cõmode cauit, q̃ id cõpoſuit, miſcere aliqđ mollicinũ, græce malthacodes
dicit: oleum dico, & ſeuum, & œſypum, butyrũ, & reſinã. At ſi pinguis cera non adſit, metallica
ægre miſcebuntur. Aç ſi iuxta ignẽ uel in Sole calido miſcere ipſa cogamur, paulo poſt phar-
macũ indureſcet. Quapropter cum ulceri fuerit impoſitum, ſanum ſuum æger durũ continere
putabit: quippe eiuſmodi medicamenta oĩa talẽ habent usũ. Si uero calidis manibus tractetur,
tm̃ ex ipſis recipit magnitudinis, ut emollitũ, dilatatumq́; toti ulceri imponat̃, atq; ẽt oras cõte-
gat. Cũ altũ ulcus extiterit, totũ ipſius cauũ medicamine indito replebitur. Poſtq́ue hoc rurſus a-
liud platyſma ſup accõmodabitur, qđ & labra cõprehẽdat. Huic deinde rursũ linteus pannus
frigida madẽs tantus undique obiicitur, ut medicamentũ occultet. Poſtremo extrin ſecus ſpõgia
mollis falcia ex linteo excepta, uel ſemel uel bis affectã partẽ orbiculatim ambiente, tantæ ma-
gnitudinis, quo totũ ulcus cũ labris, ac ſuperpoſitorũ ipſis aliq̃d, ſubiectorũq́ue, cõplectatur. De-
ligatio a duobus principijs fiat: uocant ſic, quoties tota pars media uinculi affecto loco incũbat,
* Al. caput. *crus aũt utrunq; in oppoſitũ deducatur. Poſtremo ſi pãnus tã ſit ualidus, ut ſemel iniectus ſpon-
giam tuto contineat, illis terminis cõſuetur, eo, quod ſuperfluit, forfice adempto: ſin imbecillis,
F
rurſus utrũq; *crus ducetur, ſimili robore ad id, quod affectũ eſt, attractum: quod in primis obſer
uare conuenit, cũ in primo faſciæ traiectu, tũ uel maxime in ſecundo. Quin nec illius obliuiſci
de fract. com. 3. tex. 5. cl. 7. 242. g. Et tex. 8. 243. b. tę oportet, cuius primus, quorũ ad nos memoria peruenit, ‖ Hippocrates inuentor extitit, olim
ab oĩbus ante ipſum medicis, nunc ab iis, qui artem parum legitime didicerunt, commiſſi. Pu-
tant .n. ſatius eſſe partẽ exulceratam incõpreſſam ſeruare, utrinque uero ligamentũ ei circum-
ponere: quod q̃ ſit incõmodũ ac noxium, Hippocrates demonſtrauit. Igitur ubi hæc primo die
peregeris, altero aqua frigida ſpongiã perrigato. Si ambiens aer calidus, & ſiccus fuerit, bis hoc
ter'ue in dies ſingulos faciendũ eſt: ac deligatura tertio quoq; die ſoluẽda, per hyemẽ ẽt quarto.
Cæterũ inſpiciẽda eſt, a medicamẽti uirtute facta inalteratio, tũ in ulceris cauitate, tũ in labris,
tũ in locis ea ambiẽtibus. Porrò unde hæc diſcas, libri de Tẽperamẽtis ſuppeditabunt: nec non
in opere therapeutices Methodi de his ulceribus tractatũ eſt. Vel .n. ſiccius, uel humidius, uel ca-
lidius, uel frigidius, q̃ prius, & totũ mẽbrũ affectũ, & ſingulæ eius partes, apparuere. Inſup conſi-
derabimus, nũquid ex oris adẽptũ ſit: uel emollitæ quodãmodo, uel attenuatæ ſint: itẽ color ne
mutatus, & an ſordiũ copia eadẽ remãſerit. Vnde cognoſces utrũ fortius, uel mollius, uel ſimile
priori medicamen imponendũ ueniat. Poteris ſane & primũ ipsũ ex facili immutare, ſi mollius
voles reddere, miſto inter molliendũ paululo cuiuſdã olei adſtringẽtis, aut myrtei, aut roſacei, G
aut melini, aut lentiſcini, aut maſtichini, aut cyprini: Sin ualidius, aut ſquama, aut ærugine, ex
q̃bus utriſq; paulũ ad amuſſim læue reddes, ut ſubigẽdo adiicias. Nos, uti nouiſtis, uel mite ali-
qđ pharmacũ ulceri inſpergim⁹, eiq́; medicamẽ emplaſtrodes ſupimponimus. Nulli dubiũ eſt
mitia pharmaca mihi dici, diphryges, ſarcocollã, chalcitidẽ uſtã, itẽ cõbuſtũ & æs, & æruginẽ,
& chalcãthũ: q̃ ignẽ non experta, acria oĩa ſunt: cõbuſta, moderata: lota poſt cõbuſtionẽ, lenia,
mordacitatisq́; ſiũt expertia. Præſtat aũt, ſicut p̃diximus, & emplaſtrũ miſtioni adaptare, aliqđ-
q́ue ex alijs medicamẽtis imponere, quorũ deinceps meminit Andromach⁹: idq́; nõ mõ ſimpli
ciũ uires, ſed mẽſurã quoq; inſpicientes, ut in eo qđ iã cõmemorauimus. Quatuor .n. partes ceræ
cũ ęruginis & ſquamæ, utriuſq; una, miſcẽtur: tres fortius ipsũ efficient, ſicut quinque imbecil-
lius. Eodẽ modo in alijs agendũ eſt, puta in eo, qđ prædictũ ſequitur, octauũ ordine, tali ſymme
tria. Chryſocollæ denariũ pondo duũ, ſquamæ denariũ pondo duũ, ceræ denarium pondo ſex,
diphrygis denariũ põdo duũ, ſquamæ argenti denariũ pondo octo, roſacei uel myrtei parũ. In
hoc pharmaco chryſocolla, & diphryges ipſa p̃ ſe inſperſa malignis ulceribus curãdis ſufficiũt.
Squama ualidius, aſperius, mordaciusq́; medicamẽtũ eſt: eoq́; argẽti ſpumã author admiſcuit,
ſubueritus ſquamæ uiolẽtiã, cupiẽsq́ue ipsã mollioris pharmaci miſtura mitigare, ac exoluere.
Sin abſq; cera quatuor illa iuxta dictã tẽperaturã miſceas, medicamẽ aridũ inſperſile, Greci uo
cãt epiſpaſtõ, habiturus es, ad malignorũ ulcerũ curationẽ nõ inefficax. At ubi emplaſtrũ face- H
re conaris, cera miſcẽda eſt. Et p̃ metallicorũ copiã, neceſſario, ẽt liquidorũ in p̃ſenti facultate
meminit Andromachus, roſacei nẽpe, & myrtei: cera nãq; modica nimis eſt p̃ metallicorũ mõ.
Cũ igitur chryſocollæ, ſquamæ, & diphrygis, binos denarios: argẽti ſpumæ octo miſceri iubet,
quatuordecim uidelicet uniuerſos efficiens: uel cerã pinguẽ permultã, uel oleoſum aliqđ, phar-
maco affundere debebat. In ſuperiore medicamẽto cera quadruplo metallica ſuperabat: unde
ſpuma argẽti ablata, ex alijs licet pharmacũ cõponere, quẽadmodũ ego nõ nunq̃ factitaui. Qđ
ſi fiat, myrteo nõ opus erit, cera, ut dixi, pingui adhibita: ſi dura ſit, liquidũ aliqđ miſcere opor-
tebit. Quã ob rẽ nõ nulli in id genus pharmacis ceræ appoſuiſſe uidentur, alij nouẽ, alij recen-
*Al. viginti. tis, nõ per Iouẽ ipſius ætatẽ, ſicut in alijs medicaminibus, ſed humiditatẽ requirentes. Eſt enim
* Al. ɛ. i. q. nque. Sunt, q̃ legendũ putent, s, ideſt heminæ dimi-dium. re uera melior noua, ſed non iã ut bimulã, trimulamue reiicias. Cęterũ ad ſequens emplaſtrum
ire tẽpus eſt, quod habet in hunc modũ. Diphrygis denarium pondo octoginta quatuor, argẽti
ſpumæ denariũ pondo ducentorũ quadraginta, cerę denariũ pondo trecentorum* octodecim,
olei heminas* ſex. Poterit aũt hoc pharmacũ ulceribus nõdũ malignis, uerũ cicatricẽ ægre reci-
pientibus

A pientibus eã obducere, qm̃ exiccat, ſed non valide, ut quod poſt ipſum ſcribitur: minori tamen ſymmetria conficiendum eſt, idẽ enim ei hoc eſt. Diphrygis denarium pondo quatuordecim, argenti ſpumæ denariũ pondo quadraginta, ceræ denariũ pondo quinquagintatriũ, olei myrtei pondo uncias decem. Nã Andromachi pharmaca horum ſeſcupla ſunt. Hoc igitur cicatrici obducendæ re uera eſt reſpondens ex cadmia confecto, & glyceæ nominatæ, de quibus ſequenti ſermone dicemus. Huic ſubſcriptũ ualidius quidẽ eſt, non tamen primo ex hiſce ſex, uerũ ſeptimo a primordio finitimum: In quo ſquamam & æruginem ceræ quadruplæ commiſcuit: diphrygis enim adhuc denarium pondo ſedecim, argenti ſpumæ denariorũ pondo quadraginta octo, ceræ denariorũ pondo ſexaginta ſex, adijcit. Inde horũ copiæ gratia coactus eſt & myrtei olei heminã*s, affundere. Numeretur ergo hoc quoque inter ea, quæ cicatricem generant. *Al. & s.

Quod ſtatim ſubiungitur, eiuſdẽ generis eſt, mitiſſimũ uero minimeq́ue mordax, ex plumbo cõbuſto & eloto, ſpodio, cadmia, diphryge, & terebinthina compoſitum. Zenonem aiunt chalbanum quoque miſcere, quod mihi prædictis uidetur ſuperfluum. Scribit igitur ipſius ſymmetriam talem. Eloti plumbi denariorũ pondo duorum, ſpodij denariorum pondo quatuor, cadmiæ tantundem, diphrygis † denarii pondo unius. ¶ Excipit ea terebinthinæ denariis ſex. Zeno- † Al. denariũ pondo iiij.

B nem dicit chalbani addere † denarii dimidiũ. ¶ Si quidem ceu molliendis labris calloſis, ac duris, eoq́ue Græce ochthodeſi, id eſt uerrucoſis, appellatis id facit, probe admiſcet: ſin ad ulceris malignitatem & contumaciã, non itẽ: tametſi enim chalbanũ quoque receperit, etiã ſic a malignorũ ulcerũ prauitate uincetur. Magis autẽ ueriſimile uidetur, duodecim hæc ordine ſe conſequentia pharmaca ad cicatricẽ ducendã idonea ſcripſiſſe. Etenim præter duo ex ipſis, puta ſeptimum a principio, & octauũ, alia omnia ulceribus quidẽ ægre ad cicatricem uenientibus, ſed nondũ malignis, medentur. Itẽ duodecimum inter ea ſimiliter quidem cicatricẽ obducit, imbecillius autẽ eſt, q̃ ut cacoethe perſanet. Cõpoſitio quoque huius hæc capit, Molybdenæ denariũ pondo centũ, diphrygis denariũ pondo ſedecim, ſoreos denariũ pondo decem, miſyos cyprii toſti denariũ pondo octo, reſinæ terebinthinæ denariũ pondo octo, ceræ denariũ pondo quadraginta, myrtei denariũ pondo quadraginta. Porrò minoris ſymmetriæ, quæ huic proportione reſpondeat, oĩa eiuſmodi pharmaca conficere oportet, ſcientẽ ipſa confeſtim durã ac ſaxeã duritiem acquirere. Tantum igitur cuiuſque pr̃parare ſatius eſt, quanti uſus fuerit, præſertim ſi hyems uſum ipſorum excipiat. At ſi quartã ſingulorũ partem capias, molybdænæ quinque & viginti denarii erunt, quatuor diphrygis, duo & ſemis ſoreos, toſti miſyos duo, terebinthinæ

C duo: & ceræ & myrtei pares portiones, utriuſque decẽ, amborum ſimul uidelicet viginti. Porrò in oĩbus eius notæ pharmacis, illa quæ liquari poſſunt, liquefacta & refrigerata, deinde raſa, ſic cis diligenter in puluerẽ redactis admiſceto. Nã ſi liquida ipſis affundas, ſæpe fient grumi ceræ modo (enceridas Græci uocant) maxime cũ frigus fuerit. In Sole feruenti ſi miſtura fiat, licet ea ſuperfundere, mouendo uehementer rudicula primũ, deinde cochleario: præſtat autẽ in hiſce omnibus rudiculam palmæ eſſe ramuſculũ. Hæc Andromachus indiſtincte, ſicut diximus, duodecim pharmaca tradidit, hoc ipſis tantum cõmuniter præponens, Epulotica, hoc eſt ad cicatricem ducendã idonea. Ego uero differentiã ipſorum manifeſto (ut abitror) expoſui, quæ cordatum uirum ad dextrum particularium uſum ueluti manu ducere queat. Inſuper aliorum polychreſtωn, id eſt multiplicis uſus, medicamentorũ meminit, ut ad alios plerosque affectus, ita ad ulcera dyſepulota, id eſt ægre cicatricẽ ducentia, aptorũ, quæ nos ſermone pr̃cedente percenſebimus, ubi pharmaca, propter uariã utilitatẽ polychreſta Græcis dicta, aggrediemur. In præſentia peculiariter de iis ſermo nobis eſt, quæ ad maligna, & dyſepulota faciunt, eaq́ue potius maligna, quæ chironia non nullis appellantur, quemadmodũ & ipſi Andromacho. Ordine itaque ex duodecim medicamentis modo relatis, cũ duo ad carbunculos prodiderit, unũ ad her

D petas, quartũ aliud poſt tria hiſce uerbis conſcripſit. *Epuloticum ad Chironia, Dioſcoridis*. Magis variũ quidẽ medicamentũ cõponens, non tñ ſeptimo illo ſupraſcripto ualentius, in quo ceram quadruplo copioſiorẽ, quàm utriuſque, nempe ſquamæ & æruginis, miſcebat. At in nunc propoſito, pauciore cera metallicorum porportione iniecta, liquari ipsã pauco myrteo iubet, aut roſaceo, quantitate eorum non adſcripta. Iam uero uniuerſam eius ſententiã ex Andromachi verbis apponam. *Cicatricem obducens, ad Chironia, Dioſcoridis*. Chryſocollæ denariorum pondo duorũ, æruginis raſæ denariorũ pondo duorũ, ceræ denariorũ pondo ſex, diphrygis denariũ pondo duũ, ſpumæ argenti denariũ pondo octo, roſacei uel myrtei modicum, ut liquefiat. Hoc pharmacum ad amuſſim ſuperiori illi conuenit, quòd inter cicatricẽ obducentia locũ, ut dixi, octauum obtinet, poſt id poſitũ, quod ſquama atque æruginе conſtat, ſola illud æruginе nimirũ ſuperans. Ideoq́; cicatricẽ illud inducentibus adſcripſit: maiora tñ de ipſo pollicẽ, ad chironia conuenire id dicens. Et uero poſt hoc quoq́; optimi medicaminis mentionẽ facit in iſtũ modũ.

A.l.4.fo.4.t.3 c.9.fol.472.h *Medicamentum obducendis cicatricibus ex collectaneis Primionis, ad deſperata*. Hoc nomen. Deſperata, ulcera illa, quorũ curationẽ pleriq; aggreſſi nõ abſoluerunt, ſed tanq̃ ab inſanabilibus deſtitere, ei ſignificat. Fidendũ huic medicamento, quòd pr̃ter alia uſu quoque probatum eſt. Hãc autẽ eius cõpoſitionẽ ſcribit. Soreos denariũ põdo uiginti quatuor, aluminis ſciſſilis denarium

nariũ pondo ſedecim, malicorii denarium pondo ſedecim, calcis viuę denariũ pondo ſedecim, E
thuris denarium pondo trigintaduũ, gallæ denarium pondo trigintaduum, ceræ denariũ pon-
† Al. ſexaginta. do centum viginti, ſeui vitulini denariũ pondo † centum ſexaginta, ℥olei veteris heminam. Hęc
eſt ſimpliciũ medicamentorum ſymmetria ad preſentis cõpoſiti pręparationem. At quomodo
illud pręparandum ſit, omiſit, ut in alijs etiã multis, quę confecturę narrationẽ requirunt, nam
in hoc quidem vel admodum facilius eſt, ut paulo poſt dicemus. Cęterũ uos ſcire in primis uo-
lo, vt ſi qñ uitulinum pingue deſideretur, eius loco uetus ſuillum, quod nominant axungiã, ad-
miſcendum, uerum ſalis expers, & non multorũ nimis annorum. Vetus itaque oleũ abunde ſa-
tis digerit, ſic adeps quoque, idque citra mordicationẽ ambo efficiunt: bubulus ſimiliter quidẽ
digerit, ſed non ęquè morſu caret: mediũ locum obtinet uitulinus, quo porcino acrior, hoc bu-
bulo mollior. Itaque pharmacũ, quo de ſermo inſtitutus eſt, ualidiſſima continet, ſori, alumen
ſciſſile, malicorium, gallã, non digerendi facultate eximia, ſed adſtringendi ut uocant, prędita.
Clarũ eſt autẽ gallã ſemper adiiciendã eſſe, quę uocatur omphacitis, id eſt immatura: alumen
vero Aegyptium, & ſciſſile: cuius penuria rotundã, quod ſciſſili quidem eſt craſſius, ſed non mi-
nus adſtringens. Quòd autẽ malicoriũ putamen mali granati uocatur, oẽs nouerunt. Breui adeo
tẽpore viget, ſi uelis aridũ contundere, & in puluerem redigere, ſeu lęuigare: nanque dum are- F
ſcit malicoriũ, imbecilliorem quoque uim ſortitur, cum humore eius diſcuſſo pereuntẽ. Quare
tutius eſt ſuccoſum prius ex uino decoquere, donec optime læuigari poſſit. Vinũ autẽ auſterum
prorſus, ſed neque recens, eſſe oportet, nã auſtera niſi uetera ſint, craſſarũ partiũ exiſtunt: neque
vetuſtum adeo, ut iã acre exiſtat, etenim recens penitiora corporis non permeat, uetus acre &
mordax eſt. Ergo ætate mediũ potius eſt, quod plurimũ intra quinque & decẽ annos conſiſtit.

Poſtulat locus hic in memoriã reducere quod multi ſępe dictarunt, de auſteris, acerbis, in to-
tum de adſtringentibus, uinis, cibis, & pharmacis: ac primũ de harum uocum ſignificationibus
agendum eſt. Auſterum enim Græcis idem ſibi vult, quod mediocriter adſtringens: Acerbum,
quod ualide, ac uehementer id facit. Genus utrique cõe adſtrictionis uocabulo ſignatur, non ẽt
vtrũ ualide an obſcure ea fiat, declarante. Oĩa igitur adſtringentia contrahunt ac denſant mea
tus: ad hæc uinciunt, ac continent partiũ ſibi inuicẽ cohęrentium ſubſtantiam: atque minus ma-
gisque hoc pro adſtrictionis quantitate efficiunt. Cęterũ ſtringendo ac denſando ſumma cor-
poris, quod adſtringitur, uirtus illorũ excluditur, & in altum ire prohibetur. Ob quam rationem
pulche non nulli medicorum huiuſmodi pharmacis alia ſubtilium partium, & acri poteſtate
prędita, indere cogitarunt: a quibus ueluti ductę adſtringentiũ uires in profundũ corpus perue- G
niant. Hoc igitur pharmaci propoſiti author conſiderauit, qui calcẽ uiuã ei addiderit: at in An-
dromachi libro calcis uox omiſſa eſt; uiuę nomen adſcriptũ, medicis cõpendij gratia & plera-
que alia ſic interpretantibus. Nimirũ igitur in ipſis medicamentis ad ulcera uix cicatricẽ reci-
pientia & maligna cõpoſitis, ſquama ſimpliciter appoſita, citra adſcriptionem ęris, & ſciſſile, ſi-
ne uocabulo aluminis: & terebinthina, abſque adiectione reſinę: ſubaudimus, quę ipſi ſic in di-
ctione omiſerunt, quẽ admodũ & nunc in uocabulo, uiua, calcem: nuncupant enim per excel-
lentiã, ipsã, reſtinctã, & uiuã, appellatione non minus & alijs, quę uruntur, accõmodata. Itaque
viua calce miſta emplaſtri huius author acerbis medicaminibus ualidum cõpoſitum reddidit,
ut uirtus eius in imum uſque penetret. Qñ uero ex ualentiſſimis confectura eſt: ac nullum miri-
gatorium, nec leniens, nec concoquens aliquod continet: merito thus ei, quod puri mouendo
pharmacum eſt, admiſcuit. Si igitur ſicco cõpoſito uteris, ulceri ipſum inſpergens, ſic uehemens
admodum eſſet, mordax, aſperum, & exedens: at quia emplaſtrum id facere propoſuimus, per-
ſpicuum eſt unicuique, reſinã, uel cerã, uel adhuc adipem, uel medullam miſcendam ſuiſſe: ac ſi
nondum ex his emplaſtri ſpiſſitudinẽ acceperit, oleum aliquod affundendum. Cum autẽ addo
aliquod, inaudiendum eſt tibi prętereą quod proprie & ſimpliciter oleum dr̃, etiam quod adie- H
ctione roſaceũ nominatur oleum, uel myrteum, uel cyprinum, uel eius generis aliquod: diſtin-
ctum nanque eſt iã ſępius, quid diſcriminis ſit, roſaceum unguentum dicas, an oleum, roſaceum:
& unguentum cyprinum, an cyprinũ oleũ: aliaque ſimilia. Merito igitur eiuſcemodi pharma-
corũ miſturã non eandem oẽs fecerunt, qui id genus emplaſtra compoſuere. Nam quòd plures
huius differentiæ cauſæ exiſtant, non ratione ſed mea ipſius experientia, deprehendi. Nõ nun-
quã enim ex paucis numero ſimplicibus medicamentũ ſubito præparaui, interim ex pluribus,
alias ex plurimis, uel oĩbus, eiuſdẽ generis. Inſuper quia non nulla apud nos abunde copioſa,
quædã ex toto non eſſent, aut pauciſſima eo tẽpore, ex iis quę habebã medicamentum cõpoſui,
vſu ita poſtulante: deinde cum experimento id probatũ inueniſſem, ita ſemper uſurpaui. Sæpe
fortiora quædã pharmaca cõpoſita, quædã imbecilliora, ultro facere inſtituens, ut uarijs affe-
ctibus accõmodata haberẽ, diuerſas compoſitiones aggreſſus ſum: præterea hac ratione motus
q pars exulceratione laborans plures requirat facultates: ut cũ ſimul & caua eſt, & fluida, & ſor-
dida, & oris prætumida ac dura, & fluxionẽ ex ſuperioribus recipit. Si nanq; pharmacũ ad om-
nia, quæ ſic exulceratis partibus acciderunt, ualere cupias, diuerſarũ uiriũ materias miſcere ne-
ceſſarium eſt. At ſi unũ aliquod primum, quod urget, ſanare ſtudeas, aliis neglectis nõ eſt quod

pharma-

A pharmacorum uarietatē requiras. Clarū eſt igitur & illos, qui ante me eiuſmodi medicamenta
confecerunt, ob prædictā rationē diſſenſiſſe: ueluti uerbi gratia in ꝓpoſito pharmaco, uitulinū
pingue author cepit, ꝙ oras induratas emolliat. Proin duplicē ei uſum adhibere debebat, unum
vt molliuſculo medicamini (malthacodes appellauimus) ad unitatē ſiccorū faciendā, quę prī-
mum erant utilia: alterum, ut & ipſum aliqua partis affectæ ſymptomata ſeu accidētia ꝓſanaret.
Verū multo utilius medulla ceruina induratis oris adhibet: quæ ſi non adſit, uitulina: ſin utraq;
deſideratur, humida aliqua & nō acris reſina. Nā oēs reſinæ humiditatis gratia ſimul & uiſcoſi-
tatis, quā habent cognatā, ſicca medicamēta ueluti colligant: quia uero non euidentem habēt
acrimoniā, ulcus nequaq̄ irritāt. Qua propter non nulli merito talibus medicaminum confectu
ris admiſcuerunt uel terebinthinam, uel laricē nominatam, reſinam. Meminiſſe autem uos in-
ter cōponendum oportet illius ēt, quod à pleriſq; medicorū negligitur, à quibuſdā per igno-
rantiā committitur. Credunt enim inſtitoribus, uetus oleum dare ſe affirmantibus, ignari, qūo
ipſius loco uendāt adipem ſuillum ueterem, ex oleo cōmuni liquatum temperatumq́ue, ſed mē-
branulis prius diligenter exēptis. Apparet enim ſic, craſſum inſpicientibus: ſi odoreris, uetuſta-
tis graueolentiā repræſentat. Similitudo igitur eſt fœtoris: qui uero utriuſq; ad unguem memi-
B nit, manifeſto alterum ab altero diſcernit: alia ſiquidē eſt odoris adipis, alia ueteris olei ꝓprie-
tas. Accedit huc, ꝙ craſſitudo ipſius adulterati continua nō eſt, nec ſimilaris, quemadmodū olei
veri. Quin & craſſius in uaſis fundo, tenuius id ſummo, euadit: ob quod etiā id adulterantes per-
mouent, dum emptoribus tradunt. At ſi re uera quoq; ſit oleū ſine tali aſtu ſua ſpōte natum, no-
men quidē hoc obtinet uetus: uis autē trimuli nō eſt propinqua trigenario: aut quod annorum
quatuor eſt, nullam confinitatem cum quinquagenario habet: ſiquidē temporis ſpatio, cum in
ueterarunt tum oleum, tum adeps, mordacitatē quandam acquirunt. Sed hæc quidem ſunt ma-
xima, maxima uero & facultatis permutatio: maximā enim digerendi facultatē tum oleum, tum
adeps, quando inueterata ſunt, habent. Atq; hoc ego expertus ſum ideo, quod oleū ac adipē ue
tuſtiſſima ſorte quadā haberem a patre multis annis obſeruata: q̄ ipſe rurſum ambo admodū
iuuenis adhuc, copioſa repoſui, ut iā inueteratis eis uti poſſem, ubi patris eſſent cōſumpta. Sed
ēt poſt hæc iterū ambo ſæpe recōdi, ut uetuſteſcerent, tantaq́; mihi nunc illorū copia eſt, quāta
vel centum annis uicturo ſufficiat. Propterea pharmacū, de quo ſermo eſt, oleum & adipē qua-
draginta annorū recipiens, ſemper apud me ulcera diuturna præter modū maligna, quā opi-
nio ferret, melius ſanauit. Sūt huiuſmodi ulcera, in quibus ipſa affecta pars in tā uitioſo habitu
C cōſiſtit, ut q̄uis ſanguis nutriēdi cauſa ad eā perueniens probe ſit concoctus, tñ mutet ipſum, cor
rūpatq́; : ſiue id, quod influit, adeo prauo ſucco pręditū eſt, ut ēt ſi pars nihil paſſa fuerit, ab illo
certe ipſo erodatur. Mirifice igit̄ medicamenti cōpoſitor adſtringentia pharmaca repellendi
facultate prædita aſſumpſit, ut nihil parti affectæ, dum curetur, influat: quædā digerentia, ut ſa-
nies in laborante particula contentæ per halitū digerantur, uacuęturq́ue. Symmetria uero ipſo
rum ita habet. Aluminis ſciſſilis, & malicorii, ut quæ ualidiſſime adſtringant, minus iniecit, utri-
uſq; denariū pondo ſedecim in idēmiſcens: ſoreos ſeſquiplum utriuſque, hoc eſt denariū pon
do uigintiquatuor, minus quidem adſtringentis, non minus autē ſiccantis; ſciſſilis quoq; & ma
licorii æquales utriuſq; portiones indidit: gallæ ad triginta denarios, duos apponens: ut oēs ex
pharmacis denarij octoginta octo colligerentur. His appoſuit ualide digerens, & ſiccās medica
mentū, calcem uiuā, contentus ſedecim denariis, qui adſtringentiū uires ſufficiunt deducere.
Centū igitur, & quatuor denariis ex metallicis medicaminib⁹ collectis, plus quoq; thuris adii-
cere cōueniebat: & hoc mitius euaſiſſet pharmacū, quo copioſius illud recepiſſet: ceterū uehe-
mēs ipſum ſeruare curās, minus adiecit. Tibi aūt licet bifariā ipſum cōponere: nam ubi priora
quinq; cōtriueris, oīaq́; ſimul cōmiſeris, aceruo in duas portiones diuiſo, alteri parti ſedecim
D thuris denarios, alteri duplum indito, deinde liquato: & poſtq̄ refrigeraueris, radito ceratū ex
liquabilibus medicamentis confectum: qđ & ipſum in duas partes ſeiungito, alterā ei, qđ plus
thuris habeat, alterā reliquo, admiſcens. Atq; de ceræ & adipis ſymmetria prima cōiectura lati
tudinem magnam ſatis obtinet, nobis haud planè intelligentibus, quale tandē craſſitudine me
dicamen futurū ſit: at poſtq̄ oīa miſta fuerint, clarum fit, tenerius, an durius æquo ſit redditum.
Quare in altera cōpoſitione diligentius nobis coniectandum eſt, & de his ipſis, & ſimul cū his
de oleo. Sicut.n. citra rationalem methodum medicamenta componere, ita uim illorum certo
& accurate cognoſcere, ſine experientia nemo poteſt. Hoc itaque medicamentū Andromach⁹
ipſe deſperatis auxiliari dixit. Ab hoc uero deinceps quoddā ad paronychias tradidit. Ac poſt
hoc rurſus ſic ad uerbum ſcripſit. *Ad Cacoethe ulcer a in Valeria Secunda.* Subaudiendū nimirum
eſt, uſus ſum. Materia ſanè pharmaci innuit curatione quidem ſe à uehementibus relinqui, ſed
poſſe ea, quę uehementium medicaminum adbibitione irritantur, mitigare. Compoſitio ita q;
eius hæc cāpit. Tyrrhenicæ denariū pondo octo, ſubaudi uidelicet ceræ, ſeui taurini denarium
pondo iiii. terebinthinæ denariùm pondo quatuor, plumbi uſti denariùm pondo quatuor. Li-
namentis excepto utitor. Hæc ipſius uerba ſunt. Male aūt fecit, ꝙ ad quę cacoethe, ſeu maligna
conuenire id dicat, non declarauit: Nec, quod uehemens ſit, aut mitigatorium adiecit: diuerſa

nanque

nanq; ſunt mitigatoria pharmaca. Nam quædam tantillum etiam affectus iuuant: non nulla uero uel paululum offendunt: aliqua nec iuuant nec offendunt, ſed dolores tãtum leniunt, de quibus alias agemus, multa eius generis longo uſu explorata ſcripturi: ac quædam mirifice adeo ſymmetriis compoſita, ut omnino iuuent: interim etiam ipſos tantum affectus agreſtium, ut ita dicam, ulcerum perſanent: Verum ex illorum materie eſt ceratyrrhenica, & plumbum uſtum, non tamen terebinthina, & taurinum ſeuum. Verum de eiuſmodi ulceribus ac pharmacis ſermo, ut dictum eſt, peculiaris in poſterum nos expectat: nunc de curatu difficilibus, uel chironiis, uel quomodocunque appellaſſe uelis, diſſerere propoſitum eſt: ex quorum numero ſunt & hæc quinq; uniuerſa, in quarto Critonis libro conſcripta. E

Quæ medicamenta Crito ſcripſerit. Medicamentum ex Ladano. CAP. 6.

Optimum medicamen Epuloticum, ex Ladano. Conuenit Præ tumidis cum duritia ulceribus, & caſuis: deligatum uero membrum in diem quartum continendum eſt. Picis aridę denariorũ põdo centum, æruginis raſæ denarium põdo uiginti quatuor, æris cõbuſti denariũ põdo quindecim, ſquamæ rubræ denariũ pondo uigintiquatuor, ladani pondo uncias nouem, argenteæ ſpumæ pondo libras tres, olei ſextarium unum s, uini optimi ſextarium unum s. Hoc emplaſtrum præparaui & ego materia recepta, quæ nullum malthacodes hoc eſt mollicinum, pharmacum con F
tineret: ſic enim uocat ‖ Hippocrates omne genus medicaminum, quæ connatã humiditatẽ ha- Lib. de vlceribus a principio.
bent, qualis in pingui eſt, ſingulisq; oleoſis medicamẽtis, & quidem in ipſo oleo, & aqua. Quin & reſina, ceraq; mollicinum quippiam obtinet. In medio ipſorum, dico autẽ ſiccorum temperamento, & mollicinorum, pix conſiſtit: eoq; ambobus generibus citra offenſam admiſcetur: quemadmodum tum argenti ſpuma, tum arida pharmaca, quæ circa mediam temperiẽ uerſantur, etiã ſi non nihil ad utrumuis exceſſum interim declinent. Hoc genere comprehenditur pix quoque, quæ ſecundũ ſiccitatis ac humiditatis oppoſitionẽ manifeſto iam à medijs receſſit: ſecundum alteram oppoſitionem calefacientiũ & refrigerantium, non item: calefacit enim modice, atq; ideo medicamentis quæ pus mouẽt, admiſcetur. Quam ob rem in propoſito medicamine arida pix mediis attribuitur, atq; hac magis argenti ſpuma, & alia quæ ſiccandi uim obtinẽt.

Porrò cũ & hic error committi poſſit, diſputationem de ipſa inſtituam, theoremate primum ad multa utili in memoriã reuocato: q̃q̃ id in aliis operibus, maxime de Simplici medicina, & Therapeutice ſatis abũde ſim executus. Calidũ enim & frigidum, humidum & ſiccum medicamen appellamus, qđ corpus noſtrũ calefacere, uel refrigerare, uel ſiccare, uel humectare queat, ad optimum hominis temperamẽtum collatione facta. Mediũ uero quoddam hoc eſt inter alia G
temperamenta uitioſa, quę ẽt calida, uel frigida, uel humida, uel ſicca nominamus, à præpollente in ipſis ſiue qualitate, ſiue facultate, ſiue ſubſtantia, ſiue tẽperie malis dicere, denominationẽ facientes. Eadẽ ratione, neq;, ſi a ſuperante in miſtura elemento uniuerſam temperiẽ denominare uelis, rerum ſcientiã offendes: oſtẽſum enim eſt in medendi Methodo præſidia per indicationẽ, ab ipſis quidem affectibus, cõtrariæ illis temperaturæ inueniri: a tota uero animantis cuiuſq; natura, atq; à ſingularum rurſus partium, propriæ & ſimilis. Vnde ſi & ulcus ſimplex cauũ habeat quis, ab ijſdem quidem genere, ſed quæ non mediocrẽ differentiam in particulariũ ſpeciebus habent, curatio ſumetur. Atq; ob id demonſtrauimus ulcerũ omnino ſimilium quædam medicamentis, quæ admodũ ſiccent, perſanari, puta radice panacis, ariſtolochia, achoro, iride: non nulla ſolo thure, licet hoc carnẽ non inducat, ſed illas naturas ad ſuppurationẽ perducat, quas ariſtolochia carne replet. Sicut autẽ in corporibus curandis differentia particularis permagna eſt, ita quoq; in ulceribus. Nã ſimplex, cauum, & purum ulcus mediocriter ſiccantibus curatur: ſordidũ uero, & malignum, & oris prætumidis ac duris quidẽ, ſed carne iuxta cutem fluida, ualidiſſime ſiccantia requirit. In his igitur ulceribus, quoniã & de ipſis uerba facimus, thus eſt imbecillũ medicamen, ut ne pus quidem cõcoquere, uel mouere poſſit. Argenti ſpuma hoc eſt ualidius, ſed mediis tamen & ipſum inferius. At pix arida mediorum gregi annumeratẽ: quẽadmodũ hanc ſuperat exiccando æs combuſtum, chryſocolla, & diphryges. Porrò euidenter H
ſiccat chalcitis cõbuſta, ęrugo, miſy, atramẽtum ſutorium, æris ſquama: atque altero modo quęcunque acerba ſunt, galla omphacitis ideſt immatura, malicorium, alumen. Exedunt autẽ non vſta, chalcitis, ærugo, miſy, & calx. Quæ iã fortiſſimas facultates habẽt, in omnibus corporibus eãdem coctionẽ offendere uidẽtur: imbecilla manifeſtam differentiam indicant. At ſi mentem adhibeat, neq; minus in ualentibus pharmacis magnũ actionis diſcrimen deprehendes, quàm in mollibus & duris corporibus obeunt: etenim mollia citius accendunt, uehemẽtius moleſtãt, & maiores phlegmonas concitant. Cũ igitur hæc nõ modo ad preſentia, ſed ad alia quoq; multa, quæ hoc cõmentario continentur, utilia dixerim, rurſus ad propoſitum pharmacum reuertar, in quo picis aridæ denariũ pondo centum à Critone ſcriptum fuiſſe retulimus, argenti ſpumæ pondo libras tres, cum neutrũ propria facultate vlcus cacoethes perſanare queat: uerũ, ut medicamen, quod componitur, emplaſtri ſpeciẽ induat, recte præſidiis admiſta ſunt. Quantitas autẽ ipſorũ artificiali coniectura ſumpta dicto nuper pondere ſtatuta eſt, cauente hocillo, qui cõpoſuit, ne tã exiguum utriuſq; ualidis medicamentis miſceatur, ut mordacia, erodentiaque

fiant,

A fiant,ægris moleſta:uel tam multa mole,& pondere,ut ipſorum uirtutem diſſoluant. Nam æris ſquama admodũ ſiccat abſtergitque,atq; hac etiã magis ærugo:quæ ambo efficacia ſunt,& carnem exedunt. Aes combuſtum nec à quoquã intendi nec reſolui poſtulat, mediocri facultate præſentibus cõmodũ.Conſtat autem olei menſuram ex illis, quibus cum miſcetur, & coctionis quantitate, coniici: nam quæ metallica præparas ad ſiccandũ ſine ullo morſu,coquere diutius oportet.Atq; hæc ratio eſt, cur Crito coctionẽ quoq; ipſis hiſce uerbis appoſuerit. Argenti ſpumam & oleum coquito,donec aliquatenus coiuerint:deinde ſpumam æris,æruginem,dum confluxerint,& colorem bonum acquirant,mox picem, adiicito:poſteaquã refrigeratum fuerit, ladanum exuino tritum,obſeruans ne ex hoc adiecto efferueſcat:poſtremò ſupra ignem lenẽ uni ta defundito,ſubigitoque. Hæc quidem coctionis ſcriptura eſt.Licet etiã copioſiore oleo adiecto, diutius coquere primum argenti ſpumam:deinde his iniectam æruginem, ſquamam, & æs: etenim ubi diutius coquuntur, duplicem in huiuſmodi ulceribus potentiã conſequuntur, quippe magis ſiccant,& minus mordẽt.Itaque de aliis ſimplicibus pharmacis,quę in propoſito emplaſtro Crito percenſuit, ſatis mihi dictum eſt. Ladani autem ſermonẽ uitaui,quòd etiã ſolũ ex uino tritum vlceribus ægrè ad cicatricem uenientibus conducat, non quia uini potentiã requi-
B rat,ſed quia durius eſt, quã ut emplaſtro cõueniat:ſed ſi oleo admiſto id coquas,pharmaci uim obtundas:adeo autem ualidum non eſt,ut obtũdi deſideret, quemadmodum ærugo,uel chalcitis,uel ſquama,uel tale quippiam,& propter id mollius.Eſt autem tale recens,nã ulceribus difficulter cicatricem ducentibus accõmodatiſſimum eſt.In Cypro igitur,ubi plurimũ naſcitur,medicus quidã,recens adhuc & molle,id genus ulceribus ipſum molliens imponebat:quòd ſi paulũ induruiſſet,ex myrteo emolliebat:huius inopia ex cyprino,uel roſaceo.Aliud autem medicamentum non multo poſt hoc in quarto uolumine Crito hiſce uerbis conſcripſit. *Pharmacum ex Chamæleõte,facit ad eadem,quæ Tyria.Inducit egregiè cicatricem ulceribus curatu difficilibus,calloſis & ueteribus.Medetur itidem ani rhagadijs, condylomatis,& duritijs.* Argenti ſpumæ minam,ceræ minæ dimidium,æruginis minæ partem quartam,chamæleontis octauam, olei minam. Oleum & argenti ſpumam incoquito,rudicula mouens,donec craſſitudinem accipiat,& fiat melinũ: & ubi feceris, æruginem inſpergito:deinde cerã diligenter liquatã adiicito:& ab igne ſublato chamæleontem indito,cum in unitatẽ coierint,in mortarium fundito,ibiq; ſubactũ excipito. Hoc medicamen uice ladani,chamæleontẽ eiuſdẽ ſanè uirtutis accepit: ambæ nanq; ulceribus uix ſanabilibus cicatricẽ inducunt.Differunt tamen,& illud æs combuſtũ habeat, minimè uerò cerã,
C hoc ceram quidem, ſed s nõ æcontinet. Atq; hìc rectè auctor fecit,qui in illo ceræ loco ladanũ ad ſiccorum medicaminum unitatem faciendã uſurpauerit: hìc uero nihil tale habens cerã miſcuit,quæ ſanè remollit mediocriter,non tamen cicatricem generat:potuiſſet autem & hìc plus olei infundere,ſicut uet⁹,uel ricininum.Ego uerò huiuſmodi pharmacis lẽtiſcinũ quoq; iniicio, quod plurium facultatum eſt particeps:ſiquidem emollit non nihil,digerit,& adſtringit:quibus omnibus difficilia cicatrici obducendæ ulcera cum oris induratis indigent.

Quæ medicamenta prodiderit Heraclides. CAP. 7.

OPportunum iam eſt etiam pharmacorũ ab Heraclide Tarentino in tertio libro ad Aſtydamantem ſcriptorum meminiſſe. Vir nanque fide dignus eſt, ſi quiſquam alius,qui ſola experimentis ſuis probata commemoret.Is igitur uir hunc in modum conſcripſit ad uerbum.

Aduerſus ulcera uetera. Squamæ pars una, æruginis raſæ partes quatuor, cerati myrtei partibus octo excipiuntur.Heraclides itaq;, tãquã medicis cõmentariũ ſcribẽs adiecit,Cerato myrteo excipito.Sunt autem pleriq; huius tempeſtatis tã audaces,ut priuſquã à præceptorib⁹ habitum quendam medicum acquiſierint,huiuſmodi libris cõfidentes,optimis pharmacis citra methodũ,utantur,ideoque frequenter de proſpero ſucceſſu fruſtentur.Iam uerò myrtei cerati plus
D minusue adiicientẽ, nunc humidiore & molliore medicamento, nunc duriore & ſicciore,uti licet:in primo quidem uſu latiore coniectura,ſicut dictũ eſt, in ſecundo propius accedente. Nam ulcus intuentes,ſi minus,quã par eſt,exiccatum ſit,uehementius pharmacum reddemus,ut magis ſiccet: ſin plus, ac conuenit,mollius ipſum copioſioris myrtei cerati miſtura faciemus: quia metallicorum uis non ſolum ab hoc,ſed etiam quouis cerato reſoluitur. Ab hoc cum deinceps ſcripſiſſet: *Alia*, inaudire autem uidelicet oportet,uirtus,iſta ſubiunxit: Squamæ læuigatæ acetum affundito,ac ſub canicula læuigato,mellis ſpiſſitudinem faciens, uel incoquito: poſtquam ſiccum fuerit, in puluerem redactũ, cerati partes octo miſceto: ac utitor ad recentia uulnera,& uetera ulcera,& raſa, & attritus, & perniones nõ nimis ulceroſos. Hæc uobis de hoc pharmaco ſunt intelligenda.Ad alia quidẽ,mediocriter octo partes cerati ſquamæ adieceris: ad uetera nimiũ,hoc eſt curatu difficilia,ſi partes ſex aut quinque illius apponas, nihil peccabis: ualentioribus.n.indigẽt.Inde hanc de medicamẽto narrationẽ ſic ſcripſit Heraclides dicens. Potes inſup ſquama ſuper ignem reſiccata uti.Illius autẽ ſermo innuit,ſi alio quopiam tempore medicamẽtum conficiamus,loco caloris ex Sole, igne utendũ eſſe:quanquã huiuſmodi omnia æſtiuo Sole molliora fiant multis diebus trita,quædam ex uino,quędã ex aceto.Subtiliora igitur fiũt,quæ ex aceto læuigantur:atq; ob id melius detrahunt,attenuant, ſiccãtque:uerũ ad cicatrices ducen-

das ex uino trita meliora: In uſu ſunt hæc prius exiccatis, deinde p̃purgatis ulceribus, q̃ cicatri- E
cem ægrè recipiunt. Siccabuntur itaq; iis, quæ ualidè ſiccant, purgabuntur per detergentia, ci-
catricē ducent adſtringentibus. *Aliud.* Deinceps aliud pharmacū ſcripſit Heraclides, eiuſdem
quidē materiæ, ſed nō ualidum, quia argenti ſpumæ multum cum diphryge miſtum eſt. Etenim
argenti ſpumæ triginta quinq; denarios, diphrygis octo, in id coniiciendas eſſe conſulit: atque
hæc cerato excipit, qd̄ ceræ denarios quadraginta, olei tres heminas, capiat. Ego ſubinde uſus
ſum ſolo diphryge cum tali cerato, non quidē ad phagedænica, & chironia, & putrida (multum
enim uirtute abeſt ab ijs, quæ talia curant) ſed ad illa, quæ citra magnā malignitatē ægrè cicatri
cem ducunt. Quare, ſi & argenti ſpumam ipſi admiſceas, eamque copioſam, medicamen reddes
imbecillum. Poſt hoc, aliud ad eadem, ita ſcriptum eſt. ¶ Ceræ denariùm pondo duodecim, reſi
næ terebinthinæ denariū pondo triū, ſquamæ denariū pondo quatuor, ladani denariū pondo
quatuor, bituminis denariū pondo trium. Ladanum & ſquama ſeparatim teruntur, deinde alia
liquefacta ex myrteo oleo miſcentur: q̃ ſi molle ladanum fuerit, liquefacito. Hac ſcriptura palā
indicauit Heraclides ladanum durum mortario ſolum ipſum eſſe lęuigandū, humidum ſimul, &
molle ſuper ignem liquandum, uel ſolum, uel cum oleo modico: quod me non modò in hoc,
uerū in gutta ammoniaci quoq; perpetuo facientem uidiſtis. Eſt uerò, & quod poſt hoc ſequi- F
tur, medicamentum à Tarentino conſcriptum ad eadem, hac ſymmetria cōpoſitum. ¶ Chalci-
tidis denariū pondo uiginti quinque, cadmię denariū pondo duodecim, & s. Seorſum teruntur:
uinū ξ originale, quod Græcis dicitur, ξ aparachyton, miſcetur: ubi efferbuerint, ſuperfunditur, ut
hęc modicè irrigentur: poſtea læuigantur, donec ficceſcant: ad hęc, liquatorū ceræ denariorum
quinquaginta, reſinę terebinthinæ denariorum triginta, myrtei heminę partis octauę, cerato è
ſiccis cōfecto denarii uiginti miſcentur. Hoc quoque medicamentū nihil habet ex iis, quæ mal
thacode, hoc eſt mollicina, nominauimus: uerū in miſtione ad ceratum, qui exercitatus eſt me-
thodis rationalibus à me propoſitis, is conuenientē in ſingulis ulceribus miſtionis quantitatem
commodè faciet. Pulchrè aūt uinum aparachyton, hoc eſt cui marina nō addita eſt, calidū chal
citidi, & cadmiæ affundit, ut qui chalcitidis acrimoniam caloris ipſius beneficio auferre ſtudeat.

Aliud huic proximū inſigne pharmacū ſcriptū eſt, ex tot, & talibus ſimplicibus compoſitum.
* Alitèr unius &s. ¶ Squamæ ſtomomatis denarij quatuor, æruginis raſę denariū pondo duū, in quibuſdam exem
plaribus ſcriptū eſt denarij pondo *vnius: chryſocollæ denariū pondo xv. ceræ denarium pon-
* Aliter xxv. do xxv. in quibuſdam uerò exemplaribus, nec ceram, nec ęruginem inuenimus. Lęuigatis aliis
ceram cum reſina modica liquefacito, ne pharmacum dureſcat: ubi commiſcueris, utitor: deſu- G
per autem ſpongiā aceto expreſſam imponito. Demetrius Bithynus aiebat ipſam chryſocol-
lam ſuper calente admodum cera exceptam ſe uſurpare. Oſtendit item Heraclides hoc in medi
camine reſinam nō primo uſu eiuſmodi pharmacis miſceri, ſed ut lentorem quēdam ad empla
ſtri ſpiſſitudinem conciliandā ipſis exhibeat, preſertim cum cera, nec natura pinguis, nec recēs,
ſed dura, atque arida fuerit: & quidē ſtomomatis ſquama prēterquā quòd adſtringendi uim ha
bet, etiam ualidè exiccat. Demetrium autem Bithynū dixit chryſocolla ſola cera excepta uti,
quod nimirum rectè faciens Demetrius in hunc modū uſurpauit: quemadmodū ego quoq; ſę-
pe nō chryſocollā duntaxat, ſed alia quoq; ſingula ipſa per ſe molli cera reſoluens ad huiuſmo
di utor. Nemini uerò dubium eſt, me alia ſingula dixiſſe, nimirum ea, q̃ id genus ulceribus pro-
* Al. τετᾶσθαι. i. extendere. deſſe ſuprà recenſui: & *terere in ſingulis, quæ curo, ægrè ſanabilibus ulceribus talia medicamē-
ta cū cera cōponentem. Interdum enim chryſocollā cera excipio, nonnunquā æs combuſtum,
uel ſquamam, eamque uel ſtomomatis, uel ferri uel ęris: interim æruginē uiuam, uel combuſtā,
ſicut etiam miſy, & chalcitidem. Aliquando ex auſteris aliquid miſcemus, quorum ſuprà memi
nimus, quoties id, quod influit, repellere conamur: ex quorum numero eſt alumen, malicorium,
galla, cytini, balauſtium, aliaque his ſimilia. Itaque fide mihi adhibita, nullū hactenus cōmemo- H
ratum medicamen repudiandum eſſe exercete uſus eorum methodum, qua uoti compotes fia-
tis, quemadmodum ego. Cæterum cùm alia quoq; duo haud quaquam contemnenda medica-
mina deinceps à Tarentino ſcripta ſint, non ab re mihi uiſum eſt, ea quoque addidiſſe. Eorū ita
que prius ſic tradidit. ¶ Squamæ denariū pondo quatuor, mannæ denariū pondo quatuor, alu-
minis ſciſſi denariū pondo duū, miſyos denariū pondo duū: trita ex aceto in paſtillos digerito,
* Aliter xl. qui ſinguli pendant denarios duos, & reponito. Cū uſus poſcet, ceræ denariū pondo *quatuor,
reſinę pityinę denarium pondo duum, ſeui taurini denarium pondo iiii. liquata refrigerare ſini-
to, paſtilloq; miſceto: utitor ad uulnera tanq̃ glutinatorio, & quod inflammationē arceat. Hæc
quidē Tarentinus. Nos uerò ſic tēperato ad vlcera cōmodè uſurpari dicimus, uerū ad cacoethe
tale ceratum miſcendum nō eſt, quippe cera ſola, ueluti in prioribus declaratum eſt hic ſufficit.
Ac ſi ex mollicinis quippiam miſcere oportebit, id exiguum myrteum, uel cyprinum, uel roſa-
ceum eſto. Nihil item lædes, ſi reſinam laricem appellatam adiungas: nec ſi terebinthinam, quæ
licet minus idonea ſit aduerſus hoc genus ulcera, non tamen reiicienda eſt. Alias uero reſinas,
niſi prędictarum magna ſit inopia, miſcere non oportet. Sic de ſeuo intelligendum uenit: neque
enim hoc apponere, debemus, niſi ulceris oras emollire cupiamus. Porrò quòd taurinū pingue

inter

A inter alia omnia, quæ manſuetorum animantium ſunt, maximè ſiccet, non ſemel audiuiſtis: quip
pe ſuperat ipſum ſubtilitate, tum leonis, tum pardi, tũ hyænæ adeps. Potius igitur eſt, ubi adipẽ
miſcere oportet, anſerinũ indere, uel magis anſerũ in paſcuis degentium, ſatis enim eſt tenuis,
& mitigans. Iam cùm adhuc reſtet medicamentum ſuperiori proximum, in quo diſciplinæ prin
cipiũ fecit, ita fatus Heraclides, Hippoteriõ quaſi dicas expreſſoriũ, præſertim ad teneros: quo-
niam alterius tũ materiæ, tum uirtutis, quam diximus cõuenire iis, qui ualida medicamenta nõ
ſuſtinent, ſed mordentur, exagitantur, & fluxionem acquirunt: ſermonem de eo differemus, cũ
de id genus medicamentis agemus, exponendum. Nunc ad ſimilia præſcriptis deſcendã, tantũ
inſuper de ijs apponẽs, quod etiam altero libro quem Stratiotem hoc eſt militẽ, Heraclides in
ſcripſit, eadẽ pharmaca repetijt, in tertio ſibi ipſi dũtaxat diſſentiens. Hoc enim ſimpliciter ſcri-
pſit, ceræ denarium pondo quadraginta: verum in Stratiote, appoſitum eſt, alii denarium põdo
ſedecim, atq; hoc rectius eſt, qa multa ceræ miſturã medicamenti uim minuit. Præterea in libris
quos ad Antiochidem ſcripſit, horum ipſorum medicaminũ meminit Heraclides, atque in pri-
mis primi, quemadmodum in his, ita in illis quoque, commentatus. *Ad nimis quàm inueterata &*
calloſa hoc uteris. Squamæ parte una, æruginis in quibuſdam exemplaribus punctis diſtinctum.
B Δ. ſcriptum eſt: in aliis lineam ſupraſcriptam habet oblongam Δ, ut uel quatuor partes, uel unius
quartam partem ſignificet. Itidem in prædictis exemplaribus uariè ipſum ſcriptum inueni. Qua
re in hoc quoque utilitas propoſiti operis eſt, ut pharmacorũ differentias poſſis pernoſcere, nã
ſolus ipſis rectè uti poſſis. Hoc igitur ipſum medicamen quod propoſitum eſt, ſi quatuor ærugi-
nis portiones capiat, admodum acre futurum eſt. At ſi quartam æruginis partẽ injcias uni ſqua
mæ portiunculæ, mediocre pharmacum habebis, puta ad maligna: potiſſimumque ſi nõ ex ſola
cera, ſed cerato ipſa temperes. Prędiximus ceram, & mollem & nouam eſſe oportere: ſi talis nõ
ſit, apud ignem paratum, calfaciendam, uel in Sole, & cum myrtei pauxillo emolliendã: itaque
æruginem & ſquamam ei commiſcendam. Oſtẽdimus quoque in huius commentarij principio
optimum hoc eſſe pharmacum, ex ſquama & ærugine confectum, ſi cera quadrupla adiecta ſit.
Atque ob id frequenter ipſo utor, cum æris combuſti æquali pondere, plurimum admiſto. Ap-
poſuit autem medicaminis huius uſui in libro, quem ad Antiochidem Tarẽtinus edidit, ea quæ
ſuis commentarijs ſuprà nominatis omiſit. Vniuerſam igitur ipſius ſeriem orationis adducam;
habet autem in hunc modum. *Ad uetera quidem admodum & calloſa hoc uteris*. Squamæ par-
te una, æruginis quarta: hæc lęuigata, myrteo cerato duro, qđ octo partes contineat, excipiunt,
C uſuiq; ſunt, ſed prius aqua frigida ulcus eluitur. Appoſuit præterea elui oportere ulcus aqua fri-
gida. Modo producam quæ ex Andromachi pharmacis eadem promittentibus omiſeram. An-
tea nanq; emplaſtra duntaxat retuli: quę uerò medicamenta ex paſtillis prępărata, ceratis ad-
miſtis dum uſus poſtulat, ægrè ſanabilium ulcerum epulotica, hoc eſt ad cicatricem ducendã ap
ta, eſſe dicit, uel quę ſicca inſperguntur, ea in pręſentiarum ſubiungam, ab illo quod inter arida,
iuxta finem ſcribitur, exorſus.

Sicca Andromachi Ariſtum cicatricem ducens. CAP. 8.

O*Sſium combuſtorum denariùm pondo duum, mannę denarij põdo unius: cadmię obolo *Al. oſtreorum.
rum pondo quatuor, aliàs denariùm põdo quatuor. Tritis utitor etiam ad nomas. *Aliud*
aridũ ad idem. Picei corticis denariùm pondo ſex, ariſtolochiæ, denariũ pondo ſex, pumicis de-
nariùm pondo quatuor, reſinę ſiccæ denariùm pondo quatuor, mannæ denariũ pondo ſex cla
rum eſt, colophoniam ipſum dicere: iridis illyricæ denariũ pondo duũ Læuigatis utitor. *Aliud*
cicatricem ducens, etiam malignis. Piceæ corticis denarium pondo ſex, cornu ceruini combuſti de-
nariùm pondo quatuor, cadmiæ denarium pondo octodecim, *mannæ denariũ põdo quatuor, *Al. ceruſſæ.
æruginis raſæ denarium pondo duum. Tritis utitor. *Aliud.* Gallę denarium pondo quatuor, ce-
D ruſſæ denarium pondo octo, myrti denariũ põdo quatuor, ſpumæ argenti denariũ pondo octo,
retrimenti plumbi denarium pondo quatuor, tritis utitor. Horũ quatuor medicaminum, primũ
ſimplex eſt admodum, ſine morſu ſiccans, obſcuræ adſtrictionis particeps. Secundum ob piceæ
corticem adiectum, ſenſibilem adſtringendi potentiam obtinet, qualẽ habere conuenit ea, quæ
cicatricem probè ductura ſunt. Tertium nõ modò corticem piceæ, ſed æruginẽ quoq; capiens,
iis conducit, quæ ſordiciẽ facilẽ ulceratis adnaſcentẽ fouent: quippe ſordes ipſorum tollit, & ci-
catricem non impedit. Quartum loco piceæ corticis, myrtum habet, aliaque citra mordacitatẽ
exiccantia. Poſt hæc, ubi alia trita arida ſcripſerint, quartum ita ad uerbum ſubdit. *Aliud ari-*
dum ad excreſcentia, cicatricem ducens ſine morſu, ut Harpocras. Sandarachæ, chryſocollæ, arſeni-
ci, pares ſingulorum portiones. Facit & ad maligniora. Hoc pharmacũ nihil cum prioribus ſimi
litudinis habet, ſed ulceribus propter nimiam humiditatem carne excreſcentibus conuenit, ut q̃
etiam repurget. Nam talis potentiæ eſt ſandaracha, & arſenicum, quibus unum ex iis quæ mirifi-
cè maligna iuuant adiectum eſt, nempe chryſocolla.

Quæ adſcripſerit Archigenes. CAP. 9.

QVæ Archigenes de id genus ulceribus in ſecũdo medicamentorum libro ſcripſit, ſic ex il-
lius dictione ad uerbum ſonant: *De ulceribus quibus callus obduci non poteſt, & ueteribus.*

Vlcera uetera cicatricem ducent,communi quodam expurgatis oleum uetuſtiſſimum cum lina E
mentis imponitur.Vel ærugo raſa cum cerato roſaceo,qnod paulum reſinæ habeat,excepta im
ponitur.Item ſquamæ æris rubri quàm plurimum cerato myrteo exceptũ,uſurpatur. Vel amyli
eloti partes tres ſeui uitulini partes tres,ceræ tyrrhenicæ pars una:liquatis quæ liquari poſſunt,
amylum miſcetur,& uſui eſt.Vel diphrygis & ſquamæ æris,ſingulorum denarium pondo qua-
tuor:mannæ denarium pondo octo:ex aceto probè læuigentur,dum mellis ſpiſſitudo fiat:cerã
denariis triginta duobus cum olei hemina & s.liquefactã ſuperfundito,ac unita utitor.Linamen
to excipito,uel paucis oleum,& ſplenion facito.Vel chalcitidis,ceruſſæ,parem menſurã:ſalis cõ
munis duplam:argenti ſpumæ portionem duplo,quàm ſalis,maiorem:uino oleoque alternis
læuigans,ut liparo hoc eſt pingui,medicamento utitor,Vel argenti ſpumæ,ceruſſæ,diphrygis,
æquale pondus:calcis uiuæ duplum,cum myrteo cerato uſurpato. Vel diphryges,ſquamã,gal-
lam,pari menſura:æruginem dimidia,cum cerato myrteo:non nulli & pityinam reſinam admi
ſcent.Vel cucumeris agreſtis radicem inſpergito:deſuper uero linamentum filatim excerptũ ex
frigida repurgat,& cicatricem obducit. *Ad ulcera in quocumq; corporis loco, quæ cicatricem ægrè ducũt.*Eryſimi ſemine læuigato,miſtoque,dũ ſordium habeat ſpeciem,ſplenii modo impoſito
celerrimè ulcera ad cicatricem perueniunt,uel maligna. *Aliud cicatricem inducens ſenilibus.* F
Ad ſenilia retrimento plumbi cum myrteo cerato utitor:ſi uetuſtum ipſum cupias,adipẽ porci-
† *Aliter ubi priùs panibus fouebis hordaceis nuper coctis.* num ceruſſam addito.Quæ nigricant ulcera,†prius pane hordeaceo fouebis,& pani cocto,buty
rum & ceruſſam pari pondere diligenter in unitatem rediges,& uteris.

De Putridis & Nomis. CAP. 10.

PVtridis & nomis cerui farinam,alumen liquidum,panis ſimilaginei internam micã,porci
ueteris uel alterius carnem ſalſam uetuſtam illotam,terebinthinam liquidam,mel optimũ,
pari menſura:imponito omnia læuigata.Vel ariſtolochiæ ac cicinorum foliorum ſuccí æquales
partes,æruginis dimidiam ex aqua,ſed mellis ſpiſſitudine illinito,paululum partis incolumis ap
prehendens.Si cruſta nõ decidat,elaterii,æruginis,parem modum adiicito.Benefacit ad putre-
dines,ſori tritum craſſius inſperſum,& ſupra ſiccum linamentum concerptum.Vel ariſtolochiã
rotundã,& gallam,æquali pondere ex oleo circũline. Vel cucumeris agreſtis radicem, uel braſ-
ſicæ, uel betæ, uel lapathi,foliis illigatam,calido cinere recondito.Cum autem emollita fuerit,
contritam imponito: ualidè purgat. Vel ſummos germinantis oleæ ſurculos in uino coctos cũ
melle aſpergito: uel chalcitidem inſpergito, deſuper uero panniculos ſiccos filatim excerptos
accommodato. Elaterium, uel lini ſemen tritum cum chalcantho imponito.Vel thymo, & ſta- G
phyde agreſti aut ſatiua,cum ficis coctis aſpergito. Vel ficulneis foliis in puluerem redactis,cũ
melle. Vel nitrum cum cumino.Et farinam cum melle. Vel ficus agreſtis radicem cum melle,
Vel ſquillæ coctæ ex melle.Vel ueratri cum melle.Faciunt itidem hæc ad phagedænas,nigritias
& nomas;Vel ſoreos denarium põdo duodecim,chalcitidis denarium põdo decem,miſyos de-
nariũ pondo quatuor,cũ aceto acerrimo tribus cyathis cõterito,donec inareſcant, & excipito:
utere uerò ſpecillum ex eis tingens,atq; in ulcus deuoluens:deinde linteolum ſimplex ex œne-
læo madens ſuperimponito.Quòd ſi phlegmone adeſt,alterci ſemen quod hyoſcyamũ dicitur,
cum polenta,uel braſſicam cum melle,inſpergito.Quibus autem uermes adſunt, ceruſam & po
lium æquali pondere cum pice liquida inungito.

De ulceribus cancroſis. CAP 11.

CAncroſis"& malignis vlceribus cancri fluuiatilis cõbuſti,cadmiæ, pares portiones tritas in A.l.4.f.3.t.2.
ſpergito. Aut cinerem cancrorum cum cerato imponito. Aut eryſimi ſemen læuiſſimum c.18.f.460.c
ex melle fæculentũ faciens, ſplenii modo imponito.Summè facit ad chironia, & uetuſta,& cica
tricem ægrè ducentia: item ad contumaces & malignas nigritias tibiarum,& quæ in mammillis
ſunt:ſtrumas,ac parotidas extrahit,ſi inſpergas ſeui bubuli pondo libras tres(ut quidam aiunt, H
quinq;)terebinthinæ pondo vncias quinque,mannæ põdo ſemunciam, terræ ſardæ dictæ,qua
tinctores utuntur,pondo uncias quinq;:quę liquari poſſunt,aridis miſceto,ac in unũ coactis uti
tor.Aut lentem coctam cum melle,aut oleo uirenti ſurculos, aut utrunque,inſpergito.

De ulceribus calloſis. CAP. 12.

INiis quæ callum contraxerunt,& prętumidas oras ac duras habẽt,dulciaq; uocantur ulcera,
communiter quidem per experientiam bene faciunt urentia,propriè uerò litrũ torrefactum.
Calcẽ uiuam cum urina pueri incorrupti circumlinito: aut æruginem,thus,ſalem,mel inungito.

De Emplaſtris,quæ Aſclepiades ad huiuſmodi ulcera conſcripſit. CAP. 15.

PRæſtantiſſima de id genus ulceribus Aſclepiades tradidit cognomento Pharmacion.Cũ.n.
unum ſit omnibus ipſis cõmune, nempe ut difficulter ad cicatricem ueniãt:quædã, qđ male
curantur,uel molliuſculo uictu à medico reguntur,cicatricem non ducunt,nullam de ſe malign-
tatem habentia:quædam uerò ſuo uitio ægrè ſanantur, uel q̃ praui humores ipſis influant,uel q̃
exulcerata pars talem iam affectum habuerit, ut quãuis ꝓbus qui influit ſanguis exiſtat, ipſum
corrumpat: Aſclepiades igitur eiuſmodi ulcera tribus diſtinguẽs generibus,de ſingulis propriũ
ſermonem inſtituit,quę ego quoque illius uerbis deinceps adſcribam,enarrans,decernensq; ſi

ambiguitas

A ambiguitas quępiam in ſermone appareat. Itaq; de primo horum ulcerũ, ac medicaminum ge
nere, ita Aſclepiades ad uerbum diſſerit. *Vbi callum partes contraxerint, & ægrè ad cicatricem ue-
niunt, confecturis infra poſitis utendum eſt. Andreæ Emplaſtrum, omnem excreſcentiam reprimens.
Item ulceribus cruentis, ac uulneribus conuenit, inflammationem arcet, facit ad Paſta, ſinus iungit. Va-
let ad ulcera fluentia diuturna, & quæ difficulter cicatricem admittunt.* Argenti ſpumæ pondo tria,
ſquamæ æris, chalcitidis, ęruginis raſę, ſingulorum uncias tres: aceti heminã, olei ueteris põdo li
bras octo. Præparatur, ſicut prædictum eſt. *Aſteris medicamentum ad idem accommodatum. Pro-
be autem etiam digerit.* Argenti ſpumæ pondo libram, olei ueteris pondo lib. ii. s. æruginis pon-
do vnciam, chalcitidis pondo vnc. ſquamæ rubræ põdo vnciam vnã, aceti heminam. *Amphio-
nis ad idem.* Argenti ſpumæ pondo libras duas, olei ueteris pondo libras quatuor, chalcitidis
pondo uncias nouẽ, ſquamæ ęris denarium pondo quatuor, aceti heminam: conficito in eundẽ
modum. *Turpiliani, quod philoſophorum dicitur. Facit ad ulcera fluida, & diuturna, ægręq; cicatri-
cem ſumentia: oſſa corruptare reducit.* Argenti ſpumæ pondo libras tres, olei ueteris ſextarios tres,
chalcitidis põdo lib. ii. s. æris ſquamæ denariùm pondo xxv. aceti heminam. Argenti ſpumã, &
oleũ uſq; ad conſiſtentiam incoquito: deinde ſquamã læuiſſimã factã adjcito, aſſiduè mouens:
B ac cùm bene hẽt, chalcitidẽ ex aceto tritã paulatim medicamento aliquatenus refrigerato im-
mittito: deinde ponẽs ſupra ignẽ rurſus incoquito, vſq; dũ non coinquinet: cũ in pilã demiſſum
rurſus cõtuderis, ac ſubegeris, excipito, & ad ſupradicta uitia utitor. *Iſis uocatum Emplaſtrum
giluum, ad fluentia, diuturna, maligna ualet, ac vix curabilia, maximè in partibus extremis. Conficien-
dum eſt mollius, ac tenerius, denſatur enim repoſitum, & ſiccius euadit.* Ita habet. Argenti ſpumæ
denariùm pondo centũ, minij ſinopici denariũ pondo octo: diphrygis, ceræ, chalcitidis cõbuſtæ
ſingulorũ unciã, in alio exẽplari, ſingulorum pondo denariùm iiii. chalcitidis crudæ denariùm
pondo duũ, olei heminas ii. Argenti ſpuma, & oleum coquuntur, dum iterum, ac tertio efferue-
ſcãt: hoc facto, aquæ modicũ digitis inſtillaẽ: mox diphryges, chalcitis toſta læuis facta inſpergi-
tur, ſub manu aquã inſtillando, donec nõ amplius medicamen inter coquendum ſtrepat: ubi cõ
ſtiterit, ceram indito. Adſint aũt chalcitis cruda, & miniũ, ex oleo modico contrita: cũ bene hẽt
pharmacum, hæc immittito, continuè mouens: cùm rectè ſe habet, in pilam conijcito, ac rurſus
tundito, ſubigitoque: excipiens utitor. *Aliud Scribonij Largi pharmacum accommodatum.* Ceræ
denariùm pondo* centum, argenti ſpumæ denariũ pondo quinquaginta, olei myrtei heminã i. *Aliter l.
miſyos cõbuſti, chalcitidis vſtæ, aluminis ſciſſi uſti, ceruſſæ, reſinæ terebinthinæ, ſingulorum de
C nariùm pondo xii. componitur eodem modo. *Aliud. Compeſcit in oculis ſtaphylomata, ualet ad
ulcera curatu difficilia.* Minii ſinopici denariùm pondo xv. Argenti ſpumæ denariùm pondo cẽ
tum, ceræ denariùm pondo xl. pityinæ denariũ pondo xx. chalcitidis denariùm pondo xxx. ſa
lis ammoniaci denariùm pondo vnius, thuris denarii pondo unius, olei heminam. Præparato,
quo dixi modo. *Aliud, vt Aphrodas. Facit item ad Condylomata, & Rhagades contumaces.* Argen-
ti ſpumæ denarium pondo xlviij. terebinthinæ denariùm pondo xxviij. miſyos toſti, chalcitidis
toſtæ, ſingulorum denariùm pondo octo: minij ſinopici, chal canthi, ſingulorum denariùm pon
do iiii. olei ueteris heminam, aquæ heminam, ceræ denariùm pondo quadraginta: ricini pondo
libram, alij* cyathi dimidium: ficca ex aqua læuigantur. Atque de his hactenus. *Al. heminæ.

De ſecundo uix ſanabilium ulcerum genere, de quibus Aſclepiades hoc modo ſcripſit ad uerbum.

*Ad Fluentia ulcera, & curatu difficilia confecturis infraſcriptis utimur. Medicamentum ex cha-
mæleonte, quo uſus eſt Philoxenus ad fluentia, & ægrè curabilia ulcera.* Argenti ſpumæ pondo
librã, olei ueteris põdo libras ii. chamæleontis radicis pondo trientẽ, ariſtolochię põdo trientẽ.
chalbani pondo vnc. ii. gallæ pondo vnc. ii. thuris pondo vnc. ii. conficito, ſicut prius.

Aliud, quod Thebano adſcribitur. Argenti ſpumæ pondo libram, olei ueteris ſextarium unum,
D chalcanthi denariũ pondo uigintiquatuor, chamęleontis denariùm pondo xii. ariſtolochiæ tan
tundem, chalbani denarium pondo octo, thuris denariũ pondo octo: componito ſimiliter.

Aliud ex Arundinibus, ad fluentia, & chironia ulcera, item ad cuiuslibet ſerpentis ictum. Argenti
ſpumę pondo libram, olei ueteris pondo libras duas: chamæleontis nigri radicis, ariſtolochiæ,
gallarum immaturarum, ſingulorũ pondo denariũ quatuor: chalbani, guttæ ammoniaci, thuris
ſingulorum pondo uncias ii: præpara mouens radicibus arundinum uiridium. *Aliud Caſti nomi-
natum Gangrænicum, pharmacum accommodatum.* Argenti ſpumę denarium põdo centum uigin-
ti, olei ſextarios duos & dimidiũ, chamæleõtis nigri radicis denariũ pondo ſedecim, aceti ſexta
rios duos & dimidiũ, ęruginis denariũ pondo octo, piceę corticis denarium pondo octo, myr-
hę denariũ pondo quatuor: præparato ſicut priora. *Nigram ex Pyrite lapide uocatum, quod ad
Damonicum refertur. Valet ad fluentia, difficilia curatu, & phagedænica ulcera. Facit item ad fiſtu-
las impoſitum, emollit q; omnem duritiam.* Argenti ſpumę, bituminis, ſingulorum denarium pondo
centũ: picis, cerę, ſingulorum denariũ pondo octo: pyritis, terebinthinę, utriuſq; denariũ pon
do xxv: propolis, aluminis ſciſſi, ſingulorum denariũ pondo quindecim: ammoniaci thymiama †Aliter xx.
tis drach. xij: chalbani, aloes, utriuſq; drach. viij: ęruginis, mãnę, utriuſq; drac. v: olei ueteris ſex- *Aliter l.
tarios duos. Argenti ſpuma cũ oleo incoquitur, donec coiuerint: mox bitumẽ, pix, cera, reſina,

propolis inijcitur: quibus liquefactis refrigeratisque ærugo, & lapis pyrites immittitur, deinde E ammoniacū:cū cacabus ab igne ſublatus,modicè refrixerit,alumen, chalbanū, mannaque inditur: & mediocriter cocta in frigidā permittuntur,ac diem noctemque ſinuntur. Subactis utitor.

Aliud. Facit ad curatu difficilia. Picis,ceræ,pyritæ,ſingulorum pondo denariùm duodecim: guttæ ammoniaci denariū pondo decē, bituminis denariū pondo quinquaginta, argenti ſpumę denariùm pōdo quadraginta,propolis denariū pondo octo,ſciſſilis denariùm pondo quinque, æruginis denariùm pondo duum,olei ſextarium. *Aliud nigrum ex ſalicibus ad idem.* Miſyos peregrini, aluminis rotundi,chalcitidis,cretæ ſutoriæ,quæ melanteria Græcis dicitur,eruginis raſæ,aluminis ſciſſilis,gallarū immaturarū, ceruſſæ,ſingulorū pōdo ſelibram:ceræ,reſinæ liccę,picis brutię,bituminis,ſingulorū pondo libras duas:aceti acris ſextarij dimidiū, olei omphacini pondo libras duas,ſalicis ſurculorū tenerorū foliorū pondo libras duas. Folia ſalicis in acetum mittito,ignique ſuprapoſita coquito mouens,ſine requie,dū tertia liquoris pars relicta fuerit:ſicca uero tundito,& cribro tenuiſſimo ſecernito: deinde in mortariū conjecta his humorē expreſſum adijcito,teritoque diligenter,tanquā cephalica medicamina.Quæ autē liquefieri poſſunt,uſque dū non coinquinent,coquito:poſteaquā refrigerata raſeris,læuigatis immiſceto: ac in pilam conjecta excipiens utitor. *Indum Tharſei Chirurgi,ad eadem.* Ceræ,reſinæ fictæ, F picis aridæ, bituminis liquidi zacynthii, ſingulorū pondo libras duas ceruſſæ,æruginis,chalcitidis,miſyos peregrini,melāterię,aluminis & ſciſſilis,& rotūdi,gallę omphacitidis,hoc eſt immaturæ,malicorii,*thuris,ſingulorum pondo ſelibrā:aceti,quantum ſufficit:Quæ liquantē eo ſpiſſitudinis,nt nō inquinent,coquito:ſicca tūdito, tenuiſſimo cribro cernito,aceto perfundito,& liquabilibus excipito. *Aliud Cyzicenum. Facit ad Diuturnos affectus, & neruos præciſos.* Thuris quam optimi,ceræ myrrhæ,ariſtolochiæ,chalcitidis,illiricæ,chalbani,ſingulorū pōdo denariū quatuor:terebinthinæ,argenti ſpumę,ſingulorum denariū pondo octo:olei heminā. Omnia in uas æreum coniicito:ſuper cinerem molliuſculum coquito mouens,donec in frigidā deſcēdens mellis habeat ſpiſſitudinem:deinde tollito mouēs.Hoc in pelliculam illitū imponito, & ſoluito hyeme poſt ſeptimum diem,æſtate à quinto. *Aliud ex collectaneis Philoxeni.* Thuris, myrrhę, croci,illyricę,bdelii,ſquamæ æris,ʒchalcanthi,ʒ chalcitidis,aluminis rotundi,& fiſſi, miſyos peregrini,guttæ ammoniaci,ppolis,uiſci quercini,opopanacis,malicorii incluſi,ſingulorū denariū pondo iiii:ariſtolochię denariū pondo octo:ceræ denariùm pondo centū,quod minā inſcribit:ſeui taurini denariùm pondo centū:reſinæ terebinthinæ denariùm pondo lxxv, quod græce triatettara nuncupat.Reſina in ollam fictilē nouam cōiecta coquatur,donec odorē amittat: de- G inde ſeuū,& cera purgata adiiciantur,liquenturque:ſicca tundātur,& tenuiſſimo cribro incernātur.Deinde ab igne depoſita, q̄ liquefacta ſunt, aliquandiu refrigerari permittantur:quibus ſicca inſpergito, curioſè mouens:myrrham uerò,thus bdeliū,opopanacē,ex aceto trita ea habere oportet:quibus ea,quę in olla ſunt, immitenda, terendaque, ne in grumos cerę modo cocant. Cum bene habuerit pharmacum,pyxide lignea irino prius illita reponito.

De tertio genere ulcerum, quæ uix ad ſanitatem perueniunt, Aſclepiades hæc ad uerbum ſcripſit.

¶ *Ad ulcera, quæ nequaquam coeunt: aut ſi coeunt,rurſus ſoluuntur, uel carne corrupta, uel etiam oſsibus ſubiectis labefactis:huiuſmodi confecturis utendum eſt. Ad Chironia, & quæ difficilem curationem habent,medicamentum confectum.* Squamę æris,æruginis raſæ,ſingulorum pondo unciā, ceræ pondo ſelibram,reſinæ laricis pondo unciā s.Quæ liquātur,aridis miſceto,excipitoque,ac utitor curioſè ſubigens,latiuſculum ceratum ſoli affectę parti inijciens,vt ulcus tantū cōprehendat,ambientes uerò particulas medicamine, qđ phlegmonē propellit, circūdare oportet:tertio curationis die vlcus ſoluere,dein fomētis lenire,ipſumque ceratū ablutū emollire,ac rurſus imponere,donec cicatrix appareat. *Aliud accommodatum.* Aeruginis, ſquamę æris,ſingulorum pondo uncias duas:diphrygis pondo unciam unam,ceræ pondo librā, laricis pōdo uncias tres: H præparato,ac utitor,ſicut prędictum eſt.Poſt hæc de medicamētis,quæ nominantur Cephalica ideſt capiti accommodata,ſic ad verbum Aſclepiades tradidit. *Deileontis Cephalicum ad diuturna,& quæ difficulter ſanantur. Oſſa corrupta educit.* Aeris ſquamæ,mannæ thuris,reſinæ ſiccæ, ſingulorum denariùm pōdo centum:aceti heminas xii. Terito ſquamā ex aceto, & cum lęuis facta fuerit,thus in minutiſſimum puluerem redactū adiicito,& reſinā: paſtillos fingito, quos in umbra deſiccabis.In uſu,cū callū auferre conaris,medicamenti partē unam,cerati ex *roſaceo confecti æqualē ſumito.In aliis uerò ſit medicamenti portio una, cerati partes tres, uel quatuor: nā temperamentum ſubiectis affectibus conuenire oportet. *Cephalicum melanchlæron ideſt ex nigro uiride, quo uſus eſt Tryphon Archæus. Facit ad diuturna, & uix ſanabilia. Oſſa corrupta reducit.* Aeris ſquamæ pondo denariū xii,mannæ thuris,guttæ ammoniaci,reſinæ pityinæ ſiccæ,ſeui uitulini curati,reſinæ terebinthinæ,ſingulorum pondo denariùm ſedecim:cerę,olei,utriuſq; quartam minæ partem:aceti heminam:conficito ad modum prædictum. *Philotæ Cephalicum,ad diuturna,difficiliaq; ſanatu. Oſſa corrupta reducit,& callos conſumit.* Terræ erethriadis denariùm pondo cētū,æris ſquamæ denariū pondo quinquaginta,ichthyocollæ denariū pondo xxv,aceti heminas duodecim.Ichthyocollam minutim cōtuſam in uas uitreum coniicere oportet, acetū affundere,

* In impreſſis græcis legitur rhu, in antiquis ῥοᾶς.

* Alit.uino.

A dere, ut irrigetur, diſſolutã medicamini præparato immittere: ubi miſcuerimus, paſtillos efformare: uſus indicatus eſt. ¶ *Dionyſii Samij.* Terræ erethriadis pondo minã, æris ſquamæ pondo minæ dimidium, ichthyocollæ quartã partem, thuris octauam, æruginis raſæ octauã, myrrhæ decimãſextã, aceti congios duos. Cõponito ſub ęſtu caniculę, in Sole omnia cum aceto ſimul terens: ichthyocollam uero tenuẽ faciẽs aceto modico in uaſe uitreo imbuito: deinde cũ miſcueris ijs, quæ ſunt in mortario, paſtillos fingito quatuor ſingulos denariorũ, quoſdam octo, & deſiccato. Vbi utendum erit, medicamenti partẽ unã cũ tribus cerati ex roſaceo confecti ſumito, ſplenijs lanã ſuccidã aceto madentẽ ſuperdato, fiſtulis pharmaci partẽ unã, cerati roſacei duas, collyria faciens imponito. *Emplaſtrum diabotanon, hoc eſt ex herbis, Lucius præceptor conficiebat.* Anagallidis flore cœruleo denariùm pondo quinquaginta ſex, papaueris agreſtis denariùm pondo quinquaginta ſex: hyoſcyami uiridis foliorum, & porrorum uiridium ſingulorum denariũ pondo quinquaginta ſex: ſquamæ æris denariũ pondo xxv, mannę denarium pondo xx, reſinę pityinę ſiccę denariùm pondo ſedecim, aloes denariùm pondo ſex aluminis ſciſſilis denariũ pondo quatuor, rotundi tantundem, ſalis ammoniaci denariùm pondo quatuor, cerę põdo minã, olei ueteris heminas duas, aceti quantũ ſatis eſt. Herbis diligenter contuſis, acetoque ſolutis, humorẽ
B ad medicamenti confecturã exprimito: ¶ *Iſis Cephalica, ideſt capiti accõmodata, ad Chironia, & curatu difficilia: eſt item cruentis idoneum, quod Græci enæmon appellant.* Cerę denariùm pondo centum, reſinæ colophoniacę denariũ pondo ducentũ: guttę ammoniaci, ſquamę æris, thuris cõbuſti, ariſtolochię tenuis, ęruginis, ſalis ammoniaci, ſingulorũ denariũ põdo octo: chalbani, mãnę, myrrhę, aloes ſingulorũ pondo denariùm xij: aluminis rotundi denariũ pondo ſex, olei ueteris heminam, aceti quantum ſufficit. Præparato ac utitor interim mero, interim diluto medicamine.

De ſcriptis ab Hera utilibus emplaſtris ad uix ſanabilia ulcera. CAP. 14.

ALia ſanè quędam emplaſtra uſus multiplicis tradidit, quę ulceribus quoque ęgrè cicatricẽ ducentibus, & malignis eſſe accõmodata affirmat. Vnius uero propriè ad ea ſola conducentis meminit, ſic ferè de ipſo ſcribens ad uerbum. *Emplaſtrum ipſius Hygĩni ad multa utile, boni coloris. Facit bene ulceribus, quæ ad cicatricem ægrè perueniunt: item ad Paronychia, quo nullum extat præſtantius.* Argenti ſpumę chryſitidis pondo minam, cerę põdo minam, chamęleontis nigri radicis denariũ põdo xxxvi, æruginis raſę denariũ põdo xviij, chryſocollæ denariũ põdo xxxx, olei heminas tres. Argenti ſpumã cũ oleo leni igne coquito, donec inferueſcere incipiat: deinde cũ ab igne depoſueris, æruginẽ in ſpergito: iterũ coquens moueto, quouſq; colorẽ propriũ rece-
A.l.4.f.4.t.4. c.10.fo.374.e
C perit: mox cerã indito, cum bene medicamentũ habet, chryſocollã, & chamæleontẽ, in mortarium dimiſſis acetũ inſtillato. Valet ad eadẽ chryſococolla ẽt contenta, quanquã & ſine hac longè mitigantiſſimum eſt, ſummeq; iuuat neruorũ punctus, itẽ cũ à neruis uel muſculis eluere quid oportet. Ac rectè fecit Heras, ad finẽ ſermonis de emplaſtro, ſcribẽs chryſocolla addita nõ eſſe mitigatorium, ſeu leniens: quippe adſtringens aliquid pharmacum hoc cõtinet, at quę ob dolorem uidelicet mitigantur, relaxantibus indigent. Nam in hoc ſolũ accidẽs mitigari poſtulat, & ſubinde mitigantia dolorificũ ipſum affectum offendunt. Verũ uehementiori malo ſuccurẽtes, dolorẽ primo lenimus, deinde ſic ad ea, quæ morbũ curare poſſunt, accedimus. Itaq; chryſocolla, ſicut & prius dictum eſt, medicamen ex ijs, quę ad ulcera uix curabilia mirificè faciunt, quẽad modũ pleraque alia, quę prętерquã quod uehementer ſiccant, etiã non nihil adſtringunt. Porrò nullũ huiuſmodi medicamentũ eſt mitigatorium. Quoniã uerò minę, & heminę meminit, ſpumæ argẽti minam unam iniicere pręcipiens, olei heminam (dictũ nanque mihi eſt ẽt in ſuperioribus commentariis, non nullos uiginti unciis, quoſdã ſedecim, minã æſtimare, ut heminã alios
D unciis nouem, alios duodecim) diſtinguenda quoque hæc ueniunt. Sumetur autẽ diſtinctio ab ijs, quæ pharmacum promittit, & metallicorum quantitate. Etenim propter pollicitationẽ coqui affatim poſtulat, eoque plus olei accipere: ob metallicorum autem miſtionẽ, quæ nõ pauca ſunt, oleoſam humiditatem exigit. Cum igitur, nec pingue, nec medullam, nec reſinam liquidã capiat, oleũ augere ratio eſt. Itaque ſi minã ceu uiginti uncijs ęſtimemus, olei certe tres heminas infundemus, ſingulas unciarum duodecim: ſin aũt ſedecim reputauerimus, olei heminã ceu unciarum nouem licet immittere. Poteſt etiam addi, ſi uncias duodecim pendat, propter coctionẽ diutius celebrandam: nã id talibus medicamentis eſt utiliſſimũ uel metallicorum cauſa, quorũ nõ mediocris copia exiſtit. Si enim chamæleontis denarios triginta ſex adnumeres, æruginis quidem octodecim, chryſocollæ quadraginta denariis, fient uniuerſi nonagintaquatuor, q & ipſi copioſi olei miſturam requirũt, maximè cum ceræ denarios ſimul centum addi pręcipiat, omnino enim uel ſic multo oleo erit opus. Hoc igitur emplaſtrũ Heras conſcripſit, adfirmans ulceribus ęgrè cicatricem contrahentibus ex uſu eſſe. Aliis uero uſus multiplicis eodem in libro ſcriptis, poſt multa ipſorum opera ſubdidit. *Cicatricem ægrè ſumentibus, uel malignis quoque, uel Chironijs idonea.* Nã & Aribarzanion ab ipſo dictum commendat aduerſus maligna, & paſcentia, & difficilia curatu: Item Iſim, ut gangrenas coercẽtem. Deinde tertiũ his uerbis auſpicatur. *Boni coloris, Cruentis idoneum, cicatricem inducens.* Quod chironiis ſimul auxiliari dicit: Inſuper quartũ, cui nomen indidit, Panacea: ad hęc quintum, Iceſiam. De emplaſtris igitur, uario uſui accommo-

datis ſequenti libro diſputabimus,ubi ſimul ea, quæ Heras cõmendauit,adſcribentur: Hic autẽ E quæ uix ſanabilibus(chironia nonnulli uocant)medentur,longo uſu, tum à præceptoribus noſtris,tũ à nobis ipſis explorata:quorũ nonnulla ab antiquioribus quoque uiris præclaris approbata ſunt,quemadmodũ & illud,quod in libro,cui titulus eſt Mantię pharmacopola de re medica,ſcriptũ inuenio. Verba ipſius ita ſonant. *Aeruginoſum Mantiæ.* Aeris uſti,† pondo minas ʃ quatuor, reſinæ pityinæ ſiccæ denarium pondo octo ceræ denariùm pondo octo, æruginis denariũ pondo x. olei heminam,terræ cimolię denariũ pondo iiij. thuris denariũ pondo quatuor, ſquamæ æris denariũ pondo quatuor. Sicca læuigata in mortario finito, cerã liquefactam cum oleo tritis ſuperfundito, ſinitoque pauxillo tẽpore combibere,aceti heminã addito: per triduũ terito,quantũ aceti excipiatur,immittẽs, ut liquidi cerati fiat ſpiſſitudo. Vtitor ad omne vulnus & ad vlcera, & uix ad cicatricem uenientia ulcera, & quæcunque cancroſa ſunt, cũ panniculis filatim concerptis:ſupra ſpleniũ uero lanã ſuccidã uino,oleoque madentẽ leuiter alligare oportet,biduo per æſtatẽ ſoluere,hyeme triduo,ac ulcera tepente aqua abluere,in profundis vulneribus ipſas oras leuiter linamentis intercipere: quippe medicamen linamento excipi aptũ eſt, & pus mouet. Hac ratione pura fient ulcera, & cruſta excidet,cerã miſcendo æqualem ærugini ad cicatricẽ perueniet. Exterit, & carbunculos citra dolorem, omneque paſcens malignũ ſiſtit, F perſanatque. Vtitor quoque ad herpetas,& ungues putridos:ſimiliter autem, & ad oĩa uino, & oleo utendũ eſt cũ lana. Præterea dentes eroſos medicamine repleto. ʃ *Bonum noſtrum.* ʃ Ceræ, picis,bituminis,ſingulorum pondo librã:mannæ, æruginis,ceruſſæ, ſingulorũ pondo ſelibram: malicorij,gallæ,ſpinæ ægyptiæ,iridis illyricæ,ariſtolochiæ rotundæ,chalcanthi, ſingulorũ pondo trientem,hoc eſt uncias quatuor:ariſtolochiæ ucrò longæ, & ęris combuſti, utriuſque pondo ſextantem,hoc eſt uncias duas. Sicca ex aceto pluribus diebus terito, ut etiã prius oſtenſum eſt:ijs probè elaboratis,quę liquari poſſunt,cũ oleo liquatis, heminam ipſis ſuperfundito, mannã inſpergens:vbi liquefacta frigefeceris,& deraſeris,aridis ex aceto lęuigatis ſic admiſceto,ut ne inter fundendum grumos cerę modo facias,idq; potiſſimum ambiente nos aere frigido.

† Al. denarium pondo.

† In antiq. græcis nonnullis additur,emplaſtrum Galeni.

Aliud noſtrum. Bituminis, aluminis liquidi, ſingulorum pondo libram:picis reſinæ pityinę, ceræ, pondo libras duas: ariſtolochiæ rotundę,gallę,ſpinę ægyptię,ſingulorum pondo uncias octo:malicorij,ęris uſti,mannę, ariſtolochię longę, ſingulorum pondo uncias quatuor:olei ricinini, aut ueteris, ſi illud non adſit, pondo libras duas, quarum ſingulę uncias duodecim contineant,ut omnes ſimul uncię collectę ſint uigintiquatuor. Prępparo hoc quoque eodem modo cũ prędicto,metallica ex aceto teruntur,deinde ſicca adijciuntur,rurſusque lęuigantur: poſtea cũ G luti ſpiſſitudinẽ habuerint,liquata miſcentur,ut prędiximus. *Aliud.* Bituminis,reſinę terebinthinę,picis brutię,ſingulorum pondo:olei denariùm pondo uigintiquatuor:argenti ſpumę, ceruſſę,mannę,ęruginis, ſquamæ, opopanacis, ſingulorum pares portiones denariis olei viginti quatuor: ladani pondo uncias duas, quæ ualent denariis ſedecim: aceti heminas duas. Hoc quoque pharmacum perinde,ac ſuperiora duo,conficitur. *Aliud.* Chryſocollæ,ſquamæ,ſtomomatis,ſingulorum denarium pondo iiii. æruginis,& chalcanthi,utriuſque dimidium,hoc eſt ſingulorum pondo denariùm duũ:cerę denariùm pondo uigintiquinque,hoc eſt uncias tres,& denariùm vnum:reſinæ terebinthinæ pondo vncias duas,hoc eſt denarios ſedecim. Ceram cũ terebinthina liquefacito,deinde aliis admiſceto,bifariam medicamentũ conficiens,interim ut prius citata aceto conterens arida,interim ſine hoc curiosè læuigata liquefactis miſceto. Eſto autẽ terebinthina liquidior,ſicut plerunq; larix appeliata. In ſumma,omnibus his pharmacis,quæ chironijs conuenire palàm eſt, laricem reſinam ſi loco terebinthinæ miſceas, non peccabis. *Aliud.* Ceræ pondo uncias tres, hoc eſt denariùm pondo uigintiquatuor:æris uſti, ſquamæ,æruginis,ſingulorum pondo denarium duum,ut trium horum ſimul denarij ſex exiſtant. Cera eſto pinguis,ut quæ cum roſaceo uel myrteo modico emolliatur. Arida probè læuigata excipiantur, H quemadmodũ in omnibus medicamentis, quæ ad chironia parantur, uehementer eſt neceſſariũ. Quin etiam ubi ſicca ceræ fuerint admiſta, melius eſt ea diu in mortario contundere. *Aliud.* Ceræ pondo uncias ſex:æruginis partẽ ſextam,quæ eſt uncia una:æris combuſti,reſinæ,laricis ſingulorũ pondo denariũ trium,ut ambo ſimul habeant denarios ſex. Cera pinguis eſto:inque aquã calentem proiecta,quò mollior fiat,manibus ſubigatur,æruginem & æs in eam recipiendo,poſtea contundendo in pila,ubi reſinæ quoq; miſtio paulatim inſtillando fiet. *Aliud.* Cadmiæ pondo vncias tres,dimidio chalcitidis ponderi miſceto,quod eſt unciæ ſemiſſi. Tritis pbè vinum auſterum affundito, & rurſus læuigato:ubi mellis conſiſtentiam habuerit,ceratum ex cæra, & reſina fricta, compoſitum immittito. Sint autem cuiuſq; pares portiones unius unciæ, ut ambæ duas uncias efficiant,myrtei liquefacti pauxillum adiicito. *Aliud.* Olei ueteris,uel ricini heminam:ceræ, picis, bituminis, ſingulorum pondo:mannæ, æruginis,ceruſſæ,dimidio minus,q̃ in prædictis,quod eſt cuiuſque ſelibram, malicorii, gallæ, ſpinæ ægyptiæ,iridis,ariſtolochiæ rotundæ,chalcanthi, ſingulorũ trientem,qui ualet uncias quatuor:æris combuſti, ariſtolochiæ longæ,cuiuſq; ſextãtem,qui pendet uncias duas. Quæ liquantur,aridis antea ex aceto læuigatis cõmiſcebis,ut prædictum eſt. *Aliud.* Cadmiæ, chalcitidis, ſingulorum pondo denariùm

quadraginta.

A quadraginta: Exuino tritis pluribus diebꝰ ceratũ, quod ex oleo, & cera conſtat, immittes. Sint autem olei libræ duæ, ceræ denarii ducenti. At ſatius eſt hoc minori ſymmetria conficere, Cadmiæ, & chalcitidis, ſingulorum denarium pondo decem, cerę & olei, cuiusq; denarios quinquaginta, iniiciendo. *Aliud.* Cadmiæ combuſtæ, chalcitidis uſtæ, terebinthinæ, ceræ ſingulorum parem menſuram. Arida ex uino conteres. *Aliud ex Ricino.* Aeruginis denarii pondo unius, alumi nis liquidi pondo librã: malicorii, æris combuſti, mannæ ſingulorum trientem, qui ualet unciis quatuor: gallæ duplum adiicias, quod eſt uncias octo: picis pityinæ, ſingulorum pondo libras duas: bituminis dimidio minus, hoc eſt pondo unum: cui aluminis liquidi etiã indideris, ariſtolochiæ rotundæ, & gallæ, ſingulorum pondo uncias octo: longæ ariſtolochiæ dimidium, hoc eſt uncias quatuor: olei ricinini pondo libras duas. Metallica ex aceto conteruntur, ut in ſuperioribus. *Aliud* Ceræ pondo unciæ tres: æris cõbuſti, ſquamæ, æruginis, ſingulorum pondo duo. Ceram prius in aqua calente calefaciens: manibus roſaceum admiſcens, emollies: deinde arida excepta in mortario contundes diutius, ut uere omnium fiat unitas. Tertio quarto ve die hoc, & alia huiuſmodi omnia reſoluito, ſpõgiam extrinſecus ex aqua, uel poſca imponens. *Aliud.* Ceræ pondo uncias ſex: reſinæ laricis eius dimidium, hoc eſt uncias tres: æruginis triplo minus,
B quã laricis fuit, hoc eſt unciã: picis brutiæ pondo denariũ trium, chalcitidis uſtæ ſimiliter denarium pondo trium. Conficito & hoc, ut prędictũ. *Aliud.* Aeris cõbuſti, ſquamæ, æruginis, parem cuiuſq; menſurã: ceræ ſeſcuplam miſceto. Ceram, ut prædictum eſt, calente prius aqua madidam ſubigito: ac interea dum hoc agis uel roſaceum, uel myrteum adiicito: deinde in pilam immittito. Præſtat aũt trium pondo ceram æqualẽ miſcere quã recentiſſimã, molliſſimã, pinguiſſimam, ne multo humore oleoſo indigeas. *Aliud.* Aeruginis, terebinthinæ, pares utriuſq; partes cerę triplo plures: aluminis ſciſſilis, cadmiæ, ſquamæ, ſingulorũ quadruplum, ut æruginis pars una ſit, itẽ terebinthinæ una, ceræ tres: ſquamæ, cadmiæ, luminis ſciſſilis, uniuſcuiuſq; quattuor. Vbi arida contuderis, cribraueris, in puluerem exactè redegeris, in mortarium coniectam cerã, & terebinthinam contundito, ſicca aſpergens, piſtillũ myrteo, uel roſaceo madefaciens in aere calido, nam in hoc facilè tundentur, maximè ſi id æſtiuo Sole fiat. Vſus eſt is, qui aliorũ quoque, nimirum ulcere prius deterſo aphrolitro, & poſtea eloto per melicratum, tum per ſpongiam ꝑ bè purgato, ut madoris ſit expers: deinde ſuper id platyſmate, hoc eſt latiore linteo, cui emplaſtrum illitum ſit, impoſito: poſtea duplici linamento aqua frigida tincto extrinſecus ſuperdato, præterea noua ſpongia molli: tertio, aut quarto die id reſolues. *Acerum hoc eſt abſque cera,*
C *noſtrum.* Argenti ſpumę pondo libras tres, olei ricinini ueteris pondo libras quatuor. s, aceti acerrimi libras duas: æris ſquamę nigrę, chalcitidis, ęruginis, ſingulorum pondo uncias duas. Argenti ſpumam cum oleo prius coquere oportet, donec ſtrigmenti ſpiſſitudinem accipiat: deinde metallica pluſculis diebus ex aceto trita adiicere: atq; ſic incoques, quouſque non coinquinet. Licet etiam ſtatim ab initio argenti ſpumam, cum oleo, & aceto diligenter miſtã coquere: ac ubi ſemicocta fuerint, ſquamam, chalcitidem, & æruginem immittere. Voco autem nunc libram olei, & aceti Romanam, quæ uncias duodecim peculiares cõtinet. Quin & ſex olei libras tribus argenti ſpumæ pondo interdum committito: & nimirum ſecundum hanc ſymmetriam diutius incoquuntur. Cum prępараs & hoc pharmacũ, præſtat argenti ſpumam cum ſolo oleo eſſe coctam: deinde metallica cum aceto iniici. Vbi uero tria fuerint, cuiuſque uncias duas dixi immittendas aceti libris duabus, argenti ſpumæ tribus, olei ricinini ueteris libris ſex, uel, ut prius dixi quatuor s. Hoc medicamentum, & fiſtulas iungit, & calloſas iam exiccat, contrahit, & claudit. At ſi bona uictus ratione uſus quis fuerit, non reſoluuntur: plenitudine uero inſigni collecta, periculum eſt ne pars ex fluxione infeſtante phlegmone rurſus tentetur, & fiſtula aperiatur. Et uero inueteratis ulceribus, & dyſepulotis, hoc eſt cicatricem ægrè ducentibus, quæ &
D chironia nominantur, non ſolùm pharmacum impermixtum imponimus, ſed etiam liquefactũ oleo ueteri, uel ricinino, ac linamento exceptum: etiam ſi puris, uel minimum nondum in ulcere antea fuerit, concoquit ipſum, & generat, & craſſum efficit. Cęterum ulcus triduo ſolues, ſi nihil prohibet. Quòd ſi ſtomomatis ſquama fuerit, præſtat: ſin minus eam habeas, nec nigram, cyprii æris ſquama iniicietur. Confeci aliquando hoc emplaſtrum, phrygii quoque lapidis uncia admiſta, interdum etiam chryſocollæ uncia, ſicut, & amborum nõnunquam: glutinat & magna uulnera. *Aliud ad teneros, & ex ijſdem ulceribus nimis grauiter conflictantes.* Cerę pondo, roſacei pondo, ceruſſę põdo uncias octo, ſalis ammoniaci pondo uncias quatuor, ſquamæ cypriæ pondo uncias duas, thuris pondo unciam, calcis uiuæ pondo unciam, aluminis fiſſilis pondo unciã, æruginis pondo unciam, malicorij pondo unciam. Vſus prædictis idem eſt. Nouem in preſentia ſunt pharmaca citra roſaceum compoſita, decimum enim illud. Ex nouem quinque ſunt pari pondere, calx uiua, malicorium, thus, alumen ſciſſile, & ęrugo. Squamę duplo maius pondus eſt, & hanc ſal ammoniacus duplo exuperat, hunc ceruſſa, huius ſeſcupla rurſus cera in libram unam reducta, quam & roſaceum habet.

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM PER GENERA LIBER QVINTVS

Al. sexaginta.

ARGVMENTVM LIBRI.

Continet Multiplicis usus Emplastra, Pastillos, & Arida.

De Medicamentis usui multiplici accommodatis. CAP. 1.

DE medicamentis Polychrestis futura hic est disputatio, uocant autē Græci polychresta, quę multis affectibus cōueniunt. Suntq; nō nulla ipsorū nō modò specie, sed etiā genere diuersa, omnia uerò ex cōtrariis cōstāt medicaminibus, ēt iuxta secundas qualitates, ac uires, non tantū primas. Patere arbitror cuiuis primas me appellare caliditatē, frigiditatē, siccitatē, & humiditatē, atq; ex harū cōiugatione quauis cōpositas. Secūdas uerò, F ipsas sequūtur, ut in quinto libro De simplicibus medicamētis uberiꝰ ꝓcēsui, ostēdēs nō nulla nō solū cōposita medicamina, sed simplicia quoq; vt nascūtur, emollire, quædā indurare: quēadmodū alia obstruere, alia reserare: alia sordes gignere, alia abstergere: alia attenuare, alia crassitiē admoliri, alia densare, alia rarefacere: alia carnē inducere, alia repurgure: alia cicatricē ducere, alia exulcerare: alia trahere, alia repellere: aliasq; similes eorū dīas. Porrò dictū mihi est, & superioribus cōmētariis, q̄ cōtrariorū facultate medicaminū necessaria esset mistura, cuius ēt nūc paulo post mētionē facturus sum. Melius.n. mihi uidetur duo quædā, tria ve medicamēta celebria, quę multiplicē usum exhibeant, prę scribere, deinde cōpositionis ipsorū rationē interpretari. Exordiar aūt ab iis, quę nemo non nouit, quippe in Herę libro, cui titulus est, Narthex id est prōptuariū medicaminū, prodita, tū apud alios, qui libros De medicamētis condiderūt. At quia superiori libro de uirtutibus, q̄ ulcera dysepulota, hoc est uix cicatricē ducētia, curāt, uerba fecerim, animus est nūc quoq; emplastra illa multiplicis usus primum exponere, q̄ causa malignorum (non nulli chironia nominant) composuimus. Alia uerò usus dicta multiplicis, q̄ multis quidem affectibus aliis conferant, non tamen etiam chironiis, ea rursus seriatim referre proposuimus. G

Quæ scripserit Heras. CAP. 2.

ITaq; cū opere medicamentorū Heras Cappadox emplastrū quoddā ad huiusce modi ulcera mirificè faciens tradiderit, inde sumā exordiū, uerba ipsius adscribēs, q̄ in hūc modū sonāt.

Boni coloris, Cruentis idoneum, cicatricem ducens. Conglutinat, perfectè implet, atq; cicatricem ducit solutum cum cerato, magisq; adhuc circa cicatricem inducendam efficax est. Valet etiam ad Chironia ulcera, aliaque similia summopere. Nā callos consumit, deinde genuinam carnem generat, ualde album*

*Al. bonum.

Ceræ pondo libras duas, frictæ pondo libras tres, ærūginis rasæ pōdo uncias sex, mannæ pōdo uncias tres, olei heminas quinque, aceti sextariū. Liquabilia siccis admiscentur. Vsus est emplastri ad uulnera, cū rosaceo tēperatum pus generat, cerato solutùm ad cicatricis generationē repurgat. Quidā tamen resinæ frictæ libras duas, & terebinthinæ tantundē, ingesserunt: atq; sic præparatum ærugine rasa ipsum exceperunt, ut collyrii tenorē haberet: atq; hoc imposuerūt, ubi callos consumere studerent: promptè enim hæc facit, ut ēt ossa separet. Merito igit̄, & emplastrum hoc Heras cōmendat ceu ex æruginis, & aceti copia, efficax, si quid in superiore libro dictorū meminimus. Laudat item Panacea ab eo uocatam, quam deinceps uerbis illius apponimus.

Panacea Heræ à non nullis sanitas nominata. Ad oēm Passionem, & malignitatē. Sistit autē Nomas, H *neq; crustas facit, neq; circumpositis partibus duritiem conciliat. Rumpit, ac tabefacit omne corruptum, ut nihil à liquida* staphyde differat. Cohibet sanguinis eruptionem, tum aliā, tum quæ per hæmorrhoidas fieri solet, myrteo dilutū. Itē Hæmorrhoidas ipsas tabefacit, & consumit. Insuper fistulis medetur, & carbunculis. Sanat ægylopas, & chironia, ut uocant. In summa uix sanabilium, & diuturnorum genus† latentibus quidem locis ueluti utero, unguento cyprino liquidū: ξexterioribus autem præstat, ut alia singula, sic apponere. At omni ulceri impositum, quamuis agresti, mitius statim id efficiet, dolores minuet, & uigilias. Hæc eius uirtus est.*

*Liquida id est ὑγρίας, fortassis ὑγρᾶς leg. i. agria uel sylue stri.

†*Al. ex antiquis clarius in latentes quidē locos, ueluti uterum infunditur unguento cyprino liquatum, &c.*

Chamæpityos denariū pondo quatuor, symphyti denariū pōdo quatuor, chamælcōtis denariū pōdo quatuor: marrubii denariū pōdo quatuor, apud alios sex: polii denariū pōdo sex, cētaurii tenuis denariū pōdo sex, helenii denariū pōdo quatuor, aristolochię denariū pōdo quatuor, thuris denariū pōdo duodecim, & semissis, myrrhæ denariū pōdo triū, aloes denariū pōdo sex: chalbani denariū pōdo sex, oboli unius, & semissis: olei denarium pōdo centūoctoginta, mellis triginta, ꝓpolis denariū pōdo duodecim s. aluminis fissi denariū pōdo sex, ob. unius, & semissis: terebinthinę denariū pōdo sex, oboli unius, & semissis, chalcitidis denariū pondo sex, oboli unius & semissis: bituminis denarium pondo quinquaginta, terrę amplitidis denarium pōdo quinquaginta, argēti spumę denariū pōdo quinquaginta, gallę denariū

pondo

A pondo triũ,pulueris iridis denariũ pondo trium.Contuſæ pridie herbæ,& radices, oleo immittuntur:ubi nocte tota in eo durauerint,manè argenti ſpuma,ampelitis, bitumen iniicitur: ſupra ignem lenẽ incoquuntur:ubi ſpiſſitudinem adepta fuerint,olla ab igne tollitur.Sint autẽ in alio uaſe mel,reſina,chalbanũ,propolis colliquata,quæ oportet ſimul cõmiſcere,in ollã fundendo: deinde arida, quibus cũ medicamẽ coquit,donec nõ coinquinet:rurſus ab igne depoſito myrrha læuis facta,& thus inſpergitur.Eſt aũt aduertendum,nequando efferueſcat,& quantum fieri poteſt in amplo ſpatio coquatur,difficulter.n.reſtingui põt,ſi quid attingat. Hæc quidem Heras de Panacea. Nobis autem materiã ipſam medicamẽtis, q̃ priore libro ſcripta ſunt ad ulcera uix ſanitatẽ recipiẽtia,differre notãdũ eſt.Nã illa ſolis conſtãt metallicis, quædã paucis, q̃dã pluribus,pauca illorum radices,ac herbas continent: at panacea hęc ſecus habet.Recipit.n.hęc chamæleontem,& cẽtaurium, quorum utrunq; maligna ulcera iuuare idoneum eſt.Accipit p̃terea ariſtolochiã,& iridẽ,imbecilliora quidẽ centaurio,& chamæleonte,quod ad malignorũ ulcerum curationem attinet, non tñ repudianda. Herbas autem ualentes aſſumit, quæ uel ſolæ maligna ulcera curare poſſunt ſæpenumero,chamępityn,polium,& ſymphytõ: quibus ualentius eſt marrubium,& helenion.Itaq; marrubio ẽt ſolo uti queas in iis, quæ carnẽ abunde humi
B dã circa ulcus habent,& ſordidiorem:helenion uerò neque iis:conuenit ſolum inſperſum,ſicut nec aliud quoduis acre.Siquidẽ didiciſtis in opere de Simplicibus medicamẽtis,acrium,& amarorum medicaminum diſcrimẽ,nẽpe acria irritare,mordere,calefacere,& fluorẽ in affectis partibus cõcitare: amara uerò exiccare citra morſum,& calorẽ,eoq; exulceratis partibus cõducere.At qm̃ ex herbis iſti cõpoſitionẽ paranti, inſtitutum erat emplaſtrum inde non ſiccum, quod inſpergi poſſit,efficere:ad emplaſtri uero confecturã,uel cerã,uel reſinam,uel omnino argenti ſpumam diutius coctã adiecturus erat, unde uirtus herbarum ſolueretur: miſcuit ipſis nõ nulla medicamenta tam ualida,ut ulceribus per ſe exhiberi non queant.Valida aũt duplicem commune uim,& qualitatẽ obtinent,non nulla auſterã acerbamq́ue,alia acrem, & acerbã.Huius igitur gratia ex iis, quæ acrimoniã ſortita ſunt, helenion miſcuit: ex ualidẽ autẽ aſtringentibus, (hæc.n.auſtera,& acerba nominamus)alumen,& gallam immaturam.Qualitates aũt utraſq; ualentes habet chalcitis,quẽadmodum,& uires q̃ in ipſis ſunt,cũ ſit acris,& adſtringens. Enimuero dictũ eſt ſuperius neceſſariã eſſe malignis ulceribus,& præſertim cũ fluori ſint obnoxia, qualitatẽ auſterã.His ergo omnibus,quæ dixi, admiſta argenti ſpuma eſt, reſina, & thus, quo pharmacum emplaſtri formã, acciperet. Sed argenti ſpuma ex media materia eſt.Thus cõcoquit,&
C pus mouet, ſi tanq̃ ad probè tẽperatam naturam reſpicimus: nam id humidioribus corporibus carnem producere oſtendimus.Quin etiã ex medicamentis,quæ concoquunt,quæq́; uim à pure mouendo, quaſi purificam uel expurgatoriã dictã habent, nullum ualenter digerit,ſicut nec acre:ſiquidem talia mediocriter excalefaciunt,immo & emolliunt magis, quam exiccant.Quare thus etiam recte admiſtum eſt in propoſiti emplaſtri cõpoſitione, uti mitigatoriũ quid, & lene accipiat. Huius nimirum potentię oleũ quoq; eſt, emplaſtri coquendi cauſa ſecundũ primã rationẽ adiectum,ſecum uerò duas facultates inferẽs,mitigatoriã uidelicet,& quæ ualida pharmaca obtũdit,ſiue hæc acri,ſiue auſtera uirtute ſint prædita. Certè ampelitis terra ſiccat,& digerit,nihil manifeſtò acre continens:propterea malignis ulceribus idonea eſt,& ſi ſolam per ſe tritã inſpergas.Chalbanum uerò,& ipſum eò,q̃ concoquit,emollit,mitigat,& dolorẽ ſedat,prędictæ cõpoſitioni adiectum eſt, cùm thus eaſdẽ uires,ſed imbecilliores habeat,chalbano facultates ambas ualentiores poſſidẽte.Terebinthina reſina ipſa quoq; ſimul cùm detergendi diſcutiẽ diq́; facultatẽ habeat, ẽt affectus tales, q̃ concoquat, quidpiam obtinet.Bitumen uero,cum calore non admodum uehementi ſiccare nouimus. Quibus omnibus emplaſtri author medicamẽtum tractoriæ uirtutis propolim nimirum admiſcuit,qm̃ eius uſum multiplicẽ eſſe uoluit. Om-
D nia uerò,quæ multiplicẽ uſum præſtãt,maximè uarias poteſtates habere neceſſitas eſt,ut pluribus uitiis medeantur.Sic ẽt non parum mellis addidit ſciens ipſum ſiccans,digerẽsq́;, putreſcẽtibus eſſe accõmodatiſſimum: quippe ipſum ex iis eſt, quæ non putrefiunt, & miſta à putredine reſeruat,præterq̃ extremè ad putreſcendum idonea,quæ humida ſunt,& calida.Atq; mel copioſius aliis medicamenti cõpoſitor indidit: nã ſi tria, quæ coqui deſiderant,excipias,bitumẽ, argenti ſpumã,terram ampelitidem,aliis maius eſt.Atq; his ipſis bitumini, argẽti ſpumæ,& ampelitidi tm̃ adiecit olei,quantum coctioni cõmodũ erat futurum, coniectura, & ab aliis ſumpta, quæ ſicca pharmaco immittuntur.Inſuper oĩbus perfectè coctis myrrham,& aloen uoluit iniici,quæ ambo citra mordicationẽ ſiccãt:uerum differunt,q̃ aloe adſtringat,myrrha tenuiorum partium ſit,magisq́; ſiccet. Cæterũ haud ſcio, cur Heræ uiſum fuerit minoribus ſymmetriis Panaceã hanc conſcribere, quã alii maioribus cõficiunt:ſiquidem non nulli omnia duplicata habere ipſam tradiderũt,alii quadruplo copioſiora.Chalbani ſanè denarios ſex obolum unum s, Heras numerauit:alii* decem,& ſemiſſem:quẽadmodum alii rurſus uigintiquinque,augẽtes ſimul,& alia ad portionẽ, ut nuſquã dicat in ſymmetria obolus, uel ſemiobolus. Itaq; aduertere uos oportet Panaceas apud alios ſcriptas huic cõferentes, utrũ omnia duplicata,an quadrupla, habeant: ac ſi ſint omia aucta,nõ putare illas ab hac eſſe diuerſas. *Iſis à quibuſdã Epigoni dicta.*

* *Al. duodecim.*

Multiplicis

Multiplicis usus est medicamentum, quod Isidē appellant, ab omnibus cōmendatum. Ego ue- E
rò apponam modo, quæ Heras de illo memoriæ prodidit. Hæc illius uerba sunt. *Medicamentum à nonnullis Epigoni dictum, ab alijs Isis. Facit ad omne uulnus, & ad uulnera capitis, cum ossium præcisione, sanat citra reparationem. Valet ad punctus, item paxillos infixos, & hominum, atque canum morsus. Venenum trahit uiperæ, scorpij, draconis marini, pastinacæ. Curat fracturas artuum cum uulnere, callū n. obducit citius tutiusque. Fistulas oēs recentes, ueteres foueas, seu dehiscentia ulcera, sinus, phymata, parotidas, abscessus in mammis, & alis futuros, aut factos, sanat. Aduersus* fluxionem nobis uenientibus, strumas adhuc aufert, cum tunicis celerrimè pus educens. Sistit oculorum fluxiones fronti impositum, tollit liuorē. Gangrænas nō patitur latius serpere. Putredinē purgat. In summa ad quoduis bonū est.* Hæc recipit, Ceræ denariorum pondo centum: terebinthinæ denariorum pōdo ducentorū, secundum alios centum: squamæ æris rubri denariorum pōdo octo, æruginis rasæ denariorū pōdo octo, aristolochiæ rotundæ denariorum pōdo octo, thuris denariorū pōdo octo, salis ammo-

* Al. rotundi.

niaci denariorum pōdo octo, guttæ ammoniaci denariorum pōdo octo, aluminis* cōbusti denariorum pōdo sex, æris usti denariorum pōdo octo, myrrhæ denariorum pōdo duodecim, aloes denariorum pōdo duodecim, chalbani denariorum pōdo duodecim, olei ueteris heminā, aceti acris heminas duas. Quæ liquari possunt, siccis in mortarium superfunduntur. Sic quidē Heras F
Isim scripsit non etiam particularē omnem usum ei apponēs, ut in aliis consueuerat. Insuper, q̄ ad Epigonum illud refert, à plerisq; distentit, quos exactius de Epigono scripsisse arbitror, cū alia, tum illud quoque, nempe quòd in carcere conclusus, cum quendam admodum potentem curasset, eius rei gratia fuit dimissus. Adiecisse uerò ipsum aiunt præscripto medicamini, dracunculi radicem: atque ego semper, ita usus sum, quoniam & præceptorum meorum unus usurpa-

*Al. heminæ.

bat, apponens in prædictam symmetriam Heræ, dracunculi denarios octo, insuper, & olei cyathi* dimidium, aceti hæminam: ad hæc colophoniam resinam, nō, ut Heras, terebinthinam. Sed & in emplastri confectione ab illo dissentiebat, chalbanum aceto, cum aliis in pila elaborans, atque ita admiscēs ea, quēadmodum & Heras inquit, liquabilibus: deinde medicamentum manibus plurimùm emolliebat, attingens acetum quàm acerrimū: postea in uase æreo reponebat, & perfusum lōgo tēpore seruabat: atq; ita excipiens utebatur. Appellauit ipsum, uelut alii quidā Hermonis sacri scribæ: albi scriptum inuenias ex adytis templi Vulcani in Aegypto hoc quoq; esse, quemadmodum & illud, quod ex dictammo constat. Symmetriam uero simplicium medicamentorum, quæ id cōstituunt, omnes propemodum æqualem scripserunt, proinde titulus licet diuersus existat, nō opineris aliud esse, atque aliud, & quod ex adytis sacrum dicitur, & Her- G
monis sacri scribæ, & Epigoni: nam omnes has appellationes habet. liquatum autem cum cerato liquido purgat, & ulcera cicatrice obducit. Quidam ex cerato triplicato dilui ipsum tradiderunt: non nulli duplicato, utrisq; symmetriā indefinitè distinguentes. In quibus etenim ulcus purum satis efficitur, si tribus cerati partibus tēperatum fuerit, non oportet duplicatum adiicere: in quibus aūt minus purgatur, ibi ceratum duplo maius assumendum. Nouimus enim efficacius omne id genus medicamentum esse, quod non multo cerato miscetur: imbecillius, quod multo. Nihil mali est aūt de dracunculo quoque eatenus dicere, quòd per æstatem caule exiccato, & herba tota, radicem amputare oportet: deinde indomo ficca Solem non habente repositā, paulo post dies sex, uel septem in orbiculos diuidere, eosq; filo traiectos in ficca domo, & à Sole remota rursus suspendere: ac sic ubi medicamentum præparare uoles radicem cōtundere quæ ipsa quoque seorsum tusa, & læuigata probè, ut puluis fiat, malignis ulceribus medetur.

Emplastrū ex dictamno. Item quod ex dictamno emplastrum conficitur, sacrum appellant, dicentes, & hanc scripturam in Vulcani templo iuxta memphim inuentam esse: omnes ipsius huiusmodi symmetriis meminerunt, uel parum adeo ab his differentibus. Sufficiet āt uerba Heræ & de ipso adscripsisse, quæ in hunc modū habent. *Sacrum ex Vulcani templo in Memphi. Facit ad recentia cruenta, fluentia, ad neruorum præcisiones, uetera ulcera, suppascentia, contusa, putredines, carbunculos, Nigritias, ulcera fluentia. Cicatricē, ægrè admittentia parotidas, pernciones, abscessus, strumas,* H
furūculos, duritias. Tela educit, aculeos, ossa ex capite. Sanat ferarum ictus, scorpionum morsus, phalangiorum, muris aranei, hominum. Valet ad omnem colli dolorem, humeri, articulorum, uice malagmatis. Sistit oculorum fluores, non modo recentes, sed etiam ueteres. Tollit capitis dolorē inunctum, rosaceo dilutum. Et uteri dolorem sedat tum illitu, tum suffitu. Necat insuper feras suffitu. Hæc recipit. Olei ueteris heminas duas, argenti spumæ denarium pōdo centum, æruginis rasæ denariū pōdo octo,

*Al. xxxvi.

squamæ denarium pōdo sex: colophoniæ liquidæ, alii pineæ, denariū pōdo quinquaginta: mānę denarium pondo duodecim, guttæ ammoniaci denariū pondo* sedecim, æris combusti denarium pondo octo, diphrygis denarium pondo sex, gentianæ denarium pondo sex, aloes denarium pondo octo, chalbani denariū pondo duodecim, propolis denarium pōdo viii. ceræ denarium pōdo* uigintiquīq;, aristolochiæ denarium pōdo decē, dictāni cretici denariū pōdo decē.

*Al. uiginti.

Argēti spumā, & oleum in olla magna suprā prunā incoquito, ut omnino, aut ferè nō inquinet: deinde cacabū deponēs æruginē indito squamāque, & coquito, ne prorsus inficiat. Postea rursus auferens, resinā, ammoniaci guttā, iniice cribrata, mouēs donec feruere desinat: mox, cū reposueris

A poſueris paululũq; dimiſeris,tollito,atq; æs,diphrygesq; inſpergito,rurſus coquẽs,quoad non inquinet,interdum enim his iniectis remittitur:poſtea deponens,cerã addito, iterum coquito, uſq; dum non polluat, quod celeriter accidit. Dein cùm depoſueris,propolim immittes,ac repones denuò, pauliſper ſines,cùm depones,addes aloen,mannã,dictamnum,ariſtolochiã,gentianã:his abundè refrigeratis ſingula læuiſſima inſperges mouens:ſi non inficiat,tolles,ſin minus, leni igne coques. Hæc quidẽ Heras de emplaſtro ſcripſit. Compoſuimus autẽ id nos interdum, & ſine combuſto ære,& diphryge:unde quæ in alto latebant,magis attrahebat, emolliebatq; magis, diſcutiebatque:non tamen ulceribus ægrè cicatricem ducentibus idoneũ. Quin etiã ipſum citra dictamnum cõfecimus, rurſus aliis apponentes chryſocollæ denariùm pondo ſex, ut maligna ulcera fẽlicius ſanaret. *Iceſium nigrum.* Medicamẽ titulo Iceſium, uſus multiplicis:quidam gignendi caſu ſcripſerunt, Iceſii. Heras itaque de ipſo hæc tradit. *Iceſium ad uulnera,& canum morſus, Duritias diffundens, ad parotidas, condylomata,& maligna. Item eſt attrahens, & glutinatorium. Valet inſuper ad aquam inter cutem.* Argenti ſpumæ denariùm põdo cẽtum, bituminis Iudaici denariùm pondo centum,terrę ampelitidis denariùm pondo centum:mannę,propolis, ſingulorũ pondo denariùm uigintiquinque:chalbani denariũ põdo duodecim,ſciſſilis denariũ

B pondo duodecim,& s, terebinthinę denarium pondo duodecim.s,iridis denariũ põdo ſex, olei immaturi heminas ſex,mellis heminam unã, chalcitidis denariùm pondo ſeptem.s, gallæ omphacitidis denariũ pondo ſex,myrrhæ denariũ põdo ſex. Argenti ſpuma, bitumen, ampelitis, cum oleo incoquunt:ubi ſemicocta fuerint,propolis,reſina,& chalbanũ,ex melle ſeparatim cocta miſcent:poſtq; conſtiterint,reliqua adiiciuntur:mouent autẽ ſpatha,ex tædæ ligno cõfecta. Huius emplaſtri miſturæ põdus non idẽ oẽs,ut in ſequentibus oſtendetur, tradiderunt. *Nigrum ex duabus ariſtolochijs.* Celebrę quoq; emplaſtrum uſus multiplicis eſt id,quod ex duabus ariſtolochiis cõficitur,quod ipſe Heras quoq; his uerbis deſcripſit. *Nigrum ex duplici ariſtolochia.§ Facit ad antiqua calloſa,ægre cicatricem inducentia,depaſcentia. Eſt ẽt Enæmum cephalicum, Oſſa reducit,& eſt glutinatorium.§ Facit ad articulos ſolutos. Fluori obnoxia repurgat,implet immiſſum.* Picis põdo libram,ceræ põdo librã,bituminis põdo librã,terebinthinæ pondo librã:mãnæ pondo ſelibrã,uel uncias ſeptem:æruginis raſæ pondo ſelibram,ceruſſæ põdo ſelibram, chalcãthi pondo uncias quatuor,ariſtolochiæ longæ pondo uncias quatuor,illyricæ pondo uncias quatuor, malicorij põdo uncias duas,gallæ immaturæ põdo uncias duas, æris cõbuſti põdo uncias duas,ſpinæ põdo uncias quatuor,ariſtolochiæ põdo uncias quatuor,aceti heminam,ricinini,vel olei ue-

C teris heminã. Quæ liquefieri poterũt,ſimul liquato:deinde ceruſſam,æruginem, & chalcanthũ cũ aceto læuia facta inſpergito:mox ſupra ignẽ, uſq; dum coiuerint,arida infriato, igne ſubtracto:dehinc defuſa ſubigito. Hęc tum Heras, tũ alii, de ipſo ſcriptũ reliquerunt: Ratio ãt eius q̃ id cõpoſuit,non obſcura eſt,recordantibus,quæ hic, & in prioribus cõmentariis dicta ſunt. Cõſtat enim ex cõtrariis facultatibus, attractricibus, & repultricibus, quæ cõmune hñt, ut exiccẽt. Superat aũt in eo repellentium uirtus,quæ adeſt adſtringentibus,chalcantho,malicorio,gallæ, æri cõbuſto,& ſpinæ:ob hoc ẽt ad ſolutos.i.laxatos articulos cõuenire ipſum affirmat. Ariſtolochiã autẽ, & iridẽ adſtrictoriis admiſcuit, utpote rarefaciendi,& digerendi poteſtate præditas. Vt autem emplaſtrum fieret,nec ſiccum,ſed ut ſuperinduci poſſet, medicamentum, oleũ & cera miſta ſunt: cera quidẽ ceu materies ſolum,ſicut & oleum,ſi cõmune fuerit hoc, nec ricininũ, uel uetuſtũ:quippe didicimus hæc calefacere, & digerere. Terebinthina uerò reſina p̃terquã, q̃ emplaſtri conſiſtentiã medicamento conciliet,cum cera hoc ſola facere non poſſit,etiam emolliens quid,& digerens,detergensq; obtinet. Ac cùm thus eadẽ præſtet,manna adſtringẽdi uim totã*, & qualitatem aſſumpſit: uocant enim ſic thuris micas concuſſu eliſas, corticis parum itẽ participes. Iam & bitumen abunde ſiccat,ad emplaſtri confectionẽ idoneum medicamen. Atq;

D hęc de illius cõpoſitione ſufficiunt. Porrò emplaſtri huius author,cùm uellet medicamenta ualenti uirtute prędita miſcere, æruginẽ,& acetum ipſis adiecit,quæ ſiccare, exedere, & uſq; in profundum corporis penetrare,atq; alia deducere poſſunt. Miſcentur aũt hæc,cum digerentib⁹,ut humores craſſos particulis,quas curamus,infixos attenuẽt. Reſtat igitur, & de ceruſſa quippiã dicere,quam ceu ad emplaſtrum conficiendum aptam,non ut aliquid cooperaturam admiſcuiſſe illum eſt perſpicuum. Ego uerò argenti ſpumam potius adieciſſem, quæ & emplaſtris conuenit, & refrigerat: ceruſſa uero aliis quibuſdam utilis, ad propoſiti emplaſtri uires nihil præſidii affert. *Emplaſtrum* Azanitæ.* Emplaſtrũ Azanitæ uarii uſus, & nobile, de quo Heras ita ſcribit. *Emplaſtrum* Azanitæ.* Picis aridæ pondo unciam, cerę pondo uncias tres, adipis ſuilli pondo uncias* tres,ſeui taurini pondo unc.iii.œſypi põdo unc.iii.reſinæ pineæ pondo nucias quinque. Facit ad maligna omnia,gangrænas,fiſtulas,recentia uulnera,ambuſta igne:perfrigeratis prodeſt,ut acopon:item peſſulus eſt emolliens. Conuenit autẽ,& ad uteri ulcera,phymata,& parotidas. Cum ulcera caua fuerint, copioſiore utitor medicamẽto:ubi ad cicatricẽ inclinare uidentur,parciore. Porrò medicaminis proprietas eſt concretum humorẽ ſordidũ per ſumma gignere. Benefacit lippiẽtibus,palpebris ſuprapoſitum. Oleum medicaminis affectui opponit,quare obſeruato ne infundas. Cum aũt præparas, picẽ, cerã, ſeuũ taurinũ iniicito:ubi fuerint liquata,

* Al. Corylas.ij.

* Al. ὀλίγην .i. paucam.

* Al. Azenia.

* Aliter vi.

adipem

adipē ſuillum, mox refinam: poſtremò œſypum, ubi refrigeraueris: totum autem igne, non flā- E
ma liquefacito. Maximè ualet in quibus nerui, uel muſculi percuſſi ſunt, item ad maligna. *Emplaſtrum Haliei, ſeu piſcatoris, ex ſinopide.* Haliei celebre, & multiplicis uſus emplaſtrū nihil minus, q̄ priora, Heras ita tradidit. *Haliei ad ueteta, & quæ cicatricem ægrè ducunt. Item digerit, præſertim in mammillis Duritias. Vtimur eo tāquā optimo ad plurima.* Ceræ pondo minam, argenti ſpumæ pondo minam, mannæ pondo denariorum octo, terebinthinæ denariorum pondo octo, chalbani
Aliter v. denariorum pondo octo, ſinopidis denariorum pōdo vii. olei ueteris heminas duas. Oleum, & argenti ſpuma dū nō inquinent, & incoquūtur, deinde cera reſina que: liquefactis ipſis, ſublatiſque ab igne ſinopidem immittitō, & chalbanum, poſtea mannam. Idem facit ad marinorum ictus ſummè. Vſus quandoque eo ſum in quodam à paſtinaca percuſſo, ſummoq; dolore uexato, & mirificè profecit: ſimiliter, & in iis, qui à ſcorpione morſi erāt. Hactenus Heras. Deinceps uerò Critonis emplaſtra inſpiciamus.

Quæ ſcripſerit Crito. CAP. 2.

HEras quidē librum unum de medicamētorum compoſitione fecit, cui titulus eſt Narthex, id eſt medicaminum prōptuarium. Quinq; uerò tales Critonis p̄ter illos de exornatione ſeruantur. In quarto horum quinq; emplaſtra prædictis ſimilia ſpecie commemorat: quędā, ut F
Heras in totum ſimili modo confecta: non nulla inſuper, quorum Heras nō commeminit, quę ego mox ordine apponam, non etiā ſi cuiuſdam aliter, quàm ab Hera deſcripti mētionē facit, omittens, quēadmodū in Iceſij emplaſtro factiţaſſe apparet: alia nanq; pōdera, & menſuras huius emplaſtri Crito ſcripſit, ſicut alii quidam, non ut Heras poſuit. Incipiam igitur à primo Iceſii, in cuius ſimplicium medicamentorum pondere inter oēs non conuenit. *Emplaſtrum Icesÿ.* De Iceſii medicamento hæc ad uerbum ſcripſit Crito. *Icesÿ ad omne uulnus recens, uetus, contuſa, luxata, fracturas, phlegmonas, & oēm dolorem, quē protinus ſedat. Facit ad abſceſſus, phymata, ſtrumas carbunculos, parotidas, phygethla,, condylomata, impetigines, clauos, nigritias, hæmorrhoidas phlegmone tentatas, fiſtulas, ambuſta igne. Dilutum myrteo, uel roſaceo, ualet ad ulcera, aculeos, tela, canum hominumq; morſus, ferarum ictus. Item ad ſanguinem cohibendum utitor, & loco malagmatis ad omnia. Oleum uero non adhibendum eſt. Iam lippientibus in linteolo collyrium adhibetur: ſint āt ſplenia ſemper maiora. Iuuat quoq; hydropicos.* Terræ ampelitidis, bituminis, argenti ſpumæ, ſingulorum pondo
†Al. minę dimidium, & ita legēdū eſt, ut infe rius patet. minas duas: ceræ, thuris, terebinthinæ, propolis, ſingulorū pondo† minas ſex: ſchalbani, fiſſilis, ſingulorum pondo minæ dimidium: *myrrhæ, gallæ, iridis ſingulorū denariū pōdo duodecim: chalcitidis denariū pōdo ſex, mellis heminas ii: olei omphacini congios duos, quidā heminas G
* Quarta portio, legendum eſt, ut infra appa ret. duas. Ampelitis, bitumen, argenti ſpuma cum oleo coquuntur, humore prius expreſſo, ut fiant læuia: incoquuntur autē igne non acri: ſpatha ex tædarum ligno aſſiduè mouentur, ne ſubſidāt, nā citiſſimè cōburuntur. Quæ liquari poſſunt, in alio uaſe liquefacito, melle prius ſeorſum cocto, ut coeat, ac in cacabo pulchrè conſertis miſceto, rurſus. n. reſoluit his præmiſſis: deinde arida inſperguntur aliquatenus refrigerata, poſtremò thus. Ac ubi in unitatē coierint, utitor. Hanc ſcripturā ab Herodoto accepi. Hæc ſanè Crito de Iceſio ſcripta reliquit. Videt autē in ſimpliciū medicamentorum, unde totum componitur, ſymmetria ab Hera diſſentire: ac partim hæc diſcordia manifeſta eſt, partim diiudicari uix poteſt. Etenim Heras rectè faciens, oīum pharmacorum pondus in denarios redegit: Crito autē ampelitidem terram, bitumen, argenti ſpumam, nō pro denariorum pondere ſcripſit, ſed duas ſingulorum minas iniiciendas cenſuit. At ab his diſ ſenſit, qui de ponderibus, & menſuris ſcripſerunt, quantum uidelicet minæ pondus exiſtat: non H
nulli enim ſedecim unciarum eſſe dicunt, quidā uiginti: alii etiam diſtinctionem faciunt, Alexā drinam ponentes uiginti uncias pendere, aliā ſedecim: atq; hoc quidē adhuc leuius eſt. Verum ex iis, qui minam in denarios redigunt, alii centum, alii plurium denariorum eſſe confirmant: quia & unciam plerique ſeptem denarios, & ſemiſſem ualere malunt, alii ſeptē duntaxat, reliq; octo. Hæc igitur cū ita ſe habeant, quot denariorū minā à Critone poſitam æſtimare oporteat, inuenire operoſum eſt. Apparet aūt in aliis quoq; cētū denariorum minā eſſe uelle: ac ſi ita res habet, duplicatam Iceſii cōpoſitionē ab eo ſcribi putabimus, cū Heras triū horū medicaminum priorum terræ ampelitidis, bituminis, & argenti ſpumæ, ſingulorū denarios centū poſuerit, Critone pondus in ducentos redigente. Videamus igitur an ſequentia duplicato conſentiant, q̄dā nanq; apparent, q̄dā non itē. Meminit ergo poſt tria prima, cerę, thuris, terebinthinę, propolis, ſingulorū minæ dimidium, hoc eſt denarios quinquaginta, immittendū præcipiens: etenim pro poſuimus tanq̄ mina centū denariis ualeat, ſymmetriā eſſe ſcriptā. Quod ſi eſt, in thure, pro mā na uidelicet poſito, Crito cū Hera cōuenit, pari modo in propoli; nō tñ terebinthina, quippe uigintiquinq; denarios Critonē ſcripſiſſe oportebat, cū Heras duodecim, & ſemiſſem ſtatuerit. Porrò in cera maximè uiri cōtrouerſant, diſcordantq̄, quippe cū Heras cerā omnino nō inii ciat: didicimus. n. illius uim eſſe, mediocriter emollire. Cæterū apud Critonē deīceps ſcriptū eſt chalbani ſciſſilis, ſingulorum quarta minæ portio. Atq; in hoc uir Heræ ſuffragatur. Nā quarta pars minæ, quæ centum pendet denarios, uigintiquinq; denarios efficiet, qui duplū ſunt duodecim, & ſemiſſis ab Hera ſcriptorū. Iā uerò à minæ uocabulo digreſſus in ſequētibus Crito myr-

rhæ,

A rhæ, gallæ, iridis, ſingulorum denarios duodecim, cum prædictis miſcendos iubet, in hoc Heræ cõſentiens: ſiquidẽ ille ſex cuiuſq; adiiciendos præcipit. inde rurſus Crito chalcitidis denarios ſex tradidit, hic non parum ab Hera diſcordans. Nã cùm omnia duplicata ſint, cõueniebat, & chalcitidẽ non ſex, uerùm quindecim denarios habere, ubi Heras ſeptem, & s. ſcripſit. In melle quidem uiri concordes ſunt, cũ Heras heminã unam, Crito duas, poſuerit. Reſtat autẽ de oleo quæſtio magna, nõ ſolum inter duos illos, ſed alios quoque, qui medicamẽtum hoc ſcripſerũt, ſicut procedente ſermone dicemus. Hi igitur inter ſe hactenus differunt, etenim Heras olei immaturi heminas ſex ſcripſit: melius enim ſic, quàm, ut alii quidã dixerunt, cyathos ſex. Quippe in coctione argenti ſpuma, bitumen, terra ampelitis, ubi ſemicocta fuerint, tùm alia ſingula Heras immittenda exiſtimat: atqui ſemicocta fieri nõ poſſunt, cyathis ſex immiſſis: ſcimus.n. plerosq; ex iis, qui pharmaca cõponũt, ſubinde centũ argenti ſpumę denariis, duas heminas indere. Atq; hoc iã etiã totũ antea in primo huius operis uolumine cõprehenſum eſt, nẽpe metallicorum quoque uncias nouẽ, heminam eſſe licere, ſicut quidã putarũt. Quin & duodecim iniicere poſſumus, ut alii p̃cipiunt, probè docti, ſi medicamen diutius coctum fuerit (licebit ãt hoc ipſum copioſiore oleo impoſito) maiorẽ ſiccandi uim acquirere: q; ſi ab igne ſtatim ſublatũ fue-
B rit, minus propter olei paucitatẽ exiccaturum, emolliturum autẽ magis, & mitigaturum. Quare ſex cyathi omnino repudiandi ſunt, ſex autẽ heminę, quę ſingulę uncias nouẽ faciunt, iniicendæ. At ſi largius medicamentum uoles incoquere, quò ſiccet euidentius, nihil obſtat, etiam duodecim unciarum heminas infundere. Itaq; Hera ſex heminas ſcribente, liquet Critonẽ duodecim heminas immittere oportuiſſe, ut ſimul in hoc, ſicut in aliis, duplicata mẽſura exiſtat. Verum ſcripti ſunt abeo, olei omphacini congii duo. Iterũ hìc quoq; damnãdi ſunt, qui heminas duas poſuerunt. Ergo ſi congium ſex heminarum eſſe ſtatuamus, uirorum conſenſus manebit: ſi uero non heminas ſex, uerùm ſextarios ſex ponamus, nõ parua diſſenſio orietur: multa nãq; erit copia, ut ad portionem aliorum, ſi olei ſextarios duodecim infundas. Hæc quidẽ in p̃ſentia de Heræ, & Critonis in propoſito pharmaco diſcordia. Cũuerò ad Andromachũ uenerimus, dicet itidẽ nõ nihil de illius, cum utroque, partim cõſenſu, partim cõtrouerſia. *Iſis uiridis.* Iſidẽ hìc quoq; ſcripſit, quemadmodum alii propè omnes. At quia diligentius, tùm uſum ipſius uniuerſum, tũ præparationem tradidit, ac ſimul non nihil ab Hera diſceſſit, uiſum mihi eſt etiam ab hoc ſcripta ad uerbum ſubiungere. *Iſis, quam non nulli Epigoni uocant. Per ſe ad ſquamarũ abſceſſus facit. Itẽ craſſa oſſium fragmenta innatantia iuuat linamento uel ſplenij modo impoſita. Valet ad Aculeos,*
C *oũumque ferarũ ictus, & morſus. Sanat oẽs punctos, & uulnera ferro facta in bello & aliter. Curat etiã fiſtulas impoſita, & ut collyrium indita. Diſcutit Callos, & conglutinat. Alteri temperata ad omne uulnus linamento, & ſpleny inſtar, adhibita ualet. Prodeſt ad maligna, & diutina, ac ab alijs corrupta: in quibus deraſis prius, medicamẽto diluto utitor. Mirifice facit, & ad ſinus conglutinandos, dum magni fuerint, nam exiccandis illis coniungendisque conuenit, linamento quoque impoſita, tũ per ſe, tũ alteri miſta, in quibus adenes aliquos, uel inſitas membranas eliquare uolumus. Vtitor etiam ad fracturas cum uulnere, & ſine hoc: callũ enim ducit celerrimè, & partes affectas adſtringit. Inſuper in quibus aliud malagma non proficit, ipſa exactè prodeſt: & ungues ex offendiculo uacillantes, uel cõfirmat, uel extrudit: & dentes ex ictu motos ſtabilit. Summatim infinita ſunt, quibus differenter adhibita, conducit. Eſt aũt & diluta hæc: Intẽperata pars una ſumitur, cerati partes duæ nonnũquã, atq; adhuc magis diluuntur. Sed uſus, & exercitatio in hoc requiritur: fit nanq; ceratũ interim, & per reſinãpityinã.* Compoſitio aũt talis eſt. Guttæ ammoniaci, æruginis raſę, ſalis ammoniaci, ſquamę æris, ęris uſti, ſingulorum denarios viii. aluminis rotundi denarios ſex: ariſtolochię, thuris, ſingulorum põdo denarium viii: myrrhę, aloes, chalbani, ſingulorum denarium põdo duodecim: ceræ pondo denarium viii: reſinę colophoniæ põdo denarium ſex, nõ nulli terebinthinæ tãtundẽ: olei ueteris hæminas duas,
D aceti hæminas duas. Epigonus uerò, & dracunculi radicis ſucci denariũ põdo duodecim, & mar rubii ſucci tantundẽ, & ſereos ſucci denarium pondo octo. Omnia diligẽter cõtuſa, ac cribrata mortario iniiciuntur, ac paulatim acetum in Sole affunditur, donec terẽdo totum acetum cõſumatur: ubi læue factũ fuerit, liquefacta, & refrigerata, raſaq; diligẽter, iis quæ in mortario ſunt, admiſcentur, ac ſubacta excipiũtur. Hæc ſcripſit Crito. Ego uero ſine liquore ſereos ipſam præparaui, & non nunquam de alumine ademi, uſusq; ſum in neruorum uulneribus hoc medicamẽto ſimili modo, quo medicamẽto, quod ex metallicis confectum eſt, quod in ſermone neruorum uulneratorum ſcriptum eſt: nã ualentius efficitur: aceto acerrimo undique circunfuſum, reponitur, & diebus circiter quindecim emollitur. *Medicamentum Machærionis.* Celebre ſimul & multi uſus eſt. Conuenit affectibus ulcerum, de quibus totus hic liber ſcribitur. Sic autem Crito ipſum protulit ad uerbum. *Machærionis: Ad oĩa recentia uulnera: conglutinat, & phlegmonem arcet, præſertim ubi contuſio fuerit. Rabioſi canis morſum, ſummè curat, ampliore loco impoſitum, ac mutatum frequentiſſimè. Pilulæ quoq; modo ſumptũ fabæ magnitudinis diebus triginta ad omnem paſſionem facit, maximè phagedænicam: item ad aurium, naturaliumq; ulcera. In oſſibus denudatis carnem producit, narium ulcera ſanat. Eſt etiam uiride, diluitur roſaceo, uel omphacino.* Hæc recipit. Ariſtolochiæ rotundæ pondo unciam, chalbani pondo unciam, opopanacis pondo unciã, æruginis raſę

pondo

pondo unciam, iridis illyricæ pondo unciam, guttæ ammoniaci põdo unciã, myrrhæ põdo un- E
ciam, terebinthinę pondo uncias ſeptẽ, & ſemiſſem, ceræ uncias ſexaginta, & ſemiſſem, olei om
phacini pondo uncias ſeptem, & ſemiſſem. Dimidium olei, cum ærugine lęuorem teritur, reli-
quum, cum cera, & terebinthina coquitur. *Dyſrachitis Damocratis ad uerbum.* Et hoc ex cele-
brium, lateq; uſu patentium pharmacorum numero exiſtit, ſcribit de eo Crito hunc in modum.
*Dyſrachitis. Mirum in modum facit ad ſinus callo undiq; circundatos, & fiſtulas, impoſitum: ſi orificium
ſit, quod linteolum medicamento illitum queat excipere, imponito, ac citius proficiet. Vitor eius uirtute
in humectis, fluentibus, & diutinis diſpoſitionibus, tertio quoque die, ut plurimum ipſum mutans. Po-
dagricos quoque iuuat mirificè in acceſionis principio illitum, ac in latum circumpoſitum, qui & ad con-
ſuetas ambulationes, & uitæ uſus dimittantur. Citra balneũ ad triduum, dies q; aliquot permaneant: non
enim materiæ dat acceſſum, ut affectum increſcat. Conuenit q; omni ulceri ad ſex partes cerato admiſtũ:
inueteraſcens melius euadit.* Aluminis rotundi denariũ põdo octo, ſquamæ denariùm põdo duo-
decim, æris cõbuſti denariũ pondo quatuor, ariſtolochię denariũ pondo nouem, chalbani de-
nariũ pondo decem: guttæ ammoniaci denariũ pondo duodecim, alii decem: thuris denarium
põdo nouem, myrrhæ denariùm pondo nouẽ, ſtyracis denarium põdo quindecim, miſyos de-
narium põdo trium, chalcitidis denarium pondo trium, ſcyllæ medullæ denariùm pondo octo, F
picis liquidę denarium põdo quatuor: iridis illyricę denariũ pondo nouem, ſecundũ alios qua-
tuor, terebinthinę denarium põdo decem, alii ſeptem: pityinę denarium põdo decem, alii ſex:
cerę denariũ pondo ſeptuaginta quinque, olei pondo libram, & ſemiſſem, quidã etim medullę
Al. xx. cerui denarium pondo octo, adiiciunt. Squamam, es, miſy, chalcitidem, ſcyllam, ex aceto prius
q̃ acerrimo in Sole terito, ut lęuia fiant: maximè læuigatis ariſtolochiam, & iridẽ adiicito. Hęc
pri⁹ cõtuſa, tenuiq; cribro diſcreta, rurſus aceto circũfuſa terant: atq; hoc tã diu facito, q̃ aſpre-
dinem ſentias, nõ parcens aceto ſumptitãdo. Poſtquam læuia fuerint, alumen addito, facitoq;
hæc donec, & illud in puluerem redigatur: deinde myrrham, mox thus, ab hoc ammoniacum,
poſtea ſtyraceum, poſtremò picẽ indito. Hęc in calido Sole uruntur, quòſtyrax elaboretur. Vbi
iam lęuitatem, & ſordium craſſitudinem nocte fuerint omnia, ceram, reſinas, & oleum liquefa-
cito, & paululum decocti chalbano ſuperfundito, idq; congregatum in pila terito, ac quæ lique-
fiunt modicè refrigerata indito: tunc chalbanum demittens diſſoluẽsq́ue, in uas fictile percola-
to: ac ubi deraſeris, cum iis, quę in pila ſunt, permiſceto.

Emplaſtrum ex ſalicibus.

QVod ex Salicibus conſtat, pręclarum, & in multos uſus idoneum ſimiliter prædictis, Crito G
hiſce uerbis recenſuit. *Emplaſtrum ex ſalicibus. Prodeſt cruentis ulceribus impoſitum, articu-
lis ſolutis fiſtulis inditum, flaccidis carnibus humidisque, præſertim quæ in extremis partibus ex-
tant. Valet item ad Eriſipelata, alioſq; plurimos affectus ſine uſturis.* Myſios, Cbalcitidis, æruginis, ce
ruſſæ, gallæ, aluminis ſciſſi & rotundi, cretæ ſutoriæ ſeu melanteriæ, ſingulorũ põdo uncias ſex:
ceræ, reſinę pityinæ, picis, bituminis, ſalicis foliorum, ſingulorũ pondo uncias duas: olei hemi-
Al. duas. nas quatuor uncias quatuor, chalcanthi pondo uncias ſex, malicorii põdo uncias ſex, aceti ſex
tarios ſex. Salices ex aceto incoquãtur, donec relicti fuerint ſextarii duo: deinde ærugini ceruſ-
ſę, & cretæ ſutoriæ, pri⁹ tritis folia immittito, ſimulq; ad lęuorẽ terito, deinde ſicca læuigata, rur
ſusq; exprimito, poſtea liquefacta ſuperfundito. Hoc Aſclepiades ſine chalcãtho, & malicorio
p̃parat, ſicut in ſecundo huius operis cõmẽtario docuimus. Aliud poſt hoc ex ſalicib⁹ Crito in
iſtã ſententiã edidit. *Ex ſalicibus Lite, ut Herodotus.* Ceræ ſutoriæ melanteriæve, gallæ omphaci-
tidis, aluminis ſciſſi, rotundi, ſingulorum pondo uncias ſex: ceræ, bituminis, picis aridi, ſalicis
foliorum, pityinę, ſingulorum pondo libras duas: olei pondo libram, aceti ſextarii dimidium.

Quæ tradiderit Aſclepiades eiuſdem generis emplaſtra. CAP. 4.

HIs annumerantur ex ſupra ſcriptis, tũ quod ad Halieum refertur ab oĩbus cognitum, tum
quod ex dictamno conſtat; ſed quia Aſclepiades manifeſtò de ipſis ſcripſit, ob id ẽt nunc H
eorundẽ mentionẽ faciã. Porrò cõmodum ex eo, quod bis, uel ter ſcribitur, aliud inſũper acce-
dit, puta ut cognoſcamus, in quibus ſimplicibus miſcendis, ac ipſorũ pollicitis, ſcriptores illorũ
inter ſe conueniant, in quibus item diſcordent. *Haliei Giluum. Ad cruenta uulnera, & neruos, præ-
ciſos ualet. Item ulceribus uetuſtis cicatricẽ ægrè ducentibus, & fluentibus cõducit. Quin & emollit opti
mè, præſertim in mammis ortas duritias. Medetur canum hominumq; morſibus inſigniter ualet & ad pa-
ſtinacæ, & Draconis, aliorumq; ſæuorum piſcium ictus. In ſumma uirtutem habet mirificam.* Argenti
ſpumæ, ceræ, cuiusq; denariorũ pondo centũ: terebinthinæ, mannæ thuris, chalbani, minii fino
pici, cuiuſque denarium pondo octo: olei ſextarium: præparato ſicut prædiximus. *Haliei giluum
quomodo conficeret Galenus.* Argenti ſpumæ, ceræ, cuiuſque denarium pondo centum: terebin-
thinæ, myrrhæ ſinopidis, æruginis raſę, ſquamæ, ſingulorum denariũ pondo octo: ariſtolochiæ
denariũ pondo viii. thuris denariũ pondo uigintiquinque, diphrygis denariũ pondo ſex, chal-
bani denariũ pondo duodecim, guttæ ammoniaci denariũ põdo duodecim, olei heminas duas:
cõficito quemadmodum ſuperiora. *Emplaſtrũ Venatorũ, pharmacũ confectũ. Facit ad quadrupedũ*

ictus,

A *ictus, morſusque, & ad reliqua venenata.* Argenti ſpumæ pondo minam: olei veteris, ſquamæ æris rubri, ceræ, reſinę frictæ, ſingulorum põdo: guttę ammoniaci põdo trientẽ: chalbani, minij ſynopici, ſingulorũ põdo vncias duas. Argenti ſpumam, ſquamã, & oleum, ad ſpiſſitudinẽ vſq; incoquito, deinde ceram ac reſinã injcito: cum liquata fuerint, ab igne tollito, & ammoniacũ dilatatum immittito: vbi refrixerint, chalbanum, & ammoniacum indito, ſinopicum inſpergens: ac in mortarium defuſis mollitisq; vtitor. *Emplaſtrum Chalcidei, conglutinat, inflammationem arcet, diuiſiones cum contuſione iuuat, ſinus coniungit, reſiccat, & abſceſſus prohibet, oſſa corrupta educit. Maximè autem & in partibus extremis valet. In vniuerſum mirabilis ei virtus eſt.* Argenti ſpumæ, ſquamæ æris, reſinæ pityinæ, ceræ ſingulorum denariùm pondo*centum: guttæ ammoniaci, chalbani, cuiuſq; denariùm pondo ſedecim: diphrygis denariũ pondo duodecim: ariſtolochiæ læuiſſimæ denariũ põdo quadraginta, olei veteris ſextarios tres. Argẽti ſpuma, ſquamaq; ex oleo coquuntur: ac vbi colorẽ mutauerint, diphryges immittitur, deinde cera, reſina pityina, vel pinea: liquatũ vt non inquinet, ab igne tollit, ac ammoniacum elotũ injcit: poſtq; liquefeceris, ariſtolochia pharmacoiã refrigerato inſpergatur, & cõtinue moueatur: deinde in mortarium immittito, ac ſubigito, excipiensq; vtitor. *Ex dictamno ſacrum, virtute mirandum. Benefacit neruis mu-*
B *ſculisq; præciſis & contuſis, vetuſtis & ſanatu difficilibus. Oſſa corrupta elicit. Aculeos, & telorum cuſpides, quæ infixæ ſunt corpori, eximit, nec minus digerit. Iuuat capitis dolores, & oculorum fluxiones. Eſt etiam malagma, pleuriticis, & hepaticis idoneum. Efficax eſt, & ad cuiuslibet virulenti ictus.* Argenti ſpumæ denariũ põdo centũ, colophoniæ denariũ põdo quinquaginta, ceræ denarium põdo uigintiquinque: guttæ ammoniaci, ariſtolochiæ, ſingulorum denariùm pondo ſedecim: mannæ, chalbani, vniuſcuiuſq; denariùm põdo duodecim: æruginis, dictamni, æris vſti, aloes, propolis, ſingulorum denariùm pondo viii. diphrygis, æris ſquamæ, gentianæ radicis, ſingulorũ denariũ pondo ſex: olei veteris hyeme heminas duas, per æſtatem vnã ac ſemiſſem. Præparatur quo dixi modo. Huius ſcriptura ab Hera in horum pondere variat. Nam Aſclepiades dictamni denarios viii. Heras decem, injicere præcipit: & vero ẽt ariſtolochiæ, & guttę ammoniaci, hic cuiuſq; denarios ſedecim, Heras ſex quidem †guttę ammoniaci, ariſtolochiæ vere decem. Cęterum Heras oleum indiſtinctè ſcripſit, ſolum heminas duas eius iubens infundere: Aſclepiades aũt hyeme tm̃, eſtate verò vnam & ſemiſſem. *Diophanti Chirurgi, quo vſus eſt Phylacus.* Argenti ſpumę denarium pondo centum quinquaginta: ceruſſę, picis, ſquamæ ęris: cerę, ſingulorum denarium pondo octodecim: æruginis, reſinæ pityinæ ſiccę, †mannæ, thuris, propolis, ſingulorum denariũ
C pondo xii, chalbani, *ariſtolochiæ, cyperi ſingulorum denarium pondo ſex: dictamni, trifolij, guttæ ammoniaci, ſingulorum denariũ pondo trium: illyricæ, artemiſiæ, polij, marrubij, ſingulorum denarium pondo duùm: olei veteris heminas duas. Ad dictum modum præparatur.

Deſcriptis ab Andromaco eiuſdem generis emplaſtris. CAP. 5.

EMplaſtra uarij uſus, ſimul & cicatricem ęgrẽ ducentibus idonea, hoc in libro percẽſere ſtatui, ex quorum grege ſunt & decem illa longe optima, inter ea, quæ ſcripſit Andromachus. *Viride Euangei.* Reſinæ terebinthinæ, ſcꝺm alios ſiccæ, denariùm põdo quinquaginta, alij uero centum: ceræ denariũ pondo xxv, thuris, ſquamæ, chalbani, aloes, myrrhæ, ſingulorum denariũ põdo triũ: ſalis ammoniacis, opopanacis, æruginis raſæ, æris uſti, ariſtolochię, guttæ ammoniaci, ſciſſilis, ſcꝺm alios rotundi, ſingulorũ denariùm pondo duũ: ichthyocollę denariũ pondo iij. aceti heminas iiij. olei quartam heminæ partem, ſcꝺm alios octauã. Vtitor, uermiculari æruginę non impoſita. *Strigmento ſum emplaſtrum, quo utor.* Ichthyocollæ põdo vnc. iiij. ſarcocollæ pondo vnc. iij. †erethriæ pondo ſelibram, terræ ſamiæ põdo vnc. iiij, myrrhæ pondo vnc. iiij. thuris pondo vnc. vi. ſquamæ æris pondo vnc. viij, ſalis ammoniaci põdo vnc. iii. æruginis raſæ pondo vnc. vi. aluminis ſciſſilis pondo vnc. ii. aloes indicæ pondo unc. iiii. chalbani pondo unc.
D iiii. ceræ pondo libras ii. terebinthinæ pondo libras ii. olei põdo † libras iiii. aceti quod ichthyocollæ irrigandæ ſufficit. Sicca læuigata liquidis inſperguntur. *Aliud Viride.* Reſinæ pityinæ denarium põdo ducentorum, guttæ ammoniaci denariùm pondo quinquaginta, opopanacis denariùm pondo viii. ceræ denariùm pondo*cẽtum, propolis denariùm põdo octo, chalbani denariùm pondo viii, ſquamæ æris denariùm pondo xii. æruginis denariùm pondo xii: aluminis rotundi denariùm pondo vii, miſyos denariùm pondo vii, ſalis ammoniaci denarium põdo viii. chalcitidis denariùm põdo v. ſulfuris ignem non experti denarium pondo viii. thuris denariũ pondo*duodecim, fellis taurini ſicci denariùm pondo ſex, uel humidi denariùm pondo xii. cyprini heminas ſex, alii quatuor: aceti quod ſatis eſt. *Viride Epicuri multa promittens.* Ceræ denarium pondo ducentorum, colophoniæ denariùm pondo ducentorum, ſquamæ denariorum põdo ſedecim, æris uſti denariũ pondo ſedecim, æruginis denariũ põdo ſedecim, ariſtolochiæ tenuis denariùm pondo ſedecim, aloes denariùm põdo xxiiii, aluminis rotundi denariũ pondo xii. myrrhæ denariorũ põdo xxiiii. chalbani denariorũ pondo xxiiii, ſalis ammoniaci denariorum pondo ſedecim, aceti heminas iiii. olei heminas ii. interim pauciores. *Viride multa promittens Alcimonis, uel Nicomachi, ad fiſtulas, nigritias, uel nomas. Glutinat oſſa, & reducit, ſtrumas diſcutit.* Chalbani denariorum pondo xvi. æris uſti denariorum pondo viii, ſquamæ denariorum

*Aliter, nouem.

†Al. additur, & uiginti.

† Al. ariſtolochiæ, ſingulorũ denarium põdo ſex.

†Nec hoc loco, ariſtolochiæ põdere eodem tribuitur.

†Additur lapidis aſij pondo vncias iii.

† Al uncias iiij.

*Al. quinque.

*Aliter xii s.

pōdo vigintiquatuor,cerę denariùm pōdo quinquaginta,ſeui caprini vel vitulini denariū pō E
*Aliter l. do*triginta:thuris,reſinæ ſiccæ,guttæ ammoniaci,terebinthinæ,nitri,ariſtolochię,ſingulorū de
narium pondo xxv.bryoniæ denariū pondo xii.orcheos herbæ denariū pondo xii.iridis aridæ
denariū pondo iiii. aloes indicæ denariū pondo xii.ſciſſilis denariū pondo vii.fellis taurini de
nariū pondo viii.aceti heminā,olei heminā.Cū inficit,roſaceo. *Viride ad Herpetas,item ad chiro-*
nia,& difficulter ad cicatricem venientia vlcera,vt Andromachus. Hordei combuſti denariū pōdo
*Aliter xx. x.æruginis denariùm pondo*viii.ceræ denariū pondo lxxx.cyprini heminam. Hoc medicamen
æruginē multā continet, pro cerę & cyprini ſymmetria:nā hordeū combuſtū ſi per ſe inſpergi-
tur,chironia vlcera iuuat,neq; intendit cerę,& cyprini vires,neq; ęruginis reſoluit. Ablato ip-
ſo,ſimile pharmacum redditur multis, quę ſuperiore libro ad hmōi vlcerum curationē ſcripta
ſunt.Non tñ multū cyprini aſſumeī,preſertim ſi cera pinguis exiſtat, ſed quantū ad cerā ęrugini
admiſtā emolliēdam capere neceſſariū eſt.Superiora oīa emplaſtra hoc nomine vano vſui ſer-
uiunt,q; medicamenta emollientia,trahentia,digeſtoria,concoctoria,inſuper citra mordicatio-
nē ſiccantia,aſſumpſerint,plurima ipſorū ēt valide adſtringentia,quorū uirtus eſt humores af-
fectę parti influentes repellere. Porrò dictorum medicaminum poteſtatis materias noīatim in
operis De ſimplicibus medicamentis ſexto, ſeptimo,octauo, nono, decimo, & vndecimo libro F
expreſſas habetis.Multorum aūt hoc cōmentario noīatim memini,ac iterum meminero. Quin
ēt hoc pharmacum in pūtia appoſui,eorum,q̄ nuper dixi,mentionē facere deſiderās:q; a id quo
que ſuperiore libro commemoratis genere ſimile eſt,ac ꝓprium magis videbatur illis ipsū ap-
pendere. *Iceſium nigrum Andromachi.* Hoc emplaſtrum Andromachus non vbi viridia,tractat:
ſed ſuperius propè initium:in ſymmetria multū euarians,vt prius Critonē & Heram prodidiſſe
indicaui, ſcribīt hoc pacto. Bituminis denariorum pondo trecētum, terræ ampeliditis denario
rum pōdo ducentorū, argenti ſpumæ denariorum pondo lx.chalbani denariorū pōdo xxxvi:te
rebinthinæ denariū pōdo xxxvi.ſciſſilis denariū pōdo xxvi.propolis denarium pondo ſeptua-
ginta duū,mannæ denariū pōdo quinquaginta,myrrhæ denariū pōdo xii.iridis denarium pon-
do xii.chalcitidis denariū pondo ſex, gallæ denariùm pōdo x.olei congium vnum dimidium,
mellis heminę dimidium.Recte fecit,qui de mina ambiguitate relicta,omnia per denarios con
ſcripſerit,vt de ſolo congio qōnem inſtituamus. In hoc enim melius egerunt, qui ſex heminas
poſuere,à triplicato autem bitumine ꝓportione illius,quod Heras immiſcuit,ſcripturam exorſi
ſunt.Etenim Heras centum denarios,hic trecentos poſuit,etſi in quibuſdam exemplaribus non
fide dignis,ducentos inuenerim.Terra ſane ampelitis duplo eam,quā Heras ſcripſit,planè exu- G
perat.Argenti autem ſpuma,quam & ipſam ampelitidi pondere ęqualē eſſe conueniebat,mul
to minus ab eo iniecta eſt: nam denarios ſexaginta huius miſcet. Chalbani uero triginta ſex de-
narios immittens,proportionem cum Hera & Critone non ſeruat,quemadmodum in alumine
ſciſſili:paululum.n.hic ab exacta proportione declinat,quæ ad triginta ſeptem & s, peruenit. In
terebinthina ſanè parum ab Hera diſſidet,tñ ſcilicet,quantum in chalbano & ſciſſili:à Critone
uero plurimum, qui minam s,iniicere iubeat, quod aliarū ipſius miſturā,proportione,ad quin-
quaginta denarios excedit. Iā uero in propoli non nihil diſcordat, quantum ad duplicatā pro-
Al. lxxv. portionem ſpectat.Item in mānā à Critone & Hera recedit,quippe*centū denarios,ceu ad illo
rum proportionem,iniectos eſſe oportebat. In chalcitide etiā multum admodū à proportione
ſubtraxit.In alijs parua controuerſia eſt,niſi in melle, cuius heminas tres tanquam ad illorū ꝓ-
portionē immiſiſſe ipſum conueniebat,at is heminæ dimidium adijcit. Ita quoq; in oleo, tres
congios miſcuiſſe debebat, ſi non a Critone diſcrepare uoluiſſet: ſi uero cum Hera conuenire
octodecim heminas.uerum ipſe congium & dimidium conſcripſit.

Vt Tarentinus Heraclides Iceſii nigrum emplaſtrum tradiderit. CAP. 6.

AD omne vulnus,maximè quæ in extremis partibus ſunt,dolore vindicat & conglutinat. Item ca
num morſus,& furunculos ſanat. Durities diſcutit,præſertim māmillas obſidentes. Ani condylo-
matis ſuccurrit. Argenti ſpumæ denariū pondo centum, bituminis tātundem,terræ ampelitidis H
idem pondus, mannæ denariū pondo uigintiquinque,propolis totidem,chalbani denariū pon
do duodecim & ſemiſſis:aluminis ſciſſi,reſinæ terebinthinæ, pares menſuras: iridis denariū pō
do ſex, chalcitidis denariùm pondo ſeptem & ſemiſſis, gallæ denariùm pondo viii.myrrhæ tā
†Al. heminæ di tundem, mellis heminam unam, olei immaturi†heminas ſex. ⸗ Argenti ſpuma,bitumē & terra,
midium. cū oleo coquuntur,& ſpatha ex tedarum ligno mouent: cū cōſtiterint,propolis,reſina,& chal-
banum adduntur:hæc autem prius melle incoquuntur: quibus miſtis, olla ſtatim ab igne tollit,
& ſicca inſperguntur. Hæc cum Heraclides tradiderit in libris ad Antiochidem,demiror quo
modo non nulli poſt eū ſcripturam ipſius non obſeruauerint. Heras ſanè ubique Heraclidem
imitatus eſſe uidetur,præterquam in myrrha & galla. Nam cum Heraclides utriuſq; horū dena
rium pondo octo miſcet,Heras utriuſq; ſex iniecit. Inſuper Aſclepiades in ſecundo libro de ex-
terioribus,oīa proportione quadruplo maiore quā Heras tradidit.Adde,quòd olei omphaci-
ni heminas duodecim, Crito congios duos, conſcripſerit,& ſi omnia duplicata cōpoſitio ipſius
habeat.Quare non nulli mihi uidentur adſcripſiſſe, heminas duas. Quod ipſum rurſus tū ueri-

tati,

A tati, tum Heræ & Tarentini ſcripturæ, magis aduerſatur. Siquidem Heras centum octoginta denarios poſuit, in pondus, non menſuram oleum reducens, tãquam hemina denarios ſexaginta pendente. Nam Attica nouem Italicas uncias conficit: pendunt. n. nouem Italicæ unciæ, quas in cornibus inſectis metiuntur, ſeptem uncias põderales & ſemiſſem, quæ ſexaginta denarij fiunt, ſingulis uncijs octo denarios recipientibus. Quare ẽt hic cum Heraclide Heram conſentire uideas, cũ tres heminas iniiciat, † Aſclepiades duodecim, qm̃ omnia in ipſius compoſitione quadrupla ſunt. Heras autem, quoniam pharmaci in Tarentini ſcriptura magna moles fieret, uidetur mihi quartam omnium portionem poſuiſſe. Nam in myrrha, ut dixi, & galla paululum mutare uidetur. Ac cum alij quoq; hoc Iceſij emplaſtrum tradiderint, qui exactius, in eo cuius præparationem ex coctione coniecimus, Tarentino concordes facti ſunt: qui autem negligentius, uel in uno ſolum, uel in pluribus ſimplicibus, diſſonaſſe ab Heraclide uidentur. Proinde ſuperfluum fuerit, de ijs mentionem facere: præparandum enim medicamentũ eſt, ut Heraclides iuſſit, uel ut Heras, qui parum adeo inter ſe differunt. *Heraclides Liten Iceſion hanc eſſe dicit.* Bituminis denariùm pondo quinquaginta, argenti ſpumæ denariũ pondo quinquaginta, olei heminas decem, coquito: vbi coierint, ceræ denariùm pondo quinq; injicito: chalbani, myrrhæ, ſin-

† *Al. Heraclides.*

B gulorum denarium pondo quinque.

Cyzicenum Heræ.* CAP. 7.

* *Hæc dictio in aliquibus exẽplaribus nõ inuenitur.*

HOc quoq; inter celebria emplaſtra refertur, ab omnibus probè cõſcriptum, magno in ſimplicium medicamentorũ ſymmetria conſenſu. Non nulli tñ diſcordant, ut innoteſcet, cum ſubiungemus, quomodo quiſque componendum cenſeat. Heras igitur de præſenti emplaſtro ita aduerbum ſcribit. *Cyzicenum. Facit ad recentia vulnera, & vetera depaſcentia. Duricias præſertim in mammis diſcutit, extrahit, repurgat, implet, glutinat, cicatricem ducit. Tollit cancroſas duricies, malè curata reficit. Et in quibus ſcalpello vti non licet, vt in ceruice, collyrij loco utitor. Abſceſſus fuventes mitigat, chymata diſcutit, ganglia & contractiones, ſiue coitus diſſoluit, abrumpitque. Tela, oſſa, lignorum fragmenta educit, cruſtas citra dolorem deijcit. In depaſcentibus, magnis ſplenijs uti oportet. In ſuperſtrumas diſſipat, hæmorrhoidas cohibet, & veſicæ morbis ſummè prodeſt.* Hæc autem recipit. Thuris, myrrhæ, croci, iridis illyricæ, bdellij, ſingulorum denarios quatuor, ſquamæ denariũ pondo duodecim: chalcanthi, aluminis ſciſſi, rotundi, guttæ ammoniaci, miſyos, putaminum mali granati dulcis, ſingulorum denariũ pondo quatuor: ariſtolochiæ, gallæ omphacitidis, utriuſque denariùm pondo* viij. chalcitidis denariùm põdo iiij. † uiſci quercini, opopanacis, æruginis raſæ,

* Al. xvi.
† *Al. additur Ammoniaci guttæ drachmas quatuor.*

C acaciæ, floris roſarum, ſingulorum denariũ pondo viij: terebinthinæ põdo minam, alij denariũ pondo quinquaginta: liquoris papaueris denariũ pondo ſex: ceræ minas duas, ſecundum alios denarium pondo* quatuor: ſeui uitulini curati minam, alij denariũ pondo* centum quinquaginta: aceti cõmunis heminas* uiginti: uini, quod ſufficit, in ſicca immittitur. Hæc de Cyziceno cum Heras ſcripſerit, atq; Andromachus, uidebitur quibusdã maxima eſſe diſſenſio, cum Heras thuris, croci, myrrhæ, & eius, quod deinceps ab eo poſitum eſt, denariùm pondo iiii. immiſerit, Andromachus viij. Verum quod iam prius obſeruandum nobis eſſe dicebam, id etiã nunc dicturus ſum. Si omnia ſimplicia pharmaca licet duplicata horum, quæ alij ſcripſerunt, miſceas, eadẽ fiet ſymmetria, quẽadmodum ſi & triplicata omnia injicias: ac nunc Andromachus omnia ferè duplicata miſcuit, cum Heras ſimplicia ipſa indiderit. Ac etiam hic diſcrepant, q̃ ille aloen addat, Hera ſecus faciente. Quin etiam in panacis radice differentia eſt, cum Heras opopanacem tm̃ ſcripſerit, Andromachus non hoc ſolum, ſed etiam panacẽ: ſolent autẽ ſic uocare radicem herbæ, quam panacem appellant. Adiecit, autem Andromachus papaueris liquorẽ, doloris euitandi gratia: acaciam uero & roſarum florem, tãquam adſtringentia. Porrò coctionẽ pro more ſuo Heras adiũxit, Andromachus omittit, quippe qui ipſe ẽt raro illam ſoleat apponere. Cæterum

* Aliter v.
* Aliter cviij.
* Aliter iiij.

D ex eo, quòd in calce aceti communis heminas duas, & uinum ſiccis infundit, planè innuit ſe arida ex uino, uel aceto læuigari uelle, deinde liquefacta his ſuperfundi: Heras autem neq; omnino aceti aut uini meminit, & ad calcem coctionis ita adſcripſit: cæterum arida, & opopanacem in cacabũ conijcito: & ubi unita fuerint, defundito, mollitoque, irino unguine manus inquinãs. Ego ipſum Andromachi more conficio, opopanacẽ cum ſiccis in mortario terens: ſi ualentius, & quod magis digerat, medicamentum facere deſiderem, acetum inter lęuigandum admiſcens: ſi magis adſtringens repellensq́ue, uinum: quemadmodum rurſus & id nunc auſterum, nunc gluuum, nunc uetus, nunc ętate medium aſſumens: Nam quod auſterum eſt nec uetus, magis adſtringit: quod uetus nec auſterum, ualentius digerit.

Cyzicenum, vt Aſclepiades. CAP. 8.

SCriptum eſt hoc emplaſtrum iam & in quarto, ubi omnia ordine, quę ad malignitatẽ pharmaca habere cõſuluit, commemorauimus. Et uerò nunc, quia ipſe pariter ab Hera & Andromacho euariat, ſatius mihi eſſe uidetur ipſius uerbis in tertio libro de Exteriorum pharmacis tradita ſubiungere. *Cyzicenum. Facit ad diutinos affectus, & neruos præciſos.* Thuris quàm optimi, cerę, myrrhę, ariſtolochię, chalcitidis, illyricę, chalbani, ſingulorum denariùm pondo quatuor: terebinthinę, argenti ſpumę, ſingulorum denarium pondo octo: olei heminam. Omnia in

uas æreum coniecta, ſupra leuem prunam coquũtur, mouẽturque, donec in aqua frigida demer E
ſum, mellis ſpiſſitudinẽ habeat: poſtea mouẽdo tollitur. Hoc illitum pelliculæ imponĩ: hyeme
poſt ſeptimum diem, æſtate poſt quintum, ſoluitur. *Aliud ex ijs, quæ ad Philoxenum referuntur.*
Thuris, myrrhæ, croci, illyricæ, bdellij, ſquamæ æris, chalcãthi, chalcitidis, aluminis rotundi &
ſciſſilis, miſyos peregrini, guttę ammoniaci, ppolis, uiſci quercini, opopanacis, malicorii pclu-
ſi, ſingulorum denarium põdo iiij. ariſtolochiæ denarium põdo viij. cerę, ſeui taurini, ſingulorũ
Aliter lxxv. denarium põdo cẽtum, quod minã inſcribit: reſinæ terebinthinæ denariùm põdo quindecim,
quod tres quartas appellat. Reſina in ollã fictilẽ coniecta, donec odorẽ amittat, cõcoquitur: de
inde ſeuum & cera deraſa iniciuntur, & liquefiunt: arida cõtunduntur, & cribro tenuiſſimo in-
cernuntur. Poſtea liquida abigne tolluntur, quibus aliquatenus refrigeratis arida inſpergun-
tur, & curiosè mouentur. Habere autem oportet ex aceto trita, myrrham, thus, bdellium, opopa
nacem, quibus quæ in olla ſunt, adijciuntur, teruntur que, ne grumi ceræ modo fiant. Vbi autem
recte habuerint, in lignea pyxide irino unguento prius illita reponuntur.

Emplaſtrum ex duabus ariſtolochijs vt Andromachus. CAP. 9.

DE hoc in eam ſententiam ſcribit Andromachus ad uerbũm. *Emplaſtrum ex duabus ariſtolo-*
chijs. Reſinæ fictæ pondo libram, cerę pondo libram, picis põdo libram, ciceos, uel olei ue F
teris heminam unam, & cyathos duos, ceruſę pondo unc. vi. æruginis pondo vnc. vi. chalcãthi
pondo vnc. iiii. mannæ pondo vncias ſex, ariſtolochię longę pondo vnc. iiii. rotundę põdo vnc.
iiij. erethrię pondo unc. ſex, illyricę pondo vnc. iiij. gallę uncias duas, aceti heminam: ego am-
plius malicorii pondo uncias duas. Sicca ex aceto teruntur, deinde liquabilia.

Emplaſtrum ex dictamno Damocratis. CAP. 10

DIximus frequenter metricas ſcriptiones nõ ſolum ad memoriã, ſed etiam ad miſturas exa
ctè commẽſurandas, proſa orãtione cõſcriptis eſſe cõmodiores. Cuius gratia ẽt nunc me
dicamentum ex dictamno perfectam in Damocratis ſcriptis ſymmetriam perſeruans appoſui.
Emplaſtrorum unum inſignium numero adſcribitur,
Solumque, quod recipit dictamnum creticum
Dictum. Medetur proſperè ſerpentium
Percuſſibus uenenatis, ac morſibus
Quadrupedum cunctorum, etſi rabies quędam agat.
Iuuat ulcerum callos, & neruos perditos,
Et muſculos, & alto cartilagines G
Corpore putreſcentes, quę incumbunt oſſibus.
Colli, mammillarum, dorſi quoq; vlcera,
Per ſanat, & diu ſi iam durauerint.
Ac omnia ſimul, quę facere paulo antea
Dixi, emplaſtrum nomine ſcilicet Aegyptium.
Hoc admodum cùm ſit bonum, quidam omnibus
Vnum bonis reputant uſu preſtantius,
Haud quaquam nempe experti multa pharmaca.
Concinnatur miſturis his. Lithargyri
Drachmas habet ducentas: iſtis additur
Olei uetuſti libręquarta portio,
Alij magis quartam uolunt partem heminæ.
Et quinquaginta ceræ drachmas ponticæ,
Colophoniæ probæq; plus cera duplo: H
Alii malunt terebinthinæ parem modum.
Aeruginis quoque, aloes nec non indicæ,
Item combuſti æris, & diphrygis boni,
Cuiuſq; ſedecim, ſemiſſemq; ponito.
Quaternas & uigenas drachmas chalbani,
Mannæ pares, thuriſq; bis duodecim,
Ammoniaci uiginti biſq; & quinque bis,
Et ſedecim iungantur propolis atticæ,
Ariſtolochiæ longæ bis drachmæ decem,
Aeris cyprii ſquamæ drachmæ duodecim,
Et gentianæ radicis ficciſimæ
Aequale, cunctis herbæ his dictamni quoque
Siccæ, ſed habentis florem, drachmas bis decem,
Læuis. Lithargyrum at cum oleo demittito
Ollæ recenti, cui patulum os figulus dedit.
Pruna leni coques, mouens rudicula

A Quouſque ſpiſſitudo mellis attici
Fiat. †Paribus at ſquamæ immiſſis partibus, ſ
Rurſus magis coquas: ac poſtquam pharmacum
Giluum fuerit, æs miſceas & diphryges:
Craſſumq; reddens pharmacum, ut non polluat,
Ceram, reſinamq; unà dictis addito.
Quibus liquatis, ubi probè coiuerit
Emplaſtrum, ab igne tolles: cumq; adieceris
Propolimq; mannamque, aloen, atque chalbanum,
Ammoniacumque, tunc ubi refrixerit,
Feruorq; ignitus pharmaci ſubſederit,
Ariſtolochiam perquam leuiſſimam,
Et gentianam dictamnumq; inſpergito,
Spatha atque medicamentum agitando ſedulo,
Manibus tibi magdalias ipſe effingens habe,
B Eaq; mala, ad quæcunq; eſt prædictum, utitor.

†Aeruginem & ſquamam aſſumens.

† De paſtillis Aſclepiadis. ſ CAP. II.

† Al. hoc totũ expungitur, ac inferius apponitur.

QVemadmodum emplaſtra à calore, non à facultatis profeſſione, nominant quidam medici, melina, cãdida, fuſca, & gilua: ita paſtillos græcè trochiſcus, ab efformationis figura uocant, non ad unum affectum, ſed ad admodum multos conferentes. Nos quoque igitur ipſos imitati, deinceps omnes præclaros ſiue paſtillos, ſiue orbiculos (utroque enim nomine appellãtur) deſcribemus. Rectè autem illi ſingulis, quid poſſent efficere, prępoſuerunt, pręſertim Aſclepiades, cuius etiam primi pharmaca, quæ in tertio de exterioribus libro prodidit, apponam.

* Al. de paſtillis Aſclepiadis.

* *Paſtillus Aſclepiadis Ariſtarchi Tharſei paſtillus ad plura utilis. Facit ad recentia vulnera & uetera. Prodeſt teredinibus, & fauis. Curat fiſtulas, aures ſuppurantes, oſſa corrupta, nomas. Reprimit omnem carnis excreſcentiam, tollit pterygia, ualet ad uteri affectus. Sanat ozænas, phagedænas, condyloma ta. Iuuat inueterata, quæ difficilem curationem habent. Vtilis eſt principio phthiſicis, lienoſis, cœliacis, dyſentericis, tribus obolis in potu familiari datus. Succurrit ſynanchicis, gingiuarum nomis. In ſumma exterioribus & interioribus uitijs auxiliatur.* Myrrhę denarium pondo ſex, croci denarium pondo trium, crocomagmatis denariũ põdo trium, cytinorum denariũ põdo ſex, chalcanthi denarium
C põdo ſex, aluminis ſciſſilis denariũ põdo ſex, aloes denarium pondo ſex: uino falerno excipiuntur, fiuntq; orbiculi, ſeu paſtilli, & in umbra deſiccantur. Vbi uſus neceſſitas eſt, humido cõgruenti diluuntur ad commemoratos affectus. *Paſtillus Neapolitani.* Myrrhæ, thuris, ſingulorum denarium pondo ſex: gallę, lycij, aluminis, crocomagmatis, aloes, ſingulorum pondo denariorũ viii. cytinorum denariorum pondo duodecim, æris denarium põdo viii. uino falerno excipiuntur. *Andronius inſcriptus.* Cytinorum denariorum pondo decem, ſciſſilis denariorum põdo quatuor, chalcanthi denariũ põdo duodecim, myrrhæ denariũ põdo quatuor: thuris, ariſtolochiæ, gallæ immaturę, ſingulorum denarium pondo viii. paſſi heminas duas. Apud Heraclidem uerò ita habet. Malicorij denariũ põdo decem, riſtolochiæ denarium põdo viii. gallaram denarium põdo viii. ſalis ammoniaci, thuris fiſſilis, denarium pondo iiii. chalcanthi denarium pondo duorum, myrrhę denarium pondo quatuor, hæc paſſo excipiuntur. *Polyidæ ſphragis.* Malicorij denarium pondo ſex, myrrhæ denarium pondo viii. aluminis ſciſſilis denarium põdo v. thuris denarium pondo quatuor, aloes denarium põdo viii. chalcanthi denarium pondo iii. felis taurini denarium põdo ſex: uino dulci excipiuntur. *Coracine ſphragis. Facit ad tonſillarum phlegmonas, & uuulæ laxatas. Gingiuas madentes reſiccat, nomas curat, & ſedis affectus. Fiſtulis callum exterit.* Ari
D ſtolochiæ creticæ rotundæ, cytinorum, chalcitidis toſtæ, thuris, myrrhæ, chalcanthi, crocomagmatis, aloes indicæ, fellis taurini, ſingulorum pondo denarium viii. paſſi quantum ſatis eſt. *Paſtillus ad nomas.* †Brathyos denarium põdo* quinquaginta, myrrhæ denarium pondo trium: ſoreos, *cyperi, chalcãthi, thuris, ſingulorũ denariũ põdo duum: uino excipiuntur. Aliæ ſcripturæ habent, oleæ foliorum denariũ põdo duũ: myrti ſiccæ, orcheos herbæ, utriuſq; denarium põdo iiii: arſenici, quod auripigmentum uocant, denarii pondo unius: myrrhæ denarium* pondo iiii. *Ex ſcriptis Heraclidis.* Orcheos denariũ pondo duũ, arſenici denarium põdo iiii. gallæ denariũ põdo viii. Squamæ denariũ pondo ſex, ſoreos denariũ põdo* viii. myrrhæ denarium põdo duũ, thuris denarium pondo duũ, acaciæ ſucci denariũ põdo duũ: uino excipiuntur. *Paſtillus ex plantis, ſeu ſtirpibus inſcriptus.* Malicorii, myrti foliorum, nucis putaminum ſiccorum, ſpinæ fructus, ſingulorum denarium pondo viii. gallę denarium pondo iiii. ſalis foſſitij denarium pondo* viij. Oĩa cõminuunt, *friabilia in aceto macerant, ac in uas fictile conijciuntur: deinde torrent, & cũ aceto læuigant. Vbi bene habuerint, myrrhę denarios iiij. thuris denarios ij, injicito, & paſtillos fingito: uſus eius eſt cum aceto. *Paſtillus, qui à Terentio inſcribitur Stypticus hoc eſt adſtringens. Facit ad quamlibet nomen, & ani affectus.* Sãdarachę, miſyos, chalcanthi, aluminis ſciſſilis, ſingulorum põdo denariũ duũ: myrrhæ, ſquamæ æris, aloes, chalcitidis, ſingulorũ põdo denariũ trium;

* Al. Sauina, * Aliter iii. * In aliquibus hæc dictio non eſt. * Aliter ii. * Aliter ii. * Al. extra ſcilicet poſtea.

citinorum mali punicæ, roſarũ floris, gallæ, ſingulorum pondo denariũ iiii. acaciæ ſucci pondo E denariũ octo, mali granati putaminum pondo denariũ octo: excipiuntur myrtorum decocto ad dimidias coctorum. *Paſtillus ad ſerpentia, Arei ad Herpetas.* Terræ cimoliæ pondo denarium octo, miſyos torridi denariũ pondo* ſedecim, minii ſinopici põdo denariũ trium. Singula cum aqua ſeorsũ terito: deinde ſimul miſcẽs in paſtillos digerito: uſus eſt ex aceto. *Alius ex origano.* Origani, oleæ foliorum, acaciæ, chalcãthi, ſalis hiſpani, ſingulorũ denariũ pondo duũ: aceto excipiuntur. *Ex collectaneis Largi medicamentum confectum.* Argenti ſpumæ, uel ceruſſæ, pondo denarium triginta octo: aluminis fiſſi pondo denariũ xii. acaciæ pondo denariũ octo, croci, thuris, diphrygis, opii, ſingulorum põdo † denariũ duũ: ex aqua terito, ac formato paſtillos: uſus eſt ex aqua. *Aliud ualde generoſum.* Aluminis rotundi, chalcitidis, cretæ ſutoriæ ſeu melanteriæ, uel ſoreos, ſingulorum denariũ põdo duum: miſyos, malicorii, utriuſq; denarium pondo iiii: calcis uiuæ denarium põdo ſedecim, aceti ſextarium. Mali cortex in aceto decoquitur, ac cum diſſolutus fuerit, teritur cum acacia, poſtea cæteris adiiciuntur: & ubi bene habent, fiunt paſtilli: cum opus eſt, diluuntur aqua. *Paſtillus Threpti ad ſerpentia ulcera, & ubi Paſtionem oportet ſiſtere. Facit etiam ad oris uitia, ad aures ſuppuratas. Item cutis uitia, quæ exanthemata uocant, tollit. Carnis excreſcentiam reprimit. Narium ulcera, & ſedis affectus ſanat.* Corticis malorum punicorum pondo F denariũ x. gallæ omphacitidis põdo denariũ octo, ariſtolochiæ tantundẽ, aloes pondo denariũ iiii. myrrhæ põdo denariũ viii, fiſſi põdo denarium duum, thuris põdo denarium iiii. chalcanthi põdo denarium iiii. paſſo excipiũtur. *Paſtillus Gilui Hieracis Thebani ex halicaccabis i. ueſicarijs. Facit ad capitis ulcera, epinyctidas, & narium ulcera, quæ Græci ſydracas nominant. Iuuat rhagadas & quæcunque citra dolorem ad cicatricem uoles ducere.* Ceruſſæ pondo libram, ſpumæ argẽti põdo libras x. aluminis fiſſi, haliccacabi hoc eſt ueſicariæ corticis, chalcãthi, ſinopidis, ſingu. põdo ſeli brã: aceto excipiuntur. *Lucij præceptoris pharmacum confectum.* Aluminis, æruginis corinthiæ, minii ſynopici, ſingulo. menſuram heminæ æqualem: aceto diluuntur. *Ex libris Arei ad pſoras depaſcentes, ſerpentia carnem excreſcentem, pterygia, aures ſuppurantes, ulcera curatu difficilia. Sanat rhagadas & condylomata.* Sciſſilis, minii ſinopici, æruginis raſæ, gummi, gallæ, cytinorum, ſingulorum pares portiones, aceto diluũtur. *Magni Philadelphi ad prædictas diſpoſitiones.* Aluminis fiſſi, æruginis corinthię, chalcitidis, minij ſinopici, gummi, ſingul. pares menſuræ partes: aceto ſubiguntur. *Paſtillus ad eryſipelata.* Croci põdo denarii unius, opii tantundẽ, ceruſſæ pondo denariũ duum: paſſo diluuntur. Alia lecti o hẽt, glaucij pondo denarium viii. *Andromachi Crocoſus.* Argẽ ti ſpumæ põdõ denarium* iiii. hoc eſt unciæ dimidium: ceruſſæ uncias iiii. ſulfuris ignem nõ ex- G perti põdo unciã: croci, opii, ſingulorum põdo unciam unã: ſucco ſolani excipiuntur. Cum opus eſt, paſſo diluuntur. *Caij Neapolitani.* Ceruſſæ, acaciæ, glaucii, opii, cuiuſq; parem menſurã: paſſo ſubigito, & continuè perungito. *Aliud.* Ceruſſæ, acacię, ſingul. pondo denariorum viii. guttæ ammoniaci põdo denarium iiii. croci pondo denariorum duum, opii põdo denariorum duum: ſucci polygoni, uel ſereos, uel ſolani, uel cynogloſſi. *Ex libris Agathini.* Ceruſſæ pondo denariorum ſex: mannæ, thuris, ſingulo. denarii pondo unius: crocomagmatis, ſulfuris ignem non experti, ſingul. pondo denarium duum: ex ouis aſſatis uitellorum pondo denariorum ſex paſſo excipito. *Ad rhagadas, & condylomata. Curat etiam ani rhagadas, & nomas, Meneſthei pharmacum.* Aloes põdo uncias ſex, croci põdo uncias tres, aluminis fiſſi pondo uncias tres: uino diluuntur, & fiunt paſtilli: in uſu liquor diſpoſitioni reſpondeat. *Apollophanis, ad rhagadas & condylomata.* Stimmeos denarium põdo viii. acaciæ denarium põdo ſex, æruginis denarii pondo unius, opii denarium põdo duum, thuris denarii põdo unius s, myrrhæ denarium pondo duum, gummi denarium põdo iiii. uino maris experte paſtillos fingito. *Vt Nicolaus.* Stimmeos pondo denarium viii. acaciæ* tantundem, æruginis pondo denarii unius, opii põdo denariorũ trium, myrrhæ põdo denariũ iiii. gummi tantundem: uino excipito. *Magni ad rhagadas, & condylomata. ſiſtit nomas.* H Aloes pondo denarium octo, acaciæ pondo denariũ iiii. gallæ pondo denariorũ duũ, croci pondo denariorum duum, thuris pondo denarii unius, myrrhæ pondo denarii unius: uino ſubiguntur. *Paſtillus Diachylon, id eſt ex ſuccis, inſcriptus, ad nomas & ſcabioſos affectus.* Licii indici, aloes indicæ, myrrhę, ęris, aluminis ſciſſi, chalcanthi, cytinorum, thuris, ſingul. pondo denarium iiii. ſucci myrtorum heminæ dimidiũ: cõponito, & in paſtillos digerito. *Petronij paſtillus, qui Virtus appellatur, medicamentum ad rhagadas, & condylomata, in magnis doloribus accommodatum, & cito liberat.* Stimmeos, acaciæ, plumbi cumbuſti, & eloti, ſingulorum pondo denarium ſedecim: cineris cyprii, ericæ fructus, aluminis fiſſi, thuris, chalcanthi, myrrhæ, opii, ſingulorum pondo denariũm viii. uino excipiuntur, & fiunt paſtilli. Cum utendum erit, paſſo diluuntur.

* A liter ſex.

† Al. unc. ii.

* Al. xlviii. hoc eſt unc. ſex.

* Al. denarium pondo xx.

Paſtilli ab Andromacho conſcripti libro de Exterioribus. CAP. 12.

PAſtillus Darij, qui per anum immittitur. Stimmeos pondo denariũ ſedecim: acaciæ tãtundem, alii octo: æruginis põdo denarium xl. ſucci papaueris pondo denarium trium, quidam duũ: gummi pondo denariorum iiii. myrrhæ pondo denarii unius: thuris pondo denariorum trium, alii* unius: uino, uel ut alii aqua, diluuntur. *Paſtillus multiplicis uſus, & pus educens, & relaxans.* Corticis thuris pondo denariorum duum, æris ſquamæ pondo denariorum iiii. cum uino factos

* *Al. duorum.*

A no factos ex melli diluto. *Muſæ remedium.* Aluminis ſciſſi, aloes, myrrhę, chalcanthi, ſingulorum pondo denarium ſex: croci, crocomagmatis, ſingulorum pondo denariùm triũ: cytinorum pondo denarium iiij. mulſo ex falerno facto excipiuntur. *Ad Eryſipelata ex Agathocle.* Ceruſſæ pondo denariùm octo: aluminis rotundi, crocomagmatis, ſulfuris ignẽ nõ experti, ſingulorũ pondo denariùm duum. Tritis ſolani ſuccus ſuperfunditur: & paſtilli, dum uſus poſtulat, uino auſtero formantur. *Iſidori ad nomas.* Lanæ ſuccidæ pondo denariùm xl. ſcobis plumbi, ſquamæ, bituminis, ſingulorum põdo denariũ x. aluminis fiſſi rotũdi, mali punici corticis, gallæ, miſyos, chalcitidis, thuris ſingulorum pondo denariùm v. myrrhæ pondo denariũ duum: amurcæ heminas octo, uel ſiccæ quinque. *Paſtillus niger, quo vtor.* Malicorii denarium pondo x. ariſtolochiæ, gallæ, ſingulorum pondo denariũ octo: aluminis fiſſi, aloes, ſingulorum pondo denariùm iiii. myrrhæ, chalcanthi, pondo denariũ duum: thuris pondo denarium iiii. uino excipiuntur. Et cum res exigit, uino dulci diluuntur. *Paſtillus ex veſicarijs.* Argenti ſpumæ pondo denariùm uigintiquatuor: *ceruſſæ põdo denariũ xii. uel *uigintiquatuor: halicacabi radicis pondo * denarium octo: chalcanthi, aluminis ſciſſi, ſingulorum pondo denariũ iiii. minii quantum ad colorem accipiendum ſatis eſt: ex aqua ſubiguntur. *Paſtillus ex origano.* Oleæ foliorum uiridium põdo denariũ

B octo, mali punici corticis pondo denariũ ſex, origani pondo denariùm iiii. acaciæ pondo denariũ xii. chalcitidis, aluminis ſciſſi, miſyos, ſingulorum põdo denarium iiii. uino auſtero diluuntur. *Paſtillus ex rhu.* Gallæ pondo denariũ trium, acaciæ pondo denarium iiii. chalcanthi pondo denariũ v. chalcitidis † denarii dimidium, ‡ aluminis fiſſi pondo denariũ octo, rotundi pondo denarium iiii. miſyos pondo denariũ trium, malicorii pondo denariũ v. ſquamę pondo denariũ iiii. myrrhæ, aloes, ariſtolochiæ, ſingulorum põdo denariũ duum: thuris corticis pondo denarium iiii. taurocollæ pondo denariũ trium: rhu excoriarii chœnicis quartã partem, alii dimidiũ: aceti heminam unam & s, ex quo rhus madefiet ac teretur. *Polydæ ſphragis.* Aluminis fiſſi pondo denariũ trium, thuris pondo denariũ iiii. myrrhæ tantundem † uel pondo denariũ viii. ‡ chalcanthi pondo denarium duum, cytinorum põdo denarium xii. fellis taurini pondo denarium ſex, aloes pondo denarium octo: uino auſtero excipiuntur. *Paſtillus Andronius.* Cytinorum pondo denarium x: gallæ põdo denariũ octo: myrrhę põdo denariũ iiii. ſecundum alios * octodecim: ariſtolochiæ pondo denariũ iiii. chalcanthi põdo denarium duũ: aluminis fiſſi tantundẽ, alii pondo denariũ iiii. miſyos cyprii pondo denariũ duum paſſo diluuntur. Vtere ad multa polychreſto pharmaco. *Paſtillus Achillæ:* Spumæ, miſyos, aloes, ſingulorum pondo denarium duum: ariſtolo

C chiæ pondo denarium octo, aluminis fiſſi põdo denariũ quatuor, myrrhæ pondo denariũ duũ, thuris põdo denarium quatuor, gallæ põdo denarium viii. chalcanthi põdo denarium † duum, corticis mali punici pondo denariorum viii. fellis taurini pondo denariorum duum: aceto ſubiguntur. *Paſtillus ad nomas Iſidori celebris.* Mannæ, thuris, ſingulorum pondo denarium xxx. cytinorum, aluminis fiſſi, gallæ, cuiuſq; põdo denariorum viii. chalchanthi, ariſtolochiæ, myrrhæ, miſyos cyprii, calcis uiuæ, ſingulorum põdo denariorum x. acaciæ pondo denariorum viii. excipiuntur uino, uel aceto: & læuigata uſui ſunt. *Paſtillus alius ad multa.* Gallę pondo denariorum viii. cytinorum pondo denariorum xii. ęris combuſti pondo denariorum viii. ęruginis pondo denariorum ſex, aluminis fiſſi pondo denariorum viii. chalcanthi, acacię, fellis taurini, thuris, aloes, lycii, myrrhæ, aliàs & miſyos, ſingulorum põdo denariorũ viii. Sub canis æſtu, multo aceto teruntur. *Paſtillus Apollonij Archiſtratoris* Similinus, ut Alcimon, in uſum multiplicem.* Ceruſſæ põdo denarium decẽ, argenti ſpumæ põdo denariorum v. aloes pondo denariorũ * quinquagin ta aluminis fiſſi põdo denariorum iiii. thuris põdo denariorum quatuor, myrrhæ pondo denarii * unius, cimoliæ pondo denariorũ xxv. uino excipiuntur, interim cum uino & roſaceo utitor.

Ad eryſipelata, quo vtor. Argenti ſpumæ pondo libras ſeptem, ceruſſæ pondo denarii unius:

D opii, † ſulfuris ignem non experti, ‡ croci, ſingulorum põdo uncias tres: paſſo excipiuntur. Cum uſus eſt, paſſo diluuntur. *Glaucij ad multa faciens.* Aluminis liquidi pondo denariorum ć. myrrhę pondo denariorum octo, croci pondo denariorum viii. paſſo diluuntur: *Ad eryſipelata bonus.* Acacię pondo denariorum octo, miſyos pondo denariorum iiii: opii pondo denariorum duum, thuris põdo denariorum iiii. cum aceto excipiunt̃. Facit etiã ad herpetas. *Alius ad eadem.* Opii pondo denariorum quatuor, acacię põdo denariorum iiii. diphrygis pondo denariorum quatuor, aluminis fiſſi pondo denariorum quatuor, ex aqua diluuntur. Cum aceto utitor. *Alius ad eryſipelata.* Ceruſſę pondo denariorum octo, ſulfuris ignem non experti pondo denariorum quatuor, papaueris pondo denariorum duum, rutę foliorum pondo denariorum duum, aluminis fiſſi pondo denarium iiii. cimolię pondo denarium duum, amyli pondo denariorum duum: melle & aceto diluuntur. *Ad Herpetes Tyberij Cæſaris.* Diphrygis, meconii, aluminis fiſſi, acaciæ, ſingulorum pondo uncias tres: aceto uel aqua diluens utitor. *Ceranitis uſus multiplicis.* Arſenici denariorum pondo triginta duum: ariſtolochię denarium pondo triginta duũ, alii viii. iridis denariorum pondo triginta duũ: gallæ pondo denariorum ſedecim, alii viii. aluminis rotundi denariorum pondo ſex, chalcitidis denariorum pondo ſex, ſquamæ æris denariorũ pondo ſedecim, chalcanthi denariorum pondo octo, reſinæ ſiccæ denariorum põdo viii. aceti con-

* Aliter iiii. * Aliter xx.

* Al. denarium pondo dimidiũ.

† *In quibuſdã cod. hæc nõ habentur.*

* Aliter xxviii.

* Aliter viii.

* Al. melinus. * Aliter iii.

* *Al. duorum.*

† In aliquibus non ſunt hæc uerba.

gios quatuor, caniculæ ſub æſtu æreo mortario & cochleario læuigãtur. Quòd ſi æreũ mortariũ E nõ habeas, ſquamæ minam iniicito, quæ ualet denariis centum. *Paſtillus cognomento Bithynus in Sicilia confectus, ad nomas, fiſtulas, pterygia, cum duplici cerato ad herpetas, eryſipelata, & alia.* Mali punici corticis denarium pondo vi. gallæ denarium pondo vi. iridis illyricæ denarium pondo iiii. ariſtolochię denariũ põdo vi. chalcanthi denariũ pondo iii. aluminis fiſſi denariũ põdo ſex, chalcitidis denariũ pondo vi. miſyos denariũ pondo. iii. nitri denariũ põdo ii. thuris denarium pondo duũ, cadmiæ denariũ pondo vi. æris ſquamæ denarium pondo iiii. chryſocollæ denariũ pondo † duũ Ex aceto ſub caniculæ æſtu præparato. *Paſtillus ad condylomata, & ani inflammatione & pterygia.* Thuris, acaciæ, ſtimmeos, ſingulorũ denariũ pondo † ii. æruginis, myrrhę, opii pa paueris, gũmi, nardi celticę, ſingulorum denariorũ pondo † ii. ex uino auſtero trita inunguntur.

† Al. vnius.
‖ Al. xxx.
‡ Al. vnius.

Arida variæ ſpeciei ſeu generis, à prænominatis authoribus indicata, quibus ſingula conuentant.

Quæ ſcripſit Andromachus in calce operis de exterioribus. CAP. 13.

*Alite. l.

ARidum exedens, ſine morſu. Sandarachę denariorũ pondo* duorum, arſenici denariorũ pon do ii. chalcis uiuæ denariorũ pondo iiii. mannę denariorum pondo quatuor: tritis utitor. *Facultas ſanguinem comprimens, qua vtor.* Chalcitidis, miſyos, mãnę, ſingulorum denariorum pondo iiii. alii ii. tritis utitor. *Flaua, qua vtor.* Chalcitidis, pondo denariorum c. atramenti ſuto F rii, Græci uocant chalcanthon, denariorum pondo l. miſyos torrefacti denariorum põdo xxv. æris cõbuſti denariorum pondo xii. & s. læuigatis utitor. *Sanguinem ſupprimens, magna.* Miſyos cyprii denariorum pondo vii. atramenti ſutorii totidem, corticis piceæ denariorum pondo iiii. mannæ thuris denariorum pondo iiii. ſquamæ æris denariorum pondo iiii. æris uſti denariorũ

*Aliter ii.

pondo xv. chalcitidis denariorum pondo xv. calcis uiuæ denariorũ pondo* octo, alii denariorũ

* Al. σφόδρα. i. uehementer.

pondo xl. gypſi torrefacti denariorum pondo iiii. alii v. tritis utitor. *Sanguinem cohibens* Aphrodæ.* Chalcitidis denariorum pondo ſex, mannæ thuris denariorum pondo ii. reſinæ terebinthinę, fricte, ſingulorum denariorum pondo iiii. vtere tritis ad hæmorrhoidas. *Aliud vt Harpocras.* Sandarachæ denariorum pondo ii. arſenici denariorum pondo iiii, calcis uiuæ denariorũ pondo octo, Paſtillos fingito ea aqua diebus xxxx. terens, & ſic inungito. *Aliud ad Hæmorrhoidas, quo vtor.* Arſenici denariorũ pondo viii. ſandarachæ denariorum pondo viii. elaterii denarium põdo quatuor, thapſiæ denariorũ pondo ii. chryſocollæ denariũ pondo quatuor, calcis uiuæ denariorum pondo iiii. tritis utitor. *Aridum Galli, varij vſus, ad pterygia.* Argenti ſpumæ denariorum pondo viii. æruginis denariorum pondo x. læuigatis utitor: commendatur. *Ad pterygia bonum.* Chalcitidis, caricarum cõbuſtarum, malicorii, ſquamę æris, ſingulorum pares por- G tiones. Cum opus eſt mel coctũ miſceto: emplaſtri modo imponito: alternis diebus ſoluito, expurgans, non madefaciens nec reſpergens. *Anthera ideſt florida, qua vtor.* Sandarachæ denariorum pondo triginta duum, alii ſedecim: aluminis fiſſi, myrrhæ, fæcis croci, ſingulorũ denariorum pondo ſedecim: iridis totidẽ, cyperi denariorum pondo * ſexaginta ſex. *Florida Magni.* Caſiæ denariorum pondo xxiiii. aluminis fiſſi, gallæ, foreos, miſyos, ſingulorum denariorum põ do iiii. ſandarachę denariorum pondo viii. malicorii denarii pondo i. myrrhæ obolos iiii cinna momi obolos iiii. croci denariorum pondo ii. myricæ fructus denariorum pondo duum. Tritis utitor. *Aridum cephalicum ideſt capiti accommodum.* Iridis denariorum pondo iiii. thuris, panacis, ariſtolochiæ, ſingulorum denarium pondo ii. tritis utitor, etiam ad nomas. *Aridum cicatricem inducens.* Oſtreorum cõbuſtorum denariorum pondo ii. mannæ denarii pondo unius, cadmiæ obolos iii, contritis utitor, & ad nomas. *Aliud aridum cicatricem inducens.* Piceæ corticis denariorum pondo vi. mannæ denariorum põdo ſex, ariſtolochiæ denariorum põdo ſex: pumicis, reſinæ, ſingulorum denariorum põdo iiii: iridis illyricæ denariorum pondo xii. lęuigatis utitor. *Aliud cicatricem ducens, & ad cacoethe.* Piceæ corticis denariorum pondo vi. cornu ceruini combuſti denariorum põdo iiii. cadmiæ denariorum pondo xxii. ceruſſæ, mannæ, ſingulorũ H

* Aliter xiiii.
*Al. xiiii.

* Aliter xii.

denariorum pondo iiii. æruginis raſæ denariorum pondo ii. contritis utitor. *Aliud.* Gallæ denariorum pondo iiii. ceruſſæ denariorum pondo* octo, myrrhæ pondo denariorũ iiii. argenti ſpumæ denariorum pondo octo, retrimenti plumbi denariorum pondo quatuor: trita uſurpantur.

Maiæ, ſiue obſtetricis, generoſum ad condylomata & rhagadas. Gallę, molybdenę, ſingulorum de narium pondo viii. myrrhæ, ceruſſæ, ſingulorum denariorum pondo iiii. tritis utitor. *Auxilium ad omnia.* Iridis loco molybdænæ, argenti ſpumę duas partes iniicito, reliquorum cuiuſq; unã.

Aridum exedens, Lecanij Arei. Arſenici pondo libram, calcis uiuæ denarium põdo ii. In aqua tertio diebus triginta, mutans quotidie bis aquam in Sole: deinde reſiccatis utitor. *Enchatiſma quaſi inſeſſio, ideſt quod inſeſſu curat Hæmorrhoidas, Phanij.* Atramenti ſutorii, aluminis fiſſi, chalcitidis, miſyos crudi, ſandarachæ, ſingul. denariũ pondo iiii. Trita oĩa habeto ubi uſus venerit, ne- * Aliter ſextarii vnius.

terem urinã ſalitam uiri unius, † ſextariorum duorum ʒ menſura in fictilem peluim iniicito: medicamenti uero denarium pondo xii: ſuperfundito urinæ, ut ſemp duo ſextarii ſeruẽtur. Hoc utitor inſidẽs diebus vii. nã in his actionẽ promouet: ubi ſordidũ in fundo ſubſtiterit, anũ circunlinito. *Aridum carnes cicatrice obducens citra eroſionem, Harpocratis.* Sandarachæ, chryſocollæ, arſenici, pares ſingulorũ portiones. Itẽ ad cacoethe facit. *Paſtillus ad nomas, dictus Aſclepiades.* Chal-

citidis,

A citidis,arſenici, pares portiones:calcis uiuæ duplum. Habet etiã ſandarachæ æqualem reliquis portionem. *Ad Ani vitia.* Alumine liquido nucis magnitudine cũ mellis cyathis duobus cocto utitor. *Siccum ad nomas quo utor.* Squamæ, arſenici, chartæ cõbuſtæ, plũbi uſti,ſingulorum denariũm pondo iiii;ſulfuris ignẽ non experti denariũ põdo quinque*:lęuigatis utitor. *Aliter.* Squamę,arſenici,ſulfuris, plumbi cõbuſti, ęris, ſingulorũ denarium põdo iiii:ſandarachæ denariũm pondo*quatuor, ęruginis denarii pondo unius, chartæ cõbuſtæ denariũ põdo iiii: utitor cum rhodino uel melle. *Criſpi odoriferum ad nomas.* Squamæ,arſenici,ſandarachę,ſingulorum denariũ põdo ii:gallæ denariũ pondo iiii,myrrhæ denarii pondo unius,thuris tantundem,atramenti ſutorii denariũ pondo ii, chartę combuſtę denariũ pondo iiij:læuigatis utitor. *Antipatri ad nomas.* Chryſocollæ põndo.3.vj,arſenici pondo.3.vj:arido utitor, & cum rhodino. *Aliud vt Alcimion.* Arſenici denariũ pondo:†ij, ſquamæ denariũ pondo iii,chryſocollæ denarii pondo i. Sicco & cum rhodino utitor: aqua dilutum cicatricem ducit cum cerato rhodino. *Aliud Publij ad nomas.* Calcis uiuæ denariũ pondo iiii:arſenici,ſquamę, chalcitidis, ſandarachę,ſingulorum denarii pondo unius:tritis utitor: non nulli ſandarachæ † denarii pondo unius. *Medicamen explantis,ad nomas probum.* Mali punici corticis, chryſocollæ,aloes,ſingulorum denarium
B pondo iiii:arſenici, ſandarachæ,ſingulorũ denariũ pondo iiii:aluminis fiſſi denariùm põdo iiii, chalcitidis denariũ pondo iiii, myrrhæ*ſiccæ denariũ pondo vii, oleæ ſiccæ foliorum tãtundẽ: tritis utitor. *Aliud Alcimionis.* Myrti ſylueſtris denariũ pondo viii:malicorii, oleæ foliorum, myrti nigræ, & corticum, ſingulorum denariũ pondo xii: ſpinarum cineris denariũ pondo viii, ficuum cineris denarium pondo † xvi, orcheos herbæ denariũ põdo viii: arido cũ melle utitor. *Aureum, quo utor.* Malicorii denariùm pondo xxv, aluminis fiſſi denariùm pondo x:atramenti ſutorii,miſyos,ſingulorum denariũ pondo viii: ſquamæ denariũ pondo xvj,gallæ denariũ põdo xv, melãteriæ ex clauis cõfectę denariũ põdo † v:chalcitidis, ęris cõbuſti, ſingulorum denariũ põdo viii:lęuigatis plurimũ ex aceto utitor. *Aliud recens efficacius ad nomas, Philini. Inalterat,& pus educit.* Aphronitri pondo libras † ii,mellis tantundem. Aphronitrum melle ſubactũ urito,deinde lęuigato:admiſceto, iridis illyricę pondo.3.vi:trito utitor,& cũ melle. *Aridum Erodens.* Arſenici,ſandarachæ, ſingulorũ denariũ pondo ii:calcis uiuæ denariũ pondo iiii, alii triũ: læuigatis utitor. *Aliud.* Calcis uiuę, arſenici, atramenti ſutorii, ſingulorum pondo denariùm iiii:ex aqua calida plurimũ terito. Reſiccatis ac tritis utitor. *Aridum Erodens Melitonis.* Auripigmẽti,ſandarachæ,calcis uiuę, pumicis ſingulorũ denariũ pondo iiii:in aqua xxx diebus con-
C terito,ſed quotidie illa mutata:ubi inaruerint tritis utitor. *Aridum inſigne ad Hæmorrhoidas præclari Apollonij Tarſei.* Chalcitidis uſtę,ſquamę,arſenici cõbuſti,atramenti ſutorii,ſingulorũ denariũ põdo iiii:diphrygis denariũ põdo duũ,ſoreos cõbuſti obolos iiii,argẽti ſpumę cõbuſtæ obolos quatuor,aluminis fiſſi denariorũ pondo quatuor,æris uſti tantundem:læuibus factis utitor.

* Aliter ij.

* Aliter iij.

† Aliter vj.

†Al.denarium pondo duorum myrti.

*fortaſſe,

† Al. duorum, al. duodecim.

† Aliter xv.

†Al.vnam.

Quæ Aſclepiades in librorum quinto de Exterioribus, quos Marcellas inſcribit,arida conſcripſerit. CAP. 14.

ANdromachus arida,quę affectui cõueniunt,iis quę affectis proſunt, admiſcuit:uerũ Aſclepiades in quinto ſeorſum quę ad affectũ conducunt, ſeorſum item,quę parti affectę utilia ſunt,expoſuit:nã parte omiſſa, tradidit cicatricem ducentia,cruſtas inferentia,ad nomas cõuenientia & carbunculos,tũ quæ uocant à ſanguine cõtinendo, iſchæma:cum loco autem affecto, quę ad polypodẽ,ozęnas, & ſanguinis profluuia ex naribus, ad oris nomas, gingiuas humidas, in genis duras excreſcẽtias,ad paronychia,pterygia,ani rhagadas,& hęmorrhoidas.Quęd ãẽt a parte affecta denominationẽ ſortiuntur, conueniunt tamẽ & aliis partibus, cuiuſmodi quoq; cephalica, ideſt capiti ſuccurentia, à medicis dicta, q̃ eximie oſſibus conducunt, quanquam & totius corporis exulceratiões carne replere poſſunt:nõ.n.capiti quatenus caput eſt, ꝓdeſſe ſũt
D nata.Nimirũ etiã,niſi os denudatum ſit,uſum ipſorum non requirimus: ſed in nudatis,quoniam pinguia pharmaca uitamus,ſiccis ſolis utimur, fugientes emmota à medicis Grece appellata,ꝙ linamentis inunctis offerantur. Quemadmodũ autem oſſibus in capite denudatis uſus ipſorum aptiſſimus eſt, ita etiã in aliis omnibus denudatis oſſibus,ſiue brachii ſiue cubiti, ſiue radii,ſiue femoris, ſiue tibiæ. Quare nos etiã arida ab Aſclepiade ſcripta deinceps proditurі, cum ipſum prima oĩum cephalica ſcripſiſſe inueniamus, prima ponemus,quòd non ſolum oſſibus in capite denudatis,uerum & aliis omnibus ſimili modo affectis,ipſa ſint accommoda.Deinde q̃ cicatricem ducunt, percenſebimus, omnia his interiecta prætergreſſi, q̃ affectum locum attingunt. Poſtea quæ prædicto iam mihi ordine ſequuntur,omnia aggrediar.Non nulla ſane ex ſiccis medicamentis duplicem uſum obtinent, ut & ſiccis ipſis uti poſſumus,& cum aliis quibuſdam miſtis,ſicut idem Aſclepiades quoq; indicat.

Arida Cephalica.

Aridum Cephalicum, quo vſus eſt Lucius præceptor,tollit ſquamas, oſſa corrupta educit, cauа implet. Medicamentum pingui caret. Iridis illyricæ,panacis, ſingulorum denarium pondo iiii:ariſtolochiæ denariorũ pondo ii,mannę tantundem:alii ſine ariſtolochia.Omnia cõtunduntur,& cribrantur. Vti licet per ſe & cum melle. *Medicamentum ex Silphio calloſa conſumit, & ſordida purgat, &*

gat, & caua replet. Vlcerum relictas tunicullas exedit. Resinæ pityinæ ficcæ denariũ pondo duodecim: *soreos torrefacti uino restincti, iridis illyricæ, aristolochiæ, singulorũ denariũ põdo octo: silphij denariũ põdo quinquaginta, æris squamæ denariũ põdo duũ, thuris denariũ põdo quatuor: arido, & cum melle utitor. *Medicamentum ex, eruis, Xenocratis.* Eruorum ruforum farinæ denariũ põdo viii, illyricæ denariũ pondo decẽ, mannæ denariũ põdo quinque, aristolochię denariũ põdo quinque, squamæ tantundẽ: tritis, & cũ melle utitor. Aliæ lectiones habẽt, bryoniæ radicis denariũ põdo octo: mannæ, squamæ, iridis, singulorum pondo denariũ duodecim: erui denariũ pondo decem, aristolochiæ longæ denariùm pondo quindecim. *Medicamentum quod ex Serapiade inscribitur. Squamas tollit, carnem facit, ex ijs quæ ualde resiccant.* Serapiadis, orcheos, iridis illyricæ, marrubij sicci, singulorũ denariũ pondo octo: erui farinæ pondo denariũ decem, aristolochiæ denariũ pondo *quinquaginta: sicco, & cum melle utimur. *Tryphonis Cephalicon, aufert squamas.* Piceæ corticis, squamę æris, pumicis combusti, singulorum denariũ põdo sex: mannæ thuris, aristolochię, iridis illyricæ, resinæ pityinæ, singulorũ denariũ põdo quatuor: myrrhæ, aloes, singulorum denariorũ põdo duorũ: sicci, & cum melle usus est. in Athenei scripturis sine piceæ cortice medicamẽtum est. Habet autem & gallæ pares mannæ portiones.

Al. pumicis. *Al. viij.*

Arida cicatricem inducentia.

De oĩbus ulceribus recentibus, & uetustis curatu facilibus, & difficilibus, in medicatoriæ methodi libris, tertio, quarto, & quinto disseruimus. Quin etiã in huius operis prioribus, cauorum ulcerum sine omni casu pharmaca carne replentia, uirtutem terssoriã sine ullo morsu obtinere docui: quæ autem cicatricem inducunt, cum eo, quòd citra mordacitatẽ adstringunt, magis exiccare, quæ uero supercrescentem carnẽ tollunt, calida esse & acria. Quin etiam q̃ optima esse inter ea, quæ cicatricem ducunt existimem, tum in commentario de morbis curandis p̃dixi, ubi omnium affectuum curationis methodi ostensæ sunt: tum prius in hoc p̃senti opere, cum de iis, q̃ ulceribus conueniunt, ageretur. Asclepiades autem pharmaca, sicut & Andromachus, cicatricem inducentia conscripsit, non distinguens, utrum nullo alioqui malo conflictantia ulcera, an q̃ proprie ægre ad cicatricem uenientia dicuntur: q̃ permultum inuicem differre ostendimus, cum singula proprium curationis scopum habeant. In quibusdam tamen adscripserunt, q̃ & ad cacoethe faciant, uel rursus ad condylomata & rhagadas. At quanquam Asclepiades magis Andromacho distinguere soleat, tamen in ijs, q̃ cicatricem ducunt, distinctionem nullam posuit. Verum quæ ego recensui, tum in medendi methodo, tum in hoc opere, indicabunt, si mẽtẽ adhibeas, quomodo singulis descriptis utendum sit. *Aridum cicatricem inducens Asclepiadis,* *Cineritium, quod Cineris speciem referat, nominatum, ex Magni medicamentis.* Calcis uiuæ denarium pondo sex: mannæ, thuris, squamæ, singulorum denariũ põdo quatuor. *Aliter.* Calcis uiuæ denarium pondo duodecim: squamæ, mannæ, singulorum denariũ pondo quatuor, sed ut Archibius vult, squamę denariũ pondo octo: mãnę denariũ põdo octo, uel quatuor: in alijs scripturis calcis uiuę denariũ pondo octo *Vt Heliodorus.* Calcis uiuę, mannę thuris, singulorũ denarium pondo octo: squamę denariũ pondo quatuor. *Rufum cicatricem dicens.* Misyos torrefacti denarium pondo octo, squamæ æris denarium pondo decem, mannę denarium pondo sex: tritis utitor. *Magni cicatricem ducens.* Diphrygis, squamę, singulorum denariùm pondo quatuor: illyridis, mannę, singulorum denariorum pondo duum: contritis utitor. *Medicamentum ex pumice.* Pumicis torrefacti uino restincti denarium pondo octo squamę, mannæ, singulorũ denarium pondo quatuor: iridis, resinæ pityinæ ficcę, singulorum denarium pondo quatuor: tritis utitor. *Aliud Ptolomæi celebris. Facit & ad curatu difficilia.* Piceæ corticis denariũ põdo sex, cadmiæ tostæ denarium pondo octo: squamæ, cornu ceruini cõbusti, mãnæ singulorum denariũ põdo quatuor: tritis utitor. In alijs exẽplaribus habet, plũbi cõbusti & eloti denariũ põdo iiii, molybdænæ denariũ põdo octo. *Arida crustas inducens.* Diximus quoq; hæc acris & adurentis esse potentię. Quare etiam usus ipsorũ est, tum in his, q̃ propter nimiam humiditatem, ac intẽperiem partis affectæ, tum propter putredines partibus quibusdã innatas, ꝓueniũt. *Crustas obducentia, Asclepiadis. Meli non Lucij præceptoris, quod crustas inducit, callos excindit insperſum & compressum summo specillo. compescit autem, & difficilibus curatu cicatricem inducit. si quis in tenui pharmaco utatur.* Qui ergo dictum puluerẽ usurpat, chalcitidis crudæ denariũ põdo viii. cadmiæ denariũ pondo iiii. ieiunus cũ saliua excipito tm̃, ut solũ ipsum pharmacũ humectet: deinde collige, & operculo claudens, sine melinũ fieri: ubi in umbra deficcaueris, leuiter circunferens pastillũ, trita excipito, sicut p̃dictũ est. Apud alios uocatur medicamentũ fuscum. Excipitur aceto acerrimo, & siccatur læuigaturq̃. In alijs scripturis, sicut Eunomus Asclepiades usus est. Habet autem sic. Chalcitidis denarios xii. cadmiæ denarios vj. sandarachæ tantundem: aceto excipiuntur. *Aliud.* Chalcitidis, chalcanthi, cadmiæ, singulorum tostorum paria pondera, ieiunus excipito saliua. *Quod inscribitur Eutonon, i. robustum.* Chalcitidis tostæ, † chalcanthi, sandarachę, cadmię, singulorum pondo denarium octo: sicca inspergito. *Dia tessaron, i. quod ex quatuor constat.* Chalcitidis tostæ, misyos, diphrygis, singulorum pondo denarium iiii. chalcanthi ustæ denariũ pondo iiii. *Crustans inducens, ualde generosum.* Alumininis fissi, atramẽti sutori, gallarũ, misyos cypriĩ, singulorũ denariũ pondo xvj.

Al. denarios quinque.

A do xvi, ſoreos denariũ pondo † iiii: cõtritis utitor. *Confectum, vt Eunomus.* Miſyos peregrini denarium pondo xvj, ſoreos denariũ pondo xii, æris cõbuſti denariũ pondo † ii, lapidis fiſſi cõbuſti denariũ pondo viii: atramẽti ſutorii, ſandarachæ, aluminis fiſſi, ſingulorũ denariùm põdo iiii: tritis utitor inſpergens, & ſpecillo comprimens. *Ad nomas.* Putrida ulcera cum ambientes partes depaſcunt, nomas proprie appellant: ac cõſtat tales affectus uehemẽtiſſimis medicamẽtis indigere nam in ipſis ſæpe etiam cauteriis utimur. *Ad nomas, Aſclepiadis pharmacum Lucij præceptoris ad nomas.* Sulfuris uiui, auripigmẽti, ſquamæ, ſingulorũ denariũ põdo † duũ: æris combuſti, quantum color exigit: arido, & cum melle utitor. *Publij præceptoris.* Auripigmenti denarium pondo iiii, ſquamæ denarium pondo duum, elaterii denarii põdo unius, chartæ quãtũ ad colorem ſatis eſt. *Vt autem Eunomus vſus eſt.* Arſenici, ſquamę, ſingulorũ denariorum pondo iiii: ſulfuris uiui, elaterii, ſingulorũ denariorũ pondo duorũ: chartæ cõbuſtæ quãtũ ad colorem ſufficit. In aliis ſcripturis eſt, sãdarachæ denariorũ põdo iiii, ſquamæ denariorũ põdo vi, arſenici denariorũ pondo iiii, elaterii denariorũ põdo duorũ, chartæ combuſtæ denariorũ põdo iiii.

† Aliter xvj. † Al. viij.

† Al. vnius.

Medicamentum Arei ad nomas, quod etiam ſordida purgat citra medicationem roſaceo dilutum. Facit etiam ad vuluæ exeſum. Dedit Theotropus. Arſenici, chartæ combuſtę, plumbi uſti & eloti,

B ſquamę æris, ſingulorum denariorũ pondo iiii: ſingula per ſe teruntur, poſtea ſimul miſcentur. Vtitor ad prædictos affectus. *Ptolemus autem ita vſus eſt:* Plumbi combuſti, arſenici, ſquamæ, ſchartæ cõbuſtæ, ſingulorum denariorum pondo iiii: ſulfuris uiui denariorum pondo duorum: tritis utitor. *Vt autem Apelles. Medicamentum confectum, quod dia chartu, id eſt ex charta, inſcribitur, nomas non ſolum ſiſtit, ſed etiam incipientes prohibet. Facit & ad dyſentericos, infuſum roſaceo.* Cũ autem ait inſtillatum dyſentericis, ſuſpitionem ſubeſſe de nome indicatur. Compoſitio ita habet. Chartæ combuſtæ, plumbi combuſti, æris cõbuſti & eloti, arſenici, ſquamæ ſtomomatis, ſingulorum æquas portiones: ſulfuris uiui dimidium: tritis utitor uel cũ melle, uel rhodino.

Moſchionis ad nomas. Elaterii, chartæ combuſtæ, ſquamæ æris, ſingulorum denariorum põdo duorum: auripigmenti denariorum pondo iiii: æruginis ſcoleciæ, ſalis ammoniaci, ſingulorum denarii pondo unius: tritis utitor, & cum rhodino. *Odoriferum Lucij præceptoris.* Squamæ, gallæ, utriuſq; denariorũ põdo iiii: ſandarachæ, arſenici, ſingulorũ denariorũ põdo duorũ: myrrhę atramenti ſutorii, utriuſq; denarii põdo unius: thuris denariorũ põdo duorum: elaterii denarii pondo unius: chartæ cõbuſtæ, quantum colorem efficit. *Nos autem ſic.* Squamæ, gallæ, myrrhæ, ſingulorum denariorũ pondo viii: ſandarachæ, arſenici, elaterii, ſingulorũ denariorũ põdo

C iiii: thuris denariorũ põdo iii, atramẽti ſutorii* tantundem, chartæ quo colorem acquirat. *Vt paſion.* Arſenici, ſquamæ, ſingulorum denariorum põdo duorum: chalcanthi denarii pondo unius, ſandarachę denariorũ pondo duorũ: myrrhæ, thuris, galæ, ſingulorum denarii põdo unius: chartæ denariorũ pondo quatuor: tritis & cum roſaceo utitor. *Heraclides hanc ſcripturam habebat.* Gallæ denariorum põdo vi: arſenici, ſandarachę, ſquamæ, ſingulorum denariorum pondo quatuor: thuris denariorum pondo trium, chalcãthi tantundem, myrrhæ mineæ denariorũ pondo duorum, chartæ denariorum pondo octo. *Vt Cleobulus.* Squamæ, ſandarachæ, arſenici, ſingulorum denariorum pondo duorum: myrrhæ, thuris, atramenti ſutorii, gallæ ſingulorum denarii pondo unius: chartæ, ut colorem accipiat.

* Al. denarium pondo iiij.

Ad Carbunculos.

CArbunculus ulcus eſt cruſtam cito cũ inflãmationes totius partis circundatę ualida faciẽs, vt & febres uehementes, & extrema pericula inferat. Quare ipſi cruſtæ ualens medicamẽtum imponere oportet, & ex ijs, q̃ ad nomas conducere dictum eſt: circumpoſitas autem partes cataplaſmatis fouere, q̃ æqualem uim habeant, ut repellant, & mediocriter refrigerent, & digerant. Verum de cataplaſmatis in proprio libro dictũ eſt. Nunc ab Aſclepiade ſcripta percẽ

D ſebimus. *Ad Carbunculos medicamenta ab Aſclepiade prodita. Medicamentum Maſſiliotæ.* † Hoc propter uires expoſuit, q̃ carbunculos ad ſuperficiẽ p̃ducat, & multos auferat. ℈ Chryſocollæ, nitri toſti, lapidis aſii, arſenici, ſandarachæ, miſyos toſti, chalcitidis, aluminis fiſſi, diphrygis, ſingulorum denarium pondo quatuor: trita oĩa ſigillatim, ſimulq; in uas æreum cyprium reponimus. Dũ uſus poſcit, imponimus, apprimẽtes ſpecilli latitudines, donec carbunculus nigreſcat. Deinde ſupraponimus infra ſcriptũ uiride, quod ita habet. Thuris, æruginis raſæ, ſquamæ æris, ſingulorũ denarii põdo unius: aluminis fiſſi obolos iiii, ſalis ammoniaci obolos iiii, ceræ denariũ põdo vii obolos iii, reſinæ pityinæ aridæ denariũ põdo xv, olei ueteris heminam unã. Arida in Sole cũ aceto teruntur: q̃ liquefieri p̃nt, liquantur, & immittuntur: ubi rurſus contuderis. aſſumens vtitor. Apud Demoſthenẽ Maſſiliotã, qui pharmacũ cõpoſuit, olei habet duas heminas. *Apionis ad carbunculos* Nitri rubri, arſenici, ſandarachæ, chalcitidis, atramẽti ſutorii, diphrygis, ſingulorũ parẽ mẽſurã: aceto læuigentur: & exiccatis, rurſusq; tritis, utitor. *Apollonij Organici.* Chryſocollę, aluminis ſciſſilis, & rotũdi, ſandarachæ, ochræ, miſyos crudi, atramẽti ſutorii, ſingulorũ denarii põdo i: tritis utitor. *Florida Magni ad putredines, nomas, carbũculos, Pterygia, aures ſuppurãtes. Valet ẽt ad Oris nomas.* Aluminis fiſſi denariũ põdo viii, chalcitidis denariũ põdo vi, ſandarachę denariũ põdo iiii, mali punici corticis ſiccæ denariũ põdo ii, atramẽti ſutorii denarii põdo † uni

† In antiquis Codi. ita legit. τάυτλω ἐξέθηκε τῇ πόλει τὴν δύναμιν, διὰτο τοὺς ἀνθρακας ἐπιπολάζειν, καὶ πολλους ἀφαιρεῖσθαι, i. hoc medicamẽtum ciuitati dedit, quod cabunculi abundarent, ac multos perderent.

† Aliter denarium quorum.

miſyos

miſyos denariũ pondo duũ:nitri,omphacini ſicci, ſingulorũ denariũ pondo duum:Sicco, & cũ E
melle utitor. *Aliud Diodori*. Gallæ omphacinæ denarium põdo quatuor:miſyos,chalcitidis, auripigmẽti, sãdarachę, ſingulorũ denariũ põdo duũ:aluminis fiſſi, atramẽti ſutorii,lapidis aſii, diphrygis,nitri rubri,ſingulorũ põdo denarii uni⁹: tritis inſpergito,cõprimẽs ſcalpelli ſummo.
Sanguinem ſiſtens Aſclepiadis, Lucij præceptoris medicamentum confectum. Chalcitidis denariũ pondo xvi,mãnæ denariũ põdo xii,terebinthinæ aceto ſubactæ.Siccis cõſperge locos,unde sãguis ꝓfluit. In aliis duabus ſcripturis inuenimus, Chalcitidis denariũ põdo viii, mãnę denariũ
†Al.xx. pondo xvi, terebinthinæ frictæ† tantundem. *Dioſcorides Tharſeus tradidit Areo Aſclepiadeo pharmacum mirifice ſanguinis profluuia comprimens*. Chalcitidis denariũ pondo viii,mãnæ denarium pondo xvi,reſinæ ſiccæ denariũ pondo viii,gypſi tãtundẽ. Alia contundunt̃,cribrant̃,miſcentur, in ærea pyxide reponunt̃. Vbi uſus poſtulat,pares portiones medicamẽti cũ gypſo miſcentur.*Ex libris Heraclidis,medicamentum ad Hæmorrhoides. Hoc uſus eſt ad ſanguinis ex naribus profluuia,lanam intingens & conuoluens, tanq̃ ellychnium*.Acidi mali punici corticis põdo.vnc.iii, aluminis ægyptii pondo.vnc.iiii,chalcitidis põdo unciã:tritis utitor:naribus uero lanã medicamẽto repletã imponito. *Hercules cognomento, ad ſanguinis eruptiones,hoc loco cauterij uſus eſt.Cruſtam autem inducit.Facit etiam ad Pterygia, reprimit oẽm excreſcentiam, oſſa reducit, remouet ſquamas*.Soreos,atramẽti ſutorii,chalcitidis uſtæ,rhu coriarii, ſingulorũ denariũ põdo iiii: tritis utitor. *Sanguinem ſiſtens compoſitum*. Miſyos peregrini denariũ põdo ſex, atramẽti ſutorii totidem
*Al. quatuor. piceæ corticis, chalcitidis, ſingulorũ denariũ pondo quatuor: mannæ denariùm põdo*viginti, gypſi denariũ pondo quatuor:tritis utitor. *Aliud*.Thuris pondo unciam,miſyos peregrini pondo denariũ quatuor,gallæ omphacinæ denariũ pondo quatuor,chalcitidis denariũ põdo quatuor,ſuberis cõbuſti denariùm pondo octo,rhu coriariæ denariũ pondo quatuor: tritis utitor.

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM PER GENERA

LIBER SEXTVS

ARGVMENTVM LIBRI.

Hic quoq; multiplicis uſus emplaſtra declarantur,maxime uero quæ ad nomas G
faciunt, quæ item attrahunt, digerunt, & diſcutiunt.

Quid differant vlcera ægre curabilia a nomis: & de vſu methodi componendorum medicamentorum. CAP. I.

SVperiore commentario emplaſtra dicta Græce polychreſta, ꝙ multis conueniant affectibus, diſtinguentes, ea collegimus, quæ præterquã aliis,etiam vlceribus ægre ad ſanitatem peruenientibus, mederi pollicent̃. In præſentia uero ad aliud emplaſtrorum genus multiplici uſui accommodatum digrediar:quæ ſingula tum ad alia multa faciunt,tum ad particulas putreſcentes, aliter affectas, quàm ulcera, q̃ ꝓprie dyſtherapeuta i. curatu difficilia nuncupantur. Etenim has putrilago depaſcitur, eoq́; turba medicorum hos affectus nomas.i.depaſtiones, appellat: illa uero uno loco ſine putrilagine circumſcripta ſunt, & phagedænæ dictæ uicina quidem depaſcunt, non tamen ea putrefaciunt, febresq́; inferunt, quod ijs,q̃ depaſtionẽ cum putrilagine ſuſtinent, accidere conſueuit.Summa curationis erat in p̃dicto ulcerum ægre curabilium genere (chironia quoq; uocãt) medicamenta inuenire, quatenus licet,mordacitatis expertia,ualide autem exiccantia.At hæc quę nunc ſcribentur, omnia H
mordacia ſunt, ſi quis ipſis ſolis non cerato temperatis utatur. Quæ autem cerato miſcentur, purgare quidem ulcus ſordidum,&carne replere poſſunt,atq; etiam duritiem quandam & tenſionem diſcutere,non autem difficilia curatu ſanare. Indicant ipſorum uirtutem affectus, q̃bus bene adhiberi credita ſunt. Quod iã ſuperius admonui, & nũc dicturus sũ, meminiſſe uidelicet oportet illorũ, q̃ in opere de ſimplicibus medicamẽtis prodita ſunt. In cuius primis quinque libris methodum ſeu rõnẽ expoſui, qua medicaminũ facultates inuenianꝫ, ſimul quoq; in pluribus exẽplis eius exercitatione ꝓpoſita: in ſequentibus uero ſingulorũ nominatim mẽtionẽ feci.Nã illorum memor,ex facili rõnem eorũ;qui hęc pharmaca a nobis modo ꝓpoſita cõpoſuerunt,aſſequeris:& uidelicet ipſe quoq; alia cõficies, quocũq; tpe prius exptorũ inopia laboraueris: multa ſi quidẽ hmõi nõ paucis contingunt in itinere, cum alio,tũ maxime nauali. Qñquidẽ etiã in patria quidã manentes, pharmacorũ apparatum, unde ęgros curabãt,amiſerunt,ut p̃ triſtitia ipſi tabefacti, perierint. Optimũ igitur medicamenta iã explorata ſecundum dictã methodum uſurpare:ſin autẽ, ut dixi, nõ nunq̃ hæc deſideremus,habitum talẽ nos habere, quo ſi-

milia

A milia iam abunde expertis poſſimus componere: quemadmodũ & me ſæpe agẽtem in itinere & alibi uidiſtis. Nonnulla igitur, q̃ proprio marte in huiuſmodi tẽporũ occaſionibus condidi, poſtquã experiẽtia probaſſem, nihil peiora uel celebratiſſimis apparuerũt. Nã primã ipſorum compoſitionem ex coniectura artificiali molimur: poſtea uero cũ non nulla per experimentum ꝓbatiſſima uiſa fuerint, non nulla à ſcopo abſint, ſecũda rurſus correctio fit, & tertia nõ nunq̃ qua ad perfectionẽ eius, qd̃ præſtare uolumus, ipſa redigimus. At ſine methodo & inprioribus & in therapeu tices libris expoſita, uti prędictis recte nemo põt, tantũ abeſt ut ſimilia ipſis conficiat. Iam igitur huiuſmodi emplaſtra exordiar. Emplaſtrum Dia Botanõ i. ex herbis, appellatũ, prope oẽs, qui inſignia emplaſtra in uno libro uel pluribus collegerunt, tradidere, nõ multũ in miſturę ſimpliciũ pharmacorũ ſymmetria diſcrepãtes. Incipiã ergo & hic a Critone, emplaſtra prius illa cõmemorãs, q̃ in quarto De ſimplicibus medicamẽtis, ita ad uerbũ literis mandauit.

Emplaſtrum Dia Botanon. i. ex herbis, Critonis. CAP. 2.

EMplaſtrum ex herbis quo utor. Facit ad Carcinomata, putredines. Strumas ad ſuppurationem perducit, & exprimit. Lepras amouet, furunculos ſoluit, podagricis prodeſt: calloſas durities emollit. Idem cephalicum. ſine foratione ſquamas tollit, oſſa educit, aliquatenus tamen oſſa abradit. Idẽ ad ner-
B *uorum vulnera, & ad nomas, linamento exceptum ualet, repurgat, implet cum roſaceo cerato, una ipſius parte ad duas cerati, interdum tres uel quatuor, adiecta. Cum myrteo cerato duabus partibus uel tribus cicatricem ducit.* Herbarũ ex ſiccis locis maritimis, anagallidis q̃ cæruleũ florẽ habet, papaueris ceratidis, marrubii, alterci foliorũ tenerorũ, ſingulorũ denariũ põdo quĩquaginta ſex. Hęc in pilã ſeu mortariũ coniecta terunt̃, quouſq; contuſa ſint ac diſſoluta dũtaxat, ne eorum ſuccus abſumat̃: poſtea iniecta in mortariũ terant̃. In alio autẽ mortario habẽtur ſquamę ęris rubri dena- † Aliter xx.
rii uigintiſex, mannę denarii* octo, reſinę pityinæ ſiccæ denarii ſedecim, aloes totidẽ, fiſſi aluminis denarii quatuor, rotũdi totidẽ. Hæc in Sole læuigatur, ut ſordiũ craſſitudinẽ cũ aceto habeãt. Deinde herbæ miſtæ, donec ꝓbe coeãt, terunt̃. Poſtea ceratũ facito † ex chiæ ceræ denariis † Aliter ἔχουσαν κηροῦ, ideſt quod habeat ceræ drachmas cẽtum.
centum, ‖ ſecundũ alios mina: olei ueteris heminis duabus: radito & miſceto. Heras ita. Quidã uero duas anagallidas immittũt: aliqui & chryſocollę, & terrę erethriadis, & ſalis ammoniaci, & auripigmenti, & ſciſſilis, ſingulorum denarios quatuor. Porrò q̃ Aſclepiades de hoc emplaſtro p̃ceperit, tum quia in p̃cedẽti libro indicata, tum quia his fere ſimilia ſunt, ſuperuacuum mihi uidetur denuo de ipſis ſcribere, cõem oĩbus ſermonẽ nunc aggreſſuro. Primũ ſane qui me dicamentum hoc cõpoſuit, herbis acribus uſus eſt, ut humores prauos afflictis partibus infixos
C vehementer digereret. Atq; ideo ex ſiccis & maritimis locis eſſe iubet. Cõtrarias aũt ipſis alias frigidæ uirtutis uſurpauit, ad acriũ uehemẽtiã leniẽdam mitigandamq́ue, Quales ſunt altercum & papauer: habent.n. quippiã ẽt doloris mitigatorium, puta ſtupidam refrigerationem ꝓpinquis partibus inferentes. ‖ Stupor.n. mediocris dolorẽ ſoluit, ait Hippocrates. Appoſuit autẽ ex 5. Aphor. 25. ex 39. h. De liquidorum vſu circa finem.
metallis quoq; ęris ſquamã, & alumen ſciſſile: de quibus prius diximus, quòd ſane utrunq; medicamen ulceribus malignis conuenit. Aloen uero miſcuit ex ijs, q̃ adſtringunt, & ſine morſu exiccant, medicamentis: item mannã ex iis, quæ cõcoquunt, leniunt, & ad ſuppurationem perducunt: Pityinam ceu materiam emplaſtro conficiendo idoneam, ſicut & cerã, & oleum. At ſimul cum hoc acrium medicaminum uehementiam ipſa mitigãt: pityina tamẽ etiã ſiccare põt, & quo ſiccior, hoc magis, qualem iniicere p̃cipit. Nõ nullos ait miſcuiſſe pharmaco chryſocollam, & terrã erethriadem, ambo curatu difficilium ulcerum remedia. E contrario ſal ammoniacus & quod auripigmentum uocatur, ꝓpter acrimoniã ulcera natura apta ſunt irritare: atqui etiam putridis cõueniunt. Proinde nõ admodum utile eſt propoſitum nobis in ſermone pharmacum ad ulcera chironia. In quibus uero putredo aliqua ſubeſt, hanc cõprimere idoneũ eſt, ſaniem, q̃ illam facit, diſcutiens. Eadem medicaminis potentia & ſtrumis medetur. Verum quia
D deterſoria q̃dam continet, ideo quoque lepras purgat: etenim conſilium in hoc affectu eſt, cutis induratã ſummam partem, ueluti deglubere: id quod ea efficiunt, q̃ p̃terquã q́ ſupra modum ſiccant, ẽt detergẽt. Nã ſi cutis uitium in naturalẽ habitum redire poſſit, nemo exiccatum ſupra modũ ſiccaret: quoniã uero, quod leproſum iam eſt, curationem nullam habet, proximum fuerit (qui in oĩbus inſanabilibus ſcopus cõis eſt) incurabilem partem ex corpore excindere. Excinduntur autem nõ nunquam ferro, interdum igni, nõ nunquam medicamentis, uel adurentibus, uel digerentibus ſimul & detergentibus, quale eſt modo cõmemoratum. Quemadmodum igiẽ hic ſermo omnis lepræ communis eſt, ſic & ille qui de carnis repletione tractat. Nam quia carne explentia dicta medicamenta (ſicut in tertio libro de morbis curandis oſtẽſũ eſt) virtutẽ habent deterſoriam citra mordacitatem: q̃ uero huius ſunt materiæ, in hoc prẽſens pharmacũ nobis ꝓpoſitũ, abſterſorium quidem hũt, mordicationis autẽ non ſunt expertia: ideo humidũ ceratũ ex cera, reſinaq́; in oleo liquefactis confectũ ipſis miſcemus. Siquidem cera & oleum, ut acrimoniam obtundit, ita ſunt emplaſtica, eoq́; ſordes ꝓducunt. Reſina uero morſus expers, emplaſticam uirtutẽ non habet, ſed deterſoriã, ulceribus quidẽ iã mordacẽ, nõ ulceratis blãdã & ſine morſu. Cæterũ miſturę ſymmetriã coniectura quidẽ ante experientiam, uerum ſcientifice poſt experientiam, deprehendemus, noſcemusq́; ſimul purũ ulcus deterſoriã uim ſine morſure-

ſu requirere: ſordidũ ualidius, quippe cuius propugnaculũ eſt ſordities: purum autẽ nudũ con- E
tingenti occurrit. Quin etiã ex corporibus ipſis, non nulla ſenſibilem magis ſubſtantiã habent, quædam minus: alia molliorẽ, alia duriorem: quæ ratio eſt, cur Crito in propoſito medicamento ad unam partem ipſius, nõ nunq̃ duas cerati, aliqũ tres, uel quatuor, miſceri iubeat: nõ tñ diſtincte pronũciauit, quãdo duas, qñ plures, adiicere oporteat, tãquã qui pharmaco utetur, uerſatus iã in arte ſit, & quæ à me nunc dicũtur ſecũ æſtimare queat. Roſaceo quidẽ præparari ceratum præſtat, nõ tamẽ inſignis exceſſus in huiuſmodi ulceribus eſt, ẽt ſi oleo liquefiat: attamẽ in ijs, quæ phlegmones quippiã habent, roſaceum oleo potius eſt. Porrò carne implenda oĩno à phlegmone tuta ſunt. Pulchrę autem Crito adſcripſit in ulceribus, q̃ ad cicatricẽ duci poſtulant, myrteo oportere ceratum præparari, adſtrictione. n. illis opus eſt. Hęc in preſentiarum dixiſſe ſatis ſit tum de medicamentis carnem gignentibus, tum de ijs, quę cicatricem inducunt. Etenim uſus, & compoſitionis ipſorum methodus, in medendi Methodi libris expoſita eſt: in particularibus autem materijs exercitatio, cum huius ſit operis, hoc ipſo libro exponetur.

Emplaſtrum Διὰ Σκύλλης, *i. ex Scilla.*

Aliud deinde eiuſdem generis potentię emplaſtrũ, his uerbis Crito conſcripſit. §Scyllę, §
Non eſt in antiquis. ariſtolochiæ rotundæ, §lingulorum§ denariũ pondo xxx, alii xv: iridis denariùm põdo xxx, alij F
xv: pityinæ ſiccæ denarium pondo xxx, alij xv: ammoniaci, myrrhæ, ſtyracis, ſquamæ ęris rubri, ſingulorum põdo denariũ xv: ſcyllæ toſtæ denariũ pondo centũ & octo*. Aceto acerrimo die-
*Aliter xx. bus xl terito, quãdo caniculę ſidus oritur: ſquama primũ, & ſtyrax, paulatim ex utroque, deinde
Quidam codices habent loco æris, chalcitim, cũ tamen neutrũ horũ in enumeratione ſimplicium medicamentorum huius emplaſtri habeatur. gutta ammoniaci, & æs, & ſcylla, inijciuntur, ut elaborẽtur, paulo poſt reſina, inde myrrha: cũ læuia facta fuerint: reliqua ſicca miſcentur. Expletis aũt diebus, eiuſmodi ceratũ facito: cerę põdo v, alij denariũ pondo ducentorũ quadraginta: terebinthinæ põdo librã, alij denariùm pondo xxx: olei ſextarios duos & s, alij heminas vi: chalbani denariũ pondo xxx, picis liquidæ tantundem, poſtremo chalbanum indito: deinde ubi refrigeraueris, curioſe excipito. Hæc quidem medicamenti cõpoſitio. De uſu autẽ eius hæc aduerbũ Crito ſcribit: Syncero medicamineutitor, in capitis fracturis, fiſtulis, nomis, & excreſcẽtijs: itẽ ad ora uenarũ adaperta, & hypophorã id eſt ulcus dehiſcens. Sin uoles diluere, quo carni generãdæ idoneum fiat, & cicatricem inducat, parti uni medicamẽti duodecim cerati roſacei adijcito: in ambuſtis uni parti octo* immitti-
Quia ergo bis mentio fit ſcyllæ, forte loco ſcyllæ ſemel legendum chalcitis. to. Hæc ſane de uſu pharmaci Crito recte tradidit, tanquam acri ipſo & aperienti & digerenti, ideoq̃; & exiccanti, uſus in fiſtulis, ſupercreſcentia carnis, putredine hoc eſt nome, & oſculorũ adapertionibus, quẽadmodum ſunt in ſinibus & anguſtis orificiis. In capitis autẽ fracturis, cum G
Aliter xx. ſine foratione curationem molimur, ſunt autem tales, quæ adusq; membranas cerebri nõ peruenĭunt: uerũ carnis ꝓducendæ gratia, roſacei cerati partes quatuordecim miſcens, donec ad
*Aliter xij. cicatricem peruenerint: melius autẽ eſt dicere, donec ulcerum concauitas repleta fuerit; neceſſario enim depaſcentia ulcera, qd dixi idem eſſe in putrilaginoſo, a ualidis medicamentis curã tur, quale eſt & modo propoſitum. Primum quidem putreſcentes particulæ auelluntur, atque hinc cauæ redduntur. Vbi uero putredo ceſſauerit, purgationem, repletionemq̃; requirunt: ac poſtea quã repleta fuerint, tunc etiam cicatricem inducentia deſiderant. Ipſum autem pharmacum, cũ cerato nondum miſtum fuerit, quia acre eſt, non ſolum carnem generare non poteſt, ſed etiam ſupercreſcentia aufert, quemadmodum ipſe Crito dixit. Atq; huius meminiſſe maxime oportet, quod dictum eſt & in ſuperiori emplaſtro, qd ex herbis appellauit, multa uidelicet ex calfacientibus & abſtergentibus compoſita, licet admodum acria, ſi cum cerato temperant carnem progignere. Non nulli deſperant de ipſis, cum uel duplo copioſiore cerato miſto mordere adhuc conſpiciant, adeo ut carnẽ producere non poſſint, quemadmodum in hoc emplaſtro habet. Nam cum multo acrius, magiſq̃; mordax ſit, eo quod ex herbis inſcribit, ad carnem creandam: inutile eſt, quamuis quadruplo miſtum cerato fuerit. Prudentis igit eſt, & in huiuſ- H
modi medicamentis uſurpandis uerſati, initio quidẽ ſtatim intelligere, quot partes cerato miſceri oporteat: ſi autẽ poſt uſum primum medicamentum acrius adhuc apparuerit, q̃ ut carnem generare queat, conijcere quantum adhuc ex cerato adiiciendum ueniat: ſicut Crito in propoſito factitauit. Neque enim exiſtimes eum prima ſtatim coniectura inueniſſe duodecim cerati partes miſceri oportere, ſed ſciuit copioſius, quàm quod emplaſtro ex herbis immittit, miſceri: quanto uero copioſius, poſt primam coniecturam reperiit. Si nanque octo partibus miſtis mordax etiamnum apparebat, decem admiſcuit: quemadmodum ſi etiam decẽ, ad duodecim peruenit. Quoniam uerò, ut dixi, pro ſordium copia, & ulceris humiditate, tum eorum quæ ſimul afficiuntur ſentiendi acumine, & hebetudine, item mollitie & duritie corporis habitus, cerati quantitatem immutare conuenit, quod ſæpe dictũ eſt, conſiderare nos expedit, recordãtes quantitatem uſus in huiuſmodi omnibus deſcripti, quum utroq; facilis illinc uia ad alia uſq; ad ſumma fiat: ſumma dico omnium eiuſdem generis ſcoporum completiones. De quibus ſi ynum exemplum nunc propoſuero, uos ſemper ipſius meminiſſe oportet, neque ſæpius de eo uelle audire. Dico igitur ſcopos congeneres eſſe (hoc eſt ſimili genere comprehenſos) plurimi quidem cerati miſcẽdi ulcus purum, & ſiccum eſſe, corpus eius qui curat facili ſenſu & mol-

le: pau-

A le: pauciſſimi uero adiiciendi, humiditatẽ multã in ulcere ad ſordiciẽ, corpus ęgri durũ parũq; ſentiens. Bene tamẽ oĩbus, quæ id cõponunt digerentibus, chalbani ſquama admiſta eſt, medicamentum exiccans, ſed quod nõ parum adſtringat. Nõ ſolũ autẽ in hoc emplaſtro cognoſcẽdum uobis eſt ꝓpter cerati copioſam miſturã carne explens, & ulceribus malignis cicatrici obducendæ idoneum euadere, ſed etiam in aliis omnibus, quæ eiuſdem uirtutis ſunt. His ſubiungit Crito medicamentum dia Acones i. ex cote, quo ſe uti affirmat, ita cõponendum prȩcipiẽs.

Dia acones i. ex cote, pharmacum, quod nobis in uſu eſt. Facit ad omnia diuturna, & peculiariter ad capitis dolorem, fronti impoſitum. Valet ad laterum dolores longos. Iuuat podagricos, Iſchiadicos. ſcapularum dolores, dentium cruciatus, attritis partibus impoſitum. Educit etiam & extrahit menſes pectini ſuprapoſitum. Auxiliatur ſtomacho laborantibus, tum iis, qui fluxu uexantur, & cibum uel alimenta non retinent. Eſt etiam prorſus utile ſine aduſtione, & iis, quæ acre medicamentum non ſuſtinẽt. conuenit etiam ad duritiem iocinoris, & lienis, nec non adſtrumas, & Iſchiadicos. Proprie iam uſus in ipſis fiat diebus ſeptem: ſi molles ſunt, quinque. Aquam pars uel oleum non attingat, donec ulcuſcula, quæ pſydracia dicuntur, fecerit, & ſaniem craſſam attraxerit. Deinde albo cerato ſoluẽs ex aqua utitor: ſin efficacius uolet, medicamento acone, quod ex pipere conſtat. Ceræ, chalbani, terebinthinæ, pityinæ

B frictæ, olei laurini, olei ueteris, ſingulorum pondo librã: ſquamæ æris põdo librã † & ſemiſſem, æruginis põdo uncias* ſex, guttæ ammoniaci põdo unciã: *ſinapis, adarcę, ſulfuris, ſingulorum põdo unciã: abrotoni, cẽtaurii, atramenti ſutorii, ſalis ammoniaci, thuris, ſalis cõmunis, alumnis rotũdi, argẽti ſpumæ, ꝓpolis, cocci cnidii, ſingulorum põdo. 3. iii. Oĩa ſimul contunduntur, & cribrata adſtringentibus cũ oleis excipiuntur. Hęc ſane propoſiti emplaſtri compoſitio eſt, non parum ſuperiori præſtans caliditate: ſinapi enim habet, & adarcen, ſulfur, & coccũ cnidiũ, tanto calore põdita, ut ulcus faciant, quibus diutius adhæſerint. Iam & laurinum ex iis eſt, quæ abunde calfaciunt, deinde attramẽtum ſutorium, & ſal, didiciſtis autem hæc adſtrictionis quoq; non eſſe expertia, ſalẽ paucæ, ſed atramentum ſutorium multæ. Verum de adſtringẽtium medicaminum miſtura cum digerentibus, antea in emplaſtris uſus multiplicis, expoſitũ eſt. Omnino enim quippiã uariis, ut ile eſſe nõ poteſt, niſi cõtrariæ quoq; uirtutis participet: ſi enim digerẽs virtus ſimpliciter ſola eſſet, ad unã ſpeciẽ affectuum conduceret, quam digerere conueniret: ſi vero adſtringens ad aliam unam, ubi quod influit, reprimendum eſt. Quare incipiẽtibus ex humorum influxu generari affectibus adſtringentia conueniunt: digerẽtia uero ſine adſtringẽtiũ miſtura, ubi nihil, propter euacuationem prius factã, influere poteſt: nã ſi ſuperfluitas quædam

C humorum exiſtat, non ſolũ digeritur humor in affectis partibus contentus, ſed etiã ad ipſas accedit: cum digerentia ad ſe trahere nata ſint, ſicut contentos & contiguos humores, ita etiã in corporis profundo repoſitos. Miſcentur ergo digerentibus ſiſtentia & reprimentia, merito, cũ qui ad ipſorum compoſitionẽ deſcendit, ratione hac uſus ſit, experientia uero atteſtãte rationi. Quare non iniuria, licet cõſiliũ, ſcopumq; habeat in propoſito calefacere, & exiccare, eoq; etiã vlcera concitare, miſtum eſt & adſtringentiũ quidpiam. Sed non ſufficiunt ad multa uehementer calefacientia pharmaca, quo hæc, atramentum ſutorium, & ſal. Quin etiã æris ſquama pariratione miſta eſt, & alumen, quod à uehementer adſtringendo Græce ſtypteria appellatũ eſt.

Aliud emplaſtrum celeberrimũ ſcripſit Crito, qđ Meſianum appellat, diuerſum materiæ genus habens à ſuperiore, & illo, qđ mox à me ordine ſuo deſcribetur. Vocat hoc Crito ipſe Anicetum ideſt Inuictum, ex acribus pluribus medicamẽtis cõpoſitum, cum meſianũ tale non ſit, ut poſtea ſuo tempore demonſtrabitur. Quin etiã cephalica alia nominãs, quorũ generalis uirtus paulo poſt explicabitur, poſt meſianũ tradita, inuictum ab ipſo appellatũ ſubiũgit, eiuſdem uirtutis cum præſcripto, qđ dia acones i. ex cote, uocitabat. Verba Critonis in hunc modũ ſonant.

Aniceton, quaſi dicas inſuperabile. Facit ad plurima. Extrahit, rumpit, purgat, glutinat, excolat

D *† ſplenij modo, & * cum canalibus impoſitum, ac dilutum ex oleo & aceto, conſtringit undiq;. Diſcutit autem duritias. Et neruorum contractiones iuuat ſine perfuſione impoſitum, ne refrigerentur. Et unguenti uice dilutum facit ut Acopon, hoc eſt medicamentũ laſſitudinibus accomodatum: ſiſtit. n. morborum principijs laſſitudines, & eas quæ † ſine cauſa manifeſta ξ proueniunt. Eſt etiam malagma extremarum corporis partium in magnis ſplenijs impoſitum. Item cruenta glutinat, futuris uel fibulis iuncta, ſi plicatum linteum ex ſolo aceto ſplenio imponas, æſtate quidem frigidum, hyeme autem calidũ. Facit ad plantæ pedis uitia, ad contuſiones, putredines, & digitorum affectus, item fracturas cum vlneribus. Licet neq; carnem generante, neq; quod cicatricem inducat, alio uti, ſed ſoli credere. Valet ad hominum, canum, & ferarum morſus. Maximũ hoc eſt quod pollicetur, nẽpe abſceſſus latentes in colo & peritoneo, prohibere ne fiant, antequã in uomicam exierint, aut factos extenuare, & in inteſtina conijcere. Imponendũ autẽ eſt ſplenium loco, & deſuper centunculum ex aceto & oleo calente, fouendumq; bis quotidie. Nõ ſoluetur autem niſi triduo uel quatriduo. Deinde poſt fomẽta, madorem rurſus imponito. Vocatum autẽ eſt inſuperabile, ꝓpter miranda & multa ipſius opera.* Squamæ æris denariũm pondo quinquagintaocto: pyrethri, ſtaphidis agriæ, cocci cnidij, ſynapis ſeminis, cachryos, columbini ſtercoris, ariſtolochiæ tenuis, æruginis, cyperi, eruce ſeminis, cumini, ſingulorum denariũ põdo ſedecim: nitri,

ſalis

† Cod. manuſcriptus habet libram vnam.

* Al. vnam.

* Al. ſinapis põdo vnciam s.

† Per ſplenium & per canalium i. ſole non appoſitionem. quid autem ſit ſplenium & ſolen, abunde ab Hippo. in libro de fracturis habetur.

† Al. ἐξ ἄλλης αἰτίας, i. ex alia cauſa.

ſalis ammoniaci,ſingulorũ denariũ pondo triginta duum:lauri baccarũ,mannæ,iridis,ſingulo- E
rum denarium põdo centũ viginti: aceti acris ſextarios ſedecim, decocti caricarũ cyathos iiij. & ſemiſſem. Tuſa cribrataq; omnia ſimul, cũ aceto ad læuorẽ terunt̃ ſub æſtu caniculę. Vbi ſiccũ & uiride euaſerit,ficuũ decoctũ adiiciẽ, & ſimul emollita tollunt̃, & in olla ęris rubri reponũ tur. Decoctum aũt caricarũ ita habet. Caricarũ pinguium põdo libras quinque, aquæ ſextarios ſex;coquũt̃,donec ſextarii duo relicti fuerint. Vſus eſt,una pars medicamẽti aceto diluti,ut ſordes repreſſerẽt, ad ſex partes reſinoceri.i.reſinæ cũ cera iunctæ. Eſt aũt ſyncerũ Reſinocerũ, cerę pars una, reſinæ frictæ tres, cũ oleo pauco liquefacto: mediũ, ceræ pars una, reſinæ duę:dilutum vero, & abũde tẽperatũ, cerę pars una, reſinæ tãtũdẽ:diſſolutũ,cerę partes duæ,reſinæ una: qđ ſupra quã dilutũ,ceræ partes tres, reſinæ una: Scribit̃ ẽt agreſti licheni.i.impetigini, cõueniſſe, purũ iniectũ. Hæc Crito ad uerbũ ꝓdidit. Ego à fine eorũ,q̃ dixit,ſermonis principium ſtatuam. Agreſtes impetigines nominãt,cũ à medicamẽtis imbecilliter ſiccãtibus nihil iuuari uidẽt, aua lidis aũt irritari. Opus igit̃ in ipſis eſt medicamẽto efficaci abunde, nõ tamẽ uehemẽter morda ci: quod,ut dixi, ex artificiali coniectura compoſitum experientia probatur. Conſtat propoſitum pharmacum ex multis acribus tenuiorum partium,& digerentibus:habet autẽ & quædam citra mordicationem detergentia,& non nulla parum adſtringentia. Itaq; acria ex iis,quæ cõti F
net,ſunt pyrethrum, ſinapi, coccus cnidius, colũbinũ ſtercus, ærugo,baccæ,lauri,nitrũ,ſal ammoniacus,itẽ acetũ acre,tale nanq; iniiciendum cenſet. Detergentiũ ſumme quidem lenia immordaciaq; ſunt iris,& ariſtolochia:atq; his adhuc magis,ut ex genere cõcoquẽtium iã ſit,manna:generoſius aũt cachrys,& ſtaphis agria: his adhuc præcellit cuminum,& erucæ ſemen. Cyperum ſine morſu quidẽ exiccat,ſed non nihil etiã adſtringit:quemadmodum,& æris ſquama, ualidum &ipſum medicamẽ. Oportebat.n.ut prius demonſtratum eſt, medicamentum hoc adſtringentis uirtutis utcũq; eſſe particeps,eoq; ſquama copioſe admiſta eſt. Si uero & manna re uera manna ſit,& non thus,ipſa quoq; aliquantulum adſtringit. Iniecta eſt autem & hæc multo copioſior,q̃ ſquama,merito,ut acrium pharmacorũ uehementiã leniat, ſimulq; humores in afflicta parte contentos coquat. Porrò caricarũ decoctio mitigantiſſima eſt, & maxime coquit,ſimulq; quodãmodo digerit. Hæc igitur omnia miſta multi uſus medicamentũ iure effecerũt. Acetũ uero efficaciã eorum plurimum iuuat, in quo pharmaca æſtiuo Sole conteri præcipit: oĩa .n.ſic p̃parata tenuem ſubſtantiam acquirunt, eoq; in corporis altum uirtus ipſorum penetrat.

Quæ Heras eiuſdem generis emplaſtra tradiderit. CAP. 3.

EMplaſtrum ex herbis quo modo Crito prẽparet,prius poſui:& ipſe Heras ſimiliter conficit G
ſicut Crito eius meminit. Differt tamen in confectione emplaſtri ex ſcilla cõfecti,nã ammoniaci,myrrhæ,reſinæ pityinæ, ſtyracis,ſquamæ,& ſcillę tantũ cũ aliis Crito miſcet, quantũ Heras:ſed in ariſtolochia,& iride diſcordia:quippe Heras ſcripſit ariſtolochiæ rotũdæ denariũ põ
*Al.xl. cum tamen ſuperius in confectione emplaſtri legatur. xxx,alij xv.
do triginta,iridis ſiccæ tantundẽ,alii quindecim: Crito autẽ ſic protulit,ariſtolochiæ, iridis, ſingulorũ denariũ pondo*quatuor. Rurſus quoq; poſt hęc Heras iuxta cõfectionis finẽ tradit,†Expletis diebus ceratum hmõi facito:ceræ põdo libras quinque,alii denariũ põdo ducentorũ quadraginta:terebinthinæ pondo libra,alii denarium pondo triginta*:olei ueteris ſextarios duos, s,alii heminas ſex. Mihi uero non placet pro quinq; libris cerę denarium pondo ducentorum quadraginta medicamento miſcere. Interim nanq; loco librę,centum denarios ipſi ſcribunt,interdum loco minę: atqui nullus unquam librã tã exiguã poſuit, ut denarios quadraginta octo, penderet,Hoc enim accidit,dum pro quinque libris denarii ducenti quadraginta immittuntur, ſic neque pro libra terebinthinæ denarii triginta.
†Eadem tamen leguntur ſuperius in Critonis confectione, p. 255.f.
**Alias centum triginta.*

Emplaſtrum Serapionis. CAP. 4.

ET hoc Crito in opere medicamentario in hęc uerba conſcripſit. *Emplaſtrum Serapionis, quod non nulli Aegyptium,alij Venerem uocant. Facit ad omne uulnus,cui innitẽdum eſt, omni de-* H
ſperatione abiecta. Valet ad puncturas, aculeos, parotidas, perforationẽ, Phymata, excolando conglutinat. Tollit omnẽ duritiẽ,iuuat epinyctidas, articulorum epiphoram, aurium contuſiones. Sanat & ulcera ſenilia, chironia, & quæ craſſas oras obtinent. Olei ueteris heminas tres,argenti ſpumæ denariorum pondo ducentorum,guttę ammoniaci denariũ pondo centũ ſexaginta octo:reſinę colophoniæ pityinę,denariũ pondo ſexaginta octo:ceræ denariũ pondo cẽtũ ſexaginta octo,chalbani denarium pondo uiginti:æruginis denariũ põdo quinquaginta,alii uiginti,myrrhę denariùm põdo quatuor,alii octo. Argẽti ſpuma coquitur ex oleo,donec mediocriter coiuiſſe uiſa fuerint. Deinde olla ab igne depoſita gutta ammoniaci immittit̃,poſtea reſina,poſtremo cera. Vbi ſingula curioſe liquata fuerint,ne adurantur,olla ab igne rurſus ſublata,chalbanum aſpergitur & ærugo: iterũ ſuper ignem ponitur, coquiturq; donec melinum fiat, & iuſtã craſſitiem nanciſcatur: poſtremo ſublato myrrha adiicitur,ac ubi moueris,defunditur,pelleq; excipiens reponito.

Vt Andromachus prædicta emplaſtra conſcripſerit. CAP. 5.

TRes huius emplaſtri confectiones tradidit Andromachus, primã a præſcripta Critonis nõ nihil diſſentientẽ:deinde alias duas magis euariantes. Titulum aũt medicamenti & præparationem

A rationem rectè prius Crito conſcripſit: Andromachus in hanc ſententiã de ea præcipit. *Emplaſtrum ex herbis.* Anagallidis cœruleum florem habentis: marrubii, papaueris agreſtis, alterci uiridis, ſingulorum denariũ pondo quinquaginta ſex: ſquamæ denariũ pondo xxv. thuris denariùm pondo octo, reſinæ ſiccæ denariùm põdo ſedecim, aloes tantundem, aluminis fiſſilis denariùm pondo iiii, ceræ pondo minam, olei ueteris heminas duas, aceti. ✲ Multi quidem utriuſq; anagallidis: Theocritus autem, & terræ erethriæ, chryſocollæ, & ſalis ammoniaci, & auripigmenti, ſingulorum denariùm pondo iiii. in emplaſtrum ex herbis coniecit.

Alia Emplaſtra ex eodem genere, de quibus ſcripſit Andromachus. CAP. 6.

AD *Gangrænas, putredines, Nomas ueteres, & cacoethes, Iſidori Antiochei.* Argenti ſpumæ denariùm põdo* quatuor, æruginis raſæ denariũ pondo viii: olei cyathos ſex, Talius Aelius cyathos xii. & æruginis ſcoleciæ. ✲ Argenti ſpuma, & ęrugo in cacabum læuigata mittitur, olei tres cyathi ſuperfunduntur, coquitur pruna nõ acri, moueturq; ſpatha lignea, donec uiride fiat. Poſtea ab igne ſublata, ac mortario ſuperfuſa cõtunditur, dũ calidum eſt, diutius: deinde rurſus tres olei cyathos in ollã fundito, mouetoq;, ne aduratur: quouſq; melinũ fiat, incoquito. Ac rurſus eximens terito, ut collyria: iterumq; excipiens in ollã coquito mouendo, quouſq; rubrũ co- B lorem accipiat. Quinetiam tertio ex cacabo in mortariũ defuſa diutius terito: atq; iterum quarto in olla coquito, ut in unum coeant. Rurſusq; dũ calet, defuſa tritaq; excipito, & in rubra pyxide deponito, ad prædictaq; vtitor. Poſt commemoratum emplaſtrũ, alterius deinceps his uer bis Andromachus meminit. *Humidum Emplaſtrum ad Nomas, quo utor, & ad alia multa.* Ceręreſinæ terebinthinæ, ſingulorum denariùm pondo viii. adipis taurini curati denariùm pondo iiii. chalcitidis denariùm pondo duum, ſquamæ æris denariùm pondo trium, mannæ thuris denariùm pondo duum, gallæ immaturæ denariùm pondo iiii. olei myrtei heminas quinque. Arida cum aceto, & melle ſumuntur, deinde ſic liquabilia ſuperfunduntur.

Ad Artis operam methodo, & exercitatione opus eſſe. CAP. 7.

QVòd auxiliorum quædam ratio ſola inuenit: quædam experientia, quę & ipſa rationẽ nõ requirit: nonnulla utriuſq; opem poſtulant: ſubinde uobis demonſtratum eſt. Ad hæc etiã ꝙ quæ ratione, & experientia cõperta ſunt, coniecturali uia ad eorum, quæ inquiruntur, inuentionẽ utuntur: quæ uerò per rationem ſeparata ſunt, experientia confirmantur: Quin etiã ſpei coniecturalis non mediocrem, quemadmodum & in uniuerſa uita, maioris minorisq; eſſe differentiam: non enim pluuiam hyemali ſolſtitio, & caniculę ortu, futuram ſimiliter ſperamus, quæ C hyemali frequẽter, ſub caniculæ æſtu raro accidit. Porrò cum oĩa artium opera frequẽti firmẽtur exercitio, non ſatis eſt generalia ipſarum addiſcere duntaxat, ſed ẽt in particularibus exerceri ſubinde oportet. † nam actionum uſus, ſeu exercitatio, ad perfectorũ poſſeſſionem uia eſt. Quare ego quoq; in oĩbus cõmentariis, quos uobis amicis petentibus cõpoſui, non ſolis cõmunibus theorematicis contentus fui, ſed exempla multa ẽt exercẽdi gratia adieci, quibus ipſorũ cognitionem uobis euidẽtiorem, magisque firmã, fore ſperabam. Quemadmodũ igitur, in aliis omnibus medicinæ partibus, ita & in neruorũ uulnerum curatione ſcripſi, primum uobis rationalem uiã oſtendens, qua ad præſidiorum inuentionẽ perueniatis: Deinde materias, quibus uires a ratione inuẽtas contineri didiciſtis, ſiquidem in commentariis, qui undecim numero ſunt De ſimplicium medicamentorum facultate, particularium materiarũ uires uniuerſas, uel plurimas, easq; utiliſſimas expoſui. Nam ut præſidiis nunquam deſtituaremini, hoc eſſe neceſſarium demonſtrauimus, nõ ſolũ ut uos ipſi quoq; in p̃paratorum ab aliis medicaminum inopia, auxiliorum copiã haberetis (ſicut olim Eraſiſtratus, quum ſtomaticum medicamen in illo profectionis loco ad manum non eſſet, interdum herbarũ ſuccos, quibus abũdabat, uſurpauit) ſed ẽt, ut ſi illorũ authorum ſcriptiones perierint, ipſi queamus ſimilia perditis cõficere. Inſuper, ut ab aliis D inuentis rectè utamur, exercitatio ex propoſito opere accedens ꝓfuerit. Quid opus eſt, ut dicam illam quoq; adiumento eſſe, ut quæ cõpoſitis medicamentis ſuperfluo iniecta ſint, & cõtra quæ primi illorũ authores omiſerint, diſcernere poſſimus? ſicut in tertio libro oſtẽdimus, ſermonẽ de medicamentis ad neruorũ uulnera idoneis facientes. Ita uero & nũc indicabimus, exercentes uos in ijs, quæ me ſeniores medici inuenerunt. Vniuerſalis etenim methodus neque cum diſtinctionibus exactè, neque ſine ijs imperfectè à quoquã priorum tradita eſt: immo nec medicamentum, qđ curare promittat neruos ab acuto aliquo punctos, cuiuſmodi ſunt acus, & puerorũ ſtyli, quiſquam memoriæ prodidit, quod ipſum hoc ſolũ facere optimè poſſit: at ego certè eorum innumerabilẽ copiam p̃dicto libro percenſui. Quidam tamen ipſorum nimirũ diligentiores, cum multi uſus pharmaca notatu digna ſcripſiſſent, p̃ter alia, quæ facere ipſa pollicẽtur, adiũxere interdum quidẽ & neruorum uulneribus eſſe accommoda, interim neruorum & muſculorum præciſionibus, aliquando etiam pũcturis ipſorũ uel cõtuſionibus auxiliari. Vobis autẽ ex iis, quę didiciſtis, licet cognoſcere ante experiẽtiã, poſſibilia ne quis, an impoſſibilia, de q̃bus ſcripſit polliceatur. Prẽterea & ea, ſine quibus deſcripta medicamẽta agere nata ſunt, uobis intelligere integrũ eſt, in quibus ipſis eſt utendum. Vt igitur ceu exẽpli gratia exordiar emplaſtrum quoddam, pharmacum multiplicis uſus, quod Andromachus in libro de medicamentis

* Al. xxiiij.

† Ex antiquis ita legendum. nam quæ per imperfectas actiones fit exercitatio, ad perfectarũ &c.

extrinſecus corpori adhibitis, ordine ſecundũ poſuit, haud indicans ad quæ maximè ipſo utendum ſit. Exerceri rurſus uobis licet, quomodo ex commemoratis ſimplicibus medicamentis compoſiti uires ſint cognoſcendæ. E

Fuſca Aegyptia Andromachi. CAP. 8.

ANdromachus enim ita ad uerbũ prodidit. ¶ *Fuſca Aegyptia.* Argenti ſpumæ denariũ pondo* quadraginta quatuor, ricini heminas* ſex, ceræ denariũ põdo cxxxxiiij, guttæ ammoniaci denariùm pondo lxxii. terebinthinæ denariùm põdo xxxvi, lanarũ combuſtarũ denarium pondo xviii: ſquamæ ſtomomatis, ſquamæ æris, ariſtolochiæ, thuris, ſingulorum denariũ põdo viii. Non nulli myrrhæ denariùm põdo iiii, opopanacis denariùm põdo ii, marinæ aquæ denariorum pondo* quinquaginta ad ceram conſpergendam. Hæc quidẽ ſcriptura pharmaci boni & re uera uſus multiplicis eſt: uerum ipſe dicendum omiſit, in quibus eo utendum erit. Si igitur cuiuſque ſimplicis medicamenti uirtute ante expoſita, quemadmodũ nos in undecim libris factitauimus, & methodo quapiã uniuerſali cõpoſitionis medicaminũ ſcripta, ſicut à nobis quoque præcedente libro factum eſt, uiuentibus amicis huiuſmodi ſcriptiones exercitii gratia ꝓtuliſſet, ut ad quos affectus utile eſſe compoſitũ medicamentum poſſet, decernerent, nimirũ hominis inſtitutum laudaſſemus: quoniam uerò nihil horum egit, quis non ipſum oĩno accuſatione dignum cenſeat? Vnde medicamentarii ipſius libri, complurium optimorum medicaminum cõpoſitiones habent, merito à medicis neglecti ſunt: nã inter ſexcẽtos uix unus artis abſolutionẽ habere uidetur: alii idiotarũ modo ſatis habent, ſi medicamentis manifeſte ſcriptis rectè uti queant. At quid oportet dicere de hiuſmodi medicis? Cum etiam empiricorum nõ nulli, ut uocant, quamuis celebres ex artis operibus cõſpiciantur, tamen ignorare ſe fateanẽ, quanã ratione unumquodque compoſitorum pharmacorum inuẽtum fuerit. Atqui quid ego dico ratione? protinus enim ne ullum ex eiuſmodi medicamentis inuentũ eſſe ratione pronuntiant. Inutilis igitur ipſis eſt fuſci huius emplaſtri ſcriptura, quæ colorem tantum in titulo docet, uires non itẽ, quas ante colorem ſcriptas eſſe præſtiterat. Quoniam itaque Andromachus uirtutẽ ipſius dicere neglexit, nos ex miſtorum ſpetie & facultate inuenire conemur. Argenti ſpumã medii tẽperamenti calfaciendo & refrigerando, paulũ ad ſiccitatẽ inclinare didiciſtis: prẽterea uſum eius in emplaſtris eſſe duplicẽ, nẽpe ſi nõ liquefiat, ceu materiæ duntaxat momentum adferre: ſi liquata fuerit, etiã ſiccare poſſe, idq; magis, ſi diutius cocta fuerit. Nunc tamen quæſtio eſt, quatenus incoqui debeat, cum Andromachus ſex heminas ricini, qd̃ eſt olei recinini, miſcendas eſſe tradiderit. Quot enim unciarum Romanæ libræ, heminam eſſe uelit, non explicuit: & ſi melius erat hominẽ, qui Romæ degerat, librarum, ſextariorum, & unciarum meminiſſe, relinquere autẽ cotyles ideſt heminæ, uocabulum Græcis ciuitatibus extra Italiã uſitatum. Si ergo in omnibus ipſis idem nomẽ heminæ eſſet, nulla utique foret quæſtio: nunc verò cum permagna quãtitatis inter eas ſit differẽtia, conueniebat ipſum monere, ſe uel Atticam, uel Alexandreoticã, uel Epheſiam, uel aliã quampiã heminam dicere. Nam permulti, qui de mẽſuris & ponderibus ſcripſerunt, nouem uncijs Romanæ libræ heminam medicos in pharmacorum libris æſtimaſſe ꝓdunt: alii duodecim uncijs ab eis reputari affirmãt, ſicut Romæ olei librã ex more appellãt. Iã uero quendam audiui, qui heminam à medicis in pharmacorum commẽtarijs, tradita ſedecim uncias Romanas pendere diceret. At nõ parum refert ad medicamenti uirtutẽ, uel magnas, uel paruas heminas iniicere. Ego ſanè olei libram Romę uocatã, quã per inciſuris diſtincta cornua metiuntur, ponderaui quandoque, diſcere cupiens quantũ grauitatis põdus contineret, inueni duodecim olei menſurales, decẽ uncijs ponderum ęquales. Quare medicos in libris de medicamẽtis accuratius ſcribere oportebat, quales uidelicet uncias, uel libras, medicaminũ liquidorũ immitti uellent, menſuralesne, an põderum: perſpicuum enim eſt, liquidorum horum corporũ, ſicut etiam ſolidorum, alia grauiora, alia leuiora eſſe. Ac ſingulorum liquidorum, quæ in pharmaca mittuntur, põdus alio libro declarauimus, ſed in præſentia id quod propoſitũ eſt repetamus. Etenim ſi nouem unciarum menſuralium ſingulas heminas eſſe ſtatueris, ex tribus ſeptẽ & uiginti uncias produces: ſi in octo denarios quanq; unciã diuidas, denarios ducentos & ſedecim habebis: ſi duodecim unciis ſingulas heminas æſtimes, fient nimirum ſex & triginta unciæ, denarii uero ducentioctogintaocto, ſingulis unciis in octo denarios diuiſis. Expertus ſum ego plerunque, cum argenti ſpumam ex oleo coxiſſem, commoderatã ipſius miſturam libræ quidẽ argenti ſpumæ ponderali, menſurali uero olei parem fieri: ꝙ ſi copioſius oleũ iniicias, & coctã uidelicet diutius, maiorem uim ſiccãdi aſſumere: In candidis emplaſtris coloris gratia ceruſſam quoque argenti ſpumæ miſcemus, omnino æqualem pondere: Immittitur autem hemina nouẽ unciarum iuxta ponderalem argenti ſpumæ libram, colorẽ ſeruare uolentibus, eo ꝙ diuturnior coctio nigriorem argẽti ſpumã efficiat: ſed oleo pauco indito medicamẽtum glutinans euadit. Proinde quidam uel terebinthinam reſinam, uel quam uocant colophoniam quantũ licet pellucentẽ, miſcuerunt, conantes neque colorẽ offendere, neque medicamenti uirtutẽ, adiicereq; reſinæ miſtura tenacitatem, quo non facile decidat: quippe medicamentum, ſi tanto oleo tantũ argenti ſpumæ & ceruſſę coquatur, arenidũ ac friabile redditur. Nõ nulli eadem ratione cocto

medicamini

*Al. cxliiij.
*Al. quatuor.
*Al. viij.

A medicamini albam ceram indiderunt. Spumę tamen argenti duplum olei habenti, ſi nihil ētre ſinoſum, uel ceroſum immittas, ex coctione glutinās erit, & multo magis, ſi cum argenti ſpuma olei triplū miſceas, hoc eſt ſi tres olei menſurales uncias cū tribus argenti ſpumæ ponderalibus committas. Conſentaneum igitur eſt Andromachum nouem uncijs menſuralibus oleum ricini immitti iubere, ut ſex heminæ uncias quinquaginta quatuor expediant menſurales, quod idem eſt, ac ſi dicas, menſuræ Romanæ libras iiii & s. At clarum eſt ricini inopia interim uetus oleum eius loco aſſumendum eſſe. Ego ſubinde ſicyonium inieci emplaſtris digerentibus: & cum illud nō adeſſet, aliud mea ipſius induſtria ſimile illis effeci, radicibus cucumeris agreſtis, bryoniæ, & altheæ in eo decoctis. Quod verò propoſitū medicamen digerens emolliensq; Andromachus eſſe cupiat, ricinini olei, & copioſa guttæ ammoniaci miſtura, palàm indicat: nā argenti ſpumæ ceram pondere parem, ammoniacum dimidium, præcipit: & ſi in multis nobilibus emplaſtris non dimidiū, ſed quarta pars, uel quinta, crebro ſeptima, & octaua, non nūquàm decima, pōdere ad argenti ſpumæ proportionē medicamēti huius immittatur. De cera didicimus, ꝙ in huiuſmodi pharmacorum compoſitionibus materiæ locum obtinet, non uirtutis efficaciam adiuuat.

Adeſt verò & ei uis quædā emolliendi exigua, ſed nō illius ergo medicamini præſenti admiſta

B eſt, quemadmodū nec terebinthina reſina, quanquā multo uiribus, quam cera, præſtantior: etenim magis mollit, quàm illa, item calfacit & digerit, ex quibus cera ne alterum quidē efficit. Verùm gutta ammoniaci ſola impoſita ſqualidum, aridumq; reddet medicamētum. Quantū uero ad emplaſtri confectionem, hoc eſt emplaſtropœiā (neque.n. ita appellaſſe nocet) attinet, utilis eſt tum cera, tum reſina: quippe mollit digeritq; medicamen uel ſolius ammoniaci beneficio, ꝙ quidem inter emollientia principatū occupat, in digerentibus verò concertat. Porrò ſi, quę in libro quinto de Simplicium medicaminū facultate dicta ſunt in memoriam reuocaueritis ad intelligendum qualenam huiuſmodi medicamentis temperamentū eſſe oporteat, nihil adhuc recentiori diſciplina indigebitis. Nā primæ facultates effectiuæ medicamētis ſunt, in calore, frigiditate, humiditate, & ſiccitate: Secūdæ mollientes, digerentes, repercuſſorię, attractrices, coctrices, deterſoriæ, & exedentes: Quemadmodum & tertiæ dicuntur, quę glutinant uulnera, cicatricem inducunt, & carnē generant. Compoſitū igitur ex oleo ricinino, & gutta ammoniaci medicamentum abunde poteſt digerere, emollire, & nimirum etiam ſiccare, ubi materiā idoneā aſſumpſerit, ceram, reſinam, & diutius coctam argenti ſpumā. Ad hęc uerò iubet iniicere lanas cō buſtas, ariſtolochiam, medicamēta, quæ plurimū digerunt & exiccant. Præterea meminit phar

C maci quod concoquit & digerit, nempe thuris. Quòd ſi myrrhæ nō nihil & opopanacis adiicit, (quoſdam enim ait, & ex iis aliquid miſcere medicamēto) illā ſanè ſciamus non ignauiter calefacere & exiccare: opopanacē uerò & generoſius adhuc hęc utraq; efficere, inſuper attenuādi, digerendiq; facultate præſtare: ſed huius quidē pauxillum inditur, timente, opinor, eo, q ipſum apponit, medicamenti acrimoniam, & uolente non ſolum digerens emolliensq; emplaſtrū, ſed uulneribus quoq; idoneum, efficere. Propterea igitur & ſquamam ęris, & ſtomomatis cū ea miſcuit, quę prę terquam ꝙualidè ſiccant, adſtringendi etiam uim ſortita ſunt. Ergo propter horū miſturam propoſitū nobis in ſermone emplaſtrū Aegyptium cruentis uulneribus, ulceribusq; aliis nō paucis, bonum medicamen redditur. Quin etiam ad abſceſſus, & omnia, quę diſcuti poſtulant, ſubinde audiuiſtis medicamenta, quę ſimul cum digerentibus etiam adſtringentium aliquod capiunt, tutiora fieri: quę uerò ſine adſtringentibus digerunt, efficaciora quidē, ſed nō perinde tuta. Sępe enim fluxiones attrahūt, dum corpus, qđ curatur, plethoricū eſt, uel prauo ſucco obnoxium: ſin autem uacuum corpus eſt, ac ſuperfluitatibus liberū, promptius medicamenta, quę magis diſcutiunt, ſola, ſine adſtringentibus aſſumpta, ad finem perueniūt: at cum pauca id genus corpora, quibus medicamēta afferunt, reperias, iccirco ſecurius eſſe uiſum eſt miſcere

D etiam non nulla repellentia. Ita ſanè & emplaſtro differēti, quod ex ſale conficitur, quidā adiecerunt chalcanthi paululum, quanuis & ſal ipſe adſtringens quippiam poſſideat. Igitur propoſitum medicamē fortiter digerere compertum eſt, ut etiam pus iam non admodū copioſum ſine cutis perforatione diſcutere queat, emollire calloſa, & quomodocūq; indurata: item magna uulnera cōglutinare, quemadmodum & ulceribus iam ad malignitatem declinantibus cicatricem obducere, aliiſque omnibus affectibus, qui digerendi ſimul & repellēdi uirtutē deſiderāt: in quibus ſunt, & quæ fronti, dū oculi fluxione laborant, imponuntur, uocata à medicis anacollemata. Idē hoc pharmacū conueniet & neruis denudatis, etſi in parte ſua ipſorum quapiam abſecti fuerint: etenim præciſi, periculo, quod ex conſenſu oritur, carentes, adhuc etiā ſubiectis ſibi partibus, in quæ inſeruntur, ſenſum adimūt: indigēt ſanè & hi quoq; tali pharmaco, nā q̄ humectant, facilè eos putrefaciunt. Ob qđ & paſtilli ſiccātes, etſi abunde adſtringāt, tamē denudatis neruis conueniunt, qui nondum ad phlegmones uigorem peruenerunt: hi nanq; indignanē irritanturq; ab huiuſmodi pharmacis. Sed de his poſtea. Quæ de ꝓpoſito emplaſtro dicēda reſtāt, apponamus. Quoniam plerunq; medici ex inſcitia, id genus emplaſtra dura imponūt, cū liquata linamentis excipere præſtaret, uel etiam in cōfectione ſtatim molliuſcula reddere: poſtea cū in magnis diuiſionibus, ubi nerui denudati ſunt, experimentum de ipſis fecere, ſperant in pun-

curis multo vtiliora fore, ignorantes & hic maximã quandam ſpeculationem, de qua differui E modo, vos docens, q̃ ratione inueni, inde per experientiam confirmari cognoui: propterea ẽt nunc admoneo. Multo nanq; calidiora, & quæ digerant magis, pharmaca, punctus neruorũ requirunt, q̃ cum omnino denudati fuerint vulnere inſigni facto: quippe nudi acria calidaq; admodum medicamenta propter eroſionem morſumq; non ferunt, verũ relaxantia digerẽtiaq; adſtringentibus mediocriter miſta poſtulant. At qm̃ etiam melius eſt ambientes vulneris particulas acribus, & tenuibus, multumq; digerentibus, quale eſt ex Euphorbio cõfectũ, contegere, nos ſanè propoſitum emplaſtrum ſatis poſſe, q̃ prædixi, efficere coniectauimus: eiq; præparato experientia teſtimoniũ acceſſit. Poſtea interim in Aſclepiadis, & Critonis libros medicatorios incidens, deprehendi ipſos nõ ut Andromachus quoq; indiſtinctè, ſed cũ manifeſta diſtinctione, virtutem ipſius ſcriptitaſſe. Igitur tum huius gratia, tum quòd in cõfectione in quibuſdam ab Andromacho diſſentiant, ſatius viſum eſt mihi etiam eorundem verba ſubiungere, deinde ita & de ipſorum diſcordia in medicamenti compoſitione nonnihil dicere.

Quæ Aſclepiades, & Crito de propoſito Aegyptio Emplaſtro conſcripſerint. CAP. 9.

DE Emplaſtro Aegyptio, ab Andromacho tradito Aſclepiades in hunc modũ differit. *Andromachi Aegyptium, cruentis vulneribus accommodatum. Facit ad neruorum, muſculorumque* F *præciſiones, punctus, contuſiones. Iuuat attritus, artuum fracturas. Eſt & Lippientibus collyrium. Confert capite dolentibus. Summatim ad multos affectus vtile eſt pharmacum.* Argenti ſpumæ, ceræ, ſingulorum denariũm pondo cxliiij guttæ ammoniaci denariũm pondo lxxij, terebinthinæ denariũ pondo xxxvj. lanæ ſuccidæ cõbuſtæ denariũ pondo x. & viij. ſquamæ æris, ſquamæ ſtomomatis, thuris, ariſtolochiæ rotundæ, ſingulorum denariũ pondo viij. ricini heminas tres. Hęc prefatus Aſclepiades, deinceps coquendi modũ tradit, Andromacho neq; hãc partẽ compoſitionis in emplaſtris obſeruante, ſiquidem in omnibus ferè omiſit. Verũ de coctione dicta ſunt nõ pauca in libro* quarto, & nunc paulo poſt dicetur. Aequum aũt eſt inſpicere controuerſiam, quam Aſclepiades in ſimplicium medicaminum quantitate cum Andromacho ſuſcepit: nõ enim ſex heminas ricini, ut Andromachus, ſed tres injicere præcepit, Cæterùm in ariſtolochia nullã Andromachus diſtinctionem fecit, ipſe rotundã adiecit: ſicut & in lana combuſta, ſuccidã addidit, q̃q̃ idem pondus, quod Andromachus immittat. Hæc igitur ipſius verba ſunt: Lanæ ſuccidæ cõbuſtæ denario pondo duodeuiginti, ariſtolochiæ rotundæ denarium pondo viij. Quæ uerò ad calcẽ poſuit Andromachus, neq; omnino Aſclepiades meminit, neq; de myrrha, neq; de opo panace quicquàm locutus, multo minus de marina, q̃ manifeſto Andromachus præpoſuit, ma- G rinę, inquiens, ac cerã irrigandã† denarium pondo* quinquaginta. Hoc enim, nec Aſclepiades, nec Crito adiunxit, attamen ariſtolochiam rotundam Crito ęque, ac Aſclepiades indidit, quẽ admodũ, & lanę ſuccidę denarios octodecim, & olei ricinini, ita n. ad verbum ſcripſit, heminas *ſex. Coctionẽ emplaſtri Aſclepiades his verbis docet: argenti ſpumã, & ricininũ incoquito, do nec in vnũ coeant, deinde ſquamas: ubi color bonus apparet, reliqua immittito. Apud Critonẽ hoc modo traditur: argenti ſpuma cũ ricino coquitur, dum mellis ſpiſſitudinẽ habeat: hoc facto ſquamæ inſperguntur, abundeq; incoquũtur, quouſq; digitos nõ inquinẽt: poſtea terebinthina & cera: vbi in unũ coierint, ammoniacũ, prius apud ignem digitis emollitum: cum iam ab igne deponit̃, lanæ ſuccidæ puluis inſpergitur, poſtremo thus. deinde ita tollunt. Porrò & ad quæ medicamentum valeat, accuratius Crito his verbis expoſuit. Aegyptia oẽm diuiſionem, contuſionemq; à phlegmone præſeruat. Valet ad quoslibet ferarũ morſus, iuuat phlegmonas, ſine vlce ribus factas. Benefacit etiam neruorum, & muſculorum doloribus, ſine cauſa † obortis.

† *Al. vnc. octo.* * Aliter octo. *Al iij.* † *Additur in quibuſdam co.* φανερᾶς, *ideſt manifeſta.*

Alia Andromachi. CAP. 10.

SCripſit alia quoq; fuſca Andromachus ſuperiori quodammodo genere ſimilia: vocat alterũ Athenã, hoc eſt Mineruam, alterũ Nygmaticũ, ideſt puncturis accommodatum. Minerua H quidem ad plures affectus, q̃ Nygmaticũ conuenit, p̃ſertim cũ vlceribus cõſiſtentes: qm̃ magis uaria eſt, magisq; adſtringentibus inſuper pharmacis participat: Nygmaticum uerò magis hac laxat, & doloris mitigantius eſt. Itaq; de priore medicamento, ita ad verbum ſcriptum reliquit. *Fuſcum, Minerua.* Argenti ſpumæ denarium pondo c, terebinthinæ denariũ pondo triginta ſex, ceræ denarium pondo xxv. minij ſinopici denarium pondo xxiiij. guttæ ammoniaci denarium pondo xxxvi. chalbani denariũ pondo xii. aloes denariũ pondo viii. diphrygis tãtundem: æris combuſti, maſtiches, ſingulorum denariũ pondo ſex: ariſtolochiæ denariũ pondo v, propolis tantundem, mannæ denariũm pondo ſex, ſquamæ æris denariũ pondo ſex, lapidis aſij denariũ pondo trium, trifolii ſeminis denariũ pondo ij. ſymphyti radicis denarii pondo unius obol. iiii. olei heminas iiii. De altero fuſco ſic ad uerbum Andromachus ſcripſit. *Fuſcum, Nygmaticum.* Guttæ ammoniaci, cerę recentis, ſingulorum denariũ pondo viii. terebinthinæ denariũ pondo * trium, æris cõbuſti denariũm pondo viij. picis aridæ denariũ pondo xxxx. Vt Zeno vult, minæ dimidium, & quartã portionem: argenti ſpumæ denariũm põdo iiij. aloes indicæ, ariſtolochię, chalbani, denariũm põdo ij. æruginis denarij pondo j. alii duum: thuris denariũ põdo ii. olei p hyemem† heminas quatuor, p æſtatem octauam partem: ammoniacum ex tribus aceti cyathis

* *Al. viij.* † *Al. quartam heminæ partem*

diluitur

A diluitur. Iam verò & alia multa cũ his emplaſtra prodidit Andromachus, nihil aliud ipſis apponens, quã coloris nomen: quę cõſtant quidẽ ex contrarijs facultate medicamentis, ſed alia ipſorum laxandi & doloris tollendi vim maiorẽ obtinent, quędam digerendi & detergendi, nõ nulla *adſtringendi. Quare nos etiam ipſos oĩbus fidentes commode vti conuenit ad vlcera, q̃ vix cicatricẽ recipiunt, & cacoethe, fortius adſtringentibus: vbi lenire & laxare propoſueris, magis relaxãtibus: vbi trahere & diſcutere conaris, ijs, quæ calefaciendi virtutem præpollentẽ habẽt, quæq; paruos humores in profundo ad ſeſe trahunt. Quibuſdã & hoc adiectum eſt, fuſcum lite quo vtor. Tria enim deinceps talia non variæ miſturæ deſcripſit, quorum ipſorum etiam confectionem ipſiuſmet verbis allegare melius eſſe videtur. *Fuſcum lite, quo vtor.* Argenti ſpumæ denariũ pondo xxiiii, ricini heminã vnam: æris combuſti, mannæ, reſinę, ſingulorum denarium pondo iiij: colophonię denarium pondo viij. *Aliud Iſidori ad dolorem ſedandum.* Argenti ſpumę, ceræ, ſingulorum denarium põdo xxxvj: olei heminam vnam & s, reſinæ colophoniæ denariũ pondo xv, ſquamæ æris denarium pondo ix, mannæ denariũ pondo *quinquaginta: incoquito. *Al.trahendi.

*Al.triũ.al.xv.

Aliud, quo vtor. Argenti ſpumę, reſinę ficcę, ſingulorum denarium: pondo cxliiij. ſquamę denarium pondo xxiiij, olei heminas iij. Quemadmodum autem his commemoratis tribus ad
B iũxit, alijs q̃ ipſe vtatur, alii q̃ dolori leniẽdo ſit, ita de alijs teſtimoniũ perhibuit, theriacas ipſa nominans. Tertiũ igitur ab initio his uerbis traditum eſt: *Theriaca, qua vtor.* Hanc ſequitur alia rurſus, cui prę ſcriptum ſic eſt. *Eupatorios theriaca.* Verum de theriacis poſtea dicemus, nunc autẽ de fuſcis adhuc, quę prodidit Andromachus, dicere cogito: quorũ q̃ vires ille & confecturas neglexit, accuſandus eſt. ¶ *Aliud fuſcum.* ¶ Statim igitur primo omnium ſcripto amicus quidam medicus vſus eſt, permulta facienti. Etenim vlcera, quę cicatricem ęg're ducunt, præſertim ubi calloſa, & dura labra vlcus amplectantur, claudit. Prodeſt ẽt putredini, fiſtulis, ſinus iungit, & magna vulnera. Summatim multiplicis vſus eſt. Componentium ipſam pharmacorũ ſymmetria hunc in modũ ſcripta eſt. Argenti ſpumę denariũ pondo cxliiij, olei heminas v: calcis viuę, thuris, ęris combuſti, terebinthinę, ariſtolochię, ſingulorũ denarium pondo xlviij: picis, cerę, ammmoniaci, ſingulorum denarium pondo xcvi. Ita quidẽ Andromachus ſcripſit. Licet tibi ẽt minori miſtura ipſum prępărare, ſingulorum quę numerauimus quartam partẽ miſcendo, fiet enim compoſitio talis: Argenti ſpumę denarium pondo xxxvj. calcis uiuę, ęris combuſti, thuris, terebinthinę, ariſtolochię, ſingulorum tertiam argẽti ſpumę partem, hoc eſt denarium pondo xij: deinde picis, cerę, guttę ammoniaci, ſingulorum duplo maius pondus, quã in dictis quinque
C medicamentis erit, ariſtolochia dico terebinthina, thure, ęre combuſto, & calce, quã viuã & recentem eſſe oportet. Ita pharmacum etiam ad putrida vtile fiet. Cum autẽ Andromachus oĩa medicamenta per denarios ſcripſerit, melius egiſſet, ſi & olei ſecundum eãdem ſymmetriã meminiſſet, vt quod inijceretur, totidẽ denarios penderet: aut ſi non hoc certe conueniebat ipſum Romanorum librę mentionem facere: nunc autem heminam ſcribit, cõſuetam de hac mẽſura ambiguitatem nobis relinquens, nouemne videlicet mẽſurales vncias, an duodecim, eſſe heminam velit. Mea quidem ſentẽtia perfecta ſymmetria ſex ũncias ponderis capiet, quia Romanorum libra xij vncias pendet. Si ex quarta parte cõponis, nota eſt proportio, nec latere arbitror, uel ſi denarios quis dicat ad abſolutam ſymmetriam quadringẽtos octoginta aſſumi, eo qđ põderalis vncia octo denarijs ualet. Inſuper aliud quoddam inter fuſca ab Andromacho poſitum eſt, quod & ipſum calcem viuam recipit, eiuſdem cum ſuperiore generis. Pręponit autem ei.

Fuſcum Eubuli. Et ſecundum hanc ſymmetriam prępărat. Argenti ſpumę pondo libram, cerę pondo minam: ęris combuſti, æruginis, terebinthinæ, ſingulorum denarium pondo xij: reſinæ ſiccæ denarium pondo xvj, guttæ ammoniaci denariũ pondo viij, thuris denariũ pondo xii, opopanaces denarium pondo viij, olei heminas iiij, aceti totidẽ: in quibuſdã exemplaribus ſcri
D ptũ eſt, heminę dimidium. Et nimirũ dupliciter conficere ipſum licet, ſcienti copioſius acetũ ualentiſſimũ medicamen efficere. Quin ẽt aliud fuſcũ, cui hoc ipſum præponitur. ¶ *Aliud fuſcum.* refert Andromachus ſingulorum *cõnexum, hoc eſt pharmacũ, ex marina prępăratũ, ſimilibus vitijs, quibus prę ſcripta, accõmodũ. Cõpoſitio eius talis eſt. Argenti ſpumæ, ceræ ſingulorũ minę dimidiũ: chalcitidis quartam minę portionẽ, ſquamæ ęris denariũ põdo xvj, thuris denariũ pondo viii: terebinthinæ quartam partem & octauam, minæ videlicet: guttę ammoniaci quartã partem: marinę aquę heminam, alij heminę dimidium: ricini heminas tres: ammoniacũ marina diluĩt. Hęc ſane Andromachus retulit, eatenus confectionis mentionẽ faciẽs, ut diceret ammoniacũ cũ marina prius uidelicet diluendũ. De chalcitide verò & ſquama nihil poſuit, quãquã & hæc ex marina læuigari queãt, ſicut ẽt coqui cum argenti ſpuma, cera, & terebinthina. Vt igitur nullũ aliud fuſcum a quouis alio quæratis, adijciã alia duo eiuſdẽ authoris. Vocat alterũ ipſorũ, *Phthurogaphi*: Quod hæc recipere dicit Argenti ſpumæ denariũ pondo c. reſinæ denarium pondo l, guttæ ammoniaci denariũ pondo xxx, ceræ denariũ pondo l. æruginis raſæ denarium põdo xii, ſquamæ æris denariũ pondo *duũ, ariſtolochiæ denariũ pondo viii, centaurij radicis tantum dem, olei heminas ii. Irionis autem medicamentum ex his conſtare ait. ¶ Argenti ſpumæ, picis ſiccæ, vtriuſq; pondo denarium cxlviij: †terebinthinæ, guttæ ammoniaci, ſingulorũ denariũ põ

*Aliter octo.

† *Al terebinthinæ drach. lx xij guttæ ammoniaci drac. xij.*

†Al. mannæ thuris, singulorũ denariorum põdo septuagintaduũ sed, & an bene, & inferius etiã capite 14. alij iudicent.

do septuagintaduum: ʒ † mannæ thuris denarium pondo centumduum, seuí vitulini denarium E
pondo centumquadraginta duũ, ceræ denariũ pondo xxxvj: aristolochiæ, æris combusti, ærugi-
nis rasæ, chalbani, opopanacis, singulorum denarium põdo nouem: aceti heminæ dimidiũ: olei
cicini, vtriusque heminam vnam & s: Perspicuũ est terebinthinæ, gutræ, & thuris, partes, duplici
pondere ab argenti spuma, pice, seuo vitulino, superari velle: cerę quadruplo: aristolochię, æris
vsti, ærugínis, chalbani, opopanacis sexcuplo decuplo. Atq; hoc pharmacũ abunde in vsum ve
nit multiplicem, quemadmodũ & alia præcedẽtia, quibus omnibus audacter vtendum est. *Hel-
lespontia ut Andromachus.* Celebre & hoc emplastrum inter fusca retulit Andromachus hac sym
metria. Argenti spumę denarium pondo centum, picis denarium pondo quinquaginta, ladani
denarium pondo xxv, æruginis rasæ denarium pondo viij, æris combusti tantundem, squamæ
denarium pondo duum, olei veteris denarium pondo ducentorum.

Hellespontia Heræ. CAP. 11.

QVoniam verò Andromachus ab Hera in pharmaci cõpositione differt, visum mihi est &
Heræ prodita adiungere, quæ ad verbum ita sonant. *Hellespontia perspiratu digerens, phleg-
monem propulsans. Valet ad strumas, panos, parotidas. Impositum splenium attrahit, pus matu-
rat, rumpit, conglutinat. In summa omnibus igne combustis benefacit. Mitigat etiam Podagricos.* Olei veteris F
denarium pondo centum, picis siccæ denarium pondo quinquaginta, ladani denarium pon-
* Aliter iii & s. do xxv, argenti spumæ denariũ põdo centum, æruginis rasæ denariũ pondo* octo, chalbani de-
narium pondo quatuor. Argenti spuma ex oleo trita coquitur: cũ autẽ coeunt, & pix & ęrugo im
mittuntur, deinde ladanũ, chalbanumque: atq; sic in mortariũ trãssusa molliuntur, & vsui sunt.
* Aliter i. Quidam, vt boni coloris sit & fuscum, miscent etiam squamæ denarium pondo octo, nã alioqui
fit nigerrimum. Hoc in podagris etiam non semel vsus sum, & cessit felicissime. Oportet autẽ tæ
das lignorum loco vsurpare: Manifestum est autem viros inter se dissentire in alijs paululũ, in
olei verò symmetria plurimum: nam duplo copiosius, quam Heras, Andromachus immittit.
Potest item præparari, aliter, cum sciamus, si plus olei iniectum fuerit, diuturniorem fore coctio
nem innuere, ipsumq; medicamen magis exiccans futurum: sin minus, remorari coctionẽ futu-
ram, & pharmacum inualidius exiccaturum.

Quæ scripsit Damocrates vsus multiplicis medicamenta.

Tyrium emplastrum. CAP. 12.

POst hæc referam emplastrorum adherescentium,
Sine fascijs, quis vsus, & confectio. G
In antiquis nõ habetur dictio μη, id est non. Ad diuisiones faciunt non magnas bene,
Et carnis ipsius ampliora vulnera.
Medicantur à quadrupede & morsos corpore
Summo: recentes discutiunt furunculos,
* πύον. i. pus al. ὑγρὸν. i. humor. Quibusq; iam* pus est, vapore digerunt:
Item auferendo crustas, ijs celerrime
Cicatricem inducunt opera nulla manus.
In fronte posito fluxus quàm promptissime
Lippientum cohibent, sola quamuis ceperis.
Huius generis, prestantius primum efferam
Emplastrum facile inuentu, cui color bonus,
Atq; efficacia, Tyriam nos dicimus,
Tyriam colore referat id quòd purpuram,
Si quo decet, modo fiat. Sic prępara.
Sit libra iniecta quinquies lithargyri H
Aliter libræ ii. Boni, semel cerę capiatur, insuper
Ter pityinę pinguis lignosę ac neutique.
Aeruginis prestantis ęris, chalbani,
Aerisq; combusti, pariter squamę bonę,
Cuiusq; misceto quaternas vncias.
Al. quinq; & s. Pinguis olei sex & decem ʒ pondo addito.
At curiosè emplastrum coquito in hunc modum.
Lithargyrum mitte ex oleo lęuissimam,
Fictilem in ollam nouam, sed hanc maiusculam.
Vbi conteres manibus, mouebis ac spatha,
Deinde flamma acri, atque continua coquens.
Cum mellis accipit iam spissitudinem,
Aerugo & squama misceantur, incoqui
Permittito satis, dehinc ęs adiungito.
Rursus coqui paruo relinquens tempore,

Paulum

A Paulum defundens ex olla medicaminis,
Refrigeratum manibus,& digitis teras.
Boni coloris,atque durum,vbi conſpicis,
Sic pityinam ceramq́; reliquis indito.
Deinde cunctis ritè unitis paululum,
Stillato rurſus:& colorem ſi bonum
Et temperamentum uides,mox tollito
Ab igne fictilem,& ſubactum chalbanum
Apponito.Si pharmacum ſit durius
Multo,reſolues oleo,faciens ſic bonam
Temperiem.In aliud inde uas transfundito:
Frigidum,& ſubactum manibus,ita reponito.

Aliud eiuſdem cum ſuperiore generis ſubijciam.

Medetur,antè quos citaui,affectibus:
Nec eſt,quod ulceribus malis,diutinis,
B Calloq; preſſis,applicet fœlicius
Cicatricem:etiamque ore natas puſtulas
Perſanat abſque roſione, rhagadas
Ani,nodoſas durities: callos demit.
Sic præpara. Lithargyri minam boni,
(Sed mina libra eſt, eius & pars tertia)
Minæ ſemis probatæ ceræ ponticæ, &
Aeruginis minæ quadrantem raſilis:
Atri chamæleontis octauam probi
Partem, radix bona eſt regione cretica:
Naſcens primùm, Cilicia deinde: præter hæc
Olei uetuſti pluſquàm mina paulo.
Quòd ſi non fuerit, uſurpato uel recens.
Lithargyron læuem,ſimulque oleum,noua
Totum figlina conditum, rudicula
C Mouens coquito. Vbi conſtiterit, & melinon
Fuerit,adiicito æruginem,ceram dein:
Qua iam liquente ab igne tollens ollulam,
Chamæleontis paululum conſpergito.
Vnita cùm, refrigerataque,quod ſatis,
Transfundito in pilam: poſt ſic reponito.

Aegyptium.

Aegyptium perſeuerans abſque phlegmone
Diuiſa quælibet,contuſaque omnia,
Quadrupedum morſus cunctorum, & ſerpentium,
Item ſubortas abſque ulceribus phlegmonas,
Neruos dolentes † citra cauſam, & muſculos
Laudans hoc Andromachus dabat ſodalibus
Suis,in pharmacis peritus maximè.
Aiebat eſſe ter quadraginta quidem
D Denarios lithargyri,& duodecim
Bis alteros,ceræ quoque albæ ponticæ
Totidem, ammoniaci ter uiginti lucidi
Et duodecim alios, thuris & bis quatuor.
Squamæ uerò æris, & ſquamæ ſtomomatis,
Cuiuſque rurſus miſturæ bis quatuor.
Puræ terebinthinæ ter addas duodecim,
*Octodecim heminas,oleique ciceos, *Aliter ij.
Combuſtæ totidem ſordidæ lanæ heminas.
Docebat ipſam iſto modo comburere:
Ollæ recenti, quæ ſit ore latior,
Impone lanam copioſè ſuccidam,
Operculum gypſo prius uel *glutino *Al uel calce.
Vel terra figulari,cui ſit commiſta aqua,
Illinito: ſed largo igne mox comburito:
Contuſa, facile quando cribro incernere

† in antiquis legitur δι' αἰτίας φανερᾶς, id eſt citra cauſam manifeſtam.

Fuerit, habere rectè tunc uidetur.
In clibanis quoq; ipſa & in fornacibus
Ignitis, nimium ſimiliter exurere.
Ita capiebat tritorum, quem eſt par, modum.
Coquere lithargyron iubet læuiſſimam,
Totumq́; ricinum: temperatis inuicem,
Mellisq́; facta tandem ſpiſſitudine,
Squamam aſpergere: concoquere & quantum ſufficit,
Vſqueadeo, dum non inquinet, & tunc addere
Terebinthinam & ceram: dein cùm coiuerint,
Ammoniacum confectum digitis mollius.
Poſturus ab igne collam, thus tritum inſpergito.
Penultimum ac lanæ immundæ puluiſculum,
Sed antè thus, pauxillulo aut pòſt tempore.
Quidam volentes iſtud proprio pharmacum
Dici titulo, cùm depoſitus eſt cacabus,
Squamæ unius bis octo indunt denarios.
Squama autem utuntur æris, non ſtomomatis.

Aliud.

Nihil priore peius agit Aegyptio,
Eadem at melius, & quandoque: ſi confecerit
Craſſum accuratè medicamentum quiſpiam,
Vtetur ad eadem ipſo non improſperè.
Olei libras & recini quinq; continet,
Chryſitidisq́; argenti ſpumæ quatuor,
Squamæ çris teréque ſedecim denarios,
Terebinthinæ pręſtantis ter duodecim,
Mannæque thuris tantundem, pondo duo
Amn..niaci ſynceri, ceræ ponticæ
Albæ duas libras ſemiſſem & inſuper.
Coquito oleum, ſquamam, nec non lithargyron,
Donec coierint, & color ſit optimus,
Fiatque ſatis emplaſtrum durum: deinde ſic
Terebinthinam pones ceramque: hinc mollius
Ammoniacum digitis confectum: poſtea
Feruente ab igne caccabo depoſito
Mannam iniicies iam frigerato pharmaco.
Frequenter hoc feci citra lithargyron,
Molybdænæ bonę pari ſumpto modo,
Vſusq́; ſum, ad quæ dixi, iam ſuauiſſimè.
Probatioriſq́; id coloris condidi.

Emplaſtra ad digerendum & extrahendum. CAP. 13.

QVi compoſitorum medicaminum uirtutes deſcripſerũt, emplaſtra quædam ab extrahẽdo epiſpaſtica, ſicut alia à diſcutiẽdo diaphoretica, nominarũt: alii utranq; extrahẽdi, & digerendi facultatem adeſſe teſtati ſunt, etenim uicinæ ſibi uirtutes ſunt eorum, quæ in alto latent, attractrix, & attractorum digeſtrix. Nam quę trahunt, etiã non nihil omnino diſcutiunt: & q̃ diſcutiunt, pariter trahũt: uerũ in digerentibus medicamentis diſcuſſoria uirtus, in trahentibus at tractrix, prępollet. Conſtãt itaq; attractrices ſimplicibus pharmacis, q̃ humorum ſuperfluitates ex profundo in cutẽ extimam poſſunt extrahere. Diſcuſſoriæ ex iis cõflantur, quę attractũ poſſunt ſuaptè natura digerere. Vt autem emplaſtrum fiat, quemadmodũ ſupra dictũ eſt. huic argẽti ſpuma, illi reſina, alij cera, alii oleũ, reliquo pix admiſcetur: q̃ nec inſignẽ digerendi potentiã nec extrahendi cõtinent, ſicut uel ppolis, uel calx, uel medulla, uel chalbanũ, uel aſiç petrę flos, uel ſpuma nitri, uel aphronitrũ, uel acetum, uel lixiua ſtacte, piper, ſinapi & ſtruthiũ: ſalesque, tũ qui edi poſſunt, tũ ammoniaci: ad hæc pleraq; alia, de quorũ facultate in cõmentario Simpliciũ pharmacorum dictum eſt. Nunc autem emplaſtra, quę iam experimento ſatis probata ſunt, exequar, tantũ adhuc ipſis adijciens, q̃ non nulli etiã adſtringentia pharmaca extrahẽtibus miſcuerunt, ueriti, quod accidit, ubi humorum ſuperfluitas fuerit: Trahunt ſiquidem plus interim, quam conuenit, ut non ſolum exparticũla quę curatur, attractionẽ in alto, ſed etiam ex oĩbus uicinis moliantur. Comprehẽſum eſt & antea, cũ de carnẽ generantibus facultatibus ageremus, extrahentia & digerentia, uelut omnia, quę magis quã oportet detergunt, carnis explẽtia fieri cerati miſtura: in quib⁹ uirtus quidẽ ualida eſt, copioſioris: in quibus imbecilla, paucioris. Quod ſi cõ

poſitum

A poſitum extrahendi, uel digerendi præditum poteſtate medicamentum, adſtringens quoq; aliquid habeat, tali pharmaco ad carnem generandã, propter uim adſtrictoriam utendum nõ eſt: quæ ad uulnera glutinanda, & ſinus, tum ad ulcerum cicatricem ducendam utili eſt, ad carnis productionem non ita. Dictum mihi eſt abunde iam de hoc.

Andromachi emplaſtra ad digerendum, & extrahendum
Halicon, id eſt ſalſum, ad multa. CAP. 14.

SAlis cõis pondo libras iiii, ſquamæ æris põdo vnc. iiii. magmatis pondo ſelibrã, mãnæ põdo librã, ceræ pondo lib. xiiii, olei ciprini põdo libras xvi, acetum adiicitur. *Aliud Theudæ Sarcophagi ad cacoethe, Fiſtulas, teredines, & ſtrumas.* Reſinæ terebinthinæ, thuris, ceræ, ſingulorum põdo vnc. iiii: argenti ſpumæ põdo unciã, quidã auripigmẽti æquale põdus pro argenti ſpuma ponunt: ſquamæ rubræ pondo unc. iiii, æruginis raſæ pondo vnc. viii, ſalis ammoniaci pondo vnc. vi, aceti heminam. Ego amplius capio, nempe olei heminam, uini heminã, aceti ſcillitici tã tundẽ. *Aliud ad Digerendum Candidi, quo utor.* Terebinthinæ pondo libras tres, ceræ põdo libras *quinquaginta: chalbani, nitri aſii, ſingulorum pondo vnc. ii: thuris põdo libras iiii, medullę cer- *Aliter viii.
uinæ põdo vnc. iiii, guttæ ammoniaci pondo ſelibram *propopolis põdo uncias tres, olei laurini *Aliter. lib. iiii.
B põdo vnc. vi, ſeui taurini põdo ſelibram. Quæ ſicca ſunt, liquidis admiſcentur. *Aliud ad Strumas authore Nymphodoto.* Aſii lapidis denarium pondo viii, aphronitri tantundẽ, ſeui uitulini, calcis uiuæ, ſingulorum põdo denarium xvi: cerę denariũ põdo xxiiii. terebinthinæ denarium pondo xxxii. *Aliud ad diſcutiendam Brõchocelen, hoc eſt gutturis tumorem, quo Clemens Sertorius curatus eſt, & ad duritias.* Argenti ſpumæ denarium pondo quinquaginta, reſinę pityinæ denariũ põdo quadraginta, olei ueteris heminas x: chalbani denarium pondo iiii, ⸗in alio vnc. i: ⸗æris cõbuſti denarium põdo xx, guttæ ammoniaci denariũ pondo quadraginta, aluminis fiſſi denarium põ do iiii, † mannę thuris ⸗tantundem, cerę denarium pondo quinquaginta: poſtremo chalbanum †Aliter, mannæ thuris, ſingulorum.
& mannã iniicito. *Aliud ex Aſpidibus, ad diſcutiẽdum ſtrumas, item ad podagras.* Terebinthinæ, lapidis aſii, bituminis, ſingulorum denariùm pondo trecentorum ſexaginta, aphronitri, uitulini: †Al. minam. i.
ceræ, baccarum lauri, guttæ ammoniaci, ſingulorum denarium põdo trecentorum quadraginta: lapidis pyrites denarium pondo octoginta, calcis uiuæ denarium pondo † centum octo, ⸗ aſpidum cineris põdo denariùm centum quadraginta, olei ueteris heminas duas: poſtremo cinis pharmaco refrigerato inſpergitur, ſin minus, perit. *Aliud ad extrahendum, Sarceuthitæ.* Terebinthinę pondo minã, cerę tantundem, nitri pondo † minas ii, ⸗ bdellii denarium pondo trigin- †Aliter cxx.
C taduo, guttæ ammoniaci tantundẽ: *olei, marinæ uel muriæ, cuiuſq; heminas ii: minii denarium *Al. olei heminas. xii.
pondo xxxii. *Aliud Cteſiphontis, quædam diſſoluens, quædam cogens, & criſpans.* Aphronitri pondo librã, † mannæ thuris ⸗pondo librã, lixiuæ ſtactæ pondo libram, quidam etiam aceti libram
addunt. *Aliud ex ſale, ad extrahendum.* Salis communis denarium põdo octoginta, ceruſſæ tan- † Al. mannæ, thuris, ſingulorum.
tundem, olei ueteris heminas *quadraginta, atramenti ſutorii denarium põdo xxiiii, aceti cya- *Aliter. tres.
thos iii. *Aliud ex ſale aliter.* Ceruſſæ, ſalis communis, ſingulorum denarium pondo quinqua- *Aliter.
ginta: olei ueteris heminas † viii, ariſtolochiæ denarium põdo octo, propolis denarium põdo x. Hoc Silo commendabat. *Aliud ex Terra pelagia ad digerẽdum.* Argenti ſpumæ pondo minas iiii: terræ pelagiæ, ſalis ammoniaci, ceruſſæ, ceræ, ſingulorum quartam minæ portionem: aceti heminam, olei heminas iiii. *Aliud Cyrti ad attrahendũ.* Iridis illyricę, mannæ, terebinthinæ, aphronitri, pumicis, ſingulorum denariùm pondo quinquaginta: guttæ ammoniaci denarium põdo *Aliter vi.
xxv, chalbani denarium pondo † xvi, canchryos denarium pondo xii s: ceræ denarium pondo
centum, alii octo: olei heminã. *Aliud Dia daphnidων id eſt ex baccis lauri.* Reſinæ, nitri rufi, ceræ
D recentis, baccarũ lauri, colophonię, ſeui uitulini, guttæ ammoniaci, ſingulorum denarium pondo ſeptuaginta: cyprii decimam ſextam heminæ partem: non nulli antem uiſci denariorum põdo quinquaginta. *Aliud attrahens, Harpali.* Guttæ ammoniaci denarium pondo viii: ceræ, iridis, mannæ, piperis, ſulfuris uiui, pumicis, ſingulorum denarium pondo iiii: terebinthinæ denarium pondo viii, olei parũ. *Aliud attrahens Harpali.* Terebinthinæ pondo minas octo, pumicis denarium pondo xv, nitri denarium pondo xvi, guttæ ammoniaci tantundem, ceræ denariorũ *pondo quatuor, minii quod poſſit ea colorare: arida cum aceto ſubiguntur. *Aliud.* Sinapeos de- *Aliter quinquaginta.
narium pondo iiii, nitri tantundem, ceræ denariorum põdo viii, terebinthinæ denariorũ põ- *Aliter viii.
do *triginta: baccarum lauri, calcis uiuæ, ſingulorum denariorum pondo iiii: olei decimã ſextã
heminæ portionem, cyprii denariorum põdo viii. *Aliud ad Pus diſcutiendum.* Ceræ, terebinthinę reſinæ, picis ſiccę, ſeui uitulini, nitri rufi, baccarũ lauri, calcis uiuæ, pumicis, guttæ ammoniaci, ſingulorum æquale pondus. *Aliud Nicomedis Regis.* Ceræ, nitri rufi: reſinæ frictæ ſingulorum denarium pondo centum: guttæ ammoniaci, propolis, ſingulorum denariorum pondo xxv: uiſci quercini denarium pondo † duodecim. s, olei ſextarium, lixiuiæ ſtactæ tantundem. *Aliud* †Aliter. xii.
diſcutiens Meliceridas. Olei ueteris denarium pondo centum, argẽti ſpumæ denarium põdo nonaginta unius: guttæ ammoniaci, chalbani utriuſq; denariorum pondo nouendecim. *Aliud.* Argenti ſpumæ denariorum pondo centum, ſalis communis denariorum põdo ſexaginta, olei ueteris heminas † ſex. *Aliud attrahens, & digerens. Ad multa utile.* Argenti ſpumæ, ceruſſæ, chal- † Aliter una.

bani,

bani,ſingulorum põdo librã: ſalis foſſitii,æruginis raſæ,ſingulorum ſelibram: olei ſextarios tres, E
†Al.ſſi. atramenti ſutorii põdo vnc.†ii. *Aliud ad digerendum è Struthio.* Argenti ſpumæ pondo libras†ii,
†Al,librã unam. olei pondo libras iiii: ceruſſæ,picis,terebinthinæ,ſingulorum pondo vnc.iiii: ceræ põdo vnc.ii,
mãnæ põdo vnc.iii, ariſtolochiæ põdo.ʒ.ii,ſtruthii tantundẽ, gallæ põdo vnc.iii,uini boni he-
minas tres: uinũ ultimũ infundito. *Aliud ad digerendum.ut Scribonius.* Argẽti ſpumæ pondo quin
que,olei põdo quinque,pityinæ ſiccæ põdo quinq;, propolis põdo viii,uiſci de quercu lecti põ
do quadrantẽ. *Aliud trahens,& digerens.* Ceræ nouæ,reſinæ pityinæ ſiccæ,nitri,ſingulorum de-
narium pondo centum: olei heminas tres: nõ nulli thuris denariùm pondo centum, lixiuæ ſta-
ctæ heminas iii. Ad duritias, guttæ ammoniaci denariùm pondo xii. miſceto chalbani tãtundẽ:
æruginis raſæ,propoleos,uiſci de quercu lecti, paria pondera. *Aliud ad ſtrumas Minutiani, quo*
utor ſubinde. Terebinthinæ pondo unum,ceræ pondo†viii,propolis pondo unum,chalbani põ
*Aliter s. do†viiii,uiſci de quercu lecti pondo†viii. His liquefactis, fęcis combuſtæ vnc.duas. inſpergito,
†Aliter s. aphronitri põdo†viii. Deinde ubi carbonibus impoſueris,olei heminas tres iniicito: poſtea ſub
†Aliter s. latis,cucumeris agreſtis radicis unciã inſpergito,gladioli radicis vnc.iiii, aſii floris tantundem.
†Aliter s. *Aliud Antipatri.* Nitri, terebinthinæ, olei ueteris, ſingulorum pondo librã,aquæ ſextarium,& F
amplius: ubi cocta non ebullierit,immittito guttæ ammoniaci põdo vnc.duas, chalbani pondo
unciã,bdellii põdo vnc.i,thuris põdo vnc.ii, sãdarachæ põdo vn.ii,lapidis aſii põdo vnc.ii. Aſi⁹
& ſandaracha ex oleo pauco læuigantẽ: liquabilia radunt̃,& aridis miſcentur. *Aliud digerendum*
Antipatri. Molybdenæ pondo denariùm trecentorum,ceræ denariùm cẽtũ quinquaginta,tere-
binthinæ denariùm pondo xxx. chalcitidis denariũ pondo vi,chalbani denariũ põdo viii,myr-
rhæ denariũ pondo viii,mannæ denariùm pondo viii: olei per hyemem heminas iiii,per æſta-
tem tres. *Aliud Xenocratis, dolorem ſedans, ad digerendum, ut Caſtus. Medicamen Polyſtomi ad poda-*
gram. Ceruſſæ denariùm pondo centum quinquaginta, ceræ pondo tria, terebinthinę denariũ
pondo xxx, aphronitrum denarium pondo xxx, olei ueteris heminas tres. *Aliud ad digerendum*
meliceridas. Alexandri. Salis hiſpani, argenti ſpumæ, ceruſę, ſingulorum pondo libram: ceræ pon
do unciã, terebinthinæ tantundem, chalbani* et opopanacis pondo uncias* duas, ſinapeos pon
†Aliter uel. do vnc.vi,olei ueteris põdo tria, aceti† ſextarios viii. *Aliud Sanitas, digerens, & extrahens, ad Mã-*
*Aliter i. *millas ex uiſco.* Argenti ſpumæ põdo libras duas. olei põdo libras duas, uiſci querçini, põdo triẽ
†Al. ſextarium. tem, gallæ tãtundem. *Aliud pus uacuans ſine ruptura, ut Aſclepiades.* Reſinæ põdo libras duas, ce-
ræ pondo libras ii, nitri põdo libras†viii, butyri põdo librã, adipis leonini põdo libras ſex, olei
†Aliter.ii. ueteris põdo librã: ſimul liquefacito. Quotidie emplaſtri modo imponens medicamẽtũ, utitor. G
Aliud Exipoticum id eſt expreſſorium, humores & abſceſſus, maximè in genu, & articulamentis ſine
inciſione extrahens, à phlegmone præſeruat, uulneribus utiliter admouetur. Plumbi ſtercoris, terebin-
thinæ, ſingulorum denariùm pondo centum: olei ueteris heminas, duas poſtremo reſinam:
Aliud digerens, cutem rumpẽs. Cicatricem ducit† humores euocat ʒ quo utor. Viſci quercini denariũ
†Al. Procliani authoris. pondo ſexaginta, picis denariùm, pondo quinquaginta, guttæ ammoniaci denariùm põdo* cẽ-
*Al. quinquagin ta. tum, ceræ denariùm pondo quinquinta, reſinæ fricte denariùm pondo xv, lapidis pyritis dena
riùm pondo x, chalbani denariùm pondo viii: mannæ, iridis illyricæ, cãchryos, ſtercoris colum
bini, ſingulorum denariùm põdo iiii: alibi, & mellis heminas, iiii: ʒ In aliis quibuſdam, & propo-
leos denariũ pondo xx: liquefactis quæ liquabilia ſunt, ſicca inſperge. ʒ

Quæ ſcripſerit Aſclepiades attrahentia. CAP. 15.

ALbũ attrahens. Facit ad ſtrumas, & parotidas, & particulares abſceſſus. Curat fiſtulas, & ægylo-
pas, ut ſine inciſione liberet. Valet ad Rheumatica, & curatu difficilia. Benefacit hydropicis. Argẽ
ti ſpumæ, ceruſſę, ſalis, ſingulorum denariùm põdo octoginta: olei ueteris ſextariùm. Sal, ceruſ-
ſa, argenti ſpuma ex oleo ipſis adiecto teruntur: deinde curioſe miſta, & in uas fictile coniecta,
coquuntur: mouenturq; aſſiduè, donec non inquinẽt: dehinc in mortarium transfuſa, rurſusq; H
tunſa, excipiuntur, & uſui ſunt. *Aliud.* Argenti ſpumæ denariorum põdo centũ, ceruſſæ denario-
rum pondo *decẽ*, ʒ ſalis denariorum pondo quinquaginta, olei heminas tres, ceræ denariorum
pondo quinquaginta, terebinthinæ denariorum pondo duodecim præparato ad modũ prędi
ctum. *Aliud.* Mannæ denariorum pondo ſedecim, aluminis ſciſſi denariorum põdo octo, olei ue-
teris heminas duas. *Aliud.* Argenti ſpumę pondo librã, ceruſſę põdo libram, ſalis foſſitii pondo
libram, ceræ denariorum pondo quinquaginta, terebinthinę denariorum pondo uigintiquin-
que, mannæ denariorum pondo ſedecim, aluminis fiſſi denariorum pondo viii, olei ueteris he
minas duas, & ſemiſſem. *Aliud Lucij ad prædictas diſpoſitiones medicamẽ compoſitum. Facit ad ulce-*
rarheumatica, diuturna, & uix ſanabilia. Argenti ſpumę, ceruſſæ, ſalis ammoniaci, atramenti ſu-
torii, pityinæ, ſingulorum põdo denariorum centum: olei ueteris ſextarios tres, aceti ſextarium
unum, cerę pondo denariorum quinquaginta: prępparato ad modum prædictum. *Aliud Salu-*
brepharmacum ad prædictos affectus compoſitum. Argenti ſpumæ, ceruſſæ, ſalis, aluminis liqui-
di, ſingulorum denariorum pondo centum: olei ueteris ſextarios decem, aceti ſextarium
unum, ceræ pondo ſelibram, reſinæ terebinthinæ pondo ſelibram: conficito ad modum præ-
dictum. *Aliud nigrum attrahens. Valet ad ſtrumas, parotidas, & particulares abſceſſus diſ-*

ſoluit

A *ſoluit omnem duritiem. Præſtat item malagmatis boni uicem, ſicut uſus eſt. Antonius herbarius. Item facit ad articulorum uitia.* Salis foſſilis pondo libram, argenti ſpumæ pondo librã, ſtrigmenti puriſſimi pondo libras quatuor, chalbani denarium pondo quinquaginta. Salem, & argenti ſpumã conterito, deinde ſtrigmento adiecto ſtudioſe rurſus tundito: in uas fictile cõiecta, igniq; ſupra poſita coquito, mouens ſine requie: & cùm non amplius inquinat, ab igne depoſito chalbanum ligneo piſtillo tunſum addito: ubi ſoluta fuerint, in pilam transfundito, ibiq; contuſis utitor.

Aliud, quo uſus eſt Andromachus. Facit ad ſtrumas, parotidas, mammarum duritias, particulares alſceſſus. Contentum humorem extrahit, ſinus iungit, iuuat fiſtulas, Aegylopas. Facit ad fluentia Vlcera uetera, & uix ſanabilia. Ceruſſæ, ſalis foſſitii, ſingulorum denariorũ pondo octoginta: atramenti ſutorii denariũ pondo duodecim, olei ueteris heminas tres, aceti heminas quatuor. Salẽ in tenuiſſimũ puluerẽ redactũ, ceruſſamq; ex oleo coquito: ac dum non inquinet, moueto. Vbi bene habuerint, depoſitis ab igne atramentum ſutorium aceto tritum immittito: & exiguum continuè inſpergẽs, caue, ne efferueſcat: deinde in mortarium trãsfuſa, rurſusq; tunſa excipito, & utitor.

Quæ ſcripſit Aſclepiades diſcutientia, ex illius uerbis. CAP. 16.

B *TVmoribus diſſolutis, & in humorem digeſtis, infraſcriptæ cõpoſitiones conueniunt. Cerine Cteſiphõtis. Valet ad ſtrumas, Ganglia, parotidas, mammarum abſceſſus, ut nullum aliud pharmacum, tumores reſoluit, & quicquid humidi continetur, rarefaciendo elicit. Sinus glutinat, iuuat fiſtulas, & Aegylopas, ut citra inciſionem liberet. eſt etiam malagma utile iſchiadicis § ſeu coxarijs, id eſt coxæ morbo laborãtibus. § podagricis, arthriticis, poſt acceſſiones impoſitum toto affectu leuat.* Hæc recipit. Ceræ terebinthinæ, nitri, olei ueteris, ſingulorum põdo libram: a quæ heminam. Nitrum & aquã terito, ut ex toto ſoluãtur: & in uas fictile cõiecta igni imponito: uaſe cooperto coq;to, ex interuallis moueto. Cũ aũt ſtrepere adeo deſierit, liquabilia iniicito, mouens aſſiduè, donec nõ inquinẽt: in mortariũ transfuſa rurſus tundito, inde excipiens utitor. Vel hac rõne p̃parat: Quę liquari poſſunt, prius liquefacimus: & cum diſſoluta fuerint, nitrũ ex aqua læuigatũ adiiciemus, idq; paulatim mouẽtes aſſiduè, cauentesq; ne efferueſcat. *Alia, qua uſus eſt Menecrates, præcipuè in Strumis, & Mammarũ duritie, quippe perforat eas, & contentum humorẽ excernit. Sinus iungit, & ad cicatricem perducit.* Ceræ, reſinæ terebinthinæ, reſinæ ligneæ, chalbani, olei ueteris, aphronitri, ſingulorũ põdo librã, †myrrhæ cineris § ſextarium, qui pendit uncias tres. Reſinas in uas æreum, aut fictile iniectas, igniq; impoſitas, liquefacito. Vbi percolaueris quantũ ſatis eſt chalbano emolliendo, poſtea liquabilia ſimul miſta, quouſq; nõ inquinẽt, coquito: deinde ab igne repoſita refrigerari

† Al. συκίνης τέφρας, i ficulnei cineris.

C ſinito: & his aphronitrũ adiungito, mouens cõtinuè: & cõtuſa cineribus læuiſſimis iniicito: poſtquam permiſcueris, excipito, & utitor: quinto quoque die ſoluito, deinde tertio, donec tumores forati fuerint: poſtea quotidie inter curandum ſoluito. *Alia ex Aphronitro, à quibuſdam Dionyſia dicta, pharmacum ad prædictos affectus cõpoſitum, quo uſus eſt Largus.* Ceræ, terebinthinæ, mãnæ, aphronitri, ſingulorum pondo librã: olei ſextarium, aquæ lutulentæ ſextarium, milyos crudi põdo uncias duas: cõponito, ſicut dixi. *Aliud ex Aſio, medicamentum, ad prædicta uitia compoſitum.* Ceræ terebinthinæ, nitri, ſingulorum põdo librã: thuris ſelibrã: lapidis aſii floris, olei cypri ni, utriuſq; ſelibram: aquæ lutificæ, quod ſatis eſt. Arida cum aqua lutifica diſſoluuntur, ut ſordium craſſitudinẽ habeant, & ſtudioſe læuigantur: quæ liquari poſſunt, liquefiunt, & refrigerantur, tritis immittuntur: ubi contuderimus, excipientes utimur. *Aliud Aſianum Neapolitæ, facit ad eadem.* Ceræ pondo libram unam, & ſemiſſem, nitri rubri pondo libram, lapidis aſii floris põdo libram, & ſemiſſem, mannæ pondo ſelibrã, myrrhæ pondo vnc. iii. olei ueteris põdo libram aquæ lutificæ heminam: præparatur ſuperiore modo. *Aliud ad eaſdem affectiones.* Ceræ terebinthinæ, ſingulorum* pondo denarium centum: nitri ſpumæ, olei ueteris, mannæ thuris, ſingulorũ pondo libram: lapidis aſii floris pondo ſelibram: chalbani propolis, guttæ, ammoniaci, ſingulo

* Al. libram unam & dimidiam.

D rum denarium pondo xii: aquæ lutificæ, quod ſufficit. *Aliud Gilauum ex libris Damocratis, eadem efficiens.* Argẽti ſpumæ, ceruſſæ, ſalis foſſitii, ſingulorum pondo libram: minii ſinopici pondo ſelibrã, ceræ pondo vnc. †ii. terebinthinæ totidem, olei ueteris heminas tres, aceti quantum ſinopico ſoluendo ſufficit: conficito, ut ſuperiora. *Aliud ad eadem.* Argenti ſpumæ, ceruſſæ, ſalis foſſitii, ſingulorum põdo libram: minii ſinopici pondo ſelibram, ceræ põdo vnc. quatuor, chalbani põdo uncias duas, reſinæ terebinthinæ tãtundẽ, olei ueteris heminas tres, aceti quo rubrica diſſoluatur: conficito, ut dixi. *Aliud eſt maſtiche ad eadem.* Ceræ pondo libram: maſtiches, mannæ thuris, ſinopidis, aphronitri, ſingulorum pondo ſelibram: olei myrtei põdo uncias tres, marinę aquę uncias tres. *Aliud Neapolitæ ad eadem.* Argenti ſpumę, ceruſſę, ſalis foſſitii, ſingulorum pondo libram: minii ſinopici, ceræ pityinę, ſingulorum pondo ſelibram: chalbani pondo uncias duas, olei heminas tres. aceti quantum ſatis eſt.

† Al. quatuor, Galbam unc. duas, rennæ terebinthinæ, & cæt.

Diſcuſſoria ſcripta à Damocrate. CAP. 17.

AD digerendum Melinum emplaſtrum efficax
Infantium ſtrumas non ueteres, inſuper.
Et duritias muſculorum, item, & cutis,
Et phlegmonas, quæ durant multo tempore,

Car-

Carnem replet, ducit cicatricem probè, E
Sic conficitur. Excellentis lithargyri
Plerunq; libram, item ceruſſæ ſelibram,
Ad hæc recepta pondo libram quoq; noui
Pinguis olei. Immiſſa eſt ollæ lithargyrus
Ex oleo coquitur: ubi iam ſpiſſitudinem
Habet ſordis, læuem ceruſſam tum capit.
Cùm non inficiens, temperie, & bona admodũ
Pauloq; durius uideris, immittitur
Cera, & pityina: quibus liquatis ollula
Ab igne feruens tollitur: tunc protinus
Ammmoniacum, tum cera manibus, ut ſolet,
Atq; digitis ſubacta iuxta ignem, inditur,
Poſtea mouetur pharmacum rudicula.
Rurſusq; mollitur manibus: ſic conditur.

Aliud. F

Aliud ad omnia hæc. Strumas ipſas uerò
Magis reſoluit, & laborantes iuuat,
Præcordia ne abſceſſus, quibus eſt cautio,
Tumore quopiam atq; metu exerceat.
Hanc obtinet confecturam, nigrum quia eſt
†Al. perlucidæ ſiccisſimę. Picis † humidæ, ſiccæ, ʒpondo libras duas.
Denſiq; uitrei duas bituminis,
Frictæ pityinæ quatuor, ceræ capit
Tres, thuris unam libram, & partem tertitiam,
Squamæ æris uncias pariter bis quatuor.
Recentis olei communis quinq; uncias.
Thus, ſquama teritur, quibus aceti apponitur
Menſura iuxta. Vt curioſe trita ſunt,
Et craſſitudinem mellis tenent, coques:
Ceram, reliquaq; tum ſimul oleo nouo: G
Et ſic læuigatis calida ſupra fundito.
Vbi diligenter manibus omnia robore
Commiſcueris, contectum pelle condito.
Nam exaſperatur, cruſtula atq; obducitur.

Damocratis compoſitiones ex ſale, Diſcuſſoria.

Hoc præparato ſimul, ut præſtans pharmacum.
Bonæ ceruſſæ, & argenti ſpumæ bonæ,
Cuiuſq; pondo, denasq; ſalis uncias.
(Omnis uero eſt ſal albus multum pharmaco
Futuro utilis: atqui longè præſtantior
Ammoniacus, confectus, & purus mari)
Et tres uetuſti libras olei pondere.
Oleum coquito, reliqua, & trita ſimili modo
Quòd duriora adusq; ſint malagmate:
Nam ſepoſita multo remolleſcunt magis. H

Aliud.

Aliud melius, nam duritias diſcutit
Cunctis ualentius inueteratas nimis.
Et bronchocelas, & magnas meliceridas,
Et contumaces ſtrumas, necnon ancylas.
Sic conficitur. Libram ſalis læuiſſimi
Tenuis, duas ceruſſę, totat chalbani,
Fac uncias, totidem purę propoleos,
Ariſtolochię binas pariter uncias,
Pręſtantis olei libras annoſi duas,
Craſſiſſimum ſi fuerit, addes alteram.
Coquito ſimiliter, temperatumq; probè
Ab igne tollito: lęuigatam tunc quoque
Ariſtolochiam inſperges, inieceris ubi
Mollita, propolim ſcilicet atque chalbanum.

Aliud

A *Aliud ad digerendum Damocratis ex Calce uiua.*
Valde bonum, ſtrumas ſoluit per halitum,
Omnem tumorem reprimit: nec non hepatis
Vel ſplenis affectus aquoſos curat, &
Excretionem urinæ ualde promouet,
Et inueteratos diſſoluit coxendices.
Nempè Vlpianus hoc iuuenis induſtrius
Vtens auxiliabatur ægris plurimis.
Sed continet libram ceræ unam ponticæ.
Vnamq; frictæ, præterea unam pityinæ,
Calcis recentis uiuæ quoq; pondo unciam,
Aluminis fiſſi ſimiliter unciam,
Aequale pondo arſenicíq; pontici.
His ſuaue olentis paulum aceti affundito.
Maiore tere in mortario, quoad ſit ſatis.
B Ceræq; reſinæ miſcens paululum
Olei, liquato flamma ignis quàm acerrimi.
Ac temperans omnia, faciens malagmata,
Nec pharmaci inquinantis craſſitudinem
Reponito. Vtens excipe nouo ſelenio.
Aiebat optimus medicamenti pater
Morbis diuturnis præſidium ſuſcipi
Iſtud bonum, quibus item longa uiſceris
Cuiuslibet inflammatio præcordia
Indurauerit, auxiliari, uel maximè.
Quippè id ſudores excitat, præcordiis
Duritiem tollit, morbos ſoluit protinus.
Retenta naturalia diu menſtrua,
Paucis diebus adeo impoſitum prouocat.
Nos calce dempta, duplum alumen indimus,
C Et melius pharmacum erat, haud faciens puſtulas.

GALENI DE COMPOSITIONE MEDICAMENTORVM PER GENERA LIBER SEPTIMVS

ARGVMENTVM LIBRI.

Agit de emollientibus, relaxantibus, & laborem tollentibus, emplaſtris, quæ malagmata, Chalaſtica, & Acopa dicuntur.

Quæ ſint medicamenta emollientia, de ratione uſus ipſorum, de indureſcentibus partibus, ac de ſcyrrho. CAP. I.

D MAlagmata uocãt medici, quæ partes præter naturã induratas emolliũt, calida oĩa temperamento mediocri prædita, non tñ exiccãtia, quẽadmodũ nec humectantia manifeſto. Nã cum exactè molliẽtia mediũ quodãmodo ordinẽ inter humectantia ſiccantia q; ſortiãtur, indureſcẽtiũ ſubq; uelu ti fuſionẽ quandã moliunt. Nominãtur aũt malactica. i. molliẽtia, licet in aliis paululũ ad ſiccãdi humectãdiq; uirtutẽ inclinent, ſi modo ſubiectã partiũ, quas cõtingũt, ſubam queãt diffundere, quod nimirũ propter moderatum in eis calorem accidit. Ac q̃ ubi durities diffuſa fuerit, digerẽtiũ medicamẽtorum uſus ueniat, in quinto de ſimplicium facultate medicaminũ, & in xiiii. therapeutices Methodi libro cõprehenſum eſt. Indureſcentia igitur, quæ ex recta medendi methodo nõ curata ſcirrhũ contrahunt, optimè curabuntur, ſi medicus ſpectet, quãtũ ęgri corporis ſubа à mediocri humiditate, ac ſiccitate receſſerit: Quẽadmodũ ẽt ſi affectus cõſtitutionẽ, quatenus ſi aucta, inſpiciat: p̃terea cõſideret inter ipſa pharmaca, q̃ magis, q̃ minus, emolliãt. Hucnanq; ſpectãti primº uſus emolliẽtis medicaminis, cõiecturalis, q̃dẽ erit, ſed cũ artificio. At poſt unũ, aut alterũ diẽ nũ intẽdere medicamẽti uirtutẽ, an remittere cõueniat, intelliges, ut in prioribus, & medẽdi Methodo dictũ eſt. Quap̃p medici emollientia, & digerẽtia pharmaca cõpoſuerũt,

ceu

ceu ſcopos ambos ſibi proponentes, tum ut partis duritiẽ, quæ iã in ſcirrhum degenerat, diffun- E
derent: tũ, ut per halitũ digererent: non uiciſſim utroq; utentes, quemadmodum me frequenter facere cõſpicitis, uerum ſemper duo ipſa cõpoſito medicamine molliẽtes. Notũ porrò eſt omnibus, in miſtura, uel emollientia, uel digerentia eſſe copioſiora, tum maioris minorisq; rationem in ipſis eſſe non exiguã. Cõſtat quoq; ſubinde paria facultatibus miſceri: ac neceſſe eſt, ſicut in aliis medicamentis, ita in his ẽt, ſi probè mederi cupias, plura eiuſdẽ generis pharmaca, uel certè duo parata habeas, ualidiſſimũ puta totius generis, & moderatiſſimũ, ut exuaria ipſorũ miſtura cõuenienti facta, multa, q̃ intra ſumma cõtineantur, medicamina efficias. Nõ enim adeps eandẽ uirtutẽ obtinet, quã bdellium, ſtyrax, & gutta ammoniaci: quẽadmodum nec inter ipſos adipes anſerinus, & gallinaceus, uel pardi, uel leonis, uel hyenæ, uel alterius cuiuſpiã animalis: nam ſecundum animalis tẽperamentum ẽt adeps eſt, nẽpè calidiorum magis excalfacit, ſiccioribus uero euidẽtius ſiccat. At uulgus medicorum nouit leoninum adipẽ in utroque, calfaciẽdo dico, & digerendo, lõgè eſſe ualẽtiſſimũ. Proximũ locũ hẽt pardi adeps, adeo ut parum emolliat. Minore aũt in calefaciendo, ac digerendo prẽditus uirtute eſt anſerinus, habetq; plus q̃ddã in molliendo: pari ſpatio ab hoc recedit adeps gallinaceus. Hi igitur omnes tenuiorum partiũ ſubſtantiã inter quadrupeda animantia obtinent. At differentia rurſus permagna in illis eſt, cũ ſuillus quidẽ molliſſimus, ac humidiſſimus, eoq; aliorum imbecillimus ſit, ut teneris corporibus cõueniat, cuiuſmodi hũt mulieres, pueri, eunuchi, & uiri delicatiores, in umbra, ocio, & frequentibus potabilis aquæ balneis, effœminati. Caprarum uero, & boum pingue, quanto ſuillo eſt ualidius, tãto magis corporibus natura durioribus: & inter duriora ſcirrhoſioribus cõuenit taurorũ, hircorumq; in ualidioribus, tũ corporibus, tum affectib⁹ proficit. Eadẽ uero, & aliis in minoris maiorisq; ratione inter ſe eſt differẽtia. Porrò ab imbecillioribus auſpicabor, ſi prius de duritiei, ac ſcirrhi affectu quædã prælibauero. Nã cum phlegmone laborantibus, & indureſcentibus cõmune ſit accidens, digitis prementibus reniti, diſtinguunt affectus doloris ſenſu, & indolẽtia: hoc.n. nõ amplius utriuſq; cõmune eſt. Quẽadmodum uerò in aliis omnibus, quæ ſuapte natura recidere in ſe mutuo poſſunt, ineſt confinium utriusq; aliquatenus particeps, ita quoq; ulcerum phlegmonoſorum, cum ſcirrhis abſq; phlegmone, quales induratis accidunt, media quædã eſt diſpoſitio, doloris quidẽ expers, ſi nõ digitos imprimas, dolens autẽ ſi id facias: quam clarioris breuioriſq; diſciplinæ gratia, uel phlegmonẽ ſcirrhoſam, uel ſcirrhũ phlegmonoſum dicemus, non hic tumoris magnitudini animum attendentes. Nam phlegmone, & ſcirrhus nomina ſunt formę affectuum, non quantitatis in altero ipſorum: cum phlegmone, uel propter partis inflam- G
matæ magnitudinem, uel ob tumorem præter naturam, magna euadat: parua autẽ, cum aut paruum locum poſſederit, aut exiguum tumorem habuerit. Dicetur nunc mihi paruæ phlegmones ſcirrhiq; parui curatio, ſicut & magnę magnique; pro affectuum ſpecie: hinc enim, & aliorũ quę magna, & parua dicuntur, curationis notio intelligetur. Itaque magna phlegmone cataplaſmatis, ac humidis quibuſdã medicamentis ſanatur: parua, quum ſcirrhoſa durities miſta fuerit, itidẽ cataplaſmatis, interim uero medicamẽtis cerati modo cõfectis, & liquidis, inſuper & emollientibus emplaſtris. Talibus autem, & parua durities tollitur, ſed in hac quidẽ ſimplex ſcopus, quemadmodum, phlegmone conſiſtente eſt: quum uero durities phlegmonoſum quippiam habuerit, compoſitus quoque ſcopus efficitur.

* ἐλκῶν eſt in impreſſis, inanti- quis τῶν ὄγκων .i. tumorum.

De medicamento, quod, quia liquidum eſt, Parygron Græci appellant. CAP. 2.

AC ideo quoq; medicamen quodãmodo cõpoſitum eſt, ueluti & hoc, quod Parygrõ nomi nãt, oĩbus cognitum: magnificè uerò, cum ab aliis quibuſdã, tum Hera, cõmendatum. Medetur enim id particulæ parua adhuc phlegmone conflictanti, nõ multo poſt cõfectionem tempore, ſed protinus impoſitum: ubi uero duritiẽ à dolore alienã pars affecta acquiſierit, uel paulo recẽti uetuſtius utile eſt: quẽadmodum ẽt, ſi phlegmonoſo affectu omnino ſit libera, melius H
in ea uetuſtius medicamentum proficit. Enimuero medicamẽti tps pro duritiei intẽtione uidelicet æqualiter augere conuenit, & ſi partem ualde induratam ne uetus quidẽ pharmacũ emollierit. Quippè uaria hoc parygrum dictum medicamentũ, & promittit, & põt, qm̃ materiam miſtã quoque, ſeu uariã obtinet. Siquidẽ adeps ſuillus, & cera molliẽtium ſunt imbecillima: argẽti ſpuma uero, & ceruſſa nihil habẽt, quod emollire poſſint, quẽadmodũ antea didicimus. Porrò Heras, qui pharmacũ hoc oĩum maximè laudauit, ex hiſce ipſum conficit his uerbis. Adipis ſuilli recentis curati põdo vnc. xliiii, ceræ pondo vnc. xxiiii, ceruſſæ pondo vnc. vi, argenti ſpumę tantundem. Quę liquari poſſunt, ſiccis ſuperfundũtur: tẽporis autem ſpatio medicamẽtum cõſiſtit, ſpiſſaturque. Sicut cerã, & adipem ſuillũ imbecillę molliendi uirtutis eſſe dixi, ita quoque ſi oleo pauxillum cerę miſceas, id quod à medicis Cereleon dicitur efficies. Oleum autẽ uidelicet eſſe conuenit, nec quod uocant omphacinum, & omotribes, quaſi dicas immaturum, & crudum, nec quod oleæ ſurculos in confectione aſſumpſit.

Generalis mollientium pharmacorum differentia, ac facultas. CAP. 3.

ITtaq; tã imbecillia mollientia ẽt paruis medicant inflãmationibus: his ãt fortiora breuẽ duritiẽ ſine phlegmone perſanãt: his adhuc ualidiora maiores: quẽadmodũ, & quæ duritiẽ ĩ ſcirrhum

A rhum propè degenerantẽ curant, efficaciſſima ſunt, cuiuſmodi eſt medullarũ genus, in maioris minorisq; ratione inter ſe differẽtiũ, ut deinceps explicabo: itẽ bdellium utrunque, arabicũ, & ſcythicum: inſuper ſtyraces, ſiquidẽ & horum efficaciſſimus eſt colore pallidus, qui etiam optimus in Pãphilia naſcitur, qui uero hoc magis fuſcus eſt, ubiq; prouenit potentia multo pallidiore inferior, at tẽporis proceſſu, & ipſe aureũ colorẽ acquirit. Hoc itaq; (priore inquam) in antidotis propter caritatẽ utimur, ac tu propterea Principi quodcunq; ex ſtyrace præparãs, ſemper hoc uteris. Itẽ ſi familiarum quis in pharmacorum ſumptibus magnificus exiſtat, illi quoq; ex hmõi ſtyrace medicamentum cõpones, in aliis optimum ex fuſco genere deliges & odore potiſſimum, & colore iudicium eius ſumens, nã niger deterior eſt. Cæterum his, q̃ indureſcẽtia ualidè emolliunt, gutta Ammoniaci adſcribitur, eaq; magis pinguis, & noua. His minus, ſed tamẽ, & ipſa efficacia ſunt, caprarum, boumq; pinguia, inter ea ipſa hircorum, ac taurorum ualidiora ſunt: boum uero, & caprarũ his quidẽ imbecilliora ſunt, nõ tñ, & ipſa actionis expertia: hœdorum autẽ, & uitulorum his ipſis adhuc imbecilliora ſunt, porcillo tñ efficaciora: At leonis, pardi, hyænæ, & anſeris euidentius his digerunt, non magis emolliunt, quanto ẽt teniuorem ſubam caprino, & bubulo ſeuo habent. Cæterum gallinaceum mediã inter anſerinum, & ſuillum ſedẽ
B occupat. Quemadmodũ, & medullarum optima eſt uitulina. Ac Reſinæ, quæ nõ acrẽ odorẽ habent, ſi dictorũ cuipiã miſcentur, tenacitatẽ in medicamentis cõpoſitis præbent, emolliendi uirtutẽ nõ auferunt. Aptiſſima eſt, quæ chia uocatur, & larix, poſt has pinea, inde abietina: ſtrobilina uerò uehementer acris eſt: pityina ſeu picea, quã propriè phyſema nominant, pinguitudinis expers admodũ exiccat. Has igitur fugere, chia uerò, & abietina uti oportet, nõ ipſis p̃ ſe, uerum cum cera, & quopiã alio quod affectui conducere uideatur. Et uerò pix brutia facultatem eandẽ obtinet, ut quæ glutinans quiddam, ac pingue habeat. Cæterum pix alia nõ miſcenda eſt, ſicut nec bitumen, utpote iuxto ſicciora: enimuero ea, quæ exiccant, mollientibus eſſe cõtraria didicimus. Qm̃ uerò pineam, & frictam reſinam, & colophoniam appellare conſueuerunt, ſciendũ uenit, & aliam quandam eſſe colophoniam chiæ maſtiche perſimilem, molliẽs aliquid habẽtẽ, quemadmodum illa, & thus: inſuper Aegyptia maſtiche non nihil emollit, ſed maior uirtutis ipſius portio cõcoquit, digeritque. Itẽ & thus quandam molliendi uim obtinet, uerum hoc quidẽ coctum ex uſu eſt, ueluti & fœnigræci ſemen: etenim & hoc probè coctum emollit, ac magis ad huc pingui permiſtum. At, quæ citra coctionem ob conſiſtentiæ ſiccitatẽ dilui, liquari, *mergiq; deſiderant, oleoſo quopiã indigent: cuiuſmodi ſunt oleũ ipſum, cũ nihil adſtrictionis habeat, itẽ
C balneorum ſtrigmenta, præterea quod uocãt ſuſinum, ad hæc multo ẽt magis comagenum. Huius quoq; ordinis eſt butyrum, tum althęæ, & fœnigræci decoctum. Porrò inter tã mollia, & ualidiſſima, quod genus ſunt bdellium, & ſtyrax, gutta ammoniaci idem poteſt, quod & propolis: atqui hoc in bdellio diſtinguẽdum eſt, q̃ ſcythicũ altero arabico multo ad hæc ſit p̃ſtantius, p̃cipuè nouum, & molle, quod ẽt pingue nominant. Cõſuetudo ſiquidem hæc eſt inter recentiores medicos in huiuſmodi pharmacis, quod emolliẽtius eſt, pinguius appellaſſe: hoc autem uidelicet humidius quoq; eſt. Cæterum chalbanum, & qui opopanax dicitur, p̃terquã q̃ digerunt, etiã quid molliens hñt: opopanax aũt digerendo, chalbanum molliendo coquendoq; præcellit. Talis ſanè molliẽtium pharmacorum facultas eſt. Tu uerò cum, uel ſcriptum aliquod in libris medicamentariis diſcuſſeris, & examinaueris, uel ipſe cõpoſueris, auditis nuper pharmacorũ ſecundũ maioris minorisq; rationẽ differentiis, intellectis item corporum, affectuumq; diuerſitatib⁹, ualida ualidis, imbecillia imbecillibus, adhibebis. At ubi poſt primã medicamẽti impoſitionem aliud applicas, oleo ſimplici pingui partẽ affectã fouere conuenit. Porro ex iis, quæ ἐχέκολλα, ſ. tenacia, nominantur, nullum auferendum eſt prius, q̃ ſua ſpõte abſcedat: immo ẽt ſi laueris, p̃mittenda ſunt. Vitanda autem medicamento ſarum aquarum lauacra, præſertim quæ chalcan-
D thoſa, aluminoſa, & ſulfuroſa ſunt. Hæc quidem ſufficiunt uiris cordatis, ac prudentibus, quiq; in medicinæ operibus exercitati peritiam aliquam ſunt adepti.

*Al. λυέσθαι. i. ſolui.

Specialis Mollientium pharmacorum differentia, ac facultas. CAP. 4.

QVoniã uero oẽs eiuſmodi nõ ſunt, & p̃poſuimus hoc cõmentario, non ut in opere de morbis curandis methodum ſolã exponere: uerũ ſimul, cum particulariũ uno atq; altero exẽplo, pharmaca uſu comperta ſubiungere oportet, quæ maiores noſtri in pharmaceutica, id eſt medicamentaria artis parte celebres literis mandauerunt, ad ſpeciales mollientiũ pharmacorũ differentias perueniemus, à molliſſimis, quæ & paruis inflãmationibus medentur, exorſi. Ex cõpoſitis emollientibus alia quidẽ (ut ita dicã) imbecilliora primo ordine ſtatuuntur: q̃dã nõ multo his ualidiora, ſecundo: & quædã alia, tertio: ad hæc nõ nulla, quarto. Cæterum primi ordinis mollientibus ad exiguas durities, & in mollibus, ſeu teneris corporibus uti, ſicut p̃dictũ eſt, expedit: ad fortiora his corpora, & affectus, ſecundi: quẽadmodum, & tertii, & quarti pro illorum rõne. Subſcribã aũt & eorũ cuiuslibet propria. *Emollientia medicamenta primi ordinis.* Butyrum, reſina colophonia, & cera cãdida nõ uetuſta, ſingula tria põdere æqualia, inuicẽ liquata, primi ordinis molliẽtia ſunt. Et liquidũ medicamẽ, qd̃ parygrũ appellaẽ, eorũ numero adſcribitur, cum recens fuerit: ueteraſcẽs aũt maiorẽ digerẽdi uim acquirit. At emolliẽtiũ, imbecillimũ eſt, cera

cum

cum butyro liquefacta,aut ex ſuſino, aut cõmageno:atq; his imbecillius eſt, quod dicitur Cere- E
læum, quaſi ex cera oleoq; confectum,cum in librã olei laxãtis nulla adſtringẽti uirtute prædi
ti,ceræ unciæ xii uel xvi, iniectę fuerint. Iam ex ouis cerata facta exiguã quãdã relaxandi pote-
ſtatem poſſident. Valentiora his,uerum imbecilla adhuc, & ipſa, cerata ex œſypo, reſina, &
cera,pari pondere liquefactis:ſin autẽ uetuſtiora quodãmodo ipſa fuerint, olei cuiuſdã laxan-
tis,uel ſuſini, uel commageni, uel adipis ſuilli, uel gallinacei, uel anſerini miſturam requirunt.
¶ *Mollientia medicamenta ſecundi ordinis*. Quemadmodum in ſimplicibus medicamẽtis quatuor
congenerum ordines fecimus,qui maioris in ſe minorisq; rationem diſtinguunt:aliquorum au
tem ambiguam eſſe uirtutem diximus,utrum ad primi ordinis finẽ,an in ſecundi initio, locan-
da ſint:ita de ſecundo,tertio,& reliquis deinceps. In quibuſdã uero audacter pronuncians,alia
in principio huius,alia in tertio huius ordinis, conſiſtere dixi:ſicut non nulla citra appoſitionẽ,
uel primi,uel ſecundi, uel tertii, uel quarti ordinis eſſe retuli.Multum uero experientiæ particu
laris in uariis,& corporibus, & uitiis ſeu affectibus huiuſmodi pronunciata deſiderant. Quare
ſi quis poſt me æquè ſtudioſus,& ueritatis uehemens amator extiterit, ne temere, ac ſubito, ubi
bis terve uſus expertusq; ſit, ferat ſententiã:frequenter.n.ei ex longa experientia,quemadmo
dum, & mihi uſu uenit, in ſecundo ordine dicta in tertium incipientem tranſponi oportere ui- F
debuntur,uel in principium tertii abſolute. Cum enim corpora,quibus medicamenta adhiben
tur,ipſiq; affectus, non exiguum differentiæ exceſſum in maioris minorisq; ratione obtineant,
difficillimum eſt de omnibus eadẽ pronunciare.Accedit huc,q̃ ipſa ſimplicia medicamenta nõ
paruo diuariant diſcrimine. At ego quum in prẽſtantiſſimis uirtutem pro unaquaque ſpecie ac
genere oſtenderim,ſi quis in deterrimo per experientiam examinationem moliatur, examina
bit quidem falſo,non autem facultatis ipſorum ordines diſtinxerit. Itaq; tutiſſimum eſt medica
minum ipſorum inter ſe differẽtiam ſecundum maioris minorisq; rationem accurate ſcribere:
quemadmodum,& in aliis feci,& nunc facturus ſum.

Varias enaſci differentias ſecundum maioris minorisq; rationem, in emollienti emplaſtro Mnaſæi.pro uaria ſimplicium tum quantitate,tum ætate, tum coctione. CAP. 5.

SAnè quidem emplaſtrum Mnaſæo authore cõpoſitũ rectiſſimè ſecundo mollientium ordini
adſcripſeris, oĩbus certè,qui eius meminerunt,conueniẽtibus ex oleo ueteri, argenti ſpuma
& adipe ſuillo cõponi:in quantitate uero horum ſingulorum diſcrepãtibus, atq; eo, q̃ nõ nulli
ex recenti adipe,quidã ex ueteri, quem iã oẽs uocare ſolent axungiã,cõponant. In his q̃dẽ im-
becillimum fiet ex argenti ſpuma, ſuillo adipe,& oleo, neutro ueteri:ualidius, oleo quidẽ ex iis G
ueteri,altero aũt recenti addito: his ualidius,ex ambobus uetuſtis.Ex eo igitur, q̃ recens,aut ue-
tus oleũ,adepsq; immittitur,quatuor dr̃iæ prodibunt, aliàs quidẽ ambobus recẽtibus, aliàs ue-
tuſtis:nõ nunquã oleo quidẽ ueteri,adipe uero recenti:uel cõtra,oleo quidẽ recẽti, uetuſto autẽ
adipe indito. At ex trium ipſorum ſimplicium medicamentorum mutua ſymmetria aliæ plures
dr̃iæ emanabũt,uel.n.pari põdere,& mẽſura hęc tria miſcentur,ac multi affirmãt ab ipſo Mna-
ſæo confectum tribus paribus cõſtare: uel duobus quidẽ paribus, tertio nõ pari,ſed minori,aut
copioſiori:vel tribus miſtis imparibus:unde clarũ euadit, multas fore dr̃ias. Copioſa ſiquidem
✲ argenti ſpuma iniecta medicamẽ poteſtate mollius fiet:pauciore,ualidius. Ac magis emolliet,
ſi plus adipis immittamus:digeret fortius,ſi oleũ augeamus.Præterea aliud q̃ddã accedit copio
ſiore oleo impoſito, quod magnã uim ad medicamen, ut magis digerat,efficiendũ obtinet:eſt
†Forte, diutius uero coques. autẽ hoc,ſicut primo libro diximus, ſi magis incoquas. Si igit ſolã argẽti ſpumã in oleo copio-
ſiore coquas,medicamentũ euidẽtius exiccabit:†in uberiore uero coques, ubi plus olei indide-
ris,ſi emplaſtri ſpiſſitudinẽ habiturũ ſit: q̃ ſi id nõ cures,ſed æquali tẽpore, tũ id, q̃d minus olei
cõtinet, tum quod plus habet,incoquas,liquet poteſtate emollientius futurum, cui oleum ube-
✲ rius miſtum fuerit,quemadmodum ſi& cruda argẽti ſpuma oleo cõmiſta acopo uti uelis. Qua- H
re,q̃d iã ſæpe dixi,ſemper ipſius meminiſſe uolo,nõ ſicut quidã ſententias abſolute de pharma
cis ferũt,ſic & nos facere abſolute dicẽtes,hãc medicamenti cõpoſitionẽ illa eſſe potiorẽ:nam
utraq; ad diuerſos ſpecie affect⁹ rectè cõpoſita eſſe põt,interim ad eũdẽ diuerſis tẽporib⁹. Hæc
igr̃ oĩa mõ à me relata, q̃ prius audiuit,nõ diligẽs mõ uel memor, ſed natura ẽt prudẽs, utiliter
& cũ fructu leget,ea q̃ diſtinctè, & ſcripſi, & ſcripturus ſum. Ac in propoſitis medicamentis di-
ſtinctiones ibi exponã triũ quatuorve ſyllabarũ appoſitione cõprehenſas:qualẽ,inquam,appo
ſitionẽ in pharmaco p̃ſenti libro propoſito Mnaſæi, Andromachus appẽdiſſe uidetur.Nam in
melinorũ emplaſtrorũ catalogo undecimũ ordine, cum id ſcripſiſſet,nõ ſimpliciter dicere cõtẽ
tus fuit,ut in prioribus cõmemoratis,Aliud,atq; Aliud,ipſis p̃ponens,ſed Tenerũ adiecit. Itaq;
hoc uolebã ipſum in oĩbus feciſſe,& in ipſis melinis à tenerrimo incepiſſe:inde uero digreſſum
ad paulo fortius innuiſſe adſcribendo, pauxillo quodã ſecundum hoc,quã illud,eſſe ualentius,
hoc rurſus tertium eſſe fortius,deinde hoc quartum: Veluti rurſus ſi aliqua æqualẽ putarit habe
re potentiã,id ipſum admonuiſſe:uel ſi periculũ timeret in eiuſmodi pronunciatis,certè ſimpli
cia emolliẽtia pharmaca:p̃doceret,maioris ac minoris ratione in ipſis definita,ut qui molliẽtia
emplaſtra multa deinceps ab ipſo ſcripta legit,ualidius quidẽ eſſe intelligat, q̃d ex ſtyrace,am

moniaco,

Amoniaco,bdellio,propoli,chalbano,ſeuo taurino,hircinoque,& medullis cõfectũ eſt:imbecillum,quod nullũ ex his continet, ſed uel omnia inualida uirtute, uel hiſce quidẽ ipſis ualẽtiora: media uerò temperaturis,uiribusque,ꝙ uel vnũ aliquod ualidũ,uel duo,imbecillibus miſta ſint. Conſtat.n.interpoſitam maioris minoriſq; latitudinem omnibus medicamentis non exiguam ineſſe,in cõmuni uniuerſis ipſis uirtute generatim æſtimatis:iuxta quã pharmaca congenera & cõformia græce ὁμογενῆ, & ὁμοειδῆ id eſt eiuſdem generis, ac eiuſdem ſpeciei,dicuntur,quemadmodum & alia generis,uel ſpeciei dĩijs euariãtia. Cum igitur hæc mihi prædicta ſint,quibus inſtructus,nõ magno negocio & ualentiore uirtute,& imbecilliore prædita queas dignoſcere,narrationem ipſorum aggrediar:deinde conſcripta ab expertiſſimis medicamentorũ uiris ſiue emplaſtra ſiue malagmata uoles appellare,percenſebo. Auſpicabor autem à medicaminibus ab Aſclepiade in quarto libro Exteriorum,quibus titulum indidit Marcellas,editis.

Aſclepiadis Malagmata. CAP. 6.

A *Mythaonis Malagma ad præcordiorum tenſiones. Soluit omnem duritiem. Facit etiam ad difficiles articulorum motus.* Guttæ ammoniaci pondo uncias triginta ſex,ceræ tantundem, terebinthinæ põdo uncias octo,bdellij põdo vncias viii.thuris,myrrhæ, utriuſq; põdo uncias quatuor:
B chalbani pondo uncias*octo,cyprini heminas quatuor.Myrrha,thus,bdellium,uino madefiũt: ammoniacum aceto diluitur: omnia cõtunduntur piſtillo cyprino inuncto,quouſq; perfectè diſſoluantur.Hoc medicamentum uetus celebreq; eſt,ſicut & quod Aſclepiades poſt hoc in iſtum modum tradidit: *Diaſmyrnon Apolophonion, id eſt medicamentum ex myrrha, mortem differens, confectum ad præcordiorum tenſiones. Soluit omnem duritiam. Benefacit Hepaticis, Splenicis, Nephriticis. Valet ad omnem neruorum ſympathiam. Articulorum dolores, detenſiones q; leuat.* Ceræ,terebinthinæ,guttę ammoniaci,bdellij,myrrhę,ꝓpolis,iridis,ſtyracis,ſingulorũ põdo uncias ſedecim: irini unguẽti fęculę,quantũ ſufficit: uini odorati,qđ ſatis eſt.Pręparato,ſicut prędiximus.Quod ſuccedit huic,ab Aſclepiade ſcriptum dignius quidẽ, ac celebrius ſuprà ſcriptis exiſtit,uerũ ad induratorum ſolutionem illis inferius. *Aliud Dioſcoridis medicamentum confectum, ad difficiles artuum motus, & ligationem, hoc eſt obſtrictos articulos, Græci uocant ancylas. Tollit omnem duritiam. Facit ad interaneorum affectus abſceſſusque profundos.* Ceræ põdo minam:reſinæ fractæ,chalbani, iridis illyricæ ſingulorũ minæ dimidium:irini fæculæ,quod ſatis eſt:uini,quantum ſufficiat.Medicamẽ tuſile eſt,cõficitur ſicut priora.Pharmacum antedicto ſuccedens ab Aſclepiade ſcriptũ idem eſt ei, quod Heras ad calcẽ medicamentarii ſui libri conſcripſit:paululum uerò quiddã in
C ſymmetria quatuor ſimplicium pharmacorũ euariat,uti innoteſcet cum ambo ſcribemus Prius aũt ab Aſclepiade proditi mentionem faciemus, quod ad uerbum ita habet. *Lucij præceptoris ad articulos recenti cicatrice contractos, quas ancylas nominant, inſcriptum. Facit ad abſceſſus in alto corporis obortos, item ad neruorum contractiones, & articulorum ligationes, quas ancylas uocamus. Succurrit opiſthotonicis, ideſt cùm ceruix in poſteriorem partem reflexa eſt, nec prorſum retrahi poteſt. Valet ad omnem neruorum dolorem ex conſenſu. Eſt etiam acopon bonum irino, uel cyprino, uel lauriuo ſolutum. Emollit & ueteratas contumaces q; duritias.* Bdellii,ſeui uitulini,guttæ ammoniaci,iridis illyricæ,ſingulorũ põdo denariorũ ſedecim:opopanacis,chalbani,cãchryos,ſtyracis,thuris ſingulorũ põdo denariorum viij:piperis grana numero centum ſexaginta:irini fæculæ,quod ſatis ſit: ceræ,terebinthinæ,ſingul.põdo ſelibrã:uini quod ſatis eſt.Tuſile eſt medicamen,ſuperiorũ modo conficitur:Vbi igitur Heras ab Aſclepiade in ſimplicium ſymmetria diſſenſerit, quod pollicitus ſum,iã indicabo.Primum omnium ſcripſit Aſclepiades medicamẽtum,bdellii denariũ põdo xvi.Heras autem non bdelli,ſed bdellii pondo denarium octoginta,qui quinquies ſedecim adæquant.Deinceps ſeui uitulini denarios ſedecim ſcribente Aſclepiade,Heras quinquies totidem poſuit,ſicut & bdellii:nã lxxx.denarii,quinquies ſedecim comprehendũt.Tertium ab his
D medicamentum Aſclepiades ſubiunxit,guttam ammoniaci,& huius ſedecim denarios iniiciendos cenſuit.Ita q; iuxta priorum proportionem,Heram quoq; octoginta denarios ſcripſiſſe cõueniebat:poſuit autem non octoginta, ſed centum, quare uiginti plures illo indidit. Aliud poſt cõmemorata pharmaca protulit Aſclepiades hiſce uerbis,iridis illyricæ denarios ſedecim:Heras huius proportionẽ ſeruauit,octoginta ſcribens. Quintũ poſt prædicta medicamenta opopanacis denarios octo Aſclepiades ſcripſit:Heras autem hic quoq; proportionẽ ſeruauit, quadraginta ponens.Chalbani denarios octo Aſclepiades iniecit:Heras ẽt in eo proportionem repræſentat,quintuplam cenſens immittendam:quippe quadraginta denarii,quinquies octonos ab ſoluunt.Septimum medicamen Aſclepiades ita expoſuit,cachryos denarios octo. Oportuit igitur & Heram,ſi proportionem obſeruabat,quadraginta indere:nunc autem non ſic,uerum duplices,puta ſedecim,ipſe conſcripſit. Octauo, ſtyracis Aſclepiades meminit,denarios octo inii ciẽs:Heras proportionẽ huius,quintuplo immiſſo obſeruauit.Nonũ pharmacum poſuit Aſclepiades,thuris denarios octo miſcens:Heras non quintuplum,ſed duplum ſumere præcipit.Decimo,piperis meminit Aſclepiades centum ſexaginta granis immiſſis: cui Heras rurſus conſentiens octingẽtos iniecit. In quibuſdam exemplaribus haud noui, quomodo uiginti ſcripta ſint, quemadmodum in aliis centum &*octo.Vndecimum tradidit ceram Aſclepiades,ſicut & duo- *Al.uiginti.

decimum resinã terebinthinam,utriusque selibram immittendum existimans.Ratio igitur exi- E
gebat & Heram,si proportionem uolebat referre,quintuplũ utriusque indere, quod erat singu
lorum libras duas,insuper libræ dimidium:ille verò nõ ita,sed libras tres,& uncias quatuor mi
scere iubet.Vnde clarum euadit Heram cãchryos duplum ad proportionem imponere,sicut,&
thuris.Ammoniaci verò guttam quadruplò copiosiorem adiecit,quemadmodum & terebinthi
næ ceræq; triplo:etenim in his tertia parte exuperauit: atque hac re totam medicamẽti cõpositionẽ,Asclepiadis confecturę similẽ effecit:Exuperans enim in symmetria canchryos emolliẽs
nihil habẽtis,sed digerens duntaxat,adauxit ei & emollientia,thus puta,cerã,& terebinthinam.
Hoc igitur medicamentum Lucij quidẽ pręceptoris nominat Asclepiades:vbi vero differat ab
Hera,percensui.Cęterum extremi mollientium ordinis est,ut quo nullum indurescentia magis
emollire comperias.Porrò medicamenti author huc etiam animi intentionem direxit,vt qđ in
scirrho induratis continetur,digerat,discutiatque.Reliqua pharmaca pręcedentia, parũ iam di
cta superant. Habẽt.n.in se ipsis amplius incrassatorum uiscosorumq; humorum inciſoria,quæ
sæpe tumoribus scirrhosis ex usu sunt, cum uiscosi humores illos produxerint. Itaq; opopanax
modicè attenuat, vocãt autem sic*radicem panacis, cuius caulis liquore expresso opopanacem
faciunt:est enim detersoriæ non inciſoriæ uirtutis. Acetum autem cum stercore caprino secat, F
deterget,digeritq; uehementer non modo humores incrassatos ac lentos,uerum,solidas ẽt par
tes ipsas,Quædam apposita sunt medicamini ordine propositum sequenti,quod Alcimionis ti-
tulũ habere dixit. Scribit ergo de priore hunc in modum. *Aliud malagma Marci Telentij Asclepiades, ualde generosum,ad idem. Præcipue uero ualet ad ueteri inflationes. Inscribitur Asclepiadeum medicamentum,eo quòd ad Asclepiadem Bithynum authorem refertur.* Myrrhæ † denarium pondo
†Al.vn.iii. trium,ʒopopanacis põdo selibram,ceræ põdo libram s,chalbani pondo uncias tres,mannę põ
do selibram,guttæ ammoniaci põdo selibram,resinæ frictæ põdo librã s,aceti heminam.Vten
In hac descriptione ẽst thus, cuius tamẽ mox meminit in confectura. dum est eo ẽt ad omnem neruorum ex consensũ dolorem. *Aliud Alcimionis titulo inscriptum.* Ce-
ræ põdo libram & s,resinæ colophoniæ pondo libram & s,guttæ ammoniaci põdo librã s,chal
bani põdo uncias tres,myrrhæ põdo uncias tres,opopanacis põdo librã s.propolis põdo unc.
tres,aceti sextarios duos,stercoris caprini pondo uncias tres. Ammoniacum teritur,aceti sexta-
rio iniecto:deinde his myrrha,thus,opopanax adduntur, rursusq; læuigantẽ: propolis post chal-
banum cõtunditur:cera resinaq; coquitur,olei heminis duabus affusis:vbi confluxerint,propo
lim & chalbanum adiicito,mouens continuè:postquam dissolueris,ab igne sublata refrigerari
finito,& derasa læuigatis indito cum unà miscueris,excipito, ac utitor.Post nominatum malag- G
ma,aliud in Asclepiadis libro scriptum est,quod quidẽ molliendi facultatis parum,calfactoriæ
uero plus obtinet:habet autem non gentianæ succum modo,sed peucedani & sagapeni etiam li
quores,calida admodum pharmaca.Cæterum mistum ei est,& aphronitrum,& lapidis asij flos,
attenuãtis incidentisq; potestatis medicamina.Iam sulphur viuum calefacere oẽs norũt, quem
admodum,& uinum picatum.Subiungam,& hoc medicamentum ipsius Asclepiadis uerbis.

Malagma Pharmianum ad prædictos affectus inscriptum. Summè facit pleuriticis, quippe dolores subito in ipsis accessionibus soluit impositum. Oportet autem,vbi ipsum imposueris,rubore in parte affecta excitato splenium auferre,ac rursus interuallo temporis imponere. Item diuturna uitia dissoluit.
†Al.libram unã †Al.vnc.iii Ceræ põdo,†libras quinque.ʒguttæ ammoniaci libras tres,frictæ*tantundẽ,terebinthinę põdo
libram,thuris põdo libram s,myrrhæ põdo uncias vi.aloes totidem:cœsypi, gentianæ succi,peu
cedani liquoris,singulorum põdo uncias tres:sagapeni põdo unc.iiii. aphronitri pondo unc.vi.
lapidis asii floris pondo uncias sex,opopanacis tantundẽ, propolis põdo uncias tres,sulfuris ui-
ui põdo vnc.iiii.uini picati sextarios v.Picatũ & gentianæ succũ incoquito: quæliquari possunt,
ubi liquefeceris,refrigerari finito:guttam ammoniaci,thus,myrrhã,& aloen conterito:in pilam
cõiectis liquidũ affundito,soluta studiosè cõterito:arida uero tunsa, cribrataq; læuigatis indito; H
ac rursus diligẽter tunsis liquida feruefacta adiungito,ablq; grumis,qui encerides dicũtur:cum
miscueris,excipito,ac utitor. Post prędictũ aliud deinceps malagma persimile Asclepiades hi-
sce uerbis conscripsit. *Aliud Neapolitani præparatum est Aquiliæ Secundillæ.* Vini picati sextarios
sex,ceræ pondo libras sex,guttæ ammoniaci põdo libras iii.frictæ tantundem,terebinthinæ põ
do libram s,thuris pondo libræ semissem:myrrhæ,aloes,aphronitri,lapidis asii floris,gentianæ
radicis succi,singulorum pondo uncias vj.sagapeni pondo vncias iiii.sulphuris uiui pondo vn-
cias iiii.propolis pondo uncias iiii.panacis radicis pondo vnc.iii.sampsuchi pondo unc.iii.pipe
ris albi pondo vncias tres.Præparato,ac utitor,ut prædictum est.

Andromachi Malagmata. CAP. 7.

Malagma durum & aridum. Picis pondo libras tres,ceræ pondo libra duas,resinæ pondo li-
*Al.viii. bram,chalbani pondo uncias duas,guttæ ammoniaci*tantundem,mannæ pondo uncias
quatuor,aceti sextarios tres. *Aliter.*ʒMannæ libram unã,ʒpicis pondo libras quatuor,cerę pon-
do libras duas,resinæ pondo libram,guttæ ammoniaci põdo librã,ʒsucci radicis peucedani un-
cias sex,cœsypi vnc.iiii.ʒchalbani pondo uncias vi.alii põdo libram:aceti sextarios tres. *Aliud Aristoclis.* Picis pondo libras iiii.ceræ pondo libras viii.resinæ frictæ pondo libras iiii.terebin-

thinæ

A thinę pondo libras *iiij*.guttæ ammoniaci pondo libras duas,uncias octo: chalbani põdo librã, uncias iiij. *Aliud ad artuum ligationem,quas ancylas Græci uocant.* Bdellij denarium pondo ſedecim,thuris denariũ pondo ſedecim,guttæ ammoniaci denarium põdo octo,opopanacis denarium pondo octo,chalbani denariùm pondo octo,ſeui uitulini denarium pondo ſedecim, piperis grana centũ ſexaginta,ſtyracis denariũ pondo octo,cãchryos denariũ põdo ſedecim, iridis illyricæ pondo ſedecim,terebinthinæ minæ dimidiũ,ceræ minæ dimidiũ:cyprini heminas iiij: uini,quod ſatis eſt. *Malagma ex Meliloto.* Nardi celticæ denariorum pondo decem,cyperi denariorum pondo octo,cardamomi denariùm pondo viij, iridis illyricæ denariorũ pondo viij. myrrhæ denariorum pondo viij.croci denariorum põdo iiij.meliloti denariùm põdo xxv,guttæ ammoniaci denariorum pondo* viij.terebinthinæ denariorũ pondo quinquaginta,ceræ nouæ denariorũ põdo centum,cyprini heminæ dimidiũ,aceti quod ſatis eſt:quidam guttæ ammoniaci denariorum pondo centum.Ad interiora omnia. *Diaſpermaton,i.ex ſeminibus.* Guttæ ammoniaci denariorum pondo quinquaginta,ceræ denariorũ põdo quinquaginta,terebinthinæ denariorum pondo quinquaginta,fœnigręci denariũ põdo xxv.ſeui taurini curati denariorum pondo xxv: iridis illiricæ denariorum pondo xxv. nitri denariorum pondo xxv.mellis † hemi- * Al.xx. * Al.hem.s

B nas ſex, ℈ aceti heminã,panacis denariorum pondo xxv.cyprini parum. *Vt autem Philonides.* Fęnigręci ſeminis,aniſi ſeminis,ſtyracis,bdellij ſordidi,mannę thuris,cardamomi,cyperi noui, panacis radicis,iridis illyricæ,aphronitri,ſingulorũ denariorũ pondo xxv.guttę ammoniaci,terebinthinæ,ſingulorum denariorum pondo quinquaginta:ſeui taurini denariorum põdo ſexaginta,meliloti denariorum põdo ſexaginta,ceræ denariorum pondo* duũ,mellis heminæ dimi † Al. centum. dium,℈uini heminam unam.℈ *Aliud,ut Harpocras.* Fœnigræci, nitri, panacis, iridis, ſingulorum denariorum pondo viij.terebinthinę,guttę ammoniaci,cerę,ſingulorum denarium põdo centum,ſeui taurini denarium pondo* centum, mellis pondo libram,aceti ſextarios duos: apij * Al. quinquaginta. ſeminis,cumini,fœniculi,ſingulorum denariorum põdo quinquaginta: meliloti denariùm põdo quinquaginta,alii xxv. ſampſuchi denariorum põdo quinquaginta:cardamomi,℈ameos ſingulorum℈denariorum pondo quinquaginta:cyprino excipitur. *Malagma ex Sampſucho,ad multa.* Ceræ nouæ,baccarum lauri,fœnigræci læuis,ſampſuchi, ſingulorum denariorum põdo centum:terebinthinę* libras centum quinquaginta,nitri denariorum pondo triginta duum:piperis * Al. drachmas. denariorum põdo triginta duùm,alij ſedecim:cyperi denariorum põdo ſedecim, cyprini heminas duas,uel ſtyracini. *Malagma ex baccis lauri.* Ceræ denariorum pondo ſeptuagintaquinque,

C picis brutiæ denariorum pondo ſeptuagintaquinque,baccarum lauri denariorũ pondo ſeptuagintaquinque,nitri denariorum pondo ſeptuagintaquinque, reſinę fricte denariorum pondo ſeptuaginquinque,chalbani denariorum pondo duodecim,piperis albi denariorum põdo xvi. cyprini denariorum † pondo ſex. *Aliud Malagma boni coloris, ad multa accommodatum.* Ceræ † Al. heminas põdo librã,reſinę fricte põdo libram,guttę ammoniaci põdo uncias ſex, aluminis liquidi põdo ſex. uncias ſex, ſalis floris pondo uncias ſex, quidã uiſci pondo vncias ſex. *Malagma Apolophanis.* Cerę denariũ pondo octoginta guttę ammoniaci denarium pondo octoginta, bdellij denariorum pondo octoginta,iridis illiricę denariùm pondo octoginta,reſinę terebinthinę denarium pondo xxxx.mannę thuris denariorum pondo xxxx. irino contunduntur. *Malagma ex Alumine,aliter.* Cerę denariorum pondo cẽtum,picis denariũ pondo quinquaginta, aluminis liquidi denariorum pondo xxv,ego autẽ quinquaginta:uiſci denariorum pondo quinquaginta. *Ad iſchiadicos bonum.* Rutę agreſtis ſeminis,ſilphij,baccarum lauri, aphronitri,abrotoni,colocynthidis,cardamomi,ameos, ſingulorum denariorum pondo quatuor:rutę uiridis,picis,terebinthinę,guttę ammoniaci,cerę,ſeui,ſingulorum† põdo ſelibram:† chalbani denariùm pondo ſex, † Aliter minæ opopanacis denariorum pondo quatuor,℈ſulfuris ignem nõ experti denarium põdo quatuor. octauam partẽ.

D *Ad lienoſos.* Ceræ pondo minam reſinæ,põdo minam,guttæ ammoniaci minæ dimidium,alu- † Al. chalbani, minis liquidi denarium põdo quinquaginta,ſtrigmenti heminam,capparis radicis denariũ põ opopanacis, ſindo quinquaginta,calaminthę radicis denarium pondo quinquaginta:myrobalani fæcis,quod gulorum denamagma uocant,denariorũ pondo quinquaginta:aceto aridis,oleo liquabilibus adiecto,utitor, rium pondo xx.

Malagma Polycreſton.i.vſus multiplicis. Sinapios denarium põdo iiij.mannę denarium pondo ij,rutæ denariũ põdo iiij.aphronitri denarium põdo iiij.capparis radicis denariũ põdo ſex,gutte ammoniaci denariũ põdo iiij.myrobalani denariorum põdo xxv.& corticum denariũ põdo *quatuor,lapidis aſij floris denariũ põdo iiii.fœnigręci denariũ põdo iiij. cardamomi denariũ *Al.ſeptem, pondo quatuor,ceræ denariũ põdo ſeptuaginta quinque,reſinæ denarium põdo centum,mellis †heminas ſex,℈irini ſedimenti heminam:acetum ammoniaco duabus heminis ſuperfunditur. †Al.hem.s.

Polyarchion ex epiſtola. Cyperi,cardamomi mannæ,ceræ,ſingulorum pondo minam:terebinthinæ fricte pondo minam s,liquidę pondo minas tres,cyprini quod ſatis eſt:ego bdellij põdo minam. *Altera ſcriptura.* Cyperi,cardamomi,bdellij,thuris,balſami,ſingulorum pondo minam:ceræ pondo minã s,reſinæ fricte pondo minas iiii.cyprini heminas ſex,uini odorati heminam unam s. *Vt ego utor.* Cypri,cardamomi,amomi,bdellij,ſingulorum pondo minam,ceræ põdo minam s:reſinæ fricte terebinthinæ,pondo minas quatuor:cyprini heminã:caſiæ, cinna

momi, guttæ ammoniaci, nardi indicæ, croci, myrrhæ, ſingulorum quartam minæ portionẽ: vi- E
ni odorati quantũ ſufficit. *Malagma ad multa utile, Apollonij.* Ceræ, picis, reſinæ frictæ, ſingulorum denarium pondo centũ uigintiquinque: nitri, thuris, ſingulorum denariũ pondo quinquaginta: ſeui uitulini, & taurini, butyri, ſingulorum denariũ põdo ſeptuaginta quinque: cœſypi denariùm pondo quindecim, aquæ cyathos ſex. *Malagma ad hepaticos bonum.* Guttæ ammoniaci denariũ põdo centũ quadraginta quatuor, alij centum duũ: bdellij denariùm põdo centum quadraginta quatuor, croci denariùm põdo xii, myrrhæ denariùm põdo xii: ceræ denariùm põdo centũ quadraginta quatuor, alij centum: aceti quartã partẽ heminæ, cyprini heminam: ego autẽ pondo heminas x. *Malagma ad rheumatiſmum ſtomachi & inteſtinorum.* Oenanthes pondo uncia, omphacij põdo uncias iiij. phœnicobalani carnis põdo vncias *duas, acacię põdo vnciã, roſarum põdo vnciã, omphacij pondo vncias quatuor, aloes pondo vncias iiij. gallę põdo uncias quatuor, aluminis rotundi põdo uncias iiij. picis pondo vncias quatuor, ceræ põdo uncias tres: alij thuris, myrtei pondo uncias tres: uinum aridis affunditur. *Ad hydropicos, & flatuoſos.* Picis liquidę põdo librã, ceræ põdo libram, nitri pondo vncias *ſex, ſulfuris uiui uncias *ſex, aluminis fiſſi pondo uncias ſex. *Aliud Malagma adiſchiadicos, aliaq; multa.* Ceræ denariùm pondo ſeptuaginta duùm, *terebinthinę denariùm põdo quadraginta octo, guttę ammoniaci denariũ põ F
do triginta duũ, propolis denariorũ pondo quadraginta trium, chalbani denariorum põdo triginta ſex, bdellij denariũ pondo uigintiquinque, croci denariũ pondo quinque, opopanacis denarium pondo duodecim, nitri ſpumæ denariùm pondo triginta. Irino unguine tundens utitor.

Aliud malagma Andreæ, polychreſton. i. multis utile. Pyrethri denariùm pondo viij. croci gnidij denariũ pondo *octo, ſalis ammoniaci denariũ põdo viij. cucumeris agreſtis radicis denariũ põdo viij. reſinæ pineæ denariùm põdo viij, terebinthinæ denariùm pondo *octo, cerę denarium põdo triginta. liquoris ſycamini denariùm pondo xij. alij decem: aphronitri denariũ pondo viginti, thuris denariùm põdo ſexaginta quinque, bdellij denariũ pondo decem: guttę ammoniaci denariùm põdo decem, alij uiginti: myrrhæ denariùm põdo x: ariſtolochię denarium pondo decem, alij uiginti: piperis albi denariùm põdo decem, & longi denariùm põdo x. xylobalſami denariùm põdo decem, cardamomi denariùm põdo decem, cœſypi denariùm pondo xv, hebiſci radicis denariorum pondo *decem, gladioli radicis denariorũ põdo decẽ, ſtyracis denariorum pondo decẽ, capparis radicis denariorum pondo decẽ, iridis illiricæ denariorum põdo decem, aloes indicæ denariũ pondo decem, chalbani denariũ pondo decem: viſci de quercu lecti denariorum pondo decem, alij duodecim: adipis anſerini denariorum pondo *octo, reſinę ficcę G
denarium pondo duodecim: ſedimenti iridis, quod ſatis eſt. *Aliud Amythaonis ad thoracis, præcordiorum, & ſtomachi dolores: item ad articulorum impeditiones, quas ancylas Græci, ligationem Latini uocant. Inſuper ualet ad abſceſſus, & duritias emollit.* Guttæ ammoniaci denariorũ põdo *quinquaginta, ceræ denariorum pondo uiginti, bdellij denariorũ pondo *quinquaginta, reſinę terebinthinæ denariorũ pondo uiginti, iridis illyricę denariorum pondo decem, chalbani denariorum põdo quinque. Bdellium & ammoniacum uino perfunduntur, deinde ẽt liquata miſcẽt, & irino adiecto ſimul læuigãtur. *Malagma Antipatri ad colicos, omniaq; interiora.* Silphij denariorum pondo duum, elelifphaci denariorum pondo quatuor, caſiæ denariorum põdo quatuor, melanthij denariorum pondo quatuor, ſtaphydis agrię denariorum põdo quatuor, chalbani denariũ pondo quatuor, ſtruthij denariorum pondo quatuor, ſulfuris uiui denariorũ põdo quatuor, panacis denariorum pondo ſeptem, propolis denariorum pondo ſeptem, pyrethri denariorũ põdo ſeptem, guttæ ammoniaci denariorum pondo ſeptem, nitri denariorum põdo ſeptẽ, alii floris denariorum pondo uigintiquinque, ceræ denariorũ pondo centum quinquaginta, reſinæ denariorum pondo centum quinquaginta, olei heminam. *Aliud Malagma Callinici ex collectaneis Paccij, ad omnia.* Ceræ nouæ denariorum pondo centum: guttæ ammoniaci, terebinthinæ, H
bdellii pellucẽtis, ſingulorum denariùm pondo quinquaginta: alterci ſeminis denariùm põdo triginta, liquoris papaueris denarium pondo uiginti: meliloti, myrrhæ, ariſtolochiæ, piperis, gẽtianæ, ſtyracis, ſingulorum denarium pondo quindecim: thuris denariùm pondo octo, croci denariorum pondo viij. olei heminã, papaueris albi ſeminis denariũ põdo quadraginta octo, nucleorum pineorum denariùm pondo uiginti. *Aliud Malagma leucopyron.* Terebinthinæ pondo libras iiij. cerę pondo libras tres, guttę ammoniaci põdo uncias ſex, chalbani pondo unc. ij. opopanacis pondo vncias duas, mannæ pondo uncias duas, ſeui taurini põdo uncias duas, cyprini parum. *Aliud emplaſtrum, malagma generoſum Criſpi.* Myrrhæ, opopanacis, chalbani, ſingulorũ pondo uncias ſex: panacis radicis, mannę, thuris, guttę ammoniaci, ſingulorum pondo libras
*duas: ceræ, reſinę fricte, ſingulorum pondo libras tres: aceti † heminas duas. *Aliud ad coxendicum, capitis, omnesq; diuturnos dolores.* Ceræ denariorum pondo uigintiquatuor, guttæ ammoniaci denariorum pondo ſeptem, terebinthinæ denariorum põdo ſeptem, thapſiæ ſucci denariorũ pondo octo, olei heminam. *Aliud ad aquam inter cutem Cleophantis.* Ceræ, reſinæ pineæ, aphronitri, ſingulorum denariorum pondo centum: chalbani denariùm pondo duodecim, propolis denariorum pondo duodecim, guttæ ammoniaci denariorum pondo duodecim s, cypri

ni heminas

* Al. unam.
*Aliter s.
*Aliter x.
*Al. lxxv.
*Aliter xx.
*Al. uiginti.
*Aliter xv.
*Aliter xx.
*Al. uiginti.
*Aliter xx.
*Al. unam.
† Al. ſextarios duos.

Ani heminas duas, aceti heminas duas. *Aliud dolorem ſedans, Nicoſtrati ad podagram.* Ceræ pondo libram, guttæ ammoniaci pondo vncias *ſex, opopanacis pondo vnc. iiij ſ. meconiæ pondo vnc. tres, cyprinũ ad contuſionem illorum adhibetur. *Aliud ad Apellas, quos Græci Lipodermus uocãt, auctore Epidauro.* Thapſię radicis põdo denariùm triũ, piperis nigri *denarii pondo vnius, ſeui uitulini denariũ pondo xij. thuris denariũ põdo iiij. xylobalſami denariũ pondo duũ, reſinę denariũ pondo ſedecim, ceræ denariũ pondo viij. liquata ſiccis ſuperfundito: *Aliud Malagma apud Aſclepiadem dolorem ſummouendo, *tenſionem ſubito tollens.* Ceræ tyrrhenicę pondo minam: *ſeui *taurini, adipis anſerini, medullæ ceruinæ, terebinthinæ, ſingul. pondo minam: chalbani minæ dimidium, cęſypi pondo vncias iiij. roſacei heminas iiij. unguenti telini id eſt ex fœnogræco confecti heminã, olei boni tantundem. Hæc igne non acri liquefacito, mouens ſedulo: Sint aut læuia in pila contuſa, iridis illyricæ denariũ pondo tercẽtum ſexaginta, ariſtolochiæ denariùm põdo centumoctoginta, hypocyſtidis læuigatæ denariũ pondo nonaginta, gallæ læuigatę denariũ pondo trecentorum ſexaginta: mannæ, bdellij, ſingul. denariũ pondo centumoctoginta: cinnamomi, croci cilicij, myrrhę, caſię, nardi indicæ, iunci floris, calami aromatici, amomi, piperis, rhu *ſucci, teſtudinis marinæ ſanguinis, androſemi herbę, pyrethri, ſingulorum denarium põdo

B triginta quinque: aceti ueteris heminam, in quo oĩa medicamenta iniecta emolliuntur, tunduntuŕque quouſq; lentum ac elaboratum ſit medicamentum: deinde reponitur. Valet ẽt ad thoracis ac pulmonis rheumatiſmos. Item ſincipitio dolentes cõfeſtim liberat. Vocatur autẽ medicamentum, Aeſculapius. *Aliud ad coxendicum dolores optimum ab Hera Cappadoce acceptum.* Picis liquidæ heminas tres uel duas, ceræ pondo libram, pityinæ pondo libram, ſulfuris uiui põdo libram, nitri põdo librã ſemis, ſtaphydis agriæ ſextarium, pyrethri pondo libram, tæcis cõbuſtę pondo libras duas, cardamomi ſextarium, chalbani põdo ſelibram: liquida ſiccis cõmiſcentur.

Aliud Malagma Bachij, quo Cæſar uſus eſt. Adipis ſuilli pondo minas duas, ceræ pondo minas duas: helenij, calami aromatici, panacis radicis, ſalis foſſitij uel ammoniaci, ſingulorum denariũ pondo quinquaginta: bdellij pellucentis, guttæ ammoniaci, ſingulorũ pondo minas duas, iunci floris, iridis, ſingulorum pondo minam: thuris, piperis, chalbani, ſingulorũ denariũ põdo uigintiquinque: coquito ut Cardamelæum. *Aliud Malagma Aureum ad arthriticos hoc eſt articulari morbo laborantes.* Reſinæ ſtrobilinæ pondo libras duas: axungię, chalbani, ſingulorum denariorũ pondo duodecim: cerę denariorũ pondo uigintiquatuor, baccarum lauri denariorũ põdo duodecim: incoquito ut nouiſti. *Aliud Malagma ad laterum dolorem.* Cyperi, cardamomi, mannæ,

C guttæ ammoniaci, terebinthinæ, ceræ, irini, ſingulorum pondo libram. Ammoniacum ſeorſum coquito, liquabilia læuigato, ac cũ irini cyatho liquefactis ammoniacũ aſpergito: deinde arida miſceto, ìrino manus inquinans. *Aliud Malagma *Cloniaci boni coloris.* Auripigmenti pondo vncias tres, aluminis fiſſi pondo vnc. tres, calcis viuæ pondo vnc. iij. reſinæ frictæ pondo libras * tres, ceræ totidem: acetum aridis, oleum liquidis additur: vtitor itidem in lienoſis.

Aliter iiij. * Al. longi. *ἄτακον eſt in impreſſis. ĩ manuſcriptis autẽ ἄπονον, id eſt dolorem.* * Al. minas ii. * Al. vitulini. * Al. rhei. *al. Cluiam. * Aliter.

Damocratis Malagma. CAP. I.

QVoniam metris conſcripta & memorię facile commendantur, & medicamentorũ ſymmetrias exacte conſeruant, ideo Damocratis quoq; pharmaca apponere conſueui: inter quæ & hoc infrà adſcriptum numeratur:

At uſus omnino & malagmatis boni
Subinde ueniet medicinæ cultoribus,
Ad muſculos conuulſos, articulos quoque
Ruptos, & artuum fracturas: inſuper
Ad craſſitiem neruorum, nec non muſculos
Cum phlegmone induratos: Ad morſus ad hæc
D Eſt efficax, lichenas & lepras demit
Vt plurimum decem diebus additum.
Mutatur altero die uel tertio.
Picis nitidæ ſicciſſimæ libras duas,
Vnam pityinæ pone, unam & ceræ bonæ,
Ammoniaci rurſus, liquidi atque aluminis,
Fac ſingulorum unam, duos acerrimi
Sextarios aceti. Rarò chalbani
Quidam uncias duas miſcent, diutinas
Citius durities emollire qui expetunt.
Sic Præparato. Partem aceti tertiam
Ammoniaco atque alumini ſuperaddito:
Ac læuia reddens in magno mortario,
Mellis recentis liquidi craſſitudinem
Fingito: picem cum cæteris in fictili
Nouo incoque, ut perfrictu quin ſiccaueris

Totum, planè abſit minimum, atq; ſuperfundito E
Sic læuibus in mortario factis probè:
Et rurſus ipſa tundito, donec receperint
Flauum colorem, perquàm ſimilem melino,
At ſi ſtatuis prorſus miſcere chalbanum,
Al. cum cera. †Poſt ceram ſ immittes, & reſinam pityinam,
Ab igne poſtquam caccabum poſueris.
Quidam inijciunt contra mannæ parem modum,
Alumen auferentes ex medicamine,
Vtuntur ad id vitij genus, & glutinant
Diuiſiones his recentes viribus.
Tu hoc utitor uel à primo ſtatim die,
Ad quos affectus retuli, cùm prenderint:
Ad puſtulas, nec non has conſequentia:
Sed ſplenio madentem aceto ſpongiam
Deſuper inijcito, uinculo coarctans molliter. F
Sic & lienoſis ipſum perutile eſt,
Vbi ſuſpicaris ſcirrhum cuipiam uiſceri
Futurum, intrepidus utitor malagmate.

Poſt hoc pharmacũ Damocrates ſcripſit, quod ex ſale confectũ dicitur, hunc in modũ exorſus.

Si in horum aliquo maneas diebus pluſculis,
Et hoc parato medicamentum quàm optimum.

Deinde aliud quoq; ex Sale poſt hoc commemorat: rurſusq; poſt ambo aliud ſtrumas diſcutere promittens, & iocinoris, lienisq; aquoſos affectus. Mihi uerò ſatius uiſum eſt, hæc medicamẽta inter emplaſtra digerentia referre.

De Relaxantibus medicamentis. CAP. 9

VOcantur medicamenta quædam relaxantia, græcè chalaſtica familiari omnibus propere centioribus medicis uocabulo, inde nimirũ, ſicut & nouem ipſum indicat, quòd tenſas laxant particulas: quippe relaxari, ac intendi contraria inter ſe dicuntur. Hippocrates itaq; hunc
Lib. de liquidorum uſu a principio. in modum quodam in loco ſcriptum reliquit: ‖ Cuti durę emollitio, intenſę relaxatio, conuenit. Si igitur proprie quis dictionibus uti uelit, non nulla medicamina induratorum corporum ma- G
lactica, i. emollientia, eſſe dicet: ea nimirum quæ iplorum ſoluunt duritiem, quemadmodum & relaxantia, quæ tenſioni medentur. Porrò in phlegmonis cutem tendi contingit, interim à ſubiecto tumore ſymptoma hoc capientem: interim & ipſamet ſimul inflammatione laborantem: non tamen phlegmones ſubſtantia partis inflammatæ durities eſt, ſed è cõuerſo planè, ſicut in libris de ipſa oſtendimus, humiditas. Atqui in ijs, quæ ſcirrho conflictantur, non præpollens in affecta parte humiditas eſt, uerum durities. Attamen utriuſque affectus ſimilis genere quodammodo generatio eſt, & curatio: naſcitur enim ex confluxu humorum: curatur iiſdem euacuatis, quanquàm euacuationis modus in utriſque idem non eſt, ſed uti in therapeutices Methodi cõmentario declaratum eſt, in quo etiam aliorum omnium affectuum ſanandi rationem explicuimus. Inflammatis quidem particulis tum repulſoria medicamentorum qualitas morbi initio, tũ diſcuſſoria, ſemper ex uſu eſt: ſcirrhis autem ſola diſcuſſoria ſine repellente. Itaque ſummè indurata ſcirrho, ſummè inſanabilia ſunt. Porrò dignoſcere ea oportet, eo nempe ſigno, q̃ nullus affectis partibus ſenſus ſuperſit. At in quibus ſenſus quidem eſt, ſed obſcurus, hæc curantur pharmacis humorem incraſſatum uidelicet digerentibus, non tamen ualide ac uniuerſim hoc agẽtibus, ſicut digerentia medicamina faciunt, cuiuſmodi uocant græci epiſpaſtica & exipotica id eſt H
attrahentia, & excolantia. Mirari uerò non oportet mutationẽ in duritiẽ ex inflammatis accidere, cum ſimul & confluens humor craſſior eſt & uiſcidus, & curatio medicamentis ualde exiccantibus adminiſtratur. Quemadmodũ. n. & in exterioribus permulta corpora, quæ ipſum ignẽ cõtingunt, torrent, ex aqua uerò rurſus emolliuntur: ita ẽt in inflammatis affecti loci humiditas à calefacientibus, & exiccantibus ualidius pharmacis relictum aliquod uiſcoſum craſſum q̃; retinet, tenui diſcuſſo: Et hac rõne in morbis articularibus calli ‖ ueniunt, & in renum uitio calculi. Quod ſi uerò fluxio, q̃ phlegmonem cõmiſit, conſiſtentia ſit tenuis, & curatio eius ſiccantibus, & calefaciẽtibus pharmacis adhibeat, nihil ſcirrhoſum relinquit: immo refrigerantia uehemẽter adſtringentia q̃; ſcirrhos procreare ſolent, ac multos ex eryſipelatis immodice refrigeratis ſcirrhoſos tumores habere cõſpicimus, medicorũ, qui eos ſanandos ſuſceperunt, inſcitia. Prima ergo medicaminum, quæ phlegmonis, & quæ ſcirrhis medentur, dria eſt ea, quam diximus. Altera, quæ propter dolorem inflammatis coniunctum non ſuſtinet ualens medicamentum affectę particulæ offerri. Quippe hæc cum dolore actionem edunt inflãmatis ob affectum ſtatim dolentibus, eoq; molliſſima remedia deſiderantibus: at uehementiora, præterq̃ q̃ dolores non ſoluũt uel mitigant, adhuc ẽt exacuentia maiores phlegmonas concitant. Itaq; primus uſus in dolenti

bus

Abus phlegmonis eſt, qui medicamentis abunde humidis ſimul & modicè calidis adminiſtratur: Alter pauło craſſioribus, ſiccantioribusq; conſtat: Tertius relaxantibus nominatis, q̃ non nulli malagmatis adſcribunt. Sunt autem inter ea maxime emolliẽtia ſanè, quæ cerati ſpeciem cõſiſtentia referunt, cũ ex butyro, cera, adipibus, oleoq; relaxante cõponuntur: Miſcetur ipſis œſypi reſinæ, & picis parũ, ſicut & thus, & chalbanum: præterea non nihil iridis illyricę. Porrò inuenit Menecrates, ut ipſe ait, & alij quidã ei atteſtantur, medicamentũ Diachylon. i. ex ſuccis, appellatũ, phlegmonis nondũ vehementer dolentibus eſſe remedio. Inſcriptus eſt liber, quo pharmacũ tradidit, Autocrator hologrammatos. Certè Autocrator, quaſi dicas Imperator, qm̃ huic dicatus eſt: hologrãmatos, q. a ſine notis, integris ſyllabis expreſſus eſt, duo, tria, quatuor, quinq; aliusq; quilibet numerus, uel reſinæ, uel picis, uel alterius cuiuſpiã medicaminis. Hoc autẽ fecit Menecrates, ꝙ ſępe non modo nolentibus errorem cõmittere in ſcripturis contingit, ſed ẽt per inuidiam quibuſdã volentibus, dum o literam θ faciunt, per mediam rotundam lineam, alia per tranſuerſum ducta, ‹ uerò literæ alia ſimiliter tranſuerſim appoſita: ſicut ẽt una linea ex γ & ρ deraſa, literæ ‹ characterẽ relinqui contingit. Pari modo ex multis literis, alii appoſitione, alii cõpoſitione, alii ablatione, mutari notas ſeu characteres illos indicãtes accidit. At nihilo plus Me-
B necrates poſteritati conſuluit, cũ ii, qui eius librum ſcribunt, appellationes numerorũ non integris literis, ſed characteribus eas ſignificãtibus, notẽt: Iure igitur Damocratis libri medicamentorum metris deſcripti, in pretio habiti ſunt. Et, ſi omnia hũc in modum tradita forent, optimũ nimirum eſſet. Qm̃ uerò non pauca probatorum medicaminum relicta ſunt, ideo aliis quoque medicamentariis libris indigemus, quibus uariorum medicaminum cõpoſitiones non nulli cõſcripſerunt. At uerò medicamentum ex ſuccis à Menecrate inuentum, trimetris his verſibus Damocrates cum aliis quibuſdam duobus ſimilibus ei præpoſitis prodidit.

Dia Chylon Damocratis ex Menecrate. CAP. 10.

PRæfati igitur, quo tandem pacto uulnera
A phlegmone ſecura rectè glutines,
Poſthac agemus, quomodo, cum phlegmone
Obſedit ipſa, curare queas commodè.
Cum muſculo læſo, uel neruo quopiam,
Vel & propinqua quando oſſi membranula
Puncta, diem poſt quartam continuus dolor,
C Et phlegmonæ, febresque cum ſymptomatis,
Multa uigilia fit delirio, & ſiti,
Ac ſiccitate linguæ, creſcuntq; omnia
Quotidie, & magis mala in peius ruunt.
Et fœculenta ſanies, tenuis, uulnera &
Rubra: inſuper habent omnia hæc quum corpora,
Diſtenſiones, phlegmonas, œdemata,
Turgores, uariis tum abſtine catapla ſmatis
Quod mos iuuenibus eſt facere, quò phlegmonum
Status effugientes non dent calumniis
Occaſionem. At arti qui fidit ſuæ,
Hunc deuenire cum languentibus in metus
Oportet haud expectantem, dum uicerit
Natura, uel fortuna quædam iuuerit.
Ergo pares, quibus conſului affectibus,
D Quod & podagricis medicamentum conuenit,
Aegris in omne tempore impoſitum manens.
Promptam agilitatem nam intermiſſionibus
Id gignit corpori, citò nec permiſerit
Callis, nec facilè crebris angi inſultibus.
Morbos initio prohibet increſcere,
Cogit autem uigentes mox decreſcere,
Niſi ad alia deſcendas facilè medicamina.
Hunc pharmaci in modum fit compoſitio.
Lithargyri læuiſſimi chryſitidis
Libras duas miſcens, quatuor axungiæ
Valde uetuſtæ, † annoſæ, atque craſſiſſimæ,
Et non olentis, non nigræ, non aſperę:
Sic nanque ſumet pharmacum efficaciam.
Liquatæ diligenter olla axungiæ,
Membranulas ſalemque mox ſuſtollito,

† Ex antiquis ita legendum, libram autẽ unã ac unc. iii. olei annoſi craſſiſſimi, & non olentis, non nigri, nõ aſperi.

In uas aliud ipſam percolans amplius,
Adiecto q; oleo rurſus cura, ferueat.
Non omne pones oleum, ſed partes duas:
Tertia manebit in expedito condita,
Si ſit neceſſarium iungere, ne abſit longius.
Vteris omnino per hyemem, cum inditum
Medicamini craſſum oleum longo tempore
Euaſerit: lithargyrum & feruentibus
Inſpergito, leui igne & aſſiduo coquas,
Spatha mouens, præſtiterit quam eſſe pineam.
Cum ceperit mediocri coctum tempore
Medicamen hoc emplaſtri ſpiſſitudinem,
Nec non fœtorem ſimili pacto pharmaci,
Confeſtim ab igne caccabum deponito,
Faciens per æſtatem pauxillo durius,
Sed hyeme mollius, non inquinans tamen:
Moueto, aduſque, quo modicè ita refrixerit.
Sic deinde rurſus manibus durioribus,
Totum ſubactum ex olla transferri iube.
Cum poſcet vſus, iterum ualidè mollies,
Mollíq; diligenter pelliculæ illinens,
Permagna ſuper accommodabis ſplenia.
Emplaſtrum uerò hoc, ſiquando efficacius
Deſideres ad neruos craſſos, muſculos,
Durasq; mammas, atque articulos, inſuper
Tumentes fieri, pondo radicum indito
Agreſtis maluæ purarum ac recentium,
Sectarum in partes digiti craſſitudine
Ac longitudine. In olla feruentibus
At cum madorem totum, & vires pharmacum
Ex igne depoſuerit, colo traiice
Maluæ radiculas: læuem & lithargyron
Inſperſum coque tum, ut prædixi: & reponito
Simili modo rurſus, eodemq; ipſo utitor.
Ambas eodem tenere id uirtutes ait
Primus Menecrates inuentor pharmaco,
Vir qui fuit habitu medicam erga artem optimo.
Etenim recentia ſeruat citra phlegmonem
Vulnera, eadem nec non diuiſa glutino
Iungere, quæ ſunt & phlegmone obſeſſa vlcera
Nimis: medicari & uulneratos muſculos
Suaſi, ſine quopiam alio, quæ ſuccurrere
Poſſunt cataplaſmatis, fomentis ſpongiis.
Ad omnia, quæ facere confirmaui prius
Medicamen ex lithargyro & axungia,
Fa cit. Optimum uero peſſum diutinis,
Recentibusq; uteri inflammationibus,
Implere caua dilutum roſaceo
Vel myrteo bono, & cicatricem addere.
Summatim omne cataplaſma, nec non pharmacum
Extrinſecus quod ipſis ſuperiniicitur,
Superfluum eſſe dicit iſto utentibus.
Profecto dignum ſcriptione eſt pharmacum,
Cuius fides iam uel recepta eſt inuidis.
Hunc in modum ipſum præparari dictitat.
Septem olei libras æſtiuis temporibus
Indes (aliàs eius dimidium repperi)
Pinguis, recentis pariter atque axungiæ:
Sed hyeme, ſicut tradit, inieceris nouem.
At ſex læuiſſimi modo lithargyri,
Fœnigræci addit dimidium ſextarii

Et ſeminis

A Et ſeminis tantundem *combuſti lini.
Maluæq; agreſtis pondo ſtatuebat tria
Radicis, etiamnum cui ſuccus ſit recens,
Quaternis bis coquere ex aquæ ſextarijs,
Ollæ orificio amplo recenti fictili.
Maluæ radix purgata, conciſa itidem
Et tenuis & contuſa, ut fuerit indita,
Mox addito fœnigræci elutum probe
Liniq; ſemen. At cum ſuccum emiſerint
Coctura, ſpiſſitudinemq; acceperint,
Habeto ſuccum, expreſſeris quem linteo.
Trutina at quaternas quando expenderis libras
Olei, commiſcens, totum coque carbonibus
Cum uero tenues bullulę ex maioribus
Crebręq; contentis cacabo prodiuerint,
B Lithargyrum lęuem protinus aſpergito,
Igniq; non acri, ſed aſſiduo coque,
Fractus ſit dum uſq; ſuccus cum pinguedine.
Erit ipſum medicamentum emplaſtrum melinum,
Boni coloris, non inficiens, nec nimis
Durum. Vetuſtis hoc qui inuenit pharmacis,
Vocabat ipſum iure è ſuccis pharmacum.

Aliud.

Et hoc eodem prodit genere pharmacum.
Alijs licet miſturis ipſum præparent.
Affectus ad quos rettuli, prorſus facit.
Summatim omnibus, & crudis, & quę concoqui,
Facile mutari nequeuntque. Ingentia
Et muſculorum & membranarum vulnera
Præſanat, ipſorum nam facile ſubuenit
C Punctibus. Arthriticis iniectum item omnibus,
Infeſtatos iam mitigabit diutino.
Dolore. Picis aſſumit quàm ficciſſimæ
Libras duas, ceræq; totidem ponticę:
Purę terebinthinę, & liquidę libras duas,
Mannęq; thuris ueri unam pondo libram:
At ſelibram, uel hac pauxillulo minus,
Albi recentis butyri pinguiſſimi.
Reliqua diu liquentur, & quidem igne acri,
Aſſidue cernens, amplius ne pharmacum
Colore inficiat digitis contritum tuis.
Quibus peractis ſublata ab igne ollula
Mannam liquatis inde ſic aſpergito,
Mouens medicamentum diu rudicula.
Sic frigeratum, & mollitum reponito.
D Huic copioſumq; recens roſaceum
Contemperans, caua atq; ad carnis indiga
Adeo ulcera utere, tendonumq; phlegmonas,
Tum quę non facile in pus mutantur candidum.

De Acopis, hoc eſt laſſitudinem tollentibus. CAP. 21.

QVid Acopa medicamenta promittant, etiam nomē ipſorum oſtendit. At κόπους, id eſt laſſitudines, Græci homines uocant affectus ex multo uehementiue motu corporibus uel totis, uel particulis, quæ amplius laborarunt, oborientes. Porrò moleſtæ ſunt diſpoſitiones hę, potiſſimum iis qui agitantur, mouenturque: uehementiores autem, iam & conquieſcentibus negocium faceſſunt. Cæterum poſtea medicis in uſu fuit, & ſi non ad laſſitudines medicamē ab ipſis ſit compoſitum, ſed uel ad dolorem diuturnum in alto corporis latentem, uel motū difficilē, vel ſenſum difficilem, uel particulæ duritiam, uel tenſionem, uel tumorē ſcirrhoſum, appellare ſi militer acopa & id genus omnia, modo humidam conſiſtentiā acopis ſimilem habeant: quæ liquidis ceratis, cuiuſmodi & in luxatis fracturisq; utimur, eſt propinqua. Quippe talis conſiſtentiæ humidiſſimum eſt, quod à iunioribus medicis Cereleon appellatur; deinde illitus acopi: poſt hos liquidorum ceratum, craſſiore ſubſtantia præditum: mox ceratū tenerorum & mollium, uti

vocant:

*ΑΙ. κεκαθαρμένου, i. mundari.

vocãt:poſtremo amolynta hoc eſt non inquinantia,ſimilia his, q̃ propriè Epithemata dicũtur. E
His ſuccedit emplaſtrorũ conſiſtentia,quæ & ipſa in maioris,minorisq́; rõne haud mediocrem obtinent differentiam.Quare nõ nulli medicorum q̃dam nomine à ſola conſiſtentia ita deſumpto, Ceratomalagmata nuncuparunt: medicamẽti inquã inter ea,q̃ corpori imponuntur,non ẽt quidẽ humida, duritiem uero tantã nec dum cõſecuta, quantã emplaſtra poſſidẽt. Cũ igitur oẽs citatæ differentiæ non medicamentorũ uiriũ, ſed cõſiſtentiæ formæ,ſint indices, Acoporũ appellatio quondam ſane medicaminum facultatẽ, poſtea conſiſtentiã ſignificauit,huiusq́; rei cauſa cum diſtinctionibus ea nominare coacti ſunt, hoc quidẽ Acopon relaxãs,illud emolliẽs, vel calefaciẽs, uel a dolore tollẽdo anodynum, uel meta ſyncriticũ appellãtes: ſicut etiã ad hũc quendã affectum cõferre,uerbi gratia paralyſin,coxarum,laterumq; dolorem, uel cõmuniter ad uniuerſos dolores. Natiuum igitur eſt medicamen ſimplex omniũ laſſitudinum præſidium, oleum uidelicet, quod & citra adiectionẽ nominat, quoniã uetuſtis tẽporibus ſolũ quoq; erat: poſteri cicinũ apud nos ei appoſuerunt, in Aegypto.n.& hoc uetuſtum erat: & rurſus poſt cicinum,raphaninum,ſinapinũ,& ſeſaminum, aliaq́; eius generis,quemadmodum etiam apud nos crininum,id eſt ex lilio,maſtichinũ,& lentiſcinum: quæq́; his magis uaria ſunt, uel uſq; ad unguẽta.Itaq; neminẽ latere arbitror, medicamẽta Acopa apud ueteres dicta, omnia liquidæ cõ- F
ſiſtentiæ eſſe neceſſario,quippe oleũ ſolum laſſitudines externis partibus ingruẽtes curat:in alto affligentes, uehemẽtioresq́ue , cũ iniecto aliquo laxãte pharmaco mediocriter calefaciẽte, veluti chalbano,reſina terebinthina,ad hãc colophonia quadã nominata & fricta: quibus calidiores ſunt abietina,& ſtrobilina:terebinthina uero larix paulo calore præcellit. Cæterũ id genus oĩa relaxantibus oleis miſcẽtur,quale eſt ſabinum,iniecta interdum & cera. Iam uero acopon unguen eſt in iis, qui iã ẽt in corpore alto dolent,& medicamen ex ſemine abietis, chamæ meli,anethi,& floris populi nigræ,quorum mox dicemus cõfecturam. Præterea ſuſinũ, & gleucinum, & comagenũ, ex acoporũ unguinũ grege eſt,& q̃ ex pinguedine , & adipe cõponuntur, ſuillo quidẽ moderatiſſime relaxãte, gallinaceo aũt his uehemẽtius,& hoc adhuc magis anſeri no : at adeps leoninus & pardi ualidior eſt,ut iã uehemẽter calefaciat, eoq́; inſigniter diſcutiat: in medio horũ cõſiſtũt bubulus, caprinus, vulpis, & hyenæ. Hæc ſane uniuerſa in genere ſunt eorũ,q̃ proprie Acopa dicunt,hoc inuicẽ diſcrimine uariantia,q̃ alia magis, alia minus,calefaciant. Quapropter nõ nulla genere toto acoporum unguinũ excidiſſe uidebũtur,ſi in mollibus ea corporibus examines: etſi durioribus, cuiuſmodi agreſtiũ ſunt, utiliſſima appareãt:nã ſubinde ẽt diximus dura corpora ualentiora pharmaca ſuſtinere,mollia uero & humida, ueluti pue- G
rorum,mulierum,eunuchorum,eiuſmodi medicaminum potentiam ferendo non eſſe. Inſuper cuiuis notum eſt & quæ uocantur Myracopa, ex acoporum cũ unguẽtis tẽperatura fieri, nihilo cæteris præſtantiora , niſi odoris ſuauitate. Quemadmodum igitur a uetuſtioribus longo uſu explorata ſcribere conſueui, ita nunc quoq; faciam,ab Aſclepiadis ſcriptis ſumpto exordio.

Quæ Aſclepiades in quarto Exteriorum Acopa & Myracopa conſcripſerit. CAP. 12.

Acopon ad laſſitudinum moleſtias, benefacit neruis condoleſcentibus. Hoc Themiſo vtebatur. Medicamen eſt uehementer bonum. Sampſuchi ſextarium unũ,roriſmarini ſextariũ unum,fœnigræci ſextariũ unũ,cardamomi ſextarii dimidiũ,† brathyos ſextarii dimidium,uini dulcis ſextarios
†*Sauina.* tres,olei uenefrani trepõdo,ceræ põdo duo.Arida in uino triduum macerari ſinito: quarto die oleũ adijcere oportebit,atq; ubi ſedulo agitaueris,ac ſuper prunã poſueris,mouendo coquere: qñ cõtinue efferbuerit,liquorẽ exprimere,cerã deraſam huic adiicere,& rurſus ſupra ignem coquere:ubi cera liquata fuerit,ab igne tolles,ſinesq́; refrigerari.Poſtea uitreo uaſe uel ſtãneo repones,ac uteris nũc ſolo,nũc uno unguẽtorũ admiſto.*Aliud.* Sãpſuci ſextariũ unum, roriſmarini ſextariũ unũ, fœnigręci ſextariũ vnũ, lauri ſurculorũ põdo vj,iũci floris põdo vnc.iii, uini veteris ſextarios iii, olei dulcis ſextarios ii: ʒradicis cucumeris agreſtis, nardi celticæ,ſingulorũ li. H
s:ceræ libras iii.Præparato,ac utitor,ſicut p̃dictum eſt. *Aliud medicamẽ confectũ. Benefacit ſolutis, ac tremulis. Itẽ valet ad oẽm neruorũ ex cõſenſu dolorẽ. Vſus eſt Meni⁹ Rufus. Succurrit Podagricis, arthriticis, Iſchiadicisq́, vt toto liberet affectu. Vſus eius eſt in interuallis: at in acceſsionibus diluto medicamine vtimur.* Sãpſuchi ſextarios duos,fœnigræci ſextariũ unũ, roriſmarini ſextariũ unũ & ſemiſsẽ,meliloti ſextariũ unũ,illyricæ põdo unũ,cyperi põdo unũ,brathyos pondo unum, cãchryos põdo vnũ, cardamomi ſelibrã, iũci floris ſelibrã,caſiæ ſelibrã,abrotoni ſelibrã, myrti fructus ſelibrã,lauri fructus ſelibrã. Oĩbus cõtuſis,ac in uas duplex unguẽtariũ cõiectis , uini tmolitis ſextarios octo affundito:triduo madefieri ſinito:deĩde olei ſabini põdo xvj,irini pondo vnũ, lẽtiſcini põdo unũ,ſyriaci põdo unũ,gleucini põdo unũ,myrtei põdo unũ,laurini pondo vnũ immittito:igni ſuppoſita incoquito:deinde liquorẽ ex coctis expreſsũ in uas aliud transfundito:rurſusq́; ſine decoctis incoq̃to, ceræ ſelibra adiecta , reſinæ laricis lib.j.myrrhæ ſtactæ lib.
† *In quibuſdã cod.græcis manuſcriptis hæc uerba non ad ſunt.* una. His liquatis utitor, ſicut p̃dictũ eſt. *Aliud.* Sãpſuchi põdo ii,fœnigræci ſextarios ii, roriſmarini ſextarios ii:brathyos põdo ii,† ſextarios ii:ʒmeliloti põdo ii, cyperi põdo unũ, iridis macedonicę põdo unũ, cãchryos põdo unũ,cardamomi põdo unũ,calami aromatici ſelibrã,iũci floris ſelibrã:caſiæ fiſtulę,coſti,eleliſphaci,ſingulorũ ſelibrã:baccarũ lauri ſelibrã,cucumeris agreſtis

A ſtis radicis ſelibrã, myrti ſurculorũ ſelibrã, uini tmolitis odorati ſextarios viii, olei ſabini põdo vigintiquatuor, irini põdo vnũ, cyprini pondo unum, lentiſcini pondo unum, gleucini pondo vnũ, myrtei pondo unum, *ammoniaci põdo unũ, hedychroi põdo unum, malabathrini põdo vnum, myrrhæ ſtactæ põdo unum, opobalſami pondo unum, ceræ pondo xv. Arida imbuuntur ac madefiunt quemadmodum præcepimus, triduo: & his oleum, & pleraq; unguenta adiiciuntur: malabathrinũ, amaracinum, hedychroon, ſtacte, & opobalſamum, poſtrema reſeruantur, ut †in medicamenti confectione, ſ cera iã liquefacta hæc indãtur. Quomodo autẽ præparandum ſit medicamentum, & quis eius uſus, iam oſtendimus. *Acopon, quod ex Melle inſcribitur. Valet ad laſſitudinum moleſtias, neruorum contractiones. Benefacit Opiſthotonicis, & Canina conuulſione affectis. Dicitur Tetramyron. i. ex quatuor unguentis confectum.* Mellis uncias tres, irini uncias tres, roſacei uncias tres, cyprini unc. iii, gleucini unc. iii, ceræ unc. iii, terebinthinæ unc. iii. Mel ſeorſum coquitur: q̃ liquari poſſunt, liquefiũt: & in mortariũ cõiecta oĩa ſimul cõtundunt, lęuigantur- B que, & excepta uſui ſunt. *Aliud.* Cyprini, irini, roſacei, gleucini, ſingulorũ heminas ſex cerę denariorũ põdo xxiiii, terebinthinæ denariorũ põdo viii, mellis denariorũ põdo ſex: præparato, ac utitor, ſicut prædictũ eſt. *Aliud vocatur Lexopyreton, id eſt febrem finiens.* Roſacei, irini, gleucini, cyprini, ſingulorum heminas quatuor: ceræ denariorum pondo xii, terebinthinæ denariorum pondo quatuordecim, myrrhæ ſtactæ denariorum pondo iiii, mellis cocti denariorum põdo ſedecim: cõficito, ut docuimus. *Aliud ex collectaneis* Aphrodiſei.* Roſacei, irini, cyprini, ſingulorum heminas quatuor: ceræ denariorũ põdo duodecim, gleucini heminas quatuor, adipis anſerini denariorũ põdo duodecim, terebinthinæ denariorum põdo quatuor, ſtactæ denariorũ põdo quatuor, opobalſami denariorũ põdo duorũ, mellis cocti denariorũ põdo viii: cõficitur ſuperiorum modo. *Aliud Acopon, Dyſodes i. fœtidum dictum, adidem.* Ceræ denariorum pondo viii, terebinthinæ denariorũ põdo viii, chalbani denariorum põdo ſex, guttæ ammoniaci denariorum põdo ſex, olei ueteris heminas duas, medullæ ceruinæ denariorũ põdo viii. Præparato ad modũ prædictum, & utitor mero, & diluto. *Aliud ad omnem neruorum ex conſenſu dolorem.* Reſinæ terebinthinæ denariorũ pondo quinquaginta ſex, ceræ denariorũ pondo xxviii, guttæ ammoniaci denariorũ põdo tringinta duorũ, chalbani denariorum põdo xxxii, medullæ ceruinæ denariorum pondo uigintiquatuor, mellis cocti denariorũ pondo uigintiquatuor, olei ueteris heminas duas: ammoniacum aceto ſoluit. *Aliud.* Ceræ denariorum põdo xxiiii, terebinthinæ denariorum pondo xxiiii, chalbani denariorum põdo ſex, guttæ ammoniaci denariorũ põ- C do ſex, olei ueteris heminas duas, medullæ ceruinæ denariorũ põdo viii, ſtyracis denariorũ pon do xvi: præparato ſimiliter. *Aliud.* Ceræ denariorũ pondo* uigintiquatuor, terebinthinæ denariorum pondo ſedecim, chalbani denariorum pondo vi, ſtyracis denariorũ põdo viii, olei ueteris heminas duas, mellis heminam unam s: medullæ ceruinæ denariorum pondo viii, ſalis floris quantum ſatis eſt: ammoniacum aceto ſoluitur. *Aliud. Benefacit Iſchiadicis, & Opiſthotonicis. Sanat omnem neruorum ex conſenſu dolorem.* Ceræ pondo uncias ſex, terebinthinæ pondo libra vnam, guttæ ammoniaci pondo unciam* unam, opopanacis põdo uncias duas, chalbani põdo vncias duas, medullæ ceruinæ põdo uncias duas, medullæ taurinæ põdo unc. ii, œſypi põdo uncias ii, olei irini heminã, mellis pondo uncias* tres: conficito ratione prædicta. *Aliud aduehementes laſſitudinum affectus, & neruorum contractiones.* Ceræ denariorum pondo quinquaginta, terebinthinæ denariorum pondo xxv, aphronitri denariorum pondo vi, œſypi denariorũ põ- do vi, mellis cocti denariorũ pondo vi, guttæ ammoniaci denariorum pondo ſex, medullæ cer uinæ denariorũ pondo vi, chalbani denariorum pondo vi, ſeui taurini denariorum pondo vi, baccarum ſiccarum lauri denariorum pondo vi, olei heminam, uini marinæ expertis heminã: præparatur ſicuti priora. *Aliud Aſcuntianum inſcriptum.* Ceræ pondo unc. ii, chalbani pondo D vncias tres, nitri põdo uncias* tres, terebinthinæ liquidæ põdo uncias tres, œſypi põdo unc. ii, ſeui taurini põdo unc. ii, olei cyprini põdo uncias quatuor, olei melini põdo uncias iiii, irini põ do uncias quatuor, mellis põdo uncias quatuor, olei communis põdo uncias tres, olei ueteris põdo uncias quatuor, guttæ ammoniaci pondo unciã unam, thuris põdo unciam unam, præparatur ut alia. *Aliud.* Olei ueteris ſextarium unum s, terebinthinæ pondo libram unam, guttæ ammoniaci põdo uncias* duas, ceræ põdo ſelibram, chalbani pondo, uncias tres, œſypi pondo vncias duas, thuris pondo unciam unam, æruginis pondo uncias duas, mellis† heminas duas, ſ medullæ ceruinæ põdo uncias tres, ſeui anſerini põdo uncias duas, uini heminas duas, aphroni tri põdo uncias duas: conficitur inſtar ſuperiorum. *Aliud Chloracopon i. Acopon viride. Succurrit Opiſthotonicis, Iſchiadicis, ſolutis, & tremulis.* Myrrhæ denariorum pondo iiii, guttæ ammoniaci denariorũ pondo iiii, thuris denariorum pondo iiii, nitri denariorum pondo iiii, æruginis dena riorum pondo quatuor, opopanacis uncias decẽ, chalbani põdo uncias quatuor, terebinthinæ põdo libras duas, ceræ pondo libras duas, malabathrini unguenti ſextarii dimidiũ, cyprini ſextarii dimidiũ: aceti, quantum ſufficit. Ammoniacum, myrrham, nitrum diſſoluito: iam ſolutis opopanacẽ, chalbanũ adiungito: his læuigatis liquata ſuperfundito, miſcetoq;: exceptis utitor. *Aliud.* Myrrhæ denariorũ põdo quatuor, terebinthinæ põdo libras duas, ceræ denariorum põ-

do duorum:

*Al. amaracinum. & ita omnino videtur legendum.

† κατὰ τὴν τοῦ φαρμάκου σκευασίαν, ἐξὴ ἐν preſſus, ut tranſtulit interpres. In antiquis, μετὰ τὴν τοῦ. i. poſt medicamenti confectionem.

*Al. Aphrodæ.

*Aliter xxviii.

*Aliter iiij.

*Aliter vj.

*Aliter vj.

*Aliter j.
*Al. vnc. iiij.

do duorum:guttæ ammoniaci, thuris,nitri,æruginis, ſingulorum denariorũ põdo quatuor: unguenti melini ſextarii dimidium, cyprini põdo uncias tres, irini põdo unc.iii,olei ueteris ſextarios tres,opopanacis põdo unc.iii,chalbani pondo unc.iii, aceti qđ ſufficit:p̃paratur, ut dictum eſt. *Aliud ad diuturnos affectus ualde generoſum.* Ceræ pondo minam unam, olei ueteris ſextarios quatuor,terebinthinæ põdo libra unam, myrrhę põdo unc.iiii, thuris põdo unc.iii,opopanacis põdo unc.iiii:cucumeris agreſtis radicis, æruginis,nitri,ſingulorũ pondo unc.iiii : piperis albi põdo unc.ii,chalbani põdo unc.iiii, medullæ ceruinæ põdo unc.iiii,unguenti cyprini põdo unc.iiii,irini unguẽti põdo unc.iiii,unguẽti melini pondo unc.iiii,rutæ uiridis ſurculorũ pondo unc.tres,aceti qđ ſatis eſt.Cucumeris agreſtis radices,& rutã cũ aceto incoquito, deīde liquorẽ expreſſum aridis iniicito,læuigata accurate liquatis excipito:ac interdũ pharmaco ſyncero, interdũ diluto utitor.Hoc aũt ꝓ rõne ſubiectorũ affectuũ fiet. *Aliud Baſſi Pharmacum confectum. Hoc ipſo vſus,cũ neruorũ reſolutione prius tẽtaretur,ſeruatus eſt.* Olei myrtei põdo unc.iiii, cyprini põdo unc.iiii,olei ueteris põdo libra s,atramẽti ſutorij põdo libra s, ceræ pondo libra, terebinthinæ pondo libra s,chalbani põdo unc.iii,mānæ põdo unc.iiii,opopanacis põdo unc.ii,bryoniæ radicis põdo uncias quatuor, æruginis põdo uncias quatuor, aphronitri pondo uncias iiii, piperis põdo uncias duas, pyrethri pondo uncias quatuor, adipis hœdini põdo uncias ſex, euphorbii põdo uncias quatuor,aceti quantum ſatis eſt.Bryoniam,pyrethrũ,cum aceto incoquito:deinde liquorem expreſſum,aridiſq; probe lęuigatis adiectũ,liquatis excipito:uſus oſtenſus eſt. *Aliud excaſtorio, ſolutis, & omni diuturno malo auxiliatur.* Oeſypi põdo uncias tres,medullæ ceruinæ pondo uncias quatuor,terebinthinæ pondo uncias tres, guttæ ammoniaci pondo vncias duas,chalbani pondo uncias duas, caſtorii pondo uncias duas, piperis albi pondo uncias duas,euphorbii pondo uncias duas,adarces põdo uncias duas, nitri ſpumæ põdo uncias duas, opopanacis põdo uncias duas,olei ſtyracini põdo unciam unam, olei irini pondo uncias duas, olei ueteris heminam unam,ceræ pondo libram s: componitur aliorum modo . *Aliud cuius vſu Baſſus longo tempore Paralyſi infeſtatus, etiam ab hoc morbo conualuit .* Olei myrti, melini, cyprini,ſingulorum uncias quatuor: olei ueteris ſelibram,ceræ pondo*unum,terebinthinæ ſelibrã,chalbani uncias quinque, thuris uncias quatuor, opopanacis uncias duas, æruginis uncias duas, bryoniæ radicis uncias quatuor, aphronitri uncias quatuor,piperis uncias duas,pyrethri vncias duas,adipis hœdi uncias ſex, euphorbii unciam unam, aceti quantum ſatis eſt.Compoſitio huiuſmodi medicaminum communis eſt. *Alia Collinitio Podagricorum, ac articulari morbo laborantium ex ſale confecta : toto affectu liberat. Vſus eſt quotidie.* Salis inquinati,hoc eſt ipſius terræ pondo,aluminis fiſſi pondo, fœcis uini Italici ſextarium, lapidis aſii floris uncias quatuor. Arida ſtudioſe conterito,& fæce addita accurate læuigato:quibus olei ueteris ſextarium affundito, rurſuſque condito,ac excepto utitor.In aliis ſcripturis melle attico excipitur. *Aliud.* Salis inquinati pondo uncias tres, aluminis fiſſi pondo uncias tres, lapidis aſii floris pondo uncias tres, thuris pondo* ſemunciam,myrrhæ pondo* ſemunciam,fęcis uini Italici ſextarii dimidium: præparato uti prędiximus. *Alia Illinitio Patroclo Cæſaris liberto compoſita:leuat toto affectu. Vtendum eſt quotidie & mane ante balneum,& poſt ipſum : ad hæc veſperi. Sumentes ex pharmaco, quod ſatis eſt,ſoluentesque, oportet pedes inungere, & citra contuſionem infricare.* Thuris denariorum pondo decem, piperis albi denariorum pondo decem, aphronitri denariorum pondo viii, myrrhæ denariorum pondo quatuor, guttæ ammoniaci denariorum pondo ſex, aceti quantum ſufficit, olei cyprini heminam unam s. Sicca contunduntur, cribroque tenuiſſimo incernuntur: reliqua aceto diſſoluuntur, læuiganturque: deinde omnia ſimul miſcentur, & tritis cyprinum inditur : exceptis autem utimur. *Aliud.* Thuris denariorum pondo viii, myrrhæ denariorum pondo viii,guttæ ammoniaci denariorum pondo viii : aluminis ſciſſilis, piperis albi, ſingulorum denariorum pondo viii,nitri denariorum pondo viii,aceti quod ſatis eſt,olei cyprini heminas duas, ceræ pondo ſelibram. Quæ liquari poſſunt, liquefiunt, & tritis adiiciuntur.

Aliud Neapolitæ Medicamentum, Iſchiadicis, Arthriticis, & Podagricis confectum: toto affectu liberat . Thuris, piperis albi, guttæ ammoniaci, myrrhę, lapidis aſii floris, aluminis fiſſi, nitri,centaurii ſucci, ſingulorum pondo uncias duas: fęcis uini Italici ſextarium unum: olei cyprini,laurini,myrtei,ſtyracini, ceræ, ſingulorum pondo libram unam: terebinthinæ pondo ſelibram,chalbani pondo unciam,opopanacis pondo ſemunciam, liquata tritis miſcentur. *Aliud Domitio Nigrino compoſitum, quod toto affectu liberat .* Myrrhæ ſtactæ pondo uncias duas, thuris põdo uncias duas, guttę ammoniaci pondo unciam unam:nitri rubri, uel ſalis inquinati, pondo uncias duas:aluminis fiſſi,lapidis aſii floris,colocynthidis partis interioris, mādragoræ ſucci,mellis, euphorbii, ſingulorum pondo uncias duas:unguenti crocini, melini, ſtyracini,malabathrini, laurini, gleucini, hedychroi, amaracini, adipis uituli marini, ſingulorum pondo uncias ſex : huius penuria utendum eſt medulla cerui uetuſtiſſima : cerę pondo libram, chalbani pondo unciam,terebinthinæ pondo ſelibram, opopanacis pondo ſemunciam,fęcis uini Italici ſextarium : præparato, quemadmodum ſupra dictum eſt . Hac confectura utemur poſt* podarcem, cui titulus eſt Pompeii pretioſa,* Sabernio Valenti compoſitam. *Medicamentum ex Populo.*

*Aliter s.

*Al Vncias vi.
*Al. vncias vi.

*Al. podagricam.
*Infra pagin. 271.d. ſcriptum eſt Aburnio.

A ex Populo. Benefacit Iſchiadicis, Arthriticis, Solutis, Tremulis. Valet item ad vſum quotidianum. Populi nigræ ſurculorũ põdo minã, cucumeris agreſtis radicis põdo libras quatuor, caſiæ fiſtulæ pondo libras duas, unguẽti crocini põdo libras duas, croci, põdo unc. tres, uini odori ſextarios xii, olei ſabini ſextarios decẽ, ſampſuchi põdo libras quatuor, ceræ põdo libras quatuor. Surculos populi diligenter cõtuſos in uaſe duplici unguentario cõtineto: ac his ſampſuchum cucumeris q; radices in craſſiora fruſta cõciſas adiicito, his uinũ ſuperfundito. Omnia diebus nouẽ macerari ſinito: ſequenti die oleũ adiicitur: & rurſus accurate tũſa igne nõ acri incoquito. Poſtea liquori expreſſo, cerã derafam & medullam læuem factã indito, igni impoſita coquito. Vbi liquata fuerint, ab igne tollens, crocinũ adiungito, mouetoq; cõtinue. Crocinum uero leue factũ, terreſtris teſtudinis ſanguine excipito, ut olei ueteris craſſitudinẽ habeat. Porrò iugulatur teſtudo, iuxta clauiculam arundine utrinq; trãsfixa. Liquata croco iniecta rurſus tũdito, exceptisq; vtitor. Medicamentũ toto affectu leuat. Multo aũt præſtantius euadit, ſi teſtudinis ſanguinem copioſum recipiat. *Aliud. Valet ad moleſtias ex perfrictione, & contuſiones ex ictibus.* Populi nigræ ſurculorum põdo minam, cucumeris agreſtis radicis pondo: minas quatuor, caſię fiſtulę pondo libras duas, medullæ ceruinę põdo libras duas, croci põdo libras tres, uini odorati ſexta
B rios duodecim, olei libras decẽ, ſampſuchi põdo libras quatuor, ceræ libras quatuor: ſanguinis terreſtris teſtudinis quantumcunq; indideris, medicamentũ nihil offendes, ſed potius iuuabis: p̃paratur modo prædictorum. *Aliud Acopon Dia Phrynon i. ex rubetis ranis. Hoc vſus vir Xyſticus i. iaculator, & Acopo & malagmate, à toto affectu conualuit.* Confectio ita habet. Olei ueteris ſabini põdo libras tres, cucumeris agreſtis radicis põdo libras tres, ceræ põdo libras tres, apochymatis põdo libras tres, adipis ſuillæ ueteris põdo libras tres: ranas rubetas magnas numero tres, uel ſi hæ nõ ſint, paruas quinq;: medullæ ceruinæ põdo uncias tres, aphronitri põdo uncias tres, ſulfuris uiui põdo uncias tres, olei laurini põdo uncias tres, olei irini põdo uncias tres, unguẽti malabathrini põdo librã, ſãpſuchi põdo librã. Radices in craſſiora fruſta ſectas, ac ĩ oleũ ſimul cũ ſampſucho coniectas, ſupra prunas incoquito. Vbi radices inaruerint, humorẽ exprimito, radices quidẽ & ſampſuchum abiicito: ranas in ſportulam textã imponens, huiusq; oras conſuens, & oleo expreſſo committens, rurſus uas coopertũ igni ſupraponito: ubi iam ſatis magnum tẽporis ſpatiũ interceſſerit, ut ranæ illiquatæ fuerint, ſportula depoſita humore expreſſo abiiciatur: reliqua oleo liquata indito, mouẽs ſine requie: poſtremo medullã & chalbanum adiungito: poſtquã ſoluta fuerint, ab igne tollito: ac modicè refrigerari p̃mittens, arida tũſa, ac te-
C nuiſſimo cribro ſecreta inſpergito, mouẽs aſſidue: in mortariũ demiſſis, iterumq; tũſis, malabathrini unguenti põdo & ſemiſſem adiungito, & rurſus tundito: excepta uaſe plũbeo, undiq; obturato, ut nihil p̃ſpiret, ſeruato. Vteris medicamẽto interim ut malagmate, facta morbi inclinatione, interim ut enchriſmate. i. illinitione. Nã pharmaci, qđ ſatis eſt, capientes, ſoluentesq; unguento, ut cerati humidi ſpiſſitudinem habeat, utimur. *Aliud Haliei confectum pharmacum, in quo verſans Halieus, cũ affectu adeo infeſtaretur, vt corpore diſtorto eſſet, vſurpabat: & toto malo liberatus eſt. Data eſt confectio Valerio Paulino.* Habet autẽ in hunc modũ. Olei ſabini libras iii: populi nigræ ſurculorum librã, quæ cũ nõ adſint, ſampſucho uti oportet, duas ipſius partes adiicientes. Habet aũt & ſampſuchi, cyprini, irini, maſtiches, ſingulorũ librã: myrrhæ ſtactæ ſelibram, ceræ trientẽ, apochymatis libras iii, adipis ſuillæ p̃guis libras, iii, ſulfuris uiui unc. iii, nitri ſpumę unc. iii, chalbani lib. iii, medullæ ceruinæ unc. iiii: teſtudinũ terreſtriũ x ſanguis immittẽdus eſt medicamini p̃parato, & iã trito. Porrò cõficiendũ eſt, uti diximus. In uſu, medicamẽti librã i. auferẽtes, opobalſami unc. iii, unguẽti malabathrini unc. i, cõdimẽti gratia illi indere cõuenit. Hoc in quotidianos uſus ita præparatur. *Aliud idipſum Haliei, a Valerio Paulino aliter confectum.* Ceræ põdo libras iii, cucumeris agreſtis radicis põdo libras tres, apochymatis põdo lib. tres, adi-
D pis ſuillæ pinguis põdo libras iii, olei ſabini põdo tria, cyprini põdo, ſuſini pondo, crocini pondo, †ſtactæ pondo ſelibrã, medullæ ceruinæ põdo & ſemiſſem, chalbani pondo & ſemiſſem, rubetas quinque: ſampſuchi, uel populi nigræ ſurculorũ, pondo tria: ſulfuris ignẽ nõ experti põdo vnc. iii, aphronitri põdo unc. iii, teſtudinũ plurium ſanguinem: cõficito quemadmodũ prędixi. *Aliud Flauij Clementis confectum pharmacum. Huius vſu nouimus homines toto corpore diſtortos à Podagra Chiragraq; adeo conualuiſſe, ut citra noxam obambularent.* Olei ſabini pondo xii, cucumeris agreſtis radicis pondo xii, ceræ pondo, terebinthinę põdo, medullæ ceruinæ põdo, chalbani pondo, ranas numero ſex. Oleũ diuidimus, & ſeorſum in eo ranas, ſeorſum itẽ radices incoquimus: deinde liquore percolato, ad pharmaci cõfectionẽ utimur. Pharmacum autẽ acopi uſum præſtat, Valerio Paulino ſcripturæ hunc in modũ adiiciente: ſampſuchi pondo unum & ſemis, vnguẽti crocini põdo, malabathrini põdo, opobalſami põdo unc. iii, teſtudinum x ſanguinem, medullæ ceruinę põdo duo, chalbani põdo duo, adipis ſuilli ueteris põdo tria, apochymatis põdo, ceræ põdo tria ſemis, ſulfuris uiui põdo unciam, aphronitri põdo unc. iiii, rubetas tres, teſtudinum xv. ſanguinem: & loco crocini ſyriaci põdo, ſampſuchi põdo ſemis ponitur: ſuperiorum modo præparatur. *Aliud Pompeij Sabini. Polyteles i. pretioſum, inſcribitur.* Aburnio Valenti præparatum fuit. Vtile eſt Iſchiadicis, Arthriticis, Podagricis, Tremulis, & ad omnem neruorum diſpoſitionem*

† *Additur in antiquis, maſtiches libram vnam.*

* *Supra pag. 270. b. ſcriptum eſt Sabernio.*

† *Al. libram vnam.*
*Al.pondo s.

ſitionem. Compoſitio talis eſt.Sampſuchi põdo duo,ſœnigræci† põdo duo, meliloti põdo, roriſmarini põdo,brathyos põdo ſemis,cãchryos põdo,cyperi põdo,abrotoni* põdo,cardamomi pondo ſeſibram,baccarũ lauri põdo ſeſibram,uini odorati ſextarios xxiiii, unguẽti irini põdo xv,cyprini pondo ii,ſyriaci põdo ii, ceræ põdo duo, terebinthinæ põdo,chalbani põdo uncias duas,opopanacis põdo uncias tres,guttæ ammoniaci purgatæ põdo uncias quatuor:piperis lõgi,nitri rubri,lapidis aſii floris,colocynthidis partis ĩterioris,aluminis fiſſilis,ſingulorũ põdo unc.iiii:thuris põdo unc.iii, cẽtaurii põdo unc.iiii:mãdragoræ ſucci, myrrhę ſtactę, mellis, cocti, ſingulorũ põdo un.iiii:rubetas ranas magnas numero vi, teſtudinũ terreſtriũ x ſanguinẽ. Medicamentũ uarie componitur. Aromatica ſiccaq́; craſſius contuſa,uaſiq́; duplici unguentario iniecta, uino ſuperfuſo, triduũ macerari permittimus. Quarto die uino, quantũ ſatis eſt,ablato,guttã ammoniaci, thus, chalbanũ, & opopanacem imbuimus, & reliquos ſuccos:hęc diſſoluta lęuigamus: quibus factis læuibus tunſa cribrataq́; alumẽ, nitrũ rubrũ, colocynthidem, lapidis aſii florẽ, piper, & reliqua arida immittimus, ſimulq́; terimus: his myrrhã,ſtactẽ,& mel adiicimus.Sic iã præparatis, omnia liquida his,quæ in uino macerãtur,affundito:igni ſuperpoſita coquito, mouẽs continue. Vbi bona uini pars cõſumpta fuerit,humorem exprimito: cui ranas imponens, ſicut ſupradictũ eſt, incoquas, & tũc liquida adiicias. Hęc liquata ab igne deponens,læuigatis indes, ac rurſus tundes:exceptis utitor. *Aliud Acopon Metaſyncriticum. Auxiliatur Iſchiadicis, Arthriticis, Solutis, & Tremulis. Vtebatur Iulius Secundus. Diuturnos affectus demolitur,capite dolentes adiuuat.* Adarces pondo unc.ii, myrrhæ ſtactæ pondo unc.ii, aphronitri põdo unc.ii:euphorbii, opobalſami, ſingulorũ põdo unc.ii: ſtyracini unguẽti põdo. Aridatũdũ tur,cribrãturque: his myrrha,ſtacte,& opobalſamũ adiiciũtur:denuo tũſa ſtyracino excipiunt. Ac interim p ſe, interim alteri miſtũ uſui eſt medicamen. Coctionem quoque adiuuat. *Aliud Orphito compoſitum,cuius vſu Thoracis affectu moleſto,& iam inueterato liberatus eſt.* Adarces pondo unc.ii,myrrhæ ſtactæ põdo unc.ii,aphronitri põdo unc.iii,euphorbii † põdo unciæ dimidiũ malabathrini unguẽti põdo, foliati Romanis dicti põdo ſelibrã, cerę põdo unc.ii, opobalſami pondo unc.ii. Præparatur in modum prædictum. *Aliud Neapolitæ,quod Agrippæ compoſitum fuit.* Adarces ablatis arũdinibus põdo unc.iii, euphorbii põdo unc.†iii, aphronitri põdo unc.iii,ſtactæ põdo unc.iii, opobalſami põdo unc.iii,unguẽti malabathrini primi põdo,foliati põdo ac ſe librã,hedychroi põdo ſelibrã, crocini pondo ſelibrã, nardi aſianæ conſecratorię primę pondo ſelibram,cerę pondo uncias tres:conficito ut priora. *Aliud. Myracopon, hoc eſt ex Acopis, & vnguentis conſtans,Regium adinueteratos affectus. Item coctionẽ adiuuat.* Calami aromatici, carpo balſami,amomi,cardamomi,iunci floris,caſiæ roſã ſpirãtis,meliloti,ſampſuchi,brathyos,ſœnigræci,cyperi, nardi,piperis albi ſingulorũ põdo unc.iii.myrrhæ troglodyticæ põdo ſelibrã,euphorbii põdo ſelibrã,† vini falerni ſextarios xvi, unguẽti malabathrini primę cõfectionis pondo ii,nardi primę cõpoſitionis pondo,foliati primi põdo,opobalſami pondo,crocini põdo,ſtyracini primi põdo,amygdalini pondo,comageni pondo,gleucini põdo,irini põdo, hedychroi pondo ii,amaracini primi põdo ii. Coquitur unguẽti modo.Nimis quã bonum medicamentũ eſt. Celeri Primipilario cõpoſitũ eſt. Benefacit iſchiadicis,arthriticis,ſolutis,tremulis.Valet ad conuulſa,ruptaque: itẽ ad ſcirrhoſos uiſcerum affectus. Et cõcoctiones iuuat uentriculi orificio & dorſo illitum. *Aliud compoſitum Aquiliæ Secundillæ.* Euphorbii,opobalſami,myrrhæ ſtactę ſingulorum pondo unc.ii:nitri ſpumæ põdo unc.iii, ceræ tantundem unguẽti malabathrini põdo,foliati põdo ſelibrã,crocini pondo ſelibrã,nardi unguenti pondo ſelibram,hedychroi pondo ſelibrã,amaracini põdo ſelibram.Conficitur,quo dixi modo. Hæc quidem ſufficiebant.Etenim Aſclepiades cõfecturas ipſorũ & uſus accurate tradidit. Andromachus aũt,ut ſolet,negligentius,neq; ad quid eorum ſingula ualeant,indicãs,ſed nobis coniiciendũ relinquẽs:nam ceu ad artis peritos ſcripturas ſemper conſcripſit.Verum qm̃ nonnulla acopa inuicẽ ſibi ſimilia,in ſymmetriis deſcrepant,ideo hæc quoq; appoſui,q; lectores ex iis,q̃ Aſclepiades docuit,de iis ſi mul ratiocinari queant, cuiuſmodi acopa, quibus uitiis potiſſimum conducant. Dicemus autẽ & nos,ubi uniuerſales quoſdam ſermones de ipſis retulerimus, unde accuratiore uia,ac ratione ad eorundem uſus, qui mentem dicendis adhibebunt,peruenient.

† Aliter vi.

† *Additur in ãtiquis. Adarces ſelibrã, nitri ſelibram.*

Quæ Andromachus Acopa ſcripſerit. CAP. 13.

ACopum uiride Haſiei.Ceræ,terebinthinæ,olei ueteris,ſingulorum pondo & s.aphronitri põdo vnc.iii.chalbani põdo vnc.iii.æruginis raſæ põdo vnc.iii.opopanacis põdo vnc.vi. guttæ ammoniaci põdo vnc.iiii.mannæ põdo vnc.iii.aceti põdo vnc.ii. melini põdo vnc.ii.cyprini pondo vnc.ii.irini põdo vnc.ii.ſeui caprini pondo unciam. *Aliud Acopum bonum.* Ceræ pondo xvi.aphronitri põdo vnc.viii.baccas lauri numero viii.piperis albi denarii põdo unius. crocomagmatis quantũ ſufficit,medullæ ceruinæ denariũ pondo duum,myrrhę,denarii põdo, ceræ denarii pondo unius, uini rhodiaci denariũ, aceti parũ aridis adiicitur. *Aliud Baſsi Stoici,* Cucumeris agreſtis radicis pondo.§caſtorii pondo vnc.ii.medullæ ceruinæ pondo vnc.vi.olei ueteris pondo ii,ceræ pondo unũ,§aphronitri pondo unc.iii.baccarum lauri ſextarios duos,rutæ uiridis faſciculum manipularem, roriſmarini tantundem, olei ſabini ueteris pondo decem,

Radices

A Radices & herbæ oleo incoquuntur, deinde exprimuntur, poſtea liquata ſuperfunduntur.
Aliud. Opopanacis pondo unciam, reſinæ pondo unciam, reſinæ pityinæ pōdo ii, ceræ pondo, guttæ ammoniaci pondo unc.ii, ęſypi pōdo unc.ii, olei ueteris ſextariū unum ſemis, ſalis floris pōdo uncias duas. *Aliud.* Ceræ pōdo, medullæ ceruinæ pōdo unc.ii, unguenti babylonii pondo, hedychroi pondo, ſtactæ pōdo, malabathri pondo unciam, nardi pondo unciam, opobalſami pōdo vnc. vi. In marina uel muria medullā liquato, liquabilia curata ſimul cōmittito, poſtremò opobalſamum: at ſi liquidum ſit acopon, plus ceræ indito. *Aliud Acopon Quadrati.* Irini vnguenti unciā, cyprini unciā, laurini unciā, olei ueteris unc.iii, terebinthinæ unciam, medullæ ceruinæ unciā, ℈ ceræ unciam, ℈ œſypi unciam, piperis unciam, nitri denariùm pondo iiii, ſulfuris ignem non experti denariùm pondo iiii, pyrethri denariùm pondo iiii, mellis unciam. Liquata ſiccis miſcentur. *Aliud Acopon Fœtidum.* Terebinthinæ denariùm pōdo lvi, ceræ denariū pondo xxviii: œſypi, mellis, medullæ ceruinę guttę ammoniaci, chalbani, aphronitri, interdū opopanacis, baccarū lauri, ſingulorum denariū pondo vi: olei ueteris ſextarium, uini heminas ii: quidam caſtorii denariùm pondo trium addunt. *Aliud ex ſampſucho.* Ceræ pondo, olei omphacini ſextarios iii, ſampſuchi ſextarium, fœnigræci ſextarium, uini ueteris ſextarios quaB tuor, maluæ faſciculum: herbæ mercurialis, quā Græci linozoſtin uocant, faſciculū: cucumeris agreſtis radices. *Aliud, vt andromachus.* Sampſuchi noui, roriſmarini, aſpalathi, brathyos id eſt herbę ſabinę, fœnigreci, ſingulorum ſextarios* duos: cerę pōdo, uini ueteris ſextarios iiii. gleucini ſextarios iii. *Aliud à Philocle acceptum.* Olei decocti permultū, radicum cucumeris agreſtis ſextarios iii, cerę minam, terebinthinæ minā, medullæ ceruinæ denariū pondo xxv, adipis anſerini denariùm pondo xxv, chalbani denariùm pondo xii s, ſampſuchi ſextarium, roriſmarini ſextarium. Hæc poſtrema cum uino odorato tum læuigantur, tum miſcentur: fit autē & malagma cera copioſiore iniecta. *Aliud Acopon confectum, vt Aphrodas.* Aphronitri denariùm pondo trium, piperis grana quadraginta, & longi totidē, thuris denariùm pondo xvi. Hiſtritis uini odori chii uel rhodii heminā ſuperfundito, mellis denarios ix: deinde in patella liquato ceræ tyrrhenicæ denariùm pondo xii, ſeui taurini denariū pondo xlii. *Aliud, quod erat Aſpahalartesii.* Crocomagmatis denariū pōdo quatuor, medullæ ceruinæ denariū pōdo xii, œſypi denariū pondo vi, adipis anſerini uel ſuilli denariū pondo xii, terebinthinæ denariū pondo xii, irini denarios xviii: cyprini, gleucini, ſingulorum denarios xviii, Mel liquatur, deinde ſiccis admiſcet: ac ubi ſimul cum his quæ in mortario ſunt, læuigaueris, in uſus condes. *Aliud, Acopon Barba-*
C *ricum, ex euphorbio, ad Iſchiadicos, aliaq; multa.* Opopanacis pondo unciam, tyrrhenicæ pondo vnciā, terebīthinæ pōdo unc.ii, chalbani pōdo unciā, guttæ ammoniaci pōdo unc.ii, euphorbii pōdo unc.ii, caſtorii pōdo unc.ii, piperis albi pōdo unc.ii, medullæ ceruinæ pondo unc.iiii, ęſypi pōdo un.iiii, limneſtridis pōdo unciæ dimidiū: ſtyracini, laurini, amaracini, ſingulorū unc.* tres olei ueteris ſextarios ii, hedychroi unc.vi: p̄parato utitor. Valet ad deſperatos neruorū affectus itē p̄prie ad iſchiadicos. *Aliud Acopon, quo Aruntius Aquila curatus eſt. Benefacit Coxendicum dolori, omniq; neruorū diſtēſioni.* Opopanacis pōdo unc.ii, ℈ chalbani pōdo unc.i, terebinthinę pōdo vnc.ii: piperis albi, caſtorii, utriuſq; pōdo unc.ii: ℈ ęſypi pōdo ʒ.iiii, caſiæ pōdo unc.iiii, medullę ceruinæ pōdo unc.iiii, ceræ pōdo, ſtyracini pōdo unc.vi, irini pōdo unc.vi, laurini pōdo un.vi, olei ueteris* pōdo, euphorbii pōdo unc.ii, guttæ ammoniaci pōdo unc.ii. Euphorbiū cū pauco melle miſceto. *Aliud Glyti, vt Philoxenus grammaticus.* Ceræ pōdo libras* duas, guttæ ammoniaci pōdo librā, chalbani pōdo librā s, ſtyracis pōdo librā, bdellij pondo libram, myrrhę pondo unc.ii, thuris pōdo unc.x, œſypi attici pondo librā, propolis pōdo librā, reſinæ terebinthinæ pondo librā, olei ueteris pōdo ii: cyprini, irini unguenti, amygdalini, ſingulorum pōdo ii: ſyriaci pondo iii, opopanacis pondo:* præpara. *Aliud Acopon viride, vt Clemens Sertorius, quo vtor.*
D Aeruginis raſæ pōdo unc.vi, reſinæ frictæ pōdo unc.quatuor, olei myrtei pōdo, lētiſcini pōdo, olei ueteris pōdo, laurini pōdo ii, ſyriaci pōdo, gleucini pōdo tria, adipis* agnini uncias tres, ceræ pōticæ libras iii, chalbani pondo libram: myrtei tenerorū foliorum, rutæ foliorum uiridiū, roriſmarini uiridis, lauri foliorū tenerorum, ſingulorum unc.vi: herbæ ſaluiæ ſelibram. Viridia tunduntur, & oleis per noctem & diē macerantur, deinde cum liquabilibus incoquuntur: cum ab igne depoſueris, ærugo inditur, p̄colata reponuntur. Facit ad omnem neruorum laborem.
Aliud Acopon calfaciens, vt Caſtus, ad diuturnos affectus, & conuulſiones. Pyſſælei ſextarium ſyriaci unguenti tantundē, iridis illyricæ parem modum, terebinthinæ pōdo librā, axungiæ pōdo libram, raſuræ naualis pondo unciam. Incoquito, ruta uiridi mouens. *Aliud Acopon Orionis Pexoris bonum.* Ceræ pōdo libras vi, p̄polis pondo libras v, iridis illyricæ pōdo libras quatuor, terebinthinæ pōdo libras iiii, opopanacis pondo libras iii. olei ueteris pōdo iiii, chalbani pōdo libras duas, olei lētiſcini pōdo iii, myrtei pondo iii, guttæ ammoniaci pōdo librā, medullæ ceruinæ pondo libras tres, œſypi pondo libras vj, baccarum lauri pondo libram, ſtyracini pondo tria, amygdalini pondo tria, ſeui uitulini pondo libras iij, & leonini pōdo libram ſemis, opobalſami pondo libram ſemis. Præparato diligenter. *Aliud Myracopon bonum.* Malabathri, hedychroi, nardi crocini, babylonij, ſingulorum ſelibrā: ſtactę, opobalſami, ceræ, comageni, ſingulo-

rum

*Aliter j.

*Aliter vj.

*Al. pondo ii.
*Aliter. j.

*Al. pondo j.s.

* *Al vrſini.*

rum unc.vi.aloes unc.ii,mellis unc.iii:cõficito. *Aliud Myracopon,quo vtor.* Cerę candidæ pondo E
vnc.ii,adipis anſerini odoramẽtis cõditi unciã, ſeui taurini odoramentis cõditi unciam,adipis
leonini odoramentis conditi unc.ii,crocodili odoramentis conditi unciã, medullæ ceruinæ un
ciam, ſalis ammoniaci unc.ii,piperis albi unc.ii, thuris unciam, cinnamomi unc.iii, aphronitri
* *Al. ſextarios duos.* vnciam, iridis illyricæ ſextarios ii, nardi unguenti * ſextarium , malabathri alexandrini ſexta-
rios ii,ſtactæ libras ii, ſyriaci crocini lib.ii,mellis libras iiii,opobalſami ſextarium, comageni li-
bras ii.Parato, uti nouiſti . *Aliud Myracopon* . Ceræ tyrrhenicæ unc.vi , ammoniaci unc.iii,
euphorbii libras iiii,piperis albi unc.iiii,limniſtridis unc.iiii,magmatis malabathri unc.vi,opo
balſami pondo,malabathri pondo, ſtactes unc.vi,foliati unc.vi, nardi pondo tria.

Gleucini.i. Muſtei vnguenti confectiones. CAP. 14.

G *Leucini confectio iuxta Andromachum* . Poſt prædicta acopa Andromachus Gleucini cõfe-
ctionẽ deſcripſit,non male ipſa acopis unguinibus adiungens:quippe ad dolorem,laſſitu
dinemq; tollendã longe eſt accommodatiſſimum . Traditur autem ab eo ſic ad uerbum. *Gleu-
cini confectio,qua vtor.* Myrrhæ põdo lib.ii,nardi indicæ pondo lib.ii,coſti põdo libras iii, ſtyra-
cis põdo librã:bdellij,sãpſuchi,xylobalſami,lẽtiſci,cardamomi, ſpathæ, iridis illiricę,myſyos,
aſari,ſingulorũ pondo libras ii,meliloti põdo librã,nardi gallicę pondo libram:aſpalathi,cala F
mi,ſingulorum pondo ſelibrã : ariſtolochię longę pondo librã s, roriſmarini ſeminis ſextarios
†*Al. ſextariũ vnum.* ii,thuris põdo libras iii,caſię põdo libras iii,fœnigręci†ſextarios ii, ſphagni põdo libras ii,amo
mi põdo†libras i,corticis thuris pondo librã, roſarum ſiccarum pondo libras ii,brathyos pon-
† *Al. libram vnam.* do uncias vj,fœniculi põdo libras ii,balſami fructus põdo libras ii,croci põdo uncias*tres, bac
*Aliter vj. carum lauri põdo librã,piperis albi põdo libram,opobalſami uaſcula tria , malabathri foliorũ
pondo libras duas,nucleos pineos uirides ii,rutę uiridis põdo uncias ii,ſalis ammoniaci dena-
riũ pondo quatuor,nitri denariũ pondo quatuor,uini ueteris ſextarios ii,muſti boni fictilia ij s,
olei ueteris libras v.Præparato diebus quadraginta.Hæc pfatus Andromachus nõ adhuc cõfe
ctionis modũ, ſicut Crito,adiecit. Inſup quor libris Italicis fictile,aut ſextariis æſtimet, ſilẽtio p-
terijt. *Gleucini confectio Critonis in ſecundo de Ornatu.* Crito ad libri calcem, Gleucini confe-
cturam his uerbis tradidit . *Gleucinum vim habet calefactoriam ac remittentem . Vuluæ & ner-
uis præſidium eſt.* Huius confectiones multæ ſunt,quæ uero ſimplex dicitur , hunc in modum ha-
bet.Muſti recentis vuę maroneæ metretã in uas ſtanneum coniectam, ſupra prunas inco quito:
ac ubi ter quaterùe efferbuerit,metretam in fictile demiſſam,Soli exponito:olei omphacini cõ
gios ſex addito:lentiſci minas ſex,alii minæ dimidiũ:nardi,calami, aſpalathi ſingulorum tantũ G
dem:palmæ elatæ minã, cyperi minam, cardamomi octauam minæ partem,amomi tantundẽ,
meliloti uncias v: ſint autem omnia læuia. Deinde diebus viij. commouẽs, muſtumq; repurgãs
utitor . *Gleucini confectio ſecundum Dioſcoridem libro primo de materia . Scripſit autem ille in hanc
ſententiam.* Gleucinum ſimplex componitur ex oleo omphacino,lẽtiſco,calamo,nardo gallica,
ſpatha,aſpalatho,ſertula cãpana,coſto,& muſto:uinaceis,uaſis,quod agomata, uinum, & oleũ
continet,circundatis xxx diebus ſingulis bis mouetur:poſtea expreſſum unguentum reponitur:
Vis eius eſt calefacere,emollire,& remittere . Benefacit rigoribus, neruorum vuluæque affe-
ctibus: omni acopo efficacius eſt, ut quod emolliat . *Gleucini confectio vt Heras* . Quoniam
Heras Gleucini confectionem luculentius ipſis iuxta finẽ operis medicamentarij edocuit,illius
quoq; ſcripturam ad uerbum ita ſubiuncturus ſum . *Olei Gleucini compoſitio ad perfrictiones,
& neruorum vitia potiſſimum. Iuuat Opiſthotonicos, i.quibus ceruix reflexa eſt in poſteriorem partem,*
†*Al. lana irrigua.* *nec in anteriorem inclinari poteſt,†oleo irriguo locis affectis iniecto* . Olei uenafrani pondo*ducenta
*Aliter cc l. octo,uini falerni ſextarios xxx, muſti aminęi ſextarios cẽtũocto, helenij pondo duodecim, ſpa-
thę põdo v, aſpalathi põdo v,hedyſari põdo ii,ſemis, artemiſię maternæ pondo ii.ſemis,ʒcype
ri põdo ii:ʒmyrrhę põdo:tria,alii pondo piperis albi pondo ii.ſemis:ſplachni ſeu muſci pondo H
ij.ſemis,xylobalſami põdo ii.ſemis, ariſtolochię longę pondo unũ uncias tres, myrti ficcę folio
rum ʒpõdo unc.i, roriſmarini ficci unc.v, foliorum lauri ficcęʒvnc.†xii, bdellij pondo ij. ſemis,
† Aliter x. iridis illyricæ põdo ij.ſemis, ſtyracis põdo unum uncias tres, caſiæ ficcæ põdo unũ uncias tres,
ladani põdo unum uncias tres,cardamomi pondo unum uncias tres, croci pondo unũ unc.tres
ſemis.balſami fructus põdo ij.ſemis,thuris pondo v, crocomagmatis pondo v, panacis pondo
vnũ uncias tres,calami aromatici põdo v, aſari pondo ii.ſemis, caſiæ nigræ põdo ij.ſemis, amo-
*Aliter unum. mi vuæ pondo unũ uncias tres, iunci floris põdo v, coſti põdo quinque*uncias tres, nardi galli
cæ põdo v:ſertulæ cãpanæ,quæ melilotos dicitur,pondo unum unc.iii:ſampſuchi pondo unum
† Al.libras ii s. vnc.iii,roſarum ſiccarũ põdo unũ unc.iiii, fœnigræci†libræ dimidiũ,opobalſami uaſcula v,ma-
labathri unguenti pondo. Arida tunduntur & rariore cribro incernuntur, uinoque macerantur:bdellium, etſi aridum non fuerit,& ipſum contunditur: ſin pingue extiterit, uino ipſum in
pila contundendo ſoluitur.Hæc in uas exiguum unguentarium ſtãneumq; coniecta,ſed ita ut
nihil expiret opertum, diebus duodecim & totidẽ noctibus ſinuntur:muſtum uero cum his per-
maneat,uua pure expreſſa,ut nihil roris contineat.Porrò muſtum in magnũ ahenum condito,
vt etiã feruori ipſius locus ſit:omnia in uino macerata adiiciuntur. Oleũ uinumq; bis die ſpatha

unguen-

A vnguentaria ad horam agitantur: ſpatha uerò accurate detergatur, ne id quod acidum factum ei adhæret, medicamentũ offendat, dũ rurſus immittitur. Præparetur aũt uas operculo, & deſuper pluſculis centonibus accurate circundetur: uaſi ſubſit teſtis. Cum iã dies quindecim præterierint, ammoniacũ, & ipſum amomum inditur, craſſius contuſum. At triginta dies duplici uaſe ſupra prunas duas, uel tres feruere unguentum permittendũ eſt, opobalſamo adiecto. Vaſe aũt depoſito, ac modice refrigerato unguentum defundere, reliqua ſportulis, ut ſunt calida, exprimere oportet: primũ manibus, deinde prælo molientes aliquid unguenti gratia, in ipſum mala bathrum conijcere, ſi unguentum in calente aqua fuſum immittamus: itẽ ſpatha permouere, ut miſceantur. Poſtea diem unum ſinentes, uitreis uaſis, aut teſtaceis gummi illitis reponemus.

Quæ ſcripſerit Heras
Acopa. CAP. 15.

A *Copon ad paralyticos, ſummatim ad omnem dolorem.* Rutæ uiridis pondo, pulegij ſicci pondo, cyperi pondo, nitri denariũ pondo quinquaginta, fœni græci põdo, linozoſtis ſiccæ põ
B do, marrubij põdo, roſmarini pondo, ariſtolochię pondo, amygdalarũ amararũ deſquamatarũ modij dimidium, iridis pondo duo, terebinthinæ pondo duo, baccarum lauri pondo duo, cucumeris agreſtis radicis põdo duo, guttæ ammoniaci pondo duo, brathydos lib. duas, ueratri albi lib. ſex, myrti uiridis lib. iij. lauri foliorum ſiccorum lib. iii. ceræ põdo iiii. bdelij pondo quatuor, uini heminas duas, albi uini congios duodecim, olei congios quatuor. Cõtuſis craſſius iis, quæ tundi debent, aquã affundito: ac rurſus tunſis uinum oleumq́, adiungito, & noctẽ ſic eſſe ſinito. Sequenti die incoquito, dum hæc innatantia decocta fuerint, & oleum à coctis qualitatem acceperit. Hæc omnia fiunt pedetentim. Dein ſublatis, expreſſisq́; recrementis, ceram, reſinã, & bdellium adiicito. *Aliud uiride Acopon ad Iſchiadas, & neruorum reſolutionem. Hoc uſus ſum in* **Phorte.* Reſinæ terebinthinæ pondo, mannæ vnc. iiii. chalbani uncias quatuor. aphronitri unc. quatuor, guttæ ammoniaci vncias quatuor, opopanacis vnc. iiii. ſeui caprini vncias ſex, æruginis vnc. v. cyprini heminam, irini heminam, & ſemiſſem, melini vnc. iiii. ſyriaci vncias tres: piperis uncias tres, quidam uero vnc. iiii. olei veteris ſeſquiſextarium, adarces vnciã, aceti quod abunde ſufficiat. Aeruginem, opopanacem, & aphronitrum cum aceto terito, reliqua liquefacta ſuperfundito. *Aliud Acopon ad Coxendicum dolores diutinos, articulorum ligationem, & Paralyſim, admodum eſt efficax.* Olei ueteris, & irini pondo ſex, laurini pondo ſex, pyracini pondo
C ſex, ceræ pondo ſex, terebinthinæ vncias duas, piperis vncias duas, euphorbij vncias duas, ſguttæ ammoniaci vncias tres, caſtorii vncias duas, ſ opopanacis vncias duas, chalbani vncias duas, medullæ ceruinæ vncias duas. Liquabilia ubi liquefeceris, ſiccis affundito, ac unitis utitor. *Aliud Acopon ad Coxarum dolores, & in uniuerſum ad omnia.* Myrrhæ partem unam, pyrethri partem, ac dimidiam: læuigatis gleucinum affunditur, ut medicamentum ſtrigmenti ſpiſſitudinem accipiat. Vbi opportunitas accidit, rhodino admiſto utitor.

Damocratis Acoporum compoſitiones. CAP. 16.

PLurima medicinæ cum ſtudioſi dictitent
Acoporum de uſu, myracoporumq́ue omnium,
Hæc, quæ ſient, dicam, & quo conferant modo,
Quave ratione facias quodq́; pharmacum.
Ergo & dolores neruorum hæc omnia leuant,
Carnisq́; totius, & muſculum, quibus
Moleſta laſſitudo eſt, aut perfrictio,
D Aut his dolores ſimiles, ſine patentibus
Cauſis oborientes. Quin laſſitudini
Obnoxios, & frigori, haud faciles putant,
Siqui uſi prius ita prodeant ad munia
Vitæ neceſſaria obeunda. Corporis
Et carne partes pabulo indigas ſuo
Explent, perunctis aſſumpto à cibo locis.
Qui conualeſcunt ægre, hos, & ſenes iuuant,
Ipſis per hyemem ad ueſperam linentibus.
Quæ porrò acopa faciunt, alio uobis loco
Exponam: & horum ſcripta ſubiungam ordine,
In quem uel uſum quoque ueniant, mox tranſigam.
Nunc referam, quo primum liceat facere modo.
Nanque ammoniaci bis quinas quidem uncias,
Siue uncias mauult quis, ſeu pondus aliud,
Idemq́; thuris, at quaternas chalbani,

Cerui medullæ tantundem: parem modum E
Simul atticiq; deinde mittunt œsypi,
Terebinthinæ perlucidæ centum & bis duas,
Mellis recentis optimi rursus decem,
Aequalem tribuunt ponticæ ceræ modum,
Adipis recentis anseris mollis decem,
Vini falerni quinq; pluresve heminas,
Aut pauciores paulo coniiciunt quoque,
Itidem olei ueteris bis uiginti boni.
Id autem graue olens haud quaquam commiseris,
Sic nanq; fiet, gratum ut sit hoc utentibus.
Paratur sic. Maiusculo in mortario
Simulatq; thus in grumulos confregeris,
Et ammoniacum, uinum affundens protinus,
Atque hæc dimittens macerari mediocriter,
Tere cochleari: in mellis spissitudinem F
Cogantur: addito mel una, atque œsypum,
Cerui medullam, quæ in pila counies.
Ac deinde cera in ollula liquescito,
Oleumq; totum iuncta & adipe & chalbano:
Terebinthinamq; colliquefacies, simul
Superfundens coeuntibus in mortario:
Sed spathula parua, ut refrigescant, permoue.
Tum subigito tanti sper hæc omnia manu,
Vnita bene dum appareant, & humidi
Mellis boniq; crassitudinem habuerint.
In stanneum uas condito, uel buxeum,
Hoc sedulo usus optimo ceu pharmaco.
Est commodissimum & mulieribus quoque,
Quis est oborta phlegmone intus: uteri
Duriciam abigit inde, simul & scirrhi metum, G
Vbi pessulo usurpare pharmacum iubet
Litum utero, quod indere hoc solent modo.
Benefacit hoc idem ad dolores aurium
Expertium ulceris, sineq; fluxu graues.
Sergetici autem mittis irini unguinis
Aut portionem quartam, aut trinam pharmaco,
Calidoq; lanam intinctam addis foramini.

Aliud,

Et Viridacopon hoc efficax supra modum,
Vnde & laborum exordijs facit magis
Arthriticis, podagricis quoque efficax.
Hoc ante balneas medicamento litis
Et pedibus & neruis incrassatis simul,
Plures fuisse sanatos conspeximus.
Habet boni thuris pondo libram unam H
Ammoniaci guttæ pondo libras duas,
Aphronitri quàm albissimi solum libram,
Tantundem puriusculi attici œsypi,
Myrrhæq; lectæ, & non lignosi chalbani,
Opopanacisq; puri, singulum omnium
Octo uncias exacte perpendens libra:
Quatuor euphorbij recentis uncias.
His asperi pares dato limnesij,
Hoc nominant adarcen unguentarij
In Italia institores, quive coemunt:
Ceræ admodum bonæ duo pondo ponticæ:
Terebinthinæ tot puræ, semissem insuper:
Olei laurini, cypriniq;, & gleucini,
Sergetici, iriniq; singulam libram:
Olei ueteris, recentis quoque lentiscini,

Cuiusq;

A Cuiusq; rursum horum immittes pondo duo:
Aceti modicum, quo misturas simplices
Siccas abunde contritas contemperes
Liquidis unguinibus, & ceræ, terebinthinæ,
Ac chalbano, liquori panacis, & alijs.
Vbi calida, atq; adhuc feruentia in pilam
Conieceris, cochleari & manibus contere
Valenter. Vnita omnia sic reponito
In pyxidem, qualem paulo prius.
Audacter inueteratisq; omnibus utitor.

Aliud.

Et hoc parabile passis Acopon, item bonum.
Potissimum per hyemem, si est profectio
Vsquam, malo opportunis facile subuenit.
B Quod puri recipit chalbani tres vncias,
Sed unam opopanacis recentis unciam,
Floris salis tres, & quaternas œsypi,
Ammoniaci guttæ bonæ pondo libras
Octo, atq; ceræ unam, pithyinæ torridæ
Non fœtidæ quaternas bis pone uncias,
Olei sabini bis quaternas & libras,
Plus hyeme ceu libram oportebit indere,
Vini falerni nigri denis uncijs.
Sic præparato. Ammoniacum in mortario
Contundito, atq; deinde uinum affundito
Paulisper macera, curiose conterens
Florem salis: tunc etiam adijcias œsypum,
Terens tum, ac faciens mellis spissitudinem.
Liquatis colliquandis, inde chalbanum,
Tum opopanacem adiunctum, rursus liquefacito.
C Leuigatisq; prius in pila, unitis probe
Superq; fundito, & manibus miscens ita
Pharmacum adhuc feruens uitreo uase condito.

Aliud Myracopon.

Et hoc Myracopon optimorum inest gregi.
Nam suauitatis plenum est. Iuuat insigniter
Quos nominaui paulo affectus antea.
Stactæ bonæ receptat ternas vncias,
Opobalsami tres, & mellis tres attici.
Ceræq; puræ onticæ tres, vnguinis
Crocini, syriaci quoque quaternas uncias:
Ammoniaci quàm albissimi, & leuis salis.
Sextantem: candidæ & puræ terebinthinæ
Vnam unciam, atq; partem ipsius unicam:
Et cinnamomi, nec non malabathri quoque,
D Libram adde, & partem libræ tertiam insuper.
Sin absit autem malabathrum forsan tibi,
Adiunge nardi tantundem gangitidis:
Istud bonis mediocriter unguentum additur,
Abunde medicamento sumut nullum inuenis
Aliud: uel irini tantum sergetici
Vel cyziceni pondo, idem amaracini.
His uteris, ubi non adsit quod diximus
Malabathrum: arbitror moderatum myracopon
Nihil minus sanè auxiliari utentibus.
Sic confit. Accurate mel factum leue
Adiunge, & stacten tritam modice misceas,
Opobalsamumq;, ac rursum exacte contere.
Cera, crocino, terebinthina pura duplo
Iniectis uasi, prædicta liquescant aqua
In alia olla: liquefactis inde malabathrum.

Et cunctis unitis modice, vt non ferueat, E
Duplex depone vas protinus ex cacabo.
Exacte frigerato, & raſo pharmaco,
Et addito ijs, quæ iam prius recenſui,
Mortario læuigato rurſus, dum probe
Totum vniatur, fiatq; vnum pharmacum.
Voles at ſi ipſum reddere efficacius
Ad uitia neruorum, ſimul ad diutina,
Affectiones longas, tenſos muſculos,
Euphorbijs recentis etiamnum, & boni
Toti vncias duas admiſceas ponderi,
Cum ſaleq;, melleq;, inſuper opobalſamo
Elæuigatum ante. quo ſatis erit tempore.
Itaq; omnia dicta in vnum cum redegeris,
In pyxidem, vel vas vitreum, reponito.
A balneis in vſum potius ducito. F
Cum Regi facies Principive myracopon,
Perfacile vel para ignis ſine commertio,
Opobalſami collectis ternis vncijs,
Et optimi malabathri quindecim vncias,
Et cinnamomi tantundem boni cape,
Ceræq; non olentis candidiſſimæ
Denarios decem. Sic ipſum præpara.
Partem malabathri tertiam, & ceram quoque
Conciſam multa in fruſtra minutiſſime,
Argentea in tenui reconde phiala.
Aqua calente plurimum, ut liquaueris.
Ipſum refrigerato, deinde radito.
Tum leuia iungens rurſus in opobalſamo
Et cinnamomo totum contere vniens,
Quod reſtat ipſis ſupraffundens malabathrum G
Terens adunito manibus, ſic condito
Argenteum in vas aut vitreum, ſed craſſius:
Sic nanq; tuto habebis ſemper pharmacum:
At ſi trientem libræ addas gangitidis
Nardi, medicamen reddes longe ſuauius
Præſtantiusq; ad uitia adhuc recentia.
Synchryſma, cinnamomon tibi ni ſuppetat,
Minimo quidem peius habebis, uere at bonum,
Alio omni & multo myracopo præſtantius,
At ſi proponis id facere efficacius
Ad quos retuli modo affectus, atlantici
Euphorbij iunges quaternas vncias.
Nam ſic erit ſuaue, nec inefficax,
Miſturis licet confectum paucioribus.
Cognouimus quoſdam uti multis pinguibus, H
Medulla multa, & non nullis aromatis,
Liquoribus, unguentis, & oleis aliquibus.
Quibus contra vſus, cognoui eſſe talia
Expertium boni, qui non probauerint
Miſturas, neq; naturas horum ſimplices.

GALENO FALSO ASCRIPTVS LIBER DE PONDERIBVS ET MENSVRIS

Augustino Gadaldino Mutinensi interprete.

ARGVMENTVM LIBRI.

Ponderum ac mensurarum doctrina ex uarijs auctoribus collecta traditur.

Quas res pondere, quas mensura metiamur. CAP. 1.

Pondus grauitate mensum iudicatur: mensura uasculi concauitate: uasculum quantitatis siccæ, uel humidæ est mensura: ita ut tres eius, quam metimur, quantitatis differentiæ sint: una ponderis: altera substantiæ siccæ, quæ in cumulum possit aggregari: tertia humidæ. Cum uerò quam plura, ac penè infinita sint, tum pondera, tum mensuræ pro regionibus ac consuetudinibus utẽtium, nos sanè de eis, quæ maxime familiaria apud omnes sunt, sermonem habebimus.

C *De Notis ponderum, ac mensurarum.* CAP. 2.

Sed quoniam non nulli non integris literis, sed per notas seu characteres hæc ipsa pondera ac mensuras significant, satius utique fuerit nos ueteres sectãdo, primum ipsas notas declarare.

Primum igitur χ littera, ubi superadditum α elementum habuerit, chalcum idest æreum (græce χαλκοῦν) ut uides, significat, $\overset{\alpha}{\chi}$. Si uero suprapositum ο habuerit, Choa (gręce χόα) significat. χ^{o}. Si † οι, Chœnicen (græce χοίνικα) † $\overset{oι}{\chi}$. Si η, Chemen (græce χήμην) χ^{η}.

K uerò litera, siquidem ε elementum sibi suprapositum habeat, lineamq; rectam, quæ per obliquum inferius cornu ipsius secet, ceratium idest siliquam (græce κεράτιον) significat, $\underset{\cdot}{\kappa}^{\varepsilon}$. Si uero υ, Cyathum (græce κύατον) $\underset{\cdot}{\kappa}^{\upsilon}$. Si uero ο Cotylan idest heminam (græce κοτύλην $\underset{\cdot}{\kappa}^{o}$.

† Aliter. ν.

† Aliter, χ^{ν}.

† Linea verò aperistictos (idest quam nihil aliud circunsignat) recta, oblique omnino posita, obolum (græce ὀβολον) significat ⌣. Duæ uerò aperistictæ, duos obolos ⌣, qui Grãma idest scrupulum seu scriptulum (græce γράμμα) faciũt: quod quidem à Γ cui prope sit ρ a linea quadam recta sectum indicatur, ΓΡ.

† Alio mõ hic locus uertitur. Linea uero circunflexa, quam nihil aliud circũstat, & quæ omnino per obliquum ponitur, obolum significat ∽. Duæ uerò circumflexæ & cæt. ∽. Tu tamen cõfer cum grecis codicibus, in quibus uerba, ut nos vertimus, iacẽt, quãuis in aliquibus hoc modo ∽ ∽ characteres notentur.

Duæ autem lineæ, quæ se in altera extremitate contingant, ita ut angulum ad similitudinem duorum cornuum ipsius K ad rectam seu perpendicularem lineã spectantium faciant, drach

D mam, quæ & Holca etiam cognominatur, significant, ∠. Proprie tamen Holca (græce ὁλκὴ) ab antiquis per λ, quod in medio habeat ο, notabatur, $\overset{\lambda}{\underset{o}{\cdot}}$.

Nam si id ipsum λ † in medio habeat ι, Libram (græce λίθραν) significat, $\overset{\lambda}{\underset{\cdot}{\cdot}}$. Quidam etiam alii alteram ipsius λ lineam per obliquum altera linea secantes, Libram indicant, ⋀.

Γ uero intra suum ipsius angulum ο habens, unciam (græce οὐγγίαν) significat, Γο.

μ uerò, si in medio habeat ν, Minam (græce μνᾶν) significat, μ^{ν}. Si υ, Mystrum (græce μύστρον) μ^{υ}. Si ε, Medimnum (græce μέδιμνον) μ^{ε}. Si ο, Modium (græce μόδιον) $\overset{o}{\mu}$.

τ autem, quod post se habeat ρ, eiq; incumbens υ, Tryblion (græce τρύβλιον) denotat, $\tau\rho^{\upsilon}$.

ξ autem si supra se ε habuerit, Xesten idest sextarium (græce ξέστην) significat, ξ^{ε}. Si ο, Oxybaphum, idest Acetabulum (græce ὀξύβαφον) $\overset{o}{\xi}$. Quidam uerò per ξ à linea recta sectum, Xesten notant, ξ.

η uerò suprapositum μ habens, Heminam (græce ἥμιναν) significat, η^{μ}.

K autem & ρ quibus μ incumbat, Ceramium idest amphoram (græce κεράμιον) significat, $K\rho^{\mu}$.

† Al. adiunctum habeat, libram significat. λι.

De Ponderibus. CAP. 3.

Mina Attica & Aegyptia habet uncias 16. Mina Romana vncias 20.

Libra uncias 12.

Vncia drachmas 8, quæ & holcæ dicuntur. E
Drachma habet ſiliquas 18. Alij uero dicunt ſcrupulos 3.
Scrupulus habet obolos 2.
Obolus ſiliquas 3.
Siliqua habet ſitaria ideſt granula 4. Alii uerò dicunt æreos 2, duasq; tertias alterius partes. Nã obolus æreos 8. habet.

De menſuris humidorum. CAP. 4.

Amphora Italica habet choas 8.
Chus ideſt congius, ſextarios 6.
*Al. cotylas. Sextarius * cochlearia 2: quæ & tryblia dicuntur. Alii dicunt ſextarium habere pondus libræ 1. & ſemiſſis.
Tryblium habet uncias 9.
Cochlearium idem pondus habet.
Cotyla ſiue tryblium (nam idem ſunt) habet myſtra magna 3, acetabula 4.
Nam magnum myſtrum habet acetabulum 1. & tertiam ipſius partem.
Acetabulum habet ſeſquicyathum. F
Cyathus habet chemas paruas, uel myſtra parua 2.

Si vero etiam pondus menſurarum humidorum ſcire uelis, permulta ſanè ſunt ſubſtantiarũ humidarum iuxta inclinationem differentiæ, ut in olei & uini & mellis exemplo dicemus. Mel igitur vino grauius eſt quarta parte ampliusq; etiam decima: quod in vniuerſum, proximũ eſt tertiæ: habet enim eadem mellis ad uinum quantitas ſeu moles, totum vini pondus ac tertiam inſuper ipſius partem. Oleo mel dimidia parte grauius eſt: habet enim totum olei pondus, ac dimidiam inſuper ipſius partem. Vinum oleo nona parte excedit: nam totum olei pondus, & nonam inſuper ipſius partem, continet. Maioris autem declarationis cauſa, in tabula, menſurarũ pondera ſingillatim ſubiiciemus, cum pro comperto conſtitutum ſit oleum uinum, & mel de omnibus ſibi ordine ſubiectis enunciari.

	Olei	*Vini*	*Mellis*
Amphora Italica habet	Libras 72.	Libras 80.	Libras 108.
Chus habet	Libras 9.	Libras 10.	Libras 13. & ſemiſſem.
Sextarius habet	Vncias 18.	Vncias 20.	Vncias 27.
Cotyla habet	Vncias 9.	Vncias 10.	Vncias 13. & ſemiſſem. G
Myſtrum magnũ habet	Vncias 3.	Vncias 3. ſcrup. 8.	Vncias 4. & ſemiſſem.
Myſtrum paruum habet	Drachmas 6.	Drach. 6. ſcrup. 2.	Drach. 9.
Acetabulum habet	Drachmas 18.	Vncias 2. ſcrup. 12.	Vncias 3. ſcrup. 9.
Cyathus habet	Drachmas 12.	Drach. 12. ſcrup. 4.	Vncias 2. drach. 2.

Oribaſius uero ex Adamantij ſententia ait Sextarium Italicum vini, quidem menſura vncias 24. pondere libram unam, ac vncias octo habere: Mellis uero menſura libras duas & dimidiam pendere.

De menſuris aridorum. CAP. 5.

†Al. 3. Artaba Aegyptia habet modios † 5.
Modius Aegyptius & Italicus habet Chœnicas 8.
Chœnix ſextarios 2.
Sextarius ſemiſextarios 2, quas & Heminas appellant.
*Al. mina. * Hemina habet cyathos 8.
Medimnus Atticus continet hemiecta ideſt ſemiſexta 12. H
Semiſextum habet chœnicas 4. Ita ut Medimnus pendat modius 6. chœnicas 48, ſextarios 96.
Harum menſurarum põdus exponere haud facile eſt, quòd infinitæ ferè iuxta inclinationẽ ſint materiarum diuerſitates ſecundum artis medicæ doctrinam: quemadmodum ante nos, preſtantes medici præceptoresq; mirum in modum declararunt.

DE SIGNIS ET NOTIS PONDERVM ET MENSVRARVM CAP. 1.

SIgnorũ ac notarũ doctrina cum maxime neceſſaria ſit, haud obiter ſanè deſcribenda eſt: vt ſiqua in medicamentorum confectionibus ſymbolice poſita inuenerimus, pondus ab ipſis ſignificatum ſtatim cognoſcamus.

μ igitur elementum, cui ν ſupraponatur, μνᾶν ideſt Minam ſignificat, μ^ν.
* Al. adiacens. λ * ſubiectum habens ι, λίτραν ideſt Libram denotat, * λ.
* Aliter. λι. ρ ſubiectum ο habens, ὀυγγίαν ideſt unciam, ſignificat, ρ_ο.
Apud aliquos autem inueni ν ſpra ſe habens ο unciam ſignificare, ^ον.
μ ſupra poſitum habens ε, μέρος ideſt partem ſignificat, μ^ε.
λ tranſuerſe collocatum, ſi cornua ad dexteram uergentia habeat, drachmam ſignificat. ≺ : ſi ad ſiniſtram, drachmæ dimidium, ≻.
S Romanum apud non nullos quidem triobolum: apud nos uerò cuiuſq; ponderis dimidiũ ſignificat,

A significat, S: Trāsuerse uero positum, si unicū sit, Obolū significat, ∽: si duo sint, duos obolos ∽∽.
C græcum elementum intus conuersum. Semiobolum denotat, Ↄ.
ξ suprapositum ε habens, ξέστην, id est Sextarium, significat, ξε.
κ suprapositum habens υ, Cyathum (græce κύαθον) significat, κυ.
λ ipsio suprapositū, Holcam (græce ὁλκὴν) quæ, & drachma etiam cognominatur, significat, λ:

De ponderibus & mensuris. CAP. 2.

Mina Italica habet drachmas 144. Mina attica drachmas * 122, Vt mina Italis sit libra, & semis: Atticis libra 1. unciæ 3. drachmæ 4.
Vncia apud Atticos continet drachmas 7: apud Italos drachmas 8.
Drachma habet scrupulos 3.
Vncia autem continet scrupulos 24.
Libra continet uncias 12, † holcas 2. Holcam uerò etiam Drachmam cognominant.
Scrupulus habet obolum 1. æreos 4.
Obolus habet æreos 6.
Aereus autem, & Siliqua omnium ponderum sunt minima, ad ęquandam trutinam imposita.

* Vel hic legendū 124. uel inferius drach. 2. ubi drach. 4. legitur.

† Al. legitur Didrachma habet holcas, id est drachmas. 2.

B Medimnus habet semisexta 12.
Semisextum habet choas 2, chœnicas 4.
Chus habet chœnicas 2. sextarios 8.
Vt Medimnus contineat chœnicas 48. sextarios 192.
Chœnix habet cotylas 8. sextarios 4.
Sextarius cotylas 2: cyathos 12.
Et hoc modo Græcorum plurimi res metiuntur.
Apud Italos autem Chus inuenitur, qui mēsura quidē sextarios 6. cotylas 12. habeat: pondere uerò aquæ pluuialis, quæ minime fallax est, drachmas 72. Chœnix item Italis habet sextarios 3. cotylas 6. Et hoc pondus Atticis, Tryblium nominatur.
Acetabulum est quarta pars cotylæ.
Habet autem sextarius pondere drachmas 120.
Proprie uero Græca Cotyla olei pendet libram 1. Sextarius * libras 2. Cotyla Italica pendit olei uncias. 8, uini uncias 9.
Scire autem oportet mēsuras iuxta pondus pro materiæ diuersitate haud mediocriter uariari.

C EX LIBRIS CLEOPATRAE DE MVNDITIIS

De ponderibus, & mensuris.

Mina pōderis est nomē: habet autem uncias 16. drachmas 128. scrupulos 384. obolos 768. thermos, id est lupinos 1152. siliquas 2304. æreos 6144. Attica mina habet uncias 12. & semissem, drachmas 100. scrupulos 300. obolos 600. lupinos 900. siliquas 1800. æreos 4800.
Peolemaica mina habet uncias 18. drachmas 144. scrupulos 432. obolos 864. lupinos 1296. siliquas 2592, æreos 6912.
Libra habet uncias 12. drachmas 96. scrupulos 288. obolos 576. lupinos 864. siliquas 1728. æreos 4608.
Vncia habet drachmas 8. scrupulos 24. obolos 48. lupinos 72, siliquas 144. æreos 384. Vocatur etiam alio nomine Tetrassaron Italicon, idest quatrussis Italicus.
Drachma habet scrupulos 3. obolos 6. lupinos 9. siliquas 18, æreos 48.
Denarius Italicus habet drachmam 1.
Drachma etiam * alia æquiuoce uocatur ipsa Aegyptiaca, quæ est sexta pars drachmæ Atticæ, obolum 1. pendens.

D Scrupulus habet obolos 2. lupinos 3. siliquas 6. æreos 16.
Obolus habet lupinum, & semissem, siliquas 3. æreos 8.
Semiobolus habet siliquam, & semissem, æreos 4.
Lupinus habet siliquas 2. æreos 5, & tertiam alterius partem.
Semiobolus uerò Atticus alterius semioboli quatuor quintas habet.
Siliqua habet atticos æreos 2. & duas tertias partes alterius ærei.
Aereus habet semioboli quartam partem. {Ita ut semiobolus 4. æreos pendat.}
Stater pendit drachmas 4. Appellantq; ipsum Tetradrachmon.
Dupondium etiam similiter pendit drachmas 4.
Nux etiam regia pendit drachmas 4.
Cheme magna habet drachmas 3. Parua drachmas 2.
Assarium id est As, habet drachmas 2.
Cochlearium habet drachmam 1.
Cyathus habet drachmas 10. siue unciam 1. & quartam eius partem, scrupulos 30. obolos 60. lupinos 90. siliquas 180. æreos 480. Est autem Cyathus sexta pars cotyles.
Cotyle, mensura quidem habet cyathos 6: pondere uerò drachmas 60. uncias 7. & semissem,

scrupulos

ſcrupulos 180.obolos 360,lupinos 540,ſiliquas 1080.æreos 2880. E
Tryblium eandem capit menſurã, quã cotyle,nã mẽſura capit cyathos 6.põdere drachmas 60.
Sextarius menſura habet cotylas 2,põdere drachmas 120. Vocatur autem ſextarius apud Aegyptios Inion.
Acetabulum menſura habet cotyles quartam partẽ, cyathum i,& ſemis:põdere drachmas 15.
Concha magna eandẽ ſeruat menſurã,quam acetabulum:nam menſura habet ſeſquicyathum pondere drachmas 15.Concha minor, menſura habet ſemicyathum,pondere drachmas 5.
Myſtrum magnum habet ſextamdecimam cotyles partem, quæ ſunt drachmæ 3.cum dimidia, & quarta.Myſtrum minus habet cotyles uigeſimamſecundam partem:quæ ſunt drachmæ 2. ſcrupuli 2.& ſiliqua 1.& undecima ferè ipſius pars.
Chus habet menſura quidem cotylas atticas 12. ſextarios 6. chœnicas 4. pondere drach. 720.
Chœnix habet menſura quidem cotylas 3.pondere uerò drachmas 180.
In Georgicis inueni Cotylam trium eſſe quartarum ſextarij.
Choa uerò ſextariorum 9.cotylarum 12.
Amphorea ſextariorum 36,cotylarum 48.
Metretem ſextariorum 72,cotylarum 96. F
Medimnum ſextariorum 108.cotylarum 144.
† Alias 90. Metretes uerò apud Syros habet ſextarios †6.apud Italos uerò 120.
Tryblium,& Acetabulum ſimiliter habent cotyles quartam partem.
Cyathus cotyles ſextam partem.

ALITER DE EIVSDEM

Mina Attica habet uncias 12.Alia mina habet uncias 15.Ptolemaica uncias 18.
Libra habet uncias 12.
Vncia habet drachmas 8.
Drachma habet ſcrupulos 3.
Scrupulus habet obolos 2.
Obolus habet lupinum 1.& ſemiſſem.
† Si hic q̃nq; eſt legendũ, inferi° paulo poſt,duos & ſemis, legẽ oportebit: ſi ibi, duos & duas q̃n tas hic quatuor, & quatuor quar tas,alterius, é legendum. Forte tñ, ſi ſuperiora conſiderentur, hic legendum eſſet, quinque & tertiam alterius ptẽ, inferius uerò duos, & duas alterius tertias.
Lupinus habet ſiliquas 2.æreos † 5.
Semiobolus Atticus alterius ſemioboli quatuor quintas habet.
Siliqua habet æreos atticos 2.& duas alterius quintas.
Aereus habet ſemioboli quartam partem.Vt 4.obolos pendat ſemiobolus. G
Stater pendit drachmas 4. Vocant autem,& ipſum Tetradrachmon.
Dupondium habet drachmas 4.
Nux regia ſimiliter pendit drachmas 4.
Cheme magna habet drachmas 3. Cheme parua drachmas 2.
As habet drachmas 2.
Cochlearium habet drachmam 1.

DE MENSVRIS, ET PONDERIBVS VETERINARIORVM

VNcia habet drachmas †8.
Drachma habet ſcrupulos 3.obolos 6.
Cotyle habet uncias 12.acetabula 2.
† Al.7.& ſemis. Acetabulum facit uncias 6.
Acetabulum habet cyathos 3.
Cyathus habet myſtra 4.
Myſtrum facit unciæ dimidium.
Myſtrum habet cochlearia 2. H
Cochlearium eſt myſtri dimidium.
Cochlearium facit ſcrupulos 6.
Scrupulus facit obolum.
† Al.unciã i.& ſemiſſem. Siclium(i.Sicilicus)†unciæ dimidium.§
§Cyathus myſtra 4. Vt ſit myſtrum unciæ dimidium§
§Myſtrum facit cochlearia 2. Vt cochlearium ſit unciæ quarta pars.§
Mina habet uncias 15.holcas 112.& ſemiſſem.
Libra habet holcas 90.
Denarius habet ſcrupulos 4.

De menſuris humidorum.

Amphora Italica habet choas 8.
Chus habet ſextarios 6.
*Al.Tribans. Sextarius habet cotylas 2.quæ &*Tryblia dicuntur.
Cotyle eandem menſuram continet, quam tryblion.
Tryblium * habet myſtra magna 3.acetabula uerò 4.

Myſtrum

A Myſtrum magnum habet acetabulum 1,& tertiam partem.
Acetabulum habet ſeſquicyathum:
Cyathus habet chemas paruas,uel myſtra parua 2.

	Olei	*Vini*	*Mellis*
Amphora Italica habet	Libr. 72.	Libr. 80.	Libr. 108.
Chus	Libr. 9.	Libr. 10.	Libr. 13. & ſemiſſem.
Sextarius	Vnc. 18.	Vnc. 20.	Vnc. 27.
Cotyle	Vnc. 9.	Vnc. 10.	Vnc. 13. & ſemiſſem.
Myſtrum magnum	Vnc. 3.	Vnc. 3. ſcrup. 8.	Vnc. 4. & ſemiſſem.
Myſtrum paruum	Drach. 6.	Drach. 6. ſcrup. 2.	Drach. 9.
Acetabulum	Drach. 18.	Drach. 20.	Vnc. 3. drac. 3.
Cyathus	Vnc. 1.& ſemiſſem.	Drach. 13. ſcrup. 1.	Drach. 18.

DIOSCORIDIS DE MENSVRIS ET PONDERIBVS.

EGo chariſſime de ponderibus,& menſuris ita perſcrutatus ſum, quippe à minimis initium ſumpſi,& ad Minam uſq; multiplicando aſcendi.

B *De ponderibus.* *Cap. 1.*

Siliqua idem pondus habet,quod Aereus.
Obolus habet æreos 3. Vnde ſemiobolus habet pondere ſiliquam,& ſemiſſem.
Scrupulus pendit obolos 2.ideſt æreos 6.
Drachma,& quæ Holce dicitur,pendit ſcrupulos 3.id eſt obolos 6.
Vncia habet drachmas 8,ſcrupulos 24.
Libra habet uncias 12. Drachmas 96.
Mina ſecundum medendi uſum pendit uncias 16: ideſt holcas 128. Mina Italica pendit uncias 18. ideſt ſeſquilibram, drachmas autem 144. Mina Alexandrina pendit uncias 20. id eſt holcas 160.

De menſuris humidorum. *Cap. 2.*

Vini.

1 Amphora habet libras 80.
2 Vrna libras 40.
3 Chus ideſt congius libras 10.
C 4 Semicongius libras 5.
5 Sextarius habet libram 1.uncias 8.
6 Hemina,id eſt cotyla,uncias 10.
7 Quartarius habet uncias 5.
8 Acetabulum,ideſt quarta pars cotyles,æquat uncias 2.& ſemiſſem.
9 Cyathus,ideſt ſexta pars cotyles,æquat unciam 1.& ſemiſſem,& ſcrupulos 4.
10 Cheme eſt cyathi quarta pars,æquat drachmas 3.ſcrupulum 1.

Aquæ.

Idem eſt pondus aquę,& aceti. Aiunt autem,ſi aqua pluuiali uas repleatur,minime fallax,ſed iuſtiſſimum pondus eſſe.

1 Amphora habet libras 72.
2 Vrna habet libras 36.
3 Congius habet libras 9.
4 Semicongius habet libras 4.& ſemiſſem.
5 Sextarius habet vncias 18.
D 6 Hemina,quæ & cotyle eſt,habet uncias 9.
7 Quartarius habet uncias 4.& ſemiſſem.
8 Acetabulum,quod eſt cotyles quarta pars,habet uncias 2.& drachmas 2.
9 Cyathus,qui eſt ſexta pars cotyles,habet unciam 1.& ſemiſſem.
10 Cheme,cyathi quarta pars,habet drachmas 3.

Mellis.

1 Amphora habet libras † 108. † Aliter 120.
2 Vrna habet libras † 54. † Aliter 60.
3 Congius habet libras † 13.& ſemiſſem.ξ † Aliter 15.
4 Semicongius habet libras † 6.& uncias 9.
5 Sextarius habet libras 2. & † uncias 3. † Al.7. & ſemiſſem.
6 Hemina habet libram 1.& unc. 1.& ſemiſſem.
7 Quartarius habet uncias 6.& drachmas 6. † Al. ſemiſſem
8 Acetabulum habet uncias 3.drachmas ; † 3. † Aliter 2.
9 Cyathus habet uncias 2.& drachmas † 2. ‡Al.ſemi.
10 Cheme,quæ eſt cyathi quarta pars,habet † drachmas 4.& obolos 3. †Aliter drac. 5.

De menſuris

DE MENSVRIS, ET PONDERIBVS

Medimnus habet ſemiſexta 12.
Semiſextum habet choas 2.
Chus habet chœnicas 4.
Chœnix habet cotylas atticas 3. pondere autem, holcas 180.
Chus menſura quidem eſt cotylarum atticarum 12. pondere uerò pendit drachmas 720.
Sextarius menſura quidem eſt cotylarum 2. pondere uerò drach. 120. pendit.
Cotyle habet cyathos 6. põdere uero drachmas 6. Cotylam Attici etiam Tryblium appellant.
Acetabulũ menſura eſt cotyles quarta pars, quod eſt ſeſquicyathus: pondere uero hẽt drac. 15.
Cyathus eſt drachmarum 10.
Cheme eſt cythi quarta pars, drachmæ 2. & ſemis.
Myſtrum magnum eſt cotyles decima octaua pars: pendit drachmas 3. & ſcrupulum 1. Myſtrũ paruum eſt cotyles uigeſima quarta pars: pendit drachmas 2. & ſemiſſem. Myſtrum iuſtiſſimum habet ſcrupulos 8.
Cochlearium habet ſcrupulos 3.
Nucis baſilicæ ſeu regiæ magnitudo pendit drachmas 7.
Nucis ponticæ magnitudo pendit drachmam 1.
Balani ideſt glandis magnitudo pendit drachmæ dimidium.
Fabæ ægyptiæ magnitudo pendit obolum, & ſemiſſem.
Orobi magnitudo pendit æreos 2.

DE SIGNIS PONDERVM, AC MENSVRARVM.

Cum expoſitioſignorum pondera, ac menſuras indicantium neceſſaria ſit, eam hic deſcripſi, ut ſi quando ea ipſa ſigna in medicamentis notata inueneris, haudquaquam errare poſſis.

℘ itaq; quod ſupra μ ſit poſitum μνᾶν, ideſt minam, ſignificat, μ℘
λ quando ſubiectum habeat 1. λίτραν id eſt libram, ſignificat, λ.
r quod o ſupra uel infra ſe habeat, οὐγγίαν id eſt unciam, ſignificat, r℘ r℥.
Apud non nullos autem inueni ν, quod ſupra ſe o habeat, unciam ſignificare, ν℘
μ quod ſupra ſe habeat ε, μέρος, id eſt partem, ſignificat, μ℘
λ obliquum, ſi ad dextram cornua uergentia habeat, drachmam ſignificat ≻ : ſi ad ſiniſtram, drachmæ dimidium, ≺.
S Romanum, apud aliquos quidem triobolum: apud nos uerò cuiuſque ponderis dimidium ſignificat, S. Si autem tranſuerſæ ponatur, obolum 1. ſignificat, ∽.

FINIS QVINTAE CLASSIS

AAAAA BBBBB CCCCC DDDDD EEEEE FFFFF GGGGG HHHHH IIII
KKKKK LLLLL MMMMM NNNNN OOOOO PPPPP QQQQQ RRRRR
SSSSS TTTTT VVVVV XXXXX YYYYY ZZZZZ

aaaaa bbbbb ccccc ddddd eeeee fffff ggggg hhhhh iiii KKKKK llll mmmmm

Omnes ſunt quaterniones præter mmmmm ternionem.

Venetijs, Apud Iuntas.

3041

Galeni
libri.
4e. clas. de
signis mor
boꝝ. 5e. clas.
de pharma
cia. i. me
dicamẽtis
iij.a &. v.a
Classis.